Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
H
65
NAPOLI

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
H
65
NAPOLI

itized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
H
65
NAPOLI



Digitized by Google

XLIX

H

65

Digitized by Google

Digitized by Google


ACTA
SANCTO
RUM

Digitized by Google

ACTA
SANCTORUM
JULII,

Ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis,
ſervata primigenia veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus illuſtrata

A Joanne Bapt. Sollerio, Joanne Pinio,
Guilielmo Cupero

E Societate JESU Presbyteris Theologis.

TOMUS III.

Quo dies decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius
& decimus quartus continentur.

BIBLIOTECA NAZIONALE

VENETIIS, MDCCXLVII.

Apud { Jo: Baptistam Albrizzi Hieron. Fil. et
Sebastianum Coleti.

CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLUS VI. D. G. ROM. IMP. Semper Augustus Germaniæ, Hispaniarum
Hungariæ, Bohemiæ, etc. Rex. Archidux Austriæ, etc. etc.

CAROLO VI

Romanorum Imperatori Auguſtiſſimo, Potentiſſimo, Invictiſſimo,

REGI

Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, &c.

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

DUCI

Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c.

MARCHIONI MORAVIÆ,

COMITI

Habsburgi, Tyrolis, Goritiæ &c.

TURCARUM DOMITORI

Domino, Domino noſtro clementiſſimo

TUis iterum felicibus auſpiciis, Tuaque Cæſarea munificentia prodit hic de Actis Sanctorum Julii tomus, AUGUSTISSIME IMPERATOR, REX CATHOLICE CLEMENTISSIME, non ſolum Auguſtiſſimo Sanguini jure debitus, ſed peculiari titulo non alteri quam Tuæ ſacræ Cæſareæ & Catholicæ Majeſtati conſecrandus. Nimirum varios inter non infimæ notæ Sanctos, ex toto Catholico orbe, quinis, quot volumen complectitur, diebus celebratos, eum præ ceteris oſtentat, qui ut inter Imperatores Romano-Germanicos præſtantiſſimus, ſanctiſſimus, glorioſiſſimus merito prædicatur, ſic Tibi, ex pientiſſima Auſtriaca progenie imperanti, occaſione non prenſata ſed oblata, non quæſita ſed data, ſic, inquam, ſoli nomini Tuo inſcribendus eſt; & in Patronum, cujus præſidio fortunate regnes, & in ductorem, cujus auxilio hoſtes conteras, & in Chriſtianarum omnium virtutum, quod imitere, exemplar perfectiſſimum. Henricum loquor, CÆSAR AUGUSTISSIME, Henricum illum nomine, pium, victorem, clementem, Cæſarum omnium Germanicarum immortale decus, quem ſatis laudaſſe ſit, quod inter omnes ſolus hactenus *ſimilis factus gloriæ Sanctorum ea corona univerſos præcellat*. Henricum (non ſemel appellare liceat) Longobardorum, Græcorum, Sclavorum aliarumque gentium barbararum, Imperio imminentium, domitorem, cui Joſuanum illud rectiſſime quis olim accinuit, *Fortis in bello ... qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum ... ad expugnare inſurgentes hoſtes, ut conſequeretur hereditatem* Imperio debitam: dum ea quæ a Magno

Carolo

Digitized by Google

Carolo cœpta erant, a proavo synonymo Aucupe feliciter promota, a cognatis Ottonibus necdum perfecta, ingenti ipse robore ac fortitudine, *per arma justitiæ omnia bella consummavit imperialemque dignitatem*, necdum per ea tempora summum potestatis apicem adeptam, *gloria & honore*, teste Biographo, *amplificavit & ornavit*: Henricum fidei Catholicæ columen, propagatorem & apostolum; *maximum* utique *in salutem electorum Dei*: Henricum Ecclesiæ propugnatorem acerrimum, ordinisque omnis ecclesiastici patrem, patronum, fautorem; *virum* vere *gloriosum in generatione sua*, *hominem divitem in virtute*, *pulcritudinis studium habentem*, *pacificantem in domibus suis*; sacris videlicet supremo Numini templis, quæ sua ipse omnia incredibili munificentia fecisse videbatur: idque adeo ut ejus ætatis poeta satis celebris prodigio simile canere non dubitaverit: *Catholicus dedit ecclesias numero quasi mille*; possitque idcirco de tanto Christiano heroe vere pronuntiari, quod de Josia dictum accepimus, *In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria*, *& ut musica in convivio vini*. Talem porro in tota, quam late patet, per orbem Catholica Ecclesia, ab annis jam septingentis Viri sanctissimi memoriam perseveransse, omnium studiis, omnium ore, omnium calamis celebratissimam, omnium Principum admirationi ac imitationi propositam; indeque novis continuo accessionibus illustriorem redditam ejus venerationem, id vero est quod longiori de eo tractatione in hoc volumine deductum, probatum, demonstratum porrigimus. Talis autem Imperatoris imaginem, non levi multorum penicillo adumbratam, Tibi præcipue deberi, CÆSAR AUGUSTISSIME, nemo diffitebitur, qui virtutes Tuas, Imperatore Catholico dignissimas, cum Henricianis collatas, memoria repetierit, oculis ipse suis perspexerit, attentiori animo perpendere non detrectaverit. Age vero: Te in Henrico, IMPERATOR AUGUSTISSIME, Henricum in Te contueri non formidemus; dabit Sanctus, ut siquæ lineamenta ad omnimodam similitudinem necdum plene efformata sint, tuo patrocinio adæquentur. Veram Christianam hæroicamque sanctitatem qui in solis anachoretarum rugiis aut monachorum claustris sedem fixisse existimet, næ is profecto a rectis rerum perceptionibus longissime aberraverit. Sanctos omnes sequaces suos voluisse falli nesciam increatam, tametsi carne nostra obductam Veritatem, Euangelica docent eloquia, ut proinde hominum qualiumcumque ullam ab eo gradu conditionem excludi, vel cogitare nefas. Verum enim vero, ut suas singulis naturæ dotes, non omnes omnibus quadrare novimus; eo ferme pacto censendum, variam variis statibus definitam esse mensuram Sanctitatis, ut Regia & Cæsarea, a viliorum hominum scitis reperenda non sit: Magnos Constantinos, Magnos Carolos, magnos alios Reges ac Principes sanctos agnoscimus, quorum heroicis vestigiis insistere, minoris sortis homines frustra conentur. Quæ cum in confesso sint omnia, veniam dabit æqualis Tibi cum Henriciana modestia, AUGUSTISSIME IMPERATOR, si paralleli dimensiones singulas pressius conferre aggrediar. Eas equidem in Henrico germanas Cæsareæ sanctitatis notas potissimum subspicere soleo; summam illam videlicet in Deum pietatem, ceteris omnibus virtutibus (quocumque demum nomine appellentur) stiparam quodammodo coronatamque. Tum quæ ad pietatem consequitur, eximiam religionem, Catholico cultu inviolabiliter commonstratam. Quibus qui indefessam juste ac paterne Imperium administrandi tutandique solicitudinem adjecerit, nihil opinor, ad Cæsareæ sanctitatis veram genuinamque imaginem deliderari patietur. Atque ut a prima exordiar, Te in Henrico depingi velim existimes, CÆSAR AUGUSTISSIME; quot ipsum lineis, tot Te coloribus repræsento. Nihil spirat, nihil loquitur Henrici Vita, nisi flagrantissimam illam pietatem, qua, me quidem judice, Imperio majorem se fecit Imperator integerrimus. De Te hæc verbis totidem dicta intellige. Plenæ sunt historiæ, pleni annales, plena chronica omnia iis argumentis, quæ Henricum ubique piissimum demonstrant, ubique fidei anchora inconcussum, spe firmum, caritate fervidum, ubique fortem, prudentem, justum, temperan-

tem,

tem, ubique victorem sui, supra quam ferre soleat humana imbecillitas: continentia inimitabilem dicerem, nisi Te, castissima fide conjugali, imitatorem sui proximum, vel ipse attonitus demiraretur. Et harum quidem occultarum animi dotium, quæ Tecum communes ipsi fuere, Deum ferme solum testem & conscium habuit, verum quoties publicis Christianæ vitæ argumentis locus fuit, ea propalam exhibere minime erubuit, quibus religionis suæ apertissima documenta orbi patefaceret; dum per omnes Ecclesiæ festivitates & Christi Servatoris, & augustissimæ Matris, aliorumque Sanctorum solennia, quacumque Imperii parte degeret, ingenti apparatu ac celebritate, ad extremum usque spiritum constantissime recoluit. In orbis theatro loquor, AUGUSTISSIME IMPERATOR, testarique etiam audeo, æmulatorem Te in hac re Sancto haud inferiorem existere, dum pari zelo, studio, fervore Tuis omnibus, avita Austriaca pietate, adeo Te prælucentem conspexi, ut annuis quibusque celebritatibus ea sacellum Tuum Cæsareum religionis exempla exhibeat, quæ etiam piissimi quique imitentur: ut jam taceam Tuam illam in Deiparam Virginem singularem venerationem, qua Majorum Tuorum vestigia superans, unam illam, quam ipsi reliquam fecerant, Præsentatæ festivitatem non minori quam ceteras cultu & celebritate multo illustriorem reddidisti. Neque vero intactam præterierim principem illam religionis Tuæ palmaremque solicitudinem, qua redivivum Henricum, dictum Hungariæ apostolum, quotidie refers, insigni illo Catholicæ doctrinæ puritatem conservandi propagandique studio, dum veteres in Imperio hæreses comprimere, novis succrescentibus adversari non desinis, laudatissima ista & vere Henriciana in Romanæ Ecclesiæ supremum Caput veneratione, cujus oraculis dum obsequeris, Tuos quoque omnes obtemperare compellis; pulcra enimvero Sacerdotii & Imperii concordia, qua sola stante, hæreses omnes pullulantesque inde errores conteri, rescindi, eradicari necesse est. Viceris, CÆSAR CATHOLICISSIME, si Romanos ignes subsidiario ferro armisque istius sancti Regis, cujus diademate nuperrime redimitus es, potenter juvare pertexeris. Eadem religiosa pietas Henrico stimulos addidit, ut Christianæ fidei hostes, Imperium sæpissime infestantes, invictis armis retunderet, in Poloniam usque & in Bohemiam (Sclavorum ferme nomen ea ætas indiderat) victrices aquilas expandens; quod quam gloriose a Te præstitum sit, non est quod hic repetam, cum multiplices Tuas de nominis Christiani infensissimo hoste victorias alibi recensuerim. Nec vero minor Henrico gloria accessit, quod regni interiora componere, inquieta ingenia compescere, districtæ justitiæ clementiam adjungere noverit, quam quod externos hostes a finibus suis averterit. Te Te, IMPERATOR CLEMENTISSIME, in sancti Cæsaris gemina prærogativa præ oculis habuisse videtur Chronographus Saxo, id Henrico proprium faciens, ut *subditos lenitate permulcere prædulci, districtione reos terrere, totaque industria patriam munire incomparabili sedulitate numquam destiterit*. Ecquis autem, lenem juxta ac severam, in regnorum provinciarumque administratione industriam, ipsissimam illam Tuam esse non agnoscit? Jam quo commiserationis sensu miseros prosecutus sit, clamant tabulæ omnes, Burgundi meminere hactenus, Mosellani loquuntur, testati sunt gregarii milites ipsi, quos lue afflatos solatus est; nec Trojanos umquam deficiet memoria teneritudinis, qua ipsos vel rebelles in gratiam admisit. Procul remota non accersam, ut alterum rursus in Te Henricum exprimam, ubi hoc ipso anno paterna Tua viscera experti sunt Budenses flammis prope absumpti, ubi tot alii, eodem flagello attriti, Te consolatorem sensere, ubi recentissime in Bohemos Cæsarei Tui affectus, tamquam benefici solis tot radios circumtulisti, ut regiam S. VVenceslai coronam suscepisse non alia gratia videare, quam ut misericordiam in afflictos, beneficentiam in pauperes, paterna in milites Tuos viscera, Tuam, ut verbo dicam, in omnes largitatem munifice profunderes; usque adeo ut æternum Tui desiderium Bohemis Tuis Te reliquisse, perspectissimum habeam, utpote a quibus avelli non po-

potueris, nisi istiç magnificentiæ juxta ac in emeritos milites pietatis Tuæ Cæsareæ perpetuum Tibi monumentum erigeres. Liceat postremum adjungere, non minimam Henrici laudum materiam, ab ea in subditos pietate repetendam, quod eorum bono, utilitati, opibus, fortunis vigilantissimam curam attulerit, favores illos in eos derivando, quibus humani commercii vinculo, vitæ commodis, ditionum nervo unaque securitati consuleretur. Diceres viam straviſſe qua & Tu, PROVIDENTISSIME CÆSAR, ad benigni, propitii, munificique Principis lauream pertingeres, nempe qui Cæsaream illam subditis paterne favendi solicitudinem in postrema felicissimi regiminis Tui parte minime reponendam censueris, erectis jam nunc confirmatisque Societatibus, ut mercimonia quaquaversum exerceantur, quo dominationem Tuam leviorem sentiant subditi, dum ditiores gazas, tum Asiaticas tum Indicas Austriaci Tui, & Germani Mediterraneo, & Belgæ Oceano in terras Tuas, vicinis nequidquam obstrepentibus, accersunt invehuntque, Tua auctoritate, Tua potentia, Tuo muniti præsidio, quæ perpetua sibi fore confidenter augurantur. Nil modo reliquum est, nisi ut Tibi & Catholicis Principibus omnibus a sanctissimo Imperatore dictum existimes, quod ejus animo altissime semper insitum fuisse, docet tota Viri vitæ gestorumque series; quantum nempe discriminis æternitatem inter & modicum vitæ tempus intersit, ut a terrenis sordibus sursum evecta Christiana cogitatio, ad cælestes thesauros nonnumquam ascendat. At enim Sancti ipsius quam nostris verbis ea referri malumus, quæ pag. 759 num. 19 disertius exposita commemorantur. Sic Henricum propitiatorem eximium Tibi devinxeris, sic Henricum in Te totum expresseris, sic Henricum in Tua sacra Majestate perfectissime redditum contemplabimur; eo etiam optatissimo cælesti influxu cumulatum, qui noster magis quam Tuus dicendus erit, ut quem Belgæ nobiscum omnes ardentissimis modo votis & precibus postulant, Archiducem, paternarum virtutum æque ac ditionum heredem e cælo impetremus; Tibi vero, MÆCENAS MUNIFICENTISSIME, prosperam, felicem diuturnamque incolumitatem. Sic demississime vovent

SACRÆ CÆSAREÆ AC CATHOLICÆ MAJESTATIS TUÆ

Clientes Devotissimi
Joann. Bapt. Solerio, Joanne Pinio, Guilielmo Cupero
Societatis Jesu.

Digitized by Google

SYNOPSIS
TOMI TERTII
DE ACTIS SANCTORUM.
JULII

PAulo tardius, ob varia interjecta impedimenta susceptamque nuper Hispanicam profectionem, prodit tomus hic de Actis Sanctorum Julii tertius, ab operis principio vigesimus octavus, dies quinque post novem jam editos, complexus, a decimo nempe ad decimum quartum, in quibus præter varias anonymorum Martyrum classes, ducenti & undeseptuaginta Sancti propriis nominibus exprimuntur. Ex his vero, recepta jam pridem a Majoribus methodo, juxta triplicem in Ecclesia statum, *Ecclesiasticum* nempe, *Monasticum* & *Secularem*, viris primum compendio hic impares classes, ordine regionum, distributis, feminas, cujascumque status sint, in quartam classem collegimus. Has autem classes non ingredimur antiqui Fœderis Patres, tametsi Latinis Fastis alicubi inscripti, ut alias satis monuimus. In hoc volumine, ad diem XIII, soli duo prophetæ recurrunt *Joel* & *Esdras*, quorum elogia propriis locis subjiciuntur.

EX STATU ECCLESIASTICO.

In hac principe classe debetur primus locus *Mnasoni Cyprio, antiquo Christi discipulo*, & *Silæ* seu *Silvano*, Pauli Apostoli socio, cui & *Apostoli* appellatio tributa legitur. Neuter scitur fuisse episcopus; neuter in plures dividendus est. *Mnason Cyprius*, cum *Jasone* male confusus, in optimæ notæ Martyrologiis sub *Nasonis* nomine perperam annuntiatur. Non minor, imo magis ambigua de *Phoca* disputatio, ut *Sinopensis episcopus*, quem laudavit Asterius, ab aliis distinguatur; cujus gesta cum aliorum, forte synonymorum, commixta videntur; Acta vero Græca tam imperite coagmentata, ut nec ad rerum, nec temporum rationem exigi queant. De *Heracla* patriarcha Alexandrino non multa adjici potuere iis quæ de ipso dicta sunt in Tractatu chronologico ante tomum v Junii. *Petri* Cretensis & *Josephi* Thessalonicensis episcoporum clara quidem apud Græcos fama est, at de ipsorum gestis non nisi brevia compendia supersunt.

In Italia sanctissimi duo Romani Pontifices *Anacletus* & *Pius I* vix aliam materiam præbuere, quam quæ de eorum temporibus gestisque & pridem & sæpe agitata est, verosimiliter numquam exhaurienda, nedum conciliandæ. Latiorem campum expandisset *Seraphicus Ecclesiæ Doctor Bonaventura*, ex Ordine Minorum S. R. E. Cardinalis, si, quemadmodum ipse sanctissimi Patris sui Francisci, sic socii gesta ejus, paulo post obitum, in ordinem digessissent. Actorum vices supplent orationes nonnullæ, cum aliquo Galesinii opusculo, quæ omnia binis aut ternis seculis antiquiora cuperemus. Aliunde collecta sunt quæ ad aliqualem vitæ seriem, meritissimamque tanti Sancti gloriam conducere poterant. *Hermagoræ* episcopo Aquilejensi, S. Marci Evangelistæ discipulo, socioque ejus *Fortunato* etiam defuit, qui gesta & martyrium describeret. De reliquiis disceptatur potissimum, uti & de sacris exuviis Martyrum Lucensium, duce *Paulino* episcopo, qui utrum a S. Petro primus isti ecclesiæ antistes destinatus fuerit, satis exploratum reddere non potuit Florentinius. Episcopos alios suggerit Italia, imprimisque *Paternianum* Fani & Bononiæ, cujus identitas vel diversitas discutienda fuit. Bergomatibus datur suus *Joannes* episcopus, Brixiensibus *Optatianus*, Frequentinis demum *Marcianus*, ætatis incertæ.

Gallis eo solo titulo tribui potest gloriosissimus martyr, episcopus Carthaginensis *Eugenius*, innumeras ærumnas a Wandalis perpessus, cum aliis ei adjungi solitis; eo, inquam, solo titulo, quod Albigæ in Occitania præcipuum cultum consecutus sit. Utrum gentes aliæ aut urbes eum Sanctum sibi recte vindicent, disquiritur. Acta æstimatissima sunt, utpote a Victore Vitensi accuratissime descripta. *Hilduifus*, ex episcopo Trevirensi Medii monasterii in Vosago abbas, ex hac classe excludendus videtur. Egregia ejus gesta, insigni Commentario, operose illustravit Humbertus Bonbommius, ejusdem cœnobii aliquando abbas, quem ad nos transmissum, atque ad normam nostram subinde reductum, nostrum fecimus. Præter hos e Gallia sunt *Paschasius* seu *Paschasius* Nannetensis, *Viventiolus* Lugdunensis, *Turiavus* seu *Turiavus* Dolensis in Armorica, & *Menulfus* in finibus Biturigum episcopi.

Nullos pro hoc tomo Sanctos præsules suppeditavit Germania, nisi *Hilduifum* ipsis adscripseris, Trevirensem aliquando, uti diximus, antistitem. Ex inferiori ordine tribui ipsi potest *S. Ketillus* Wiburgensis in Dania ecclesiæ præpositus aut saltem canonicus; regularis, ut ajunt, sed ea opinor regula, quæ Canonicis omnibus, eo tempore adhuc dum communis fuisse perhibetur.

In Belgio episcopus regionarius fuit *Etto*, Letiis modo depositus, cujus Acta sæculum sapiunt quo compilata sunt; variis difficultatibus intricata, quas facis promptum non sit dissolvere, nisi illorum pars maxima repudietur. *Merchelmus* sive *Marcellinus* presbyter, non ille suppositius, sed verus S. Gregorii Ultraj. discipulus, S. Lebuini socius, Daventriæ in Transisalania honorari solitus, huc etiam spectat, quemadmodum & S. Rumoldi discipulus *Libertus* martyr, ecclesiæ Mechlinensis præpositus seu abbas, ut tum vocabant, cujus Acta Rumoldianis immixta sunt ad primam diem Julii; hic de prisco ejus cultu, atque de componenda ætate sola investigatio.

EX

EX STATU MONASTICO.

Status hujus ſpeculum & exemplar, luctuoſo licet ſæculo, Orienti effulſit *Stephanus*, in celebri S. Sabæ Laura monachus, cognomento *thaumaturgus*, communius *Sabaita* dictus, cujus Acta, tametſi acephala, pretioſa ſunt, numquam antehac aut Latine aut Græce edita, a diſcipulo Leontio ſincera fide compoſita, quæ bibliothecæ Seguierianæ accepta referimus. An inter ceteros Græcos, ſeu martyres ſeu confeſſores, monachi aliqui fuerint, non uſque adeo nobis perſpicuum eſt. Neque vero Occidenti lumen ſuum monaſticum deeſt *Joannes Gualbertus*, Ordinis Vallumbroſani conditor, orbi Catholico adeo notus, ut eum appellaſſe ſufficiat. Acta nobis edere licuit, quæ Majores noſtri, Mabillonius & alii fruſtra quæſiverant; nimirum a B. Andrea, Sancti ipſius diſcipulo ſcripta; quibus acceſſere ingenti numero miracula, ab Hieronymo Radienſi, opere bene magno collecta, quæ omnia ſatis fuſe deducta invenies. Sunt & alii abbates duo non ignobiles *Petrus Perufinus* & *Leo Cavenſis*. Ex Gallia ſolus prodit *Generoſus* apud Pictones: nam *Hildulfum* ad alium ordinem retulimus. *Anſbaldus* abbas Prumienſis Germaniæ debetur, uti & *Udalricus* in Briſgoja monachus. *Hroſnata* Bohemiæ & Ordini Præmonſtratenſi non modicum decorem addidit. Ad eamdem claſſem ſpectare videntur *Placidus* & *Sigisbertus* in Rhætia, utpote e S. Columbani familia; forte & *Abundius* martyr Cordubenſis in Hiſpania, atque *Droſanus* in Scotia: Belgium certe vitæ ſanctitate mirifice ornavit *Vincentius Madelgarius*, uxoris itidem Sanctæ conjux, & quadruplicis Sanctæ prolis eximius pater, fundatis duobus cœnobiis Altimontenſi & Sonegienſi inclytus; quorum poſtremum, ſæculo decimo exeunte ad canonicos ſæculares tranſiit. Nec prætereundus fuit *Pacificus* Minorita, primus a S. Franciſco totius Galliæ Provincialis deſtinatus, & Lenſii in Arteſia pridem honoratus.

EX STATU SÆCULARI.

Inter Græcos eminent *Martyres* XLV *Nicopolitani*, quorum extant Acta Græco-Latina. Hiſce ad *Blanorem* & *Silvanum* in Piſidia, *Apollonium* in Cappadocia; tum *Martyrocles*, *Marcianum*, *Michaelem Mallium*, *Mamantem*, *Serapionem*, *Oneſimum thaumaturgum*, *Heraclium* & alios, quorum Acta deſiderantur. In Italia Romæ illuſtriſſimi ſunt *ſeptem fratres Martyres* cum heroide matre *Felicitate*, laudati a S. Gregorio magno. Hæc a S. Symphoroſa diſtinguitur: de reliquiis porro non una quæſtio examinatur. *Nabor* & *Felix*, quo apud Mediolanenſes clariores fuere, eo ſpinoſioris inter ipſos & Colonienſes controverſiæ capita dici poſſunt: nos odioſæ litis deciſionem, argumentis ultro citroque propoſitis, aliorum arbitrio dirimendam relinquimus. Parem ferme difficultatem adſtruunt *Savinus* & *Cyprianus*, Brixiæ in Italia, an potius in Francia martyrio coronati? *Juſtus martyr* neſcitur quo pertineat: aſt *Ugazo* ad Vallem Caverniæ in Inſubribus, *Ruſinus* & *Avenantius* ad Sartanenſes, *Litbardus* ad Cornuetanos ſpectant. *Sabinus* in agro Pictavienſi, *Juſtus* apud Bituricenſes, *Juſtus* alter cum *Amico*, multarum diſcuſſionum occaſio. Splendidiſſimum Germaniæ ſidus *Henricus* Imperator ſcriptorem Vitæ nactus eſt Adelboldum Ultrajectenſem epiſcopum, at cujus ſolum fragmentum habetur; theſauri inſtar futurum eſt reliquum, ſi alicunde refodiatur. Tam dolendam jacturam non reſarcivit vulgatus Anonymus: ceterum conjugii immaculati integritas, aliæque præſtantiſſimæ dotes Sancto vindicatæ, & quæ præterea ad vitæ ejus ſeriem & poſthumam gloriam ſpectant, non levi conatu eruderanda & digerenda fuerunt. Inſignem Sanctum porrigit Dania, regem ſuum *Canutum* martyrem, quem ſatis eſt nominaſſe. *Juſtus* confeſſor Trevirenſis & *Juvenianus magnus*, Eyſtadii cultus, ſolo nomine noti ſunt: de *Andrea* puero, a Judæis prope OEnipontum dire necato, plura monumenta reperta & elucidata. Belgium honeſtarunt *Sidronius* martyr, apud Meſſeniacenſes, *Baſinus* Tronchinienſis prope Gandavum; notiores longe cultu, quam veræ ſint geſtorum hiſtoriæ. *Deuterius* infans, S. Madelgarii filius, cur Reſiæ in Clivia colatur, nullus ſatis certo hactenus tradidit.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. CONRADUS IANNINGUS
OBIIT XIII AUGUSTI MDCCXXIII ÆT. LXXIII
Præcipiti damnata orisi meliore soluta,
Vindice Janningo, pulcrius Acta nitent

A

B

D

ELOGIUM

R. P. CONRADI JANNINGI

HAGIOGRAPHI SOCIETATIS JESU TOU MAKAPITOU

Auctore Petro Boschio ejusdem Societatis presbytero.

§ I. P. Janningi natales, educatio, studia tum in sæculo, tum in Societate, accessus ad Museum Hagiographicum.

ANnus hic Museo nostro fatalis fuit, dum nobis eripuit P. Conradum Janningum; virum de Sanctis omnibus, quorum Acta per annos facile quadraginta vel ipse magnam partem edidit, vel a majoribus edita defendit, vel a posteris edenda comparavit, optime meritum: ut gratissimum, credo, facturus sim non illis modo, sed & tibi, Lector hagiophile, si quidquid in hac parte gessit, atque adeo vitam ejus omnem, aut summa potius vitæ capita, pro instituto ab Hagiographis hactenus more, quam fieri poterit brevissime, delibavero. Palam certe hinc fiet, & quantum diuturnis ejus laboribus tribuamus ipsi, & quantum illis ab universa republica litteraria debeatur.

P. Conradi Janningi obitus anno 1723.

B

2 Natus erat P. Conradus Groningæ, urbe nobili, quæ uni de septem fœderati Belgii provinciis, cujus ipsa caput est, nomen dedit, parentibus inter mercatores spectatis Arnoldo Janninck ac Balduina Tinga, anno superioris sæculi quinquagesimo, decimo sexto Kalendas Decembres. Quam vero pie educatus fuerit, nihil opus est dicere; quando utrumque parentem habuit Romano-Catholicum; quod quidem nomen in provinciis illis vix usquam sine integerrima vita constitit. Et vero quidni domus illa religiosissime fuerit instituta, e qua liberi quinque prodierint, quorum tres peculiaribus votis divino cultui se manciparunt? Conradi enim exemplum, sorores duæ secutæ sunt. Accedebat huc etiam cura singularis & affectio, quam ad nepotis hujus sui rectam educationem afferebat avunculus, ecclesiæ, nescio cujus, Catholicorum Groningæ Pastor.

natales ejus, & educatio;

C

3 Is porro cum jam id ætatis esse adolescentem videret, ut humanioribus litteris dare posset operam, eo animum ejus cœpit impellere, quo sponte inclinatum pridem adverterat. Destinatur ergo ad studia litteraria Conradus summa cum sua tum parentum voluntate; qui tamen, ut erant avitæ religionis ac virtutis in paucis tenaces, committere noluerunt, ut academiam domesticam frequentaret, nequid forte de utravis in filio suo vel magistrorum hæresis, vel mora sodalium heterodoxorum licentia societasque detereret. Tandem de Meppa cogitatum, oppido non obscuro Westphaliæ ac ditionis Monasterienſis, ubi sub disciplina Societatis Jesu studiorum illorum fundamenta jaceret, quibus postmodum Antverpiæ in numerosiori gymnasio nostro gloriosam coronidem imposuit, primas ibi fere inter plurimos, non secus ac Meppæ, sibi solitus vindicare. Ordinis interea nostri desiderium una cum litteris ac pietate non hauserat modo, sed etiam prodiderat aliquoties; nec vero ulla in Præposito Provinciali mora fuit, quin candidatum ad Instituti nostri rationem tum natura quodammodo, tum industria factum, admitteret continuo; modo ut parentes annuerent. Et faciles illos quidem Janningus noster offendit; at non item avunculum illum, de quo jam facta est mentio; quique nullum non movit lapidem, ut clero sæculari nepotem adjungeret. Restitit hic tamen & pervicit; atque in Societatem receptus, Mechliniam ad Tirocinium ceteris aliquanto serius advolavit, octavo Kalendas Decembres anno Christi MDCLXX.

humaniora studia, ingressus in Societatem J.;

4 Ibi demum quanto studio ad virtutes viro religioso dignas Conradus incubuerit, id argumento esse potest, quo etiam minutiora quædam, illic fere tantum præscribi ac servari solita, ad ultimam usque ætatem constantissime retinuerit. Biennio inter hæc elapso, nuncupatisque religiosis de more votis, Antverpiam mittitur, philosophorum placitis imbuendus, quæ altero post anno solenni publicoque certamine propugnavit. Inde porro Mechliniam redire jussus, lectissimam ac frequentem ibi tum temporis juventutem pietatis simul & grammaticæ præceptis informandam accepit. Quartum jam annum id agebat, cum sub autumnum anni MDCLXXVIII vapores pestiferi dira contagione Belgium afflarent, atque imprimis Antverpiam; ubi tum egregie sese prodidit probavitque civibus per domos pene singulas misere morientibus nostrorum caritas; quam frequentia sacerdotum fratrumque ad ægros comitantium funera decorarunt. Neque vero Hagiographi nostri suam hic desiderari passi sunt operam, ne ipse quidem, quamquam octogenario jam proximus, Henschenius. Hic tamen de se minus, quam de Papebrochio suo, in quo spem omnem continuandi tam vasti operis nostri habebat repositam, solicitus, id effecit ut ex hac acie Lovanium secedere juberetur; sapienti quidem, at sero tamen consilio: jam enim contractum intra viscera morbum gerebat, cum discederet. Lovanium vix attigerat, quando eum tristis nuntius consecutus est, mortem immaturam afferens P. Danielis Cardoni, de quo legi plura possunt ante tomum secundum Maji pag. xxxiii. Redegerat hæc victima caritatis labores iterum nostros, ad quos a biennio sublevandos accesserat, ad solos Henschenium ac Papebrochium, quorum hic etiam Lovanii jam vix medicis spem vitæ ullam faciebat; convaluit tamen aliquanto post, ope, ut pie creditum est, S. Francisci Xaverii; ut adeo sub anni sequentis Februarium incolumnis rediret Antverpiam.

quid in ea esse-cit, ante Hagiographiam.

E

F

Tum

Digitized by Google

A AUCT. P. B. Tum vero Henſchenius & acceptæ in Cardono cladis, & vix fatis depulſi a Papebrochio periculi, & ſuæ demum ſenectutis memor, proſpicere voluit in poſterum, ſocioſque operi ſuo promovendo aſſerendoque conquirere. Eos inter primus occurrit Janningus noſter, Græcis tum litteris Mechliniæ tradendis occupatus, quem ob egregias dotes potiſſimum delegit ex omnibus, tametſi nec ſacerdos adhuc eſſet, nec Theologiam edoctus,

§ II. *Janningi labores Antverpiæ; Theologia Romæ audita; Sacerdotium; itinera per Italiam, eorumque emolumenta; reditus in Belgium.*

Fit Hagiographus; an. 1679.

ANtverpiam ut acceſſit anno MDCLXXIX, menſe circiter Martio, ſtatim operi accinctus eſt; & principio quidem, tetrico in pulvere nec admodum decoro verſatus, corrigendis typis, maxime græcis, concinnandis indicibus, rebuſque ejuſmodi obſcuris aliis & faſtidio plenis tam multam operam ac facilem dedit; ut anno ſequenti dimidius Majus tria in lucem; quem deinde Papebrochius, una cum Janningo (nam Henſchenius ætatem gravem obtenderat) accitus Paderbornam detulit, Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Principi Ferdinando Furſtenbergio, Epiſcopo Paderbornenſi ac Monaſterienſi, mæcenati ſuo, repræſentandum. Reverſus e Germania Conradus *in Actis græcis S. Symeonis Stylitæ Junioris, ac matris ejus S. Marthæ*, itemque S. Andreæ Sali, latine vertendis, atque eruditione, quanta tum quidem poterat, illuſtrandis totus fuit. Occupant illa in menſe Majo tomi quinti ac ſexti partem ſatis notabilem; habebat vero ea jam prælo parata, priuſquam ad ſtudia Theologica mitteretur, tametſi priora anno MDCLXXXV; eo procul agente; poſtrema vero anno demum MDCLXXXVIII, ſint edita.

mittitur Romam ad audiendam Theologiam.

6 Cum jam annos duos propemodum cum dimidio in Hagiographiæ, ut ita dicam, tirocinio, ſub magiſtrorum in ea verſatiſſimorum, Henſchenii ac Papebrochii, diſciplina poſuiſſet, effetque in eo (ut Papebrochii verbis utar) *inſigniter probatus*, ac Muſei noſtri ſtatum omnem & rationes ita perſpectas haberet ut intelligeret facile, quidquid ad ſupellectilem ejus litterariam vel utilibus, vel neceſſariis monumentis augendam quoquo pacto facere poſſet; viſum eſt Henſchenio exorare ſuperiores, ut ne in Belgio Janningus, ſed Romæ potius Theologiam audiret; aliuſque interea ſibi ac Papebrochio e junioribus ſacerdotibus moderatorum arbitrio idoneus legeretur adjutor. Utrumque conceſſum eſt: Romam Janningus Antverpia diſceſſit anno MDCLXXXI, v Kaleud. Septembres; ſub idemque tempus Lovanio Antverpiam Hagiographis ſuppetias venit Franciſcus Baertius.

magna Muſei noſtri ſupellex.

7 Multa ſibi quidem Henſchenius ac Papebrochius jam tum, cum de mittendo Romam juniori illo ſocio cogitarent, itineris ejus & commorationis in Italia in rem ſuam ac Sanctorum emolumenta ſpoponderant: ſed multo tamen inferiora, quam poſtea percepere; imo quam percepit Papebrochius & qui eum ſecuti ſunt ac porro conſequentur: nam Henſchenius ante diem extremum obiit, quam e Belgicis finibus ille propemodum in Galli- D
cos pedem extuliſſet. Enimvero minime otioſa erat Janningi Romam adeuntis peregrinatio; etenim ne fortuito, ut in urbem quamque venturn eſſet, ad viſenda quælibet vagari poſſet, deſcripta gerebat ſecum ac deſignata omnia, quæ ex itinere ſive in Gallia, ſive in Italia examinare, requirere, tranſcribere ac Muſeo noſtro ſubmittere juſſus erat. Hanc ego inſtructionem inter ſchedas ejus adhuc reperi, Papebrochii manu exaratam; quam & aliæ ſubinde atque aliæ ſecutæ ſunt cum jam Romæ conſiſteret, quo advenerat XVIII Kal. Decembres, paucis poſt diebus, quam exercitationibus iſtic Theologicis initium dari ſolet.

8 Fovebat interim Janningus conceptum in Belgio deſiderium vitam omnem ac ſtudia Sanctorum obſequio devovendi; quod quidem ut bene verteret, ſacerdotio initiatus v Kal. Novemb. anno MDCLXXXIV, diem illum ad celebrandas primitias optatiſſimum nactus eſt, qui Kalendas ipſis Novembribus Sanctorum omnium cultui ſacer inſtabat. Anno deinde, qui ſupererat, Theologiæ quarto feliciter decurſo, Florentiam deſtinatus eſt, ut ex inſtituto Societatis noſtræ, primos illos vitæ religioſæ ſpiritus, qui per aſſidua ſtudia, crebraque negotia debilitari non raro ſolent, Deo ac ſibi unice vacando inſtauraret. Itaque jucundiſſima hæc ei ſors accidebat, tum quod ad ſancta ejuſmodi exercitia ſuopte ingenio propendebat plurimum, tum quod ea Florentiæ potiſſimum jubebatur obire: ubi bibliothecæ eſſent vetuſtis codicibus locupletes, in quas excurrere non nunquam per otium liceret, atque ingentem inde meſſem in horreum noſtrum Antverpienſe congerere. Et vero ne ſpes illum ſua in loco falleret, fecit imprimis, clarum earumque eruditis omnibus nomen, Antonius Magliabechius, quo viro nemo laboribus Hagiographicis commodare magis poterat, nemo commodabat libentius, ut adeo Janningum humanitate ſua utiliſſima, efficiiſque propemodum obrueret; ſcribit hoc ipſe ad Papebrochium die Natali Dominicano MDCLXXXV his verbis: *D. Magliabechius ſeptimana ſuperiori tota ſe mihi totum impendit, conducendo ad præcipuas quaſque bibliothecas, ac reducendo domum confuſiſſimum ob nimiam ipſius humanitatem.* Quanto autem id operæ pretio factum ſit, longum eſt dicere; ſatis erit ipſum, qui maxime ſenſit, teſtem infra Papebrochium adducere.

Sacerdotium ejus ac tertia Probatio.

excurſio in regnum Neapolit. & red. ejus in Belgium.

9 Solent noſtri in ſacro illo receſſu, qui ſtudia abſoluta conſequitur, annum fere integrum collocare; ſed perſpectam nimis habebant Superiores Conradi noſtri in ſolida quaqui virtute conſtantiam, animique aſſiduam cum Deo conjunctionem, quam oris habituſque prodebat ſerenitas ac modeſtia ſui ſemper ac per omnia ſimilis, quam ut ei totum illud tertiæ probationis (ſic enim dicitur) ſpatium indulgendum putarent. Romam igitur quinto circiter poſt menſe quam inde Florentiam abierat, revocatus, facultatem obtinet, quam pridem exoptaverat Papebrochius, excurrendi in regnum Neapolitanum, indeque porro, quacumque viſum eſſet, in Belgium redeundi. Ea ipſe, ut liberaliter erat conceſſa, haud minus ſane liberaliter u-

ſus

A ſus eſt; ut Neapolim uſque totam pene luſtraret Italiam, numquam veſtigia relegens, ſed alio ſemper, quam quo venerat, itinere revertens; atque id cavens unice ne quidquam præteriret, quod ad Sanctorum Acta poſſet aliquid, quantulum idcumque demum eſſet, conferre; quæ cura illum Venetiis toto fere menſe detinuit. Atque hujus quidem rei teſtis eſt libellus, quem ſibi ſcribebat in via, centum facile paginas complexus, in quem congeſta habemus ea tantum, quorum alia monumenta non invenerat; ne memoria penitus excideren. Ita Domum tandem rediit affecto admodum anno MDCLXXXVI ad Papebrochium ſuum & tot ante ſubmiſſis identidem Sanctorum theſauris, & tot modo ſecum allatis, & ipſius latoris conſpectu, & ſuo atque Henſchenii tam ſalubri conſilio, quo ſocium illum in Italiam mittendum ante curaſſent, mirifice exultantem. Quin etiam continere ſe deinde non potuit, quin hæc Janningi merita poſterorum memoriæ, Tomo VII Maji in Vita R. P. Godefridi Henſchenii num. 33, hoc elogio commendaret: *Sane vix poſſim explicare verbis, quanta per hos annos quatuor* (imo fere quinque, quibus in Italia Janningus egerat) *utilitates ex illo conſilio nobis emerſerint, & quanta porro utilitura prævideantur.*

B

§ III. *Iter in Bohemiam & Auſtriam, ejuſque fructus.*

Deſignatur iter in Auſtriam inſtrui

OPportunus hoc etiam ex capite Janningi adventus fuit, quod jam exercere prælia cœperant zonus ſextus ac ſeptimus Maji; qui cum ſimul ambo vulgandi eſſent, Papebrochium & Baertium oppido fatigabant; donec utrumque novus hoſpes oneris parte magna levavit. Tenuit hic labor annum totum MDCLXXXVII, cum ſequentis menſibus aliquot. Tomum ſeptimum dedicatum volebant Sereniſſimo ac Reverendiſſimo Principi *Maximiliano Henrico*, Archiepiſcopo Colonienſi, S. R. I. Electori &c.; cui proinde æquum

C judicabant, ut ab aliquo ex Hagiographis coram offerretur in manus. Illud porro conſilium alterius occaſio fuit: nam ut mercatorum avaritiam lucra jam percepta non ſatiant, ſed ad majora tentanda proritant; ita Papebrochii noſtri inſatiabilem ſacrarum divitiarum aviditatem allatæ nuper tam feliciter ex Italia gazæ acuerant potius, quam reſtinxerant. Quid ni, inquit, ſi Coloniam vel Bonnam eundum eſt, eadem opera procedatur ulterius, atque adeo Germania, tot antiquis inſtructa bibliothecis, ſpecteturque univerſa? Dictum factum. Janningo hæc ſparta committitur, & comes additur Baertius: nam licet hic ætate tantillum & ſuſcepto religionis inſtituto præcederet; ille tamen erat in opere prior, Italice Germaniceque peritior, & itineribus pridem ſacriſque ſpoliis conquirendis aſſuetus.

Germaniæ bibliothecæ

11 Diſceſſum eſt exeunte Aprili anno MDCLXXXVIII. Vix Coloniam advenerant, cum intelligunt Sereniſſimum Principem Archiepiſcopum, Bonnæ periculoſe decumbere: eo igitur ſeſe cum inſcripto illi opere ſine mora proripiunt, quod quam gratum ægrotanti etiam graviſſime Principi acciderit, &

præſenti munificentia, & amplis, ſi convaleſceret, promiſſis teſtatum eſſe voluit. Ita D
feliciter ea itineris parte, quæ totius expe- AUCT.
ditionis occaſio fuerat, perfuncti, ulteriorem P. B.
in Germaniam penetrant; ſed tam ſedula ad rem ſuam attentione, ut ſiquam ad urbem accederent, non id notarent modo, quod ibi de Sanctorum Actis, reliquiis, cultu, translationibus, inſcriptionibus ceteriſque monumentis nanciſci poterant; ſed in vicinos etiam pagos nonnumquam atque abbatias excurrerent, cum vel minima promovendæ Sanctorum gloriæ ſpes invitabat. Volupe mihi ſane fuit ea omnia cum in litteris, tum in libello, ſeu, ut vocant, itinerario a Janningo per loca dieſque ſingulos conſignata percurrere; tanta in iis eruditio, tanta accuratio eſt. Divitiæ longe maximæ Aſchaffenburgi repertæ, ſcriptorum, inquam R. P. Joannis Gamans, immenſa congeries: unde ſeligere non pauca per ſuperiores licuit, quæ ad Sanctos, undecumque collecta, pertinebant; ſed ea (proh dolor!) cum Aſchaffenburgo Francofurtum aliquanto poſt noſtrorum diſceſſum veherentur, invidus Mœnus lethæis undis æternaque, uti ſubinde renuntiatum eſt, oblivione demerſit. E

12 Pari ſagacitate perveſtigata Pragam *ad & Bohemiæ*
uſque Bohemia eſt. Et Pragam quidem tenuere VIII Kal. Julias; ibique diebus aliquot ſubſtitere, emolumento ſuo minime pœnitendo. Nam præter Martyrologium membranaceum Danico-Franciſcanum, de quo videri poteſt Uſuardinum noſtrum, & quo Janningum donavit R. P. Criſtelius Præpoſitus Domus Profeſſæ, olim illi Romæ cognitus; itemque præter ingentia volumina de rebus Bohemicis ab ipſo Auctore R. P. Bohuslao Balbino Hagiographis dono data, cum in uſum eorum quovis pretio digna ſint; præter hæc, inquam, aliaque domeſtica beneficia, alia illis oblata ſunt ab externis: quarto enim die ex quo in urbem advenerant, non modo faciles ad Celſiſſimum Principem Archiepiſcopum aditus ſed & facultatem ab illo obtinuere ipſius manuſcripta quædam examinandi, & commendationem apud RR. Admodum DD. Eccleſiæ metropolitanæ Canonicos, ad eorum & tabularium, ſeu, ut dici ſolet, archivum, & bibliothecam, quæ ne Balbino quidem umquam patuerat, non ingrediendam dumtaxat, verum etiam perſcrutandam. Itaque dum alia iſtic annotant, alia deſcribuntur, dies, ut modo dicebam, aliquot abierunt. Non nihil etiam temporis ſibi nobilis Abbatia Strahovienſis ac S. Norberti monumenta, non nihil alia per urbem ampliſſimam templa, ſacris ditata pignoribus, vindicarunt. Sed hæc mihi cum Janningo perſequi ſingula non licet.

13 Minora hæc tamen fuerunt omnia præ *& maxime frustra Cæſaream Viudobonenſem*
iis quæ Viennæ retecta ſunt. Venerant eo itinere ſex dierum continuo, fracti admodum & inſomnes; nam & via difficilis, & pernecommoda fuerant hoſpitia; in quibus pro lecto pavimentum eſſet, raro ſtramine ſparſum. Ubi primum in auguſtiſſimam bibliothecam Cæſaream medio circiter Julio introniſſi volvere cœperunt codices, attoniti hærebant ambo, nec ſatis certi quid agerent: ſtatuebant enim, ſi quæ e re ſua eſſent, deſcribere o-

A mala in loco vellent, menſes bene multos exactum iri. Ac de latinis quidem inſtrumen-
AUCT. P. S. tis minor erat ſolicitudo, quam de græcis: cum adjutrices ad illa manus conduci facile poſſent; non item ad hæc. Simul ergo tum inter ſe, tum per epiſtolam cum Papebrochio de autumno atque hieme iſtic tranſigenda deliberant, ſimul ita ſcriptioni ſe totos impendunt; ut Baertius tentatam aliquoties in itinere valetudinem, indefeſſo labore non parum affecerit. Donec miſertus utriuſque Auguſtiſſimus Imperator poſt menſes circiter duos copiam fecit, Codices græcos, qui, ut erant præcipui, ita plurimum operæ ac temporis exigebant, ſecum aſportandi, deſcribendos in Belgio, ac ſubinde Viennam, uti factum eſt, remittendos. Ita factum, ut non modo reditum maturare, verum etiam excutere aut illum varia per Auſtriam non ſine magno rerum incremento monaſteria licuerit: *fuerant* enim pleraque, ut notat Janningus, a bello SueviB co immunia; paſſa quidem expilationes Turcarum, ſed qui ditiori inhiantes prædæ, obſoletos altoque obſitos pulvere codices facile contempſerant.

Belgas ab Imperatore ſuſcepti.

14 Confectis ex ſententia negotiis litterariis, aliud ſibi Janningus, priuſquam Vienna diſcederet, audendum putavit. Sumptuoſa nimirum operum noſtrorum moles ut munificentia naſci atque adoleſcere coperat aliena; ſic noſtris porro viribus ſuſtentari non poterat; neque ea jam erant Belgii tempora, quæ ſpem ullam facerent cujuſcumque ſubſidii. Obierant quoque mortem non ſubditorum bono magis, quam noſtro præmaturam Sereniſſimi ac Reverendiſſimi Principes, qui dum viverent, & non nulla contulerant, & ſperare juſſerant omnia. Erat quidem qui ſecuros nos eſſe juberet; modo ſolum vertere, & Chriſtianiſſimi Regis auſpiciis continuare in Gallia Sanctorum Acta vellemus: ſed ab eo conſilio rationes tum temporis abſterrebant graviſſimæ. Maluit Papebrochius ad aulam Hiſpanicam ſeſe vertere, ac benigniſſimum Regis Catholici explorare animum: & ſane rem brevi tam opportune promoverat, ut jam de proſpeC ro ſucceſſu dubitari non poſſet; cum Janningus, probe conſcius, quo loco apud Auguſtiſſimum Imperatorem haberent Acta Sanctorum, antevertendum ſibi Papebrochii conatum putavit; & vero antevertit: tam promptam enim offendit Auguſtiſſimæ piiſſimæque Majeſtatis voluntatem, ad ſuſcipiendam operis noſtri clientelam; ut Viennæ etiamnum conſiſtens ad Papebrochium ſcriberet, ne apud aulam Hiſpanicam porro quidquam argeret. Præſagiſſe jam tum Janningum Sanctorum inſtinctu diceres, quæ futura deinceps erant: nam Catholici quidem Regis larga, ut aſſolet, eſſe poterat gratia; diuturna eſſe non poterat, ſive ob inſecutam brevi, ut mox dicturi ſumus, Sacræ Inquiſitionis Toletanæ procellam; ſive ob mutatam in Belgio dominationem; qua id demum factum eſt, ut in uno Principe & Regem nacti ſimus Catholicum, & Magni Leopoldi æmulum erga ſuſceptos olim clientes Imperatorem ſemper Auguſtum. Atque hæc expeditionis Auſtriacæ ac breviſſimi temporis emolumenta fuere præcipua, quæ dum hiſce laboribus inſudabimus, nec Auguſtiſſimi Mæcenatis, nec Janningi, qui eum nobis paravit, immemores nos unquam arD guent.

§ IV. Quid egerit Janningus ex Auſtria redux; & nova ejus expeditio Romana; tum quis eam conſecutus eventus.

Reditus ex Auſtria in Belgium;

Vienna excefferat cum ſuo Baertio Janningus X Kal. Octob.; ſuadebatque adeo cæli autumnalis intemperies iter accelerare in Belgium; ſed nihil hoc illos ab inſtituta peregrinandi ratione dimovit. Itaque per Auſtriam & Bavariam ac deinde per Sueviam & Lotharingiam redeuntes, quidquid celebriorum abbatiarum non longe aberat, diſcuſſere; & ſiquid in promptu erat, abſtulere ſecum; ſin longiores exigebat moras, id viros religioſos per Sanctorum gloriam flagitabant, ut ne poſtea deſcriptum mittere ad ſe Antverpiam negligerent; quod non nulli pro E ſingulari ſua humanitate cumulatiſſime præſtiterunt. Atque hoc pacto medius propemodum December abierat, cum duriſſima quæque tum ab aeris injuria, tum a viarum aſperitate periculiſque perpeſſi quidem, ſed incolumes tamen, atque opimis tot ſacrarum bibliothecarum onuſti ſpoliis, in lætiſſimos utereque Papebrochii amplexus venerunt, optata deinde cum eo, ut ſperabant, Muſei noſtri tranquillitate partiſque commodis ad elaborandum Junium gaviſuri.

ſcripta apologetica pro Act. Sanctorum.

16 Sed enim quietis eſſe per adverſarios, imo amicos noſtros, non diu licuit. Nam eos quidem jam per annos viginti patienter ferre tacendo didicerant; dum obſcuris illi nominibus libelliſque pugnabant, ſibi magis ſuoque nomini infeſti, quam noſtro; verum anno demum MDCXCIII, cum bellum acrius, aperto ferioque marte, moveri cœptum eſt, præſentiſſimam, niſi occurſum eſſet in tempore, laboribus noſtris univerſis perniciem allaturum, tum vero Conradi ardor, quantus in conquirendis hactenus Sanctorum Actis, tantus porro in defendendis eluxit. Primus ille arma, quæ ne tum quidem Papebrochius, vir pacis amantiſſimus, ſtringenda ſibi putaF bat, eduxit; non ante reconditurus, quam priſtinam ſuis ac majorum ſtudiis gloriam, utilitatemque vindicaſſet. Scripſit ergo Apologiam triplicem, quam tomo primo Junii præfixam videre eſt; & ita ſcripſit, ut propulſare adverſarium vellet, non lædere; & ita ſcripſit, ut edendo proxime Junio operam non ſubduceret; ac proinde ſtrenuos illos Hieroſolymorum inſtauratores imitatus, *Una manus ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium.* 2. Eſdræ 4 ℣. 16.

Cenſura Toletana eſt novi ſtrepitus Romani occaſio;

17 Tantillis opuſculis immanes aliorum conatus contuſos abunde teſtabantur, qui legerant, eruditi; auctoreſque erant, ne quid ſacris noſtris lucubrationibus detractum temporis ulteriori ac minime neceſſaria velitatione abſumeremus; quando, ecce, diſſipatam pridem ab Excellentiſſimo D. Didaco Sarmiento Valladares, Inquiſitore tunc Generali, in Hiſpania procellam intempeſtivus fortiſſimi ejuſdem integerrimique judicis obitus excitavit, quæ quam præcipiti, tam horrendo fragore detonans, in grandia quatordecim operum noſtrorum volumina, incogitantibus nobis, dirum fulmen intorſit, ipſo illo, quo primum Junii tomum emiſeramus in lucem,

anno

A anno MXCXCV. Enimvero mirari hic licuit conſtantem ac mitem animum Papebrochii: perculſis enim omnibus infortunio alieno, ſolus ipſe, cum primum inaudiit, placide ſubriſit ſuo; promptus, ut ajebat, quæ ut homo peccaſſe oſtenderetur, pro ea, quam germanis Societatis Jeſu filiis propriam eſſe voluiſſet S. Ignatius, ſubmiſſione atque obedientia corrigere: ſin oſtenderetur nihil; non eam videri cauſam ſuam, cujus æquitatem facile probare, attonito licet orbi, non poſſet. Quod quidem poſtremum ſuperiorum hortatu, tam prompte, tam accurate, tam erudite, tantaque modeſtia præſtitit, ut nullo unquam alio facinore laudem ampliorem ſit conſecutus. Interea qui Hiſpana procuderant fulmina, moliri etiam Romana ſunt auſi. Ea res, ut intellecta primum eſt, Janningum denuo in Italiam compulit, motus accuſatorum omnes obſervaturum; quod utinam in Hiſpania fieri potuiſſet!

tam militer quam neceſſaria ſuſcepit; B

18 Ut Romam duobus fere menſibus attigit v Kal. Nov. anno MDCXCVII, ſenſit illico, quam neceſſarius iſtic eſſet; adeo jam apud plurimos adverſa nobis præjudicia invaluerant; quippe quæ & multi ſuggererent, & refelleret nemo. Quare ipſe circumcurſare ad omnes continuo cœpit, quos ad res noſtras, tot oneratas calumniis, conferre aliquid ſive ſecundum illas, ſive contra pronuntiando ſuadendove, poſſe exiſtimabat. Purpuratorum inter eos Patrum (nam ceteros prætereo) nemo unus, opinor, tum Romæ fuit, apud quem cauſam noſtram tum voce, tum ſcripto, tum utroque non egerit ſolertiſſime; apud ipſum imprimis, qui tunc Eccleſiæ præerat, Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Innocentium XII, a quo perbenigne acceptus eſt. Tantum vero hæc ſua tam ſedula induſtria menſe uno profecit, ut eodem anno, XVII Kal. Jan. Eminentiſſ. Cardinalis Noriſius, in labores noſtros (quod & in libris ſuis dudum, & datis ad Papebrochium MDCXCIII litteris prolixe teſtatus erat) mirifice ſemper propenſus, aſſerere Janningo non dubitaverit, ne apicem quidem unum, quidem ad Acta Sanctorum eorumque illuſtrationem pertineret, umquam prohibitum iri Romæ: id ſe jam collegiſſe ſtatutum eſſe in ultima Congregatione, ubi tertius tomus Maji tertium relatus fuiſſet. Similia innuebant eodem die Eminentiſſimus itidem Cardinales Petruccius atque Albanus, poſtea Clemens XI Pontifex re ac nomine Maximus; qui idem illi ineunte proximo Januario repetebat, hortatus eum, ne porro ſolicitus eſſet; ſibi modo curam de Actis Sanctorum omnem relinqueret. Nihilo de ſe aliiſque pluribus inferiora deinde aſſeverabant Cardinales, Aociaolus, Carpegna, &c. Et vero quod addixerant, præſtitere; quando ad hunc uſque diem in tam vaſta tot voluminum mole, poſt tot tamque potentium delatorum conamina, poſt tam aſſiduas tot annorum diſcuſſiones, poſt Hiſpanicum denique præjudicium, omnino nihil quod Acta proprie Sanctorum ſpectet, Romana cenſura notaverit.

licet Roma abrogata Cenſura Hiſpanico poſitive non fuerit.

19 Gaudebat merito tam prompta rerum ſuarum converſione Janningus; ſed in ea nequaquam ſibi acquieſcendum ducebat; parum id eſſe ratus, quod ſua libris noſtris Romæ, totoque adeo orbe Chriſtiano, fama conſtaret; dum vel in uno regno Catholico infamia quam quæ maxime, puta hæreſeos aliaque ejuſmodi, ſtigmata circumferrent. Id ergo operam dedit, ut ea quacumque demum ratione inducerentur. Quam in rem urgere S. Officium non deſtitit, ut ſiquam in operibus noſtris hæreſim comperiſſet, eam notare ne gravaretur; ſin offendiſſet nullam; id aliquo ſaltem indicio poſitivo, ut ajunt, orbi patefaceret. Saxum hoc volvit ad annum uſque MDCC; quando tandem perſuaſit Cardinalis Noriſius, id nec Romæ ſperandum unquam, nec in Hiſpania neceſſarium eſſe, imo vero, inquiebat, inutile: *Cum enim conſtet* (verba ſunt Eminentiſſimi) *libros poſt cenſuram Hiſpanicam Romæ examinatos fuiſſe, & nihil ſimile contra illos ſtatutum fuiſſe; quivis judicare poterit, illis non contineri, quæ Hiſpanica Inquiſitio tam graviter damnat. Atque hæc ipſa cauſa eſt, cur ſanctitura non ſit Roma poſitivi quidpiam ad juſtificationem veſtram. Imo ſi quid etiam tale ſtatueretur....* Tum illa ſubdit, quæ pro ea, qua Janningum dignabatur familiaritate ac fiducia, diſſimulanda non putabat; ſed quæ ego, ne quid offendam uſpiam, libenter omitto. Permovit hæc tam candida denuntiatio, ut cœptis deſiſtere, ac proficiſci tandem Roma ſtatueret, ubi nec timore jam amplius ullo, nec ſpe detineretur. Cum diſcederet ineunte Junio, anno MDCC, tum vero apparebat, quantam ſui exiſtimationem in omnium, Eminentiſſimorum præſertim Eccleſiæ Catholicæ principum, animis ſpectatus toto fere triennio Conradus excitaviſſet: adeo ſingulari valedicentem honore tamque profuſa benevolentiæ atque officiorum ſuorum teſtificatione proſecuti ſunt, quod & pluribus deinde datis ad eum epiſtolis, quarum hic integrum adhuc faſcem reperio, comprobarunt.

Janningus Roma per Auſtriam redit. Maximilianum Imperatorem.

20 Erit fortaſſis, cui jejuna hæc narratio, nimiſque contracta videatur. At ego me talem hic fateor affectaſſe ex induſtria; tametſi nuſquam potuerim eſſe prolixior; cum accuratiſſime ſuis quæque diebus ab ipſo Janningo notata invenerim omnia, quæ toto hoc tempore qua voce qua ſtylo geſta ab eo ſunt; eaque tanta mole & copia; ut, ſi enarrare opus eſſet ſingula, res & in volumen ingens abiret, & iis placeret parum, quos ego quia diligo imprimis ac veneror, uſque adeo merito nolim offendi; ut etiam ab hac qualicumque rerum illarum memoria abſtinuiſſem; niſi religio eſſet, præcipua Viri merita, dum ejus elogium adornare jubeor, ingrato ſilentio præterire. Sed redeo ad inſtitutum. Conradus ab Urbe non ſine nova Actorum codicumque vetuſtorum farcina digreſſus, iter inde demum in Auſtriam direxit: ſed more peregrinandi ſuo; ut in eam ſcilicet curam ſemper intenderet, ne quid negligeret uſpiam, unde aliqua ad Bibliothecam noſtram fieri poſſet acceſſio. Viennæ id maximo Hagiographorum cum honore, tum emolumento confecit, quod ante decennium feliciter inchoaverat; Sacram, inquam, ac Cæſaream Majeſtatem eo adduxit, ut non jam præteritis dumtaxat, ſed etiam ſtabilitis in poſterum ac perpetuis beneficiis Auguſtiſſimæ Familiæ nos habere vellet æternum obſtrictiſſimos. Tot rebus tam præclare geſtis, Antverpiam demum elabente propemodum anno ſæculari advenit.

Digitized by Google

AUCT. P. B.

§ V. *Janningus, abrogata Sacra Inquiſitionis Toletanæ cenſura veteri, novum ejuſdem decretum obtinet, operi noſtro perbonorificum.*

Electo novo Pontifice, operi noſtro favetur.

VIx domum redierat P. Conradus, cum defuncto nuper Pontifici Maximo ſuffectum intelligit SS. D. N. Clementem XI, antea Joannem Franciſcum S. R. E. Cardinalem Albanum, quo neminem Romæ aut privatim faciliorem aut acriorem publice cauſæ noſtræ patronum expertus erat. Gratulatus id nobis eſt continuo Eminentiſſimus Coloredus datis ad Janningum, VII Idus Jan. MDCCI, humaniſſimis litteris; nam *Veſtris quoque ſudiis*, inquit, *magnum profecto acceſſurum lumen confido; & qui olim pars fuit in translatione e græco in latinum, nunc judex opportuniſſimus evadet*. Menologium præter alia quædam intelligit Baſilianum, cujus menſem Aprilem ac Majum elegantiſſime verſum dudum acceperamus hoc titulo; *Acta Sanctorum ex Græco*

B *Menologio Criptæ Ferratæ, Interprete Joanne Franciſco Albano Urbinate Philoſophiæ ac juris utriuſque conſulto ætatis ſuæ anno decimo octavo.* Plura vide in Actis noſtris Comm. Prævio in S. Marcum Evangeliſt. die 25 Aprilis § 1, num. 5 & alibi. Hæc de *Judice opportuniſſimo*, mirum in modum placebant, præſertim Papebrochio, certum jam ſibi Romæ judicium pollicenti, quod fruſtra non ſemel invocaſſet; quando, ecce, pendentem ea ſpe optimum Senem tam violenta febris invaſit; ut mortem in horas pene ſingulas certiſſimam intentaret. Quid ageret coreorum articulo Vir Catholicus? Ejuraret hæreſim, qua damnatus erat? At eam nec ipſe in ſcriptis ſuis aſſequi potuerat, nec interpellati toties ab eo judices exhibebant. Inſtrumentum ergo novum conficit, quod habes tom. 6 Junii, ubi de Vita & Virtutibus ejus; cap. 10, quo concipi fortius non poterat ad maturandam non quidem jam vivo, ut augurabatur, ſibi, ſed vel mortuo ſententiam Pontificiam, qua vel propoſitiones in libris noſtris hæreticas indicaret ipſe,

C vel per Inquiſitionem Hiſpaniæ indicandas mandaret.

Tertio Romam cogitat; ſed fruſtra.

23 Sed ne hæc quidem morientis, ut tum putabatur, Viri vox exaudita. Itaque Janningus, urgente fiducia, quam de Summo Pontifice, ſuo nuper in omnibus Achille, conceperat, iter in Urbem jam tertio meditatur, quo de negotio Hiſpanienſi ſupremi in Eccleſia Judicis auctoritate decerni tandem aliquid aperte curet. Conſulere tamen ante per litteras viſum eſt Eminentiſſ. Cardinalem Coloredum, qui hæc inter alia reſcripſit Pridie Kalendas Februarias MDCCV: *Examen Tomorum veſtrorum, quod præpropera quadam urgebatur ſolicitudine, modo tantiſper ſubſiſtis, quæ olim ab Inquiſitione Hiſpanica prodierunt cenſuræ, non ab aliis, quam ipſius regionis auſpiciis poterunt revocari; nec multum, quantum ad hoc, adventus veſter prodeſſet; ſed magis inuitendum, ut ipſamet* (S. illa Inquiſitio) *rationum veſtrarum momenta perpendat, ſeſumque benefiori, quo poterit modo, aut retractet, aut declaret.* Senſit inde P. Conradus, quam etiam ſub hoc Pontifice vera eſſent, quæ ſub ejus olim deceſſore Cardinalis Noriſius, ut modo narravimus, futura prædixerat; quod & aliis ſubinde litteris confirmatum eſt. Quare anno MDCCV omiſſa demum ſpe Romana, de modo agendi cum ipſa iterum Sacra Inquiſitione Hiſpanica deliberari cœptum. Nec mora in Janningo fuit, quin continuo in Hiſpaniam ipſe contenderet; inhibuit tamen aliquamdiu juſtiſſimis de cauſis, quas Matrito reſcripſerat, conſultus hac de re, R. P. Balthazar Rubius.

D

Eorum examini opus noſtrorum Romæ,

23 Lubet hic tamen, priuſquam negotia Toletana proſequar, paucis attexere, quem tandem finem ſortita ſint Romæ apud Congregationem Indicis tam diuturna tomorum noſtrorum, ut Acta Sanctorum continent, examina. Hæc ſunt, quæ certiſſimo Auctore, ſed qui ſe nominari vetuit, ex Urbe accepimus VII Kal. Julii MDCCVII: 1. Ad eum uſque diem decretum in eos omnino nihil quidquam eſſe in illa Congregatione. 2. Jam remiſſos ab illa eſſe Tomos noſtros, ac reſtitutos accuſatoribus ....., ad quos pertinebant, & a quibus eos Congregatio commodatos habuerat: Ac proinde finitam eſſe cauſam. 3. Siquando contingeret eam denuo ſuſcitari, ne tem quidem minimam ſtatutum iri; niſi cum ſingulari ac magna benignitate

E & cautela in favorem (ſic verba ſonant Italica) ejuſdem Operis. Hæc ille. Neque ulterius Romæ res illa agitata; niſi quod anno hujus ſæculi octavo & nono pronum ſe Sanctiſſimus Dominus oſtenderit, ad cauſam noſtram per ſe in Hiſpania promovendam, non decreto quidem ullo ſuo, at commendatione apud ſupremum Inquiſitorem; ſed voluntatem illam optimam ſuborta inter utramque curiam diſſidia ad propria negotia diſtraxerunt.

Agit cum ipſo Inquiſitore per procuratorem P. Joſephum Caſſani,

24 Interea (ut redeam, unde digreſſus ſum) dum maturum expeditioni Hiſpanicæ tempus expectatur, commodum accidit, ut Romæ tunc eſſent, qui ad Generalem Societatis Jeſu Præpoſitum deligendum convenerant ex provinciis, atque inter eos R. P. Iſaacus de Bruyn, Provinciæ Flandro Belgicæ tum Præpoſitus; is enim ad P. Papebrochium, XVII Kal. Aprilis MDCCVI, in hunc modum ſcribebat: *Quo tempore hic Romæ fui, deliberavi multis .. an nihil poſſem efficere apud Romanum Pontificem contra Cenſuram Toletanam circa li-*

F *bros R. V., quando incidi in P. Joannem Mavin, electorem provinciæ Toletanæ & Profeſſorem primarium;* (editis operibus Theologicis jam tum clarum, nunc Sereniſſimo Aſturiarum Principi a ſacris Confeſſionibus) *qui dicit, eſſe Matriti in Collegio Imperiali P. Joſephum Caſſani, Profeſſorem & Qualificatorem Supremæ Inquiſitionis ...., qui defenſionem librorum R. V. libenter ſuſciperet, & putat, ſe exemptionem a Cenſura procuraturum, modo loqui poſſet; quod non poteſt, quamdiu debita auctoritate ſeu procuratione inſtructus non eſt. Quare Rogo R. V. ut inſtrumentum procurationis, quo ipſum ſuum Agentem inſtituat, ſtatim Matritum mittat, eique negotium commendet ..... In mora periculum eſt; quia Supremus Inquiſitor curam demandavit Patri Caſſani, conficiendi Catalogum omnium librorum a Suprema Inquiſitione damnatorum, in quem convenit non referri libros R. V.* Nimis enimvero aperte divinam hic providentiam agnoſcebat, qui Papebrochii cauſam æque ac ſuam ſuſtinebat unice Janningus, quam ut impe-

Digitized by Google

imperata differret. Confectum ergo inſtrumentum procurationis authenticum, & ad P. Joſephum Caſſani deſtinatum eſt, Idibus Aprilis ejuſdem anni.

ARCT. P. B.

qui cauſam ſuſceperat liberter ſuſceperat

25 Arduum erat ſane, ſi quod umquam fuit negotium, imo vero multorum judicio temerarium: is enim defendendus erat, quem tota execrabatur Hiſpania; defendendus, inquam, hic erat in ipſa Hiſpania, contra adverſarios & plurimos & potentes, contra graviſſimi Tribunalis ſeveriſſimam, eamque incredibili ſolennitate promulgatam quaqua vaſtiſſima S. Inquiſitionis auctoritas per orbem utrumque porrigitur, ſententiam; apud ipſam denique & per ipſam contra ſe Inquiſitionem. Sed nimirum quanta res hæc erat, tantum ad eam Pater Caſſani alacritatis, laboris, induſtriæ, conſtantiæ attulit; quibus equidem virtutibus dubitem, an parem huic Vito reperire ſit uſpiam; ſive cognatas illas habeat, ſive Cœlitum ope in hac ſua cauſa collatas. Ego me obſtupuiſſe fateor identidem, cum eas epiſtolas relegerem „ quibus ipſe rerum a ſe geſtarum gerendarumque ratione Janningo reddere conſueverat; quaſque ad Viri tanti memoriam accurate collectas ſervamus.

B *& mſſa dea per libellum ſupp'icem & apologiam S. Inquiſitioni oblatam;*

26 Vix cauſam ſuſceperat, cumque a S. Fidei Tribunali exemplar obtinuit authenticum propoſitionum Danielis Papebrochii, quas cenſura notaverat; tum operis noſtri vindicias tam in Hiſpania pridem a pluribus conſcriptas, quam ab Auctoribus ipſis excuſas in Belgio corraſit: unde ſuum ipſe, ut appellat, defenſorium verbis ac ſtylo curiæ, quem probe callebat, accommodatum, tanta ſedulitate elaboravit; ut noctes dieſque meditando committeret, graveſque capiti dolores, ac, robuſto licet, pectori debilitatem accerſeret. Deproperandum enim omnino hoc negotium fuit, aut in Indicem proſcriptorum operum, cujus editionem vehementer urgebat ſupremus cum ſuo ſenatu Inquiſitor, libri noſtri referendi. Cum parata tandem haberet omnia, implorato RR. PP. Præpoſiti Provincialis, Rectoris, & qui tum Regi ac Reginæ conſcientiam moderabantur patrocinio, itum ab omnibus una ad Illuſtriſſimum S. Inquiſitionis Præſidem, poſtulatumque ſuppliciter, ut ne judicem in hac re, ſed patronum agere vellet. *Renuebat initio*: *verum ego*, inquit P. Caſſani, *ab ipſo ſolum petii; ut meum libellum ſupplicem audiret. Conſenſit ipſe; auditoque in tantam raptus eſt admirationem; ut extemplo in alium virum mutatus, non jus dicere vellet; ſed cauſam dirigere optaret, ut felici progreſſu felicem conſequamur exitum.* Fortiſſima ſane libellus ille argumenta continebat, quibus hoc unum Papebrochio concedi flagitabat Auctor, *quod ipſi ex ſtrictiſſima* (verba ſunt ipſa) *rigidiſſimaque juſtitia diſtributiva competit*: nam *Gratiam*, inquit, *benignitatem aut indulgentiam petere meum non eſt; juſtitiam, eamque ſtrictam expoſtulo.* Idem ſubinde libellus una cum Defenſorio Sacro Tribunali juridice oblatus, XI Kal. Febr. MDCCVII, tantum valuit, quantum P. Caſſani aut ſuæ aut hominum quorumvis induſtriæ tribui poſſe negat.

ut brevi novum deferium parareiur

27 Erant libri noſtri atque eorum quod jam diximus Defenſorium apud Qualificatores ſeptemdecim, Theologos omnes & in hiſtoria eccleſiaſtica magnam partem verſatos: quorum tam aſſidua fuit in diſcutiendis, quæ propoſita fuerant, capitibus opera; ut minime dubitaret P. Joſephus, quin cauſam eſſemus ante menſem Auguſtum proximum obtenturi. Et vere ante elapſum ejuſdem anni Novembrem hæc ad Papebrochium ſcribebat idem Pater: *Ictat R. V., nec nullam in Theologis Qualificatoribus, nullamque in judicibus difficultatem invenire. Hic apex quidem nobis objicitur. Quæ ſalvanda ſunt, ſalva diu extant; quæ expurganda videntur, expurgari debent, & in hoc concordes ſumus: hæc enim extra Propylæum duo aut tria loca ſunt, & quæ nullam merentur Theologicam cenſuram... In Propylæo ... tantum corrigentur quædam Conclavium hiſtoriæ.* Jam tum ergo abſolutioni matura erant omnia, & quidem ea ſolennitate gravitateque perpenſa, ut parem in S. Tribunali umquam alias vel vidiſſe ſe, vel audiviſſe ſenex quidam ejus miniſter, Caſſiano teſte, negaverit.

quod anno demum 1715 proclis ob Eminentiſſimos Card. Giudice;

28 Sed noſtra nimirum Actorumque Sanctorum intererat, ut quæ uno paucorum menſium judicio damnata eſſent, non niſi poſt iterata per annos multos examina abſolverentur. Nam quæcumque demum tam lentæ ſententiæ cauſæ foerit (quod ſilere conſulto hic volui) eadem & innocentiæ noſtræ, & ampliori gloriæ mirum in modum conſuluit. Quamquam utrique cautum abunde fuiſſet, ſi uno ſaltem anno citius lata ſententia ſuperſtitem adhuc Papebrochium recreare potuiſſet; ſed & hic ante mortem habuit, unde ſentiret haud dubiam appropinquare in Hiſpania redemptionem ſuam, tametſi obitum ejus toto amplius anno ſecuta eſt. Nam illuſtre Decretum, quod nonnulli probro ſibi futurum timuerant, gloriæ ſibi merito vertendum putavit, qui edidit exeunte anno MDCCXV Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis, idemque ſupremus per Hiſpaniarum regna Inquiſitor, D. Franciſcus Giudice; neque edidit ſolum; verum etiam toto menſe Januario affixum templorum valvis hærere toto regno voluit, ac promulgari palam in omnibus cathedralibus aliiſque majoris notæ eccleſiis, tam inuſitato hactenus exemplo, ut exclamet in ſuis ad Janningum litteris P. Caſſani: *Video ego, & dum video, vix credo.* Quam vero libenter id fecerit Eminentiſſimus Præſul, neminem noſtrum, ne ipſum quidem Janningum tam procul poſitum latere voluit; dum non unas ad eum litteras dare dignatus eſt. Habe illas, Lector, quibus ornare præſidem ſtudiorum noſtrorum debita per epiſtolam gratiarum actione perfunctum vir tantus voluit; neque enim indigne feret, opinor, nos eas tanti facere, ut legi ab omnibus cupiamus. Sic habent, quantum quidem lepores Italicos latino rudique calamo adumbrare mihi licuit:

qui illud, utpote inſtiſſimum, libenter condidit, urgente Janningo,

29 *Admodum Reverende Pater: ſuæ illa tam grati animi ſignificatione eam in me voluptatem revocat R. V., quam tum percepi, cum licuit mihi tam præſtantibus P. Papebrochii operibus jus illud tribuere, quod merito ſuo exigebant. Gaudeo equidem, cum quod reſtituere illa potui publicæ omnium utilitati; tum quod feſtum iſtud meum R. V. tam jucundum accidit. Neque vero immerito recreavit eam, ut quæ tantopere labo-*

A *laboraverit ad fustinendam eorum dignitatem. Atque utinam nova mihi fese occasione offerant, in quibus testificari R. V. quam, & quanta sit ejus apud me existimatio, & quantum desiderium sibi commodandi meum, quo & felicitatem ei perpetuam apprecatus, sum ac manto obsequiis ejus ex animo addictissimus &c. Matriti 5 Martii 1716.*

AUCT. P. B.

30 Habet hic Janningus suorum in causa Toletana laborum testem ac præconem nimis illustrem, quam ut alios requirat: nec enim vacat gesta mihi minutatim omnia recensere, quæ possim. De Patre autem Cassani quid dicam, qui novem & amplius annos continuos cælum, ut dici solet, ac terram commovere non destitit, quo rem hanc ad optatum aliquando finem perduceret? Certe si multa narravero, non feret ejus, etiamnum superstitis, modestia; sin aliqua tantum delibavero; vereor, ne justitiæ faciam satis: quare ne quam ego in partem delinquam, alios pro me testes appello, atque in primis R. P. Petrum Blazquez, Provinciæ Toletanæ Præpositum, qui in litteris, ad Janningum MDCCXI de Patre Josepho scribens, *Qui in hoc negotio*, inquit, *promovendo insudavit*, &, *ut ita dicam, ad effusionem usque sanguinis sese fatigavit*. R. P. Gabriel Bermudez, tum Collegii Imperialis Rector, deinde Provincialis, ac nuper ad aures confitenti Regi Catholico præbendas adhibitus, hæc Janningo scribebat MDCCXV statim ab evulgato Decreto: *Hic (Eminentiss. Præses) fecit; P. Josephus Cassani promovit; multi quidem optarunt, laboraverunt multi; sed P. Cassani plus omnibus; incredibile, quo studio, quo ardore, quibus laboribus, passibus, patientia, sudore. Deffem mihi & meo muneri, si hæc ad Rev. Vestram non deferrem.* Quid plura? Paucis omnia complectitur aliorum elogia epistola ejusdem, quem dixi, R. P. Petri Blazquezii super eadem re data MDCCXV exeunte, ubi asserit, *P. Josephum Cassani superiorem esse laude omni, dignissimum, ut illius nomen vel ab universa Societate celebretur.* Celebrabimus certe nos, tametsi alia nulla ejus essent tum privata, tum publica apud Societatem Jesu merita, quæ tamen alia sunt & multa & maxima. Dum enim stabit opus hoc nostrum, legetur in eo memorabile illud S. Inquisitionis Decretum (tom. VII Junii pag. 34) non modo ut palam fiat, quantum ei deferendum putemus; sed etiam ad Eminentissimi Judicis, qui condidit, eorumque qui promoverunt, Cassani imprimis ac Janningi; majorum denique nostrorum, in quorum gratiam prodiit, gloriam gratique animi nostri memoriam sempiternam.

& omnium maxime P. Josephi Cassani.

B

C

§ VI. *P. Janningi labores Apostolici & litterarii.*

Multos pro confessione pœnitentiæ habuit.

QUis non miretur animum Janningi nostri tot curis, tamque edacibus occupatum, tot inter dimicationes, tot inter itinera longasque peregre moras atque intricatissima semper negotia potuisse ad scribendum appelli? Ac enim id multo etiam magis obstupescas, si labores ejus insuper Apostolicos noveris. Erant in augustissimo olim hoc templo nostro stupenda non pauca, quæ attonitos in sui admiratione hospites defigere consueverant; at illud longe maximum, & post flammas, quæ cetera sustulere, residuum, incredibilis hominum ad sacra Exomologeseos tribunalia festis profestisque diebus identidem recurrentium confluxum. Horum unum P. Conradus sub annum Christi MDCLXXXVII occupari jussus, ita brevi obsideri cœpit, ut nemo magis. Neque vero id mirum videri debet; quando in ipso vultu gestuque corporis modestiam, nescio quam, simplicissimamque & gravi quadam dulcedine dulcique gravitate mirifice temperatam præ se ferebat, qua vel intuentes ad sese alliceret; ut autem quisque accesserat, maxime si perfectioris vitæ desiderio gustuque ducebatur, ita porro divelli a Janningo non poterat, tantam in eo consiliorum luminumque cœlestium copiam repererat. Jam vero ejusmodi hominum tantum est Antverpiæ (absit verbo invidia) quantum alibi nuspiam; itaque familias ad se facile pertraxit integras.

D

ut & ceteros instrandos cum studiorum detrimento.

32 Notum vero iis esse puto, quibus Antverpiensium pietas utcumque perspecta est, quantum res hæc una per se facessere negotii debeat; cum opportune importune officii, consilii, solatii causa accedentes arcere non liceat; & ad ægros excurrendum sit sæpissime, nec raro apud moribundos pervigilandæ noctes, & plures quidem aliquando apud eosdem continuæ. Mitto alia id genus plurima, quæ non minus ab illo munere secerni difficile est, quam cum nostris hisce studiis componi. Senserat per annos jam multos Papebrochius, non sine ingenti Operis nostri detrimento adjutorem tam sedulum iis obrui curis, quæ in alium quemvis exonerari facile possent: quod adeo ut deinde fieret, ipse apud Præpositum Generalem accurasse creditus est, solatio quidem & suo & Janningi magno; at longe majori civium plurimorum mœrore; plurimorum, in quam: nam omnes ne sic quidem amoliri poterat. Accedebat ad hæc juventutis eruditionis studium singulare, quod tradendis publice per annos facile vigintiquinque Christianæ doctrinæ elementis hac in urbe constanter exercuit; donec, moriente Papebrochio, gravioribus, quam ante, curis implicitus, abstinere tandem hoc etiam caritatis officio coge retur.

B

Scripsit tamen aliquanto multa,

33 Scripsit interea tamen, & multa scripsit Janningus: quemadmodum a tomo quinto Maji usque ad secundum Julii videre est, Quæ de Græcis latina fecit plurima, mihi quidem nihilo minus exacta quam elegantia videntur. In ceteris ita versatus est, ut quamcumque materiam tractandam suscepisset, eam non ante dimitteret, quam exhausta funditus esset. Quin imo tanta rerum non numquam monumentorumque copia undequaque petita delectatus est, ut eorum ordinem ac symmetriam sus deque habuisse videatur; & est certe, ubi aliquid hac in parte desideres; verum id aliunde rerum, ut dixi, multitudine ac varietate abunde compensat. Prolixus tamen haudquaquam fuit; nedum in scribendo præceps; sed lente, si quisquam, festinus; imo in meditandis versandisque argumentis suis quorumdam judicio nimius; ut merito mireris tam multa tam lente tot inter negotia conscribi ab illo potuisse: sed nempe tarditatem, ut pene dixerim, sedulitas compensabat, & quæ in historicis pendere ab

F

hac

A hac utraque solet, eruditio atque accuratio singularis.

Et apud eruditos in pretio fuit.

34 Hanc in hoc viro suspexere, quotquot aliquam pridem inter eruditos laudem adepti sunt, Mabillonius, Magliabechius, Em. Norisius, Schelstratius, Muratorius, Saxius, Lucentius, Galeardus, aliique permulti, quorum hic non modo officiosissimæ litteræ, sed non nullorum etiam pretiosa Museo nostro dona servantur. Et de Eminentiss. Norisio quidem jam satis memini superius. Mabillonius ut primum hominem vidit egoovitque Parisiis, continere se non potuit, quam suavissimo eum complexu stringeret. Quanti illum fecerit Magliabechius, modo etiam insinuatum est; operæ pretium tamen est audire, quibus eum verbis compellare sit solitus, si quando ad eum, quod sæpe factum, scriberet: sic orditur epistolam suam die VI Decembr. MDCXCVIII: *Reverendissime & Doctissime Pater, Domine, Domine mi, ac Patrone colendissime; Litteræ omnes Reverendissimæ P. V. gratissimæ mihi semper accidunt, quam si datæ ad me essent a Principe quantumvis illustri &c.* Schelstratius ac Saxius tanti ejus litteras faciebant, ut operibus suis non sine elogio inserendas duxerint; hic in Appendice ad Dissert. Apol. pro vindic. Mediol. SS. Corp. Gervasii & Protasii antiq. possess. Addit. 1; ille Antiq. Eccles. Chron. Diss. 3, cap. 1. Plus aliquid faciendum sibi putavit doctissimus Ludovicus Antonius Muratorius: is enim cum lucubrationes suas illustribus passim viris inscribat, *Disquisitionem* suam *in Indicem Sanctorum Martyrum, quorum corpora S. Gregorii Magni temporibus Romæ quiescebant*, jam tum ab anno Christi MDCXCVIII dicatam esse voluit *Clarissimo P. Conrado Janningo e Soc. Jesu*; Adi-sis, lector, tomum ejus secundum Anecdotorum pag. 193; ubi alia invenies, quæ mihi longum est, huc afferre præconia. Mitto alios, etiam (quod mirere) Heterodoxos complures: malim enim suis hominem virtutibus, quam alienis laudibus ornatum videri.

B

C

§ VII. *Privatæ ejusdem virtutes ac pia exercitia.*

Cura sanctitatis ac perfectionis propriæ;

QUicumque ea perpenderit animo, quæ de P. Conrado narrata sunt hactenus, is verum sibi fingat, opinor, ita laboribus curisque publicis immersum, ut privatis ac suis attendere vix potuerit. Verum tantum abest, ut partes Instituti nostri longe præcipuas ipse in postremis duxerit; ut sibi potius unice vacasse totus, ac subcisivam dumtaxat rebus extra se positis commodasse operam videatur. Et quamquam ceterarum artium rudis, eam tamen & callueric optime, & pra omnibus, quos ego quidem noverim, solertissime semper exercuerit, qua virtutes illas atque opera aliorum oculis caute subduceret, quibus ad eximiam vitæ integritatem; intimamque cum Deo conjunctionem viam sibi muniebat; dissimulare tamen ita non potuit, quin ea saltem assecuti simus, quæ facilem ac certam de reliquis omnibus conjecturam offerant.

Studium & usus sublimis

36 Ac primo quidem, quantum universe ad vitam quam religiosissime ducendam afficeretur, inde palam fecit, quod selecta pleraque de hoc argumento opuscula sibi compararet; præsertim, quæ paucis multa proponerent, eaque ad accendendam potius voluntatem, quam ad pascendum curiose intellectum elaborata. Libellos etiam illos & multos habebat & magno in pretio, qui virtutes omnes earumque exercitia ita per annum universum tribuunt, ut suis quæque mensibus, hebdomadis, diebus, horisque, quantum quidem stata quædam, quam præ oculis habent Auctores, vivendi ratio patitur, assignata sint. Lucubrationes porro istas non modo, ut solent alii fere, volvebat sedulo; sed ita, ut faceret suas: nam quæ sibi ac muneri suo congruere arbitrabatur maxime, ea scripto inde excerpebat, sibi deinceps pro legibus futura, ad quas vitam suam atque actiones omnes exigeret.

D AUCT. P. B. *spiritualis i*

ex quasibi normam vivendi sumeret

37 Hæc scripta ut accuratam vitæ ejus actionumque singularum, atque adeo cogitationum, affectuumque rationem exhibent; ita ad insignem ejus pietatem ac religionem commendandam nihil illis uberius afferri posset aut luculentius, nisi tantæ molis essent, ut ea hic inferre mihi nequaquam liceat. Miraretur in iis lector ordinatissimam operum ejus *omnium* seriem ab uno vespere ductam ad alterum; tum quid in singulis, ut fini numeris omnibus absoluta, servandum sibi, quid cavendum præscribat. Huic ordini junctus est alius, diebus septem distinctus; dies autem singuli in quinque capita divisi; quorum primum Sanctos exhibet, quos sibi die illo patronos deligit; alterum beneficia quædam divina complectitur, quorum sibi imperat memoriam; tertium stimulos quosdam sacros ad ea, quæ sibi præstituerat, alacri animo peragenda suppeditat; quartum virtutem suggerit præcipue exercendam; quintum denique proponit fines, quo cetera omnia dirigamur: eos porro quoque die in quaternos ferre aut quinos partitur, additis totidem ardentissimorum affectuum formulis, quibus per horas minimum singulas indulgendum sibi esse statuerat.

E

eamque, dum vivit, semper confantissime.

38 Accedit horum omnium examen, bis quotidie juxta morem Societatis obeundum; sed a Janningo non divinis tantum & Religionis nostræ communibus, sed & suis illis privatis, ut ita dicam, legibus ac statutis accommodatum. Nequid vero aciem aut memoriam fugeret, universa rationum a sese exigendarum capita in sexaginta circiter interrogationes, totidem versibus, quos rhythmicos vocant, expressas, digesserat: erat enim hoc genus metri non minus illi jucundum, quam facile; ut alia, quæ sibi pepigit, istiusmodi sacra carmina bene multa testantur. Quam vero propositorum illorum omnium tenax fuerit optimus pater, mirantur omnes, qui per annos plures cum eo convixerunt: nam quæ hic scripta jam legunt, quatenus quidem aliorum oculis objici potuerat, notata olim in eo fuisse constanter omnia fatentur. Mihi vero id adeo mirum non est, ut qui ex ipsis schedis colligam, illas quotidianis diu manibus versatas fuisse: sunt enim obsoletæ penitus, & usu assiduo prope obliteratæ; cum in libris chartisque tractandis nemo quispiam esset Janningo nitidior.

F

Mitto

A Mitto de alio insuper examine: quod quia ad singularia vel vitia insectanda, vel virtutes acquirendas pertinet, particulare dici solet; mitto, inquam, de illo multa narrare, quod non nisi unum ejus libellum forte sim assecutus, sed & illum ad dies singulos exactissime pertusum; unde de reliquis, quos ipse sortitus flammis commiserit, prona est conjectura.

Præcipua ejus virtutes:

39 Quis vero in tanto virtutum omnium studio, virtutem ullam defuisse P. Janningo credat? Eminebant ante alias fides, spes, charitas, justitia, temperantia; fortitudo in adversis, amor, cultus & imitatio *B. Virginis Mariæ Matris Dei*, ut ipse scribit, *& suæ*; sunt enim septem illæ, quas in singulos hebdomadæ dies sibi præcipue excolendas distribuit. Eas muniebat augebatque sacrificiis, precibus, meditatione, lectione sacra, quibus statas ex more Societatis horas impendebat; quamquam & reliqua diei tempora toties, ut jam monui, piissimis affectibus consueverit interrumpere, ut merito dici potuerit *orare semper & non deficere*. Licet vero præsentem ubique se Deo sisteret; majorem tamen exprimebat ardorem, si quando ad eum sub Eucharistica specie salutandum accederet; quod utrumque quam familiare ei fuerit, ex schedis conjicio, quibus ad eam rem usus est; cum & lucernæ sint & digitorum sudore præ ceteris obsitæ. Divinum vero sacrificium tanto apparatu celebrabat quotidie, ut libellum ad opus illud augustissimum pro dignitate tractandum peculiarem sibi scripserit & satis prolixum, sed spiritu divino plenum.

B Luc. 18 v. 1.

Mortificatio:

40 Jam cum ascendere ad Deum animus non possit, nisi quantum se ab hujus vitæ illecebris commodisque sejunxerit; quod mortificationis, ut vulgo dicitur, officium est; facile quisque statuet, quam insigniter exercitum eum fuisse in hac parte necesse sit, qui tam assiduis, ne dicam continuis, supplicantis fidei, spei, charitatis motibus, tamquam pennis columbæ Davidicæ subnixus, volabat & requiescebat in cælo. Duæ sunt virtutis hujus partes; alteræ in macerando corpore, alteræ in pravis cupiditatibus compescendis

C versantur: quod ad primas attinet, non est mihi, fateor, usquequaque exploratum, quid Janningus, egerit; hoc unum constat, reperta esse in scriniis ejus arma plurima vexando corpori destinata. At paullo mihi aliisque notius est, quam absolutum in effrænes mentis corporisque motus imperium exercuerit. Hominem dixisses prorsus ἄπαθον; ita constanter & dicta sua & operationes omnes rationi subdebat, rationem vero ipsam divinis humanisque legibus. Memini certe ego, cum recens ad hæc studia vocatus, ipsum de recta in iis servanda ratione consulerem, ex ejus ipsius ore hæc inter alia audire me; *Conscius mihi non sum equidem, ex quo ad Musæum accessi, unquam a pluteo pedem unum dimovisse me, nisi justa id facto exigeret.* Mirabar sane tum rem ipsam, tum quod eam ipse prædicaret, qui de se alioqui meminisse numquam quidquam assueverat.

Conversatio.

41 Hinc tam rara ejus ac brevis ad externos, etiam quorum confessiones excipiebat, excursio; ut siquando eum videre contingeret, id maximi beneficii loco reponerent: & vero magnum erat: quando ad neminem umquam accedebat, quin eum sanctissimis moribus & colloquiis ad omnem virtutem inflammaret: fuit enim modestia morum per omnem vitam plane singulari, nihil in eis fractum, nihil leve, dissolutum nihil. Vultus idem semper, serenus quidem, ut erat animus; at numquam effuse lætus. Verborum usque adeo parcus fuit, ut vitio sibi daret; utpote cujus emendationem non semel a se in schedis exigit, Iræ ac tristitiæ dominabatur imprimis: & quidem si justa erat causa, silebat in loco; donec de re cum Deo vel per meditationem vel ad aras contulisset; tum vero quod agendum sibi arbitrabatur, id agebat ita, ut nemo quidem moderatius, nemo tamen fortius. Sed ne ego finem numquam fecero, si persequi voluero singula: sufficiunt sane, quæ dicta sunt, ut cetera conjectentur.

D AUCT. P. B.

§ VIII. *Postremus Janningi morbus, patientia, obitus.*

E *Hemiplexia corripitur an. 1719.*

MAnebat ea tandem sors patrem Conradum, quæ emeritis fere hactenus Hagiographis nostris obtigerat, qui fatiscente laboribus assiduis corpore, extrema vitæ tempora in valetudinario exegere; ut sint, qui hoc eis pro igne piaculari destinatum esse velint; ne quid hinc migrantes eorum animas a Sanctorum consortio remoretur, quorum unice obsequio vitam omnem insumpserint. Quod ego quidem de Janningo minime dubitarim asserere; tanta in eo tamque diuturna, quæ sane opus perfectum habet, patientia fuit. Delatus eo est ipso illo die, quo loco simul ac vita cessit P. Franciscus Baertius, VI Kalend. Novemb. MDCCXIX, hemiplexiæ morbo, dum in prandio mensæ accumberet, repente correptus; nec membrorum tantummodo captus usu, verum etiam rationis; idque per hebdomadas omnino tres continuas. Cumque interea nihil de morum ejus habitusque gravitate decideret, opportuna pictori fuit occasio, ejus effigiem quam simillimam otiosa exprimendi; id quod ille sui compos fieri ægre permisisset.

F *Convalescit sed imperfecte: fit diu: decumbit ne Deo vacet.*

43 Restitutis exinde tum animi tum corporis utcumque viribus, fidere cœpit baculo, ac per domum repere potius quam incedere; paulatim etiam ad aras atque ad Musæum redire; sed hebescente brevi memoria, nec jam amplius calamum regentibus digitis, labore tandem pluteoque abstinuit; solo imposterum valetudinario, sacrisque, quos sibi, ut dixi, elaboraverat libellis schedisque ac Rosario, ut vocant, Mariano contentus: nam cetera suis hactenus usibus concessa prorsus abdicabat. In iis porro volvendis meditandisque quod reliquum fuit vitæ totum abiit. Atque hoc quidem ne sine ordine aut temere faceret, exercitia illa sua pietatis in stata tempora ita tribuebat; ut si eadem diei hora accederem, eadem semper lectitantem offenderem; sin alia venirem, alia meditaretur. Ita conjunctissime cum Deo vivebat, Eucharistico per dies pene singulos epulo refectus; imo quia nulla, dum hic vivitur, satis arcta cum illo conjunctio est, dissolvi cupiebat identidem & esse cum Christo; donec anno demum MDCCXXII, tamquam imminentis jam proxime mortis, nescio quo argumento, præsagus me,

Digitized by Google

A me, qui plane aliter sentirem, non semel monuit; & hoc, inquit, mihi crede, & me dixisse meminetis, cum videbis; prope abest cum hinc migrabo. Cum hæc diceret, mirificam vultu consolationem, qua delibutus erat animus, præferebat: ut satis proderet, eam demum esse summam votorum suorum.

iterum & sapius eodem morbo corripitur an. 1722;

44 Et quamquam tum quidem nihil esset, unde aliquid sinistri portendi posse videretur, non omnino tamen sua Senem optimum fefellit opinio; neque enim diu post, ineunte circiter Novembri, quæ totum jam triennium intermiserant symptomata convulsionesque apoplecticæ, ingruere tam frequentia cœperunt, ut aliis vix secta vena depulsis, rursum alia succederent; ac tandem post mensem unum ita virum obruerent, ut mox ad æternitatem consuetis Ecclesiæ præsidiis rite munitus, prope jam medicorum judicio pro deposito haberetur. Accessere singultus lethales ceteraque præsentissima mortis indicia, in quibus ad momenta singula credebatur a circumfusis patribus sine nllo dubio aut mora expiraturus. Suspensos ita nos omnes habuit a fero vespere ad mediam usque noctem; ut negarent Sacerdotes e nostris qui aderant seniores, visum unquam a se quemquam fuisse, qui vel robusto corpore tam crudo certamina sustinere tam diu potuisset. Sed magis obstupuimus, cum sub horam noctis duodecimam ea paulatim interquiescere, atque in placidum, ut apparebat, somnum resolvi animarvertimus. Postridie sorbere aliquid cœpit ac deinde leviculos cibos admittere, convalescere denique, saltem ad medium usque Januarium anni MDCCXXIII, quando iterum similes angustias non absimili miraculo elusit.

moritur 13 Aug. 1723

45 Cæterum non sic eripi potuit e mortis faucibus, quin convulsi tam atrociter nervi fractæque vires officium deinceps summ negarent. Itaque si moveri loco necesse erat, alieno adminiculo utendum fuit: sed oneri levi par erat bajulus unicus: tametsi etenim justam viri staturam corpus æquabat, habitius tamen illud & numquam fuerat, & modo tot malis exanstum vix ossibus hærebat, ut adeo frater unus, nec admodum validus, vestibus onustum impeditumque facile de lectulo aut sella quocumque circumferret, non sublatum in humeros, aut medium; complexus sed, quod mirantes quotidie vidimus, instar pueri sedentem in ulnis. Et vel sic affectus gaudebat solita, quæ dximus, statis temporibus persolvere se posse Deo, Virgini matris, Sanctis omnibus pietatis officia; quod præstare non desiit usque ad Nonas Julias ejusdem anni MDCCXXIII; tum enim suprenam lustam sustinuit potius, quam sensit: primo enim impetu voce simul ac mente privatus, hoc tantum distabat a mortuo, quod spiraret; atque illo in statu, quod incredibile videri potest, usque ad sequentis Augusti Idus perseveravit, vix umquam interea satis certis præsentis animi datis indiciis; tum demum sub horam septimam vespertinam, innocentissimum alioqui, ac tot insuper purgatum incommodis spiritum, commendantibus rite nobis, in manus creatoris placidissime reddidit, anno ætatis 73, ab ingressu in Societatem Jesu 54, a solenni quatuor votorum Professione 36, ab accessu ad Hagiographiam, subducto quinquennio quod studiis Theologicis ac tertiæ probationi cessit, 49.

domesticis exteris que lugentibus.

46 Jam quanto nostrorum luctu sublatus sit P. Conradus, assistentium morienti lacrymæ testatæ; illius in primis qui illi constantem per tot annos operam in valetudinario commodaverat, sibi quidem, ut ajebat, semper jucundissimam; quod nihil ægroto illo suo aut facilius vidisset umquam aut patientius. Nec vero illæ tantum virtutes, sed & ceteræ per omnem retro vitam spectatæ has fere accedentibus identidem ad moribundi lectulum exprimebant voces: *Moriatur anima mea morte justi hujus*. Haud minor externorum qui virum noverat, luctus emicuit & æstimatio; quippe qui satis nequaquam facturos sese piis adeo manibus putaverunt, si privatis nos tantumodo juvarent meritis, nisi illis etiam publica, uti in templo nostro fieri curarunt, accinentibus muscis justa persolverent. Hæc sunt fere quæ de optimo studiorum nostrorum Præside dicenda habui; quibus & illud addo, quod de viris vitæ sanctimonia conspicuis vulgo ac vere pronuntiatur, minima eorum esse merita, quæ patent hominibus; majorum enim Deum solum Superosque testes admittunt, quibus placere unice studuit.

Digitized by Google

INDEX
SANCTORUM
AD TOMUM III JULII.

A

11 ABondius martyr Cordubæ in Hiſpania. *Ex Martiliis S. Eulogii Memoriali* 240

10 Amalbergæ vidua Laubiis & chii in Belgio COMMENT. §. 1. Sanctæ nomen varie inflexum; natale illuſtriſſimi 63. § 2. Amalbergæ conjugium, ætas & liberi 64. § 3. Amalbergæ cultus, profeſſio & Acta 66. § 4. Witgerus S. Amalbergæ maritus quis fuerit, & an Sanctis annumerandus 67. VITA quæ legitur a Laubienſibus & Binchienſibus, *deſumpta ex Ms. Binchienſi* 69

10 Amalberga virgo Tamiſiæ & alibi in Belgio. COMMENT. § 1. Synonymarum ſanctarum Belgicarum diverſitas 72. § 2. Veteſtus S. Amalbergæ cultus ex B. Radbodi epiſc. Ultrajectini elogio & Martyrologiis 73. § 3. Recentiora S. Amalbergæ elogia 75. § 4. Peculiaris Sanctæ cultus Gandavi in monte Blandinio 76. § 5. Cultus Tamiſiæ & Maternæ in Flandria 78. § 6. Hiſtoria translati ſacri corporis; ejus apud Gandenſe veneratio, & per Calvinianos interitus 81. § 7. Sanctæ Acta eorumque ſcriptores 83. § 8. Mabillonii & Coinctii contra Legendam argumenta 85. § 9. Qua potiſſimum ratione explicari poſſe videatur 86. TOMELLUS ſeu ſermo D. Radbodi ſanctæ Trajectenſis eccleſiæ epiſcopi, de vita & meritis paradoxæ virginis Chriſti Amalbergæ. *Ex codice S. Pauli in Sonia collato &c.* 88. VITA auctore forteſſe Theodorico abbate Trudonopolitano. *Ex dicto codice Senienſi S. Pauli* 90. CAP. 1. S. Amalbergæ illuſtris origo, pia infantia miraculis clara; S. Willibrordi monitu ad B. Landradam Beliſiam deducta, a Pippino agnoſcitur & ad filii ſui Caroli nuptias poſtulatur. 91. CAP. 2. Inutiles Caroli conatus in proſequenda Virgine; ſaniora Pippini conſilia; Hunrodi proditio; poſt Pippini obitum in amorem S. Amalbergæ per ſuos magis, ſed fruſtra incenditur Carolus. 93. CAP. 3. Fuga Virginis cum fratre Rodino; Paſchæ feſtivitas cum paſtoribus celebrata, furis per lupum punitio; panis & vini miraculoſa ubertas; abigitur turba dæmonum, variaque alia prodigia perpetrantur, 95. CAP. 4. Carolus Virginem denuo inſequens, brachium ei luxat, ſed a Domino ſanatur. Receſſus Rodini in montem Caſſinum. Sanctorum viſitatio; Caroli reſtituta ſanitas, alia Virginis miracula, virtutes & feliciſſimus obitus 99. INVENTIO, elevatio & translatio ſacri corporis Tamiſia Gandavum &c. *Ex eodem codice* 103. MIRACULA; *Ex codice Tamiſienſi*. Pars 1, 205: altera 107; tertia vero 109

13 Anacletus Papa & M. COMMENT. De Anacleti a Cleto diverſitate, antiquo cultu, geſtis & reliquiis 479

12 Andreas miles & ſocii martyres. *Ex Menæis* 308

12 Andreas puer a Judæis trucidatus, prope Œnipontum in Comitatu Tirolenſi. COMM. HIST. § 1. Notitiæ ad hunc Beatum ejuſque cultum ſpectantes unde acceptæ 462, § 2. Andreæ martyrium illuſtrationibus interſperſum 464. § 3. Andreæ cultus ad noſtra uſque tempora ſucceſſive continuatus; ſupplicationes; ſtatus reliquiarum modernus, miraculum; anathemata 467. APPENDIX. Recentiora quædam miracula, ab abbate Wilthinenſi huc miſſa 469

12 Ansbaldus conf. abbas Prumienſis. SYLLOGE HIST. de cultu, ætate & geſtis 308

14 Antiochus & ſeptem ſocii MM. Alexandriæ. *Ex Hieron.* 649

10 Apollonius M. in Cappadocia. *Ex Menæis* 35

14 Aquila & Hilarius MM. *Ex Synax.* 650

B

14 BAſſus martyr Trunchinii in Flandria. COMM. De cultu, reliquiis, adventu & Actis 699. ACTA. *Ex Ms. monaſterii Trunchinienſis* 701

10 Bianor & Silvanus MM. in Piſidia. *Ex Faſtis Græcis* 34

14 Bonaventura S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Albanenſis, Eccleſiæ Doctor, ex Ord. S. Franciſci, Lugduni in Gallia. COMM.

Digitized by Google

INDEX SANCTORUM

COMM. § 1. Sancti nomen, cultus, reliquiæ, ætas, annus & dies obitus 811. § 2. Judicia variorum Scriptorum de S. Bonaventuræ doctrina 813. § 3. Geſtorum Sancti chronotaxis uſque ad ſuſceptum totius Ordinis generale miniſterium 815. § 4. Vitæ ſequela a ſuſcepto generalatu ad obitum 817. § 5. Geſta poſt obitum S. Bonaventuræ uſque ad canonizationem & hæc tempora 819. § 6. Scriptores qui de S. Bonaventura egerunt, & quænam hic edantur 822. OCTAVIANI A MARTINIS Sinueſſani U. J. Doctoris, de vita & miraculis S. Bonaventuræ Oratio, qua poſtulatur a Sixto IV ſummo Pontifice, in Divorum referri numerum 824. S. D. N. SIXTI PP. IV DIPLOMA quo S. Bonaventura Epiſcopus Cardinalis Albanenſis in Divorum refertur numerum 830. S. D. N. SIXTI PP. V DECRETALES LITTERÆ, quibus S. Bonaventura ... inter Doctores Eccleſiæ annumeratur, feſtum 14. Julii, ſub ritu duplici celebrari mandatur, cum indulgentiarum elargitione 833. VITA auctore Petro Galeſinio, Protonotario apoſtolico ad Sixtum V Pont. Max. ex editione Henrici Sedulii. Auctoris proloquium 838. CAP. 1. Nomen, patria, parentes, annus nativitatis, ordo Seraphicus, & res ſæculi: corporis habitus & animi virtutes 840. CAP. 2. Ingreſſus in Ordinem ex voto matris, vitæ innocentia & aliæ virtutes, orationis & contemplationis ſtudium 843. CAP. 3. Eruditio & doctrina mirabilis, ejuſque & in aliis progreſſus in ſtudio Pariſienſi 845. CAP. 4. Sancti geſta tempore quo fuit Ordinis Miniſter generalis 848. CAP. 5. Præſtans doctrina in expoſitionibus utriuſque Teſtamenti, & multiplex exponendi ratio 851. CAP. 6. Dotes eximii Eccleſiæ Doctoris, præclaris actionibus non parum illuſtratæ 853. CAP. 7. Geſta in Concilio Lugdunenſi, obitus & miracula 855. CAP. 8. Doctrinæ poſt obitum commendatio. Canonizatio, & quæ Canonizationem conſecuta ſunt 857. CAP. 9. De iis quæ ob ejus ſanctitatem, & doctrinam eximiam Sixtus V Pontifex egit 858

C

10 CAnutus Rex & martyr, Ottoniæ in Fionia Daniæ. COMENT. §. 1. Sancti genus, præclara indoles, pietas, cultus, elogia in Faſtis recentioribus & in Breviario Sleſwicenſi, ac noviſſime in Romano 118. §. 2. Singulare Sancti elogium ſcriptum, uti apparet, ab aliquo qui primæ ſacri corporis elevationi interfuit, 121. § 3. Acta ab aliis poſtmodum ſcripta, quo hic ordine recenſeantur. 123. § 4. S. Canuti & fratrum regum Daniæ chronologia 125. HISTORIA VITÆ ET PASSIONIS auctore Æthelnotho monacho Cantuarienſi. *Ex Ms. Thuſano collato cum editione Meurſii*. Prologus ad Nicolaum regem 127. CAP. 1. Præmittuntur varia de receptæ ſerius a gentibus Aquilonaribus fide Chriſtiana, de victoriis & geſtis Suenonis, S. Canuti parentis & Haraldi fratris, 129. CAP. 2. S. Canuti præclaræ virtutes, miſericordia in pauperes, cura juſtitiæ & cultus divini, rigida pœnitentia &c. Expeditio in Angliam, fratris Olavi proditione interverſa 131. CAP. 3. Multa in Eccleſiæ bonum ſancita, miniſtrorum nimium rigor, improborum ſeditio, ſancti Regis receſſus, direptæ ac ſpoliatæ curia, tumultuantium varia ſcelera 134. CAP. 4. Fuga S. Canuti in Fioniam. Piperonis aulici nefanda proditio, furentium impetus in baſilicam S. Albani, in qua Rex lancea perfoſſus pro juſtitia martyr occubuit 137. CAP. 5. Parricidarum in Benedictum, Sancti fratrem crudelitas, Dania divinitus multis plagis afflicta, Adela abſterrita ab auferendo ſacro corpore, quod pluribus ſignis clareſcens, ſolemniter elevatur, & in theca venerationi exponitur 140. VITA ALIA auctore Saxone Grammatico 143

13 Cholioduch martyr Hierapoli, ut videtur, in Syria. SYLL. HIST. § 1. Cultus, ſexus, diſtinctio, cognatio, elogia ex Synax. Græcis 509. § 2. Alia quædam ejus elogia. Acta Sanctæ ex purioribus fontibus 511

11 Cindeus presb. & M. Sidæ in Pamphilia. *Ex Marlio Rom. & Græcis Synaxariis* 186

14 Cyrus Carthagin. epiſc. *Ex Marlio Rom.* 648

D

14 DEotlinus puer confeſſor Reſæ in Clivia, SYLL. de cultu 689

12 Divus, Cornius & Laventius MM. Cæſaream Cipp. *Ex Marliis* 295

12 Droſtanus conf. in Scotia. *Ex monumentis Scoticis* 198

E

10 ETto ep. conf. Letiis in Belgio. COMM. § 1. Cultus ex Marliis, elogia, lectiones 48. § 2. Officium proprium, Sancti invocatio; confraternitas 50. § 3. Feſtivitas annua, tumba, miracula, locus ubi quievit olim corpus, abbatiæ Letienſi ſubjectus, ac poſſeſſionibus ditatus; corpus inde abſportari vetitum 53. § 4. Corpus Sancti primo Montes Hannoniæ, inde Letias translatum & honorifice reconditum 55. § 5. Reliquiæ; tempus mortis, epiſcopatus; manuſcriptum quod hic damus 57. VITA. *Ex pervetuſto Ms. monaſterii Marchianenſis* &c. CAP. 1. Qua occaſione & quibuſcum S. Egitto in Franciam ex Hibernia profectus ſit; iter Romanum; reditus in Galliam 59. CAP. 2. S. Etto loco ſolitario moliendo intentus, non impune contemnitur; familiaritas cum

Digitized by Google

eum aliis Sanctis; muto loquela reddita; virtutes; obitus 61

13 Eugenius ep. Carthaginensis Albigæ in Occitania: item socii ejus in persecutione Wandalica plurimum passi. COMM. § 1. Eugenii cultus & elogia 487. § 2. Acta, eorumque scriptores 488. § 3. Eugenii episcopatus & exsilium 490. § 4. Ejus mors & scripta 491. § 5. Adventus in Galliam & sepultura 493. ACTA auctore Victore Vitensi. *Ex Surio cum aliis collata*. CAP. 1. Hunerici simulata conniventia, & barbara in suos crudelitas 495. CAP. 2. Variæ visiones & dira in Catholicos persecutio 497. CAP. 3. Hunericus per epistolam Catholicos episcopos ad disputandum de fide convocat. S. Eugenii responsum & miraculum. Disputatio cum Arianis 500. CAP. 4. Arianorum calumniæ & fraudes 502. CAP. 5. Immania tyranni tormenta & Catholicorum constantia. CAP. 6. Libertas Muritæ diaconi; multorum exsilium; puerorum in fide constantia, & Ariani episcopi impia *sævities* 505. CAP. 7. Violentia Arianorum episcoporum; feminæ Catholicæ zelus, & patheticus auctoris epilogus 506

21 Eutychius M. Alexandrinus. *Ex Hist.* 187

F

10 FElicitas cum septem filiis Romæ 5. COMMENT. § 1. Antiquissima SS. Martyrum in sacris tabulis memoria; cultus; S. Felicitas distincta a S. Symphorosa. Versiculi trium ex his Martyribus nomen præferentes 5. § 2. SS. Petrus Chrysologus & Gregorius Magnus SS. Martyrum præcones; eorum reliquiæ 7. §. 3. Tempus mortis, locus sepulturæ; Acta sincera & spuria, quæ hic dantur 10. PASSIO auctore anonymo. *Ex codice Ms. pergameno, majoris formæ abbatiæ Vallicellensis collato cum tribus aliis impressis* 12. ACTA APOCRYPHA *collata cum alio Ms.* 18. CAP. 1. S. Felicitas spreto decreto, ab Antonino contra Christianos edito, accusatur una cum filiis, & frustra ad idolorum cultum allicitur 14. CAP. 2. Publius consul S. Felicitati ac filiis ejus frustra conatur persuadere cultum deorum 16. CAP. 3. Vario mortis genere septem filii Martyres occiduntur; S. Felicitas capite plectitur; corpora a volucribus intacta; eorum sepultura ac translatio 17. ANALECTA de septem Martyribus. CAP. 1. Translatio S. Alexandri martyris, unius, ut volunt, e VII Felicitatis filiis, in abbatiam Ottenburanam, Ord. S. Benedicti in Suevia, desumpta ex codicibus nostris Mss. 19. CAP. 2. De pallio S. Alexandri martyris ex Mss. 21. CAP. 3. Alia S. Alexandri translatio; unius e septem fratribus, an alterius, in Westfaliam 22. CAP. 4. Oratio in laudem septem fratrum, auctore anonymo, forte monacho Ottenburano, collata cum alio Ms. 26

G

10 GEneroſus abb. conf. Enixione apud Pictones in Gallia. NOTITIA *ex Actis S. Paterni ep. Abrincensis* 47

H

12 HÆmorrhoissa Euangelica Cæsareæ Philippi in Phœnicia. COMM. HISTORICUS. §. 1. Cæsareæ Philippi notitia; Sanctæ cultus ac nomen; elogium, confusio; statua Christo erecta 273. § 2. Alia ejus elogia; veritas statuæ ab Hæmorrhoissa erectæ stabilita 275. § 3. Præcipua statuæ adjuncta; quo sit delata; a quo sublata 277

Martyrologi *tyribus, quos, ut vita conjunxerat, ita mors non separavit. Fortissima hæc Mater, duplici titulo mater extitit, quæ, quos mundo ediderat proles, Christo deinde meliori partu per martyrium peperit; iterum & sæpius, imo octies martyr, præter suam mortem tot neces passa, quot Filios pro Christo mortem patientes vidit, omnes voluit ad cælum præmittere ne quemquam amitteret in terra; triumphans in suis, triumphans in se, quando, omnium postrema martyrio est coronata. De hac in tabulis sacris agitur die* XXIII *Novembris; de illis hac die. Verum, quia omnium triumphus individuus est connexus, de Matre simul ac septem filiis ejus eadem occasione tractabimus.*

quomodo sanctam Felicitatem a *Longum foret antiquorum simul & recentiorum Martyrologorum de his Sanctis annuntiationes commemorare. Sufficerit Martyrologes classicos retulisse; e quibus in posteriores derivata eorum memoria est. Sanctam Matrem habent Hieronymiana:* Et S. Felicitatis. *Beda, prout a Majoribus nostris editus est tomo* 2 *Martii;* Eodem C die (XXIII *Novembris*) S. Felicitatis, matris septem filiorum Martyrum, quæ jubente Antonino, decollata est pro Christo. *Romanum parvum sic eam refert:* Et S. Felicitatis, matris VII Filiorum. *Notatur etiam in antiquo Kalendario Frontoniano, e quo inferius plura, ubi de cultu. Ado ejus annuntiationi subnexit Acta, paulo contractiora; quam ea, quæ nos daturi sumus. Accedunt Wandelbertus & Usuardus. Ille sanctis Martyribus sic accinit:*

Tum quoque septena Genitrix cum prole, beato
Præcelliens radiat Felicitas alma triumpho.

Hic vero iisdem verbis illam dat, quibus Beda, modo citatus.

& septem ejus filiorum annuntiatus. 3 *De septem Fratribus, S. Felicitatis filiis, agitur in Hieronymianis; at non sine confusione eorum nomina exprimuntur, prout notatur in observationibus ad Usuardum, haud ita pridem illustratum; alienis auxiliis usu Florentinio, ut ea a cæmeteriis altisque immixtis secerneret. Ut nomina distincte ac debite exprimantur, tantum oportet recurrere ad Martyrum Acta, in quibus diserte omnia enumerantur; unde ad Martyrologos gradum fecerunt. Romanum parvum annuntiat,* Romæ VII Fratres. *Ado post Bedam,* E *clare, tametsi non eodem ordine ipsos configat, addito singulis martyrii genere, quo mactati sunt:* Romæ VII Fratrum, filiorum sanctæ Felicitatis, id est, Januarii, Felicis, Philippi, Sylvani, Alexandri, Vitalis & Martialis, sub Præfecto urbis Publio, tempore Antonini Principis. Primum auditi, deinde per varios judices, ut variis suppliciis laniarentur, missi: e quibus Januarius post verbera virgarum & carcerem, ad plumbatas occisus est. Felix & Philippus fustibus mactati. Sylvanus præcipitio interemptus est. Alexander, Vitalis & Martialis capitali sententia puniti. *Norkerus annuntiationi Adoniana brevem clausulam adjunxit: Quod* a charitate Christi & unitate fidei non sunt vel in morte divisi. *Usuardus paucis omissis Adonem descripsit: quorum primo consonat Romanum. Confuse loquitur Kalendarium Frontonis:* Septem Fratri Apii & Salariæ; *de quibus postremis vocabulis recurret paulo post sermo alia opportunitate. Atque hinc certa & facilis redditur correctio sive Hieronymiani Epternacensis, sive aliorum codicum, septem filios S.* Felicitatis, *teste Florentinio, cum Rufina & Secunda sociantium. Epternacense apud eumdem* F *Auctorem ita habet:* VII Idus Julii, Romæ natalis VII Germanorum, id est Philippi, Felicis, Maximi, Silani, Januarii, Rufinæ, Secundæ & filiorum ejus.

Cultus sanctorum Martyrum 4 *Cultus Martyrum quam sit antiquus, quam late propagatus ac celebris, liquet ex sequentibus. S. Gregorius Magnus homiliam pro concione habuit in laudem* S. Felicitatis, *idque, ut ejusdem homiliæ titulus præfert, in basilica sub nomine ejus dedicata, & in ejus festo, quam paragrapho proximo maximo ex parte proferemus. Antiquissimum Kalendarium Bucherianum ita septem Fratres commemorat, ut singulis loca singula sacri cultus assignet:* Sexto Idus *Julii celebratur festum* Felicis & Philippi in Priscillæ *cœmeterio*; & in Jordanorum, Martialis, Vitalis, Alexandri: & in Maximi *cœmeterio*, Silani (hunc Silanum martyrem Novati furati *sunt) & in Prætextati cœmeterio*, Januarii. *Quid? quod Kalendarium antiquum Frontonianum recenset tres Missas, antiquitus in honorem sanctorum Martyrum*

*forte Novatiani.

Digitized by Google

AUCT. J. P. *rum celebratas, pro votivo, ut conjicio, corporum situ; quarum* prima Missa ad Aquilonem *ponitur*; secunda ad S. Alexandrum, *addens secundum Luc. cap.* CXXXIII: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo accedit lucernam & in abscondito ponit, *usque*, sicut lucerna fulgoris illuminabit. *Sequitur Missa secunda.* Item ad S. Felicitatem, *secundum Matth. caput* CXXX: Loquente Jesu ad turbas, ecce mater ejus & fratres, *usque*, ipse meus frater & soror & mater est. *Observa obiter, aliam tum temporis capitum sancti Evangelii divisionem fuisse, quam nunc sit, uti etiam librorum, ut notavimus in annotatis ad cap.* 1 *Actorum* 55. *Epistoli & Actionis, littera* b.

§ *Nec vero modice* S. Felicitatis *venerationem commendant ea, quæ memoriæ prodidit Anastasius Bibliothecarius locis variis, quæ huc transcribo. Libro de Romanis Pontificibus, impressionis regiæ Parisinæ, pag.* 24 *sic loquitur*: Hic *Bonifacius* fecit oratorium in cœmeterio S. Felicitatis juxta corpus ejus, & ornavit sepulchrum sanctæ martyris Felicitatis & S. Livanii *, ubi & posuit hæc: patenam argenteam, pensantem libras viginti, scyphum argenteum, pensantem libras decem; amam argenteam, pensantem libras XIII; calices minores argenteos duos, pensantes libras IV; coronas argenteas tres, pensantes libras XV... Qui etiam sepultus est in cœmeterio S. Felicitatis martyris via Salaria, VIII Kal. Novembris. *Quin etiam basilicam gloriosæ Martyri quondam consecratam fuisse, iterum constat ex Anastasio pag.* 33: Hic Symmachus reparavit basilicam S. Felicitatis, quæ jam in ruinam imminebat. *Et rursum*: Hic fecit cœmeterium Jordanorum in melius propter corpus S. Alexandri. *Adde, quod idem Auctor narrat de S. Adriano I, pag.* 117: *Qui* cœmeterium S. Felicitatis via Salaria una cum ecclesiis S. Silvani Martyris & S. Bonifacii Confessoris atque Pontificis, uno cohærentes solo, mirè restauravit magnitudinis. *Agi autem hic de nostra* S. Felicitate, *& non de alia, suadent primo, nomen* Livanii, *id est* Silvani, *ibidem adjunctum, qui fuit unus è septem filiis. Secundo, basilica* S. Felicitati *nostræ dicata fuit Romæ, in qua S. Gregorius homiliam dixit, de qua mox paragrapho* 2. *Tertio, Alexander unus è septem extitit filiis. Quarto denique, concursus ecclesiæ* S. Felicitatis *cum ecclesia S. Silvani martyris.*

quam si antiquam probatur ex antiquis monumentis.

* Sylvani.

B

C

6 *In Sacramentario S. Gregorii Magni, a Menardo edito,* VI Idus Julii *celebratur memoria septem Fratrum cum sequenti collecta, quæ coincidit cum ea, quæ habetur in Missali Romano*: Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per.

SUPER OBLATA: Sacrificiis præsentibus, Domine, quæsumus, intende placatus & intercedentibus Sanctis tuis, devotioni nostræ proficiant & saluti. Per.

PRÆFATIO: Vere dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens æterne: donari nobis suppliciter exorantes, ut sicut Sancti tui mundum in tua virtute vicerunt, ita nos a mundanis erroribus posfulent expediri. Per Christum Dominum.

AD COMPLENDUM: Quæsumus, omnipotens Deus, ut illius salutaris capiamus effectum, cujus per hæc mysteria pignus accepimus, Per Dominum nostrum. *In Missali Rom. additur*, ut intercedentibus Sanctis tuis. D

Præter Collectas proprias de S. Felicitate, *Missali Romano insertas die* XXIII *Novembris, alias lege in Sacramentario apud Thomasium pag.* 117 in natali S. Felicitatis VIIII Kal. Decembris, *ubi habentur sequentes*: Intercessio nos, quæsumus Domine, sanctæ Felicitatis Martyris tuæ votiva consoveat, ut ejus sacrata natalitia & temporaliter frequentemus, & conspiciamus æterna. Per.

SECRETA: Munera tibi, Domine, pro S. Felicitatis gloriosa commemoratione deferimus, quæ nobis hujus solemnitas effectu & confessione dedicavit & sanguine. Per.

POSTCOMMUNIO. Præsta, Domine, quæsumus, ut Sacramenti tui participatione vegetati, S. Felicitatis quoque martyris precibus adjuvemur. Per.

7 *Breviarium ecclesiæ et diœcesis Osnabrugensis anni* 1516 *habet Officium* S. Felicitatis *& septem Filiorum ejus, & quidem uno eodemque die* X *hujus.* E *Breviarium Osnabrugense agit de S. Felicitate et filiis hoc eodem die.*

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT: Conversa S. Felcitas ad filios suos dixit: Videte, filii, cælum, & sursum aspicite, ubi vos exspectat Christus cum Sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris & fideles vos exhibite in amorem Domini. *Additur duplex Collecta: prima quidem de* VII *Fratribus, quæ singulorum exprimit nomina; cetera non differt a collecta Missalis Romani, cui ea quæ sequitur de illorum Matre conformis est. Apponuntur lectiones sex propriæ, ex Actis desumptæ.*

8 *In apographo, in quo recensentur reliquiæ monasterii Ottenburani, Ordinis S. Benedicti, Augustensis diœcesis, notantur* septem Fratres, filii S. Felicitatis *esse ejusdem monasterii* speciales patroni. *Dabitur inter analecta brevis panegyris in laudem septem Fratrum adornata, post quam subnectitur hæc Sequentia, ut vocant, ad usum, ni fallor, ejusdem monasterii Ottenburani, in hæc verba*: Hunc læti diem cuncti venerantur populi, quem fore felicem sancta fecit Felicitas, pignorum septeno martyrizata numero: nam septem præmissis, octava fuit cruciata, filiis, maternos perpessa dolores singulorum martyrio. Primus Januarius, plumbatis plagatus obiit. Felix atrocissimis cum Philippo mactatur fustibus. Sylvanus per præcipitium occumbit. Alexander cum Vitale, simul addito Martiale, decollati sunt. Constanter illorum sanctissima Genitrix, tot passa dolores, novissima corporaliter occiditur. Ex his Alexandrum, florem nitidum, gemmamque pretiosissimam, dulcem margaritam, dignis laudibus tota Germania celebrat, divina quem benignitas de Romana sede nostræ salvationi transmiserat his Alemanniæ partibus. Hic multis fulgens miraculorum signis, salutifera solet clarus solemnia suis ostendere civibus. ☐ Decus, o nostra salus, o Martyrum tu venustissime flocule, cum fratribus & cum matre Felicitate sperennem implorato beatitudinem, qui tibi servimus in terris, tuis precibus in cælis fusis sis faustæ nobis. Amen. Cultus fratrum apud Ottenburanos. F

A 7 *ris*

AUCT. J. P.

A Ἅγιε Ἀλέξανδρε πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν. Γένοιτο, γένοιτο.

Sancte Alexander intercede pro nobis. Fiat, fiat.

§. II. SS. Petrus Chryſologus & Gregorius Magnus ſanctorum Martyrum Præcones; eorum reliquiæ.

9 *Tametſi inter* S. Felicitatem & *Symphoroſam, de qua poſtrema agendum erit cum Martyrologio Romano, die* XVIII *hujus, utramque Martyrem, utramque ſeptem filiorum parentem, aliqua intercedat ſimilitudo; tanta tamen alioqui inter utramque matrem eſt diſcrepantia, ut mirum videatur, incidere cuiquam potuiſſe dubitationem, an una non eſſet altera. Occaſionem dubitationis & ſolutionem profero ex Baronio, tom.* 2 *Annal. pag.* 193 *ſic loquente:* Os magnam quamdam ſimilitudinem, quæ inter S. Felicitatem & S. Symphoroſam intercedit, dubitaſſe ſcio virum eruditum, familiarem meum, num una eademque eſſet femina, quod eorumdem nominum eadem ferme ſignificatio eſſet: nempe, quod interdum φορὰ idem ſit, quod bonus eventus ſeu fortuna proſpera; ſicque pro bono eventu vel fortuna, Felicitas eſſet Latine redditum; quod nomen magis conveniat feminæ. Ceterum ejus vocis ambiguæ diverſa reperitur interpretatio. B Verum *σύμφορος* a *συμφέρω*, quod eſt prodeſſe, idem eſt, quod utilis vel commodus: *σύμφορος* item, qui ſimul verſatur, aſſecla vel comes, dictus reperitur. Quamobrem æquius eſt, ut exiſtimemus Symphoroſæ nomen deductum à *σύμφορος*, quod eſt utilis vel commodus; quam a *συμφορᾷ*, voce ambigua, quæ interdum bonum eventum, interdum vero infortunium adverſamque fortunam ſignificat. Quamobrem ut in bonam partem ea vox acciperetur, majores aliquid aliud addere conſueverunt, ut habet Suidas ex Simonide, quod ille dicat: Πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖσιν ἀγαθαῖς; quod eſt: Bibe, bibe in bonum eventum.

S. Symphoroſa & S. Felicitas eſſe in multis, ſimiles,

10 Sed quæ nomine diſcrepant, longius rebus eſſe diſtinctas ac plane diverſas, res cujuſque ipſarum evidentius manifeſtant: nam illa Tiburtina ſub Hadriano, Tibureque martyrio coronata eſt. Hæc Romana ſub M. Antonino paſſa eſt, & Romæ. Nomina quoque ſeptem filiorum cujuslibet ipſarum diverſa prorſus eſſe reperiuntur. Inſuper & martyriorum genera hos ab illis omnino diſcriminant atque diſtinguunt. Exſtant enim tum C illorum, quorum ſuperius facta eſt mentio, Acta; tum horum, quæ ex antiquioribus monumentis eccleſiaſticis edita habemur ac ſane fidelia.

ſunt tamen perſonæ diſtinctæ.

11 *Martinus Mileſius Sarezanus in Notis ad carmina S. Damaſi, in lucem a ſe datis, pag.* 282 *recitat quinque carmina diſticha, cum iſto eis titulo præfixo,* de ſanctis Martyribus Vitali, Martiali & Alexandro; *quod ſive epigramma, ſive alio nomine voces, fatetur idem auctor,* non eſſe Damaſi, ſed inter Damaſi carmina ſe poſuiſſe *affirmat*, quia de Damaſo & illius carminibus a Vigilio PP. poſitum. *At ſive Damaſum hi verſiculi auctorem habeant ſive alium, parum refert; nihil ſane habent ſingulare, quamobrem huc tranſcribi mereantur. Quare abunde nobis eſt, verbulo ſaltem de iis meminiſſe.*

An quinque carmina diſticha de Martyribus compoſuerit S. Damaſus?

Præclare admodum S. Petrus Chryſologus prædicat

Sanctorum Martyrum noſtrorum agmen duos habet potiſſimum Præcones, Petrum Chryſologum & Gregorium Magnum (*quales quantoſque viros; ſeu integritatem vitæ, ſeu eloquii dotes conſideres!*) qui egregie ambo fortiſſimam hanc Matrem; & in Matre ſeptem Filios prædicant. Primus ſic loquitur ſerm. 134. Quoniam varios Martyres, multipliceſve triumphos, quos perſecutoris crudelitas toties illuſa cumulavit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illam (*de S. Felicitate loquitur*) tota noſtri ſermonis confugit oratio, quæ meruit filios tot habere, quot dies mundus accepit. Vere mater luminum, fons dierum, quæ ſeptenario coruſco germinis ſui toto orbe ſplendet. Beata, quæ non ſolum pro lege patitur, ſed ipſius legis heptaliſmum * meruit Mater ſancta generare; heptaliſmum, fratres, qui non unius, & temporalis tabernaculi illuſtraret arcanum, ſed Eccleſiam ſempiternam ſacro illuminaret incenſo; felix, quæ meruit portare tot virtutum pignora, quot illa arca præceptorum volumina ſacrata geſtavit; & ut illa verbo, ita hæc doceret exemplo. Jam tunc eos fratres Martyres genuit, quando eos partus ſeptenario numero conſecravit & myſtico.

* *id eſt* numerus ſeptenarius *Exod* 25. *Græce* ἑπτά, ſeptem. E

de ſancta Felicitatis Triumpho;

13 Huc huc S. Paulus veniat, qui adhuc parturit, donec Chriſtus formetur in homine. Ecce mulier iterum atque iterum parturit, donec in virtutem mutetur infirmitas, caro tranſcendat in ſpiritum; terra transferatur in cælum. Ardebat, anhelabat, ut eos uno die ſacros Martyres pareret, quos vix parvulos per annorum curricula generaverat. Ecce mulier, ecce mater, quam vita filiorum fecit anxiam, mors ſecuram. Beata, cui in futura gloria tot adſtant candelabra, quot germina. Beata, quæ tot præmiſit ad regnum! Beatior, quæ ſuum in ſæculo nihil amiſit! Diſcurrebat lætior inter conſoſſa cadavera, quam inter cunabula chara filiorum; quia internis oculis tot cernebat bravia, quot vulnera: quot tormenta, tot præmia: quot victimas, tot coronas. Et quid plura, fratres? F Non eſt vera mater, quæ neſcit filios ſic amare. *Ita S. Petrus Chryſologus, ſermone uſus aureo, nemini conſono.*

utiporiter S. Gregorius Magnus;

14 *S. Gregorius Magnus in homilia tertia ſuper lectione Evangelica capitis* 12 *S. Matthæi copioſe ac diſerte laudes magnæ Heroidis noſtræ adornat hoc titulo homiliæ præfixo:* Homilia lectionis ejuſdem, *quam modo diximus*, habita ad populum in Baſilica S. Felicitatis, die natali ejus. *Pauca igitur præfatur, quinam frater Chriſti & ſoror ac mater dici poſſit; hunc ubinam fieri prædicando; illas, credendo; hunc myſticum ſenſum comprobat ab exemplo* S. Felicitatis, *ſic loquens:* Ad quam rem nobis idonee confirmandam, adeſt beata Felicitas, cujus hodie natalia celebramus, quæ credendo extitit ancilla Chriſti, & prædicando facta eſt mater Chriſti. Septem quippe filios, ſicut in geſtis ejus emendatioribus legitur, ſic poſt ſe vivos timuit in cauſa relinquere, ſicut car-

Digitized by Google

AUCT. J. P. carnales parentes solent metuere, ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernæ patriæ prædicando roboravit, & parturivit spiritu, quos carne pepererat, ut prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo. Considerate, fratres charissimi; in femineo corpore virile pectus. Ad mortem stetit imperterrita. Amittere se in filiis lumen veritatis timuit, si non fuisset orbata. Numquid ergo hanc feminam martyrem dixerim? sed plus quam martyrem. Certe Dominus, cum de Joanne loqueretur, dixit: Quid existis in desertum videre. Prophetam? Utique dico vobis, & plus quam prophetam. Et Joannes ipse requisitus, respondit, dicens: Non sum propheta: qui enim se plus quam prophetam noverat, esse se prophetam negabat. Qui ergo plus quam propheta dicitur; quia prophetæ est officium futura prænuntiare, non etiam ostendere. Joannes vero plus quam propheta est, quia, quem verbo dixit, digito ostendit.

15 Non ergo hanc feminam martyrem, sed plus quam martyrem dixerim, quæ, septem pignoribus ad regnum præmissis, tot ante se mortuos transmisit. Ad pœnam prima venit, sed pervenit octava. Aspexit mater & cruciata & imperterrita filiorum mortem, spei gaudio adhibuit dolorem naturæ. Timuit viventibus, gavisa est morientibus. Optavit nullum post se relinquere, si, quem haberet superstitem, non posset habere consortem... Amavit ergo juxta carnem Felicitas filios suos, sed pro amore cœlestis patriæ moti etiam coram se voluit, quos amavit. Ipsa eorum vulnera accepit; sed ipsa in eisdem ad regnum prævenientibus excrevit. Fertur apud veteres mos fuisse, ut, quisquis consul existeret, juxta ordinem temporum honoris sui locum teneret. Et, si quis posterius ad consulatum veniens, consul non semel, sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude & honore transcenderet, qui non plus quam semel consules extitissent. Vicit ergo beata Felicitas Martyres, quæ tot ante se morientibus filiis, pro Christo frequenter occubuit: quia ad illius amorem sola sua mors ei minime sufficit.

16 Consideremus, fratres, hanc feminam; consideremus nos, qui membris corporeis viti sumus, in ejus comparatione quid existimabimur. Sæpe namque agenda aliqua bona proponimus, sed si unicus contra nos vel levissimus fermo ab ore irridentis eruperit, ab intentione actionis nostræ fracti protinus & confusi resilimus. Ecce nos plerumque a bono opere verba revocant. Felicitatem vero a sancta intentione frangere nec tormenta potuerunt. Nos injuriam maledictionis in aurem maledictionis impingimus; hæc ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque esse, quod obsistebat, existimavit. Nos ad præcepta dominica largiri nostra saltem superflua nolumus; hæc non solum Deo suam substantiam contulit, sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos, cum ex divina jussione filios amittimus, sine consolatione lugemus; hæc eos velut mortuos plangeret, si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districtus judex venerit, quid nos viri dicemus, cum hujus feminæ gloriam viderimus? De debilitate mentis suæ, quæ tunc erit viris excusatio, quando hæc ostenderetur, quæ cum sæculo & sexum vicit?

B *extollens ejus palmam,*

C *& audientes provocant ad parem constantiam in exercenda virtute.*

17 *Sequitur, ut de sacris Martyrum exuviis differamus. S. Meinwercus, Ep. Paderborn., de quo actum die* V *Junii, inter alias reliquias, quibus a Benedicto PP. ditatus fuit, etiam reliquias septem Fratrum ab eodem obtinuit. Id quod in vita ejusdem Sancti, num.* 23 *narratur his verbis:* Denique *Benedictus Pontifex* desiderium *Meinwerci* de reliquiis Sanctorum ad constructionem monasteriorum audiens, tertium dimidium corpus VII Fratrum, filiorum S. Felicitatis, qui sub Imperatore Antonino passi sunt, Philippi videlicet, Juvenalis & Felicis... tribuit. *Obiter nota, nomen proprium* Juvenalis *vel hic esse intrusum, vel, quod malim in simili casu suspicari, pro* Martiale *aut* Vitale *hic irrepsisse; cum nullus inter septem Fratres* Juvenalis *fuisse reperiatur; quod tamen nomen perperam etiam legitur in Vita prædicti Antistitis Paderbornensis tom.* 1 *de rebus Brunsuic. apud Leibnitium, pag.* 526. *In Chronico Mindensi apud Henricum Meibomium tomo* 1 *rerum Germanicarum pag.* 555, *dicitur* corpus Alexandri, filii S. Felicitatis, integrum de Roma in oppidum Westphaliæ Wildeshusen a Walberto, filio filii Wedekindi, Regis Angarorum, translatum. *In eodem Chronico pag.* 563, *ubi agitur de reliquiis ecclesiæ Mindensis*, de Sanctis istis, de quolibet magna pars habetur, *inter quos ponitur nomen* S. Felicitatis, *an hujus nostræ, an vero alterius, non dicitur.*

Reliquiæ Martyrum

18 *Duorum è sanctis Fratribus Martyribus corpora, si Ughello credimus, Brixiæ reperta sunt, tomo* 4 *Italiæ sacræ, colum.* 754 *sic loquenti:* Francisci Episcopi Brixiensis tempore fratres Servitæ Regularesque canonici Brixiæ diu exoptatum domicilium acceperunt, & duorum S. Felicitatis filiorum corpora in abbatia Leonensi inventa sunt, quæ olim Desiderius Longobardorum Rex Benevento transportarat anno DCCLIX. *Masinus in Bononia perlustrata pag.* 376. *refert in Basilica S. Stephani reliquias septem Fratrum Martyrum conservari; corpus vero* S. Philippi *Tamayus in Hispaniam trahit, asserens* in conventu S. Mariæ Salicensi in Carpetania, Ordinis S. Francisci honorifice custodiri. *Sed quis facile in hoc statim ipsi fidem habeat? Eam haberet, si loco* Illustrissimi D. D. Petri Gonzalez de Mendoza, dicti conventus Minorum auctoris & Archiepiscopi Granatensis, *quem citat in Historia Salicensi lib.* 4, *cap.* 6, *fol.* 790, *& cap.* 3, *fol.* 760, *rem potius stabiliret antiquis monumentis, atque adeo fide dignis. In Ms., quod habemus de reliquiis monasterii Ottenburani, de quo supra, sic lego:* SS. septem Fratrum, filiorum S. Felicitatis *reliquiæ*, qui sunt nostri speciales patroni. *Et postea inter reliquias sanctarum Virginum & Viduarum, ibidem ita proditur:* Felicitatis Martyris, matris VII Filiorum. *In Actis prolixioribus, quæ ad apocrypha relegamus, in fine narratur*, jussu eximii ac veri Catholici Longobardorum Principis Sigehardi, Ursus Beneventanæ sedis electus, eadem sanctorum corpora elevasse de Alisis, cum magno honore Beneventum perduxisse. *Res gesta pluribus quoque exponitur apud Ughellum tom.* 8, *col.* 57, *adjecta ad Acta nostrorum Martyrum*

variis locis

F

Digitized by Google

A *rum genuina, quæ habet, clauſula, quæ fere coincidit cum iis, quæ leguntur in Actis Sanctorum apocryphis, quæ Actis ſuccerſi poſtea ſubnectemus.*

19 *Verum, quomodo corpora Sanctorum* humaverunt haud procul a mœnibus urbis, quam Veteres vocaverunt Aliphas? *Ut ſcribit Ughellus, vel ut in Ms. noſtro, hic dando* Aliſas, *vitioſe, ut puto, pro* Aliſas, *quod alibi lego ad* Lymphas; *quomodo, inquam, corpora Sanctorum ibidem humaverunt, & quidem, ut habetur e vita ſerie ibi narrata, proxime poſt eorum mortem? Cum per urbem* Allipha, *nunc* Alife, *non videatur intelligi alia, quam urbs Terra laboris in regno Neapolitano; quæ nunc pene deſerta jacet. Enimvero ſancti Martyres Romæ paſſi, Romæ mortui, Romæ vel ſaltem in loco Romæ vicino, ſepulti, quomodo intelligi poſſunt humati in regno Neapolitano? Quomodo juſſu Sichardi, Longobardorum Principis, Urſus Beneventanus Epiſcopus ea, de* Aliſis, Aliphis *vel* Aliſis *elevata, cum magno honore Beneventum perduxit?*

habent re-ferunt;

B 20 *Gelenius de Colon. Agripp. magnitudine pag.* 266 *aliis reliquiis, quas illic recenſet, annumerat reliquias* S. Felicitatis; *an vero ſub nomine Matris ſeptem Martyrum, an alterius, non experimur. Scio etiam ex litteris, quas habemus, procurante Eminentiſſimo Domino Cardinale Julio Spinola, dum defungeretur nunciatura Apoſtolica Viennæ apud Cæſarem Leopoldum, tranſmiſſum fuiſſe ad Auguſtiſſimam Viduam Eleonoram corpus* S. Felicitatis, & filii MM.; *an autem corpus iſtud ſit hujus* S. Felicitatis, *de qua agimus, nondum hactenus diſcere licuit, quamvis ea ſuper re ultro citroque ſcriptum fuerit a Papebrochio & ipſi reſcriptum. Quoniam vero, ut in approbatione dictarum reliquiarum, ab eadem Eminentiſſimo data, refertur, corpus illud* de cœmeterio S. Cyriacæ Urbis extractum *fuit, nequeo intelligere, quomodo extiterit corpus hujus noſtræ* S. Felicitatis, *procul a cœmeterio S. Cyriacæ ſepultæ, ut mox dicetur. Hinc patet, plurima, quæ de ſacris exuviis* S. Felicitatis *relata ſunt ſupra, prorſus incerta eſſe, an ſint hujus noſtræ an alterius Felicitatis. Nec mirum, ſi hic fieret unius Sanctæ cum altera confuſio; cum plures ſub iſto nomine reperiantur.*

an vero ibidem fint,

C 21 *Atque eadem ratio obtineret in translatione corporis* S. Alexandri *in cœnobium Ottenburranum, quod volunt eſſe illius Alexandri, qui fuit unus e ſeptem filiis* S. Felicitatis; *cum nihil ſit magis pronum, quam ut unus Alexander cum altero hic confundi potuerit, in tanta Sanctorum cognominum multitudine. Sed in Translatione S. Auguſtini, Epiſcopi Cantuarienſis, de qua tom. 6 Maji, pag.* 424, *auctore Goceline monacho conſcripta, ubi ex tribus apoſtatis monachis regreſſus unus narrat, quomodo ob latronem a furca raptum ſepultumque periclitatus, deinde ad hoſtes explaratum miſſus ac deprehenſus, incenſo, ubi latebat, hoſpitio, ſectiſque extinctis, S. Auguſtinum invocaverit, & per ipſas flammas erumpens, agnituſque eſſe clericus, ſervatus ſit: in translatione, inquam, illa narrator iſte ſic ait:* Coloniam migravi; indeque progreſſus apud inclitum Canonicatum B. Martyris Alexandri, qui unus ex ſeptem fratribus eſſe dignoſcitur, archidiacono hujus loci acceptiſſime adhæſi. *Per locum hunc,* dictum inclitum canonicatum B. martyris Alexandri, *intelligi debere monaſterium Ottenburranum in Suevia, jam pridem obſervarunt Majores noſtri in notis ad iſtam translationem pag.* 425, *lit.* c. *Sed quid ſi diverſus locus ab Ottenburra intelligatur; de quo in Offic. propriis eccleſiæ & diœceſis Oſnabrugenſis die* x *hujus; ubi poſt verba illa Martyrologii Romani,* capitali ſententia puniti ſunt, *ſubjunguntur hæc:* Ex horum Sanctorum reliquiis corpus S. Alexandri, ſub Leone IV Pontifice, in Saxoniam per Walbertum, nobilem virum, delatum eſt Wilshuſium, in diœceſim Oſnabrugenſem, ubi inſignis eccleſia ac canonicorum Collegium fundatum fuit, . . .

inquiritur:

D AUCT. J. P.

22 *Blaſius Ortizius lib.* 3 *Miſcellan. apud Baluzium pag.* 451, *expoſitis rebus Adriani PP. VI, ſubjicitur ſuum ab Urbe in Hiſpaniam reditum:* Perreximus, *inquit,* in urbem, nomine montis Flaſcon, alias Faliſco; quæ licet parva inhabitantium numero, fulget tamen Cathedrali Eccleſia, [in] qua corporum beatorum Margaritæ & Felicis & VII Filiorum magna devotione coluntur. *Sed, ſive ex populari traditione ſive ex idea propria adjectitia, dictus auctor accepiſſe videtur* S. Felicitatem *virginem pro* S. Felicitate *ſeptem filiorum matre. Ughellus tom.* 1 *Italiæ ſacræ col.* 1056, *agens de Monteflaſconenſibus & Cornetanis epiſcopis, ac de eccleſia S. Margaritæ Cathedrali, refert; corpora* ejuſdem S. Margaritæ ſanctæque Felicitatis VIRGINUM & martyrum requieſcunt, huc translata Urbano III ſedente, anno 1185; *atque* extare in antiquo codice illius eccleſiæ de eorumdem translatione fideliſſimam narrationem, cujus exemplar habetur in bibliotheca Valliceliana. *In dictæ translationis narratione, quam ex eodem codice ibidem prolixe exponit a col.* 1057, *quod mox de S. Felicitate* Virgine *dixerat, antequam inſtrumentum produceret pluries dictæ translationis, in contextu inſtrumenti iſtius plane aliud dicitur, & ſermo eſt de* S. Felicitate *noſtra. Tranſcribo verba:* Erat caſtrum quoddam quod Rovillianum appellabant, ubi Genitricis Dei Mariæ conſtructum ſtabat parvum templum, in quo dictæ Felicitatis, matris ſeptem filiorum, ſub bona religione reliquiæ aſſervabantur, cujus dies feſtus IX Kal. Decembris agitur. Clerici igitur ejuſdem templi cum habitatoribus dicti caſtri, Margaritæ virgini ſacratiſſimum F corpus S. Felicitatis collocarunt; ubi cæci illuminati ſunt, & variis languoribus laborantes, meritis & interceſſione invocata virginis, bonam recuperarunt valetudinem.

quæ non videntur eſſe alterius Felicitatis

23 *Deinde nonnullis interjectis de diverſarum variis quam illius, de qua nos hic agimus.*

Martyrum corporibus, divinitus oſtenſis anno 1185, *ſubnectit idem inſtrumentum, foſſores* invenisse tabulas marmoreas, accuratiſſime clauſas, in quibus ex litteræ ſculptæ patebant: Hic requieſcit corpus beatæ Margheritæ & Felicitatis. Apertis autem tabulis locus ipſe redolnit ſuavitatem odoris & ſacræ reliquiæ inventæ ſunt. *Denique commemoratis miraculis ſic narratio tota abſolvitur:* Quarum *ſanctarum Martyrum Margaritæ & Felicitatis* corpora ad montem Faliſcum translata ſunt XVIII Kal. Decembris. *Sed non ſit mihi veroſimile, corpus iſtud, in Caſtro Rovilliano inventum, fuiſſe* S. Felicitatis, *de qua hic quæritur, ſed alterius; inſcriptione, de qua modo, non determinante cujus* Felicitatis *corpus eſſet detectum, an virginis, an martyris. Quibus poſitis, facile potuit contingere, ut ex privato affectu creditum fuerit, repoſſum ibi fuiſſe corpus* S. Felicitatis *martyris ac matris ſeptem filiorum, inter Sanctas, ejuſ nomi-*

ne

A AUCT. J. P. *ne nuncupatas, celebritatis gloria non poſtrema; quo inventi ſacri theſauri & ad Monteflaſconenſes tranſlati dignitas altius eveheretur.*

24 *Jacobus Gualla in Sanctuario Papiæ, lib. 4, cap. 2, a pag. 62, agens de Æde S. Joannis in Burgo, ejuſque templi reliquiis, refert veneranda ſanctorum Martyrum corpora, Felicitatis & Filiorum in eminenti arca ſuum in S. Archangeli Raphaelis capella habere domicilium. Et rurſus de ſanctis biſce Martyribus agens, cap. 8, eos elogio proſequitur, addens horum reliquias* in angelica capella, præcipua veneratione coli. *Demum ſacras ſeptem Fratrum exuvias in Galliam translatas fuiſſe, docet Sanſayus in Martyrologio Gallicano hac die*: Agendici Senonum ſuſceptio ſacrorum pignorum ſeptem filiorum S. Felicitatis, qui hodie ſub Antonino glorioſo triumpho fidem Chriſti propugnantes, immarceſſibiles coronas, pro conſtanti pietatis aſſertione repottaverunt.

B §. III. Tempus mortis; locus ſepulturæ; Acta ſincera & ſpuria, quæ hic dantur.

ACta horum ſanctorum Martyrum, *aliique Auctores, qui eorum agonem illuſtris celebrauerunt, eos ſub Antonino paſſos commemorant. At nomen illud pluribus convenit, & ab antiquis ut recte obſervat Tillemontius, indiſcriminatim inditum fuit T. Antonino & M. Aurelio Antonino, ſucceſſori ejus. Præceſſerat Baronius, duobus biſce tertium Antoninum adjungens: nam, ut loquitur ad an. 163 num. 2,* Antonino Pio defuncto, Marcus Aurelius Antoninus, cognomento Philoſophus, & Lucius Ælius Verus Antoninus ſuccedunt imperio. *Placuit Baronio Martyrum paſſionem annectere anno 175, quo regnabant duo poſtremi Antonini, id eſt, Marcus Aurelius & Lucius Verus; fortaſſe quia ſub horum, quam ſub deceſſoris imperio, multo gravius ferbuerit perſecutio. Calculo Baronii ſubſcribit Tillemontius*, eo, *inquit*, libentius quod Acta loquuntur de pluribus Auguſtis; *quæ locutio non concordat cum regno Titi Antonini, ſed bene admodum quadrat tempori, quo Aurelius regnabat cum L. Vero. Sed meæ hæc conjectura eſt: nam dum dicit* Acta loqui de pluribus Auguſtis, *oculos conjecerit in locum Actorum, qui eſt apud nos num. 4, ubi dicitur:* Sacrifica diis, ut poſſis amicus Auguſtorum fieri. *Et paulo poſt exprobratur Martiali:* Crudelitatis veſtræ lautores effecti, Auguſtorum inſtituta contemnitis. *Sed quam indubitatum eſt, in hoc ultimo loco reſpici a dicente potuiſſe ad Auguſtos ſuperiorum temporum, qui ab Eccleſiæ incunabulis egerant idolorum vindices & Chriſtianorum tyrannos; vel, ſi hoc non vis, quam vulgo notum eſt, non raro apud Grammaticos uſurpari numerum pluralem pro ſingulari, inoffenſa conſtructione; tam videtur certum e numero plurali* Auguſtorum, *bis tantum in Actis adhibito, confici ne quidem veroſimiliter, unum probabiliter poſſe, duos intelligendos eſſe* Auguſtos, *qui ſimul regnarunt, alibi ſemper recurrente ſole* Antonino.

Quotempore ſancti Martyres

26 *Jam vero, quia ſolius Antonini nomen alibi ſemper in Actis exprimitur, conjicit idem Tillemontius, ſupe nominatum martyrium accidiſſe, quo tempore L. Verus verſabatur in Oriente, bellum gerens cum Parthis, adeoque verſus an. 164 quandoquidem L. Verus profectus fuerit Romæ anno 162, eoque reverſus 166. Sic ille ſuppputatur ex conjectura non improbabili. A quo diſſentit Ruinartius, aſſignans annum circiter 150. Cum itaque nihil ſuppetat præter meras conjecturas ad determinate figendum annum obitus ſanctorum Martyrum, affigamus eum medio circiter ſæculo ſecundo, aut aliquanto ſerius. Hinc argut calculum Petri de Natalibus, agonem Martyrum conjicientis in annum Domini* 110.

C

D

27 *Altera temporis nota, hic etiam non negligenda, occurrit quoad mortem S. Felicitatis, quæ vixitque an ea ſimul cum ſuis filiis eodem die & menſe, an vero alio tempore e vita ſit ſublata. Tillemontius, referens ſtatui, ſive, ut expreſſione ejus utar,* prætendi ſanctam Felicitatem *longo tempore in carcere confectam fuiſſe languore, antequam caput ei amputaretur, ejus ad marginem* Petrum *de Natalibus, lib. 6, cap. 77, ubi narrat, expoſito ſeptem Fratrum martyrio,* Matrem Felicitatem poſt menſes quatuor paſſam eſſe; *quam & libro 10, cap. 89* in carcere per menſes quatuor & dimidium *juſſu Præfecti* maceratam; *quam* fecit decollari 11 Kal. Decembris. *At quid momenti habere poteſt Petrus de Natalibus, tot ſæculorum interjectu diſtans a ſanctis Martyribus, ad recte decidendam hanc rem; cum de illa nihil memorent Acta ſive antiqua, ſive interpolata & apocrypha; his ultimis tam diuturna mora repugnantibus, ut vide num. 27; ubi dicitur Mater poſtridie martyrii filiorum occiſa: tametſi acta ſpuria nihil hic plus, quam alibi, fidei mereantur. Nihil igitur certi habetur, unde mors Matris, menſium aliquot, puta quatuor pene cum dimidio, a morte filiorum ejus diſtincta aſſeratur. Concors Martyrologorum antiquiſſimorum conſenſio, natalem* S. Felicitatis *referentium die* XXIII *Novembris, videtur fundare poſſe conjecturam, illam iſto die cecidiſſe, quia eo die obiit. An Filii ſeptem eodem omnes loco Romæ interempti? Non opinor: cum Acta teſtentur, eos ad diverſos judices miſſos fuiſſe, diverſis pœnis interfectos.*

Quæritur an S. Felicitas eodem tempore cum filiis martyrium paſſa ſit.

E

28 *Nunc offert ſe locus ſepulturæ ſanctorum Martyrum paucis illuſtrandus; nuſquam in ſinceris Actis vel in antiquis Martyrologiis expreſſus. Antiquum Frontonis Kalendarium lucem nobis præfert, cujus verba dedimus num. 3. Aringus in Roma ſubterranea lib. 4, cap. 29 agens de cœmeterio* S. Felicitatis, *cenſet* nullius menti dubitandum ſuppetere, celeberrimum ejuſdem ac filiorum cœmeterium via quondam Salaria extitiſſe; *idque conficit e verbis Anaſtaſii Bibliothecarii in S. Bonifacio PP.* I., *aſſerentis*, eum habitaſſe in cœmeterio S. Felicitatis Martyris in via Salaria, *ubi idem quoque Pontifex conditus dicitur a Bibliothecario*; qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio S. Felicitatis Martyris via Salaria VIII Kal. Novemb. *Hæc ſpectant loci alii, quos retulimus ex eodem Auctore, num. 5. Addit Aringus*, idem plane probatiſſimos ſcriptores Adonem & Bedam diſertis verbis affirmare, qui itidem eumdem juxta ipſiuſmet S. Felicitatis ſepulchrum illatum fuiſſe aſſerunt. *Unde colligas*, S. Felicitatis *cœmeterium in via Salaria fuiſſe, quod vero illa ſancta Martyr* Felicitas *extiterit ſeptem filiorum Mater, ulterius probabitur ex dicendis. Sed prius obſerva, cœmeterium iſtud aliter ab aliis vocatum fuiſſe cœmeterium* Jordanorum, *ſicut ex Anaſtaſio Bibliothec. jam diximus eodem num. 3; quibus addi poteſt locus alter ejuſdem Auctoris in S. Adria-*

Differitur de cœmeterio.

F

Digitized by Google

A *S. Adriano PP. I, ab Aringo prodiſtus*: Immo & cœmeterium Jordanorum, videlicet SS. Alexandri, Vitalis & Martialis Martyrum, ſeu ſanctarum VII Virginum a novo reſtauravit.

29 *Denique expoſitis iis, quæ ſpectant ad* — *cœmeterium ſanctarum* VII *Virginum, recte* — *obſervat*, cetera frequenter, quæ hac via Salaria exiſtunt, cœmeteria receoſeri, cum reliqua ejuſdem ſint partes, in quas illud ſubdividitur, uti de hoc præſertim Jordanorum pronuntiandum *ceuſet*; *& aliud ejus deſignaturus nomen, ita proſequitur*: Porro hæc ipſa nobiliſſima cœmeterii Priſcillæ pars, Alexandri quoque titulum ſortita eſt, ob veneranda eimirum beati ejuſdem Alexandri, Felicitatis filii pignora ibidem condita, iiſdem Bibliothecario, Adone ac Beda teſtibus. *Sſſerma Aringi, ſupra expoſitum, de Matre cum ſeptem filiis ſepulta eadem quidem cœmeterio via Salaria, ſed diverſis tamen cœmeterii ejuſdem locis, amplectitur Fronto in annotationibus ad hæc verba Kalendarii ſui antiqui, de quibus ſuperius diximus*; die X menſis Julii natalis ſeptem Fratrum Apii & Salariæ. *Pro quo haud dubie ſcribendum affirmat*, Via Appia & Salaria, *aut tantum* via Salaria. Nempe, *inquit*, S. Felicitas cum Sylvano in uno loco viæ Salariæ; SS. Alexander, Vitalis & Martialis in altero ejuſdem viæ; & SS. Januarius, Felix & Philippus in altero etiam hujus viæ; *atque exiſtimare dicit Severanum Roma ſubterr. lib.* 3, *cap.* 53, quamvis, *ut addit*, hoc certum non demonſtrat. *Quæ omnia confirmantur ex iis, quæ ſupra, num.* 4 *commemoravimus de tribus Miſſis. Ac de ea quidem* ad Aquilonem, *ſic recte obſervat*: Si via Appia Aquilonaris eſſet & vicina Salariæ, non dubitarem dicere, hos via Appia jacuiſſe: ſed Salaria multum diſtat ab Appia, & ei potius Aquilonaris eſt: unde cum Severano dicendum, ea via ſepultos, ſed non eadem parte; & hinc diſtincta fuere illis cœmeteria; nec mirum cum a diverſis judicibus paſſi ſint.

ante, an diverſis

30 *Ita ille quidem, & recte*; *non ita tamen, ut omnem exhauſerit difficultatem. Scrupulus enim reſtat quoad vocalem* Apii, *id eſt*, via Appia, *ut opinor, quem ipſe non exemit. Arbitror particulam* Apii *non fruſtra additam, aut olioſe, quia unus e ſeptem Filiis ibidem, id eſt* via Appia *ſepultus fuit, & forte martyrium paſſus. Opinio mea de hoc unius e ſeptem Filiis ſepultura ſtabilitur ex verbis Buchariani Kalendarii antiqui, quæ dedi num.* 4, *ſanctorum Martyrum ſepulturæ aſſignantibus loca quatuor nimirum* Priſcillæ, Jordanorum, Maximi & Prætextati. *Duo prima ejuſdem cœmeterii ſeu viæ Salariæ diverſas partes diximus. Maximi autem cœmeterium eſt in via Salaria antiqua ad Clivum cucumeris, ut videſis apud Aringum tom.* 2, *pag.* 236. *At cœmeterium* Prætextati *ſitum eſt via Appia, de quo Aringus tom.* 2, *a pag.* 476. *Atque hoc poſito, videtur ſolvi poſſe nodus in vocula* Apii, *a Frontone non ſolutus, ſi dicamus, & multum fallar, ſi non cum aliqua verſimilitudine*, Januarium, *per quem, ſpectatis adjunctis fratribus, non videtur hic poſſe communis intelligi alius, quam unus e ſeptem fratribus, hoc nomine nuncupatus; ſi dicamus, inquam*, Januarium *in cœmeterio prætextati via Appia; reliquos autem in diverſis cœmeterii ejuſdem locis via Salaria interfectos & ſepultos eſſe; & paſſim a Scriptoribus dici indiſcriminatim ſanctos Martyres via ſalaria ſepultos, quia omnes, uno dumtaxat excepto, ibidem ſepulti fuerunt, deſumpta denominatione a longe maxima parte. Quæ non dicebamus de cœmeterio S. Maximi via Salaria antiqua, non conveniunt cum iis, quæ hic obſervat Florentinius*: Cœmeterium, *inquit*, Prætextati & Maximi parum inter ſe diſtabant via Appia, & utrumque erat portio cœmeterii Majoris, quod Calliſti dicebatur: *niſi dicas duo cœmeteria, diverſis locis ſita, idem S. Maximi nomen habuiſſe.* AUCT. J. P.

31 *His, quæ de Martyrum ſepultura hactenus a nobis diſputata ſunt, refragatur Ciaconius in Vitis Pontificum, tom.* 1, *col.* 289, *ubi Anaſtaſium Bibliothecarium, in Geſtis Bonifacii cœmeterium* S. Felicitatis *collocantem via Salaria, corrigit aſſerens*, perperam poni hic cœmeterium S. Felicitatis via Salaria; cum conſtet, *inquit*, cœmeterium S. Felicitatis fuiſſe proximum Calliſti, via Appia, ubi ſacellum extat hodie S. Felicitatis martyris; & ibi inſcriptio legitur Bonifacii PP. I confeſſoris, & loculus ejus conſpicitur, ubi quondam depoſitum fuit ejus corpus. *Hæc aperte repugnant communi ſcriptorum opinioni, cum Anaſtaſio Bibliothecario ſtatuentium cœmeterium* ſanctæ Felicitatis, *de qua hic agimus, non via Appia, ſed via Salaria; a qua opinione judico non eſſe recedendum, antiquitate venerabili, & recentioris auctoris placito longe præferenda. Quæ ſi vis conciliare, dic*, Felicitatem *Martyrem, de qua Ciaconius, a noſtra diverſum eſſe; dic aliquam fortaſſe corporis partem e via Salaria in viam Appiam fuiſſe translatam; vel fortaſſe Martyrem noſtram etiam via Appia habuiſſe cultum, exſtructo etiam in ejus honorem ſacello, ſatis celebrem, non quia ipſa primitus ibi ſit ſepulta, ſed propter Januarium, via ut diximus, Appia ſepultum. Quod ſpectat ad inſcriptionem Bonifacii PP. I, & loculum ejus, de quibus Ciaconius, in ſacello iſto exiſtentia; reſpondeo, clara eſſe verba Anaſtaſii Bibliothecarii, qui diſerte affirmat, S. Bonifacium ſepultum in cœmeterio S. Felicitatis via Salaria; cui præ aliis adhærendum cenſeo, relinquens in medio, an & quomodo ea, quæ apponit Ciconius, cum eo combinari queant.* *Expenditur locus Ciaconii.*

32 *Reſtat, ut de Actis Mss., quæ hic dantur, nonnulla ſubjiciamus. Duo Acta typis committimus; quorum breviora, perquam genuina ſunt atque ſincera; quæ autem proliziora, apocryphis jure merito accenſemus. De prioribus juvat obſervare ſequentia. Habemus ea pluries in codicibus pergamenis deſcripta. Exemplar unum ex illis abbatiæ Vallicenſis, Ordinis Ciſtercienſis, ad impreſſionem ſeligimus, prævie collatum cum tribus aliis codicibus pergamenis, nec non cum editis apud Ruinartium, nil etiam cum Adone Matrologo, qui contractius ſe habet ad diem* XXIII *Novembris. Latet Actorum auctor. Non mediocre illorum eſt pretium, non modicus valor, candida ſuccinctæ brevitatem compenſante. Veritas autem non obſcure ſe prodit, ſponte ſe ubique paſſim in ingentium animos inſinuans. Enimvero Baronius ad an.* 175, *num.* 6, *judicat ea fidelia. Videtur aliquid in eiſdem deſiderare Tillemontius, dicens, nihil ea cur-* *Actorum, quæ hic dantur, alia genuina,*

AUCT. J. P. *ea continere nisi quod bonum; verum non omnes in illis relucere characteres Actorum originalium, non edisserens cur ita sentiat. Sane progenuinis illa suspexit Ruinartius, quando Actis sinceris & selectis, a se vulgatis, inseruit. Optandum foret, ut plura ejusdem generis ad posteros pervenissent! Ceterum cum pluribus locis varient lectiones, de iis ratio habebitur in annotatis. An ex Græco in Latinum sermonem conversa? Verosimile hoc facit nomen Regis, loco* Imperatoris, *quod in iis legitur, præter morem Romanorum, non Reges, sed Imperatores tunc habentium; Et vero Græcum βασιλεὺς, universe* Regem *æque ac* Imperatorem *significat Latine.*

alia apocrypha. 33 *Porro Acta longiora, interpolata, corrupta, apocrypha duximus etiam prælo subjicienda, ut dispiciat lector, immane quantum utraque inter se discrepent; & non miretur tantopere, si alias plures videat a nobis reprobari Acta, tamquam suspecta, fabulosa & apocrypha. Et vero inter utraque Acta, tam patens intercedit discrimen, ut, pene dixerim, manibus palpari possit, ut cuilibet observatu perfacile erit, illa conferenti. Fortasse prolixiora hæc, aut certe iis similia erunt Acta, quæ Baronius in notationibus ad Martyrologium Romanum hac die* x *Julii dicit, se habere fusius in sua bibliotheca. Præter dicta Acta, alia quadam habemus Mss., quæ, tametsi non undequaque a nobis probentur, placuit tamen ea, tamquam analecta, non negligere, ne vel tantillum omittatur ex iis, quæ ad Martyres celebratissimos pertinent, vel pertinere putantur; quæ nimium parce sunt supellectilis ad propagandam eorum gloriam, meritissimorum, ut plura de ipsis antiqua monumenta ad posteros transmitterentur. Nunc sequitur*

PASSIO

Auctore Anonymo,

Ex cod. Ms. pergameno, majoris formæ, abbatiæ Vallicellensis, Ordinis Cisterciensis, collato cum tribus antiquis codd. Mss. pergamenis, nimirum hospitalis Sancti Nicolai prope Cusam, Passionali, olim Collegii Fuldensis S. J., & alio anonymo: nec non cum impressis apud Ruinart ex codd. compluribus Mss. & editis inter Acta Martyrum sincera a pag. 26, *secundæ editionis.*

Felicitas a Pontificibus delata, TEmporibus Antonini Imperatoris orta est seditio Pontificum, & Felicitas, illustris femina, cum septem filiis *a* Christianissimis tenta est. Quæ in viduitate permanens, Deo suam voverat castitatem, & die noctuque orationibus vacans, magnam de se ædificationem castis mentibus dabat. Videntes autem Pontifices præconia per hanc Christiani nominis proficere *b*, suggesserunt de ea Antonino Imperatori *c*, dicentes: Contra salutem vestram mulier hæc vidua cum filiis suis, diis nostris insultat: quæ si non venerata fuerit deos, sciat pietas vestra, deos nostros sic iratos, ut penitus placari non possint. Tunc Imperator Antoninus injunxit Præfecto Urbis Publio, ut eam compelleret cum filiis suis deorum suorum iras sacrificiis mitigare. Publius itaque, Præfectus Urbis, jussit eam privatim adduci: & blando colloquio ad sacrificium eam provocans, minabatur * pœnarum interitum. Cui Felicitas dixit: Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus tuis frangi. Habeo enim Spiritum sanctum, qui me non permittit vinci a diabolo; & ideo secura sum, quia viva te superabo *d*, & si interfecta fuero, melius te vincam occisa. Publius dixit; Misera, si tibi suave est mori; vel filios tuos fac vivere. Felicitas respondit: Vivent filii mei, si non sacrificaverint idolis; si vero hoc tantum scelus admiserint, in æternum ibunt interitum.

* *al.* minatur.

d

e coram Præfecto filios hortatur,

3 Postera namque *e* die Publius sedit in foro Martis, & jussit eam adduci cum filiis suis, cui & dixit: Miserere filiis tuis, juvenibus bonis & flore primæ juventutis florentibus. Respondens Felicitas, dixit: Misericordia tua, impietas est; & exhortatio tua, crudelitas est. Et conversa ad filios suos, dixit: Videte, filii, cælum, & sursum aspicite, ibi vos exspectat Christus cum Sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris, & fideles vos exhibite in amorem Domini *f*. Audiens hæc Publius, jussit eam alapis cædi, dicens: Ausa es, me præsente, ista monita dare, ut dominorum nostrorum jussa contemnant?

e

f qui Christum confitentur

3 Tunc vocat *g* primum filium ejus, nomine Januarium; & infinita illi promittens bona præsentia, & mala verberum *h* comminatus est, si sacrificare idolis contemsisset. Januarius respondit: Stulta persuadea *i*; sed *k* sapientia Domini *l* me conservat *m*, & faciet me hæc omnia superare. Judex ergo *n* jussit eum virgis cædi, & in carcerem recipi. Secundum vero Felicem ejus filium, adduci præcepit *o*. Quem cum hortaretur Publius ad immolandum idolis, constanter dixit: Unus est Deus, quem colimus, cui sacrificium piæ devotionis offerimus. Vide, ne tu credas *, me, aut aliquem fratrum meorum, a Domini Jesu Christi amore recedere. Etsi imminent verbera, & injusta consilia *p*, fides nostra nec vinci potest, nec mutari. Et isto amoto, jussit tertium filium, nomine Philippum, applicari. Cui cum diceret: Dominus noster Imperator Antoninus jussit, ut diis omnipotentibus immoletis; Respondit Philippus & dixit: Isti nec dii, nec omnipotentes sunt; sed sunt simulacra vana, misera & insensibilia: & qui eis sacrificare voluerint, in æterno periculo erunt *. Et amoto Philippo, jussit adesse *q* quartum, Silvanum *r*; cui sic ait: Ut video, convenit vobis cum pessima matre vestra hoc consilium, ut præcepta Principum contemnentes, omnes simul intereatis *s*. Respondit Silvanus: Nos, si transitorium timuerimus interitum, æternum incurremus supplicium. Et quoniam *t* vere novimus, quæ præmia sint parata justis, & quæ pœna sit constituta peccatoribus, ideirco securi contemnimus legem Romanam *u*, ut justa divina servemus, idola contemnentes, ut Deo omnipotenti famulantes, vitam æternam inveniamus *x*. Adorantes autem dæmonia,

g
h
i
k l m
n
o

* *Addo*, Unde tu ne credas.

p

* *Addo* volverit, in æternum peribit.

q r
s
t
u
x

Digitized by Google

A nia, cum ipſis in interitu erunt, in ſempi-
y ternum incendium y.

nec nimis ait promiſſis terreri.

4 Et Amoto Silvano, juſſit quintum præſto eſſe, Alexandrum, cui dixit: Miſereberis
z vitæ tuæ *aa* in infantia poſitæ, ſi non fueris rebellis, & ſecutus fueris ea, quæ ſunt
aa Regni noſtro Antonino gratiſſima. Sacrifica
bb diis *bb*, ut poſſis amicus Auguſtorum fieri, & vitam habere & gratiam. Reſpondit Alexander: Ego Chriſti ſervus ſum. Hunc ore confiteor, corde teneo, inceſſanter adoro. Infirma ætas, quam vides, canam habet
cc prudentiam, & unum Deum colit *cc*. Dii autem tui cum cultoribus ſuis erunt in in-
dd teritum ſempiternum *dd*. Et iſto amoto, juſſit ſextum Vitalem applicari, cui ſic ait: Forte vel tu optas vivere, & non in interitum devenire. Reſpondit Vitalis: Quis eſt, qui melius optat vivere? Ipſe, qui Deum
ee *ee*, an qui dæmonem optat habere propi-
**Ado, qui dæmonia optat habere propitia.* tium*? Publius dixit: Quis eſt dæmon? Reſpondit Vitalis: omnes dii gentium, dæmones ſunt, & omnis qui colit eos *ff*. Et hoc amoto, juſſit ſeptimum Marcialem adeſſe *gg*, cui dixit: crudelitatis veſtræ fautores *hh* effecti, Auguſtorum inſtituta contemnitis, & in
ff veſtra pernicie permanetis. Reſpondit Martia-
gg lis: O ſi noſſe poteras *ii*, quæ pœnæ cultoB
hh ribus idolorum paratæ ſunt! Et adhuc tardat Deus iram ſuam vobis & idolis veſtris
kk *kk* demonſtrare. Omnes enim, qui non confitentur Chriſtum, verum eſſe Deum, in
ll æterno incendio erunt *ll*. Tunc juſſit & hunc
mm *nn* ſeptimum amoveri, & geſtis *mm*, omnia ſcripta Regi Antonino ingeſſit *nn*.

Ideo variis ſuppliciis mactantur.

5 Tunc Antoninus miſit eos per varios judices *oo*, ut variis ſuppliciis laniarentur
oo *pp* *pp*. Ex quibus unus judex fratrem primum
qq plumbatis occidit: alter ſecundum & tertium
rr fuſtibus mactavit; alius quartum per præci*ss* pitium interemit: alius quintum *qq*, & ſex*tt* tum & ſeptimum fecit ſubire ſententiam capitalem; alius *rr* matrem eorum detruncaC vit. Sic variis ſuppliciis in hoc ſæculo interemit eos *ss*. Facti ſunt autem univerſi *tt* victores & Martyres Chriſti, qui cum matre triumphantes, ad æterna præmia convolarunt in cælis; qui pro Dei amore minas hominum, pœnas & verbera contemnentes, Chriſti amici effecti ſunt in regno cælorum: qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Codd. hoſpitalis S. Nicolai, Paſſionale olim Collegii Fuldenſis & codex alius anonymus, cum Ruinart addunt ſuis.

b Ruinart legit profeciſſe.

c Ruinart legit Auguſto.

d Cod. Colbert. apud Ruinart: vivens non ſuperabor. *Nobiſcum legit Ado, die* 23 *Nov.*

e Sic Codd. a Colbert. cum Ughello, ceteri alia die, *inquit Ruinart; & ſic habet Ado.*

f In amore Chriſti *apud Ruinart & in Paſſionali Ms. A, olim Coll. Fuld. cum Adone.*

g Ruinart. vocavit; *Ado* convocans.

h Cum noſtro Cod. legunt Paſſionale Ms. A, olim Coll. Fuld., codex hoſpitalis S. Nicolai, cedex anonymus, & Membrinus. Ruinart legit, AUCT. ſimul etiam verbera. J. P.

i Melius Suades, *apud Adonem, & alibi, & apud Ruinart.*

k Al. nam *cum Adone.*

l Sic Ado. Domini mei.

m Ughell. confortat.

n Ado ſtatim judex *cum Ruinart.*

o Ita tres ſupradd. codd. ſed Ruinart habet; ſecundum vero ejus filium, Felicem nomine, admoveri præcepit.

p Conveniunt tres dicti codd. Hunc locum in aliis Mss. editis mendoſum, ſic ex 1 *cod. Colbert. reſtituiſſe ſe dicit Ruinart*: Immineant verbera, ſtent cruenta conſilia; *altero Colbertino, ut obſervat, nobiſcum legente*; Etſi immineant verbera & injuſta conſilia. *Ado omiſit* injuſta conſilia.

q Ruinart: Juſſit ad ſe adduci.

r Eſt apud Ruinart: Silvanum nomine; *de quo notat, hunc a Surio cum Ughello & 1 cod. Colbert.* Silanum *appellari, a cod. Peſſat.* Silianum, *a ceteris vero* Silvanum. *Sæpe dictum Paſſionale etiam habet* Silanum; *Ado vero* Sylvanum.

s Curratis in interitum *Ruinart cum cod.* E *Pulens. & duo Colbert., & 1 German. Alii habent* incurratis interitum. *Surius nobiſcum* intereatis.

t Ita Ado: ſed quia *Ruinart.*

u Conſentiunt tres codd. Ruinart cum 1 cod. Colbert. humanam. *Ado legit* Romanas leges.

x Ruinart: Idola enim contemnentes, Deo omnipotenti famulantes, vitam æternam invenient. *Colbert. unus apud eumdem Ruinart legit ut nos.*

y Cum ipſis in interitu erunt & in incendio ſempiterno, *Ruinart.*

z Codex vetuſtiſſimus, miſerere.

aa Tres noſtri codd. cum Ruinart, ætatitum & vitæ.

bb Unde ſacrifica diis *Ruinart.*

cc Sic codex hoſp. S. Nic. Forte melius Ruinart; ſi unum Deum colat; *quæ verba Ado non habet.*

dd Ruinart in interitu ſempiterno.

ee Ado, Qui verum Deum colit *cum Ruinart.* F

ff Ruinart; & quicumque eos colunt; *notatus in 1 Colbert. hoc deeſſe.*

gg Ruinart legit ingredi. *Et ita codd. noſtri tres.*

hh Sic legit cod. hoſp. S. Nicol. Sed codd. Coll. Fuld. & anonymus, Factores *cum Ruinart*; *apud quem etiam legit Colbert. 1* fautores.

ii Ita Paſſionale Coll. Fuld. cum cod. hoſpitalis S. Nicolai; ſed anonymus ■ ſi noſſe poteratis. *Ruinart autem*: O ſi noſſes.

kk Codd. Colbert. quinque, Conchens. & 1 German. legunt ita apud Ruinart; *qui tamen ponit*, in vos & idola veſtra.

ll Conſonat cod. hoſp. S. Nicol.; *alii duo*, in æternum incendium: *Sic & Ado, Ruinart*, in ignem æternum mittentur.

mm Ita habent codd. noſtri duo cum anonymo: in quo tamen ſuperius aliquis adſcripſit his; *unde alios corrigas; ut ſit*: His geſtis. *Ruinart ſcribit* geſta omnia.

nn Ruinart, geſta omnia ſcripta per ordinem Imperatori ſuggeſſit; *Paſſ. Coll. Fuld. etiam habet* per ordinem; *ſed cum noſtro, quod denuo, legit* Regi Antonino ingeſſit; *quibus*

AUCT. *consonant cod. hospital. S. Nicol. & anonymus.*
I. V. *Ado*: Judex gesta omnia scripsis Antonino immotuit.

oo *Consonant tres codd. nostri, uti etiam Mombritius. Ruinart*, ad diversos judices.

pp *Rursum convenimus tres codd. nostri. Ruinart*, afficeretur.

qq *Non recte Ruinart*: alius in quiorum.

rr *Ruinart*: alius matrem illorum capite truncari jussit; *Et posita nota post* alius, *observat, sic esse in 1 German. cui Ughelli lectio consentit*: Et paullo post ab alio justa est decollari; *idque etiam habere codicem S. Mariani Autissiodor.*; *praeterea in uno cod. Colbert. referri primam ab uno judice occisum, deinde primum filium ab alio*, &c. *At in aliis edit. & Mss. jungi cum tribus ultimis filiis*; *sicut jungitur in* 3 *codd. nostris. Ado sic breviter*: Quos ille jussit diversis supplicüs inserire, matre novissime consummata.

B ss *In hoc saeculo, exprimunt tres codd. nostri; quod non habet Ruinart.*

tt *Varius in fine quoad paucula minutiora lectio Ruinart a nostra*; *quae, ne longior sim, neglige.*

ACTA APOCRYPHA.

Collata cum alio Ms.

CAPUT I.

S. Felicitas, spreto decreto ab Antonino contra Christianos edito, accusatur una cum filiis & frustra ad idolorum cultum allicitur.

Praefatur Auctor S. Felicitatem a matre Machabaeorum distinguendam.

SCiendum est, dilectissimi fratres, quoniam de eximio Felicitatis martyrio, septemque pignorum ejus nimium quosdam invasesset error, an ejus reliquiis exhiberemus honorem, quam pandit Machabaeorum liber ab Antiocho interemptam, cum noluisset, praevaricando legem, suillam comedere carnem, simulque cum ea septem punitos filios, stabiles persistentes in fide: an post Christi Jesu, Salvatoris omnium, passionem evenerit, quamdam fuisse velut priscam, soboles septem genuisse, & pro Christi nomine simul cum
C filiis genitricem martyrium perpessisse. Omnipotentis autem juvamine confidentes, evidenter satagimus, hanc hebetudinem in lucis producere claritatem.

Imperator Antoninus edit decretum contra Christianos;

2 A Caesare Augusto, cujus in tempore Christus, humanum redempturus genus, veram ex virgine carnem assumpsit, septimus decimus fuit Romani regni Antonius successor. Hic etenim saevissimus Antoninus cum fallaciter regni habenas inciperet moderari, quasi sibi suaeque genti praesidium faceret putans, innumera templa ex nomine Jovis per orbem instruxit, praediis muneribusque ditavit, atque decretum per mundi jugera dedit, ut sponte hujus in Templo summisse omnes colla reflectant, ejus tuitioni fidentes, ipsum venerentur divum patrem ac defensorem patriae, & ab ipso contra hostes auxilium petant. Hunc eorum ignavia farebatur deorum principem, pariter & reliquis diis confusos honores exhibere praecepit. Hic, quia regno coelestis vitae exitio-
D sus erat, non Deum viventem cognoscere poterat, omnium creatorem, qui etiam & ingratos illos sibi rebelles misericorditer ferebat; sed Jovem deorum principem fatebatur, quem impium & sceleratum vetusta carmina praedicant.

quod S. Felicitas ignorans,

3 Fertur quidem virgines corrupisse, violasse conjugatas, polluisse germanam & mares impuberes, verum etiam & ex filia genuisse monstrum volatile. Merito eum gravi cruciatu tenet infernus; & cum digne non homo vocatur, qualiter Deus poterit appellari? Hoc etiam decreto instituit, ut nolentes diis libamina ferre, vel Christi se confitentes esse ministros, diversis cruciatibus crucientur. Hoc in tempore quaedam piissima mulier, nomine & mente Felicitas, illustris genere, a juvenilibus annis destituta a viro, casta corpore & impolluta mente manebat. Quae septem habebat filios, quos ab infantia recto tramite Deum colere docuit. Cumque ministri scelerum, Caesare imperante, nantes per aequora, correntesque per cuncta climata mundi, multos a Christi charitate vi repellendo, perducerent ad idoli cultum, haec beata Felicitas incon
E cussa manens, fidei subnixa loricam tenens, irrisit Regis jussa nefanda, & ad suos conversa filios, ait:

ad ejusdem contemptum filios hortata,

4 Assumite, charissimi filii, galeam super capita vestra, cujus splendore radii solis obtenebrescunt; & pro clypeis corpora vestra tegite signo Crucis, & in Patris, ejusque Geniti & sancti Spiritus nomine armati, in cuneo matris consistite, ne valeant venenosa spicula cordis vestri arcana percutere, ne cum sanguine pereatis & vita, pariterque ruamus per bella, & signa sonent; e contra nihil haesitantes; quia fortis Israel caelitus prosternit has acies. Peto, monitis meis assensum praebete, & illum manifeste praedicate, qui potest vos ad regna caelorum per auras assumere, ubi praefulgent gaudia perpetuae vitae, & per virentia prata fluunt nectoris & claritatis flumina multa, in quibus patent aetherea sedes & alae beatae. Haec itaque requies, si hoc egeritis, erit vobis sine
F fine tenenda. Respicite, dilectissimi, hanc vitam, quae gestat acutos stimulos, & statim post tribulos fata femina gignit. Haec mater ait, & pueri intentis auribus ad praecepta parentis, acies parant contra bella dirigere, mente stabiles velut firmissima saxa, sui certaminis disponebant effectum; velut nauta doctus, qui undique quassatus procellis, imperterritus, ne in profundum mergatur, laborare non cessat.

simul cum filiis apud Caesarem accusatur;

5 His auditis, nimio furore vates accensi, praedictam matrem cum septem pignoribus apprehenderunt, & per nuncii manus Caesari direxerunt. Properante autem regio nuntio, ut crudelissimum Caesarem vidit, curvato vertice pronus, ejus vestigia osculans, vatum litteras tradidit, & in verbis talia promit: O triumphator, pietatis amator, cui universae nationes terrarum obediunt, pontus & tellus opes ferunt, tibi Jupiter cuncta subegit, & cui praeceptis omnia obnixe parent, volatilia & animantia terrae, vel quidquid aequore natat: suum namque de-

Digitized by Google

A decretum mundus implevit, ut omnes invictissimo Jovi colla subjicerent, & nefandum nomen Christi abnueretur. Tuis enim præceptis totus mundus obaudivit. Sola mulier cum septem natis tua præcepta contempsit: etiam Jovem irridet, cui tu compsisti plurima templa per orbem, qui super æthera tonat & ejus obturibus cuncta stabiliuntur. Nisi pietas vestra jusserit mactare rebellem, mox iratus Jupiter, despiciet consortia nostræ vitæ, recondet se in æthereis arcibus silens, nec ab alto axe reddet responsa. Unde jam erit responsum? Aut quis supplicator? Et dum tu posueris thura, a quo audieris?

qui dixerat omnia sibi minatus, a Consule quæri jubet, ut idolis litem;

6 Hoc audito, ira repletus Cæsar, indignans abibat, & inquit; Cogit me femina parare cruenta tormenta. Ecce nunc mollia temnunt regalia jussa. Certe meum dolorem hac ratione sanabo. Nisi relicto hoc nomine, ad diis sacrificandum accesserit, sævio prius, illa præsente, in natos ejus, & ultimo eam, occisis filiis, a luce evellam. Hæc dicens, Publio consuli dolosa voce præcepit:
B Cito propterea [perge ad locum, qui dicitur] Martyrolorum, ubi a centum columnis templum Saturni sustentatur, qui torquet numine bella; ubi totidem fulgentia simulacra consistunt, & micant atria longa, & compelle libamina rebellem offerre diis cum prole. Sin autem; diversis cruciatibus sciat se vita privari. His dictis, diei jam fuerat cursus expletus. Postera namque die, surgente primum Eoo, Consul properans, petit ardua tecta, atque in medium justit deduci Sanctam.

at mater hortare se oppositi, unum colendum Deum prædicanti;

7 Illa vero perducta, cœpit assistere mente valens, ore jocunda, vultuque nitescens. Quam Consul aspiciens, blandis eam sermonibus alloquens, ait: Magnis estis ex stemmatibus orti [&] decet, ut vos amici Cæsaris effecti, ejus jussa complentes, magnas divitias obtineatis. Cur deos non pavetis, ac deorum ac Cæsaris jussa contemnitis? Quid fœdantes vestram progeniem, turpiter sæculum vernans perditis? Hæc audiens beata Felicitas, dixit: Verba, quæ dixisti, aures nostras tetigerunt, sed nequaquam in intima
C cordis nostri pertingere possunt. Unus enim immensus, quem colimus, mundi conditor, lux sine fine, Deus & sapientia totus, cui succedunt tempora; quoniam ipse condidit illa, qui dat temporaneas pluvias, ut promat gramina terræ & lignis promiferis immittit dulcia mella, dulcesque sapores atque nidores, diversisque pectoribus fœcundam copiam donat; cujus imperio sol igneus arva illuminat, & luna cum stellis nocturnas temperat horas, & ruptis nubibus ardentia fulgura jactat, ac mutat menses æstusque rigores. Hic homines castos diligit & vera loquentes, in quorum cordibus non est dolus, sed omnia pura simplicitas, pietas, pax & sapientia vera.

Sacrilegum deorum cultum damnat!

8 Veraciter sacrilegus est, qui hunc Jovem credit regnare per orbem. Vos quidem falso crimine plures damnatis, [ignis] certe fine fine ferventis pœnis damnabimini, sempiterna mancipati gehenna. Certus credito, quia nostrum virtute nulla retro vertimus cursum, quoniam nec asperæ verba corda nostra perterrent, nec prosperæ mul-

cent. Sancta itaque spes, nostra corpora D
vegetat, digneque tuetur, quæ semel Deo EX MS.
offerimus. Quamquam verba sæva mineris, non vales nostram spem & fidem mutare; quia Christi nomine securi superamus insidias hostis.

Duci, qui vana monet, ne consulat vita filiorum

9 Tunc Consul contumaci vultu clara voce respondit. O miseranda nimis, cui nulla est spes salutis, saltem permitte natis vernantis sæculi gaudia frui, ut glisceat ætas per annos, & vernet senecta. Mox illa oculos palmasque tetendit ad cælum, dicens: Hi digne cupiunt vivere post funera mortis, si supra omnia, observent præcepta nostra, ut colant Regem cæli & terræ, cujus imperio cuncta formantur. Hujus etenim sinus omnia cingit, & nulla regio vel ambitus eum claudit. Omnium elementorum creator est & auctor. Si vero Deum abnuerint, qui super omnia regnat, & invocaverint deos cæcos surdosque, palma hominis factos, & sculptos de robore, & lapide, vel alios auri-
geros, quos arte periti finxerunt, & in hac
E fuerint devoluti stultitia, ut credant Deum habitare per lignum vel quodcumque metallum, quod nullo ordine fieri potest, indubitanter in stygiam paludem mittuntur, ubi dirus coluber potestatem accepit sacrilegos inenarrabili cruciatu tenere.

quid respondeant sæmi,

Pomposa illusio est, cum videtur larva dare responsa sub specie Jovis aut Veneris, vel aliorum, quorum ossa sepulcra tenent, & eos crudeliter sæva tartara contorquent; quorum imagines post debita mortis illorum, miseri homines facientes, deos finxerunt. Hoc perpende Consul. Quod illis impia vita non potuit dare, ut essent dii; mors qualiter dedit? His dicentibus, ortus est vesper & paulatim noctis opaca crescentia finem imposuerunt fesso labori. Sequenti vero die iterum Consul repedavit ad propositum opus, & hoc modo exorsus est: Infelix mulier, quid tibi manet tanta cupido; quia mavis e terra perdere natos tuos? Sine eos vivere, atque moneto, salutiferis monitis ut præbeant aures.

atque iterum, quibus verbis filios ad constantiam hortata sit.

11 At illa nimio commonita dolore, ter & quater percutiens pectus, magnum premisit gemitum, dicens: Miseratio tua clemens est, impietas pestifera est, labiis blanditiem lambis, sed fers in mente venenum. Quisquis enim talibus dictis sua pectora munit, depressus tenebris, caret gaudio perpetuæ vitæ. Statimque conversa ad filios, ait: Vos estis arma manus meæ, germina fœcundi partus, attentius hæc mea dicta cordi vestro affigite, & altius ad speculandum subite: quia ecce veniet dies, in quo dirus & audax prædo instigamenta callidiora patris sui revolvat, qui invidus olim protoplastum parentem de florigera sede ejecit, dum ille mandere pomum vetiti ligni suasit. Ille autem superbus, alta ruens de luce, æterno lumine primos expoliavit. Nunc mea dicta brachiis cordis vestri affigite, & a mente vestra omnia contagia fallacis mundi dejicite, ne vos pulsando pellet a culmine recto, simulque ad cælos oculos & manus levate, ne cessent organa nostra pulsare precibus tonantem, Christum redemptorem nostrum, per quem lucis aperta est via Chri-

RX MS. sticolis, qui dat vitam sine fine beatam, quam non gravat fessa juventa, nec curva senectus, neque clades, mœrores, nec sudor, sed semper pubertas illic sine fine pollet, & purpurei flores per æquora vernant, lilia permixta rosis, croceæque violæ; illic inhabitantes ambrosiis odoribus satiantur, in quo non apparet noctis imago, sed semper fulgida nox. Non ibi dolus, non ullus metus, nec ulla potestas, non algor vel æstus, aut tetra cupido, sed divino tantum satiati respectu, incessabili lætitia gaudent hi, qui digne eum coram hominibus confitentur.

CAPUT II.

Publius Consul S. Felicitati ac Filiis ejus frustra conatur persuadere cultum deorum.

B

HOc audito, Consul frendens, ministris præcepit, ut mulieri ora cautibus contunderent fortiter, & ait: Tune es, o miseranda, ut possis vincere ferreas pœnas, quas tibi & natis justi parari? Cur audes talia depromere verba, ut Cæsaris sacratissima jussa contemnatis? Testor superos & micantia sidera cæli, & per numina juro, tonantia terra & mari, per magnas Nymphas & Naiadas, Dryadesque Napæas, & senem Silvanum, Satyrosque & Faunos, si ultra abnueris deos, quorum numen spirituale est, te tuasque soboles diversis cruciatibus faciam interire. Hæc & alia plurima dirus ille terrendo repetit, ut eos minis posset a culmine fidei præcipitare. Sed beata Felicitas inconcussa manens, nec minis territa, nec blanditiis decepta, ex imo cordis deprecabatur Deum, ne callidus ille humani generis invidus seductor puerorum martyrium impediret. Quos enim mundo pepererat, in cælis parere conabatur. In illorum autem cruciatu martyrium & ipsa sustinuit. Sed venenum Chelydri pavendo, ne illorum fidem necaret, se manente in corpore, cupiebat eos post funera videre ad cælorum regna properare securos.

Consul Publius matrem frustratur;

C

13 Sævissimus ille Publius erexit vultum, quo astabat primus illorum, cujus jucunda lanugine pubes vestiebatur. Tu es, inquit, omne decus tuorum, & prima progenies parentum; movere piis precibus, & favens nostris laboribus adsis & saluti, dictis monitisque complectere nostris. Cave juvenis plectra matris, de falsa luce loquentis, quæ maluit e terra perdere soboles; & certius scito, quia post munera lucis, quæ sideribus mundum illustrant, volventia dies & noctes, numquam in requiem intrant, sed statim ut fuerint animæ a pondere carnis solutæ, est via declivis & funesta nubila, per quæ descendunt ad stygiam paludem, teterrimam nebulam exhalantem, & per muta silentia ad sedes infernales ferentem. Illic pallor & hyems tenet, pœnita simulacra sepulcris, & exanguis umbra ibi sine ossibus & corpore errat. Urbs autem loci illius capax est, mille aditus habens, & undique portas apertas. Sic autem locus ille animas accipit, velut flumina cuncta de terra [absorbet mare] & nulli animæ locus ille exiguus est. Illic animarum pars forum & festa celebrant, D pars ima tyranni, pars vero artes & imitantia [quondam] vitæ antiquæ [opera exercent].

primum filiorum lenibus precibus seducere tentat;

14 Hæc est lar * hominis, qui perdit siderum luces: nam vitæ locus non erit alter, nisi tartara ditis. Siste juvenis gradum, ne pergas ad regna silentum, & ne ignifera luce occuperis in puerilibus annis. Nunc ergo pandam tibi iter, quod ducit ad vitam. Tu scandito callem & omnigeni Deo Jovi colla reflecte, qui salutifera sæcula cuncta, festa & gaudia præbet. Peto, accede huc libare Deo maris, ut clareas omnibus amicitior Regis, & cum magnis opibus præclaras accipies domos Cæsaris præ cunctis, ut non amplius ventosa verba loquaris. Deinde, jubente tyranno, attrahitur tertius; quem blande allocutus, ait: Decora puerilitas, si ob jussa Cæsaris Jovi colla submiseris, erit tibi secura quies atque innumera gaudia per tempora longa. Præbe consensum salubri consilio nostro, ut sæculi hujus delitiis quiete fruaris, ac Cæsaris vociteris amicus. E

*& tertium; * al. fors*

fortiter rejicitur;

15 Hæc puer audiens, ait: Infelix consul, cur mihi hæc dicere tentas? ut delubra dæmoniorum adeam, & litatis sacrificiis pacem a lege feracem repetam, vel a Phœbo & a miseranda Junone, quam dicitis libere jugalia vincula tenere, aut a Venere, cujus jure libidinem tenetis, vel a miniculatrice aliena? Hæc numina non sunt, sed vos mente tyrannica verendo vana, vani estis effecti [ac] vecordes. Quare vos cæcitas mentis fatigat, obcæcata gens Romanorum? Quid negatis factorem omnium, & indigos jugulatis justos? Pro his autem prospera sæcula vobis consurgunt, in quibus panduntur fortia bella, & quos nunc jure tenetis, potestatem in nobis exercent.

nihil etiam agens apud quartum,

16 Hoc amoto, in medium deductus est quartus. Cui consul hoc ordine exitialia verba locutus: Dic, inquit, puer nate de orbata parente, cur tenetis monita crudelissimæ matris, ut magni Cæsaris jussa temnatis? Non jam vos vivere patiar, sed puniam ante oculos matris, & nunc veniat ille Deus ignotus, quem colitis, si potest, eruens vos de manibus nostris. Ad hæc puer respondit: Nihil agis, consul, sed tantum dentem fatigas in dente. Ego verba tua intrepidus decrevi contemnere: nam pro Christi nomine munus est mihi mori. Est meæ necis auctor, quoniam libenter hæc suscipere cupio. Cui consul. Quam felicior, inquit, juvenis esses, si nonquam hujus vitæ lumina terigisses. Venit enim dies, quo si deorum templa non frequentaris, turpiter moriendo fœdabis matrem matrisque parentes.

quintum

17 Hæc ait, & quintum deducere jussit. Quem aspiciens, dulcia fatus est ei verba. Da dextram, fili, & magno fœdere junctus, non nobis contemptum porrigas, sicut fecere priores, sed pacifice sicut olivæ porrige ramum, ut digne nobiscum celebrare possis munera digna. Ille vero tacitis precibus hæc audiens, pulsabat mundi conditorem, & inquit: Væ tibi animarum raptor, & tu mihi displices, & consilium tuum, quod pandit limina mortis. Quæ tibi fuit fiducia ludere nostri,

Digitized by Google

A nostri, qui templa Christi vocamur? Cui communem celebramus honorem, illius & vultum hilari laude anticipamus, & quis alter, quem nos implorare valeamus?

18 Protinus & sextus jussu Consulis deducitur. Quo viso, ait: O juvenis, habeto nostrum solamen. Hinc etenim secreto loqui tecum volui, ut evidenter tibi viam salutis demonstrem. Sed ne spernas consilium meum, sed imple invictissimi Cæsaris jussa, qui tibi salutem præbet, ut Deorum misericordiam consequaris. Si vero diis modo cervicem [&] corda reflectas, hæc tua probitas te defendet, & cunctas hostis insidias carcere tundes, simulque in amplexu & osculis fixus ac dapibus florebis in ævo. Talia dicente Consule, sanctus puer respondit. Crudelis bestia, cur velis evertere nostras placidas vitas, ut demus thura Jovi & precantia verba, & in marmoreas aras illi vina fundamus, quem priores veridici vates scelere damnaverunt? Ille modo equus vel ales, modo bos aut cervus abibat, & multimodis in spurca contagia versus agebat, & postremo in suam redibat formam. Interdum Deus, interdum videbatur raptor atque adulter. Si verum nefas, & si falso nomine pius; qualiter esse potest, ut reus & Deus misceantur in unum.

19 Qui in talibus rebus pullulat, Deus non est. Quandocumque tu mihi pœnas inferes, vel clausum me carcere ferreis catenis vincieris, incessanter deorum vestrorum facta clara voce canebo, ut hoc audiat æther, & qui regnat in illo, qui corruptores sunt, victi cupidine Veneris, raptores, bilingues & fraudatores, asperi moribus & mendaces, fures atque perjuri, omnibus impuri, humano sanguine fuso. Nunc isti, clausi tartaro, gravi cruciatu persistunt. Nam verus est Deus, quem nos colimus, qui solo verbo cælum & terram, pelagus & sidera fecit. Ille opifex rerum & summi olympi regnator primum hominem condidit de pulvere terræ, qui casto corpore servaret jussa tonantis. Huic dedit sensum, rationem & beatam animam, & donavit in suo jure, ut omnium dominaretur. At ubi peccando florigera est de sede repulsus, impia committentes [homines] se sæculo miscuerunt, & perperam totum mundum replebant. Quæ omnipotens intuens: Delebo, inquit, hominem a terra. Ipso autem imperante, ventorum agmina ruunt, & concusso cardine totus extremuit mundus. Fit fragor & densi imbres funduntur ab æthere, nec non & imo profundi inundatio facta, rabidi diluvii moles cuncta inhabitantia terræ peremit, divinoque nutu, uno remanente justo, cum natis natorumque uxoribus, totum orbem hominibus repleverunt, iterumque facinoribus repletus est mundus.

20 Tum pius ille fator atque Redemptor, miseratus, ex alto respexit humanum perire genus; non dedignatus, semetipsum eximanivit, ex virgine formam servi accipiens, mundo illuxit, per populos mandata dedit præcepta parentis. Cum subito parres cunctos populos accersiri viderent, invidia ducti, eo capto, non sunt veriti omnium Redemptorem suspendere in ligno. Interea incipit magno murmure cælum turbari, & oriens sol obscuratus est, teterrimam caliginem præbens mundo, & magno pondere concutitur tellus. Tunc ille per se tartara adiit, sedes reseravit inferni, tenebrasque resolvit. Jam referens pedem, veniebat ad superas auras. Tertia enim aurora sepulcro surrexit, in cælum ascendens, suisque sub pedibus omnia evertit. Nisi enim per illum, nemo salvabitur unquam. Iode judex venturus, fulmine cuncta terrendo, tunc ante ejus conspectum superæ atque inferæ movebuntur virtutes, cælum & terra, mare & montes ardebunt, ruent astra, & atris tenebris obscurabitur Phœbus. Fit languor & gemitus, luctus tristisque boatus. Qualis error erit tibi illic, Consul, qui simulacra colis & larvis dona frequentas? Hæc puero dicente, cœpit ille pallescere, & frigidus horror hujus artus invasit.

CAPUT III.

Variis mortis genere septem Filii Martyres occiduntur; S. Felicitas capite plectitur; corpora a volucribus intacta; eorum sepultura ac translatio.

DUm uterque per longum fermocinarentur, expleto diei cursu, vesper jam apparuerat mundo. Sequentique aurora, minimum sibi præsentari jussit, & ait: Dic, parve puer, qui teneris annis pullulas, quæ insania vos traxit, ut abnegatis Regum præcepta, & estis effecti hostes propriæ vitæ vestræ ac salutis? Certe vos ipsi properatis ad vestram perniciem; &, insensati, videte, quia jam per opaca silentum tartara properatis. Elige, quod vis, lucem an tenebras. Tu potes & tui vitam servare & introducere mortem. Protinus insinua nunc, quid eligit animus tuus? At vero ultimus puer, intentos oculos & brachia attollens, inquit: Plura dicta salutis, Consul, tibi poteram loqui; sed jam cares mente, jam ad infernalia regna pergis, & horrendus tuus pater & focius non te salutifera verba finit audire; jam & tartara ipsa te rapient. Hoc tibi superest, ut sævi colubri perficias machinamenta. Eja age perfice, ne diu laniare [perge] quos cæli gaudia expectant.

22 His auditis, infelix horruit, totoque ore pallescens, furibundus regia tecta pervenit. Ut Cæsaris obtutibus [se] offert, supplicans, intimavit sub ordine rei congesta [&] eum conabatur dictis excitare ad iram, & ait: Regnator inclyte, cui est rerum summa potestas, ecce superba gens irrita tua jussa fecit. Non tantum tibi extat inimica, sed & deorum numinibus nimias injurias inferunt. Ego enim eis nunc sæva verba, nunc divitias blandis sermonibus minitavi, & prius interitum, deinceps munera pollicebar, sed nulla attentione valui pericuros revocare saluti. Velocius molliuntur robora saxi, vel fortissima ferri, quam queas revocare illorum fortissima corda.

ex vs. *qui ira perciti*

23 Hæc audiens Rex, acri dolore congemuit, nullum tamen eodem est locutus de hac causa sermonem. Nocte tamen instigante diabolo, per cordis arcana Sanctorum necem volvere cœpit, qualiter sequenti luce, quasi deorum rebelles, crudeliter punirentur. Et octo die theatrum adiit, stipatus maximis turbis, medio cœtu excelso consedit solio, ac furiis accensus, hæc populo depromere cœpit. Heu mihi, quam duritet me cogitationes meæ angustant de invisa stirpe, deorum adversatrice, quæ vocibus æthera pulsant, & nomen ignoti Dei ferunt in astra, quem olim mundus in ligno crucians, interemit, atque in multis sepulcrum concluſit! Certe non ultra perituros vivere finam.

sententiam mortis in eos fert, Januarius plumbatis cæditur, Felix capite mulctatur. B

24 Et hæc dicens, statim sententiam mortis dedit. Macte, inquit, deorum rebelles, & truncos relinquite belluis ad devorandum. Tunc illo præcipiente, primus e natis, Januarius nomine, senatui proponitur. Cujus viscera Cæsar crudelis plumbatis cædere jussit, liquefacta pice ceraque & plumbo tamdiu membra ejus perfundere jussit, donec sanctus vir moriens, polorum ineffabilia regna adiret. Deinde sanctus, nomine Felix, attrahitur; cujus colla speculator percutiens, uno ictu caput ejus auferut. Sic illa carne solutus, penetravit æthera cæli.

pati etiam Philippus Silanus præcipitantur, Alexander cerebrum transfoditur.

25 Eodem martyrio & tertius est, nomine Philippus, coronatus, & devicta morte ineffabilia gaudia sine fine percepit. Præterea nefandus Rex præcepit apparitoribus, ut quartum, Silanum nomine, ex summo vertice rupis præcipitarent. Quo facto, elapsus martyr vitam exhalans, atque inter Sanctorum agmina coruscus, non peritura gaudia cepit. Cæsare quoque imperante, minister scelerum quintum, Alexandrum, per medium cerebri mucrone percussit, ita ut pars dextro, pars lævo humero superjaceret, & jam exanimatum corruit venerabile corpus. Quo cadente, ita concussa est terra, tamquam si onus tanti corporis non valuisset portare.

Vitalis & Martialis etiam gladio transfodiuntur, ante templum. C

26 Protinus speculator attollens animum, sextum, nomine Vitalem, ferire jussit. Cumque vidisset eum tenera pube sua crescere, misericorditer quasi hæsitare cœpit, qualiter eum velocius vita posset sine gravi cruciatu privare. Illico reperto consilio, arripiens lanceam, transfodit pueri pectus. Cumque extemplo præcordia [gladius] perforasset, humi prostratus, mortis debita solvens, Christo comitante, super æthera poli lætabundus ascendit. Tandem sceleratus ille, reflectens lumina, quo ultimus adstabat frater, nomine Martialis, dentes infrendens, in ensem alte consurgens, media inter tempora pueri fixit, & ait: Nunc morere, demens, deorum rebellis, & celeri cursu vestigia fratrum sequendo, illis jungere, & dicito, quia cras genitricem mittam ad vos. Vix hæc verba speculator ediderat, tanta nubium tempestas exorta est, ut tonitruo terrarum ardua tremerent, & effusis imbribus sine mora & obscuritas esset. Hoc viso, omnes turbati, suum interitum advenisse timebant, dicentes: Quoniam injuste fuerant hi puniti. Hac tempestate hujus diei cursus finitur.

27 Postero autem die nequissimus Cæsar beatissimam matrem accersiri jussit. Quam ut vidit, concusso capite, dixit; Eja sæva pœnas, si tua viscedi proles te movet alta * cupido, vel properare cupis silentum latebras, de quibus non credendi tibi satis fuerat, aut contemptores deorum cupis videre, qua sint pœna damnati, quibus & tu citius efficieris consors; noli diu superstes esse filiorum, sed statim a nobis tuorum scelerum judicium sume, ut perditis hujus gaudiis vitæ, ad stygiam paludem funebribus manibus dedecaris. Tunc, eo præcipiente, furens minister candida colla beatissimæ Felicitatis fortiter ense percussit, evulsoque capite, exanime corpus pretiosum tellure cœpit inhumatum jacere. Præcepit enim heros, ut nulli eorum corpora humare liceret; sed volucribus ac bestiis relinquerentur edenda. D

Deinde post illos mater Felicitas capite plectitur.
* tanta.

Corpora Martyrum volucribus relicta, sed intacta, suavemque odorem spirantia. E

28 Omnipotens tamen, qui verbo cuncta creavit, cujus potentiæ nihil difficile esse videtur, qui sæpius patitur in Sanctis suis, miram curam corporum eorum gessit; dum sub sideribus inhumata jacerent, non volatilia vel quadrupedia terræque reptilia illis propius accedere potuerunt; divinitus quoque prohibebantur, ne illos attingere possent. Tanta autem ex beatis corporibus odoris fragrantia emanabat, ut cuncta loci vicina adinstar universorum odoriferorum florum nidore suavissimo replerentur. Denique Christianorum phalanx collecta per opaca noctis venerunt ad locum, ubi sanctæ matris sanctorumque pignorum corpora cruenta jacebant, tacite Domino psalmodiam concinentes, ex humo sanctorum membra levarunt, imponentesque ferretris silenti cursu, relictum callem repedaverunt.

a Christianis humantur & a Deo miraculis honorantur.

29 Postquam vero ad locum pervenerunt, ubi terrore fugato, pariter illis dignas reliquias celebrare possent, mirificis aromatibus sanctorum corpora condiderunt, pretiosissimis tegminibus involventes, & in psalmis & hymnis palam Deo gratias referentes, honorifice humaverunt, haud procul a mœnibus urbis, quam veteres vocaverunt Alisas *. Juxta quorum sepulchra Christus, omnium reparator & auctor, ad confirmandam viventium mentem, eorum intercessionibus innumera beneficia præstabat. Nam ex obsessis corporibus dæmonia illic ejiciebantur, claudi in pristinum restituebantur gradum, diu lumen amissum reddebatur, multæ variæque illic hominum depellebantur infirmitates. F

* al. ad lymphas. Aliphas.

Alio deinde translata sunt,

30 Cumque multa post annorum curricula, diversis potentatibus diversarum gentium in Italia immutatis, locus ille, quo Sancti quiescebant, viluisset, & absque honore debito essent, eam præcipua Sanctorum corpora essent, ex jussu eximii ac veri Catholici Longobardorum principis Sigehardi *, Ursus, Beneventanæ sedis electus, eadem Sanctorum corpora elevans de Alisis, cum magno honore Beneventum perduxit, & magnifice in beatæ [Mariæ semper Virginis] ecclesiam cum aliorum plurimis consanctorum corporibus collocavit. Horum autem martyrium colitur 11 Kalend. mensis Decembris. Dedicatio vero eorum ecclesiæ Beneventi VI Idus Julii. Quorum festivitatem diversis ex partibus orbis conveniunt plures, Christo Jesu omnium redemptori gratias referentes, qui cum Patre sanctoque Spiritu vivit, & per immensa sæcula regnat. Amen.

* al. Sicardi.

ANA-

Digitized by Google

A

ANALECTA

DE VII MARTYRIBUS.

CAPUT I.

* Vide Append. tom. 7. Julii pag. 864, col. 2.

* Translatio S. Alexandri Martyris, unius, ut voluit, e VII S. Felicitatis Filiis, in abbatiam Ottenburanam, Ordinis S. Benedicti in Suevia, desumpta ex codd. nostris Mss.

Auctor hujus Translationis habet fabulosa & non cohærentia,

T*Ranslationem hanc obiter attigimus in Commentario prævio* §. 2, *num.* 21; *ubi de suis Sanctorum Martyrum reliquiis, plenius rei gestæ narratione huc remissa. Tantum abest, ut illam quoad omnes sui partes veram censeamus, ut non pauca etiam in ea displiceant. Prima enim historia, quæ refertur ab ipso principio, & exponit tonitruum, Pilati causa, juxta urbem Viennensem sepulti, excitatum &c., commentum merum & fabula est, ad aures nanias relegenda. Secundo Gozpertus nullus occurrit inter Episcopos Viennenses, qualis tamen ibi exstitisse asseritur. Tertio, nullum lego inter Episcopos Augustanos Nidgerum, Carolo Magno ejusque conjugi Hiltigardi synchronum, quem habes num.* 8. *Nihil tamen vetat, quin historiæ translationis substantia possit esse vera; sed ambulat Auctor in falsis adjunctis, quæ historiam, si ipsi credimus, circumstant, non cohærentia perperam combinans. Adde, quod non satis constet, an S. Alexandri reliquiæ, eo translatæ, sint ipsius Alexandri, qui fuit unus e* VII *Filiis* S. Felicitatis. *Mabillo sane in Annal. Bened. tom.* 2, *pag.* 205 *hanc controversiam indecisam reliquit, de monasterio Ottenburano sic loquens:* Hujus, *inquit*, loci basilica nuncupata est sanctis Martyribus Alexandro & Theodoro, quorum reliquias eo transtulit Toto abbas primus, cujus parentes Silachus & Ermiswinta cœnobium illud fundasse perhibentur in Kalendario domestico, cujus hæc verba *sic citat:* XIII Kal. Decembris obiit Toto noster abbas, qui corpus S. Alexandri huc attulit & cujus parentes locum istum fundaverunt.

B

C

quibus historiam suam insorsit.

* An non Decembris, ut supra?

2 *Pergamus cum Mabillone*: Conditum a Silacho tradunt cum consensu Ermiswintæ conjugis, filiorumque Gozperti Episcopi, Totonis clerici & Tageberti comitis; e quibus Toto, clericali toga monastica permutata, primus eidem monasterio præfectus est, illudque rexit per annos XLVIII, mortuus anno supra octingentesimum decimo septimo, XIII Kal. Septembris *... Totoni sufficitur Milo abbas .. Nitkarius, ejus successor, Augustanam urbis Episcopatum adeptus est. *Unde colligas*, Gozpertum *Episcopum*, Totonem, Nitkarium, *seu, ut vocatur hic*, Nidgerum, *vel, ut scribit Bruschius in Epp. Augustanis, consignare ejus obitum anno* 869. Neodegarium, *supponere quidem, ut cum Dialectitis loquar, pro veris personis, sed mihi hic a nostro Scriptore Translationis commune esse. Incipque ex temporibus non satis aptatos. His præmissis, subdo nunc instrumentum ipsum Translationis, quod sic sonat:*

3 Temporibus itaque bonæ memoriæ digni & venerabilis serenissimi Augusti Caroli, gloriosissimi Imperatoris, fuit quidam Præsul in sancta Viennensi ecclesia, nomine Gozpertus, bonus & justus, atque in omnibus sanctus, ecclesias sibi commissas libentissime constituens: sed, resistente adversario, minime, sicut nitebatur, hoc peragere valebat; quoniam per diversa sua membra diabolus ei resistebat, maxime per Pontium Pilatum, qui olim in eadem civitate ab Imperatore Claudio custodiæ traditus fuit, ob hoc quia Dominum nostrum Jesum Christum absque illius jussione crucifigi permisit; ibique mortuus, sepultus est in quodam monte juxta civitatem, anima vero ejus procul dubio in inferno. Quadam autem die manifestata ira Dei super eum, accidit tonitruum magnum super ipsam civitatem, & fulgur coruscans simul cum tonitruo percussit montem, in quo corpus ejus jacebat, & nimia percussione tonitrui & fulguris, longe lateque dispersa sunt ossa ejus. Jubente ergo præfato Venerabili Episcopo Gozperto, congregata sunt iterum ossa ejus; initoque consilio cum sacerdotibus & canonicis suis, invenit, ut eum in flumen Rhodanum projicere juberet, quod ita factum est; antiquus enim hostis sicut cœpit multa & innumerabilia mala in tempestatibus, & in pestilentiis, & cladibus, quæ ipsi civitati opposuit cum provinciis sibi subjectis; naves etiam, quæ per ipsum locum pergebant, ubi ipse projectus est, in profundum demergebat. Ex Ms. Quæ sequuntur. E

4 His itaque accidentibus, Episcopus dolens & mœrens, quia nullum patronum habebat, qui ipsi adversario ibi resisteret, consilio inito cum congregatione sibi subjecta, venit ad Dominum Carolum serenissimum Augustum, petens, ut ei licentiam daret visitare limina Apostolorum Petri & Pauli, & epistolam suam daret ad Dominum Papam Leonem, in qua eum deprecaretur, ut aliqua suffragia Sanctorum ipsi Episcopo daret, qui, Domino favente, aliquod municulum populo illi præberent, ne diabolus per membra sua tantam potestatem adversandi illi loco haberet. Imperator autem hæc audiens, libenti animo fecit, ut ille precatus est, & misit epistolam suam per legatum suum simul cum prædicto Episcopo ad Dominum Papam, flagitans & petens ob amorem Domini nostri Jesu Christi, & petitionem ejus ita ageret, sicut ipse Episcopus deposcebat. Denique Gozpertus Episcopus, & legatus Imperatoris Romam venientes, obtulerunt epistolam Domino Papæ Leoni; quam ipse perlegens, affatus est, libenti animo exaudire deprecationem Imperatoris, & petitionem ipsius Episcopi; statimque interrogavit ipsum Episcopum cujus Sancti corpus impetrare vellet. Ille vero non audiens ullum Sanctum nominare, posuit hoc in arbitrio Papæ, ut qui suæ Sanctitati placeret, ei eum tribuere dignaretur. Venerabilis vero Papa perseveravit interrogando, jubens, ut eligeret unum, quem sibi dari vellet præter Petrum & Paulum, reliquosque Apostolos, & primates Sanctorum, quos non audebat negare, quemcumque ipse eligeret, ob amorem & petitionem Imperatoris libenti animo se datutum. *corpus S. Alexandri* F

5 Tunc

Digitized by Google

EX MS. *impetratum apud Leonem Papam, & miraculi claruerit.*

5 Tunc elegit ipse ei dari sanctum Alexandrum, atque in crastina die ipse venerabilis Papa proficiscens ad locum, ubi Sanctorum corpora septem Fratrum recondita erant, facta oratione & jejunio cum psalmodiis & lecania, ceteriſque orationibus multis, tulit corpus S. Alexandri & dedit illud venerabili Episcopo Gozperto, atque in ipso loco, feretro imponens, & epistolam præfato venerabili Episcopo fieri jubens, permisit eum remeare ad propria, præcipiensque per epistolam suam, ut, ubicumque præfatus Episcopus simul cum sancto corpore veniret, ab hominibus ipsius loci honorifice susciperetur. Sed pauca de virtutibus, quæ ibi acciderunt, narrare oportet. Profectus est autem Episcopus a Roma, & concepto itinere cum magna reverentia & dignitate, ficut decebat, portabat corpus beati Alexandri; occurrentes cæci nonnulli, videntes effecti sunt, multi claudi curati, dæmones plurimi in adventu illius fugati, & alia innumerabilia signa.

B *Mulier, fluxu sanguinis laborans, sanata, pallio, feretro superpositio, prodigiose exulto.*

6 Ut autem venerunt ad quamdam civitatem, quæ vocatur Luca, obviavit illi mulier, a fluxu sanguinis ita debilitata, ut viæ ad feretrum beati Alexandri pervenire posset; sed cum ad sanctum corpus pervenit, & feretrum tetigit, tunc sana facta est, ut etiam de loco, in quo jacebat, exiliret; & elevato feretro, illud sana & incolumis portabat. Illico posuit unum pallium super feretrum ipsum, sed non erat tantæ magnitudinis, ut feretrum per omnia cooperire posset, ipsa vero nocte illa jacuit prostrata ante feretrum B. Alexandri, gratias Deo referens, quod eam per merita Sancti sui pristinæ sanitati reddere dignatus est. Mane vero illucescente & orto sole, ut proficisci deberent, subito illud pallium super feretrum crevit, & ita ipsum cooperuit, acsi juxta ipsum feretrum contextum esset. Sic cœpto itinere, cum summo honore & reverentia pervenit Episcopus cum ipso thesauro optimo ad Augustam civitatem.

Corpus Sancti

C 7 Habebat autem idem Episcopus Gozpertus quemdam clericum ex Alemannia, nomine Totonem, valde sibi familiarem in omnibus, qui etiam suam cameram providebat, ipsique commendabat illud sacrum corpus, ut illud custodiret in omnibus mirifice, usque dum ad suum episcopatum veniret. Et ut Episcopus pervenit ad Augustam civitatem, ægrotare cœpit, & partim equum ascendens, partim in feretro jacens, pervenit usque in medium montem Gotar....., ibique ab ipsa ægrotatione defunctus est, & sic deportatus est ad S. Mauritium. Tum Toto, camerarius ejus, qui etiam corpus beati Alexandri custodiebat, credo Dei nutu, cœpit tractare in corde suo, ut corpus B. Alexandri ad monasterium suum deferret in Alemanniam, quod constructum habebat in pago Hilargawe ex sua proprietate, parentumque suorum, cujus monasterii vocabulum est Uttenburra. Latenter igitur hoc facere cogitans, ne præfati Episcopi clerici aliquo modo hoc discerent, nocte surgens Dei nutu, aliis custodibus dormientibus, accepit cum summa reverentia corpus beati Alexandri, recondidit illud in duobus scriniis, & pallium, quod super feretrum ipsius crevit, posuit supra. Quoniam D postquam illa virtus de eo facta est, minime tam sæpe supra feretrum jacuit, aliud ibi supra ponentes.

8 Facto autem mane, direxit suos homines *a Totone clerico Uttenburram delato, tum,* cum scriniis suis & cum sancto corpore, videntibus cunctis partibus Alemanniæ, nullo ex illis hoc sciente, quid inde factum esset, præter homines ipsius. Moratus est autem cum eis postea tres dies, ferentes feretrum, & putantes, quod ibidem sanctum corpus esset. Dicebat autem ipse Toto, se velle ad propria proficisci, & visitare parentes suos, atque cum illorum adjutorio celeriter reverti; postulans ut dum ad Wiennam venirent, eum exspectarent, & sine illo nullo modo ad curtem proficiscerentur, impetrare Episcopum. Quarta autem die, mane illucescente, tradidit clavem feretri aliis custodibus, suis discipulis, & valefaciens omnibus clericis illis, profectus est cum magna lætitia ad Alemanniam sub omni festinatione; & ut ad episcopatum Constantiensem venit, ultra Rhenum fluvium transiens cum licentia Epi- E scopi ipsius parochiæ iterum imposuit beatum corpus in feretrum, & sic cum magna reverentia & honore, virtutes multas Dominus per eum ostendens, allatus est ad monasterium, quod vocatur Uttenburra, & omnem proprietatem, quam habuit, tradidit beato Alexandro per manus suas & parentum suorum.

9 Igitur sub omni festinatione loquens cum suis propinquis, iterum celeriter profectus est ad Aquisgrani palatium ad Dominum Carolum, serenissimum Augustum, & prius per legatum suum, & suam epistolam innotuit hoc factum Hiltigardæ, serenissimæ Reginæ, flagitans ut ipsa, ob amorem Domini nostri, suadere studeret Domino Imperatori, ut corpus sanctum ibi in suo monasterio persistere permitteret, & istud nullo modo reddi juberet. Quæ se ita facturam promisit, si præfatus Toto omnem suam proprietatem simul cum corpore sancto illi traderet. Hiltigardis vero serenissima Augusta jussit venire præfatum Totonem ad præsentiam suam, & diligenter scrutata est ab eo istius rei veritatem. Ille vero nihil de hac re celatus est, sed per omnia rei veritatem retulit, qualiter tam sacrum corpus acquisivit. Tunc ipsa præcepit ei, ut suam proprietatem statim sibi traderet, si ullo modo vellet, quod ipsa inde adjuvaret. Ipse ergo libentissimo animo omnem suam proprietatem, quam habuit, simul cum corpore sancto tradidit in manibus præfatæ Hiltigardæ, quatenus perpetualiter in sua potestate persisteret, & post ejus discessum in potestate Regum perpetuo esset. Ipsa iterum tunc concessit in beneficium ipsam proprietatem præfato Totoni. Tunc ergo ipsa veniens ad Dominum Imperatorem, prostrata ad pedes mansuetudinis suæ, retulit ei omnia, qualiter Gozpertus venerabilis Episcopus egit, & qualiter præfatus Toto istud sacrum corpus acquisivit, humiliter misericordiam suam deposcens, ut ob amorem Domini nostri Jesu Christi, & petitionem ejus, illud sacrum corpus nullo modo reddere juberet. F

Hildegardis de Augusta rei veritatem audiente

10 Credo autem divina dispensante misericordia

A ricordia mitigatum est cor Regis, & dixit, *& ab Imperatore Carolo imperatore ut corpus suipsum reddi debeat.* si statim inde adjuvare velle per rectum judicium & rectam rationem. In crastino vero cum magno dolore & tremore venerunt Canonici ex Vienna civitate ad præfatum palatium, referentes in magno fletu gementesque & dicentes; quod Toto illorum sacrum thesaurum & patronum furtim haberet, postulantes omnes primates & proceres Imperatoris, qui ibi erant, ut hoc cum Domino Imperatore facerent, ut ipse juberet præfato Totoni, quatenus, sicut ipsum sanctum corpus inde furtim abstulit, ita iterum ipse illuc reportaret, & sic pergente Domino Imperatore ad Missam, obviaverunt illi iidem Canonici, prostrantes * se ad pedes illius. Ut ergo Dominus Imperator illorum audivit rationem, petiit sibi inducias dari usque mane; quatenus cum fidelibus suis ei liceret tractare suum responsum. Mane autem facto, venientes iterum ad præsentiam suam, dixit hanc rationem nullo modo actam fore

* prosternentes.

B potuisse, nisi Dei nutu & divina dispensatione. Tunc præcepit eis, ut cum omni clero, in ipso episcopatu consistente, proficiscerentur ad ipsum monasterium, ubi ipsum sacrum corpus reconditum erat, & si Dei voluntas esset ut inde illud auferrent, iterum feretro imponentes, reportarent illud ad illorum civitatem. Ipsi vero Canonici, audientes illius responsum, timuerunt in illas partes proficisci, quoniam nec linguam noverant, nec etiam pastorem habebant, qui eos in tali itinere custodiret. Tunc vero, divina dispensante clementia, versum est cor illorum in aliam partem, flagitantes sibi dari Episcopum, relinquentes per omnia istam rationem, rogante Hiltigarde illustrissima Regina.

11 Tunc quippe supradictus Toto cum licentia Domini Imperatoris & Reginæ, & cum epistola illorum profectus est lætus ad Alemanniam, ferens epistolam Domini Imperatoris & Hiltigardis ad Venerabilem Episcopum Sanctæ Augustensis ecclesiæ, nomine Nidgerum, per quem præcepit Dominus Imperator, ut ipse proficisceretur ad monasterium præfati Totonis, & videret C ipsum pretiosum corpus, & illud mirifice & honorifice in sepulchro recondere studeret, atque per omnem comitatum Hiltrargaugensem, festivitatem illius cum fratribus suis celebrari juberet. Denique præfatus venerabilis Episcopus, complens jussionem Imperatoris, venit ad supradictum monasterium simul cum abbate Totone, & facto triduano jejunio, aperuit sarcophagum ligneum, ubi ipse Toto eum reconditum habebat. Et ut apertum est illud vas, tantæ magnitudinis odor replevit ipsam ecclesiam & populum circumstantem, acsi unusquisque haberet in manu sua modium thymiamatis & thuris. Videns autem venerabilis Episcopus, illico omnibus pagensibus ipsius loci virtutem ejus innotuit, & adventum illius, præcepitque, ut per omnem comitatum ipsum festivitas ejus celebraretur.

Aperto sarcophago, corpori ejus odor spargitur.

12 Tum vero tractare cœpit, quomodo *& sacrum corpus sepulcro condunt.* secundum honorem recondi posset, quoniam nec locus ibi pretiosus, nec etiam ullo modo talem petram invenire valebant, in qua eum recondere possent. Tunc huc illucque EX MS. pergentes homines loci illius, invenit quemdam juxta ipsum locum intus in sylva sarcophagum optimum de petra, & cucurrit cum magno gaudio ad Episcopum & Abbatem, referens eis hoc. Ipsi vero cum magno gaudio perrexerunt ad ipsum locum, & inde leraverunt sarcophagum, & detulerunt eum ad monasterium ipsius, posueruntque in psalmis, & hymnis, ceterisque orationibus corpus beati Alexandri in ipso sepulchro, quod permanet usque in præsentem diem, & virtutes plurimæ postea ibi effectæ sunt, & adhuc innumerabiles efficiuntur, adjuvante & cooperante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς εἰς αἰῶνας.

CAPUT II.

De Pallio S. Alexandri Martyris ex Ms.

E VEriſſime legimus in pſalteriis noſtris latinis, juxta Græcam interpretationem, *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.* quæ eſt Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν ἁγίοις αὐτοῦ, Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Nec otioſe dixerim juxta Græcam interpretationem: nam Hebraica veritas non item ſonat; ſunt enim hæc Davidis verba, ... quæ ad verbum ita interpretari poſſunt: Terribilis Deus de ſanctuario ſuo. Porro quam ſit mirabilis Deus in Sanctis ſuis, & Sanctorum hiſtoriæ reſonant omnes, & quotidiana miracula, quæ Deus per eos operari dignatur, non tacent. Fecerunt miracula Apoſtoli, fecerunt & ceteri Sancti. Dicebat Petrus claudo ſedenti ad Portam ſpecioſam: Aurum & argentum non eſt mihi, ſed, quod habeo, do tibi: In nomine Jeſu crucifixi ſurge & ambula. Et continuo ſurrexit, & ſanus factus eſt. Tantus etiam miraculorum operator fuit Petrus, ut etiam ad umbram ejus infirmi ſanarentur. Quid referam de S. Laurentio, qui per ſignum crucis cæcos illuminavit. Quid memorem divum Nicolaum, trium mortuorum reſuſcitatorem mirificum? Non charta, non tempus quodlibet etiam longum ſufficeret, ad referenda ſingula miracula per Dei electos operata. Tanta, enim miraculorum faciendorum F efficacia nonnulli Sancti pollebant, ut etiam de veſtimentis eorum mirifica vis egrederetur. Fuit Helias Thesbites tantæ ſanctitatis, ut pallio ſuo Jordanem percuteret, & aquam divideret, ut Regnorum hiſtoria docet.

14 Rapto vero Helia igneo curru, diſci- *miraculorum multitudine* pulus ejus Heliſeus eum particula ejuſdem pallii, quam forte ſibi acquiſierat, eumdem Jordanem percutiens, idem effecit, & ſic Jordanem tranſvadavit. Quia itaque Deus per Heliæ pallium miracula operari dignatus eſt, non mirum ſi Chriſti fimbria remoriſſam * illam mulierem, quæ omnem ſub- * hæmorrhoiſſam. ſtantiam ſuam in medicos nequidquam erogaverat, ſanavit. Illud autem admiratione dignum, quomodo etiam veſtes, quæ ad protomartyris Stephani ſepulcrum delatæ fuerunt, tantam inde virtutem contraxerint, ut etiam mortuos reſuſcitaverint. Nam B. Auguſtinus in vigeſimo ſecundo De civitate Dei libro, ita de hoc Martyre ſcribit: Sancti-

mo-

EX MS. monialis, inquit, quædam in vicina poſſeſſione, quæ Caſpaliana dicitur, cum ægritudine laboraret, ac deſperaretur, ad eamdem memoriam tunica ejus allata eſt, quæ antequam revocaretur, illa defuncta eſt.

ſulgentibus; 15 Hac tamen tunica cooperuerunt cadaver ejus parentes, & recepto ſpiritu, ſalva facta eſt; & rurſum aliud miraculum ſubnectens: Apud Hipponem, inquit, Baſſus quidam Syrus ad memoriam ejuſdem Martyris orabat pro ægrotante, & periclitante filia, eo quod ſecum veſtem ejus tulerat; cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nunciarent; ſed cum, orante illo, ab amicis ſuis exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per pupilcum plangeret. Qui cum domum rediiſſet, jam ſuorum ejulatibus perſonantem, & veſtem filiæ, quam ferebat, ſuper eam projeciſſet, rurſus reddita vita eſt. Legimus præterea de ſancto Jacobo Majore quod liberavit Phileum, mittens ei ſudarium
B ſuum, ab incantationis vinculo, quo eum Hermogenes magus conſtrinxerat, ne moveri poſſet. Sanctiſſimæ quin etiam virginis Agathæ velum ignis prohibuiſſe impetum, manifeſtius eſt, quam ut narrari debeat. Sunt & alia multa miracula, quæ etiam per veſtes Sanctorum facta noſcuntur, quæ brevitati ſtudens, ſilentio tranſeo.

mirabilis quoque in pallio S. Alexandri 16 Hoc unum operæ pretium duco, nonnihil dicere de miraculis, quæ Dominus operari dignatur per pallium divi Alexandri. Nec etiam minor in eo virtus refulget, quam in aliorum Sanctorum veſtimentis. Fuit primum miraculum circa hoc pallium oſtenſum, quod crevit ſuper feretrum, ita ut feretro per omnia coaptaretur, plene illud cooperiendo, ut in tranſlatione glorioſiſſimi martyris Alexandri clare narratur. Et hodie quoque fiunt magna miracula circa mulieres, nimio profluvio menſtruali laborantes, quæ pallio hoc tectæ, ſanitatem recuperant. Nimis longum eſſet ſi ſingula miracula hic inſerere vellem, quæ circa mulieres ſanctus
C Martyr per pallium ſuum operatur. Compertum enim habemus, nonnullas mulieres duodecim, nonnullas paucioribus annis fluxum menſtruum plus æquo paſſas, & fruſtra ſubſtantias ſuas in medicos erogaſſe, quam primum autem ſancto Alexandro votum voverant & cum munere ſub ejus pallium venerant, mox incolumes, ſanæque redditæ ſunt.

quod profuturiſſimum eſt remedium contra fluxum mulierum, & alia mala, 17 Fiunt autem quotidie ejuſmodi miracula multa, quæ ad lucem non veniunt, eo quod mulieres natura verecundæ ſint, & has infirmitates, quibus poſſunt modis, occultant. Verecundia itaque ſuperatæ Dei magnalia celant. Virilis inſuper ſexus, hæmorrhoidarum fluxu moleſtatus, ſæpius pallii hujus beneficio liberatus eſt. Ceterum qui prægravi ac diuturno capitis dolore tentantur, ſi in bona devotione ad mirificum hoc pallium confugerint, illico precibus & intercelſione ſancti Alexandri liberantur. Prægnantibus etiam & in partu laborantibus S. martyr Alexander præſentiſſimus patronus adeſſe dignoſcitur. Contra denique tempeſtates & aeris intemperiem glorioſiſſimus hic Martyr ſpecialis patronus invocatur. Hinc eſt quod municipes oppidorum Biberach, & Mindelhaim ſingulis quibuſque annis S. Alexandro D
taurorum deferre ſolent, ut interceſſione ejus aliorumque Sanctorum, quorum reliquiæ in laudabili monaſterio noſtro Ottinpurano habentur, fruges eorum a grandine & aeris intemperie cuſtodiantur. Cum itaque Dominus per hunc Martyrem miracula vel hodie operari dignetur, non abs re nomen ei impoſitum videtur Alexander; nam Alexander allevians anguſtias interpretatur.

ad Martyris invocationem lenitas ſalus. 18 In quacumque autem neceſſitate Martyrem hunc quis invocaverit de corde puro & devotione vera, ſublevamen atque auxilium abſque dubio ab eo ſentiet. Quiſquis ergo es, qui Sancti Alexandri virtutes mirificas aut legis, aut audis, a laudibus ejus ne ſileas, precor; ſed fiat ſicut ſcriptum eſt: Laudate Dominum in Sanctis ejus; honor enim qui Sanctis defertur, Deo exhibetur, qui mirabilis in Sanctis ſuis exiſtit. Ergo ſancti glorioſiſſimique martyris Alexandri E
laudes & merita amplificemus in terris, quemadmodum & nos volumus ab eo commendari in cælo Deo omnipotenti; dignis hic eum obſequiis promereamur, ut & ipſe æternam nobis vitam impetrare dignetur in patria. In hac vero miſeriarum valle omnia incommoda & adverſa clementer avertat, ſublevet paupertatem noſtram & miſeriam, & in omnibus ita nos regat, foveat & protegat, ut poſt vitæ hujus curſum ad gaudia venire valeamus æterna, cum ipſo perpetuo gavifuri. Amen.

CAPUT III.

Alia S. Alexandri tranſlatio, unius e VII Fratribus, an alterius, in Weſtfaliam.

De qua tranſlatione hic agitur. PAragrapho ſecundo hujus Commentarii prævii, num. 17, retulimus ex Chronico Mindenſi corpus Alexandri, filii S. Felicitatis, integrum de Roma in oppidum Weſtphaliæ Wildeshuſen, a Walberto, filio filii Wedekindi, Regis Angarorum, tranſlatum. *Vide etiam num.* 21. *Atque huc ſpectat unum e Mſs. noſtris, quæ habemus, hunc titulum præferens,* F
de miraculis S. Alexandri, S. Felicitatis filii. *Tum ſequitur allocutio proſphonetica*, dilectiſſimo atque omni charitatis officio præcipue colendo Sundrolto presbytero, Meginhart, viliſſimus ſervorum Dei ſervus, in Domino Jeſu Chriſto perpetuam optat ſalutem. *Poſt dictam allocutionem totus eſt Auctor, per tria parva capita excurrens, in narratione rerum, huc minime pertinentium, quas idcirco prætermittimus. Capite autem quarto referuntur tres epiſtolæ commendatitiæ, a Lothario ſcriptæ in favorem Walberti, unius e proceribus ſuis & Saxonum ex genere, ut ibidem dicitur, & de quo ſupra, proficiſcentis ad limina Apoſtolorum; una quidem ad Ludovicum, Lotharii filium, Italiæ Regem; altera autem Principibus poſt Regem & Primatibus Italicæ provinciæ; tertia vero inſcribitur* Domino Apoſtolicæ Sedis Beatæ memoriæ Leoni Epiſcopo, *hujus nominis V. Caput vero quantum propius attingit præſens argumentum de tranſlatione S. Alexandri martyris, ejuſque miraculis, ubi ſic lego.*

20 His itaque epiſtolis apud dictum Regem ſuſceptis,

Digitized by Google

A fuſceptis, propoſitum [iter] pergere cœpit.

21 Tranſcenſiſque Alpium jugis, Italicæ fines .. pervenit, atque Hludovicum ejuſdem provinciæ regnatorem, ut juſſerat, appetiit, nuntium quidem, quod portaverat, denudavit. Quo audito, Rex principibus ſuis intimavit, & patris imperium præfecit; illum autem prædictum nuntium honorifice ſuſceptum, muneribus ditatum, aliiſque ſuffragiis ſuſtentatum, tam præſentibus ſuis fidelibus, quam abſentibus dictis vel ſcriptis commendatum, dimiſit in pace. Ille autem cum jam longa itinerum ſpatia pene peregerat, cœpit ægrotare; ſed Chriſto Domino auxiliante, levius habens, Romam uſque pervenit, ibique a Priore digne in hoſpitium ſciſceptus, manſit illic XXV dies, nuntiumque, quod portaverat, in præſentiam Domini Leonis Papæ attulit, eique omnem rei ordinem aperuit; quod prædictus Dominus ſervus bene ſuſcipiens, ac principibus civitatis, ad ſe accerſitis, nuntium, quod audierat, enarravit, & quid faciendum eſſet, ſciſcitavit. Cumque omnes Domini notum faciendum eſſe judicaverunt, adſenſum præbuit petitioni, congregataque multitudine civitatis, ſanctæ Dei Genitricis reliquias & aliorum Sanctorum quamplurium, nec non etiam S. Alexandri martyris, beatæ Felicitatis filii corpus integrum, præſente omni populo condonavit; mandans videlicet Regi Hludario, miſſoque præſenti præcipiens, ut illas ita honorifice in Miſſarum celebrationibus, & canonicarum horarum ſolemniis, candelarum quoque & lucernarum luminibus omnibuſque divinis exequiis procurarent, ſicuti in die judicii ſecuri eſſe voluiſſent.

Alexandri, filii & Felicitatis abſentium,

22 Poſtea vero Apoſtolico more benedictione data, multa civitatis turba comitante, ire permiſit. Cumque jam in via laſſi prope frequentiam populi conſtitiſſent, ut paululum requieſcerent & orarent, & adhuc populo civitatis præſente, candelæ quę pariter portabantur incenſæ, extinctæ fuerunt. Sed cito per merita ſancti Alexandri martyris incenſæ, & relicti luminis munere honoratæ, ſplendidiores, quam antea fuiſſent, exſtiterunt. Hoc etiam in eadem via ſecundo ac tertio juxta fontem, qui dicitur fons S. Martini, factum fuerat. Quod vero videntes Romani Domino gratias egerunt, & cum magno tripudio revertentes, domno Apoſtolico ſigna, quæ facta fuerunt, narraverunt.

accenſis ultro & extinctis candelis in ejus translatione.

B

C

23 Prædictus igitur vir, nomine Walbrabt, cum ſuo comitatu honorifice portans Sanctorum reliquias, magnis undique multitudinibus virorum ſcilicet ac mulierum diverſarum regionum occurrentibus, atque venerationem præbentibus, ſignisque quampluribus coruſcantibus, fine tenus Francorum ſoſpes pervenit. Cumque venilſent in caſtellum, quod vocatur Bodbardo, & ibi Sanctorum reliquias depoſuerunt, adveniente magna multitudine populi ad loculum, ut oraret, & Domini miſericordiam imploraret, ſanctique Alexandri caput palliis involutum oſculando ſalutaret, ſicut domnus Apoſtolicus imperaverat. Præcepit namque eis, aliis reliquiis ſigillatis, ut caput ejus ad oſtendendum & ſalutandum populis occurrentibus præbuiſſent, quod vero cum feciſſent, adfuit inter eos quædam mulier, quæ cum aliis viris ac feminis cupiens, caput ſancti Martyris oſculando tangere, ac ſuorum peccaminum veniam poſtulare; ſed mirum in modum accidit, aliis omnibus appropinquantibus, & ſanctum caput oſculantibus, illa minime, neſcio quam ob cauſam, accedere quiverat, ſedulo ge remota & ſequeſtrata non adipiſcens.... quod cupierat, reliquo populo hoc admirante, turbulenta & anxia mœrens receſſit. Inde profecti uſque Saxoniæ fines cum magno gaudio pervenerunt.

Mulier oſculo capitis S. Alexandri prohibita,

EX ma-

24 Cumque veniſſent in regionem Dreni, in villam quæ dicitur Stenvord, quidam vir, diſcipulus prædicti Walberti, nomine Uvenringer, qui jam x annis curvus & claudicans ſuſtibus ſe ſuſtentabat. Hic itaque veniens ante feretrum S. Alexandri martyris, ceterarumque reliquiarum, eorum ſuffragia quærens, ut membrorum integritatem recipere mereretur. Repens itaque manibus & genibus, ad loculum venit, multis aſſtantibus populorum turbis, integram, quam pervenerat membrorum ſanitatem recepit, acſi nullam antea læſionem pertuliſſet.

claudus annorum decem ſenatur;

25 In eadem vero villa fuit quædam mulier, diſcipula viri nobis notiſſimi Theothardi ſcilicet, quæ aurium & linguæ officiis a nativitate penitus privata fuit, quam etiam amici & propinqui illius ad reliquias Sanctorum ducentes, Dei omnipotentis & ſancti Alexandri martyris clementiam implorabant, ut illius mulieris & illorum infirmitati conſulerent, quæ Dei omnipotentis clementia & ſancti Martyris orationibus celeriter ſanitati reſtituta eſt, ita ut loqueretur & audiret, multis illic, qui eam bene cognoſcebant, aſſtantibus, gratiaſque Domino & laudes referentibus, qui ſemper in Sanctis ſuis triumphat in ævum.

E

ut muta & ſurda,

26 Igitur quidam vir de pago Tugaviti propter invidiam inimicorum ſuorum, qui ſedem legislatorum poſſidebant, oculorum lumine jam XX annis aut ao amplius privatus, cum cognoviſſet quod prædictus martyr ad Monaſterium, quod dicitur Oſnabrugga adveniſſet, & miracula, quæ in via ob diverſas infirmitates acciderant, audiſſet, feſtinus ad loculum, quo ſancti Martyris oſſa vehebantur, perrexit. Jam autem eo appropinquante, & loculum volente tangere; Dei omnipotentis miſericordia & ſancti Martyris precibus adjutus, viſum, quem propter invidiam & injuſtum judicium amiſerat, pleniter recepit. Alter vero vir, nomine Wetrich, oculorum lumine privatus, in eodem itinere in villa Walienherſt, ſancto martyri Alexandro occurrit, meritiſque ejus adjuvantibus, viſum recepit.

cæcus unus & item alter;

F

27 Eodem vero tempore mulier quoque quædam, prædicti Walperti famula, aurium auditu privata, venit ad prædictum Dei Sanctum in pago Derſaburg, in villa ſcilicet, quæ dicitur Bochorna, illius auxilium ob detrimentum prædictæ infirmitatis quod patiebatur, quærens, ut Dominus omnipotens & memoratus ejus electus ſuæ infirmitati ſubveniret. Quod cum mente & firma fide ſpeque certa fieri poſſe credebat, per Dei omnipotentis miſericordiam ac ſancti Martyris merita auditu recepto, læta reverſa eſt. Altera vero veniens de pago Leri, de villa ſcilicet

item ſurda, & unci manibus laborans,

Hoor-

Digitized by Google

XXIIIS. Hoozdorf, uncis manibus, occurrit feretro, quo prædicti Martyris corpus portabatur, manuumque rectitudine recepta, propriam gaudens [repetiit] domum. In eadem autem villa virgo quædam unco pede claudicans advenit, sanctique Martyris ossa petivit, & sanitate recepta, magnificans Dominum rediit in sua.

claudi, 28 Fuit ergo eodem pene tempore quidam vir, nomine Waldmann, qui in tantum claudus exstiterat, ut etiam ambulandi officium implere minime potuerat. Hic enim cum veniſſet ad locum Wigaldinghus, ubi S. Alexander pretioſi corporis elegerat requiem, provolutus coram ſepulchro illius, Domini ſuffragia prædictique Martyris intercesſionem poſtulavit, quem Dominus quoque omnipotens, more ſolito, ab imminente infirmitate per merita prædicti Martyris liberavit, ſanitatique reſtituit. Poſtea vero quidam puer, alias de regione Wihonote, ita curvatus corpore fuerat, ut locum, in quo jacebat, omnino relinquere nequiverat, quem itaque etiam
B tunc amici & propinqui ejus, audita fama virtutum, quæ per merita memorati Domini famuli fiebant, feretro imponentes, ad eumdem Dei ſervum aſportabant, nihil hæſitantes, quin ſalutem infirmi, quam deſiderabant, impetrarent. Qui cum adhuc longe poſiti eſſent in via, antequam ad eccleſiam ſancti Martyris advenirent, is qui portabatur feretro, ſanitatem recepit. Simulque cum aliis ambulando, Dominumque laudando, ad prædictum Martyrem uſque pervenit, ibique celebrata oratione, & gratiarum actione peracta, tandem viam, quam antea ab aliis portatus advenerat, nullis hominum adminiculis indigens, regreſſus eſt cum gaudio.

ſurdus & mutus, 29 His ergo ita peractis, erat quidam vir in monaſterio, quod dicitur Daventre, a nativitate ſua ſurdus & mutus, nec non etiam cæcus, cui certe loci illius incolæ eleemoſynarum largitionem aliarumque rerum neceſſitatem ſufficienter propter nomen Chriſti adminiſtrabant, qui etiam cum cogitabant, & cauſa & gratia orationis memoratam Martyris eccleſiam peterent, ejuſque miſericordiam
C implorarent, occurrit eis animo, ut illum infirmum, quem antea prædiximus, ſecum portare deberent: quod cum omnes una voce laudabant, ut facerent, ponentes in feretro, uſque prædictum deportabant ad Martyrem, baſilicamque ingreſſi, ſemivivum, quem portabant, depoſuerunt. Illi videlicet manentes illic, vigiliis & orationibus nocte illa vacantes. Jamque poſt mediam noctem nolæ ſonabant, & clerici vigiliam nocturnam canebant. Hac quidem finita, vigiliaque matutina inchoata, illuceſcente cum die, multis coram populorum turbis adſtantibus, ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, oculiſque apertis auditus aurium pariter venit, ſanuſque effectus eſt.

cæcus; 30 Libet me quoque adhuc aliquod miraculum, quod a dicentibus audivi, narrare de quodam viro nomine Genhard, qui Hludarii

**an trapezitarum?* imperatoris juſſu obcæcatus, eo quod artem trapaccetarum * cum fraude exercebat. Qui cum multorum annorum curricula detrimentum ademptæ luminis patiebatur, tandem iter arripiens, S. Alexandri clementiam petivit, & coram ejus ſepulchro adorando oculorum lumen integre recepit. In hoc igitur ſigno D aliiſque pluribus ſuperius ſcriptis, clariſſime oſtenditur, cujus meriti fuit Sanctus iſte vir, adhuc in corpore vivens, ante cujus oſſa & cineres tam diverſa miracula virtutum in tantum coruſcant, ut claudi curantur, ſurdi auditum accipiunt, cæci viſum capiunt, & diverſis infirmitatibus obtenti, ejus precibus liberantur.

31 Cum ergo rumor iſte longe lateque *brachio putrido affecti*, percrebuerat, & de diverſis locis undique infirmi & ægroti ad auxilium ſancti Martyris confluxerant, adfuit interea quidam magno dolore in brachio detentus ſiniſtro, ita ut vermes in eo creſcerent, & putredo miſerrimum fœtorem emiſerat, in tantum ſane, ut nullus circumadſtantium unius horæ ſpatium penitus ſufferre potuiſſet. Erat enim totum brachium ei ita maceratum, ut nihil in eo omnino carnis viſum fuerat, excepta cute & nervis, niſi in illo loco quo ſuperius diximus, in quo magnum pondus fœtidæ carnis, tuberis in modum pendere videbatur. Ille autem indubius quin Dei clementia & ſancti E Martyris precibus ſanaretur, cumque appropinquaſſet loco, in quo ſancti Martyris membra quieſcebant, protinus omnis tumor & dolor vulneris, quaſi acutiſſimo ferro abſciſſus, multis hoc miraculum cernentibus, in terram ceciderat, ac ſic ſanus effectus abiit in pace.

debilis; 32 Poſtea vero Abbonis cujuſdam viri libertus, nomine Walotag, valde debilis in uno cruce, ita ut limen januæ domus ſuæ ſua ſponte tranſire non poterat; quippe crus, in quo debilis fuerat, mirum in modum lumbos retro ut ungula circuibat, & ambulandi ordinem, quem jus naturæ expoſtulat, denegavit: qui cum veniſſet ad eccleſiam ſancti Martyris, & ejus beneficia firma fide & ſpe certa quæſierat, ſanitatem, quam quæſivit, impetravit; ita ſane, ut rectis cruribus & pedibus ambulavit, quaſi nullam antea pertuliſſet læſionem. Igitur non poſt multos dies, dum hæc agerentur, quidam homo, nomine Adiuge de villa, quæ dicitur Wilsheim, quæ ſita eſt in pago Divebenti, ocu- F lorum viſu privatus, venit, ut prædicti Martyris membra cauſa orationis ac intercesſionis expeteret, ſuæque neceſſitudinis aliquod adminiculum impetraret. Cumque adveniſſet ſeſeque ante tumbam ejus flendo & peccata ſua confitendo, humiliter inclinaſſet, viſum recepit, ſtatimque cum multitudine adſtantis plebis, Domino & ſancto Martyri ejus gratiarum actiones & laudes referens, pro acta ſanitate lætus receſſit.

juvenis ſurdus & mutus; 33 Eodem pene tempore audiens hæc quidam vir, nomine Meginger, cui filius erat juvenis, a nativitate ſua ſurdus & mutus, quem cum cogitabat ut ad eccleſiam ſancti Martyris perduceret & ejus clementiam propter inſtantem in filio infirmitatem imploraret, tandem viam, quæ illuc tenderet, una cum filio feſtino curſu pergere cœpit: cumque jam appropinquaſſent loco, quo tetenderunt, & adhuc duorum milliarium ſpatio aberant, per intercesſionem ſancti Alexandri & illorum fidei firmitatem, auditus aurium rediit, ſoluto que vinculo linguæ ejus, audiebat & loquebatur, magnificans Dominum, ſicque pariter cum patre aliiſque comiti-

Digitized by Google

A mitibus Dominum laudando & glorificando usque ad ecclesiam, quo tendebat, ibique oratione celebrata, cum magno tripudio domum reversus est. Interea mulier quædam, nomine Reinbrunn, tortis membris atque curvatis, de dicta regione venit, ut clementiam sancti Martyris, quam multis concessam audierat, expeteret & impetraret, quod quia procul dubio fieri posse crediderat, factum fuerat: nam sanitatem, quam cupiebat, membrorum pleniter accepit, ita sane ut vix illius postea aliquod vestigium debilitatis in ea potuit cognoscere. Cæca quoque quædam mulier, nomine Ena, quæ per x annos visus oculorum expers erat, per meritum & intercessionem memorati Martyris visum recepit, sanaque effecta est.

mulier cæca; item alii curantur.

34 Fuit ergo quædam, mulier nomine Werica, de pago Haverun ex villa Heribedd, quæ ex tempore nativitatis suæ cæca remansit, quam etiam ut parentes & propinqui ejus ad prædictum perduxerunt Martyrem, visum oculorum accepit, & serenis obtutibus, eamdem viam, quam antea mœrens & anxia advenerat, læta & jucunda regressa est.

B *alius mutilo effectus, & alii spiritati;*

35 Eodem vero tempore homo quidam, nomine Reginar, de villa Holtorp, in tantum [curvus] fuit, ut omnino oculis cælum aspicere non potuerat, cumque veniisset ad Basilicam sancti Alexandri martyris, & ejus auxilia invocasset, per Dei clementiam & merita præfati Martyris, sanus effectus est. Factum est autem cum natalitius memorati Martyris celebraretur dies, & multi ægroti & imbecilles ad hanc confluxerant festivitatem, quidam vero cæci & claudi, quidam quidem surdi & muti fuere. Sed ex his omnibus qui convenerant, masculum auxilium & temineum Domino operante, & meritis prædicti Martyris intervenientibus, decem sanitatem receperunt.

aliæ etiam mulieres curantur.

36 In tempore vero illo quædam mulier, nomine Femburg, quæ nata fuit in Frisia, manst exul in vicinitate loci illius, ubi jam præfatus Martyr sacro quiescit corpore, cum muliere cujus nomen nobis modo ad memoriam non occurrit, quæ cum cogitasset, quomodo peregrinam illam vendidisset, eo quod peregrina esset & patronum non habuisset; Dei omnipotentis nutu, qui omnia occulta cordium aperit, intellexit illa paupercula, quæ ei cum dolo machinabantur, & C fugit ad quemdam virum viribus potentem, ut quia Dei timorem non habebant, qui illi insidiabantur, per hominis formidinem salvem a malo, quod concinnabant, cessasset; & in domo ejus mansisset: non post multos dies cepit infirmari, scilicet hoc modo: fiebant quippe ei subito membra contracta & in tantum trementia, ut omnes, qui viderant habitum illius, obstupefacti mirabantur. Tunc ergo mulieres, quæ ad auxiliandum ei aderant, miserunt illam semivivam in aquam frigidam pene ad horam plenam, eo modo quærentes medicinam cum qua hoc perfecerunt, & eam iterum de aqua extraxerunt: statim ex hoc tempore brachium ei remansit immobile, & digiti in modum pugni contracti ad palmam. Pes quoque ei ferme retrorsum usque ad nates retortus erat. Cum hoc membrorum stipendium jam multos pertulisset dies, tandem ad Dei omnipotentis clementiam, & sancti martyris Alexandri misericordiam confugit, coramque sepulchro ejus sana effecta est. D Ex ms.

cæca, & plures alii

39 Ad festivitatem etiam, quando purificatio sanctæ Mariæ virginis, matrisque Domini nostri Jesu Christi celebraretur, quædam mulier, oculorum lumine carens, venit ad illum sanctum locum, ubi Alexander martyr Christi quiescit corpore, visuque recepto, sana recessit. Similiter quidam vir, ad Missam sancti Joannis Baptistæ, in eodem loco, præstante Domino, visum recepit. Postea vero ad festivitatem jam præscripti Martyris in utroque sexu, virorum scilicet ac mulierum, variis infirmitatibus detenti quinque sanitati restituti sunt. Derbebergi quidem quemdam virum, nomine Eilo, inimici sui atrociter puniebant, eruentes omnino oculos suos, ambasque manus pariter cum pede procidentes, semivivum reliquerunt: dumque amici & propinqui ejus hoc audierunt, venerunt usque ad locum, in quo eum hostes ejus quasi mortuum reliquerunt, lugentesque, [&] eum velut quasi exinctum apprehendentes, domum reportaverunt. Cumque viderent illum adhuc vivum, medicos inquirebant, qui foverent eum, & sanarent. Tandem per magnam difficultatem ulcera recentia mediocriter sanabantur. Interea quoque idem vir audiens, quanta miracula prædictus Martyr per Dei virtutem fecerat, allocutus est proximos suos, ut eum illuc veherent, quo sancti Martyris misericordiam & auxilium expeteret; illi etiam consentientes petitioni ejus, ita ut poposcerat, impetrabat. Cum illuc ad prædictum Martyrem pervenerant, ponebant eum cum vehiculo, quo portabatur, ante tumbam Sancti Dei. Ille vero, ne solitus erat, visu eum oculorum remunerabat, ceteris, ut erant, membris debilibus permissis.

Concluso scripturæ

38 Explicatis ergo breviter, prout potuimus, signis & miraculis sancti Alexandri martyris, ex illo tempore, quo Roma profectus est, finem statuimus facere narrationis nostræ, quia quæ ad nostram notitiam pervenerunt hic scripta esse videntur. Quæ si quis scire voluerit, ad principia scriptionis istius recurrat, & inveniet quamplurima. Sed tam multipliciora sunt illa, quæ ad nostram non pervenerunt notitiam, quam ea, quæ hic nostris manibus in ordine arata videntur. Tum summa illorum signorum, quæ hic scripta sunt, est pariter XXVIIII, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. F

Quædam observationes quæ dictam translationem

39 *Ex verbis num.* 25, Discipula viti, nobis notissimi; *item ex iis, quæ habes num.* 30, Libet me quoque adhuc aliquod miraculum, quod a dicentibus audivi, narrare; *ex hisce, inquam, verbis patet, auctorem vel synchronum fuisse rebus, quas narrat; vel saltem ex synchrono ea huc transcripta esse. Postremum est, ut lectorem moneam, quoniam unum idemque corpus communi naturæ lege non potest esse duobus locis, atque S. Alexandri corpus vendicant sibi Osterburani; quod & Wildhusani in Vestfalia suum esse dicunt, & quidem integrum, ut patet ex supradictis; superest, inquam, ut lectorem moneam, vel neutro loco idem esse integrum corpus; vel tan-*

Digitized by Google

A *tum esse in alterutro. Quod si utroque loco sit unum idemque corpus, dicendum, haud esse integrum, sed suæ partem corporis pro toto, utinam vero fieri assolet, quando de Sanctorum reliquiis agitur. Dubo itaque habeas partem sæpe dicti corporis Ottenburanis; neque tamen adeo vexsabo Wildhusanis; si quidem corpus, quod hi & illi sibi attribuunt, sit corpus S. Alexandri, qui fuit unus e septem filiis S. Felicitatis, & non potius S. Alexandri martyris; de quo præterdicta nihil habeo, quod adjungam, ut certius aliquid statuam, malens eos in sua possessione, quam habere se putent, relinquere, quam temere aliquid de ea possessione affirmare.*

CAPUT IV.

Oratio in laudem septem Fratrum, Auctore Anonymo, forte monacho Ottenburano, collata cum alio Ms.

B PRospera lux oritur, linguisque animisque favete; nunc dicenda bono sunt bona verba die. Illucis etenim hodie, fratres dilectissimi, dies festus gloriosissimorum Martyrum beatissimæ Felicitatis ejusque natorum septem, qui Christum passionis constantia clarissime confessi, amore ejus cervicem quaque parvi fecere, mortemque appetere non dubitarunt. Non fortissimos eorum animos tyranni blandiciæ, pluriformesque pollicitationes enervare emollire ve, aut quoquo modo e statione dimovere poterant. Nec rursum minæ terriculamentaque mortis incutere valebant, sed constanti fortique animo in passione manebant; fundati enim erant supra firmam petram. Turpe ducebant fortissimi Dei milites, si non posse mori pro Duce suo, qui prior pro eis sanguinem fuderat, ne ipsi miserrimam, eamque perpetuam servitutem sub hoste illo gravissimo diriissimoque servirent. Quidni autem legitime censaverint tanti Ducis freti auxilio, qui in se sperantes sua ope nunquam destituit, quique suos interpellans milites: Confidite (inquit) quia ego vici mundum. Verum martyrium eorum nunc missum faciens, ad alia transire lubet, pura oppido, quam redditissime Felicitatis filii dicentur, quamque numerus beatitudini respondeat ac prorsus quadret. Ad quod ostendendum, rem altius ordiamur necesse est.

Orator, pauca præfatus de fortitudine Fratrum mali est veri spiritualis

41 In primis itaque animadvertere est, quam beatissima hæc femina Felicitas cum suis filiis septem veræ æternæque felicitatis beatitudinisque typum ac umbram gerat: oportereque, nos, si etiam felices fieri velimus, septem hos filios spiritualiter parere, & tanquam arce-ambulones illac præmittere, quo tantopere anhelamus. Non enim religiosissima hæc Femina nos beatitudinem intrare, quam septem filios per martyrii palmam præmittere; quibus & ipsa superadditus est octavus, ut vera beatitudinis numerus compleret. Octonario quippe numero beatitudinem Salvator, discipulis in monte loquens, concludit. Primus itaque filius ac nato major Januarius appellatur, a janua primum nomen trahens, cui si recte & sed

alludens ad verum nomen; Januarii impositio

recte est) nomen impositum est, sacramentum D magnum præ se fert; si enim Platoni in Cratilo de vera nominum impositione fidem habemus, affirmabimus, rebus singulis naturæ inesse rectum nominis rationem. Porro itaque, si propriæ salutis curæ nos tenet, primus filius Januarius a janua, ut diximus, nomen habens, nobis generetur, qui haud dubie eam nobis januam figurat, de qua Salvator ait: Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur.

42 Cum autem Pater & filius unum sint, *quod nomen designat januam veræ fidei* Filio dicente: Pater & ego unum sumus, Spiritus quoque Paraclitus, ab utroque procedens, cum Patre & Filio unus sit Deus, relinquitur; quia janua hæc est, credere Trinitatem personarum in unitate essentiæ: & alia, quæ orthodoxa fides habet. Hanc januam, qui non transierit, ad felicitatem nunquam pervenire, dicente veritate: Qui non crediderit, condemnabitur. Fides enim porta est salutis, ducens nos ad aliam portam baptismi videlicet. Baptismus enim ore omnium janua Sacramentorum esse perhibetur. Quæ porro non nisi per Trinitatis confessionem patet, dicente Domino: Ite baptizantes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Per has portas Christiano homini transeundum est, si veram consecutus fit felicitatem. Hanc quia Pagani & Judæi respides non attingunt, in perpetuo errore manent, & per devia ad æterna supplicia trahuntur. Apertam ergo teneamus hanc portam fidei, nec vecte infidelitatis aut peccatorum nostrorum eam occludamus, ne cum fatuis virginibus, janua clausa, ab æterna felicitate excludamur. Nobis autem rite baptizatis & in vera fide manentibus, porta hæc aperitur salutis. Atque ita primum filium, Januarium nomine, parturire & præmittere dicimur.

43 Post Januarium Felix nascitur; quod, *Felicis; quia in fide vera Felicitas* quam omnium hic, quis est qui non videat? Quis enim felix esse poterit, nisi baptizatus & Christo credens? Fides enim est, quæ nos salvat, dicente Domino: Fides tua te salvam fecit. Et item in alio loco scriptum legimus: Beata, quæ credidisti. Nato itaque in nobis Januario, id est aqua baptismi nobis renatis, & in vera fide radicatis, Felix in nobis concipitur: tunc etenim vere felices, quantum vitæ conditio permittit, nos existimare debemus, in fide nihil hæsitantes & exspectantes beatam vitam, quam reddet nobis Deus non mendax. Nec ægre molestéve feramus præmii dilationem: non enim nisi legitime certans, coronatur. Scimus enim, Apostolo doctore, quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem: probatio vero spem; spes autem non confundit. Non ergo certaminis laborem, sed potius præmii magnitudinem attendamus; illud enim temporaneum ac momentaneum; hoc diuturnum & æternum est. Adde quod non sunt condigna passiones hujus sæculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Verum, ut verius dicam, bono ac felici viro nihil mali accidere potest, neque viventi neque defuncto; neque enim res illius a Deo negliguntur. Platonis hæc est, sed vera, sed Catholica sententia: etsi enim nonnulli eorum

Digitized by Google

rum [ab] hominibus tormenta patiantur, Deus probat eos quasi aurum in fornace. Felicem itaque natum tibi existimato, si recte in fide initiatus fueris: & quidquid adversi sustinueris, ad gloriam tibi cessurum, ne dubites. Hunc igitur filium secundum præmittas, ut eam, quæ est vera felicitas, tandem consequi possis.

Philippi; per quem designatur charitas;

44 Huic mox tertius succedit, Philippus nomine, qui ut superioribus ætate minor, sic reliquis quatuor natu major existit; cujus nomenclaturam si attendamus, os lampadis a interpretatum videmus. Quod si his credimus, qui curiosius vocabula rimantur, lampas non tam lychnum pensilem, quam & facem aut certe omne illud, quod accensum lucet, significat. Per os itaque lampadis, partem illam superiorem facis accipiamus, quæ ardet. Nunc videamus, quam nomina rebus respondeant. Januarium Felicemque Philippus nascendo succedit, & fidem quoque charitas. Quomodo enim amabunt, qui non crediderunt. Quid autem congruentius per ignem, quam charitatem accipimus? Deus enim, qui charitas est, in ignis specie descendens, non tam capita quam corda Apostolorum illustravit. Adde quod sicut ignis sua levitate semper sursum ascendit, ita charitas semper ad superna tendit, & ad cœlestia viam molitur, terrenis & transitoriis spretis omnibus. Numquid non ardebat ille, qui dicebat; Cupio dissolvi & esse cum Christo? Ardebat sane, & quidem in tantum, ut etiam totus igneſceret in ignemque verteretur, ipso dicente: Vivo jam non ego, sed vivit in me Christus. Philippus itaque, quem amorem supernorum interpretati sumus, tertius filius sit, quem in nobis non tam parturiamus, quam sincera charitate foveamus. Ferventibus autem nobis absoluta consummataque (saltem hic nobis possibili) charitate, quid quid consequens est, nisi ut terrena quæque contemnentes, soli Deo vivamus, & mundum hunc immundum cum suis vanitatibus relinquentes, solitariam agamus vitam: solumque speculationi ac contemplationi supernorum dediti, ac cum Maria optimam partem eligentes, dicamus cum gloriosissimo Hieronymo: Mihi oppidum carcer est & solitudo paradisus? Ita autem agere, quid aliud est, quam Sylvanum parere? Sylvanum, inquam, a sylva dictum, quem non inepte eremitam interpretabimur. Fingunt & poetæ Sylvanum quemdam sylvarum Deum, qui Cyparissum eximiæ pulchritudinis juvenem amavit: quo extincto, &, ut fabulæ ferunt, in cupressum arborem transformato, arborem ipsam pro solatio Sylvanus portare solebat.

Sylvani; quod eremitam solitarium sonat; fabula designante de ligno Crucis;

45 Hic est illud nobile poetæ carmen: Ex teneram a radice tenens, Sylvane, cupressum. Dicamne, quod sentio, an minus? Sed dicam: licet enim Herculi clavam de manu eripere. Eremitæ, quales in Ægypto quondam erant, dii sylvarum dici possunt; dii, quandoquidem de eis dictum est: Dii estis & filii excelsi omnes, qui eremum desertaque ac nemorosa loca colentes, illud Maronis astruunt: Habitarunt dii quoque sylvas. Dii formosissimum & præ filiis homi-

num speciosum juvenem casto amore & syncera fide amaverunt. Qui ob salutem omnium nostrum in arbore crucis mortuus est. Ideo arborem ipsam pro solamine in manibus portare solent gloriantes in Cruce Domini nostri Jesu Christi. Et signo sacratissimæ crucis sese munientes, contra tentamenta hostis antiqui vafrasque ejus injurias fortissime constantissimeque pugnarunt; verius dixerim, hostem expugnarunt. Ad signum enim crucis, ut fumus evanescit, alioquin callidissimus ille prælator diabolus, nec in acie stare valet, sed turpissime terga det, necesse est. Nec cuipiam violentum illud videatur, si crucem Domini cum cupresso conferamus. Quid enim cupresso procerius? Quid etiam cruce sublimius? cujus utinam aliquando quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum cum omnibus Sanctis comprehendamus. Adde quod cupressus Diti sacra est: & ideo funebri, Plinio teste, signo ad domos posita. Romanis enim consuetudo erat cupressi ramos ante fores domus, in qua esset cadaver, ponere; ne quis per imprudentiam ingrediens, E polluereturt: unde illam inferis fuisse consecratam, dixerunt, hoc est, lacrymis & luctibus. Sic & crux quondam despecta ignominiosaque fuit, nec nisi perditi, planeque flagitiosi homines, proindeque Diti mittendi, eo afficiebantur supplicio.

Ex MS.

lim spreta sed Christi morte nobilitata; exprimente Alexandrum, quintum filium, si quis erunt

46 Nunc autem Salvatore nostro Jesu Christo in cruce mortuo, eam ab hac nota vindicavit & membris suis tamquam margaritis ornavit: Et quæ prius supplicium fuit latronum & perditissimorum hominum, nunc facta est insigne & ornamentum Principum ac Regum: & in quo olim pendebant rei, nunc ipsa pendet ex collo Regum. Qui igitur vere sylvanus eremitave futurus est, crucem hanc jugiter manibus operum suorum portare debet, & sumere quotidie crucem suam & sequi Dominum, nec in illo glorietur, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. Quidquid etiam adversi acciderit, totum ad passionem Christi referat, ponatque sibi ante oculos quanta ille pro nobis passus sit, ne nos æterna pœna damnaremur; qui cum dives esset, factus est pauper, ut sua nos paupertate ditaret. Puto autem, si ista cordi nostro altius infederint, omnia nobis, alioquin aspera & difficilia, levia factuque facillima videbuntur. Et tunc demum nos Alexandrum, quintum filium peperisse credamus: qui, Levana angustias tenebrarum, gloriosissimo Hieronymo in libro de hebraicis nominibus interpretatur. Quam recte autem immissiones, per Angelos malos factæ, angustias tenebrarum appellentur, videamus.

spirituales hostes armaturæ contra diabolum.

47 Apostolus Ephesiis scribens, Induite, inquit, vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus diaboli insidias, quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, & spiritualia officia * in cœlestibus. Quibus verbis luce clarius est, tentationes diaboli, seu immissiones factas per Angelos malos, quos rectores tenebrarum Apostolus vocat, angustias esse tenebrarum. Has insidias diaboli tenebrarum Ducis studiosius hominici re-

*nequitiæ.

Digitized by Google

ligioso cavendæ sunt, qui jam per tot gradus bonorum operum, quos filiorum nomine μυστηριακῶς significavimus, profectus, jam jam felicitatem sit comprehensurus. Solet enim criminator ille (hoc enim διάβολος interpretatur) vehementius eos impetere, quos sibi fortius contraire viderit, & quo quis altius in virtutibus conscenderit, eo majorem minetur ruinam: scriptum est enim de eo; Esca ejus electa. Minus eos molestat, quos quieto jure possidet. Verum quia admodum pauci, nec nisi quos æquus amavit Deus, hujusmodi professionis fastigium conscendisse videmus, ut numquam vincatur, numquam succumbat, & a callidissimo hoste, vario stratagemate contra nos pugnante, numquam superetur, reliquum est, ut si quando in bello occiderimus, quamprimum resurgamus, nec longiorem in peccatis moram ducentes, hosti manum demus. Cecidit claviger ille æthereus, & Ducem suum negavit: Sed B numquid non adjecit, ut resurgeret? Ceciderunt innumeri alii, sed fortiores semper surrexere. Author in hoc haud dissimiles, qui, ut fabulæ ferunt, ab Alcide in terram projectus, semper fortior resiliit. Idem nobis faciendum est, ut cum fraude hostis circumventi fuerimus, & in peccatum quodpiam ceciderimus, proindeque gratiæ, quæ spiritualis est vita, privati fuerimus, ocius per pœnitentiam resurgamus, & Deum, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat, invocemus, in fide nihil hæsitantes, & mox aderit, morteque destructa, vitam nobis restituet. Dixit enim Deus per prophetam: Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua. Et post paulo; Si autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato suo, fecerisque judicium & justitiam, in mandatis vitæ ambulaverit, D nec fecerit quidquam injustum, vita vivet & non morietur.

48 Quod ubi in nobis impletum fuerit, Vitalis, filios fœtus, in lucem eductus dicatur. Cavendum autem est nobis studiosius, ne iterum cadamus, ne deterius quiddam contingat, fiantque novissima pejora priori- bus. Ad hoc nobis maxime necessarius est animi vigor, quem Martialem appellaverim, filiorum ultimum. Nisi enim magno fortique animo in finem usque certaverimus, ad veram felicitatem pervenire non meremur: non enim initium, seu primus aggressus in milite; sed finalis victoria coronatur. Plures strenue laudabiliterque inceperant, sed quia in fine turpiter defecerunt, mercede frustrati sunt. Martiales igitur bellicosissimosque athletas exhibeamus nos, fratres dilectissimi, & certemus die noctuque contra Leviathan illum ser- pentem, & septem hos filios, quos spiritualiter jam parturivimus, per martyrii palmam præmittamus, sumentes quotidie crucem nostram, sequendo Dominum, & dicta factaque nostra omnia in Deum ordinemus: superadderetur enim ita nobis facientibus mater octava Felicitas ipsa, ubi non erit luctus, neque clamor, sed omnia læta & tranquilla. Videbimusque ea, quæ non licet homini loqui, quæ auris non audivit, & oculus non vidit, sed nec ullus unquam mortalium mente concepit. Ad quod gaudium perducere nos velit meritis & intercessione sanctorum septem Fratrum Deus, qui est in sæcula benedictus. Amen.

Hinc discessui ad Vitalem & Martialem, pervenit.

ANNOTATA.

a Philippus, *quod interpretatus Μύστης* Pub Lappidh, *id est lampadis os.*

DE SS. RUFINA ET SECUNDA VV. MM.

ROMÆ.

C

COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

Memoria in sacris tabulis, publica Veneratio, Acta.

L. P.

ANNO CCLVII.

Martyrologiorum antiquiorum scriptores.

Sanctæ Rufina & Secunda, *virgines & martyres, tam naturæ lege quam fidei constantia fœtæ germanæ, magna semper jam tum ab antiquissimis retro lapsæ ætatis temporibus in veneratione fuere, ut liquet ex Martyrologiorum testimoniis, ad posteros transmissis. Romanum parvum præter nudum illarum memoriam, nihil habet.* Romæ, Rufinæ & Secundæ. *Nec plura de iis memorant Hieronymiana; quæ perperam duas hasce fœtæ septem Fratribus, S. Felicitatis filiis, de quibus jam proxime egimus, accensent. Atque idem hoc fieri in Martyrologio Antverpiensi aliisque codicibus, tradit Florentinius in notis hic, observante Menardo in Observationibus ad Sacramentarium S. Gregorii Papæ a pag. 169,* in Missali Romano addi SS. Rufinam & Secundam sorores, quæ non habeantur in excusis, neque apud Pamelium, neque in aliis nostris, *ait*, codicibus Mss. *Ade sanctarum Martyrum annuntiationi*, Romæ milliario decimo, natale SS. Rufinæ & Secundæ sororum, *subnexit earum Acta, seu saltem illarum compendium; quæ confunse Possunt, hic vulgata, si excipias dialogismos aliquos seu parerga, ad distinctionem uncis inclusa, quæ non male ab Adonis textu absunt.* Rabanus: Eodem die (x *hujus*) natale est Rufinæ & Secundæ, duarum, quæ sub persecutione Valeriani & Gallieni Augustorum per sceleratissimum Præfectum, eo quod fidem Christi negare & virginitatem perdere noluerunt, post varia tormenta, quæ eis inflixit, ab ipso decollatæ sunt.

Martyrologiorum antiquiorum scriptores,

a *Notkerus sanctas fœtas refert his verbis:* Item Romæ milliario decimo, fundo Plautillæ, qui dicitur Buxo, sanctarum Rufinæ & Secundæ sororum, patre clarissimo Asterio & matre Aurelia genitarum, sub persecutione Valeriani & Gallieni, Judicibus Junio præfecto & Archelao comite, in loco prædicto, pro eo, quod sponsos suos, a Christo apostatas, accipere noluerint, capite cæsæ sunt. *Usuardus quoque sic breviter:* Item Romæ, sanc-

de sanctis hisce Martyribus tractatum.

Digitized by Google

A ſtarum Virginum Rufinæ & Secundæ, quæ ſub perſecutione Valeriani & Gallieni tormentis ſublatæ, ad ultimum una, capiti illiſo gladio; altera cæſa cervice, migraverunt. *Ex annuntiatione Romani moderni, quoad omnia fere coincidente cum Uſuardina, diſce, quod ſacra Martyrum* corpora in Baſilica Lateranenſi prope baptiſterium debito honore conſervantur. *De qua re in codice Mſ. Lateran. Joannes quidam Diaconus ſic exarat apud Aringhum Romæ ſubterr. lib.* 2, *cap.* 16, *num.* 5: Retro Baſilicam Salvatoris quatuor ſunt oratoria; unum, quod habet apſides duas: ſub una eſt altare ſanctarum virginum Rufinæ & Secundæ, ſub quo recondita ſunt pretioſa earumdem Virginum corpora, quæ inventa ſunt ſub Anaſtaſio Papa IV, felicis memoriæ, antequam Apoſtolica dignitate ſublimaretur, & poſt ipſarum inventionem fabricato altari ad honorem earumdem, propriis manibus conſecravit ipſum altare, aſſantibus nobis omnibus argenti, pallii ſeu cereæ, vel quarumcumque AUCT.
rerum omnino jactarum, vel poſitum fuerit J. P.
vel oblatum in toto altari majori S. Petri, ſive in ejus venerabili Confeſſione. *Huc etiam ſpectat, quod jam pridem obſervatum fuit in annotatis ad paſſionem SS. Marcellini, Petri ac ſociorum* MM. *die* 2 *Junii*, hodieque ſuperſtes, *ut ibidem dicitur*, vicus dictus Caſale S. Ruſſinæ, civitas olim epiſcopalis & cardinalitia, *a Calliſto* II, *ut nos retulimus, Portuenſi conjuncta, utpote ab incolis deſerta*: unde dictum Caſale, diſtat 7 p. m. Inter utrumque autem locum ſita *eſſe ibidem memoratur* Silvula, Kircheri judicio eo loco ſita, ubi veteres Silvam candidam nominarint. *Tum mittitur lector ad* ipſis Chorographicam tabulam, Latio illuſtrato præfixam.

5 *Adde ex Aringho*, venerabilem eccleſiæ memoriam in quodam hoſpitalis S. Spiritus prædio ad hanc uſque diem perſeverare, quod haſtanus S. Ruſinæ titulo nuncupatur. *earumdem memoriæ dicatis.*

B & præſentibus canonicis Baſilicæ Salvatoris, & quam plurimis, tam de Urbe, quam extra Urbem.

3 *Hæc vero ſacellum, ſeu oratorium* SS. Ruſinæ & Secundæ *Epiſcopo Portuenſi & Silvæ Candidæ a Gregorio* IX *conceſſum fuiſſe, conſtat, ut in ejus Bulla, edita, ut ibid. habetur, anno ſalutis* 1236 *in hæc verba*: Item concedimus eccleſiam SS. Ruſinæ & Secundæ, ſitam Romæ juxta palatium noſtrum, cum omnibus pertinentiis ſuis. *Atque ut perſpicias, celeberrimam ſanctarum Martyrum jam a longo tempore memoriam fuiſſe, obſervæ, ſanctum Athelmum, Epiſcopum Schirburnenſem, oratione ligata earum elogium contexere, ut videſis libro de laude Virginum, a pag.* 859, *apud Caniſium, Antiquarum lectionum tom.* 5. *Idem Auctor texuit earumdem laudes ſtylo ſoluto. Unde colligas, Martyrum noſtrarum Acta ſatis tum temporis communia ac pervulgata fuiſſe, ut, quin ea præ oculis habuerit, dubitari non poſſe videatur.* Earum publica veneratio propagata

4 *Cæterum publicam* SS. Ruſinæ & Secundæ *venerationem late diffuſam fuiſſe, id argumento eſt, quod hoc die aptata ipſi ſit una eademque oratio in Breviario Romano, quæ legitur de ſeptem Filiis S. Felicitatis. Ad celebritatem nominis earum etiam facit, quod recte obſervavit Baronius in notationibus ad Martyrologium Romanum*; videlicet *locum, ubi ſunt paſſæ, via Aurelia, decimo ab Urbe lapide, antiquum eſſe ſede epiſcopali, titulo Silvæ Candidæ appellatum. Verum antiquiſſimus iſte epiſcopatus, loco ſubverſo, Portuenſi unitus fuit a Calliſto* II, *ut tradit Ughellus tom.* 1, *col.* 104, *anno* 1120. *Ibidem loci erecta fuit Baſilica in honorem ſanctarum Martyrum; prequa re Aringhus loco ſupra citato, cap.* 4, *his verbis diploma producit Joannis* XIX, *datum anno tertio ſui pontificatus, & Petro Epiſcopo Silvæ candidæ inſcriptum*: Item concedimus & confirmamus vobis fundum in integrum, qui vocatur Buxus, in quo Baſilica SS. Ruſinæ & Secundæ conſtituta eſſe videtur. *De quo inſuper apud eumdem Auctorem legitur fragmentum diplomatis, lati a Victore* II *anno pariter ſui pontificatus tertio, ubi ſic ait*: Concedimus & confirmamus tibi, & pro te, atque propter te, in perpetuum reverendæ eccleſiæ ſanctarum virginum & Martyrum Ruſinæ & Secundæ, quæ nominatur Silva candida, in fundo, qui vocatur Buxus, quidquid auri, ut colligas loci ſanctitatem

Julii Tomus III. C 3 PAS-

6 *Acta, de quibus Baronius in Notationibus, fidelia eſſe affirmat in Annal. ad an.* 260, *quo Sanctarum agonem conſignat. Sed an non nimium multis dialogiſmis infarciuntur, quam ut eadem ubique pura ac ſincera, ubique ab interpolatoris manu intacta, ſine formidine aſſeveremus? Quot & quibus exemplaribus apographum noſtrum contulerimus, docebit titulus illis præfixus; quæ breviter etiam edidit Petrus de Natalibus; ut etiam pluribus Italice Gallonius in Hiſtoria ſanctarum Virginum Romanarum a pag.* 138; *& omnium recentiſſime ea ad brevem ſynopſim Gallice contraxit Tillemontius tomo* 4, *pag.* 5, *rejectis eorum notis ad pag.* 585, *obſervans ibidem in fine, videri colligi ex iis, quæ Uſuardus dicit de Sanctarum morte (verba dedimus ſupra, num.* 2) *aliam de ipſis hiſtoriam extitiſſe. Libellus de Præfectis Urbis apud Bucherium pag.* 236 *refert an.* CCLVII Valeriano IV & Gallieno III Junium Donatum P. V. *id eſt*, Præfectum Urbi, *extitiſſe, ſub quo paſſas eſſe Sanctas, memorant earum Acta; unde ſtatuas earum martyrium intendum tempori, quo id muneris ille adminiſtrabat; poſt quem ponitur anno ſequenti ibidem*: Cornelius Secularis P. V. *Iſte locus nos movit ad aſſignandum ſanctarum Martyrum paſſionem annis* 253 *potius, quam cum Baronio anno* 260: *ſed tantillum diſcrimen non debet nos multum movari. Ecce tibi jam earum paſſionem.* Qualis earum Acta; quando martyrio coronatæ.

Digitized by Google

Ex Ms.

PASSIO

Ex Ms. S. Maximini Treviris, collata cum duplici codice Ms. nostro pergameno, nec non cum editis apud Surium ac Mombritium.

Rufina & Secunda tempore persecutionis in fide confirmantur;

RUfina & Secunda, duæ sorores virgines, erant cives Romanæ, patre clarissimo genitæ Asterio, matre clarissima Aurelia. Cum fervor persecutionis jussu Valeriani & Gallieni Augustorum, in urbe Roma saviret, contigit, ut sponsi earum Virginum Armentarius & Verinus a fide Christianitatis recederent, [nec hoc contenti, quod ipsi perierant: insuper etiam & has Dei famulas detestabili persuasione, ut eos imitarentur, hortabantur *a*.] Pro qua re volentes declinare eorum persuasiones infanas, ad prædiolum suum, quod in Tusciæ partibus videbantur habere, basternæ *b* pergebant vehiculo. Quod audientes Armentarius & Verinus, statim Comiti Archisilao suggesserunt, [dicentes: Sponsæ nostræ nos repudiaverunt ad infamiam deorum, quæ Deum unum verum in cælis colunt, Christum Jesum esse testantes: & omnia templorum mysteria veluti contagionem perhorrescunt.] Qua de causa urbem hodie egressæ fugerunt.

a Tum sceleratissimus Archisilaus cum militibus suis equestribus iter agentes, sanctas Dei Virgines in via Flaminea milliario quarto decimo comprehendit, atque revocans eas ad urbem Romam, Junio Donato Præfecto obtulit [dicens: istas sacrilegas Virgines contra legem vivere, Deos negare, templa deserere, contra salutem Principum agere, sponsis earum accusantibus didici. Et quia hanc curam mihi Domini nostri invictissimi Principes commiserunt, fas fuit ut fugientes comprehenderem, & vestræ magnificentiæ discutiendas adducerem. Tum indignatus Præfectus] jussit eas in custodiam redigi, a se invicem separata, & die tertia in secretario adduci. In quo Rufinam ingredi jubens, dixit ad eam: Cum sis nobilis nata, quid est, quod ad ignobilitatem devoluta es; & cupis esse captiva in vinculis magis, quam libera cum marito gaudere? Rufina respondit: Captivitas ista temporalis æternam captivitatem excludit, & vincula temporalia, perpetua vinculorum ligamenta dissolvunt.

ab Archisilao comprehenduntur,

3 Præfectus dixit: Istas vanas fabulas, & aniles abjice, & sacrifica diis immortalibus, ut possis sponsum tuum cum gaudio deliciarum attingere. Rufina respondit: Duo sunt inutilia, quæ persuades, & unum dubium, quod promittis. Nam dicis, me idolis sacrificare debere, ut in perpetuum peream; & post hæc maritum accipere, ut gloriam meæ virginitatis amittam. Post ista duo tam aspera, tamque contraria promittis, quod usque ad senectutem cum gaudio deliciarum attingam, cum de te ipso incertus sis, si ad diem crastinum futurum attingas. [Præfectus dixit: Cessent ista verba; quia parata sunt verba: unde mihi videtur, ut consilio meliori corrigas cor tuum, & ab istis vanitatibus fugias; & tempus, quod tibi superesse poterit, non amittas, Rufina respondit: Aliquantulum correxisti sermonem, cum dicis tempus, quod mihi superest, ostendis vitam hominis non esse certam, quia in incerto est posita; sed ego vitam illam amplector, quæ in æternitate consistit, & nihil incertum suis amatoribus repromittit. Quam vitam Christus magister veritatis edocuit.

& sacrificare jubentur idolis

4 Cui cum dura Judæorum pectora dubitationis suæ animos denegarent, mortuos illis de monumento excitans, hos jubebat suæ assertionis edicere testimonium, ut virtutibus crederent, qui verbis credere noluissent. Junius Præfectus Donatus dixit: Ista vaniloquia abjice, & nube viro tuo. Archisilaus Comes dixit: Ista sacrilegii rea est, & non poterit in matrimonii sortem admitti. Rufina respondit: Sicut tu dicis, in matrimonii sortem admitti non possum, quia si ego hominis uxor esse desiderem, constat me virginitatem meam Christo Dei filio non vere vovisse. Unde audi Comes Archisilae: Minæ tuæ, quære cui timorem incutiant: me autem nec a virginitatis palma revocare poteris, nec ab amore & cultura Christi, Dei filii, separare,] Tunc jussit adduci Secundam, ut Rufina soror ejus, in conspectu ipsius flagellis cæderetur. [Sperabat enim sacrilegus, quod terrore ducta Secunda, ejus persuasionibus consentiret.]

sed irrito conatu.

5 Sed cum vidisset sororem suam flagellis cædi, clamare cœpit ad judicem: Quid est, quod agis, sceleratissime, & regni cælorum invisor? Quid est, quod sororem meam glorificas, & me exhonoras? Dicit ei Præfectus: Ut video, insanior sorore tua es. Secunda respondit: Nec soror mea insana est, nec ego insanio: sed ambæ Christianæ sumus. Et justum est, ut simul cædamur, quia simul Christum Dominum confitemur. [Gloria enim Christiani nominis verberum ictibus ampliabitur & tot computat coronas perpetuas, quot temporalia susceperit vulnera flagellorum. Dicit ei Præfectus: Hortare potius sororem tuam, ut vos ab hac injuria liberetis, & sponsis vestris cum gloria nobilitatis vestræ restitui possitis. Secunda respondit; Vanis terroribus angeris * & frivolis promissionibus agitaris. Nobis virginitatis ita est dignitas comprobata, ut magis optemus occidi, quam vinci. Dicit ei Præfectus: Et si ab invito ablata vobis fuerit virginitas, quid eritis facturæ cum Christo? Secunda respondit: Virginitas in corde puro, Christo Dei filio, exhibetur. Non potest virgo integritatem suam possidere: si non consenserit a justitia declinare. Violentia enim passionem indicat, & passio præparat palmam.

Secunda, videns Rufinam flagellis cædi, in Judicem invehitur.

** al ageris.*

virginitatis tenacissima;

6 En ad consensum nostrum arma sumpsisti, ut cogas nos, quod nolumus velle, & quod execrare jam cœpimus, delectari. Appone ignes, gladios, flagella, saxa, fustes & virgas: quot ut pœnas intuleris, per tot ego gloriam martyrii nostri numerabo. Quot violentias irrogaveris, tot ego martyrii compuam palmas. Omnis enim nobis gloria est

pœna,

A pœna, quam pro Christi amore suscipimus. Nec corruptio dici poterit quæ pro integritate mentis non timet sui corporis subire jacturam. De consensu enim judicatur apud Deum, qui perfectam dilexerit voluntatem.] Tunc jussit eas Præfectus in tenebroso loco includi, & fumum stercorum fieri. Sed cum hoc fuisset factum, fumus ille, quasi thymiama exhalabat, [& non pene fœtorem, sed magis delectationem naribus ministrabat.] Illa autem obscuritas, quasi die media vincebatur, [nec poterant ibi dominari tenebræ, ubi tenebrarum auctor viso Dei lumine vincebatur.] Jussæ sunt inde tolli, & in suis balneis includi: atque in dolium fervens c ac non temperatum jactari, ubi dum fuissent; post duas horas ingressi, qui earum corpora tollerent, inveniunt dolium frigidum, & vaporatum.

c quo in Tiberim præcipitatas fuisse, sed non submersas

7 Quod audiens Præfectus obstupuit, & jussit eas duci, & in medio Tyberi mitti, & uno saxo ligato in collo amborum, præcipitari. Cum quo saxo per mediam fere horam mersæ sunt. Et quæ missæ fuerant d in superiore parte fluminis, siccis vestibus indutæ apparuerunt, B prædicantes triumphum Domini, & Christi gloriam decantantes. Quod cum fuisset Judici nuntiatum, dixit Archisilao Comiti Præfectus: Istæ, quas mihi tradidisti, aut magica arte nos superant, aut vere in eis sanctitas regnat. Unde sicut mihi eas tradidisti, ita ego eas tibi reddam, ut tuo arbitrio, vel sententiam accipiant, vel evadant.

alteram passis capite, alteram portas fu-

10 Tunc Archisilaus eas duci jussit in silvam in via Cornelia, ab urbe Roma milliario decimo, in fundo, qui vocatur Buxo *, & illic unam cædi capite, aliamque percuti, & sic earum inhumata corpora derelinqui, [luporum morsibus comedenda.] Sed Domini gratis non defuit credentibus in Christo, nec defunctis. Denique Plautilla matrona, in cujus prædio hoc factum est, vidit eas in visu sedentes gemmatas in thalamo, & dicentes sibi c Plautilla, desine a flagitiis idolorum, & ab incredulitate impia cessa: & credens Christo, veni in prædium tuum, & corpora nostra invenies. Ibi eadem corpora, ubi invenire potueris, sepelies. Exurgens autem Plautilla, pervenit ad locum, & inveniens sanctarum Virginum corpora [sine fœtore & sine aliqua læsione, adoravit] & credidit, & fabricavit sepulcrum Virginum Christi. [In quo loco beneficia orationum earum fructum magnum virtutum ostendunt, in laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Passæ sunt autem sub die quinto Iduum Juliarum. a] EX MS. *ut cursum consummarunt* + *Basso*

a

ANNOTATA.

a *Hæc atque alia, unctis inclusa, non habet Ado. Et fallor, si non vedolerint interpolationem.* E

b *Surius habet* basternis vectæ. *Est vero basterna vehiculum tectum & feminarum; lectica, gestatoria sella.*

c *Ado legit* solio ardente.

d *Codex noster pergamenus duplex & Mombritius*: & quæ nudæ missæ fuerant, *ita etiam Ado.*

e *Mombritius*: passæ sunt autem die VI Idus Julias. *Ms. nostrum pergamenum*, die VI Idus Julianum.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

JANUARIO, MARINO, NABORE ET FELICE.

Ex Martyrologiis. J. B. S.

X JULII. C *In antiquissimis Fastis*

Martyrologiorum prope omnium unanimis consensus est in signandis hoc die & in Africa collocandis quatuor hisce Martyribus, ut mirum sit, eos a Beda, Floro & consequenter a Rabano prætermitti, quemadmodum & binos synonymos Mediolanenses, de quibus agendum erit ad diem XII *hujus mensis. Vetustissima annuntiatio exstat in codicibus Hieronymianis apud Florentinum hoc die, cum hac tamen diversitate, quod in nostro Ruverpiensi seu Epternacensi legatur* Januariæ *pro* Januarii, *& in Corbejensi ac Blumiano*, Marium *pro* Marini: *de additione militum* XII *loquemur paulo inferius. Ergo constans commemoratio*: In Africa, Januarii, Marini, Naboris & Felicis, *qualem omnino etiam refert hoc ipso die Romanum parvum a Rosweydo editum. Notavi in Observationibus ad Usuardum, in fervis jam dicti Romani parvi expunctos esse socios, qui in Hieronymianis adjungi videbantur; quod brevi velle facilem effundemus. Neque vero ea in re gravis difficultas; majorem suscitavit Ado, dum hodiernos Martyres Afros cum Mediolanensibus seu Laudensibus confudisse videtur.* F

Dignatur Martyres

2 *Ita ipse primus, quod sciam, hoc die scripsit*: Eodem die in Africa, natalis sanctorum Januarii, Marini, Naboris & Felici decollatorum; quorum corpora Mediolanum translata sunt. *Suspecta fuisse Usuardo ultima ista verba, translationem innuentia, putarim etiam monui; fidis enim ejus annuntiatio in voce decollatorum, ex quo ad verbum sumpta est hodierni Romani commemoratio, ubi recte, ni fallor, observavit Baronius, Martyres hos Afros, a binis synonymis Mediolanensibus qui, ut jam diximus, coluntur* XII *Julii, distinguendos esse, quæ etiam videtur fuisse Henschenii opinio, satis aperte indicata in Commentario prævio ad Acta S. Villaris Mauri die* VIII *Maji num.* 7 *pag.* 288, *dum ex Trifano Calcho admittit* SS. Naborem & Felicem Laude Pompeja occisos, *& rursum in Annotatis pag.* 290 *ad lit.* P, *idipsum confirmat his verbis*: SS. Nabor & Felix, sub eodem Maximiano Imperatore & Anolino consiliario passi sunt Laude Pompeja: at corpora eorum Mediolani deposita. Colunter XII Julii.

a dubiat synonymis distinguatur.

3 *Neque ignorabat Henschenius hodiernos nostros Martyres Africanos, nam in ejusdem dici elenchо Prætermissorum accurate notavit*, SS. Naborem & Felicem, cum SS. Januario & Marino in Africa decollatos, *perperam* VIII *Maji signari ab Usuardi auctoribus Florentini, Strozziano, Medicæo & ibidem excuso* 1486, *atque*

Digitized by Google

AUCT. J. B. S.

ut qui in Martyrologiis Uſuardi, Adonis, Notkeri & aliis referrentur hoc x Julii, ad quem diem eos remittit; ut manifeſte pateat, eum Africanos a Mediolanenſibus plane diverſos exiſtimaſſe, tametſi oppoſita legiſſet apud Adonem & Notkerum; quorum ſententiam poſtbabendam putavit apertiſſimæ auctoritati vetuſtiorum Martyrologiorum, quæ ad XII *Julii ſuſius enarrabimus. Fateor equidem, durum eſſe, binos boſce ſæculi noni Martyrologos rejicere; at in aliorum vetuſtiorum concurſu, horum potior habenda eſt ratio. Facile acciderit, ut nominum ſynonymia utrumque in errorem induxerit, quæ ne multiplicare cogerentur, huic diei Sanctorum martyrum, alteri (XII) tranſlationem adſcripſerint: id quod apertius præſtitit Notkerus, ſic ſcribens* x *Julii:*

quiLaudo Pompeia poſſi, celebrantur XII *Julii;*

B 4 In Africa, ſanctorum Januarii, Marini, Naboris & Felicis, ob conſtantiam Chriſtianæ fidei decollatorum; quorum corpora poſtea Mediolanum ſunt tranſlata. *Tum vero ad* XII *Julii ſeu* IV *Idus, ita proſequitur:* Mediolani, tranſlatio ſanctorum Martyrum Naboris & Felicis, qui VI Idus Julii cum Januario & Marino in Africa decollati, hac die Mediolanum ſunt deportati. De quibus beatum Victorem in paſſione ſua credo ſupplicaſſe: Ne ſepares me, Domine, a vivibus meis Martyribus tuis Nabore & Felice. *Inde colligere voluit Notkerus, & collegerunt alii, Africanos eſſe oportere, quos* cives *appellaverit S. Victor,* genere Maurus, *quaſi Afri omnes Mauri dici debuerint, & ex eadem patria* cives *compellari. Verum unde Notkero conſtitit, aut unde aliis conſtare poteſt, S. Victorem, tametſi* Maurum genere *(ſiquidem in hac parte fatis indubitata fides ſint ejus Acta) Mediolani natum non eſſe, atque adeo SS. Naborem & Felicem* cives *ſuos nuncupare? Certe ex Actis qualibuſcumque educet nemo, S. Victorem in Africa natum, aut ex Africa in Inſubriam profectum eſſe.*

5 *Illud præterea diſplicet in Adone & iis qui ipſum ſecuti ſunt, quod Martyres noſtri Africani* decollati *dicantur, cum nuſquam paſſionis ipſorum aut Actorum exſtet veſtigium, unde id Ado deſumere potuerit; qui procul dubio alia geſta non prætermiſiſſet, in deſcribendis longioribus elogiis minime parcus: unde facile ſubnaſci poteſt opinio, noſtriam eum aliquam habuiſſe, ſanctos Mediolanenſes Martyres capite plexos fuiſſe, quod ſupplicii genus ad alios tranſtulerit, quos cum biſce confundendos exiſtimabat. Nobis hactenus longe verosimilius eſt, diſtinguendas prorſus iſtorum Martyrum claſſes, aliam, de qua hic agimus, Africæ incerto loco; aliam Mediolanenſibus vindicando, de qua proprio loco plura diſputabuntur. De hodiernis præter martyrii lauream, ex Martyrologiorum auctoritate, nihil uſquam deprehendimus.* D *contra quamplurimos Adonem & Notkerum.*

6 *Atque hæc quidem hactenus diſputata, ut nemo eſt qui non tolerabilia & plane verosimilia cenſeat; neque mihi in mentem veniſſet dubitare, utrum quatuor iſti ſancti Martyres & Africani fuerint, & paſſi in perſecutione, ſeu Valeriani ſeu Diocletiani aut alterius ante Conſtantini magni tempora; niſi nova denuo & ante inaudita protuliſſet Tamayus in ſuo Martirologio Hiſpanico ad hunc diem, magnifica hujuſmodi annuntiatione:* Apud Cæſaream Mauritaniæ in Africa, S. Marini, natione Hiſpani, qui cum aliis ſociis advenis, pro Chriſti nomine comprehenſus, & variis tormentorum agonibus dilaniatus, tandem ſucciſo capite, ad præmium Martyr properavit æternum. *Neque hic ſiſtit; ſed in Notis Julianum apoſtatam appellat, ſub quo hos Martyres paſſos contendit; Acta propria commiſcitur, variaque alia huc conterquet, ex decantato fabulatore, quæ recenſere, nedum refutare eſt animus. Fontem conſuluit, qui diſcere cupiunt, quantæ nobilitatis fuerit* S. Marinus, *civis Ulyſſiponenſis, cui priſcas inſcriptiones, gentilitia inſignia, & neſcio quæ alia aptavit Tamayus, a nemine, qui Dextrinis non delectetur, admittenda.* E *An Marinus dicti poſſit Hiſpanus?*

DE SANCTIS MARTYRIBUS TOMITANIS

C MARCIANO, DOMNO, DIOMEDE, JOANNE, SISINNIO, AURELIANO, EMILIANO ET ALIIS XXXVIII. F

I. B. S.

Ex Hieronymianis.

X JULII. *SEptem hi Martyres nominibus ſuis ſic recte exprimuntur in vetuſtiſſimo codice Epternacenſi, quæ in aliis nonnihil deformata ſunt. Pro* Diomedis, *in Lucenſi eſt* Fromedi, *in Corbejenſi* Tromedi: *in utroque pro* Siſinnii, *legitur* Seſini, *quod fortaſſe genuinum nomen fuerit. Turpius in Corbejenſi verſum eſt* Aureliani *nomen in* Aurelianidis. *Iterum ambo illi codices differunt ab Epternacenſi in eo quod ſocios anonymos addant duntaxat* XXXVI, *ſed in eo præferendam putavimus Epternacenſis lectionem; in quo tamen* Diomedi *poſitum eſt pro* Diomedis. *Præter nomina in biſce codicibus notata, nihil uſquam de iſtis SS. Martyribus legimus. Vide quæ de frequentia Martyrum Tomitanorum, ſatis opportune hic annotavit codicum Hieronymianorum editor Florentinus.*

DE

Digitized by Google

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

LEONTIO, MAURICIO, MELLITO, ACHILLEO, DANIELE, CORIONO, ATTONO, ZESONO, EUSTASIO, OCTAVIO, ANICETO, THEODORO, CRISTO, CANDIDO, GORGONIO, ARCELAO, CYRINO, EUPHRODISIO, GELANO, AUTICIO, AZELO, ATTENEO, GAGIO, SISIONE, AUXENTIO, VALENTINO, DRODITIO, FAUSTASIO, AURELIO, GORGODIANO, CYRIONE, COROLO, NOSTINO, SISINNIO, CASTRICIO ET APOLLONIO.

Ex Hieronymianis.

J. B. S.

B X JULII. EX *hac Martyrum classe & illi aliis Alexandriæ æque ac Tomis in hoc vetusto Martyrologio sæpe consignatis, recte colligit laudatus Florentinius ingentem Christianorum in locis carnificinam. Cæterum enormis ferme est hoc die discrepantia inter Epternacensem & codices alios Lucensis & Corbejensem; in illo enim ex tota illa sex & triginta pugilum coborte nonnisi octo enumerantur, ut mutilum hic esse facile perspicias. Itaque non ex eodice, sed ex Corbejensi ferme desumpta sunt omnia nomina, potius quam ex Florentinii textu, ubi postrema duo nomina sic distracta sunt, ut ex* Castricio & Apollonio *facta sint nomina tria, nempe* Castri, Creta, Pollani. *Interim tamen ex Lucensi malui legere* Eusrodosio: *quam ex Corbejensi* Eosrodisio: *item* Sisione, & Sisinnio *pro* Sisinna, *tametsi in Lucensi habeatur* Sisenne. *Crediderim & alia nomina corrupta esse, sed nolui pro arbitrio ea corrigere aut restituere, præter nomen* Daniel *pro* Danelus.

a *Hic paucis annotandum erasi, quod ante me observavit Florentinius, nomina aliqua in proposita turma recurrere, quæ propria videri possint Martyrum Nicopolitanorum, qui numero* XLV *sub Licinio passi dicuntur, ducibus* Leontio, Mauricio & Daniele, *quæ ex Græcorum Menologio in moderatum Romanum transfluit Baronius, & quorum Acta hoc die suo loco referentur. Quid hic lateat, non est satis obvium discernere: confusionem quidem adhortimur, at nobis non licet Hieronymianorum textus aut verum positiones temere immutare. Siquis id attentari posse existimet, jungat ipse hanc cohortem pugilum sex & triginta, cum paulo post secutura classe, undecim Nicopolitanorum, inveniet non solum* XLV, *sed sociis binos supra numerum, in quo facile Græcorum Fasti æque ac codices Hieronymiani aberraverint. Si vero Martyres isti* XXXVI, *qui hic Alexandriæ tribuuntur, ad Nicopolim pertinerant, Acta quæ inferius illustrantur, omnibus aptari possunt.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ANTIOCHIENIS

C F

MAXIMO, RODIGO, VERONIA, DOMNINA, MAXIMA, DIOGENE, MACARIO, TIMOTHEO, ZACCHÆO ET ISICIO.

Ex Hieronymianis.

J. B. S.

X JULII. SUB Maximo antesignano, *inquit Florentinius*, libri nostri decem utriusque sexus sacros pugiles proferunt, parum in nominibus a vetustissimo deflectentes. Undecim exprimit Corbejense, quod post Isicium addat Monim, *quam nos ex aliorum consensu omittendam putavimus; siquis adjunctam velit, per nos quidem id ipsi licebit. In nominibus ea est notabilior differentia, quod* Veronia *in Lucensi transformetur in* Nironicum, *quem Corbejensis* Vironicum *nominat; in reliquis tanti momenti diversitas nulla est, ut observari mereatur.*

Digitized by Google

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS NICOPOLITANIS IN ARMENIA.

MILIONE, DECOMEDE, ANTONIO, THEOLO, CESSO, CAGIANO, CLIRICO; ITEM SUSANNA, NECIONO, THEOTO SEU THEODOTO ET CYRILLO.

J. B. S. Ex Hieronymianis.

X JULII. *Omnium codicum diserta positio est, seu expressio loci martyrii*; in Armenia civitate Nicopoli, *ubi vetustissimum expressius ponit*, in Armenia minore, *ad quæ ita hoc loco Florentinius*: Cum plures sint urbes Nicopolis nuncupatæ, recte additur, in Armenia minore; est enim ibi civitas episcopalis sub archiepiscopatu Sebastensi, a Pompejo condita, ut refert Dio. Undecim apud eam Martyres recoluntur in altero ex codicibus nostris, dum alter septem tantum indicat librarii incuria. Consentit in undenario numero, nonnihil in nominibus varium Vetustissimum. Corbejense vero addit Aoiticium, ut duodenarium numerum impleat, qui martyr etiam deficit in Vetustissimo illo, accuratius sacros athletas in duos choros dividente, quorum primum ducit Milion, secundum vero Susanna. Menologium Græcorum ad Nicopolim Armeniæ pertinere docet sub Licinio rege, Lysia præside, Leontium, Mauritium, Danielem & Antonium, quos potius cum aliis Alexandriæ tribuunt codices nostri cum aliis adductis. An iidem sint, non decerno.

B

a *Neque mihi lubet arenam illam ingredi: de quadraginta quinque Nicopolitanis Martyribus hoc die agitur; classes non conveniunt, sine forte olim facta aliqua confusio, quis modo satis prudenter definiat; cum nuda plerumque sint Hieronymianorum annuntiationes. Præstat igitur, rem in medio relinqui, neque de nominum varietate multa inutiliter disquirere? Textus fere descriptus est ex vetustissimo Epternacensi, in quo* Decomedis *ponitur, pro eo quod Lucense habet,* Infomodis; *melius fortasse Corbejense* Diomedis. Autoroni *Lucensis, melius ab aliis redditur per* Antonii: *an recte divinaverit Florentinius* Sisannæ *legi pro* Susannæ, *parum interest. Perstat manipulus integer, nec de Martyrum numero, prout in codicibus exprimitur, dubitandum videtur, quod nobis satis est.*

C D

DE DUODECIM MARTYRIBUS MILITIBUS.

Ex Hieronymianis.

J. B. S.

X JULII. *Bollandus, qui olim ex codicibus Hieronymianis solum Epternacensem, tunc nobis commodatum, noverat, putavit, se ibi reperisse duodecim Martyrum millia; utpote cum in eo corrupte legatur,* via Penistri millia XII. *Satis patet corrupta constructio; pro qua codices alii legunt &* militum duodecim, *ut Lucensis, qui ipsos quatuor Africanis, de quibus jam egimus, adjungit; sed magis mihi placet distinctior Corbejensis annuntiatio*: Et alibi militum duodecim, *qui forte via Prænestina, non procul ab Urbe passi sint, quod videtur insinuare vetustissimum exemplar Epternacense,* per via Penistri; *milites mutando in millia; nisi indicetur distantia per tot passuum millia, quæ sensum non faciunt.*

E F

DE SANCTIS MARTYRIBUS BIANORE ET SILVANO IN PISIDIA.

Notitia ex Fastis Græcis.

I. P.

X JULII. *Sacrum illud Martyrum par non mediocri apud Græcos in veneratione habitum fuisse, abunde liquet vel ex solo Menologio, a Sirleto Latine reddito, quod sic de ipsis prædicat*: Eodem die (X *Julii*) beatorum Martyrum Bianoris & Silvani, quorum S. Bianor ex provincia Pisidiæ propter Christi confessionem a Severiano Præside Isaurorum civitatis Euphraceæ * [comprehensus], cum cogeretur Christum abnegare, nec persuasus esset; graviter cæsus & suspensus, globis igneis adustus est; quin etiam dentes avulsi & aures abscissæ sunt. Silvanus vero quidam, videns Bianoris tolerantiam, Christo credidit, & statim lingua illi abscissa est: postea & caput humeris avulsum est. Sanctus vero Bianor, perforatis talis, dextro effosso oculo, & capitis pelle detracta, cervicem gladio

SS. Bianoris & Silvani cultus!

* *Menol. Basil. Isauriæ.*

Digitized by Google

dio suppositi, & sic martyrio coronatus est. *Atque hinc in Romanum transfere, in qua sic annuntiantur hac die*: In Pisidia sanctorum Martyrum Bianoris & Silvani, qui sævissima pro Christi nomine passi, demum cervicibus abscissis coronantur.

ex tabulis Græcis et Latinis.

a *Menologia Sirleti pene verbatim consonant Menæa impressa hac etiam die, referente præterea eosdem dictorum Menæorum Indice. Supplementum ad Menæa excusa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chifletii notat sanctos hosce Martyres die 12 hujus cum elogio, quod ad verbum fere coincidit cum Sirletiano: notaturque ad dicti elogii finem, eadem habere Sirmondum, sed ad diem hanc 10. Qui elogia præmittuntur versiculi, sic habent:*

Οὐκ ἠδυνήθησαν ὀλεῖν φρένας φύσεν,
Μάρτυς Βιάνωρ, οὐδὲ σὺ ξίφος βίᾳ.
Ὄφθη παπαχθεὶς Σιλουάνος τῷ ξίφει
Ἄλλος Σιλουανέ, ἐξιλάσμενος πάθη.

Non potuere animos fortes, generose Bianor,
Tollere, vi magna licet in te sæviit ensis.
Silvane, gladio quando percussus cadis
Syloe videris alterum, expurgans mala

Vox βίᾳ alludit ad nomen proprium Bianor; *ad* Silvanum *vero* Σιλουανέ; *quo significatur fuisse Hierosolymitanus, juxta quam piscina, Joan. 9, v. 7 nuncupata ἡ κολυμβήτρα τοῦ Σιλουάμ, id est natatoria Siloe, cujus aquis cæcus a nativitate lotus, visum recepit. Porro suus quoque Martyribus datus locus in Menæis Mss. Bibliothecæ Ambrosianæ & apud Maximum Cythærorum Episcopum; quibus adde Synaxarium Basilianum, cujus mensis jussus habetur Græce ad calcem tomi 1 prædicti mensis. Sed cum elogium ibi positum fere coincidat cum Sirletiano, supra dato, nihil necesse fuit illud hic latine reddere & ipsis mandare, non magis quam alia, superius a nobis suppressa.*

DE S. APOLLONIO MART.

B

ICONII IN CAPPADOCIA.

J. P.

Notitia ex Menæis Græcis.

X Julii. Μηναῖα impressa breviter de hoc Martyre referunt, quod ad Perinium, Iconii præsidem adductus, Christum professus, idolis explosis, cruci clavis affigatur, & martyrium absolverit. *Habet ipsum insuper Supplementum ad dicta Menæa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chifletii, ubi ejus elogio duo sequentes versiculi præmittuntur:*

Monetur hujus Sanctii, & elogia

Ἀπολλωνίῳ σταυρὸς ἐν τιμωρίᾳ,
Ἐμοὶ δ' ἀληθῶς, σταυρὸς ἐν σωτηρίᾳ.
Apollonio pœna crux,
Ut vere dicam, crux salus.

Subdo ejus elogium, quod ibidem sic efformatur: Οὗτος ὢν ἐκ τῆς πόλεως Σαρδέων τῆς ἐν Λυδίᾳ, καὶ προσαχθεὶς Περενίῳ τῷ Ἄρχοντι, ἐν τῷ Ἰκονίῳ καθημένῳ, ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανόν. Εἰς τὴν πίστιν δὲ τοῦ Βασιλέως ἀναγκασθεὶς ὀμόσαι, εἶπε, μὴ εἶναι θεμιτὸν εἰς Βασιλέα θνητὸν ὀμόσαι, ἢ μᾶλλον ἢ ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων μὴ ἐπιγνόντα. Ἐπὶ τούτοις σταυρῷ ἀνασχεθεὶς τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Oriundus ille erat e civitate Sardiensium, quæ est in Lydia, & adductus ad Perinium Præsidem, Iconii degentem, Christianum se professus est. Cum autem coactus fuisset jurare per fortunam Imperatoris, dixit, non esse fas jurare per Imperatorem mortalem, & maxime eum, qui factorem & opificem rerum omnium non cognoscebat. Propterea in cruce suspensus, spiritum Deo tradidit. *Quibus consonat Menologium Sirleti.*

C

a *Nec vero in Menæis Mss. Bibliothecæ Ambrosianæ, Menæo Chifletii, Indice in Menæa excusa, nec non Maximo Cythærorum Episcopo prætermissa ejus memoria est. Romanum Martyrologium sic ipsum annuntiat*: Iconii S. Apollonii Martyris, qui per crucem insigne martyrium consummavit. *Elogium aliquantulum superiore prolixius contexit Synaxarium Basilianum, quod hic reddo Latine*: Apollonius Christi Martyr oriundus erat e regione Lydiæ, civitate Sardensium. Circuibat autem omnem civitatem & regionem, docens sermonem veritatis, multosque infidelium ad Dominum convertens. Delatus itaque ab idololatris urbis Iconii Præfecto, comprehensus est, & in vinculis ad ipsum ductus, adstitit coram eo, & interrogatus, se Christi servum confessus est. Unde coactus jurare per fortunam Imperatoris, dixit, non esse fas jurare per Imperatorem mortalem, & maxime, qui factorem mundi Deum non cognoscebat. Hæc fatus, jussu Præsidis, vehementer cæsus est, & in ligno suspensus, ac clavis ferreis eidem affixus, spiritum Deo tradidit; & sic consummato martyrii cursu, regnum cælorum accepit.

ex variis tabulis Græcis erutæ.

DE SS. XLV MARTYRIBUS

NICOPOLI IN ARMENIA.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

CIRCA AN. CCCXIX.

Nicopolis in Armenia, ab aliis pluribus ejusdem nominis civitatibus additione hujus provinciæ distincta, a Pompejo Magno condita ob Mithridatem ibi debellatum, Auctore Dione Cassio, lib. 36 Historiarum Romanarum, extitit clarissimorum Martyrum XLV palæstra, constantiæ eorum testis & spectatrix, an gloriæ theatrum; civitas sane tum insigni hoc triumpho nobilis, tum mirifice prædicari meruit, quod temporibus Valentis Imperatoris inconcussa steterit adversus Arianorum procellas, ut pluribus meminit S. Basilius in epistol. addit., sicut signat Baronius in Notationibus hic

Nicopolis aliæ laudatæ, versum laudandæ ob Martyrum pa. lestra.

Digitized by Google

AUCT. J. P.

hic, 6, 9, 10, 11 & 12 edit. Nat. Celebratiſſimam vero ſanctorum Martyrum memoriam fuiſſe in ſacris tabulis, abunde conſtabit ex iis, quæ de eorum cultu ſubnectimus.

Elogium ex Menol. Baſilianæ memoriæ ex tabulis Græcorum;

2 *Menologium Baſilianum, ad calcem tomi primi hujus menſis ex parte editum Græce, poſt annuntiationem:* Eodem menſe *Julio die* x, paſſio ſanctorum XLV Martyrum, qui in Nicopoli martyrio affecti ſunt, *ita de illis prædicat:* Quadraginta quinque Chriſti Martyres vixerunt ſub regno Licinii & præfectura Lyſiæ, quorum principes fuere Leontius, Mauritius, Daniel & Antonius. Comprehenſi itaque adſtiterunt Duci Lyſiæ in Nicopoli Armeniæ, Chriſtumque confeſſi & idola execrati, cæſique ac lapidibus ora & faciem contriti, in carcerem concluſi ſunt, per dies plures abſque cibo permanentes. Milites, eorum conſtantiam conſpicati, Chriſto credidere. Deinde e carcere ejecti, & crura ſecuribus abſciſſi, hi quidem jam mortui, illi autem adhuc ſpirantes, in caminum ignis injecti, curſum conſummarunt, accipientes
B immortale regnum, quod paratum ipſis fuit a Chriſto ante mundi conſtitutionem. *Alibi ſæpius horum Martyrum recurrit memoria in Græcis faſtis, ac plerumque cum parvo elogio, videlicet in Menæis impreſſis eorumque Indice & Horologio Græcorum; item in Supplemento ad Menæa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii, in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ, Menæo Chiffletii, Menologio Slavo-Ruſſico, quod pro* Leontio *ſcribit* Leonis; *Maximo Cyberorum Epiſcopo; quibus addi poteſt Ms. ex libro linguæ Arabicæ de vita nonnullorum Sanctorum, Typicum S. Sabæ, nec non epitome excuſa Menologii: denique Menologium Sirleti: e quo poſtea eorum memoria tranſiit ad Martyrologium Romanum, ſic illos referens:* Nicopoli in Armenia, ſanctorum Martyrum Leontii, Mauritii, Danielis & ſociorum, qui ſub Licinio Imperatore & Lyſia Præſide varie excruciati, tandem in ignem conjecti, martyrii curſum confecerunt. *Molanus illos etiam habet, & Galeſinius.*

confenſit; 3 *Menæa impreſſa, uti etiam dictum eorum* C *Supplementum, ſacro Martyrum agmini ita accinunt:*

Παρεμβολήτες ἀριθμὸν τῷ Θεῷ νέαν
Τολμῆ παρεμβαλοῦσα ἐν πυρὸς μέσον.
Κτεῖναι ἀξιάθλιας δέχαιν τὸν Νικοπολίτας.

Nova caſtra Numen, militem invenit novum
Audaciter auſum tendere in medios rogos.
Flamma necat decima generoſos Nicopolitas.

Idem Supplementum habet hoc ſingulare de eorum cultu: Τελεῖται δὲ ἡ σύναξις ἐν τῷ ναῷ τ ἁγίας Ἀκυλίνης πλησίον τοῦ φόρου. Celebratur autem eorum ſolennitas in templo S. Aquilinæ prope forum. *De templo S. Aquilinæ agit Cangius lib. 4 CPolis Chriſtianæ pag. 144*

ætio temporis. 4 *Baronius tom. 3, pag. 162, num. 46, agens de hiſce Martyribus, agonem eorum affigit anno 316. In Menologio Slavo-Ruſſico ponuntur paſſi anno 307. Liber linguæ Arabicæ, de quo ſupra, videtur ipſos alligare temporibus Diocletiani; cum poſt annuntiationem ibidem addatur Actorum vitæ aut elogii, ut autumo, principium* in diebus Diocletiani: & *adſcribitur*, fol. 13. *Tomo 5 Maji, pag. 151, in annot. ad cap. 3 Actorum S. Donati & ſociorum Martyrum lit. f, ponitur Licinius cœpiſſe perſequi Chriſtianos anno 316. Secus opinatur Pagius in Critica hiſt. Chronol. tom. 1, pag. 381, cenſens, nullos Martyres in perſecutione Liciniana fuiſſe paſſos ante annum 319, neque ante illud tempus Licinium perſecutionem Eccleſiæ intuliſſe. Tillemontius tom. 5, pag. 512 obiter ex Græcis tabulis ſanctos Chriſti pugiles commemorans, annum martyrii non determinat. Et vere ea temporis ratio, quam ſegit Pagius, non videtur improbabilis: neque enim apparet, quem potiſſimum martyrio ſæpe dicto aſſignet annum, quam illum, quo Licinius varie in Chriſtianos machinatus eſt, eos e palatio ſuo pellens, concilia celebrare eos vetans, alioque quam plurima contra eos ſtatuens ac gerens in odium Conſtantini, de quibus Euſebius lib. 1 de vita Conſtantini capite 51, 52 & ſeqq. agit; quæ Petavius alligat anno Chriſti 319, ut videre eſt in parte altera de Doctrina temp., pag. 718; addens, paſſos eſſe in ea perſecutione* XL *Martyres in Cappadocia, frigore enectos, & Baſilium, Amaſiæ Ponticæ Epiſcopum, martyrio affectum, citatque Euſebii Chronicon. Actum de illo eſt tom. 3 Aprilis, pag. 416, appoſita epocha circa an. 322; de iis autem die* x *Martii. Ad hæc, Euſebii Chronicon Latine verſum apud Joſephum Scaligerum pag. 180, ad an. CCCXXI habet;* Licinius Chriſtianos de palatio ſuo pellit. *Dicamus ergo, Martyres obiiſſe circa annum* 319.

Acta non ſincera, 5 *Quid ſentiam de Actis, e Græco in Latinum ſermonem a me converſis, paucis intellige. Non ſincera illa eſſe, ſed epiſodio plus uno adornata, dramaticeque compoſita, indubitatum mihi videtur. Spirat enimvero in illis ingenium Metaphraſtis, vel ſaltem alterius cujuſdam ei non abſimilis, tragœdi ſacri potius, quam ſinceri hiſtorici nomen promeriti. Argumento ſunt ſequentes obſervationes.* Primo, *preces, verbis pſalmorum nimis compoſitæ concinnatæ, ut videſis num.* 8 & 12. Secundo, *inducitur Martyrum utriuſque ſexus nec non exemplum S. Potamienæ, temporibus Maximiani pro tuenda pudicitia in lebetem, pice inſtructum, a ſuo Domino injectæ, nonne theatrum ſpirant? S. Leontius, ea narrans ut animos excitet ad fortiter pro Chriſto dimicandum, dicit ſe ea accepiſſe* a magiſtro ſuo, qui veniebat ex Ægypto, & audiſſe ſe ajebat a S. Antonio Aſceta. *Quæro quis hic* Antonius Aſceta? *Antonius Magnus, ut opinor,* F *celeberrimus plurimo monachorum abbas: ſi ille eſt, quem conjicio, ſatis diſparata connectere videtur ſcriptor; cum is tamdiu obierit poſt S. Leontium, anno utique* 356. *Res illæ narrantur, a num.* 8 *in fine. Tertio, diabolus, Æſculapium mentitus, Ducemque Lyſiam contra Martyres concitans, quidnam eſt niſi ſcena dramatica, num.* 12?

ſed dramatice adornata

6 *Quinto, mors Martyrum, hoc modo accelerata, qui refertur num.* 16, *fallor ſi plenam fidem inveniat. Sexto, prodit in ſcenam mulier, Sanctis aquam ſub veſtibus clam in carcere deferens, num.* 11; *quæ demum redit num.* 19. *Erunt, ut opinor, quibus preces & aqua e rupe elicita non omnino arridebunt, num.* 22. *Denique Actorum ſinceritati non mediocriter officit ſequens clauſula, a genuinis Actis abeſſe conſueta, quæ habetur num.* 23, *in qua Siſinnius ita Deum orat jamjam moriturus.* Opis tuæ indigos, teque noſtro interventu invocantes, ſtatim exaudi, Domine, in quacumque neceſſitate & indigentia; quamvis in viduitate & orbitate; quamvis in peregrinatione; quamvis in infirmitate corporis & animæ; quamvis in ære alieno & calumniis; quamvis in acerba ſervitute;

A virtute; quamvis in hominum ac pecudum contagione; quamvis in mari quispiam sit naufragus, &c. Tu illi, Rex, per nos solatio sis, & statim exaudi, ut cognoscant mundi hujus incolæ, multum nos diligi abs te, & exaudiri, ac malo cuilibet fiat aqua hæc in medelam, nam ad invocationem tui ebulliit & innovatum est vetus miraculum in gloriam Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in laudem & memoriam Martyrum tuorum quinque & quadraginta.

An præfentes Martyres confuſi cum Alexandrinis?

7 *Inter Martyres* XXXVI *Alexandriæ paſſos, de quibus hoc itidem die agitur ſuperius, duo primi* Leontius & Mauritius, & *quintus* Daniel, *tribus noſtris Martyribus Nicopolitanis, quorum expreſſum vidimus nomen, prorſus homonymi ſunt. Quæ homonymia ſuſpicionem fortaſſe nonnulli præbere poterit, hic æque, ac alibi, plus ſemel, inducta alicujus confuſionis, una fortaſſe Martyrum turma in duas diſtracta, vel, ſi hoc non vis, alterius in alterum nominibus derivatis. Verum quoniam quid hic lateat myſterii, nobis aſſequi non eſt promptum, in duas eos claſſes diſtinximus, ſecuti Martyrologia Hieronymiana: uti indicavimus ſupra, ubi de dictis triginta ſex Martyribus egimus, & difficultatem hanc non prætermiſimus.*

B

8 *Tamayus ſolius S.* Leontii *nomen exprimit, & ſocios Martyres confuse*: Nicopoli in Armenia, S. Leontii Martyris, qui cum aliis ſocis agonem admirabilem complevit. *Hoc recte; ſed clauſulam ſequentem*, cujus exuviæ ſacræ in oppido Alcaudete, diœceſis Gienenſis in cœnobio monialium S. Claræ debita cultus honorificentia ſervantur, *quorſum adjunxit? Cum in notis ad hunc locum candide profiteatur* ſuſpicari ſe, erraſſe amicum eruditum, *nimirum P. Martinum Xemena Jurado, ex cujus relatione prædicti Sancti reliquiæ iſtum locum aſſignarat*, & hæc pignora eſſe alterius Leontii martyris Romæ paſſi; de quo agunt Maurolycus, Galeſinius, & Philippus Ferrarius in Generali Catalogo Sanctorum die IX Julii fol. 284, & ſuademur ex eo, quod Comiti Beneventano ejus exuvias obtulit Paulus V. Pont. Max. extractas ex Romanis cœmeteriis; nec huc uſque ſciatur Nicopolitanæ Romæ advectas fuiſſe. *Recte, ut opinor, hic ſe & alium ſuum ducem corrigit Tamayus. Utinam in pluribus aliis eadem felicitate & facilitate ſe correxiſſet? Sic pluris ferent ejus merces apud eruditos Hagiopolites, etiam Hiſpanos, indignatione potius ac riſu ſæpe digniores, quam pretio.*

D AUCTORE J. P. *Reliquiæ S. Leontii an in Hiſpaniam delatæ?*

E

ACTA

Ex codice Ms. pervetuſto Vaticano 866 fol. 343.

INTERPRETE J. P.

CAPUT I.

Vulgato a Licinio edicto contra Chriſtianos, ſiſtuntur coram Duce Lyſia ſancti Martyres.

Λικίνιος ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν διατάγματα κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὡς εἴ τινες εὑρεθεῖεν Χριστιανοί, τύπῳ παντὶ τρόπῳ κολάζεσθαι. Ὁ δὲ τύπος τοῦ διατάγματος τοῦτον εἶχεν ὁ χαρακτῆρα. Λικίνιος αὐτοκράτωρ, μέγιστος, σεβαστὸς τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἄρχουσιν χαίρειν. C ἐπειδὴ ἐδιδάχθη ἡμῖν παρὰ θεοῦ, ὅτι τινὲς τῶν λεγομένων Χριστιανῶν οὐ μόνον οὐ θύουσιν τοῖς μὲν ἱεροῖς θεοῖς, ἀλλὰ καὶ συβρίζουσιν τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν, πλείστης δὲ θεοὺς ἡ καὶ συχνὴν συντελοῦσι προφάσει τοῦ θύειν αὐτοῖς, καὶ πολλάκις κολασθέντες μεταπέπεισται, ἢ τιμαῖς εὐξάμενος, ἢ φόβῳ μεταπεισθέντες, διὰ τοῦτο κελεύει τὸ ἡμέτερον κράτος ὅπως δ' ἂν εὑρεθεῖεν Χριστιανοί, τούτους θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ τιμῶν μεγίστων καὶ δωρεῶν ἀπολαύειν, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους, συὺ γυναιξὶν καὶ τέκνοις πυρὶ καὶ μαχαίρᾳ παραδιδόσθαι, τῷ δέ γε ὑπάρξει αὐτῶν πᾶσαν δημοσιοῦσθαι εἰς ἐπιμέλειαν ταῦτα, τῶν ὑπ' αὐτῶν κλοπῇ καθαιρεθέντων, καὶ τειχῶν καὶ λιτρῶν δημοσίων. Εἰδότες οὖν τὸ ἀπαράβατον τῆς ἡμετέρας κελεύσεως παντὶ θεσπισθὲν πρεσσαχθῆν εἰς ἔργον σπεύδατε, ὡς μὴ καὶ ὑμᾶς συμπεριπλακῆναι τοῖς ἀθεσπίστοις. Τούτων τῶν προσταγμάτων προτεθέντων ἐν ταῖς πλατείαις τῶν πόλεων, οἱ ἅγιοι δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἐχάρησαν, καὶ καιρὸν τὸ μαρτύριον σκοποῦντες.

2 Καὶ δὴ καὶ ἐν τῇ Νικοπολιτῶν προτεθέντος τοῦ διατάγματος, καὶ τῶν φόβων ἐπισειομένων, καὶ τῶν κολαστηρίων ἑτοιμαζομένων, ξύλων ὀρθίων εἰς ἀνάρθησιν, ὀνύχων σιδηρῶν ἀκμαίων εἰς

Vulgato a Licinio Imperatore adverſus Chriſtianos edicto

LIcinius Imperator quaquaverſum edicta vulgavit, ut, ſi qui reperirentur Chriſtiani, omnimodis plecterentur. Edicti vero exemplar expreſſum erat ſic: Licinius Imperator, maximus, auguſtus, his, qui per orbem terrarum præſunt, ſalutem: Poſtquam divinitas a noſtra facta eſt certior, quoſdam eorum, qui Chriſtiani apellantur, non ſolum beneficis diis non ſacrificare, ſed etiam pio deorum cultui injurias irrogare; quinimo prætextu eis ſacrificandi, plurimos deos vel ipſo nocturno tempore contriviſſe; punitoſque ſæpius non reſipuiſſe, aut honoribus affectos, aut metu abſterritos; ideo poteſtas noſtra jubet, ut ubicumque inveniantur Chriſtiani, diis hi ſacrificent, magniſque honoribus ac donis fruantur: reluctantes autem, una cum uxoribus ac liberis, igni ac ferro tradantur, facultates inſuper illorum omnes puplicentur, in templorum, furtim ab ipſis everſorum, nec non murorum, & publicorum balneorum utilitatem. Inviolabile itaque imperium noſtrum edocti, quantum conniti poteſtis, id quod mandatum eſt, exequamini, ne una vos cum impiiſſimis pericliteminī. Hiſce itaque vulgatis inplateis urbium edictis, ſancti Dei Famuli gaviſi ſunt, oblatam martyrii opportunitatem conſiderantes.

Sancti noſtri Martyres ſiſtuntur Duci Lyſiæ;

2 Inter hæc publicato Nicopolitarum in ea virtute edicto, quando timores ingruerent, & inſtructæ eſſent carnificinæ, erecta ligna ad ſuſpenſionem, unguis ferreos acutos ad abraſionem

A nem, essides ignitæ, ollæ fervences, rotæ
XX Ms. clavi, nervi bubuli indurati, aliique cruciatus atrociores; & dum adveniſſet Dux Lyſias, ubi univerſa Armeniæ legio ſortito erat diſtributa, comprehenſi ſunt nonnulli, qui Chriſtianos ſe declarabant, Leontius & Mauritius & Daniel, viri natalium ſplendore conſpicui, & doctrinarum eruditione, vitæque ad Chriſti leges conformatione illuſtres, & una cum ipſis quadraginta alii, Chriſtianos ſe dictitantes ultro ad Lyſiam acceſſerunt. Qui talem in viris contemplatus animi celſitudinem, percontatus illos eſt, dicens: Cujates eſtis, & quis auctor vobis eſt, ne cultum aut ſacrificium deferatis diis cæleſtibus? Cui ſanctus Leontius: Omnes nos Chriſtiani ſumus, & nos quidem urbem hanc incolimus, illi vero e regione, quæ urbi ſubeſt, advenerunt. Ea patria quidem terreſtris nobis eadem eſt, pater vero cæleſtis Chriſtus; atque hic eſt, qui nos docuit, & perſuaſit deos mutos, ac cæcos non colere, nec opera manuum hominum adorare.

B *cui dum fidei ſuæ rationem reddit S. Leontius,*

3 Dixit Lyſias: Ubinam eſt Chriſtus? Numquid cruci affixus & mortuus eſt? Cui S. Leontius: Non ſolum audi mortuum eſſe, ſed reſurrexiſſe conſidera, & vivere in cælis: ſed enim mortuus eſt lubens propter nos, & iterumreſurrexit, tamquam exiſtens filius Dei. Dixit Lyſias: Nempe etiam nunc vivit? Cui S. Leontius: O Lyſia, dii veſtri, poſtquam mortui ſunt, non vivunt; at vero Dominus noſter ac Deus, qui dextera ſua gubernat omnia, cælum, terram, mare & homines omnes, pro nobis, mortuus eſt, ut nos ex idolorum cultu extraheret. Vivit is, & docuit nos pro ſe mori, ut mortui, cum illo vivamus. Dixit Lyſias: Nonne duodecim dii cæleſtes ſunt? Qualem ergo tu alium dicis Deum, qui fecit cælum & terram & mare? S. Leontius dixit: Quinam dii veſtri ſunt? Lyſias dixit: Inſuper & Apollo & Æſculapius, aliique, quos orbis colit univerſus. S. Leontius dixit: Jupiter ergo Deus eſt? Lyſias dixit: Vah! inſanis, homo blaſphеme: Ipſus eſt, qui cælos tenet, hominumque pater & deorum. S. Leontius dixit: Si igitur deus eſt Jupiter, quia omnino fortis eſt, vobis defenſoribus, quando injuria læditur, non indiget; omni-
C no juſtus eſt & mali oſor, oſor fornicationis, oſor adulterii, oſor obſcenitatis nefandæ, oſor inceſtus, oſor bellorum, & amans pacis. Etenim Deus perfectus ſit oportet, egeſtatisque ac peccati expers: nam ſi peccat Deus veſter, peccator eſt, & Deo eget altero peccare neſcio, ad emendationem ſuam.

in idolorum ſtatu

4 Lyſias dixit: Tu cauſam dicis eorum, quæ ad deos attinent, malum caput? Per deorum & meam ſalutem, male vos perdam. S. Leontius dicit: Ne indigne feras audire veritatem Hominibus omnibus tam ratio, quam natura præſcripſit leges, non eſſe par, ut homo alienam habeat uxorem, utque committat inceſtum, aut bella diligat, aut hominibus perniciem inferat. Si eos vocas ſoſpitatores, deberent potius ea pace ſervare & de cultoribus ſuis bene mereri. Si deus veſter iſta facit, ſuadeat hominibus ſolvere leges; vel ſicut homo, deus veſter agat, & homines imitetur. Nam ſi illi, qui faciunt ea, quæ lex non jubet, prævaricatores dicuntur, ſummoque ſupplicio & morte ipſa digni ſunt; dii veſtri prævaricatores quali tandem mortis genere ſunt digni? Homines novimus, qui ab iſtis ſe ſpurcitiis continuerunt; & juſti appellan-

εἰσξίσιν, ϛ καπίδων πεπυρακτωμένων, πηδάλια D
ϗ ξοχῶν, ϛ ἥλων, ϗ βυρσίνων ξηρῶν, ϛ ἑτέρων χαλεπωτέρων κολαστηρίων, ϗ παραγενομένῳ τῷ δουκὶ Λυσίᾳ, ὅπερ ἐν ἀποκεκληρωμένη ἦν λεγεὼν πᾶσα ἡ Ἀρμενιακή, συνελήφθησαν τινες, ἑαυτοὺς καπδήλους ποιήσαντες, ὅτι Χριστιανοί εἰσιν, Λεόντιος ϛ Μαυρίκιος, ϛ Δανιὴλ, ἄνδρες ἐπίσημοι τῶν ἐν τῇ πόλει γενέσεως, ϛ παιδείαν λόγων ϗ βίῳ καὶ Χριστὸν διαπρέποντες, σὺν αὐτοῖς δὲ ϛ ἑτεροίους μ' λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανούς, ϗ αὐτοπροαιρέτως προελθόντες τῷ Λυσίᾳ. Ὃς θεασάμενος τὸν τοσοῦτον τῶν ἀνδρῶν προθυμίαν, ἠρώτα αὐτούς, λέγων· Ποῦ ἐστί; ϗ τίς ἐστιν ὁ πείσας ὑμᾶς, μὴ δεισιδαίμονας, μή τι θύειν τοῖς θεοῖς τοῖς οὐρανίοις; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· ἡμεῖς πάντες Χριστιανοί ἐσμεν. Καὶ οἱ μὲν τὴν πόλιν ταύτην οἰκοῦμεν, οἱ δὲ ϛ ἐκ τ χώρας τ ὑπὸ τὴν πόλιν ὥρμηνται. Καὶ πατρὶς μὲν ἡμῖν ἄνω ἡ ἐπίγειος, πατὴρ δὲ Χριστὸς ὁ ἐπουράνιος· ϛ αὐτός ἐστιν, ὁ διδάξας ἡμᾶς ϗ πείσας, θεοῖς κωφοῖς καὶ τυφλοῖς μὴ λατρεύειν, μή τε ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων προσκυνεῖν.

E

3 Λυσίας εἶπεν· Καὶ πῦ ἐστὶν ὁ Χριστός; οὐχὶ ἐσταυρώθη ϗ ἀπέθανεν; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει. Μὴ μόνον τὸ ἀπεθανεῖν ἀκούσῃς, ἀλλ' ἐννοήθητι ὅτι καὶ ἠγέρθη καὶ ζῶν ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἑκὼν γὰρ ἀπέθανεν δι' ἡμᾶς, ϛ πάλιν ἠγέρθη, ὡς υἱὸς ὢν τοῦ θεοῦ. Λυσίας εἶπεν· ἦ καὶ νῦν ζῇ τοῦτο; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· ὦ Λυσία, οἱ ὑμέτεροι θεοὶ ἀποθανόντες οὐ ζῶσιν· ὁ δὲ ἡμέτερος δεσπότης καὶ Θεός, ὁ τῷ παντὶ τῇ ἰδίᾳ δεξιᾷ καταρτήσας, οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, καὶ πάντας ἀνθρώπους, ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς ἀποσπάσῃ τ εἰδωλολατρείας· ἐκεῖνος ζῇ, καὶ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὑπεραποθνήσκειν αὐτῷ, ἵνα ϛ ἡμεῖς ἀποθανόντες σωζώμεθα αὐτῷ. Λυσίας εἶπεν. Οὐχὶ δώδεκα εἰσὶν θεοὶ οὐράνιοι; ποῖον οὖν σὺ λέγεις ἕτερον Θεόν, ὃς ἐποίησε οὐρανὸν, ϗ γῆν, ϗ θάλασσαν; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει. ποῖοί εἰσιν οἱ θεοὶ ὑμῶν; Λυσίας λέγει· Ζεύς, ϗ Ἀπόλλων, ϗ Ἀσκληπιὸς, ϗ οἱ ἄλλοι, ὡς σέβει ἡ σύμπασα. ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· ζεὺς οὖν θεός ἐστιν; Λυσίας εἶπεν· Οὐαὶ, ἀμαθὴς, ἀνθρώπῳ βλασφημῶν, αὐτός ἐστιν, ὁ κρατῶν τὸν οὐρανὸν, πατὴρ ἀνδρῶν τε ϗ θεῶν. Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· εἰ οὖν θεός ἐστιν ὁ Ζεὺς πᾶσιν, ὅτι ϗ ἰσχυρός ἐστιν, ϗ ὑμῶν τῶν ἀδίκων ϗ χρῄζει ἀσεβουμένος· πᾶσι δὲ ϗ δί- F
καιός ἐστιν, ϛ μισόπονηρος, μισῶν μοιχείαν, μισῶν πορνείαν, μισῶν ἀρρητοποιΐαν, μισῶν ἀδελφογαμίαν, μισῶν πόλεμον, ϗ φιλῶν εἰρήνην. Ὁ γὰρ θεὸς ὀφείλει πλήρης εἶναι, ϗ ἀπροσδεής, ϛ ἀναμάρτητος· εἰ γὰρ ἁμαρτητὸς θεὸς ὑμῶν, ἐστὶν ἁμαρτωλός, ϗ ἄλλου θεοῦ χρείαν ἔχει ἀναμαρτήτου εἰς διόρθωσιν ἑαυτοῦ.

4 Λυσίας εἶπεν· Σὺ εἰ ὁ δικάζων τὰ τῶν θεῶν κακὴ κεφαλή; μὰ τ σωτηρίαν τῶν θεῶν, ϛ τὴν ἐμὴν, κακῶς ἀπολέσω ὑμᾶς. Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει. Μὴ ἀγανάκτει τὴν ἀλήθειαν ἀκούων· τοῖς ἀνθρώποις πᾶσιν νόμοι τέθειται, οἱ μὲν λογικοὶ, οἱ δὲ φυσικοὶ, ὡς μ χρὴ ἄνθρωπον ἀλλοτρίαν ἔχειν γυναῖκα, ἢ πολέμους ἀγαπᾶν, ϗ πρόξενον ὄλεθρον τοῖς ἀνθρώποις, εἴπερ σωτῆρας αὐτοὺς καλεῖς, ὤφειλον μᾶλλον ἐκ τῆς εἰρήνης σώζειν, ϗ πειθαρχεῖσθαι τοὺς σεβομένους. Εἰ δὲ ὁ θεὸς ὑμῶν τοιαῦτα διαπράττεται, ϛ τὶς ἄνθρωπος πείσαι τὴν τοὺς νόμους· ἢ ϗ ὡς ἄνθρωπος πράττῃ ὁ θεὸς ὑμῶν, ϛ μιμησάσθω τὸν ἄνθρωπον· εἰ γὰρ οἱ πράττοντες ἃ μὴ ὁ νόμος κελεύει, παράνομοι λέγονται, ϗ τιμωρίας μεγίστης, ϛ θανάτου ἄξιοί εἰσιν; οἱ θεοὶ ὑμῶν παρανομοῦντες, πόσου θανάτου ἄξιοί εἰσιν; Οἴδαμεν ἀνθρώπους ἐγκρατευομένους ἀπὸ τ ἀκα-

Digitized by Google

A ἀκαθαρσιῶν τύπων, ᾗ λέγονται δίκαιοι, φυλασσόμενοι ἀπὸ ἀσελγείας· οὐκ οὖν οἱ ἐγκρατεῖς ἄνθρωποι τῶν θεῶν ἀκρατῶν κρείττονες· εἰ δὲ μὴ ἔχει οὕτως, ἀλλὰ κακῶς εἶπον, μαρτύρησόν μοι· οὐκ εἶπον γὰρ κακῶς, ὅτι οὐκ εἰσὶν θεοὶ σωζοντες, ἀλλὰ δαίμονες κάκιστοι, ὀλοθρόλοιπες ψυχάς.

5 Ὁ ἅγιος Δανιὴλ λέγει τῷ ἁγίῳ Λεοντίῳ· Καλῶς εἶπας, πάτερ, ᾗ πᾶσιν ἡμῖν παρεθάρρυνας. Ὁ Δοὺξ εἶπεν, κακὴ κεφαλὴ, ἐ πάσης ἀποτροίας πεπληρωμένη, οὐχὶ ὁ θεὸς ὑμῶν ἐσταυρώθη ὡς κακοῦργος; τίς δὲ τῶν θεῶν ἡμῶν ἐσταυρώθη; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Ὁ μὲν ἡμέτερος θεὸς ἐσταυρώθη, ᾗ ἐγκαυχώμεθα ἐν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ, οἱ δὲ θεοὶ ὑμῶν οὐκ ἔτι ἰσχύουσιν· ὁ γὰρ Χριστὸς βουλόμενος σῶσαι ἄνθρωπον διὰ ἣν ἐκράτησε πάλαι ἁμαρτίαν, ἑκουσίως ἑαυτὸν παρέδωκε τοῖς ἰουδαίοις, προκηρύξας πάλαι διὰ τῶν προφητῶν, ἵνα διὰ τοῦ σταυροῦ παράβασιν ἀρχαίαν τῷ προπλάστῳ λύσῃ, ᾗ καταλθῇ εἰς τὸν ᾅδην, ᾗ ἀνοίξῃ τοῖς νεκροῖς ᾗ ἀπολύσῃ ψυχάς, ᾗ ἀναστάσιν ἡμῖν δωρήσηται. Οἱ δὲ ὑμέτεροι θεοὶ, ζεὺς μὲν διὰ ἀσωτίαν, κύκνος, ᾗ ταῦρος, ᾗ ἑρπετὸν ἐγένετο· τί οὖν ἐστὶν ἐραστότερον, θεὸν ἢ ποιήσαντα ἄνθρωπον, ᾗ ἀπολωλότα διὰ ἰδίαν αὐτοῦ κακὴν B προαίρεσιν, ἀποθανεῖν ἢ θεὸν δι' αὐτὸν, ᾗ ἀναστῆσαι ᾗ συναναστῆσαι τῶν ἰλιγγιῶν, ἢ δι' ἀσωτίαν γενέσθαι πλάγιον, ᾗ ἕρπειν διὰ πορνίαν; Ὁμοίως δὲ ᾗ Ἀπόλλων, ὁ θεὸς ὑμῶν, ἐκεραυνώθη, ὡς ἐν τοῖς μύθοις ὑμῶν ᾄδεται. Ἀσκλήπιος δὲ ᾗ Ἡρακλῆς ἐκεραυνώθησαν ᾗ αὐτοὶ, ᾗ καταδαπανήθησαν πυρὶ ἐναερίῳ, οἱ γὰρ ἦσαν θεοὶ, ἀλλ' ἀπατηλοί.

tur, libidinem aversantes. Ergo homines continentes diis incontinentibus præstantiores sunt. Si non ita res se habet, sed male dixi, testimonium mihi perhibe. Neque enim male dixi; nam dii non sunt, qui servant, sed pessimi dæmones, animis perniciem afferentes. ex ms.

5 S. Daniel dicit S. Leontio: belle dixisti, Pater, & nobis omnibus animos addidisti. Dux dixit: Malum caput, & omni dementia plenum; nonne Deus vester, tamquam maleficus, cruci affixus est; Ecquis autem deorum nostrorum affixus est Cruci? S. Leontius dicit: Deus noster Cruci affixus est; quin imo in Cruce ejus gloriamur, contra quam dii vestri nihil quidquam valent: Christus enim volens hominem servare a tali, quæ invaluerat, impietate, voluntarie se tradidit Judæis, hæc per Prophetas vaticinatus, ut antiquam primi hominis prævaricationem per crucem solveret, ad inferorum descenderet, eum aperiret, animos liberaret, & resurrectionem nobis donaret. Dii autem vestri, Jupiter quidem propter luxuriam factus est cygnus, taurus ac serpens. Quidnam ergo amabilius est, Deumne, postquam homo, quem fecerat, mala sua voluntate perierat, Deumne, inquam, pro ipso mori & resurgere, atque hunc ipsum simul resurgere, misericordiam consecutum; an ob luxuriam fieri ciconiam & repere ob libidinem? Similiter quoque Apollo, deus vester, fulmine periit, ut in fabulis vestris in scenam datur. Æsculapius vero & Hercules fulmine itidem icti & igne cælesti consumpti fuerunt: non enim dii erant, sed impostores. E

Christianorum hortatur initium

ANNOTATA.

a *Ipso quondam titulo Imperatores fuisse nuncupatos, colligitur ex epistola Valentiniani ad Theodosium Imperatorem data, quæ est numero vigesima quinta, & habetur parte 1 Concilii Chalced. a col. 512.*

CAPUT II.

Sancti lapidibus percussi & in carcerem conjecti, variis exemplis a S. Leontio confirmantur.

3 *Ad nomen* Generosi *sic observavit* Henschenius: Fuit S. Generosus abbas Ausionensis; sed qui sequenti (*adeoque sæc.* VII) dicitur vixisse in veteri Lectionario, nisi sit error, quod ad X Julii ierit examinandum, quo die colitur in monasterio Ausionens., & in ecclesia prioratus S. Generosi, vulgo S. Generone, in quo ejus reliquiæ servantur. *Quæ omnia confirmat Mabillonius in citato Supplemento sæculi* 2 *Benedict. ubi ad idem nomen* S. Generosi *hæc annotatio apponitur:* Hinc manifestum est, Generosum abbatem, non ad sæculum VII (ut alias diximus) sed ad sæculum VI pertinere. Corrigendum proinde vetus Lectionarium Ausionense, in quo S. Generosus floruisse dicitur eo tempore quo Romanum imperium Constantinus Augustus, tertius ab Heraclio gubernabat, & Childebertus filius Theodorici regis, Dagoberti primi nepotis, Francorum reipublicæ præsidebat. Generosus monasticum habitum in monasterio Ausionensi sub S. Launegisilo suscepisse legitur. Anno MCLIX textor quidam apud Toarcium oppidum, ob violatum S. Generosi festum diem, membrorum stupore punitus, in ecclesia S. Generosi facta pœnitentia, sanatus est. Idem Aimericus quidam, cognomento de Villia, Toarcii seneschallus, ob rapta ejusdem ecclesiæ ornamenta, pœnas dedisse fertur. S. Generosus VI *Idus Julii* colitur in monasterio Ausionensi, seu S. Jovini de Marnis & in ecclesia prioratus S. Generosi, vulgo S. Generoux, quæ una leuca distat ab ipso monasterio, ejusque reliquias adservat.

F

4 *Lectionarium, de quo jam dictum est, numquam vidimus; neque alia, ad* S. Generosum *spectantia, reperiri potuere, cum nulla ejus Vita aut Legenda scripta fciatur: certe ea nec ad Mabillonium, nec ad nos pervenit hactenus. In sacris Fastis nusquam notus est, ne quidem in magno Gallicano Saussayi, qui demum in postrema operis appendice pag.* 1251 *produxit* excerptum e sacris Pictavensis ecclesiæ monumentis, nuper, post hoc opus ferme editum, ex Reverendissimi Domini Episcopi munere acceptis

& colit hac X *Julii.*

Digitized by Goo

A ceptis menſe Septembri an. MDCXXXVI, *in quo ad* XVI *Julii ſic haberi teſtatur*: Generoſus Romanus, cum ad occiduas partes tranſiens, in pagum Pictavienſem deveniſſet, monaſteriique Heulionenſis celebritatem oculis percepiſſet, *ibidem* a S. Lemiegiſilo abbate habitum religioſum ſuſcepit. Poſt cujus obitum Generoſus (licet reluctans admodum) eidem cœnobio præfectus eſt; migravitque deinceps ad Dominum, ut fertur, reparatæ B ſalutis anno ſexcentesimo vicesimo primo. *Quænam in hisce paucis lineis corrigenda ſint, ex ſuperdictis abunde patet: natalis, ſeilicet feſtivitatis dies certo videtur eſſe hic dies, non* XVI *Julii, quem Caſtellano conſignatus eſt in Martyrologio Univerſali, addita epocha anni* 682. *Sed hæc circa cultus diem diſſenſio & poſtremus error chronologicus eo modo adductis facile etiam corriguntur.*

DE S. ETTONE EP. ET CONF.

LÆTIIS IN BELGIO.

I. P. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Cultus e Martyrologiis, elogia, Lectiones.

ANNO CIRCIT. DCL. AUT DCLXX. L*Ætiæ ſeu Latiæ, Nerviorum vel Helmenſium oppidum haud ignobile in diœceſi Cameracenſi, vulgo* Lieſſies *aut* Lieſſy, *celeberrimæ abbatiæ Ordinis S. Benedicti, pluribus titulis in hoc opere de Actis Sanctorum promovendo meritiſſimæ, nomen indidit, quæ ſita eſt ad fluvium Helpram, ſecundo Lapide, ut ſcribit Hadrianus Valeſius, ab Aveſnis, ejuſdem Hannoniæ oppido; de qua plura idem Valeſius in Notitia Galliarum, pag.* 260. *Egregie hallucinatur Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, dum ad annuntiationem* S. Ettonis, *ita loquitur in notis*: LÆTIÆ oppidum eſt Hannoniæ cum cœnobio, quod LEUZE vulgo appellari videtur, Condato & Tornaco, urbi Flandricæ proximum, a Tornaco 3, a Valencenis 3 M. Belg. diſtans: vel, ut alii ſcribunt, eſt oppidum ejuſdem regionis, quod LESSEN vocant, ad Teneram fluv. non longe a Brabantiæ limitibus, a Tornaco 5, a Montibus 7, a M. S. Gerardi, op. Brabantiæ, 4 M. Belg. recedens, cum cœnobio Virg., a S. Lamberto dicato. *Florentiſſima Lætienſis abbatia inter alia ſacra cimelia, quæ recenſet Raiſſius in Hieriogazophilacio Belgico, a pag.* 267, *theſaurum non infimum poſſidet corpus* S. Ettonis, Etthonis *ſeu* Ethonis, *Gallice* S. Zé. *A Balderico Tornacenſium & Nerviomenſium Epiſcopo lib.* 2, *cap.* 34, *vocatur* ſanctus vir Domini Hetto, natione Scotus.

B *Abbatia Lætienſis habet corpus S. Ettonis.*

C

a *Molanus in Additionibus ita illum annuntiat hoc die*: Lætiis ex Fiſciaco, natale S. Ettonis, Epiſcopi & Confeſſoris; *quem etiam habet in Natalibus Sanctorum Belgii. His accedit Miræus, in Faſtis pag.* 392 *ſic de* S. Ettone *memorans*: S. Etto ſive Hetto Epiſcopus & Confeſſor, natione Hibernus ſeu Scotus quieſcit in Lætienſi Hannoniæ cœnobio. Obiit in Fiſciaco, olim monaſterio, nunc prioratu, dependente a Lætienſi abbatia, juxta Aveſnas, Hannoniæ oppidum. *Ferrarius ita ipſum refert.* Lætiis in Hannonia S. Ettonis Ep. Hyberni. *Martyrologi Benedictini Wion, Dorganius, Menardus eum ſignant cum dicto titulo* Epiſcopi & Confeſſoris, *quos ſequitur Sauſſayus in Martyrologio Gallicano. Caſtellanus Sancti noſtri memoriam attexuit Martyrologio Univerſali, ita loquens*: Fiſciaci (a Feſcau) in confiniis Arteſiæ & Picardiæ, S. Etto Hibernus, cujus reliquiæ exiſtunt Lætiis in Hannonia, ubi honoratur tamquam Epiſcopus.

ejus annuntiationem e Martyrologiis.

elogium Bibliothecæ Sanſſoyi.

3 *Elogium breve quidem, ſed ſua antiquitate venerabile, profero ex laudato Balderico, loco ſupra citato*: In villa etiam, *inquit*, Feſcau monaſterium eſt, ubi ſane ſanctus Vir Domini Hetto videlicet Scotus, divina providentia dirigente, deveniens, aliquanto tempore converſatus eſt; tandemque curſum ſuæ peregrinationis finiens, migravit ad Chriſtum. Ad cujus meritum declarandum, divina pietas multa dignata eſt operari documenta virtutum. Unde quidam ex religioſis viris ſancto Viro tantorum emolumenta bonorum tradiderunt, ut aliquot canonicos admitterent. *Audiatur inſuper Sauſſayus, poſt hanc annuntiationem*, Fiſciaci prope Aveſnas Hannoniæ, depoſitio S. Ettonis Epiſcopi & Confeſſoris, *ita excurrens in ejus laudes*; qui cum S. Furſeo ex Hibernia in Galliam Belgicam profectus, magna ibi religionis incrementa edidit; poſtque innumera animarum lucra, ad ſupernæ remunerationis perrexit gaudium: cujus præclara merita divinæ virtutis, quæ ed ejus cumulum in prioratu Fiſciaci, abbatiæ Lætienſi ſubjacenti micavit, documenta ubertim declararunt. *Fallor, ſi non nugas venditet Bucelinus, dum in Menologio Benedictino hæc profert*: Is (*Etto*) Philtani, Hiberniæ Regis filius, contempta regia, humilis monachus, ex monacho Epiſcopus, rurſumque, relicto pontificatu, ex Epiſcopo monachus & peregrinus, &c. *Citat quidem dictus Auctor* monumenta Lætienſia, Joannem Molanum, & reliquos rerum Belg. ſcriptores, tom. 2 SS., &c. *At nihil ſimile in monumentis Lætienſibus, huc miſſis; nec plus ſperet in Molano aut rerum Belgicarum ſcriptoribus (recentiores haud dubie intelligit, qui fidem non faciunt, ſi aliqui ea aſſerant) tacente Balderico & Auctore vitæ; uti planum fiet ex iis, quæ per decurſum hujus argumenti dicentur. Molanus in Natalibus nonnulla collegit*, ex hiſtor., *ut ibidem notatur*, Lætiis, Lovanii & alibi manuſcripta; *ſed nihil producit ſingulare, huc referri dignum, quod aliunde a nobis non proferatur. Elogium etiam ſancto* Ettoni *contexuit Ghinius, ac Vernulæus lib. de propagatione fidei per Belgium per ſanctos ex Hibernia viros cap.* 3.

4 *Locus*

Digitized by Google

A 4 *Locus alter, e quo ſancti Confeſſoris elogia peti poſſunt, ſunt proxime hic ſcripturæ* de S. Ettone, Epiſcopo, *ut præfert titulus*, Ybernienſi, Lectiones in ejus ſolemnitatis Octava, excerptæ ex antiquo Ms. codice monaſterii S. Lamberti Lætienſis, *ad Reſuendum miſſæ anno* 1620 *a F. Petro Lorignaire, monacho & bibliothecario Lætienſi, ſumtque ſequentis tenoris*: LECTIO I. Eſt in confinio urbis Atrebatis villa quædam Buyon-villare nuncupata, B. Ettoni mira quadam & præcipua veneratione ideo quam maxime devota, quod ipſe eam divina ſui corporis, adhuc vivens, dignatus ſit præſentia; ſeu etiam, quod ejuſdem villæ eccleſia, in memoriam nominis Viri Dei exſtructa, ejus in ſe clareſcentibus meritis, incolis loci habeatur venerabilis. LECTIO II. Verum, quoniam ipſa ſolius ſacerdotis domui contigua, remotior eſt villa, viſum eſt viro illuſtri Hellino, ipſius villæ domino, aliam domui ſuæ viciniorem eccleſiam intra villam conſtruere, quo tam ipſe, quam omnes loci incolæ, divina celebraturi, facilius valerent concurrere. B LECTIO III. Cumque, quod mente conceperat, exequeretur opere, jactiſque fundamentis eccleſiæ ſtructura cœpiſſet eminere, apposuit etiam terram, quam B. Exthoni fidelis quidam moriens reliquerat poſſidendam, ad ſumptus ædificii vendere, affirmantibus nonnullis, hæc, quia non recte fiebant, Viro Dei diſplicere.

in quibus erecta lapide e prioris S. Ettonis eccleſia

3 LECTIO IV. Jam parietes templi in immenſum excreverant, cum die quadam lato-mis lapis prægrandis cuilibet loco aptandus defuit, a quibus in omni circa regione diu quæſitus, inveniri non potuit. LECTIO V. Deſignatus eſt autem eis in interiori cancello prioris eccleſiæ lapis unus, qui ſquera circumducta, * ita loco, cui inferendus quærebatur, inventus eſt congruus, ac ſi periſſimi cæſoris ſtudio ad id operis eſſet excisus; ad quem ut illæſus moro abſtraheretur, cum quidam latomus acceſſiſſet, ferrum toto niſu vibratum injiciens, aliquantulum cæmenti ejecit, introrſuſque feriens, plumbeum vas inter duos lateres cæmento ſignatum, produC xit; nec tamen ipſe, operi attentius inſiſtens quid egiſſet, deprehendit. Puer vero parvulus prope eum ſtans, viſis lateribus, cum ſe aliquid invenisse, gratulabunda voce ſæpius exclamaſſet, omnes, qui aderant, ſibi intentos reddidit.

* An *radio* vel *funiculo*, ad mutandum?

miro narrantur de Sancto inventa fuiſſe vix credibilia

LECTIO VI. Amiſardus quoque presbyter, quem nuper ab urbe Roma redeuntem B. Etto inviſibili quadam potentia aferreis compedibus eduxerat, advenit; diſſolutoque cemento, ſtupentibus eis, ſacratiſſimum vas aperuit. Eo igitur aperto, inventi ſunt duo breves, vetuſtiſſimis litteris inſcripti; portio quoque cujuſdam pallii, repoſitum ſervans humanum dentem, junctauramque quaſi digiti. LECTIO VII. Continentia autem unius brevis, quem ipſe, multis coram poſitis, legi, in quantum meminiſſe datur, hæc fuit. In hoc loco clariſſimus Yberniensium Epiſcopus Ettho manſionem habuit, qui propter equum, quem aliquando concupivit, oculos, per quos concupiſcentia irruperat, mancipii ſui officio, ſeverus vindex erut, & in hoc facto vaſe reponens, cæcus Romam, Apoſtolorum ſuffragia petiturus, perrexit. D Peregrinatione autem feliciter peracta, ad AUCT. locum iſtum denuo rediit, oculoſque ſuos J. P. propriis manibus, ſuis reconſignans loculis, Deo miſericorditer opitulante, lumen recepit. LECTIO VIII. In alio autem brevi hoc tantummodo ſcriptum legiſſe me memini. Hic repoſuit Ettho, Yberniensis Epiſcopus de corpore S. Clementis Papæ & Martyris. Attendat prudens lector hujus Viri tam affectuoſam ergam Deum devotionem, & pro momentanea concupiſcentia tam ſeveram correctionem. Attendat, inquam, & miretur omnis mundus Exthonis, ſpontanee excæcati tam perfectam juſtitiam, oculoſque recondentis tam ſagacem prudentiam, Apoſtolos requirentis mirabilem conſtantiam, & oculos reſumentis ſpem atque temperantiam. Abſurdum eſt itaque præſulatus honore eum negare ſublimatum, quem & hic legimus Epiſcopum & in geſtis ejus ſacerdotem novimus E appellari; cum in ſacra pagina nomen ſacerdotii, non niſi ſolis Pontificibus ſoleat aſſignari.

aut hic obſervatur:

6 *Male credulus ſit, ut arbitror, qui non ſine idoneo teſte aut unde admittat tamquam vera, quæ narrantur lectione* 6, 7, & 8. *Enimvero prudenter ea omiſſa ſunt in alio Ms., quod habemus, cetera cum jam prolato conveniente. Fides itaque ſit penes Auctorem, qui, ut ſupra dicitur, horum* continentiam *aſſerit ſe legiſſe; adjungens deinde quidnam* in alio brevi legerit. *Id ſi verum eſt; utinam id legerit in documento fide digno, & non apocrypho! Diſplicet præterea clauſula, qua probat* S. Ettonem *fuiſſe Epiſcopum, quia* in geſtis ejus ſacerdotem noviſſe *ſe dicit* appellatum. *Lectiones aliæ, in promptu ſunt ex Ms. Breviario monaſterii Lætienſis. Verum cum illæ non contineant niſi fragmentum vitæ, quam hic damus, parce eas tranſcribere. Aliud præterea Ms. habemus ejuſdem farinæ; circa quod nihil vetat notare obſervationem, Lectioni* 8 *ſubnexam:* Hæ ſuprascriptæ Lectiones leguntur in die natalis ipſius Sancti; quatuor in primo Nocturno; reliquæ quatuor in ſecundo. Per Octavam ipſius nullæ leguntur Lectiones, ſed ſit tantum commemoratio de eo in fine Laudum ac Veſperarum per Antiphonam aliquam & Collectam. *Unde colligas, non fuiſſe unam eandemque ubique locorum Officii cantici in honorem S. Confeſſoris noſtri recitandi rationem.* F

quæ notatione aliarum Lectionum Lectiones quæ hic damus reſellunt.

7 *In manibus verſantur Lectiones, de quibus in earum ectypho adſcribitur, quod ſint* Lectiones 8 Octavæ ſolennitatis ipſius S. Patris Ettonis, quæ nuſquam reperiri *dicuntur* in antiquis Breviariis; *nonnullis autumantibus*, Abbatem Bloſium eaſdem compoſuiſſe & immiſcuiſſe aliqua miracula, meritis Sancti patrata, in 5 & 6 Lectione. *Et recte ibidem obſervatur*, videri aliquibus abſurdum, id quod legitur in 6 Lectione, quod propter equum concupitum eruerit ſibi oculos, & cæcus Romam ierit, concluſis oculis in vaſculo, & quod poſtmodum naturalibus orbibus repoſuerit incorruptos, & viderit; *de quibus nos modo. Quare, reſciſſis iis, quæ agunt de pretenſo hoc miraculo, ſubjicio reliqua:* LECTIO I. Juſtum & dignum eſt, Fratres chariſſimi, ut congratulemur ſanctiſſimo Patri noſtro Ettoni, quem Dominus eductum ex hoc exilio, honorificavit æternæ beatitudinis præmio.

A Nimirum glorioſe modo fulget in cęlis, qui
AUCT. Chriſtum ardentiſſime dilexit in terris. Per-
J. P. veniet feliciter ad beatum locum permanen-
tis jocunditatis, cujus amœnitati & ſuavitati, omne, quod oculus vidit, vel auris audivit, vel in cor hominis aſcendit, comparari non poteſt. Deus occulta pulchritudinis ſuę ei jam manifeſtans, incomprehenſibili conſolatione eum lętificat, torrenteque divinę voluptatis inebriat; pium ejus laborem merces ſubſecuta eſt.

8 *Subditur ibidem* LECTIO II. Ipſe pro Dei amore Hyberniam, in qua natus fuerat, relinquens, egreſſus de terra & cognatione ſua, ut peregrinus veniret Romam ad viſitandum limina beatiſſimorum Apoſtolorum; & ſancta peregrinatione peracta, habitaret in hac Galliarum regione, quam monſtraverat illi Dominus; reliquit honores, contempſit mundum, & omnia tranſitoria arbitratus eſt ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaceret. Verbo vitę ſeminando & ſanctę charitatis opera ſolicite perficiendo, ęternum Re-
B gem ſibi promereri ſumma diligentia ſtuduit. O beatum Virum! qui pro Dei honore animarumque ſalute fatigari, dulce habebat.

LECTIO III. Beati greſſus ejus & ſpecioſi pedes euangelizantis pacem, annunciantis bona! qui toties pro pietate & ſincera erga proximum dilectione laſſati fuerunt. Beatę manus ejus! quę humilibus operibus exercueri ſemper amaverunt; quę Dominici corporis hoſtiam ſalutarem in odorem ſuavitatis Deo toties obtulerunt; quę ſine ira & diſceptatione in oratione toties in cęlum levatę ſunt; quę indigentibus & infirmis tam multiplicia beneficia benigniſſime pręſtiterunt. Beata labia ejus! quę cuſtodiebant ſcientiam. Beatum os illius! quod meditabatur ſapientiam. Beata lingua ejus! quę judicium & miſericordiam loquens, tam multipliciter & opportune vulneribus animarum mederi ſolebat. Beati oculi ipſius! qui ſanctiſſimis fletibus Deum & peccatoribus placabilem, &
C ſibi familiarem ac ſuavem reddere conſueverant.

LECTIO IV. Cordis puritatem a primæ ętate ſtudioſiſſime ſectatus eſt. Propoſuit apud ſe iter immaculatum tenere, pręcavens ſancta animi vigilantia, ne vel mundo vel diabolo ſe ſubjiceret. Viriliter egit, & Deum mente gerens, mundum ac diabolum ſuperavit. Ipſe per arduum vitę tenorem, per ſęcularium curarum abjectionem; per ſpiritualium exercitiorum aſſiduitatem, oculos cordis ſedulo mundavit, ut eos ad veram & ęternam lucem aperire poſſet. Vivifico ſplendori, ſe menti ejus offerenti, occurrere non neglexit. Abſtraxit cor ſuum a rerum viſibilium & ſuipſius amore inordinato, non ceſſans inhiare creatori ſuo: unde & ſuffultus vigore contemplationis, impletus eſt lumine deifico. Quietem & humilitatem eligens, etiam Angelis (quantum fragilitas humana patiebatur) conformare ſe ſtuduit in prędicti exilio. Pax Dei, quę exſuperat omnem ſenſum, requierit ſuper eum: & ipſe delectatus eſt in multitudine ſuavitatis ejus, Sabbatum Domini deſiderium agens in corde ſuo.

LECTIO V. Sed cum nos ad converſationis D ejus excellentiam digne exponendam, nullo modo ſufficiamus, melius eſſe judicavimus, ut ſilendo eam humiliter veneremur, quam balbutiendo, de ea plura dicamus. Quamvis, ſi meritorum ejus ſublimitatem lingua taceat, eam miracula, ab illo per gratiam Dei edita, nequaquam permittent eſſe occulta: nam quod cuidam Jovino manum in momento ſanam reddidit, quæ ob temeritatem in ſe perpetratam inaudito modo præpedita erat, & intolerabili dolore cruciabatur; quid niſi ſingularem ejus ſanctitatem loquitur? Rurſum, quod quemdam bonum paſtorem, qui a nativitate mutus fuerat, in agro dormientem reperiens, & baculo ſuo leniter excitans, ad loquendi facultatem revocavit; quid niſi vitæ ejus perfectionem demonſtrat?

9 *Prætermiſſa Lectione 6 ob rationes ſupra allegatas, tranſilio ad alias.* LECTIO VII: Quamdiu fuit in hoc ſæculo, vitam ſanctam & Deo placentem egit, quam etiam ſancta & pretioſa in conſpectu Domini morte conſummavit: nam ubi jam ex revelatione divina cognoviſſet obitum ſuum eſſe proximum; gaudens & exultans in ſpiritu, gratias egit benigniſſimo Deo, quo auxiliante, bonum certamen certaverat, fidem ſervaverat; unde & finitis laboribus coronam juſtitiæ, de ipſius Domini confidens pietate, exſpectabat. Munivit diligenter exitum ſuum divinis Sacramentis, & ſacram Euchariſtiam ſumma devotione ſuſcepit; ſicque adſtantibus & pſallentibus diſcipulis, ſoluto carnis ergaſtulo, inter orationes exſpirans, feliciſſime migravit ad Dominum; cujus ſacrum corpus cum ingenti luctu & piiſſimis lacrymis ab eiſdem diſcipulis ac aliis fidelibus terræ commendatum, exſpectat in pace diem reſurrectionis noviſſimum, perpetua tunc immortalitate veſtiendum. *Omittitur lectio 6, tamquam ſubdola.* E

LECTIO VIII. Ecce, Fratres chariſſimi, habemus beatiſſimum Patrem noſtrum Ettonem nobis propoſitum, tamquam ductorem, quem ſequamur, & velut doctorem, quem audiamus. Ipſe nobis eſt protector & ſuſceptor fideliſſimus, F ad quem ſecuri confugiamus, & cui nos ac noſtra fiducialiter commendemus. Aperiamus ergo ad tantæ ſanctitatis jubar oculos, tamquam pii lucis filii, & ejus exemplis inſtructi, in propoſito vitæ ſpiritualis proficiamus. Poſtulemus devote auxilium illius inter multiplicia hujus vitæ diſcrimina, ut poſt reſolutionem corporis noſtri, ſanctis ejus interceſſionibus ac meritis perveniamus & nos ad Dominum Deum noſtrum; qui vivit & regnat benedictus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. *Proximus hic ſpectat Officium Sancti proprium, de quo paragraphus ſubſequens.*

§. II. Officium proprium; Sancti invocatio; confraternitas.

Officium proprium ubi recitari ſolitum, & a quo hoc miſſum

QUamprimum S. Ettonis *cultus fuerit coeli incolis lacorum, in quibus vel bonitatis cultu, vel inter bonitatis cultu, intelligi datur in epographo, Officium, magnam partem mortuum, complexo,* recitari & decantari ſolitum in eccleſia pagi, dicti Buyn-Villare, quod eſt in Arteſia, medio fere inter

Digitized by Google

A ter Bapalmas & Atrebatum itinere. *Officium prædictum, ſicut & plura alia inſtrumenta, de quibus illico*, ex diverſis, *ut apponitur*, ſcriptis olim *a ſe* collecta *miſit ad P. Bollandum R. D. Luytens, menſe Novembri anno* 1637, *tum temporis Latienſis ſupprior & magiſter Juniorum, & poſtmodum laudati monaſterii Abbas longe dignitſimus, eodem anno, menſe Decembri Antonio de Winghe ſuffectus, ut dicitur in annot. ad calcem vitæ venerab. Ludovici Blioſii, litt.* a; *cui Antonio, ejuſdemque religioſiſſimo Cœtui quantum debeamus, palam profeſſus eſt jam pridem prædictus Bollandus in Præfatione ad Acta Sanctorum, tomo* 1 *Januarii præfixa, & laudato Abbati dedicata; & Roſweydus antea oſtenderat, quanta veneratione ſibi eſſet Antonius de Winge in proœmio ſecundæ editionis ad Vitas Patrum. Ne longius abeam a propoſito, Officium, de quo hic agimus, ita habet:*

Anti-phona &c. ad Veſpera. 11 *Ad Veſperas ſuper pſalmos Antiphonæ:* Ave pie pater Etho, ave facte ſacerdos, ave dulcis conſolator mœrentium, ora patrem pro filiis; roga Regem pro devotis tibi famulis. *Antiphona* 2. Juſtum deduxit Dominus per
B vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam Sanctorum, honeſtavit illum in laboribus & complevit labores illius. *Antiphona* 3. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina ejus repleta eſt, ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. *Antiph.* 4. Iſte cognovit juſtitiam & vidit mirabilia magna & exoravit altiſſimum & inventus eſt in numero ſanctorum. *Antiph.* 5. S. Etho, tu dulcedo pauperum; tu pius conſolator miſerorum; ora pro nobis. *Capitulum*, Juſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur: aperiet os ſuum in oratione & pro delictis ſuis deprecabitur, & ipſe tamquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur Domino, Deo gratias. *Reſponſorium*. S. Etho, Chriſti confeſſor, audi rogantes ſervulos, & impetratam nobis cœlitus tu defer indulgentiam. *Verſ.* O S. Etho, ſidus aureum Domini gratia, ſervorum gemitus ſolita ſuſcipe clementia. Et
C impetratam. Gloria Patri, *&c.* Et impetratam.

Hymnus. 12 *Hymnus*. Præſulis eximii meritis emicat ecce dies celebris, Qua Deus orbis ab illecebris hunc removens, ſociat Superis. Etho decus ſpecimenque Patrum, terreas calcat, amando Jeſum, Moribus exſuperat vitium, dum puer eſt, agit ipſe virum. Traditur ergo ſacris ſtudiis, ſcire Deum ſatis eſſe piis, Prædicat ore fideque magis, aut quibus eſt caro nexa dolis. Etho flagrans in amore Dei, barbara regna, thronumque Petri Pauper adit, ſed in arce ſpei fixus, amat probra cuncta pati. Limina ſacra Petri ſubiens, ſtratus humi rogat ora gemens, Ac preces cultus Dei feriens, audit acroma polo veniens. Gallia pangat, ait, Domino, teque patrem foveat gremio; Corbrioli locus ipſe tuo clareat Etho patrocinio. Doxa Deo ſit & imperium, cui jubilant ſimul aſtra, ſolum, Quique perenne poli ſolium det famulis Patris ob meritum. Amen. *Antiphona ad Magnificat.* Ad te Chriſte, fili Dei, ad te clamant omnes rei, ut in hoc vitæ ſtadio feſſos idem paracletus reſoveat divinitus, Etho, cujus imperio cæleſtem ſumpſit vitam mentem jacentem viſitet, conſuſcitet ſopitam. O
D AUCT. J. P. quam felix Dei donum, quod perenne confert bonum! *Colleta*. Deus, qui animæ famuli tui Ethonis, Confeſſoris atque Pontificis æternæ beatitudinis præmia contuliſti; concede propitius, ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, ejus apud te precibus ſublevemur. Per Dominum. Benedicamus Domino. *Ad Completorium, ut in pſalterio, vel ut in die dedicationis eccleſiæ, ut ſupra, ratione Octavarum Eccleſiæ Atrebatenſis. Ad Matutinum Invitatorium metricum ſic ſonat:*

Etho Deum laudet, per quem ſuper æthera gaudet; *invitatorium metricum ad Matut. Reſponſoria, &c.*

Nos igitur pſalmis illi jubilemus & hymnis. Venite exultemus. *Sequuntur Antiphonæ in* 1 *Noct.*

Germine fœta ſacro lætetur Hybernia, fructu
Quod tam multiplici regna ſuperna replet.
Hæc ſeptem radiis tenebras illuminat orbis,
Sideribuſque novis latius emicuit.
Septem namque viros, meritorum lumine claros E
Edidit, & claris condecoravit avis.
Verſ. Amavit eum Dominus & ornavit eum. *Reſ.* Stola gloriæ induit eum. *Lectiones tum hic, tum alibi ſupprimo: quia ſunt fragmentum vitæ.*
Reſp. 1. Ad laudem Domini produxit Hybernia ſeptem
Fratres, inſignes cœli quos gloria fecit.
Verſ. Par ſpes, par animus erat illis, & Deus unus.
Inſignes. *Sequitur* 2 *lectio; & poſt hanc Reſp.* 2.
Hos decoravit honor mundi, fulgens & origo.
Sed magis ingenuos dedit actio menſque beata.
Verſ. Dignos laude viros, tibi, ſacrum Flamen, alumnos
Dedit actio. *Sequitur Lectio* 3, *& poſt hanc Reſp.* 3.
Horum de numero venerandus claruit Etho,
Cum pia progenies mores ſacravit heriles
Verſ. Unctio ſancta Dei, quæ doctrix affuit illi
Mores ſacravit. Gloria Patri. Mores.

In 2 *Nocturno Antiphonæ ſic ſonant.*

Voti concordes effecit gratia Fratres, *Antiphona, 2 Noct. &c.*
Quos ſpes atque fides fecerat eſſe pares.
Hi natale ſolum liquerunt, æquora, Chriſto F
Remige, ſulcantes, extera regna petunt.
Fluctibus emenſis nebuloſi poſt juga montis
Sacra Petri ſubeunt cum prece, cum lacrymis.
Verſ. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.
Reſp. Et oſtendit illi regnum Dei. *Sequitur Lectio* 4.
Reſp. Traditus Etho ſacris animo vigili documentis,
Prædicat eſſe pium, ſuper omnia quærere Chriſtum.
Verſ. Mundum cum flore, divino ſprevit amore. Prædicat. *Lectio* 5; *& poſt hanc*
Reſp. Etho domum, patriam, mundum cum flore reliquens,
Verna bonus, Domini gremio meruit refoveri.
Terrea cuncta terens, cœloque potenter inhærens. Verna.
Sequitur Lectio 6, *& deinde*
Reſp. Plenus amore pio mare tranſiit, ac duce Chriſto,
Solvit Apoſtolicis Roma ſua vota trophæis.
Silvit. Gloria Patri. Solvit.

AUCT. *Antiphonæ 3 Nocturnis Antiphonæ* :

Cælitus implorant, quibus hæc mortalia condant
Membra ſub hoſpitiis, oſſa quibus tumulis.
Chriſtus ſervorum miſerens, ubi quiſquis eorum
Jus caperet ſedis, innuit a ſuperis.
Sedit ab his unus Etho, qua fonte refuſus
Manat Corbriolus, cælitus exhibitus.

Verſ. Juſtus ut palma florebit. *Reſp.* Sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Sequitur lectio* 7, *& mox*

Reſp. Etho ſacris precibus lacrymiſque peramplius inſtans
Mente polum penetrat, dignis affatibus adſtans.

Verſ. Externa tranſgreſſus, ad ſpiritualia rapeus
Mente polum: *Lect.* 8.

Reſp. Summus apex celſi ſolii moderator & arvi
Orantem famulum recreavit aeromate tali.

Verſ. Gallia lætetur, & te paſtore regatur.
Orantem famulum. *Lect.* 9.

B *Reſp.* Etho divinæ per ſæcla ſerax medicinæ
Clade piat populum, fugat impia, gentis aſylum.
Subvenit afflictis, miſeris ſolatia præſtat.
Clade. De Deum laudamus.

Verſ. Os juſti meditabitur ſapientiam. *Reſp.* Et lingua ejus loquetur judicium. *Ad Laudes Antiphonæ*:

Felix Confeſſor, trinæ Deitatis amator,
Audit de cælis ſemel & bis oroma * ſalutis.
Manſio ſignatur primum, poſt tumba jubetur
Quæri, cumque dies vitæ poſtrema vocatur,
Poſthuma facta Patris, dando ſuffragia multis,
Lucis eum ſedem teſtantur habere perennem.
Vota ſacerdotis acceptans, carcere vinclis
Ereptum recreat, ſpondenſque ſalubria firmat
Æger abit ſanus, mœrens ſolamen adeptus,
Nullus inexpertus opis eſt, Pater omnibus aptus.

* aeroma.

Capitulum. Collaudabunt multi ſapientiam juſti, & uſque in ſæculum non delebitur; non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiretur a generatione in generationem. Deo C Gratias. *Hymnus*. Præſulis eximii, *ut ſupra*. *Verſ.* Juſtus germinabit ſicut flos. *Reſp.* Et florebit in æternum ante Dominum. *Antiph. ad* Benedictus. Exultemus hodie ſimul, & cantemus, Patris noſtri gloriæ pia vota demus, qui de mundi voragine feliciter ſublevatus, gaudet cæli lumine divinitus illuſtratus, nullam timens jacturam. Pro nobis Deo ſupplica ſancte Pater & vendica lætitiam futuram. O quam felix Dei donum, quod perenne confert bonum! *Canticum* Benedictus. *Oratio ut ſupra.*

Ad 2 Veſperas antiphonæ de laudibus ſuper pſalmos feriales. Capitulum. Dedit Dominus confeſſionem S. Ethoni, & excelſo in verbo gloriæ; de omni corde ſuo laudavit Dominum, dilexit Deum, qui fecit illum. Deo gratias. *Hymnus*: Præſulis, *ut ſupra*. *Ad* Magnificat *Antiph.* O Jeſu Chriſti bonitas, o gratia! dirige noſtras ſamitas ad præmia, quæ ſervas Fidelibus ob meritum virtutis; da tuis ſupplicibus Ethonem refugium ad gaudium ſalutis. O quam felic Dei donum, quod perenne confert bonum! *Oratio ut ſupra.*

Miſſa. 13 *Hunc ſpectat, quod* in Miſſis particularibus Ord. S. Benedicti & eccleſiæ S. Lamberti D Lætienſis ex Miſſali Ms., impreſſis Montibus anno 1640, XVII Maji in feſto commemorationis S. Ettonis Ep. & Conf. *dicatur Miſſa* Protexiſti. *Epiſtola*, Dilectus Deo & hominibus. *Evangelium*: Homo quidam peregre; *ut notatum reliquit Papebrochius, addens præterea, quod* X Julii in die natali ejuſdem *dicatur Miſſa* Statuit. *Ubique Oratio:* Majeſtati tuæ nos, quæſumus Domine, B. Ettonis Confeſſoris tui atque Pontificis interceſſio ſancta conciliet, ut a vitiis & impedimentis hujus ſæculi abſoluti, te ſolum vere diligamus, & libero corde ad æterna feſtinemus.

Pro quorum malorum ſoſpitate invocari ſoleat S. Etto.

14 *Idem Ms. a laudato Domino Abbate huc miſſum, docet, in quorum morborum aut neceſſitatum remedium ſoleat hic Sanctus invocari, materiam hanc explanans verbis ſequentibus*: Sicut plerique Sanctorum in cælo regnantium particularem habent ex divini diſpenſatione decreti gratiam, meritis ſuis & interceſſione juvandi in hoc exilii carcere degentes, atque e variis morborum moleſtiis relevandi (ſi tamen debita cum invocatione ex toto corde eorum patrocinia requirantur) ita E noſter hic Sanctus obtinuit a liberali diſpenſatore Deo virtutem prolongandi iis vitam (ſi tamen expediat) qui in extremis agunt. Solet etiam ad eum peregrinatio inſtitui a Fidelibus ad dictum Prioratus locum pro conſervatione ac ſoſpitate boum, vaccarum & animalium caballini generis, ac ereptione ab iis, quibus interdum detinentur malis ac languoribus. *Id quod videre eſt in ſubjecta tabella; partim ex dictis intelligenda, partim ex dicendis in vita a num.* 12, *ubi narratur Sanctus bubulco, muto a nativitate, loquelæ uſum dediſſe percuſſione baculi ſui; quod miraculum hic expreſſum cernis.*

F

S. ETTO HYBERNVS EPISCOPVS.

De ejus confraternitate.

15 Iſtud etiam, *inquit laudatum Ms.*, maxime prodit cultum & venerationem eximiam fidelium erga dictum Sanctum, quod in parochiali eccleſia loci Deni-Petri, erecta ſit confraternitas ſub patrocinio nominis illius,

A lius, cui multi inscribunt nomina sua, estque de ejus institutione, ut primo in illam ingressu 12 stuferi in oblationem erogentur; ac demum quotannis tres semisses pro augustissima unius Missæ hebdomadatim celebrandæ actione. *Quo anno dicta confraternitas fuerit erecta, ibidem non lego. Constat Confraternitatem aliam in pago Bienvillers, Illustrissimo Atrebatensi subjecto nondum erectam fuisse die* XVI *Junii anno* 1630, *quamvis tum temporis ordinatum esset ab eodem Illustrissimo Atrebatensi, ut erigeretur sicut fidem facit in suis litteris Guilielmus Wallet, pastor dicti pagi Bienvillers; causam dilationis esse scribens*, magnam divisionem, quæ est inter parochianos, (duæ enim existunt ecclesiæ *in eodem pago*) qualibet parte contendente, suam esse ecclesiam parochialem. *Atque ex his manifestum est, non vulgarem S. Ectoni in partibus Hannoniæ impendi venerationem; quæ præterea solidissime probatur ex iis, quæ nos ad idem propositum prosequemur.*

B

§ III. Festivitas annua; tumba; miracula; locus, ubi quievit olim corpus, Abbatiæ Lætiensi subjectus, ac possessionibus ditatus; corpus inde absportari vetitum.

Anima Sancti venerationi, solemni supplicationi frequentatæ;

Idem, quod supra, Ms. præterea quotannis, *inquit*, redeunte solenni die Ascensionis Dominicæ, celebratur dedicatio capellæ Prioratus, Missarumque solemniis peractis, fit celebris processio, ad quam tam ex Belgii nostri, quam vicinarum provinciarum propinquis & remotis locis congregatur ingens populorum agmen, votorum Sancto persolvendorum gratia. Decima autem Julii, qua ejus natalis recurrit, incolis loci admodum celebris habetur. Ab omni servili opere abstinent, tantusque tamque extensus est processionis circuitus (sub qua ipsanotheca quadriga transvehitur, plurimorumque comitatus equitum subsequitur) ut facile trium leucarum C spatio producatur. Officium natalis in parœcia loci idem prorsus est cum eo, quod canitur in monasterio Lætiensi, omnesque Octavæ dies celebres inibi habentur.

in tumba antiqua sculptum exhibetur tamquam Episcopi; miracula scripta non consequta.

17 *Tum nullo verborum intersecto ita differitur ibidem de sancti Confessoris tumba*: Quomodo autem & quando corpus e terra elevatum fuerit, non est litteris proditum. Hoc tamen silentio non est prætereundum, quod in navi ecclesiæ parochialis Doni-Petri, videre sit e regione summi altaris antiquam tumbam lapideam, erectam in memoriam ejus, super qua visitur jacens sculptus in candido ladide picto, forma pontificali cum mitra & pedo. *Et de miraculis quidem sequuntur hæc pauca*: Quod spectat ad signorum & miraculorum virtutem; non dubitamus hactenus in illis efficiendis eum mirabiliter excelluisse utrobique locorum (Intelligo tam Lætiis, quam in capella Prioratus) ac etiamnum in iis continuandis mirabilem esse; quod satis patet ex frequentibus invocationibus ac etiam crebris peregrinationibus fidelium, quibus illum venerantur & ad sua devocant auxilia. Verum hactenus in neutro fuit loco consuetudo, ea in scripta redigendi.

18 *Nicolaus, Episcopus Cameracensis, numero apud Sammarthanos inter istos Præsules* XLII, *diploma edidit in favorem loci, ubi corpus Sancti nostri olim requievit, tria potissimum capita complexum; mirum donationes, a loci illius Domino abbatiæ Latiensi factas; tum locum ipsum, Donum-Petri, vulgo* Don-Pierre, *prædictæ abbatiæ subjectum, cum privilegio ibidem constituendi monachos tot, quot ex assignatis ibidem donationibus sustentari poterunt. Denique prohibitionem severam, quæ interdicitur, ne quis Sancti corpus alio transferre præsumat. Habes ipsum diploma, in quo singula tute videas expressa.* In nomine Domini, Ego Nicolaus, Dei gratia Cameracensis Episcopus, generationi huic, & ei, quæ ventura est in perpetuum. Quia ea, quæ legitime & ordine canonico ab Episcopis & Principibus, & ceteris Christi fidelibus. ecclesiis contraduntur, tempore, intervenente longævitate, frequenter a memoria elabuntur, ea, quæ a nobis pie & canonice acta sunt, scripto notare & posterorum memoriæ commendare, utile duximus. Sciant igitur tam præsentes, quam futuri, quod Willelmus de Dono-Petri ob salutem animæ suæ & prædecessorum & successorum suorum altare de Fiffau cum appenditio suo, Dono-Petri, cum omnibus, quæ possidebat, tam in allodiis, quam in manibus firmis & allodio de Florbech in servis & ancillis, in terris censualibus, in campis, pratis, nemoribus, aquis & omnibus usibus, ad ipsum & ecclesiam B. Ectonis jure pertinentibus; duo etiam altaria Scarbes & Florsies, cum omnibus ad eam pertinentibus in nostras manus libere & absolute ad opus ecclesiæ de Lætiis resignavit.

videlicet donationes esse Latiensi factas, locum Doni Petri eidem subjectum, corpus S. Ectonis asservari vetitum.

16 Nos vero ob nostram nostrorumque salutem & remedium animarum, hæc omnia supradicta libere & absolute ecclesiæ de Lætiis (salvo synodali & Episcopi, ministrorumque ejus jure) tradidimus, eo tamen tenore, & conventione, ut ecclesia de Lætiis in ecclesia de Dono Petri monachos tot, quibus supradicta ad victum & vestitum sufficere queant, collocabit. Dominus vero Abbas ipsum locum ad honorem Dei & corporis sacri, ibidem requiescentis in acquisitis & acquirendis honorare & manu tenere, servitiumque ibidem ordinare debebit. Quoscumque apponere vel deponere voluerit, in ejus voluntate & dispositione erit. Illud etiam non credimus prætermittendum, quod sacrum S. Ectonis corpus nullus abbatum, nullus monachorum, nulla omnino persona a loco suo, ut alibi translatum remaneat, removere debebit. Quod si totius hujus conditionis pactio minus caute vel negligenter ab ecclesia de Lætiis vel Abbate observata fuerit, qualiter corrigi debeat, in Domni Episcopi & ecclesiæ Cameracensis concilio permanebit. Ut autem hæc rata & inconvulsa perpetuo perseverent, præsentem paginam conscribi, & sigilli nostri impressione muniri fecimus, data conservatoribus benedictione & pace, in violatores sententiam excommunicationis promulgamus. Acta sunt hæc publice in conspectu ecclesiæ nostræ anno Domini MCLXII, Episcopatus nostri XXVI. S. Theodorici Præpositi & Archidiac., S. Joannis Alardi, S. Evrardi Archidiac., S. Hu-

D AUCT. J. P. *Diploma, datum a Nicolao Ep. Cameracensi, tria potissimum capita complexum, hic exhibetur.*

E

F

A gonis Decani, S. Gualteri Cantoris, S. Joannis Gualteri Sacerdotum, S. Bartholomæi Gualteri Levitarum, S. Roberti, Anſelmi ſublevitarum.

AUCT. J. P.

20 *Hujus diplomatis ſubnectit pluries memoratum Ms.*, hic obiter declarandum, quid de prædicto Guilielmo de Dono-Petri liber obituum domus noſtræ Lætienſis: ubi ſic legi, *ibidem perhibetur*: Pridie Nonas Octobris Piæ memoriæ Guilielmus ſancte obiit; cujus beneficium eſt eccleſia de Dono-Petri; corpus B. Ettonis, altare de Ficiaco, altare Sclarbis, de Floreſies, allodium de Florbec, totaque villa cum appendiciis ſuis, cum claſſico & XII pauperibus. In cujus anniverſario Prior de Dono-Petri Conventui XX ſolidos procurabit. *Chronicon Lætienſe ſic breviter in eodem Ms.*: Guilielmus de Dono-Petri dedit Lætienſi cœnobio eccleſiam Doni-Petri, corpuſque B. Ettonis, ſimul confereas multas poſſeſſiones. Scribitur hic Guilielmus fuiſſe monachus & acolythus. Obiit VI Octob. die, anno MCLX. *Porro ad plenioremnotitiam iſtius Guilielmi, apponuntur in Ms. ea, quæ Ludovicus Bloſius ad prædictum locum in Chronicis Lætienſibus obſervavit. Quæ cum contineant ſeriem genealogicam, aliquos e familia Dono Petri deſcendentes complexam, tacitus præterco, tamquam a noſtro inſtituto alienа.*

Donator eccl. Doni Petri factus monachus Lætienſis.

B

21 *Pergit Ms. ad munificas donationes, immunitates ac privilegia, quibus eccleſia Doni Petri cumulatiſſime ornata fuit.* Neque vero ſolum Wilhelmus de Dono Petri eccleſiam B. Ettonis largiflua patrimonii ſui donatione locupletavit, ſed & aliæ devoræ perſonæ hanc eamdem eccleſiam ſtuduerunt dotare & augere temporalibus bonis ad animarum ſuarum ſalutem; inter quas elucet etiam Juinus de Dono-Petri, prout patet ex binis litteris confirmationis Petri Electi Cameracenſis: *quarum priores in hunc modum ſe habent.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Petrus Dei gratia Cameracenſis Electus, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Diligenter ſibi cavit in inventione litterarum humana induſtria: nam per earum monumenta, quæcumque in præſentia ſæcularium ſeu eccleſiaſticorum Judicum facta vel recognita ſunt, poſteritatis memoriæ retinenda traduntur. Ea propter tam præſentes quam poſteros ſcire volumus, quoniam Juinus de Dono-Petri pro ſalute animæ ſuæ & Prædeceſſorum ſuorum, quidquid in eadem villa omnimodis poſſidebat cum ceſpite & ramo in eccleſia S. Ettonis, cujus perſonatus eſt eccleſiæ Lætienſis, ſolemniter ſuper altare poſuit, & coram omnibus parochianis in eleemoſynam eidem eccleſiæ donavit & conceſſit, uxore ſua & filiis præſentibus & ratum habentibus. Ea tamen in hac donatione interpoſita eſt conditio, quod prædicti Juinus & uxor ejus & filii in vita ſua ejus poſſeſſionis uſum fructum perciperent, eccleſia retinente rei dominium & proprietatem.

Recenſentur inſtrumenta authentica

C

22 Teſtes Helgotus Abbas Lætienſis, Wilelmus clericus de Dono-Petri, Gonterus clericus, Bernardus & Ingobrannus presbyteri, Symon & Emelinus milites; duo vilici Joannes de Condet, Joannes de Leſſuel. Poſtmodum autem in obitum filii ſui Philippi ſæpe dictus *Juinus*, & filii ejus, quod prius fecerant, ſecundo recognoverunt, Emelino fratre ejuſdem Philippi præſente & concedente, qui priori non interfuerant donationi. Quidquid etiam citra Haiam Aveſnenſem aut in vicinia Doni-Petri poſſidebant cum ceſpite & ramo, ſuper altare S. Lamberti Lætienſis, nomine eleemoſynæ, Deo & eccleſiæ obtulerunt. Teſtes Arnulphus vilicus Aveſnenſis, Symon & Willelmus juvenis, totuſque Conventus Lætienſis. Tertio autem Robertus filius Juini, aſtante patre ſuo jam monacho Lætienſi in præſentia noſtra apud Lætias, quod bino firmaverat conceſſu, tertio complevit ſub his teſtibus Willelmo de Dono-Petri, Rogero de Wauria, Ægidio de Contricort, Magiſtro Gerardo & aliis plurimis. Ut igitur hæc donatio firma permaneat, eam confirmamus & ſigillo noſtro corroboramus. Actum anno Domini MCLXXII.

dionis.

D

23 *Poſteriores litteræ Petri Electi Cameracenſis de eadem donatione Juini de Dono Petri, factæ eccleſiæ S. Ettonis, & de recognitione filiorum Juini his verbis concinnatæ fuerunt:* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen. Ego Petrus Dei gratia Cameracenſis Electus, univerſis eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Non parum quibuſlibet in negotiis emolumenti confertur, dum id, quod amicitiæ opera & impenſis collectum & adunatum fuerit, matris concordiæ ſtudio & tranquillitate conſervatur. Ideo eccleſiaſticis in pactionibus ne diſcordiæ tenebris obſcurentur, quæ luce claritatis gaudere debent, omnimodis eſt elaborandum. Agamus igitur, quod poſterorum illuminationi, ignorantiæ diſcuſſis involucris, proficiat, cui quodlibet ſiniſtræ partis occurrere metuat. Notum tam præſentibus, quam eorum poſteris, fieri volumus, Juinum de Dono-Petri ad animæ ſuæ ſalutem ſibi vigilanter proſpexiſſe, & quidquid in parochia villæ prædictæ omnimode poſſidebat cum ceſpite & ramo, ſolenniter in eccleſiæ S. Ettonis, ad eccleſiam Lætienſem pertinentis, annuente uxore ſua & filiis, in conſpectu totius eccleſiæ, poſt ſuum & filiorum ſuorum deceſſum & Uxoris ſuæ, Deo obtuliſſe, uſufructuario, dum adviverent, ſibi eiſque reſervato.

eccleſia de Dono-Petri conceſſarum,

E

Inſcriptiones teſtium.

24 Huic donationi teſtes adfuerunt Dominus Abbas Helgotus, Guillelmus clericus de Dono-Petri Gonterus clericus, Bernardus & Ingolerandus presbyteri, Symon & Emelinus milites, duo vilici Joannes de Cuyndet, Joannes de Leſſuel. Poſtmodum autem in obitu filii ſui Philippi, quod prius fecerant, ſecunda recognitione allegaverunt, & Emmelinus frater ipſius Philippi, qui priori donationi abfuerat, huic ſecundæ interfuit, & quidquid citra Haiam Aveſnenſem, aut in vicinia villæ, quæ Donum-Petri vocatur, aut Fiſciaci omnimodis poſſidebant cum ceſpite & ramo ſuper altare S. Lamberti in eccleſia Lætienſi, Deo obtulerunt. Hujus donationis teſtes ſunt Arnulphus villicus Aveſnenſis, Symon Guillelmus juvenis, & omnis conventus Lætienſis. Tertio autem Robertus, filius ipſius Juini, aſtante Patre ſuo, jam monacho Letienſi, in præſentia Domni Petri Cameracenſis Electi, apud Lætias, quod bino firmaverat conceſſu, tertio complevit. Hujus conceſſionis teſtes ſunt Willelmus de

F

Dono-

A Dono-Petri ; Rogerus de Wauurin , Gilio de Gondricort , Magiſter Gerardus , & alii quam plurimi. Actum anno incarnati Verbi MCLXXII.

alia donatio.

25 *Theodoricus quidam , Dominus de Wallecuria ſumo quoque affectum erga eccleſiam Dominæ Petri ſæpe dictam , teſtatum eſſe voluit annua ſolutione ; de qua exſtat inſtrumentum ſequens :* Univerſis, præſens ſcriptum inſpecturis , Theodoricus, Dominus de Wallecuria , veritatem agnoſcere. Noveritis , quod nos divina inſpirante gratia eccleſiæ B. Etthonis de Dompierre , ut ipſius apud Chriſtum adjuvemur meritis, duodecim Namurcenſes* in die beati Andreæ Apoſtoli de reddita meo eidem eccleſiæ vel nuntiis ſuis apud VVallecuriam perſolvendos in perpetuum contulimus. Ut autem hoc ratum & inviolatum permaneat , præſens ſcriptum ſigilli mei munimine dictæ eccleſiæ tradidi. Actum anno Domini MCCXXXIV.

*numos

B *privilegia & immunitates*

26 *Quod vero privilegia & immunitates loci in Prioratu Dom-Petri quondam extiterint , colligi videtur vel ex ſolo reſcripto Illuſtriſſimi Cameracenſis , Guidonis de Laon , hac verborum forma exarato.* G. *(id eſt* Guiardus de Lauduno , *alias* Guido, *uti eſt apud Sammarthanos*) Dei gratia Cameracenſis Epiſcopus, omnibus , præſentes litteras viſuris, ſalutem in Domino. Cum ad prioratum S. Etthonis de Dono-Petri , quæ eſt domus eccleſiæ Lætienſis , noſtram viſitantes diœceſim , divertiſſemus, ibidemque , noſtris urgentibus negotiis , pernoctaſſemus ; notum eſſe volumus univerſis, quod pro aliquo jure noſtro vice illa non divertimus ibidem, nec quod per hoc nobis vel dictæ domui præjudicium generetur . Datum anno Domini MCCXLII. Feria vante Dominicam, quæ cantatur , Eſto mihi *obſervat horum documentorum collector , laudatum Antiſtitem operam non ſegnem* attuliſſe cum aliis quibuſdam ad inſtitutionem feſti Venerabilis Sacramenti , revelatam S. Corneliæ , dictæ de monte de Corvillon ; atque etiam corpus S. Gaugerici in ea, qua nunc requieſcit , capſa collocaſſe anno MCCXLV ; *quem Sammarthani ponunt naturæ debitum perſolviſſe in Affligemenſi cœnobio,*

C *Ordinis S. Benedicti in Belgio , anno* 1247.

§ IV. Corpus Sancti primo Montes Hannoniæ, inde Lætias translatum & honorifice recondicum.

Epiſcopus Cameracenſis

UTraque *hæc translatio aſſeritur in copia ſcripti , ab Illuſtriſſimo Domino Roberto de Croy , Epiſcopo Cameracenſi , ſuper hoc ve exarati , cujus exemplum hic exhibeo , e manuſcriptorum collectore aliis rebus, huc pertinentibus, inſertum:* Univerſis & ſingulis , præſentes litteras inſpecturis , viſuris , lecturis pariter & audituris , Robertus de Croy , Dei gratia Epiſcopus & Dux Camerecenſis, Princeps ſacri Imperii , Comes Cameracenſis , &c. Judex & executor ad infraſcripta, auctoritate Apoſtolica ſpecialiter commiſſus & deputatus , ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteris ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri , D. Pauli, divina providentia Papæ IV in forma Brevis ſub annulo, Piſcatoris , chordula pergamineæ circumdato, expeditas , ſanas quidem & integras , non vitiatas , non cancellatas , nec aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, nobis pro parte Reverendi Patris , Domini Ludovici de Blois, moderni Abbatis , & Conventus monaſterii Lieſſienſis , Ordinis S. Benedicti , Cameracenſis diœceſis , principalium in eiſdem litteris principaliter nominatorum , coram notario & teſtibus infraſcripris præſentatas , Nos, cum ea, qua decuit , reverentia recepimus hujuſmodi ſub tenore:

D AUCT. J. P.

exhibet litteras.

28 A tergo videlicet , Venerabili Fratri, Epiſcopo Cameracenſi : intus vero in ſuperiori margine , Paulus Papa IV , & deinde poſt. [Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii , Ludovicus de Blois , modernus Abbas & Conventus monaſterii Lieſſienſis , Ordinis S. Benedicti , tuæ diœceſeos , quod dictum eorum monaſterium habet in capſa lignea reconditum corpus S. Etthonis Confeſſoris , quod in oratorio ſeu capella cujuſdam dicti monaſterii regularis ſeu ab eo dependentis loci , Prioratus nuncupati , ſiti in pago ſeu villa, qui vel quæ Donum-Petri dicitur, etiam tuæ diœceſis , ab uno monacho ejuſdem monaſterii , de illius pro tempore exiſtentis Abbatis licentia , in dicto loco habitante , cuſtodiri ſolet , etiam nunc propter bellum , eo quod pagus ſive villa hujuſmodi in finibus Comitatus Hannoniæ juxta Franciam ſitus eſt , ad quamdam ipſius monaſterii domum in oppido Montenſi, ſimiliter tuæ diœceſis , ſitam , prout ſemper tempore belli tranſportari conſuevit , tranſportatum exiſtit . Et , ſicut eadem expoſitio ſubjungebat , ipſi , ut dictum Corpus in majori habeatur veneratione , ipſiſque inde major proveniat conſolatio ſpiritualis , cupiunt illud ad locum digniorem , ipſum videlicet eorum monaſterium , in quo divina Officia quotidie religioſe & devote celebrantur , & diſciplina religionis debite & honeſte ſervatur, transferri ſeu tranſportari facere ; id tamen abſque noſtra licentia ſibi licere dubitant.

E

F

29 Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt , quatenus eis dictum Corpus (ut præfertur) transferendi ſeu tranſportari faciendi licentiam concedere , aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur , qui religioni deditarum perſonarum votis , per quas eorum ſpirituali conſolationi conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, libenter annuimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de præmiſſis certam notitiam non habentes, Fraternitati tuæ per præſentes committimus & mandamus, quatenus, ſi eſt ita , eiſdem Ludovico Abbati & Conventui , ut dictum corpus de Oratorio ſeu capella aut domo hujuſmodi , ad dictum eorum monaſterium reverenter & cum debita pompa ſive reverentia transferre ſeu tranſportari facere , ac in aliquo eccleſiæ ipſius monaſterii condecenti loco reponere & ibidem perpetuo retinere , cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita ; ita tamen , quod ipſi in oratorio ſeu capella hujuſmodi , aliquod os ſeu particulam ejuſdem corporis , ad conſolationem populi dicti pagi ſive villæ relinquere ſeu illuc tranſ-

a Paulo IV PP. ad ſe datas ,

Digitized by Google

A transmittere teneantur, libere & licite valeant, licentiam auctoritate nostra concedas; AUCT. J. P. contradictores quoslibet per censuras ecclesiasticas & alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

quibus ordinatur corpus S. Ettonis Leviat deferri:

30 Non obstantibus quibusvis Apostolicis, nec non bonæ memoriæ Nicolai, olim Episcopi Cameracensis, ac in provincialibus & synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ipsiusque regularis loci fundatione ac monasterii & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis ac litteris Apostolicis etiam monasterio, Ordini & loco prædictis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis & innovatis, etiamsi in B illis inter alia caveatur expresse, quod nullus Abbatum, nullus monachorum, nullave alia persona dictum corpus a loco suo, ut alibi translatum remaneat, amovere possit. Quodque si id ab Abbate minus caute & negligenter observetur, qualiter corrigi debeat, in Episcopi pro tempore existentis & ecclesiæ Cameracensis consilio permaneat. Quibus omnibus tenoris illorum ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur præsentibus, pro expressis habentes, quoad præmissa specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die XXII Julii MDLV, pontificatus nostri anno primo. Hieronym. Gadicen. V. Macharanus.]

quorum exigere diffuit scopus

31 Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis, & per nos (ut præmittitur) factas, fuimus pro parte eorumdem Dominorum Abbatis & Conventus principalium, in eisdem C litteris principaliter nominatorum, debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem præinsertarum litterarum Apostolicarum & contentorum in eisdem procedere, eisque corpus S. Ettonis confessoris, reconditum in quadam capsa lignea, quod in oratorio seu capella cujusdam dicti monasterii regularis, seu ab eo dependentis loci, Prioratus nuncupati, siti in pago seu villa, qui vel quæ Donum Petri dicitur, nostræ Cameracensis diœcesis, ab uno monacho ejusdem monasterii custodiri solet, & quod pro nunc occasione guerrarum proxime præteritarum ad domum dicti monasterii, sitam in oppido Montensi dictæ nostræ diœcesis, prout hactenus consuevit, occurrentibus gueriis transportatum reperitur, ad dictum monasterium Liessiense transferendi ac in ecclesia dicti monasterii in aliquo loco condecenti honorifice reponendi, licentiam concedere dignaremur juxta traditam seu directam per eos a Sede Apostolica nobis formam.

32 Nos igitur Robertus Episcopus, judex & executor præfatus, attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, volentesque mandatum Apostolicum, nobis in hac parte directum, reverenter exequi, ut tenemur, quia informationi fiendæ super verificatione contentorum in eisdem litteris ob nostram gravem infirmitatem interesse non valemus, reverendum patrem, Dominum Martinum Cuperum, Episcopum Chalcedonensem, Abbatem de Crispinio, suffraganeum nostrum, ac venerabilem Dominum Magistrum Gabrielem Caillè, Officialem nostrum, qui una cum provido viro, Adriano Loir, notario publico & audientiario nostræ curiæ spiritualis Cameracensis, hujusmodi informationem, nobis postea reportandam, debite facere habeant, viva voce deputandos duximus & deputavimus. Qui quidem Domini Suffraganeus & Officialis, onere deputationis hujusmodi in se suscepto, informationem super contentis in eisdem litteris fecerunt, ac illam nobis reportarunt. Et quia tam ex productione diversorum jurium & munimentorum pro parte eorumdem Dominorum Abbatis & Conventus, coram eisdem Dominis suffraganeo & Officiali facta, quam testium etiam productorum & per eos diligenter auditorum & examinatorum, dictis & depositionibus exposita, deducta & narrata in præinsertis litteris Apostolicis fore vera reperimus; idcirco auctoritate Apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatis Dominis Abbati & Conventui, ut dictum corpus B. Ettonis Confessoris a dicta domo ad præfatum eorum monasterium Liessiense reverenter & cum debita pompa sive reverentia transferre seu transportari facere, ac in aliquo ecclesiæ ipsius monasterii condecenti loco reponere, & ibidem perpetuo retinere, cujusvis licentia super hoc minime requisita; ita tamen, quod ipse Abbas & Conventus in dicto oratorio seu capella de Dono-Petri aliquod os seu particulam corporis ejusdem S. Ettonis ad consolationem dicti pagi seu villæ effectualiter transmittere teneantur, libere & licite valeant, auctoritate Apostolica præmissa, nobis in ea parte concessa, licentiam dedimus & concessimus, damusque & concedimus per præsentes.

D *commissa suffraganeo suo, aliisque, debita vel informationes*

E

F

facultatem dat, corpus ad dictum locum transferendi.

33 Quæ omnia & singula vobis omnibus & singulis supradictis vestrumque cuilibet in solidum intimamus, insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cujuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes, nec de præmissis aut eorum aliquo ignorantiam aliquam prætendere valeatis, seu etiam quomodolibet allegare. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes litteras, manu nostra propria subscriptas, processum nostrum in se continentem fieri, & per eumdem Adrianum Loir, notarium & audientiarium nostrum, supra & infrascriptum subscribi & publicari mandavimus, sigillique nostri fecimus & jussimus appensione communiri. Datum in civitate nostra Cameracensi anno Domini MDLVI, die XVII mensis Julii, pontificatus ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ anno secundo, præsentibus ibidem discretis viris, Dominis magistro Guil-

Digitized by Google

A Guillelmo Claix, canonico eccleſiæ Cameracenſis & Joanne Ricquier, clerico Morinenſis dioeceſis, familiari noſtro, teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis. Paulo infra ex latere erat ſcriptum R. de Croy. Et parum inferius ſub plica erant hæc verba: Et ego Adrianus Loir, clericus, Atrebatenſis dioeceſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus, & in archivio Romanæ curiæ deſcriptus notarius, juxta Cæſareæ Majeſtatis ſanctionem admiſſus, quia præmiſſis omnibus & ſigillis interfui, ideo hic me cum præfati Reverendiſſimi Domini, D. Epiſcopi Cameracenſis manus propriæ ſubſcriptione & & ſigilli appenſione ſubſcripſi, rogatus & requiſitus, cum ſigno ejuſdem notarii ex latere, cui ſcriptum erat: Fides juſtitiæ fundamentum. Super plicam erat ſcriptum. Per Dominum Revmum. & Illmum Lemanguier.

34 *Habes de ſacris* S. Ettonis *exuviis, ac-*
Ornatus reliquiarum *ceſſione bellorum primo Montes Hannoniæ, ut tutiore loco eſſent, deinde in abbatiam Lætienſem, majoris venerationis gratia translatis; nunc cognoſce eas, quæ ſæpe dictam translationem conſecutæ ſunt, reliquiarum decorationes, Ampliſſimi Abbatis Bloſii* teſtimonio *authentico confirmatas, quibus teſtatum facit de lipſanotheciis, ad continendas dictas reliquias deſtinatis, quid actum fuerit. En tibi ejus verba*: Anno tertio, poſtquam corpus S. Ettonis in eccleſiam Lætienſem ex conſenſu & ordinatione tam ſummi Pontificis quam Epiſcopi Cameracenſis translatum fuerat, hoc eſt, anno Domini MDLIX, ego Ludovicus de Blois, indignus Abbas monaſterii Lætienſis, curavi fieri & deargentari, deaurarique ad honorem prædicti Sancti, tabernaculum quoddam, quatuor columnis fulcitum, ad reponendum in medio ejus parvum feretrum ſeu capſellam, reliquiis ejuſdem ſancti Ettonis nobilitatam, quæ ſimul cum majori antiquoque feretro, corpus ipſius B. Ettonis continente, diu in oratorio prioratus noſtri de Dono-Petri ſervata fuit. In cujus etiam tabernaculi parte ſuperiore ac tecto repoſui (antequam clauderetur) maximum pulcherrimumque os præfati Sancti cum ſua veteri theca
C lignea, ad ſimilitudinem brachii humani facta, cui erat inſertum. Repoſui item in eodem tecto venerandas particulas de ſacro capite ejuſdem Sancti anno ſupra memorato, XXII die menſis Junii, præſentibus religioſis & probis ſacerdotibus Domno Paſchaſio Seſtrebech, Priore Lætienſi, Domino Urſmaro Daſſonleuille, Procuratore Lætienſi, magiſtro Andrea Franquart, paſtore Aveſnenſi, & magiſtro Remigio Jonnequen, capellano prioratus de Dono-Petri.

35 *Extat aliud præterea teſtimonium laudati*
verba abbatis Læt. Bloſii ſummatim; *Abbatis de renovatione feretri in hæc verba*: Sub idem tempus ipſum parvum feretrum ſeu capſellæ S. Ettonis, quæ multum vetuſta & deformis apparebat, fuit denuo exterius renovata, id eſt deaurata. In prædictarum rerum teſtimonium ac memoriam, ego Ludovicus de Blois, & alii prænominati ſacerdotes huic ſyngraphæ propria manu nomina noſtra aſcripſimus anno & die ſupradictis. Subſignatum erat Ludovicus de Blois, Abbas Lætienſis, Paſchaſius Deſtrebach, Prior Lætienſis, Urſmarus Daſſonleuille, Procurator Lætienſis, Andreas Franquart, Remigius Jannequen, capellanus in Prioratu de Dono-Petri.

36 *Alia ſacri depoſiti ornamenta quid com-*
D AUCT. J. P. *cui accedit ornamentum corporis, & capitis a corpore ſeparati.* *memorem? dicente eodem collectore in Ms.*; Quæ vero Lætias translata ſunt prædicti Sancti pignora, tali decentia & ornatu decorata viſuntur, ut quidem ſacrum corpus claudatur capſa lignea inaurata, cui ſuperinducitur holoſerica veſtis, flammis ſtelluliſque diſtincta. Caput vero a reliquo corpore ſeparatum Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus, D. Franciſcus vander Burch anno Domini MDCXVIII ſacro omnium Sanctorum die, peractis a Conventu Miſſarum ſolemniis, impoſuit nobili admodum thecæ argenteæ, ſimilitudinem humanæ Pontificis figuræ referenti, quam piæ memoriæ Reverendus admodum Dominus Antonius de Winghe, Abbas Lætienſis meritiſſimus, manu
E artificis quam accuratiſſime fabrefieri invigilavit. *Novam de ſacrarum reliquiarum communicatione notitiam, de quarum ornatu jam egimus, ſuppeditabit paragraphus ſequens.*

§. V. Reliquiæ; tempus mortis; Epiſcopatus; Manuſcriptum, quod hic damus.

Abbatia Lætienſis diu habuit reliquias Sancti, antequam corpus eo tranſlatum; B*Loſius, Abbas Lætienſis, cujus memoria in veneratione eſt, quem §. proxime antegreſſo vidimus obtinuiſſe a Paulo IV, ſummo Pontifice, corpus* S. Ettonis, *non primus in Abbatiam ſuam cum eodem corpore ſacro reliquias intulit, dudum ante illud tempus eiſdem gaviſam, ſicut teſtatur memoratus collector in Ms., cujus recitо verba*: Hic interim dicendum, quod licet Reverendus admodum Dominus Ludovicus Bloſius impetrarit a Sede Apoſtolica eccleſiæ Lætienſi venerandum corpus S. Ettonis, nihilominus ab aliquot ante actis ſæculis gaudebat eadem quibuſdam ſacri corporis ejus exuviis, prout auctor Chronici noſtri poſteris ſcriptum reliquit in hæc verba: „ Agnes Aveſnenſis ædificavit Lætiis baſili-„ cam beatæ Mariæ in monaſterio, & baſi-„ licam S. Joannis Euangeliſtæ extra mo-„ naſterium. Suis etiam ſumptibus juſſit fa-„ bricari anno Domini MCXXVIII feretrum „ S. Hiltrudis, undique tectum laminis ar-F „ genteis tenuiſſimis, in quo feretro poſitæ „ fuerunt reliquiæ ejuſdem virginis intra „ ciſtellam eburneam incluſæ. Repoſitæ „ fuerunt etiam ibidem pulchræ reliquiæ S. „ Ettonis, ad gloriam Dei omnipotentis „ & conſolationem noſtram. „

quibus reliquiis in Dono-Petri

38 *Quanta vero cum accuratione & fide lau-*
datus Abbas conditioni, in pontificio diplomate expreſſæ, quam vide ſupra num. 29, *fecerit ſatis, liquet ex iis, quæ ſubdit Ms., cujus verba profero; cum novam de reliquiis Sancti notitiam ſuggerant*: Nec hic prætereundum iſtud, quod cum in Bulla ſummi Pontificis permiſſus fuerit Reverendus admodum Dominus Ludovicus Bloſius tollere & transferre de oratorio villæ Doni-Petri in oratorium Sancti Lamberti Lætienſis corpus ſantiſſimi Ettonis, ſub ea tamen lege, quod teneretur in oratorio ſeu capella dictæ villæ Doni-Petri relinquere ſeu illuc tranſmittere aliquod os ſeu particulam ejuſdem corporis,

Digitized by Google

A ad conſolationem populi dicti pagi ſeu villæ,
AUCT. ipſe injuncto obediens, fideliſſime & prom-
J. P. ptiſſime os de corpore prædicto dimiſerit aſ-
ſervandum in eadem S. Ettonis capella; in-
ſuper & feretra ſeu capſellas, injuria tem-
poris inveteratas, in quibus reconderentur
hujuſmodi reliquiæ, innovarit, decorarit, ac
nitori reſtituerit; prout patet ex ſcriptis ſu-
per hac re factis.

jussu Blesii alia supraddita.

39 Et primo quidem de collatis reliquiis ita teſtatur ad poſteritatis memoriam hoc Brevi Dominus Nicolaus Murgaux, Decanus Chriſtianitatis Aveſnenſis, cujus verba proferuntur: (Anno Domini MDLIX, XII vero die Maji ad inſtantiam Reverendiſſimi Abbatis Lætienſis Ludovici de Blois, & ex permiſſione Dominorum Vicariorum eccleſiæ Cameracenſis, ego Nicolaus Murgaux, Decanus Chriſtianitatis Aveſnenſis, præſentibus infraſcriptis teſtibus, cum honore, & majore, qua potui reverentia, aperui parvum feretrum S. Etthonis in prioratu de Dompierre, ubi inveni quoddam os dicti Sancti,
B & alterum os ſimul impoſui & recluſi, exhibitum a præfato Reverendiſſimo Abbate, ad tollendam parochianorum & confratrum confraternitatis de Dompierre ſuſpicionem, credentium nullam inſuiſſe dignitatem; imo quæ inerat, ſublatam a Francis, præſentibus magiſtro Rolando Gilliart, curato de Marbaiy, magiſtro Remigio Joannequen, capellano prioratus de Dompierre, presbyteris, Joanne Baligand de S. Hilario, Joanne Leſcohier Aveſnenſi, laicis: item Nicolao Lobbes Machonienſi, & Nicolao de Marbaiy, clericis, teſtibus fide dignis, ad hoc vocatis. *Subſignatum erat*: Ita eſt, Nicolaus Murgaux, curatus eccleſiæ S. Urſmari de Eppe le Sauvaige, nec non Decanus Chriſtianitatis Aveſnenſis, omnia & ſingula, ut præmittitur, eſſe vera, hoc mea atteſtor & fateor ſygrapha.

De reliquiis in page Bienvillers;

40 *Inter alios diœceſis Atrebatenſis pagos, unus numeratur, nomine Bienvillers, cujus ſuperius incidit mentio, Atrebato meridionalis, cumque eadem civitate & Bapalma triangulum conficiens, æquali fere diſtantia utrimque remotus. Paſtor iſtius pagi, de quo ſupra, num. 15,*
C *conſultus de variis, quæ queri poſſunt de S. Ettone, loci patrono, ab aliquo monacho Lætienſi, eodem forteſſe ſupra laudato Thoma Luytens, datis XVI Junii 1630, de reliquiis ejuſdem Sancti ita reſpondet Gallice, quæ ſic verti poſſunt Latine*: Quæris, num reliquias aliquas habeamus hujus Sancti? Reſpondeo, nos habere os quoddam brachii, ut fide bona credimus, aliaque plura ſingulatim, ut puta S. Clementis, undecim mille Virginum, & alia, quæ Dominus Reverendus Epiſcopus Atrebatenſis viſitavit anno elapſo, viſitationes ſuas inſtituens in noſtra parochia.

ac tempore mortis, quo Sanctus abiit;

41 *Ut de tempore mortis, quo noſter Sanctus ad Superos migravit, aliquid breviter addamus; ſciendum nihil in hoc puncto occurrere moleſtiæ, cum ſatis conveniat inter Auctores, vitæ functum medio circiter ſæculo ſeptimo, aut aliquanto ſerius. Eo conſpirant vetæ chronologicæ, ab ſcriptore vitæ conglomeratæ num. 3, ubi varios enumerando Sanctos, circa medium ſæculum ſeptimum florentes, ſignificat eos S. Ettoni coævos fuiſſe. Eadem epocha confirmatur ex vita tertia S. Aldegundis, de qua XXX Januarii, mortuæ,* D *ut ibidem ponitur anno circiter 673; nam in vita num. 12, monaſterio, a S. Auberto, Epiſcopo Cameracenſi in honore S. Dei Genitricis & perpetuæ virginis Mariæ, ſanctorumque Apoſtolorum dedicato, refertur inter alios adfuiſſe S. Ettho. Accedunt Recentiores. Wion Sanctum noſtrum ſignat ad annum circiter 650. Miræus in Faſt., pag. 392, anno 651; Caſellanus autem anno 652. Colntius longiuſcule eum differens, innexit anno 674. Unde colligas, natales ejus aſſignandos eſſe circiter ſæculo ſexto exeunti aut ſeptimo inchoato, nullibi, quod ſciam, certiore tradita natalium epocha, quam ſequamur.*

denique de ejus Episcopatu.

42 *Qui commentarium hunc prævium perlegerit, abunde perſpexerit Confeſſori noſtro aptari locis plurimis titulum Epiſcopi, uti habes in annuntiationibus Martyrologiorum num. 2. In lectionibus propriis num. 5 audit non Epiſcopus tantum, ſed iterato vocatur Epiſcopus Hibernus. quia etiam, ut ibidem aſſeritur, abſurdum eſt præſulatus honore eum negare ſublimatum, quem & hic legimus epiſcopum, & in geſtis ejus ſacerdotem novimus appellari; cum in ſacra pagina nomen ſacerdotii non niſi ſolis* E *pontificibus ſoleat aſſignari. Antiqua tumba eccleſiæ parochialis in Dono-Petri, Ettonem repræſentat in forma Pontificis cum mitra & pedo, ut habes num. 17. Quæ omnia, tametſi non ita multum urgeant, ut rem evincant, Baldrico, antiquiſſimo ſcriptore, Scotum ipſum nominante, ſed titulo Epiſcopi abſtinente, facile patior Sanctum noſtrum epiſcopum haberi & Epiſcopum vocari, ratus aliquid deferendum communi appellationi, quæ videtur quodammodo abiiſſe in traditionem, quam veneror. Demus itaque, ſi epiſcopus fuerit, regionarium vel Apoſtolicum Epiſcopum fuiſſe, quales in Belgio antiquis temporibus plurimi extiterint, Scoti, Angli vel Hiberni; de quibus conſule commentarium prævium S. Rumoldi die 1 Julii, § 7, a num. 78, ubi varia ad præſens inſtitutum collecta reperies.*

Observatio in vitam, quæ hic datur.

43 *Vitam, quæ hic prælo committitur, miſit D. Chriſtianus le Roy Lætius, anno 1636, hoc titulo notatam*: Vita S. Ettonis, Confeſſoris Chriſti, *prætermiſſo titulo* Epiſcopi *aut* Pontificis. *Quo Auctore, quando, quo loco fuerit conſcripta, non proditur. Parergis, priuſquam perveniat Auctor ad Sancti geſta, ita immodice* F *indulget, ut tertiam facile partem his inſumat. Num. 7 Pyrenæos montes & Alpes deſignat itineri Romano. Ibidem* Algiſus & Aldegiſus *dividitur in duas perſonas, quem Baertius, ex inſtituto de ipſo tractans die ſecunda Junii pag. 223, num. 5, unicum ubique reperiſſe ſe ſcribit. Proinde interjectis auctoris verbis, diſtinctionem dictam deſignantibus, recte concludens Baertius*, Ego vero, *inquit*, ubi de uno laboramus ſatis, alterum quærendum non exiſtimo, ut laboremus magis; præſertim cum ſcriptor *Vitæ S. Ettonis* non alia ratione ad diviſionem illam motus videatur, quam aliquali apud varios auctores non antiquos reperta nominis diſſimilitudine. *Ita ille; qui ibidem præterea non multum hujus vitæ Auctori deferendum cenſuit. Præter hæc pauca, nihil habeo, de quo leſtorem monitum, rationem habiturus in Annotatis eorum, quæ per decurſum videbuntur indigere modica explanatione. Itaque ipſam nunc Vitam ſubjicio.*

VITA

Digitized by Google

VITA

Ex pervetusto Ms. monasterii Marchianensis, collata cum duobus aliis Mss. D. Prudhommi, Canonici Cameracensis, & cum Alnensi.

PROLOGUS AUCTORIS.

SAncta fidelium mater Ecclesia sacrosancti lateris dormientis in cruce Christi postquam est cruore a peccatorum sœcibus expiata, atque maritali jure vero jam Moysi fidei ornamento subarrhata, multiplici filiorum prole tanto potiora quotidie accipit incrementa, quanto plures generare videtur, qui tanti testimonii ferre possint insignia; & salutari baptismatis fonte, nigredine peccatorum evacuata, non est jam (cui jure invideatur) æthiopissa, sed [ea] cujus non mediocriter admiretur sapientia. Etenim cur sapientem æstimare non possis, quæ a finibus terræ venit audire sapientiam Salomonis? Venit igitur Regina Saba ad Salomonem, ut exquireret ab eo sapientiæ secreta. Venit Ecclesia dealbata super nivem, non ad Ægyptum ignorantiæ tenebris caligantem, sed ad Jerusalem, ad videndam supernæ visionis claritatem. Venit non ad Moysen, vicinius cum Domino loquentem, sed ad Christum divinitatis suę suis fidelibus arcana referantem, captivis indulgentiam prædicantem, clausis apertionem. Ejus corporis & sanguinis medicamine recreata, ejus perunctione unguinis delibuta, ejus ligni est interpositione a fluctibus sæculi segregata, & salutiferi baptismatis diluvio supervecta, novæ prolis profert Christo quotidie germina. Invenit per Eunuchum in deserto fontem Ecclesiæ, quod in deaurato non reperit templo Synagogæ: in Apostolis crevit, cum in omnem terram sonus eorum exivit: eorum est super petram fidei firmitate fundata, cum illorum in fines terræ dilatata sunt verba.

Ecclesia Catholica multis dotibus enumerata

a In martyribus est confirmata, cum illorum in conspectu, pretiosa multipliciter est morte decorata; innumeris modis testificata, innumera accepit signorum miracula: cui contulerunt Martyres ornamenta, roseo sanguinis sui imbre * rubentia; Virgines, virginitatis suę insignia candorem liliorum vincentia: quam Doctores egregii super verticem montium ædificaverunt; quam Confessores egregii simul & glorioši super altitudinem collium extulerunt; pro cujus statu contra occursores usque ad mortem decertaverunt: quales fuerunt, quos a Roma misit beatus Petrus, vel successores ejus, verbum fidei prædicare Francorum a gentibus, Sanctus Dionysius b, Parisius missus; sanctus Clemens c Metensibus destinatus; Valerius d Trevirensibus directus, & ipse cum plurimis discipulis & sodalibus; qui miraculis suis multos in multis locis Christo lucrantes, non usquequaque potuerunt pertinere prædicantes. Unde interlimitaneam Francorum gentem reliquerant Christo omnino incredibilem*. Post eorum vero ab hac luce discessum) qui quamdiu vixerunt, orationibus suis quodammodo, detinuerunt regnum Francorum) refrigescente paulatim charitate, matre omnium virtutum, abundare cœpit iniquitas multorum.

Signis & Sanctis miriſice propagetur.

* al. rubore.

** id est incredulam*

ANNOTATA.

a *Intellige hoc nomen per prolepsim. Monarchiæ Francicæ initia referenda sunt ad sęculum quintum, neque citius auditum in Gallia Francorum nomen.*

b *Natissima de apostolatu S. Dionysii controversia est; de qua agitur in Responsionibus ad Exhibitionem errorum parte 1, a pag. 230; ac plenius agi poterit mense Octobri.*

c *Ponitur ille apud Sammarthanos primus Metensium Episcopus; de quo vide inter Prætermissos die 16 Maji, pag. 559; ubi notatur de ejus ornatione Ecclesiastica nihil suggeri.*

d *Quæ ad S. Valerium spectant, habes die 29 Januarii, ejus cultui sacro.*

CAPUT I.

Qua occasione & quibuscum S. Ette in Franciam ex Hibernia profectus sit; iter Romanum; reditus in Galliam.

Hunni in Francorum ditione grassantur.

INvalescente itaque enormitate peccaminum, post Incarnationis Dominicæ fere quadringentorum annorum curriculum, de latibulis suis egressa effera gens Hunnorum a, permittente Domino Deo ultionum, Galliam ingressa, ad solum usque deduxit regnum Francorum. Ecclesiæ ergo diruæ, civitates sunt ad solum usque deductæ: monasterium nullum relictum, præter unum in Mediomatricensi urbe beati Stephani oratoriolum, quo sanguinem ejus pullulare scimus venerandum. Interfectio hominum magna, Christianitas est omnis abolita; cujus abolitionem Montano b monacho ad orbitatem usque luminum desienti, visum est supernorum Spirituum expetitione beatum Remigium pro Belgicæ ac Gallicanę salute ecclesię nasci debere. Beatus itaque Remigius nominis sui officium expleturus, Regem Clodoveum c cum omni Francorum populo Christianitatis titulavit insignibus.

Quo tempore Rex Clodoveus a S. Remigio baptizatus; deum fleverit relictis Christianis sub Clotario, d e

4 Abhinc deinceps, paulatim crescente quotidie numero Christianorum, redintegratum est in fide Christi regnum Francorum; donec surrexit Clotharius Magnus d, pater Dagoberti, amator & nutritor totius regni; qui postquam præfecit filium suum tam Austrasiis quam Saxonibus e; eisdem Saxonibus contra filium suum rebellantibus, spata sua majorem nullum reliquit ex omnibus: & quantum tam ipse quam filius regna diversa tenuerunt potentius, tantum ecclesias fidelium in Christianitatis titulo roborare studuerunt attentius. Quorum tempore tam numerosi in Omnipotentis famulatu claruerunt Confessores Christi, ut prope nullum in regno

Digitized by Google

A ex MS. guo Francorum inveniatur cœnobium, quod non ejuſdem temporis, etſi non plures, vel unum modo retineat humatum corpore Sanctum. Quod revera feliciſſimis felicius pronuntio tempus, eo quod tam pluribus & tam perfectiſſimis floruerit patribus.

5 Eodem igitur tempore quidam vir, nomine Madelgarius * *f*, venit in Franciam, nobilibus ortus in Hybernia inſula *g* natalibus. Eſt autem Hybernia proxima Britanniæ Inſula, ſpatio terrarum anguſtioe, ſed ſitu fœcundior. Hæc ab Africo in Boream porrigitur, cujus partes priores ab Hiberia & Cantabrico oceano includuntur. Unde jam dictus Madelgarius veniens, accepta uxore, Walberti nobiliſſimi filia, Waldetrude *h* nomine, ſub Dagoberto Rege militavit multo tempore. Cognita vero beatæ Waldetrudis erga Chriſti ſervitium voluntate; damque ab ea, ut Chriſtum ſequeretur, inſtigaretur quotidie, coactus eſt, ſe ita facturum, ſimulare. Relicta ergo beata Waldetrude, reverſus eſt Hyberniam, terram ſcilicet nativitatis ſuæ, cogitans illic aliam uxorem ducere.

vocat Madelgerium in Franciam.
* *al.* Maldegarius
f
g
h

B

6 Comperto autem hoc beata Waldetrudis abiit Hyberniam poſt virum ſuum, cum comitibus multis, cupiens Apoſtoli dictum adimplere exhortationibus ſuis, Salvabitur per mulierem fidelem vir infidelis. Ubi cum perveniſſet, & multis blanditiis & hortationibus eum adorſa fuiſſet, tandem optato adepta, in Franciam cum eodem Madelgario, cognomento Vincentio, reverſa eſt gratulabunda. Eo quoque tempore non ſolum gens Britonum, ſed & confines ejus (eo quod mari ambiuntur Britannico) Pictonum & Anglorum & Hiberniorum in Dei cultu florebant admodum. Nam licet antea variis ludificarentur ſuperſtitionibus dæmonum, tunc tamen fervebant in Chriſti fide non modicum, converſę per beatum Auguſtinum *i* jam dudum, ut vere in eis illam impleretur ſententia, ubi abundavit peccatum, ſuperabundaret gratia.

qui ab uxore ſua Waldetrude ad frugem reducitur.

i

C

7 Erant igitur tunc temporis ſeptem fratres, uno ſpiritu & fide in Chriſto concordes, licet de omnibus non ſimus certi, utrum fuerint carnali nativitate germani, Foillanus *k* Epiſcopus, & fratres ejus Ultanus *l* & Furſeus *m*, Eloquius *n* & Algiſus *o*, Etto & Aldegiſus *. Hi ergo pari conſenſu & una voluntate, ſcientes raro quemquam in patria ſua perfectum eſſe poſſe, cum jam dicto Madelgario & beata Waldetrude, navigio in Franciam venere, cupientes inde orationis gratia Romæ limina Apoſtolorum adire. Tranſcenſo igitur jugo Pirenæi & Alpium altitudine, nivium ſemper congelata congerie, ut optaverant, Romam meruerunt videre. Ubi Sanctorum eccleſiis perluſtratis, eorum poſtulantes ſibi ſuffragari ſuffragiis, ut unicuique eorum a Deo delegaretur locus habitationis, talium cælitus ſunt affaminum ſolati reſponſis, quibus unuſquiſque ſcire poſſet, in Galliam reverſuris, qui ſibi locus eſſe deberet perpetuæ inhabitationis.

quibuſcum S. Etto & alii ſex in Galliam profecti ſunt.
k
l
m
n
o
* *al.* Adelgiſus.

Deinde Romæ luſtrata, in varia loca diſperguntur.

6 In Galliam igitur reverſi, unuſquiſque abiit ad locum deſtinatum cælitus ſibi. Venerabilis Epiſcopus Foillanus cum germano ſuo Ultano, uſque dum conſummatus eſt in ſylva Soneſſia *p* martyrio *, moratus eſt in loco, Foſſas *q* nuncupato, a beata Gertrude ſibi *r* dato; ubi & corpore humatus requieſcit modo. Beatus vero Furſeus cum Adelgiſo, locis pluribus peragratis, verbum vitæ ſeminando, pervenit Peronam in Vermandenſi pago; ubi obitu defunctus eſt ſanctiſſimo. Sanctus autem Eloquius cum beato Algiſo in loco quodam habitaverunt, ab hominibus remoto intra Elpram * *s* fluvium, & Iſeram * *t* in Theracenſi * *u* pago, uſquedum animabus ſuis lucratis Chriſto, exceſſerunt vita præſenti ſæculo.

p

D

* *al.* abeſt martyrio
q
r
* *al.* Helpram. *vulgo* Helpre.
s
* *al.* Iſaram.
t
* *al.* Teracenſi.
u

ANNOTATA.

a *Miræus in Chronico Belgico ad an.* 407 *agit de Vallicarum vaſtatione; quam memorant S. Hieronymus*, innumerabiles[1], *inquit*, & ferociſſimæ nationes univerſas Galliarum occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pireneum eſt, quod Oceano & Rhodano includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni & hoſtes Pannonii vaſtarunt. *Niſi forte reſpiciat auctor vaſtationem ab Attila Hunnorum rege factam: de qua ibidem Miræus ad an.* 451.

E

b *De iſto etiam in Vita S. Remigii, auctore Hincmaro, referri, obſervat Sirmus in notis Mſs.*

c *Rex iſte a S. Remigio baptizatus anno* 494: *de quo videri poteſt dies* VI *Febr. ad vitam S. Vedaſti, pag.* 783, *num.* 7.

d *Ille ab anno* 584 *rex Neuſtriæ; a* 613 *monarcha; obiit* 628. *De quo Henſchenius in Indice Chronol. ad tres Dagobertos.*

e *Dagobertus rex Auſtraſiæ creatur* 621; *factus Monarcha anno* 636, *Chariberto Rege Aquitaniæ, ejuſque filio mortuis; uti habes in meo dicto Indice: ubi mortuus ponitur* 644, *die* 19 *Januarii.*

f *De illo actum tomo* 2 *Aprilis in annotatis pag.* 839; *pluribus acturi ſumus* 14 *hujus, ipſo ſacro. Cetera male hic minuta vide ibidem.*

g Hoc verius putamus, *inquit Sirmus in notis Mſs.*, quam quod in vita ipſius S. Madelgarii 14 hujus menſis, ab auctore ſat fabuloſo compilata dicitur Madelgarium ex Francorum & Vaſconiorum gente ortum eſſe.

F

Sed quam parum vere id putet, vide dicta prædicta.

h *Agitur de iſta Sancta tom.* 1 *Aprilis a pag.* 819.

i *Intellige potiſſimum hæc de Anglo-Saxonibus.*

k *De illo tractari poterit die* 31 *Octobris.*

l *Vide de illo diem* 1 *Maji a pag.* 818, *ubi ſignatur annus* DCLXXX.

m *Illum habes* 16 *Jan. a pag.* 35.

n S. Eloquium *habet Caſſellanus in additionibus ad Martyrologium Romanum die* 3 *Decembris.*

o *Male S. Aldegiſum & Algiſum in duas dividi perſonas, prævie monuimus a num.* 43.

p *Interpolator vitæ S. Gertrudis apud Mabillonem ſæc.* 2 *Bened. pag.* 466 *in annotatis litt.* a, *agit de ejus ſitu; appellans* ſilvam Soneſſam, Nivialle contiguam.

q *Oppidum non procul Namurco ſitum inter Moſam, & Sabim.*

r *Interpolator vitæ Gertrudianæ, de quo mox, poſtquam retuliſſet necem S. Foillani Martyris, cujus funus Gertrudis curaviſſe dicitur, ita narrat:* Dedit beato Viro in vicino loco, quem Foſſas appellant, ubi monaſterio conſtructo & fratribus prodeſſet, & ſibi propter propinquitatem loci non deeſſet. Accepit, monaſterium conſtruxit, collegit animas, quibus

Digitized by Google

A sanctitatis viam propositam noverat ; eisque germanum suum Dominum Ultanum præficiens, rebus pro tempore ordinatis, ad virginem remeavit. Ibat itaque frequenter ac redibat, modo fratres, modo sponsam Christi visitabat. Dum ergo quadam die iter arripuisset, contigit eum per silvam Soneſiam, Nivialle contiguam errare, & in impias latronum manus incidere : a quibus cupiditate spolii cum tribus discipulis peremptus, palmam martyrii est adeptus. *Verum hæc & alia remittimus ad* 31 *Octobris.*

a Fluvius est Hannoniæ ad monasterium Lætiense.

b Al. Hisa, *vulgo* Oyse.

c Vulgo la Tierache, *tractus Galliæ in Picardia.*

CAPUT II.

S. Etto loco solitario molendo intentus, non impune contemnitur ; familiaritas cum aliis Sanctis ; muta loquela reddita ; virtutes ; obitus.

B GLoriosus vero Domini sacerdos Etto, bonorum actuum dignus præconio, in delegatum sibi locum *a* a Domino, cælitus advenit super fluvium, nomine Corbriolum *b*; ubi dumis excisis, vepribus eradicatis, & superfluis quibusque ex parte jam extirpatis locellum exstruere nitebatur corporis * post diuturnam peregrinationem repausationis, & liberæ in Dei cultum vacationis. Quo cum labori manuum insistens, diutius sedescendo defatigaretur, bonorum omnium invidus hoc tota intensione evertere molie-batur. Incitavit enim adversus Dei servum, quemdam virum, nomine Jovinum, ejusdem fundi, unde Vir Dei superflua evellebat, Dominum. Qui dictante ira, nimia accensus furia, crudeliora verbis Dei Homini cogitabat infligere facta. Sed Domino ejus efferos mentis conatus mitigante, qui Saulem, malo spiritu agitatum, spiritu prophetiæ induit, jam dictus vir Jovinus a beato Ettone simpliciter non aliud quam vadium *c* cœpit expetere.

S. Etto loco molendo intentus,

a

b

**al.* corporalis.

c

C 10 Non licet, inquiens, homo nostris hominibus ignote, silvam juris mei, me inconsulto, extirpare. Quapropter justum a te vadium licet mihi suscipere. Beatus vero Etto, moras nullas innectens dicto, securim suam pro vadio eidem obtulit viro. Sed Dominus, qui induravit cor Pharaonis, ut in eo ostenderet potentiam suæ virtutis, obdurari permisit ad tempus Jovinum, ut omnibus notum faceret beati Ettonis meritum. Sanctum quippe virum despiciens ; ejus vadii parvitatem vilipendens, securim oblatam cum jurgio in vepribus abjecit, cappam ejus inibi jacentem contingere præsumpsit, & statim abire velle cœpit ; quod Dominus inultum transire non sivit.

affectus, sed Dominico, impedimur, & contemnitur ;

haud impune. d

11 Protinus quippe ejus manui eadem cappa adhæsit. Ast ille tanti reatus pœnam pro byrro *d*, [viro] Dei ablato, in semet retorqueri conspexerat, clamoribus nimiis indulgentiam petebat expostulans, genus manusque illius indefatigabiliter exosculans. Tandem sancto Sacerdote miserante, pristinæ donatus est sospitate, omni tamen tradita Ettoni, quam ibidem habebat, possessione, pro hac prius fratre suo dato fidejussore, habendam illic Deo militantibus perpetuo jure. Abhinc deinceps cœpit fama virtutum ejus exuberare, omnesque affines orationibus ejus sese festinabant committere : verborum Dei ex ore illius reficiebantur semine ; suorum reddituum illum suosque solabantur largiflua benedictione. Ipse vero Vir Dei jam dictum locum non retardabat exstruere sub Domini * Petri honore, quo etiam usque in præsens eadem Ecclesia vocatur nomine.

D 12 Circummanentes autem in hoc eum juvabant opere, impendentes, quibus indigebat, ex propria possessione. Idem denique beatum Madelgarium non desinebat visitare quotidie, Deo apud sanctum Ansbertum servientem in Alto-Monte *e*, quem secutus ex Hybernia cum ceteris jam dictis fratribus fuerat, arrepta peregrinatione. Ubi etiam confluebant quotidie, velut ad alvearia apes assiduæ, insignes Christianæ ductores militiæ, beatus Amandus *f*, veniens ex Elnone *g*; sanctus Ursmarus *h*, cum Coepiscopo sibi *i* Ermino ex monasterio Laubiacense ; sanctus Walnulphus *k* * ex loco Condatense ; beatus Gislenus *l* ex monasterio Cellense ; sancta Aldegundis *m* ex loco Malbodiense ; beata Waldetrudis *n* Castriloco *o* monte ; mirabilis virgo Gertrudis *p* a villa Nivella ; venerandus Sacerdos Foillanus cum Ultano fratre a monasterio Fossense, innumerabilesque sancti Patres totius Franciæ florentes eodem tempore * ; colloquentes sibi de animarum utilitate * suarum.

A sanctis pluribus habita cum S. Etto familiaritas.

e

f g

h i

E

**al.* Waldulfus, Bafaulfus.

k

l

m

n

o

**al.* sub eodem tempore.

**al.* salute.

13 Beatus sane Etto hanc frequentiam non suæ assumptioni, sed Christo conferebat, in Sanctis suis mirabili. Malebat enim humilia de se sentiri, quam falsis adulantium existimationibus decipi. Sicut etiam mutum quemdam eo tempore restituens sanitati, voluit omnimodis omnibus occultari. Sed Christus accensam lucernam noluit sub modio videri tectam, verum candelabro impositam, ingredientibus voluit fieri perspicuam. Nam quod sanctus sacerdos Etto omnino optavit occultum, Dominus (ut narrabitur) ad insinuandum beati Viri meritum, esse voluit in propatulum.

Muta loquela reddita

F

14 Dum quippe quodam die iter carperet, *nescio* quaversum, quemdam bubulcum invenit, in pastu gregis sui occupatum : (qui mutus, numquam cuiquam verbum dederat ullum) tunc forte sibi opportunum carpentem somnum. Qui baculo Sancti percussus, tale beato Viro verbum primum est locutus : Quid me Sancte cædis? Quid percussura sanctis tuis commiscetur meritis? Anne aliter me nequivisti mutum a nativitate sanum restituere, nisi me baculo tuo videreris percutere? O felix tua peregrinatio ! Per quam loquela mihi facta est redintegratio! Ad cujus vocem B. Etto ultra, quam credi potest, miratus, stabat obstupefactus.

percussio baculi.

Mutus ad hæc cœptis inflabat talia dictis :
Quid mirando stupes? meritis quid vero perhorres,
Muta tuis tacitus si fudit lingua loquelas?

Digitized by Google

EX MS.

Num ne recordaris Dominantis, Sancte, fidelis
Angelicis tremefacta minis quia fatur asella
Sessori per verba suo; linguaque rudenti
Edidit humanas animal pecuale loquelas?
Immemores rerum, quoniam Sapientia mutum
Sæpius ut referare solet, puerisque disertas
Efficiens linguas, cogit depromere laudes?
Talia fante viro, gratulans venerabilis Etto,
Congrua pro facto referebat munia Christo.

Variis virtutibus conspicuus; tandem suæ mortis præscius sum de eo monet;

15 Inter hujuscemodi miraculorum insignia perstitebat in oratione continua, quotidie existens Sacerdos & victima in odorem suavitatis, Domino Deo deorum accepta, crucifixus huic mundo, vivens Redemptori suo pauperum receptor, orphanorum adjutor, viduarum susceptor, mœrentium in tribulatione consolator, captivorum redemptor, omnibus in quacumque necessitate benignissimus suffragator. His & aliis quamplurimis pollens virtutibus, confirmatis in Christi fide discipulorum cordibus, videt in visione quantocius properare diem sui obitus. Vocatis itaque, quos Christo aggregaverat, fratribus,
B intimavit tempus imminere sui sanctissimi obitus. At illi nimium turbati, nesciebant præ tristitia, quod vel quale solamen tantæ suorum posset cordium obviare mœstitudini. Tandem benignissima beati Patris consolatione relevati, petiverunt; se saltem ejus largissua benedictione Christo Domino commendari. Quod postquam non renuit facere, cœpit plus solito sanctus Etto orationi incumbere, in vigiliis pernox, in jejuniis assiduus, in elemosyna indigentibus largienda paratissimus.

ac præparatis sarcophago

16 Eadem vero nocte, qua in crastinum de hac vita erat transiturus, vidit visionem pro principio, ubi erat tumulandus, a Domino sibi ostensam cælitus. Mox autem a somno expergefactus, jussit quemdam compatrem suum ad curbam * stratam *p* ire quantocyus ad alium compatrem suum (quorum filios ex sacris susceperat fontibus) adferri sibi sarcophagum, quod ille alter ex sylva suis in carpento adducebat bobus, nescius (sicut ipse est postea professus) quis in eo
C humi esset tumulandus. At ille statim egressus domum, in curba strata sarcophagum ab alio compatre (sicut Vir Domini dixerat) invenit delatum; quod tamen Viro Dei non distulit deferre videndum.

* *al.* curvam.

& sacro viatico munitur, ad Superos migrat.

17 Percipiens igitur dominici corporis & sanguinis Sacramenta, percepturus digna meritis a Domino in cælestibus præmia, sancta ejus, discipulis astantibus, anima inter orationes & psalmodiam, ergastulo carnis est soluta. Corpus ejus a discipulis & fidelibus terræ est humatum, post hujus sæculi decursum a Domino resuscitandum, & perpetua immortalitate vestiendum; ostendens assidue virtutibus in sæculum, cujus meriti anima sit apud Dominum. At vero anima Angelicis manibus evecta, inter consortia supernorum civium est collocata, exultans cum Angelis, gaudens cum Prophetis, tripudians cum Apostolorum choris, sociata Martyribus, condunata Confessoribus, lætabunda cum sanctis Virginibus, revelata facie Sanctam conspiciens Trinitatem, veram & unam, sicuti est, confitens deitatem, postulans pro nostris D
excessibus Dominum Deum deorum, regnantem per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Jacet non procul Avesnis, Hannoniæ oppido.*

b *Portasse hic designatur vivus, vulgo* Crinchon, *qui transiens Airebato, Scarpæ se miscet; vel alius aliquis obscuri nominis.*

c Vadium *idem quod vadimonium, pignus, fidejussio.*

b *Vox ista significat quamvis vestem, tunicam aut chlamydem: hic cappam.*

e Altus mons, *monasterium in pago Helnonensi ad ripas Sabis: quo Ansbertum Rotomagensem Episcopum Pipinus Herstallus relegavit. Vide Hadrianum Valesium in notitia Galliarum pag.* 14, *Baldericum in Chron., pag.* 355 *[Comm. prævium S. Ansberti die* XI *Febr. pag.* 342, *ubi de Alto monte agitur; & vitæ ejusdem Sancti cap.* 8, *ubi de ejus exilio. Utrum vero sancti Etto, Madalgavius & Ansbertus una in Alto monte agere potuerint, invenies ad* 14 *Julii.* E

f *Vide tom.* 1 *Februarii a pag.* 815: *ubi apponitur annus* 684.

g *Id est* Amandopoli, *vulgo* saint-Amand: *de quo die* VI *Februarii ad vitam S. Amandi.*

h *Actum de ipso est* 18 *Aprilis a pag.* 557. *Ponitur* 698 *aut potius ut minimum* 697 *sextus abbas: mortuus* 713. *Vide notam proxime sequentem.*

i *Sigebertus ad an.* 713: S. Ursmarus Ep. & abbas Lobiensis cœnobii obit; eique S. Erminus in regimine succedit: *qui hic per prolepsim videtur vocari Ursmari coepiscopus; quia, ut dicitur in annotatis ad Erminі vitam die* 25 *Aprilis*, S. Erminum in locum *S. Ursmari* subrogatum fuisse anno DCCXII, aliqui tradunt; *atque, ut ibidem observatum littera g*, neque verosimile est, prius episcopum consecratum, quam abbas eligeretur; *ergo stante hac supputatione non erat episcopus dum viveret S. Etto, anno* 660 *aut* 670 *mortuus. Nec porro familiaritas ipsius cum* S. Ettone *intelligi potest, nisi* F
des Erminо annos circiter centum: cum, ut in vita dicitur provectus *quidem* ætate, & plenus dierum in senectute bona; *sed* anno septingentesimo & trigesimo septimo, ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, septimo Kalendas Maias, perrexerit ad Dominum. *Quod fere tam incredibile, quam quod S. Erminus in vita tertia S. Aldegundis cap.* 3, *narretur interfuisse dedicationi monasterii Malbodiensis, tamquam tum episcopus, aque ac alii; qui ibi nominantur. Vide, quæ ad hunc locum notata sunt ibi.*

k *Castellanus eum signat Kal. Octobris, appositа ista chronologica versus an.* 700.

l *Gesta ejus erunt illustranda die* 9 *Octobris, quo colitur. Hunc Castellanus configuat versus annum* 680.

m *Consuli possunt, quæ de illa dicta sunt die* 30 *Januarii: ubi notatur an.* DCLXXIII.

n Castri locus *olim, nunc Mons Hannoniæ dicitur.*

o *Actis inserta est die* 17 *Martii, quo colitur: mortua anno* 664. *Atque hinc collige, plerasque omnia, de Sanctis hic inserta, posse combinari, tam quoad locum, quam quoad tempus.*

p *Forte vici aut pagi.*

DE

A D

DE S. AMALBERGA VIDUA

LOBIIS ET BINCHII IN BELGIO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Sancta nomen varie inflexum; natales illustrissimi. J. B. S.

SÆC. VII. LObiensis seu Laubiensis cœnobii fasti, vetustas, & a monachorum sanctimonia claritudo non semel in Actis describenda fuerunt, uti & sacrorum corporum ex eo in Binchianum oppidum translatio, cujus non ita pridem meminimus in Præmissis secunda Julii, ubi dies notatos invenies, quibus de singulis Sanctis eo spectantibus suo tempore actum est & porro agetur. Eos inter octava ordine est ipsa, qua de hic loquimur, S. Amalberga vidua, virtutibus non minus quam orgine illustris, accurate distinguenda ab alia synonyma nobili virgine, quæ alterius, ut perperam aliqui volunt, occasione, ipso hoc die etiam colitur, toto sæculo vidua posterior. Ab utriusque & forte etiam ab alterius cognominis abbatissæ Sustrensis ad Mosam (quæ XX Novembris colitur) celeberrima vitæ sanctimonia, venerabile & sacrosanctum Amalbergæ, Amalabergæ, seu Amelbergæ nomen ad posteros transmissum est, apud Belgas & Germanos pervulgatum, e quorum linguæ profluxisse manifestum est, sive ex Amal, voce Saxonica, quam aliqui cœlum interpretantur, & berg, quæ montem indicat; quasi quis diceret cœlestem montem: sive ex alia Aventini nomenclatura, qui per Amalperg seu Amelperg intelligit nutritionis montem. Utram etymologiam præferas aut sequaris, mihi sus deque est.

Sanctis tribus fœminis commune nomen

mollioni inflexione hodie Amalia.

B

2 Ast eam penitus respuendam censeo, quam infra invenies ultimo numero Actorum S. Amalbergæ virginis Tamisensis, ubi imperitus scriptor hanc nobis fingit ex gemina lingua venerandi nominis balbutiem: Sed nunc de nobilissimo ejus nomine, divino quodam vaticinio eidem impositio, pauca dicturi, finem sermonis sic faciemus. Nomen quippe sanctissimæ istius virginis ex duabus linguis, latina videlicet atque thiudisca compositum esse, gemina verba declarant: prior enim pars A MALO, posterior BERGA, meritum ejus felicissimum fuisse, alterna voce proclamant. AMALBERGA namque a malo custodia, sive a malo cautela exprimitur; quod utrumque ipsius sancto proposito convenire, nemo est qui ambigat. Nam quod corpus & animam suam perpetua Christo castitate dicaverit, a malo se custodisse dubium non est. Quoniam vero dæmonum insidias semper suspectas habuerit, pedesque suos a laqueis iniquitatis retraxerit, mala jugiter cavisse, bonaque semper egisse, perspicua ratione probatur. Alioquin ut aliter, nescio quo docendi genere, nomen ejus quilibet interpretabitur, an eam aliter, quam supra dictum est, fecisse mentietur? *Minime vero: jam datum est medium, ut Scholæ loquuntur. Sed parum ad rem nostram hujusmodi nugæ.*

non ex duabus linguis, sed ex Saxonica profluit:

C

3 *Plusculum interesset perspicue dignoscere, sive id nomen* Amalberga *cum eo quod modo mollioni inflexione* Amala *seu* Amalia *seu etiam* Amelia

dicitur, in Germania frequentius usitatum, & ab ejus nominis Augustissima Imperatrice, Opt. Mem. Josephi I Cæsaris relicta, ejusdemque Serenissima Archiducæ filia augustius redditum; quod mihi quidem plane sit verosimile. Sic enim accidere existimo, ut dum in sacro Baptismate imponitur nomen Amalbergæ, *patrio more id exprimatur aut per* Amalberg & Amelberg, *aut forte frequentius per* Amel, Amal, Amale & diminutive Amalcie; *quod idem in sexcentis Belgarum nominibus propriis, quæ dempto fine, per apocopen frequentissime decurtantur, observare licet: unde nova inflexione vulgus hodie etiam Latine scientium, atque exteri, forte apocopen ejusmodi ignorantes, cum inde vocem latinam exprimere volunt, quemadmodum prisci, addita terminatione Latina, ex* Amalberg *formarunt* Amalberga, *sic isti ex* Amale Amal & Amel *possunt nunc formare* Amalia seu Amelia, *adeo ut feminis omnibus, eo nomine insignitis, patrona sit* S. Amalberga, *seu vidua, seu virgo, pro cujusque erga alterutram convenienti studio & veneratione. Hæc de nomine.*

E

4 *Porro Sanctæ natales mira geneſi a Pharamundo deducunt scripturientes neoterici aliqui, plurima miscentes, quæ nulla prorsus veterum auctoritate fulciuntur. Haud temere fortasse dixero, viam iis præstravisse* Petrum Divæum, *dum lib. 1 Rerum Brabanticarum cap. 3, satis liberali calamo nonnulla expressit, quæ paulo solidiori fundamento subnixa cuperem. Ita habet pag. 7:* Ejus (S. Arnulfi Metensis episcopi) tempore, Pipinus Carolomanni filius, Austrasianorum nobilissimus, in Hasbanio ac Brachbanto potenter dominabatur. De Carolomanno nihil fide dignum veteres prodidere, quam quod Pipinum & Amalabergam liberos habuerit: quorum Amalabergam Valbertum peperisse aiunt; Valberto & Bertilia genitas Amalabergam, Aldegondim & Valdetrudim. Amalabergam ex his Viregerio viro nobili, Condati & Verginiaci Domino nuptam, Emibertum, Cameracensem episcopum, Pharaildim, Ermelindam, Gudulam ac Reinildem sustulisse. *Ita Divæus paucis multa asserens, quæ difficillimum sit ad veritatis limam exigere.*

Mira S. Amalbergæ apud Divæum genealogia.

F

5 *Unde tam mira acceperit, nec notat ipse, nec mihi vacat inquirere, id rectissime ad margi-*

quæ multis aliis

nem apponi curavit, alios aliter *sentire*; *addere poterat, aliter omnino, si quid cerebri habeant, sentire debere. Amalaberga illa, Pippini soror, mater Walberti, mihi nota non est, non magis quam Amalaberga altera; sanctorum Walberti & Bertiliæ filia, soror autem sanctarum Aldegundis & Waldetrudis, quæ eadem fuerit mater S. Emeberti Cameracensis episcopi & quatuor illarum sanctarum Virginum quæ omnes Sanctæ nostræ hodiernæ attribuuntur. Et postremum quidem quo ex fonte hauserit, facile intelligo, quemquam & ipsa*

Digitized by Google

AUCT. L. B. S. *infirius refutanda ſint. Verum qui* S. Amalbergam *Witgeri, quem Divæus* Vitigerium *appellat, conjugem, ſororem faciat ſanctarum Aldegundis & Waldetrudis, haſtenus, quod ſciam, inventus eſt nemo, ſaltem qui fidem aliquam mereatur. Ne his refellendis diutius inhæream, Videantur S. Aldegundis Acta* XXX *Januarii, S. Waldetrudis* IX *Aprilis, utriuſque parentis* XI *Maji, in quibus nec jota apparet, unde quis colligat,* S. Amalbergam *tanta propinquitate eos attigiſſe, aut conſanguineam aliquo in gradu fuiſſe, inficiari non auſim.*

immerito mutata eſt.

6 *Ceterum illuſtria Divæi in aliis progenitoribus veſtigia premere, imo altius extendere auſus eſt Ægidius Wauldæ, Binchienſis eccleſiæ Canonicus & Paſtor in opere de S. Urſmaro & aliis ſeptem Lobienſibus Sanctis gallice edito* 1628, *ubi capite* 2 *longam* S. Amalbergæ *genealogiam exhibet, ita concinnatam, ut avos ejus, abavos, tritavos ad Pharamundum uſque protenſos, memoriter recitet, cum ego, poſt operam non ſeguiter poſitam, candide fateri cogar, me verum* S. Amalbergæ *parentis nomen necdum certo deprehendere potuiſſe. Crevit ſenſim oratio, auctaque immenſum* S. Amalbergæ *genealogica ſeries, ſic ut alii ſcriptores libellorum de vita S. Reineldis conſanguineos ei accenſeant Duces & Archiduces plane innumeros, Reges, ſed anonymos, pluſquam ſeptuaginta, Imperatores Occidentis omnino viginti, quorum octo Franci fuerint, duodecim vero ex auguſtiſſimo ſanguine Auſtriaco. Vides quam brevi tempore immenſi prope tituli Divæi elogio acceſſerint.*

B

Illuſtrem genere fuiſſe conſtat.

7 *At enim fumum homines illi accerſere videntur, quo* S. Amalbergæ *gloriam inficiant potius quam illuſtrent; neque enim a majorum aut poſteverum ſerie emendicari ea debuit, quæ a virtutum & miraculorum fama longe ſplendidius coruſcavit. B. Pippini Landenſis ſoror germana, an ex ſorore neptis fuerit, cum id vetera monumenta aut ambigue explicent aut involvant, quis audeat certo definire? Pippini proximam fuiſſe conſanguineam ejuſque curæ commiſſam, non tam ſcrupuloſe negaverim. De cetero, in variis denſiſque tenebris, via eſt ubi pedem figas. Obſcura ſunt alia, tum ad unum an duplex conjugium, tum ad liberos ſpectantia. Nec illud quis ſatis explicuerit, qua ratione hæc noſtra* S. Amalberga *dici poſſit fuiſſe mater S. Pharaildis, quæ patre Theoderico genita, ut in ejus Actis dicitur, non videtur ſorores habuiſſe Sanctas virgines Reineldem & Gudilam, multo minus S. Ermelendem, quidquid, diverſa confundens Actorum collector, id diſertiſſime aſſerat, & poſt ipſum Baldericus, Divæus, Cointius & alii. Sed de hac re paulo uberius paragrapho ſequenti.*

C

ſed cujus parentes necdum certo ausi ſimus

8 *Ad veram Sanctæ originem quod attinet, ſeclusis hic Divæi, Wauldei & variorum libellorum genealogiis, id tuto admittendum eſt,* illuſtriſſimis exortam natalibus, *ut teſtatur Legenda, quantumvis in multis parum accurata. Alit eadem,* ſororem *fuiſſe* Pippini, patris S. Gertrudis, *a quo nempe nuptui tradita ſit Witgero.* Aliqui *autem, inquit Molanus in Natalibus,* ſororis filiam aſſerunt, & utramque Amalbergam nuncupant. Sed cum, *pergit Molanus,* Nordmannorum graviſſima perſecutio multas Sanctorum ſcriptas hiſtorias, juſto Dei judicio deleverit; mirum non eſt, ſi in minutioribus diſcrepent, qui eas poſt dictam perſecutionem undequaque colligere ſunt conati. Verum hæc latius proſequi, non eſt præſentis loci: ſatis ſit igitur lectorem admoniſſe, ut hujuſmodi benigne legat, & pari humanitate, pro ut poterit, dijudicet. *Hæc ille prudenter ſane & ſapienter, nihil fingens, quo res obſcuræ magis intricentur. Perinde ambigue loquitur Miræus in Faſtis, neſque eadem in Actis Sanctorum Belgii & in plurimis aliis quotidie experimur. Verum, ut jam diximus, ſcriptori Vitæ* S. Amalbergæ *fides haberi poteſt, quod illuſtri ſanguine genita & B. Pippino genere proxima fuerit: ſi non ſoror, ſaltem neptis ex ſorore.* D

nec minus ambigue, quo ad liberos ſpectat.

9 *Fallor vehementer ni haſtenus diſputatis ſubſcribant Belgæ univerſi: non ita forte conſenſum exturbabo in aliis, quæ ſuperſunt, difficultatibus, circa unicum* S. Amalbergæ *an duplex conjugium, ac proinde circa liberos ex uno an ex gemino viro ſuſceptos. Rem ita proponit laudatus Molanus:* Sunt qui eam aſſerant bis fuiſſe maritatam; ex poſteriore conjuge Witgero ſuſcepiſſe tres jam dictas proles ſanctas (*Emebertum, Reineldem & Gudilam*) ex priore vero marito ſimiliter tres, Gengulfum martyrem, Venantium martyrem & ſanctam Pharaildem. Verum hujus conjugii nullum apparet veſtigium in hiſtoriis Gengulfi, Venantii & Amalbergæ: imo Binchienſis eccleſiæ hiſtoria, cujus compendium poſui, plane contrarium habet; eam nempe, parentum orbatam ſolatio, adhuc teneram ætate, nec puellares jocos, nec quælibet lubrica curaſſe. Hinc inimicum caſtitatis diabolum puellarem admiratum continentiam, ad ejus matrimonium parentes, hoc eſt conſanguineos, inſtigaſſe; cui renitenti maritum nominarunt Witgerum. Alii unicum agnoſcunt cum Witgero conjugium, & ex eo ſanctas proles quinque, Ablebertum, Reineldem, Pharaildem, Ermelendem & Gudilam. Sed ut de tribus omnes conſentiunt, ſic de ſanctis Pharailde & Ermelende a multis contradicitur, & nominatim ab iis eccleſiis, in quibus hæ Virgines requieſcunt. *His diſcutiendis ſerviet* E

§. II. S. Amalbergæ conjugium, ætas & liberi.

Bina S. Amalbergæ conjugia

F

QUod de duplici S. Amalbergæ *conjugio ſcripſiſſe aliquos jam ajebat Molanus, idem ipſe aſſeruerat in Indiculo, ubi diſerte legit,* S. Amalbergam viduam, matrem fuiſſe S. Pharaildis, & ex ſecundo, S. Emeberti epiſcopi, Reineldis & Gudilæ virginum; *idem in Pharailde & alibi tradiderat, aliique poſt ipſum in libellis gallicis de S. Reinelde, ut dicemus ad* XVI *Julii. Potuit fortaſſe hæc ſola conſuluiſſe nuperus Legendiſta gallicus, quousque Acta noſtra ei præluxerunt, non adeo extra oleas vagatus; ubi vero ad has aliaſque anguſtias progreſſus eſt, audacter multa definiens. Alibi alia deglutit, hic vero rotunde admiſit bina* S. Amalbergæ *conjugia; alterum quidem cum Theoderico, quem gratis viduum fecit, ex quo ſolam Pharaildem ſuſceperit, præteritis Gengulfo & Venantio, de quorum priore jam ſatis dictum eſt ad* XI *Maji, de poſtremo non minus adjuncta ſuo tempore oſtendentur. Cum Witgero matrimonium alterum unde geniti ſint Emebertus ſeu Ablebertus, qui in provecta ætate Atrebatenſis & Cameracenſis epiſcopus fuerit; Reineldis porro & Gudila.*

a multis creditum adſeruntur,

11 *His alia temere admiſcet, quæ ex nullis Faſtis Belgicis aut Clivenſibus depromere potuit: nempe S. Reineldis feſtivitatem in Clivia celebrari; forte*

A *forte quod alicubi legerit, Sanctas oppidum in ea regione ſitum eſſe: ignoraverit autem* Sanctas, *ubi Reineldis virgo & martyr colitur, in noſtra Hannonia quærendas eſſe, Hallis Delparæ proximas, quas a S. Reineldæ & ſanctis martyrii ſociis nomen traxiſſe memoriæ proditum eſt: ut cetera mittam non minus crude digeſta, in quæ, ductore deſtitutus, prolabi neceſſe habuit. Duces ipſi fuere aliqui in adſtruendo duplici* S. Amalbergæ *conjugio, ſed quos ſcire poterat, pridem refutatos fuiſſe a laudato ſupra Ægidio Wauldeo operis ſui cap. 8, pag. 292. Eos hic ſigillatim enumerare nec vacat, nec operæ pretium eſt; nec prorſus curari debet longior neotericî alicujus additio ad vitam S. Reineldis, XVI Julii repudianda, in qua etiam ſancti Genguifus & Venantius* S. Amalbergæ *filii perperam nuncupantur. Diceres, in id certatim ſtudia contuliſſe, ut quæ perplexa conciliare non poterant, accitis aliunde nebulis magis involverent. Sed bis, quoad poterit, illuſtrandis modo preſſius inſiſtendum eſt.*

ſed unicum admittendum eſt.

B 12 *Bona igitur ſcriptorum iſtorum omnium venia, non verebor aſſerere, viros illos bonos, qui poſt Normannicas graſſationes Legendas Belgicorum Sanctorum ex ſuperſtite rudis vulgi traditione compilarunt, ut erant plerique ordinandorum recte temporum ignari, plurima temeraſſe & confudiſſe, quæ nobis poſt tot ſæcula elucidare longe difficillimum eſt, ut toties faſſi ſunt Molanus, Miræus & nos alibi cum Majoribus noſtris. Ut rem ſemel dicam, cenſeo cum auctore Vitæ S. Reinildis & aliis a Molano ſupra citatis,* ſanctam Amalbergam *non niſi ſemel maritatam fuiſſe, nec alios liberos ex unico ſuo conjuge Witgero ſuſcepiſſe præter S. Ablebertum ſeu Erembertum Cameracenſem antiſtitem, de cujus ætate proxime agemus, & ſacras duas virgines Reineldem & Gudilam, quarum illa Sanctis martyrio coronata fuerit. Aliter loquitur* S. Amalbergæ *Legenda, hic a nobis danda & diſcutienda, verum poſt operoſiorem diſquiſitionem deprehendiſſe videor, non una in re lapſum iſtius Vitæ ſcriptorem, cujus pericham, omnis offenſionis lapidem, primum ſubjicio:* Dedit autem Deus eis ſobolem ſanctiſſimam, Aldebertum ſanctæ Cameracenſis eccleſiæ paſtorem beatiſſimum.... quatuorque dicatas Deo ſorores, quarum una Reyneldis, altera Pharaildis, tertia Ermelendis, quarta Gudila fuit.

C *ex ſancta ætate oſtendimus,*

13 *Ad difficultates omnes utcumque enodandas (cum ambigua ſint ferme omnia) aliquouſque explorandæ eſt* S. Amalbergæ *ætas, quæ inde colligi poſſe videtur, quod proles ejus natu minima & poſtrema fuerit S. Gudila, de qua angelus ei prædixerit, quod paritura eſſet* filiam Deo dilectam ſummæque continentiæ & caſtitatis flore perornatam, *quodque* poſt ipſam, alteram non conciperet filiam: *demum quod* natam filiam traderet S. Gertrudi, lavacro ſalutari ſuſcipiendam, & in Chriſto verbi divini lacte (ut Apoſtolus monet fieri debere) enutriendam. *Notant hæc certiſſime tempus quo S. Gertrudis fama jam per Belgium vulgata erat, adeoque dum Nivellæ ſanctimonialem ageret. Atqui S. Gertrudis nata anno 632, velata eſt a S. Autberto 650; conſequens eſt, ut ante eum annum nata non ſit S. Gudila, quandoquidem eam ætatem ut minimum attigiſſe debuerit ſancta inſtitutrix, priuſquam ad ſuſcipiendam puellulæ curam idonea fuerit. Verſimillime igitur quis conjiciat, natam eſſe S. Gudilam circa annum iſtum 650 aut paulo ſerius. Cum vero ultima fuerit S. Amalbergæ proles,*

14 *Admitto imprimis cum Majoribus ad* XV *Januarii,* S. Amalbergæ *filium fuiſſe, itidem Sanctum & Cameracenſem epiſcopum* Aldebertum, *ſeu* Ablebertum, *aut* Hildebertum, *vel quocumque alio ſimili appellitz nomine; verum qui non Bertoaldo, ſed SS. Autberto & Vindiciano ſucceſſerit, ut in Commentario de ejus geſtis paragrapho 4 pag. 1078, & in Commentario de S. Gudila* VIII *Januarii pag. 513, contra Baldericum & alios probatum exiſtimo. Et quis, obſecro, ſatis intelligat, S. Ablebertum ab anno 630 vel citius fuiſſe epiſcopum, adeoque natum ut minimum anno 600, & tamen matrem ejus* S. Amalbergam *filiam peperiſſe S. Gudilam circa annum 650, quam S. Gertrudis* lavacro ſalutari ſuſceperit & in Chriſto divini verbi lacte enutrivetit? *Cui rei vix eo tempore apta fuerit S. Gertrudis non ante annum 632 in lucem edita. Eſt itaque multo verſimilius, eum eſſe* Hildebertum S. Amelbergæ *filium, qui &* Ablebertus & Aldebertus & Emebertus *dicitur, quemque non ſolum* S. Autberto *ſed etiam* S. Vindiciano *ſucceſſiſſe oportet circa annum 695, utpote qui ſorori S. Gudilæ, circa annum 712 defunctæ, toſte ipſo Balderico, ſupervixerit.* E

ſolos tres liberos peperiſſe

15 *Gravior lapſus auctoris Vitæ, Baldevici & aliorum eſt, quod contra conſtantem, ut ferme ajebat Molanus, propriarum eccleſiarum opinionem, quatuor virgines ſorores faciant, quarum ætates non magis componi poſſunt, quam S. Emeberti ſeu Ableberti epiſcopatus Cameracenſis ante S. Autberti tempora collocari; quæ in re id etiam obſervatu dignum eſt, auctorem Vitæ* S. Amelbergæ *tradere, ipſam ab eodem S. Autberto ſacrum velamen ſuſcepiſſe. Manifeſta eſt, ni fallor, contradictio in ſancta Ermelende, quæ a Cointio & aliis inconſequenter rejicitur, quæque certe ex eadem cum S. Gudila matre gigni omnino non potuit, niſi miraculum fingamus, quod in Sara, Abrahami uxore, admittere nos cogit ſola ſacrarum Litterarum divina auctoritas. De S. Ermelende, iiſdem prope verbis meminit Molanus in Indiculo & in Natalibus Sanctorum Belgii ad diem* XXIX *Octobris, ſic de ea ſcribens:* Poſt mortem vero per quadragintà octo annos a cultu ſæculi latuit, donec miraculorum gloria eam magnificante, permotus Dux Pippinus, pater S. Gertrudis, ſacrum corpus levavit e tumulo. *SS. Emebertum, Reineldem & Gudilam,* F

16 *Plura de hac re ex ipſa S. Ermelendis Vita referuntur in Commentario ad Acta B. Pipini paragrapho 4, præſertim num. 45, pag. 258, ubi dicitur, quod* prædictus Princeps.... prædiorum permaxima multitudine locum ditavit, jaciens fundamenta monaſterii ubi Chriſtum recoleret plebs Dei. *Vide ibidem alia, ad eam rem ſpectantia, paulo fuſius explicata. Jam vero diem ultimum obiit beatus iſte Pippinus,* pater B. Gertrudis, *per eam appoſitionem clariſſime ab omni alio ſynonymo diſtinctus, anno Domini 646, quo ipſo tantiſper, ſed gratis concedam, omnia jam velata peragi ab ea potuiſſe: & jam annis totis octo & quadraginta ſepulta fuerat S. Ermelendis, vel in ea hypotheſi plane admittendum eſt, ipſam ut minimum vita fundam ex-* *exclufo S. Ermelende,*

AUCT. J. B. S. *ao* 598. *Dentur ipſi anni vitæ duntaxat viginti, notam oportet rurſus ut minimum anno* 578. *Et erit qui nobis perſuadeat, ſanctam noſtram* Amalbergam, *quæ S. Gudilam enixa eſt circa annum* 630, *ejuſdem iſtius virginis Ermelendis genitricem fuiſſe, tetis ante annis duobus & ſeptuaginta? Hæc qui apte conciliaverit, poterit una flammas inter & aquam, ventos & mare concordiam inducere.*

&S. Pharaildæ. 17 *Sed neque S. Pharaildem vidiſſe fuiſſe* S. Amalbergæ *filiam, neque potuit ea opinio aliunde oriri, quam ex Actis* SS. Emeberti, *Gudilæ, & hujus* Amalbergæ, *quorum errores emendare conamur. S. Pharaildis certam ætatem nemo eſt qui determinaverit hactenus, nec id explorare potuit operis noſtri conditor Bollandus* XV *Januarii; ad S. Gudilam natans, bis nuptam fuiſſe* S. Amalbergam, *ſi S. Pharaildis mater exſtitit; quod nobis nullo modo probatur. Sed neque id exprimunt S. Pharaildis Acta, dum præterito matris nomine, ſolum innuunt, patrem ei fuiſſe* Theodoricum, intra fines Lotharingiæ & Galliæ imperantem, *cui* natorum *etiam* gemina fuerit ſoboles, *ſed innominata, quibus* feminæ ſortis tertia *acceſſerit* Pharaildis nomine, *ubi rotunde fatetur excludantur. Adde his Vitam B. Reineldis, ad* XVI *Julii illuſtrandam, in qua ſicut prior exſtat in noſtro codice Ms. Signato* ✠ *Ms.* 50, *ſic legas:* Ex hac ergo (*S. Amalberga*) dedit ei (*Witgero*) Dominus ſobolem ſanctiſſimam, Emebertum, poſtea ſanctæ Cameracenſis eccleſiæ paſtorem beatiſſimum .... duaſque filias, quarum una Gudila, altera Reineldis vocabatur. *Nihil hic de Ermelende aut Pharailde, quæ etiam excluſæ ſunt in Vita S. Berlendis ad* III *Februarii, ſed quarum ſanctitati nec bilum ſubtractum cupimus, tametſi eas aliarum ſorores fuiſſe, prorſus exiſtimare non poſſimus. Sed de liberis ſatis dictum ſit, ad S.* Amalbergæ *cultum & Acta procedamus.*

§. III. S. Amalbergæ cultus, profeſſio & Acta.

Rotunditas hujus quam Virginis cultus

C INter *varios Legendarii gallici errores, de quibus ſupra locuti ſumus a principio paragraphi præcedentis, & hic computandus eſt, quod ſatis confidenter enuntiet,* S. Amalbergam Virginem *hac die recoli, occaſione ſynonymæ ſanctæ viduæ, cujus hic geſta illuſtramus; cum utraque Acta eumdem tranſitus diem æqualiter ſignent, aliunde vero plane oppoſitum dicendum videatur; patebit enim infra, multis ante ſæculis notam fuiſſe in Martyrologiis jam dictam S. Amalbergam virginem, ut in Roſweydino ſeu Trajectenſi codice ſæculi* XII *& pluribus aliis; multis, inquam, ante ſæculis, quam hodiernam ſanctam Viduam additionibus ſuis ad Uſuardum inſereret Molanus, in Indiculo, forte per mendum typographicum, ſignans* X diem Julii, *unde factum eſt ut Baronius, in ſuis ad Martyrologium notationibus, occaſione Virginis, quæ ſola Faſtis vetuſtioribus & in hodierno Romano locum habet, ſcripſerit,* fuiſſe præterea & aliam ejuſdem nominis Amelbergam viduam, & ipſam ſanctitate celebrem, cujus Acta deſcribit Surius tomo 4 hac die; porro feſta dies ejus non VI Idus Julii, ſed Junii agitur, ut teſtatur Molanus, de ipſa agens in Indiculo Sanctorum Belgii. *Verum hæc in Natalibus optime reſtituit eorum editor Lowius, ad hunc diem omnia reducens, quæ de noſtra ſancta Vidua dicenda erant aut retractanda.*

19 *In jam dictis ad Uſuardum additionibus ſe* D *in veteribus faſtis feſti celebris eſt.* *profeſſus fuerat laudatus Molanus ad hunc diem in prima editione:* Binchii, Amalbergæ electæ, viduæ, quæ cum in pace quieviſſet, condita eſt in Laubias, in baſilica B. Urſmari: & ſignis clara, mira veneratione fidelium colitur. *In poſterioribus paulo aliter & brevius:* Eodem die Laubaco cœnobio, depoſitio S. Amalbergæ electæ, quæ ſignis clara &c. *Adjecta eſt Sanctæ recentiori manu Adoni Lobienſi manuſcripto. Ejuſdem meminere Kalendarium Leodienſe, Martyrologium Germanicum atque item Belgicum, Galeſinius, Ghinius, Ferrarius & recentiores alii. Faller, ni Sauſſayus Molani dicta conciliare voluerit, dum elevationem a natali perperam diſtinxit:* Eodem die elevatio ſanctæ Amalbergæ viduæ ſanctimonialis, cujus tranſitus Laubiis & Binchii quotannis feſtivatur IV Idus Junii. At Binchii præcipuo cultu pollet, ubi delata pridem ex eccleſia Laubienſi, cum aliis ſeptem Beatis, quieſcit ſacra ejus gleba in theca argentea. *Tabulas non ſatis ſinceras conſuluit Sauſſayus, ſi aliam* S. Amalbergæ *tranſitus feſtivitatem reperit, præter eam quam hoc die ſignant monumenta omnia Belgica.* E

20 *Varia inter elogia unum ſubnectere liceat, a Conſtantino Ghinio ſatis recte conceptum, ſi ſolam epochæ eximas, ut infra dicam:* In Laubaco cœnobio, depoſitio S. Amalbergæ viduæ, quæ illuſtriſſimo genere nata, patre orbata, etſi reluctans, Witgero Lotharingiæ Principi in matrimonium data, ex eo prolem ſanctam in lucem edidit, nempe Ablebertum Cameracenſem epiſcopum, & Deo dicatas virgines Rayneldem martyrem & Gudilam. Poſtea cum viro ſæculum deſerens, velamen accepit a B. Autberto Cameracenſi antiſtite, & ſe totam Deo dicavit in Malbodio. Cumque in dies magis ac magis jejuniis & precibus carnem domaret, [&] ſpiritum roboraret, febre correpta, ſentiens diem vocationis adeſſe, ſæpe repetens verba illa, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, ad eamdem gloriam vocata, quievit in Domino. Corpus Lobium delatum, inde Binchium translatum, miraculis illuſtratur. Claruit tempore Pippini, circa annum Domini 790. *Excuſandus error in ſyfris* 790, *typographi, opinor culpa, quemadmodum de Molani Indiculo diximus; mutandusque character primus* 7 *in* 6: *quis enim ille Pippinus in Brabantia, Carolo Magno jam pridem imperante?* *Ejus elogia,* F

21 *Vulgati monaſtici omnes Martyrologi Benedictini* S. Amalbergam *ſibi certatim vendicant,* Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, *quos nihilominus Mabillo minime ſecutus eſt, de ipſa nec in Actis ſuis, ne quidem inter Prætermiſſos, nec in Annalibus ullam faciens mentionem. Bucelini encomium, jam date haud multum abſimile, Actorum ſynopſis eſt, qualem dedit Molanus in Indiculo & in Natalibus. Wion nonnulla perperam explicuit, quæ ſuperioribus paragraphis ſatis refutata ſunt: in eo erroris ſocios habuit, ſeu potius ipſe in errorem induxit Dorganium & Menardum, utpote qui omnes* S. Amalbergam ABBATISSAM *nuncupent. Wionis verba ſunt:* Eodem die Laubaco cœnobio, depoſitio S. Amalbergæ viduæ, & abbatiſſæ Malbodienſis, quæ ſignis clara, mira veneratione fidelium colitur. *Dorganius paulo brevius:* Eodem die, S. Amelbergæ viduæ & abbatiſſæ, quæ ſignis clara, *item apud Benedictinos*

Digitized by Google

A clara, magna veneratione colitur. *Symmiſtas ſequitur Menardus, qui ſic habet*: Eodem die Laubaco cœnobio, depoſitio ſanctæ Amalbergæ viduæ & abbatiſſæ Malbodienſis. *Ita ipſi, mutata placita adeptantes & deſcribentes.*

qui perperam ipſam abbatiſſam faciunt;

22 *At enim tota iſta* S. Amalbergæ *abbatialis dignitas, tam ſpecioſe obtruſa, nulla omnino probabilitate nititur, nec ulla Malbodii ejus exſtat memoria. Certe abbatiſſa prima ſancta Aldegundis, ut* XXX *Januarii dictum eſt ſatis, videtur obiiſſe anno* 675, *cui ſucceſſit in monaſterii regimine S. Aldetrudis, de qua egimus* XXV *Februarii, quæ duodecim annis præfuiſſe dicitur. Hanc abbatiſſa tertia ſubſecuta eſt S. Madalberta, ut patebit ad diem* VII *Septembris: hæc vero uſque ad annum* 696 *ſupervixit. Non eſt autem veroſimile, ſanctam* Amalbergam, *quæ circa annum* 650 *S. Gudilam ultimam prolem tuxta eſt, aut tamdiu vixiſſe, aut ſaltem fuiſſe tum regendo monaſterio aptam. Ipſe Wion (qui forte nominis ſimilitudine deceptus, Amalbergam pro Madalberta abbatiſſam facit) illam circa annum* 690 *obiiſſe ſcribit; ſatis probabili conjectura: nam* B *quod noſter Andreas Bayus in Vitis ſanctorum conjugatorum, Surium haud dubie ſecutus, ſcribit, circa annum* 650 *obiiſſe, id dici non poteſt, cum poſt S. Aldegundem deceſſiſſe, ex Vita ipſius, quam mox dabimus, manifeſte conſtet. Conſentiunt Gbinii, vel ejus typographi errorem jam ſupra excuſavimus.*

ſatis eſt ſanctimonialem appellare.

23 *Sed a propoſito noſtro ferme deflectimus. Abbatiſſam numquam fuiſſe* S. Amalbergam, *extra controverſiam poſitum cenſemus, attamen ſanctimonialis habitum induiſſe, a S. Autberto, Cameracenſi epiſcopo, ſacro velamine amictam, & ſub S. Aldegundis altarumque jam dictarum abbatiſſarum ſuavi gubernatione ſanctiſſimam vitam exegiſſe, minime dubium videtur; nam & id angelus ei diſerte prænuntiaverat num.* 3; cum viro tuo, mutatis veſtibus, acceptoque monachali habitu, voſmetipſos gratas immolabitis Deo hoſtias, atque in ſancta converſatione ad finem uſque perdurabitis. *Sic porro perduraſſe ſanctam, id enimvero probant Acta a num.* 5. *De ejus habitu hæc notata invenio ad eorumdem Actorum calcem, eadem manu, qua ipſa olim deſcripta ſunt, & a zeloſiſſimis operis noſtri, tunc necdum inchoati, promotoribus monachis Lætienſibus ad Roſweydum tranſmiſſa.* Pingitur C hic (*Binchii optimo*) ſancta Amalberga moniali indumento vel ſoutana coloris nivei, pallio atri; albo ſuper caput velamine, uti Canonicæ: & manu ſiniſtra novaculam geſtans (dextra librum) qua opus in anguſtia partus divæ Gudilæ traditur fuiſſe. *Satis de cultu.*

Actorum ſatis imperite compilatorum

24 *Acta primus, quod ſciam, edidit Surius, præfixo hoc titulo:* Vita S. Amalbergæ viduæ, matris S. Gudilæ virginis, ut in Mss. codicibus habetur. Stylum mutavit F. Laur. Surius. *Hic Surii in omnibus ferme Legendis mos fuit, de quo ſæpe alibi conqueſti ſumus: nos genuinam ipſius & primigenialem phraſim, integra fide, reſtituendam cenſuimus, notaturi hinc inde graviores variationes, quæ ad rem facere videbuntur. Auctorem ſuſpicari quis poſſit, fuiſſe monachum Lobienſem, verum ipſe nullum ejus rei veſtigium prodidit, ut factus ſit, nihil idcirco definire. Nec facilis eſt conjectura, quo primum tempore ſcripta fuerint, quamvis indubitatum videatur, pluribus poſt Sanctæ obitum ſæculis compilata fuiſſe (certe poſt ſæculum* X, *dum notiſſimus eſſet in Belgio Lotharingiæ ducatus) ab homine hiſtoriæ Belgicæ & chronologiæ non ſatis perito, qui res & tempora male confuderit, pauciſſima memorans, quæ ad veſtram geſtorum ſeriem pertineant; ſigna autem jejune etiam & breviſſime complexus, hac formula*: Quanti cujuſque meriti fuerit beatiſſima Chriſti famula, teſtantur ad tumulum ejuſdem, orationibus ejus, diverſorum ſignorum multiplicibus curationibus, per gratiam Dei facta miracula, *ne uno quidem ex altero e tanta copia ſigillatim enarrato.* D AUCT. J. B. S.

compendiaria analyſis.

25 *Ex iſtiuſmodi ſpicilegiis de Actorum merito & æſtimatione facile ſtatuet harum rerum non imperitus arbiter. En modo brevem eorumdem analyſim. Numerus primus virginibus inſtituendis aptus eſt, ubi in tenera ætate parentum ſolatio orbata dicitur Sancta; & tamen numero 2 iidem inducuntur, tanquam a diabolo ad matrimonium ejus inſtigati. Dum ait ſcriptor,* a Pippino fratre ſuo *nuptui datam, contradicit Vitis* 55. *Reinoldis & Gudilæ, in quibus ſancta earum mater* Amalberga, Majoris-Domus *inclyta Pippini ſorore progenita aſſeritur, ut tradunt etiam alii. Quod autem de Witgero memorat,* totius E Lotharingiæ ducatus officium geſſiſſe, *cum n.* 4 *appellans* regem prudentiſſimum, *refutatum eſt in Commentario prævio ad Vitam B. Pippini, ut dicemus paragrapho ſequenti; quæ ſaltem in re non tantopere vituperanda eſt Surii mutatio, dum Lotharingiæ Ducis nomini ſubſtituit,* Witgero homini præpotenti *conjugem traditam fuiſſe* S. Amalbergam. *De liberorum numero ſupra abunde diſputavimus. Cetera, tametſi non ſatis hiſtorica, tolerari poſſunt. Supereſt, ut Majorum fidem liberemus, ea etiam annectendo, quæ de Witgero,* S. Amalbergæ *marito, & poſtea monacho dici merentur.*

§. IV. Witgerus S. Amalbergæ maritus quis fuerit, & an Sanctis annumerandus.

Qua de Witgero pollicitus eſt Bollandus,

PRidem *pollicitus eſt Joannes Bollandus in citato non ſemel Commentario ad Acta B. Pippini & alibi, acturos nos etiam hoc die de* S. Amalbergæ beato, *ut ipſe vocavit,* Witgero, *ſanctiſſimæ nuptiis conjuge; cujus nulla ſeorſim Acta exſtant; nec vero alia de ipſo produci poſſunt præter ea quæ leguntur in Vitis jam datis* S. *Emeberti ſeu Adalberti* XV *Januarii,* S. *Gudilæ* VIII *Januarii,* S. Amalbergæ *quæ datur hoc die, &* S. *Reinoldis, de qua agendum divinus hujus menſis* XVI, *quando patebit clarius, aut unum eumdemque fuiſſe plurium Actorum ſcriptorem, aut certe alia aliis præmiſiſſe, ſic ut eorum geneſis ferme deprehendi poſſit. Ne autem Bollando hic in nonnullis videar contradiviſſe; id accurate notandum, in citato jam Commentario de* B. Pippino *ad* XXI *Februarii, circa jam dictæ* S. *Reinoldis Legendam, ſecutum ipſum manuſcriptum paulo recentius, cui nomen tertiæ ſororis* S. *Pharaildis inſertum reperit, quod plane abeſt ab antiquiori codice, a nobis ſupra laudato, ut ex relatis ibi verbis perſpicuum eſt: ſed id plenius & ex profeſſo, ad dictum diem* XVI *Julii diſcutiemus. Hæc curſim obſervata volui, ne quis hæreat, dum diverſas* S. *Reinoldis Vitas a nobis adferri intelligit.* F

Comi-

23 *Porro quæ ad* Witgeri, *ſeu Ducis ſeu*

AUCT. §. B. S. *hic refutat sanctæ Uxoris subjungunt.*

Comitis, certe viri prapotentis originem, titulos ac possessiones in Brabantia, seu ejus temporis Brachante (de cujus vocis etymo & significatione fusius disseruimus in Actis S. Rumoldi, seorsim editis anno 1718) multa curiose & erudite disputavit laudatus Bollandus in prædicto Commentario de B. Pippino, paragrapho 1, numeris 4 & 5, quos hic denuo pro majori parte exhibere visum est, in eorum gratiam, qui, cum Februarius Actorum nostrorum mensis rarissimus factus sit, illi careant, quibus tota hac res paulo clarius illustranda est, simulque refellenda non una Colvenii assertio in suis Francorum ecclesiasticis Annalibus ad annum 653 num. 22, ubi de Witgero ejusque possessionibus loquens, opposita Bollando sensisse visus est, præsertim circa castrum varie expressum Condacum, *seu* Condatum, *quod alter pro* Condato *Hannoniæ, alter pro* Condaco *Brabantiæ, medio itinere Antverpiam inter & Mechliniam sito, vulgo* Contick *accepit, quod certe ad Lobienses propius pertinuisse, indubitatum est. Sed Bollandum ipsum audiamus.*

Origo ejus & potentia, B

28 *Et in Brachante quidem (Bollandi verba sunt) ejusdem Pippini sororis maritus aut gener* Witgerus *opimas habuit fortunas, de quibus ita loquitur Vita S. Reineldis virginis & martyris,* XVI *Julii a nobis edenda*: Igitur beatissima virgo Rayneldis nobilissimis natalibus, Condacensi castro, quod super Scelt fluvium situm est, exstitit oriunda. Nam regnante Pippino Duce, patre sanctissimæ virginis Gertrudis.... pater illius Comes Wigerus nomine, totius Lotharingiæ ducatus officium gerebat, & inter palatinos Principes primatum tenebat..... Fuit autem possessio ejus supradictum castrum, nomine Condacum, & Amniacum, Uginiacumque, cum aliis prædiis multis, quorum nomina non expedit hic recitari. Conjunxit ergo sibi in matrimonio puellam regiam, supradicti Ducis sororis filiam, nomine Amelbergam..... Ex hac ergo dedit ei Deus sobolem sanctissimam Emebertum *&c. Notat deinde Bollandus, S. Reineldis vitam recentiorem esse, unde nec mirum, si mendis respersa sit; quale illud, quod* Witgerus *Comes dicatur* totius Lotharingiæ ducatus officium gessisse, *quod idem etiam habes infra in vita* S. Amalbergæ, *ut facile pateat, Vitarum istarum scriptores nonnulla affinitate conjunctos fuisse.*

C

uni & tituli examinati;

29 *Probat deinde Bollandus, Lotharingiæ seu regni Lotharienſis nomen, non nisi annis ducentis & amplius post B. Pippini Witgerique obitum, cognitum fuisse, quando Lothario, Lotharii Imperatoris filio, Ludovici Pii nepote, anno* DCCCLXIX *sine liberis defuncto, ditionem ejus inter se patrui ejus Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus, ac deinde hic idem Calvus, & Ludovicus, Germanici filius, partiti sunt, non sine bellis. Nec in eo solum Bollando videtur Vitæ illius scriptor hallucinatus, sed perperam quoque* Condacum castrum *super fluvium* Scelt *collocare, ratus* Condatum *esse Hannoniæ oppidum, ad Hainæ Scaldisque confluentes: cum* Contacum *esse videatur, pagus Infignis, medio inter Mechliniam & Antverpiam spatio, aliquot millibus passuum a Scaldi. Nam cum patrimonium suum S. Reineldis, Witgeri Comitis filia, Lobiensi monasterio tradiderit, fatentur Lobienses, se amplissima bona* Contaci *(quod vulgo nunc* Contick *dicitur) possedisse, & jura etiamnum quædam retinere, cæteris Cardinali Grimbellano venditis: Condati vero negant, se quidquam possidere, aut meminisse a majoribus suis possessum. Atque hoc præcipuum est in quo Colvenium a Bollando perperam recessisse existimamus.* D

ubi etiam de possessionibus.

30 *Iidem Lobienses* Sanctas *pagum veteris Brachanti, ubi corpus asservatur S. Reineldis, etiamnum tenent ex ejus donatione, licet parte jurisdictionis alienata. Et in Brachante fuisse Witgeri possessiones, sive avitas sive dotales uxoris, conjicere est ex S. Gudilæ Vita, in qua cap.* 1, *num.* 3 *ista leguntur*: Beata igitur Gudila virgo dignissimum habuit ortum in Brabantensi pago..... parentibus secundum sæculi dignitatem excellenti insignitis prosapia, & in administrationem reipublicæ adeptis honorum fastigia. Pater siquidem ejus exstitit Witgerus, quem in fascibus comitatus egisse accepimus. *In altera ejusdem Gudilæ Vita cap.* 1, *num.* 1 *ista habentur*. Igitur Sigeberti Regis temporibus, qui fuit Dagoberti Regis filius, exstitit quidam Comes Witgerus nomine, in pago Brabantensi, probabilis moribus *&c. Laudatus supra Baldericus in Chronico suo Cameracensi de S. Emeberto sic scribit*: Hic ex Brachantensi pago oriundus, parentibus siquidem & vitæ & generis dignitate clarissimis, patre videlicet Witgero Comite, sancto viro, atque Amulberga matre editus est. *Hactenus ferme ex Bollando.* E

De monachatu non dubitatur

31 *Atque hæc quidem sunt quæ cum aliqua verisimilitudine de Witgeri præclarissimi natalibus & possessionibus disputari possunt. De ejus cum* S. Amalberga *conjugio iterum agitur in Vita proxime subnectenda, ubi & pios conjuges, mutuo consensu a se invicem recessisse & monasticam tota reliqua vita professos, habes num.* 4: Placuit denique etiam patri & matri sæculum deserere, quo Christo possent liberius militare. Nam Witgerus rex prudentissimus, sicut ab angelo prænuntiatum fuerat, monasticæ regulæ disciplinę se subdidit; uxor vero illius Amalberga, sacro velamine susceptо ab Autberto Cameracensi episcopo, se Domino dedicavit. *Expressis verbis hic non asseritur, Witgerum ad Lobienses se contulisse, ast ea receptissima est scriptorum prope omnium opinio, proinde inde & facilius admittenda, quod ambæ sanctorum parentum sanctæ heredes Reineldis & Gudila, potissimam bonorum suorum partem monachis Lobiensibus subinde obtulerint, ut ex Vita S. Reineldis constat, & jam a Bollando satis dictum est.* F

licet nunquam desinere nequeat?

32 *Quo primum anno vitam monasticam amplexus sit Witgerus, quamdiu in cœnobio vixerit, quo tempore e vita excesserit, tacentibus sanctæ uxoris & liberorum Legendis, nemo, nisi temere divinaverit: nec mihi lubet in rebus tam obscuris pro arbitrio quidquam statuere, quod fecit Colvenius, dum annum 666 assignavit, quo cum uxore sæculo renuntiaverit. Haud equidem dubitaverim, felicissimo exitu comparem vitam coronasse, unde eum Baldericus* sanctum virum *merito appellaverit. Ceterum exstat apud nos responsum monachi alicujus Lobiensis ad Bollandi quæsita, huc missum ab operis nostri patrono D. Thoma Luytens, Leodiensi postmodum abbate, in quo articulo ultimo sic scriptum invenio*: Baldericus in Chronico suo Cameracensi lib. 1, cap. 16, dicit, S. Ablebertum parentibus siquidem & vitæ & generis dignitate clarissimis, patre videlicet Witgero Comite, sancto viro atque Amalberga matre editum. In quibusdam tabulis Sanctus dicitur, sed nulla apud nos ejus habetur memoria. Gazæus in sua historia

pag.

Digitized by Google

A pag. 73 ponit eum obiisse ultima Decembris, quo anno vero ignoratur. *Satis ingenua confessio est, Witgerum apud Lobienses numquam pro Sancto habitum fuisse.*

neque scitur cultum usquam habuisse.

33 *Vellem addidisset, quibus in tabulis* Sancti *appellatio ei adscribatur, quam ego hactenus non reperi. Citat Hollandus Kalendarium Sanctorum ditionis Leodiensis, cujus auctoritatem non magnam esse oportet, cum noster Piseu inter Flores suos, ne venerabilis quidem nomen Witgero tribuere ausus sit; in elogio S. Amalbergæ id solum tradens, quod uti beatissima uxor, & ipse sanctissimam vitam instituerit, non minori laude, prioque defunctus sit; hoc autem postremum, nescio unde hauserit. Molano etiam plane praeteritus est, nec Miraeus, utut in titulo Beatum vocet, de eo aliud asserit, quam quod jam diximus; nempe a Balderico* sanctum virum & Comitem nuncupari, qui sæculi curis valere jussis, demum factus sit monachus Laubiis ad Sabim fluvium. *Verum haec nondum demonstrant, vel*

B *inchoatum aliquem cultum Witgero unquam delatum. Id vero peremptorium videtur argumentum, quo veteres Sanctos aut Beatos inter eum connumerare, quod in ipso suo Lobiensi coenobio nullam prorsus venerationem habuisse sciatur, quo circa nos omni titulo abstinendum censuimus, haec de ipso in sancta conjugis gratiam collegisse contenti. Reliquum modo est, ut qualemcumque S. Amalbergæ Legendam subjiciamus.*

VITA

Quæ legitur a Laubiensibus & Binchiensibus. Desumpta ex Ms. Binchiensi.

BEata Amalberga illustrissimis exorta natalibus, sed moribus elegantioribus adornata, Sanctas *a* oppidum excoluit: cujus ductrix & Domina usque ad assumptam religionis beatitudinem jure hereditario extitit. Quæ parentum orbata solatio, tenera licet ætate, familiam, quæ successione hereditaria sibi inhæserat, pervigili cura, suaviterque tractabat, non quia servorum aut ancillarum numerosa turba, quod inter mortales primum putatur, delectaretur, sed quia injustum esse putabat, si paternum censum avide retinens, fame & inedia quemlibet eorum pateretur perire. Non ipsa puellares jocos, non amatoria carmina, non ludicra quælibet, ac frivola audire, vel videre curabat, sed quasi Maria secus pedes Domini residens, quod actura fuerat, actu & habitu præmonstrabat.

Illustri genere nata

a

C

Witgero nupui traditur.

b

a At vero inimicus castitatis diabolus puellarem admiratus continentiam, spe tamen fraudatus inani, ad ejusdem puellæ matrimonium instigat parentes; denominatur renitenti maritus: & tandem a fratre suo Pipino, patre sanctæ Gertrudis, Vuitgero, totius Lotharingiæ Ducatus officium *b* gerenti maritо traditur, æquali genere, nec dispari meritis. Dedit autem Deus eis sobolem sanctissimam Aldebertum, sanctæ Cameracensis ecclesiæ pastorem beatissimum, cujus gesta plena miraculis atque virtutibus in eadem ecclesia usque in hodiernum florent; quatuorque dicatas Deo sorores, quarum una Reyneldis, altera Pharaildis, tertia Ermelindis, quarta Gudila fuit. AUCT. J. B. S.

De ultima prole angeli nuntio.

3 Cumque oppressione junioris, sanctæ videlicet Gudilæ, ante paucos dies uterini partus materno ritu angustiaretur, indictum est ei ab angelo hujusmodi solatium: Paries filiam Deo siquidem dilectam, summæque continentiæ & castitatis flore præornatam; hanc omnibus diebus vitæ tuæ Deo gratum exhibebit obsequium, tu vero post ipsam, alteram non concipies filiam, sed ex eo die in castitate manens, cum viro tuo, mutatis vestibus, acceptoque monachali habitu, vosmetipsos gratas immolabitis Deo hostias, atque in sancta conversatione in finem usque perdurabitis: natam vero filiam trades sanctæ Gertrudi, lavacro salutari suscipiendam, & in Christo verbi divini lacte (ut Apostolus monet fieri debere) enutriendam.

& de conjugum ad sanctorio secessu.

4 Tunc illa, Gratias, inquit, ago tibi Domine Jesu Christe, qui ad consolationem angelum tuum de cælis mittere dignatus es. His & aliis vocibus hujusmodi cælum pulsans, se Domino precibus commendabat. Ac vero ceteræ ipsius filiæ cum ab infantia sua vitam castissimam E ducere proposuissent, multique illas regni primores (ob nobilitatem & divitias) copulari sibi in conjugio cuperent, placuit eis in virginitate permanentibus, sponso cælesti magis adhærere toto desiderio animi, quam mortalium conjugiis copulari; placuit denique etiam patri & matri sæculum deserere, quo Christo possent liberius militare. Nam Vuitgerus rex prudentissimus, sicut ab angelo prænuntiatum fuerat, monasticæ regulæ disciplinæ se subdidit; uxor vero illius Amalberga, sacro velamine suscepto ab Autberto Cameracensi Episcopo, se Domino dedicavit.

Ipse sanctimoniali soror sanctæ moritur.

5 Igitur sanctissima Amalberga, sicut ab ineunte ætatis suæ teneræ primævo flore moribus bonis composita, divinis operibus attentius in reliquo desudare decrevit, moxque ad hæc totis viribus conversa, incredibile dictu est quantæ se abstinentiæ dederit, quam assidue jejuniis & orationibus corpus F suum afflixerit. Cumque in dies magis ac magis carnem domando, spiritum roboraret, disponente Deo tanto ejus labori finem imponere, febre correpta est, & incidens in gravissimam invaletudinem, id quod desiderabat adepta est, scilicet ut Domino copiosius uniretur. Sentiens itaque prudentissima feminarum diem suæ vocationis adesse, quasi quæ humana despiceret & ad suos jam invitaretur, usque ad exspirationem animæ istos versiculos susurrabat: Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Adsunt denique sancti beatorum spiritus, ejus animam ad cælum usque deferentes.

ejusque corpus Malbodio

c

d

6 Tota ad funus ejus Malbodiensis turba *c* convenit; omnis inopum multitudo matrem & nutriculam *d* se perdidisse clamabat. Tanta vero dignitas ejus ora compleverat, ut cunctis liquido clarescceret, quia æromnas beatitudine, labores requiæ commutaverat. Verum quia tunc temporis Malbodii nulla spectabilium personarum sepulturæ tradita fuerat, sed neque beata Aldegundis *e*, quæ eumdem locum a fundamento extruxerat, majores natu ecclesiæ quid facto opus sit

e

con-

AUTC. J. B. S. consulunt, & quonam loco sanctum corpus sepulturæ tradi oporteat, alternatim colloquentes, nihil certi statuunt. Tandem salutari reperto consilio Laubiense monasterium sepulturæ corporis Dei famulæ constituitur, quod quia divinæ considerationis ordinatione gestum fuit, ab omnibus unanimiter concreditur.

Lobiense sepulturæ deferitur.

7 In eodem autem tum temporis cœnobio non minima monachorum, Deo sub jugo regulæ beati Benedicti militantium, continebatur congregatio, & in divini cultus profectibus sanctitatis florebat religio, & quamplurima beatorum Christi Confessorum inibi quiescentium corpora non minimam venerationem conferebant eidem monasterio: accepto itaque abomnibus consilio, beatissimum corpus condigna sui veneratione, sanctimonialibus cum canticis & hymnis prosequentibus, effertur, laudibusque delatum, quanta debuit cum devotione ab Abbate loci, B fratribusque decenter suscipitur, & in ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ, beatorumque Confessorum Christi Ursmari & Ermini, cum ceteris plurimorum Sanctorum pignoribus sepulturæ traditur. In conspectu vero summæ pietatis quanti cujusque meriti D fuerit beatissima Christi famula, testantur ad tumulum ejusdem, orationibus ejus, diversorum languorum multiplicibus, curationibus, per gratiam Dei facta miracula. Requievit autem Christi famula beata Amalberga sexto Idus Julii in pace, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor &c.

ANNOTATA.

a *Jam supra monuimus, non hic* Sanctas *Chelæ indicari, sed pagum, Hallis Despare in Hannonia dictum, ubi celebris est sanctæ Reinoldis & sociorum martyrum cultus.*

b *De hoc officio & de* S. Amalberga *libris, in Commentario satis etiam disputatum est: ubi & reliqua expensa sunt, quæ hic explicationem aliquam mererentur.*

c *Religiosas intellige, quæ funus comitatæ sint.*

d *Potuit* inopum nutricula *esse etiam sanctimonialis; ut cui a sanctis filiabus eleemosynæ suppeditarentur, in pauperes erogandæ.*

e *Hinc Bollandi & nostra confirmatur assertio,* I *quod* S. Amalberga *post S. Aldegundem superstes fuerit.*

DE S. PASCHARIO EPISC. ET CONF.

APUD NANNETES IN BRITANNIA ARMORICA.

Sylloge de cultu, ætate, gestis & officio ecclesiastico.

I. B. S.

CIRCA SÆC. VII.

QUi hic Paschasius *communiori appellatione* nuncupatur, *is alibi* Pasquarius, Paschasius, *& alio ferme nomine indigitatus est a Claudio Roberto, nempe* Poscarius *se* Pascarius; *a quo tamen* Sanctus *vocatur, addito festo hoc* X *Julii. In Episcoporum Nannetensium serie, multis locis haud parum implexa, cum ipse, per nescio quam conjecturam, facit ordine vicesimum, qui apud Sammarthanos est* XXII, *non ante Taurinum & Haircenem, sed post ipsos, ante Salappium; cujus postremi ætas colligenda proponitur ex eo, quod Chaddo archidiaconus, ejus vice, signum apposuerit concilio Cabilonensi anno* 650, *ut consequenter dicendum sit,* S. Paschasium, *si Salappium præcesserit, aute eum annum e vivis excessisse; quam opinionem amplexus est Castellanus, in Martyrologio Universali, obitum ejus consignans circiter annum* 677, *idque breve ipsi elogium apponens, quod* universum patrimonium suum pauperibus distribuerit. *Antiquis omnibus præteritus est, sed inter recentiores de ipso meminit Saussayus in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum pag.* 1144. Nannetis in Armorica, depositio S. Paschasii episcopi, viri apostolicis virtutibus clari; qui divina simul virtute & eloquentia præstans, multos, dum in ecclesia prædicaret, Dei amore inflammavit, & sæculo abductos, Christum sequi, crucemque post eum ferre ad consequendum ejus regnum edocuit. *Brevius Ferrarius in Catalogo generali, his verbis:* Nannete, S. Paschasii, ejusdem urbis. *Ubi satis patet, typographi vitio interciditse titulum* episcopi, *& forte confessoris.*

In scriptoribus recentioribus Paschasii notus est.

C

a *De ipso in Vita S. Ansberti Rotomagensis archiepiscopi ad* IX *Februarii cap.* 3, *num.* 16, *ita legitur:* Sud cujus (*nempe* sancti Lantberti) etiam regimine B. Hermelandus ex prædicto monasterio Fontanella, rogante venerabili pontifice Paschario Nannetensis urbis, in eamdem regionem Nannetensem ab ipso Patre Lantberto directus, in quadam insula alvei Ligeris, quæ vocabatur Autrum, juxta nominis ejusdem proprietatem, monachorum venerabile ædificavit cœnobium. In cujus largitione prædictus antistes Paschasius statuit, ut post decessum ejusdem venerandi Patris Hermelandi, ex monasterio Fontanella, per cuncta succedentia tempora sibi instituant rectores; veluti largitiones ejusdem loci, quæ adhuc in præfato monasterio Fontanella servantur, apertissime declarant. *Ad quæ recte observavit Henschenius in citati capitis annotatis,* S. Paschasium *Nannetensem episcopum a recentioribus fluxisse sub Dagoberto Francorum rege, qui ex connexione S. Hermelandi, cum nostro Præsule corrigendi sint: magisque id adeo patebit ex Vita S. Hermelandi serie, ab eodem Henschenio ordinata, ad* XXV *Martii in Commentario prævio, num.* 7, *quem ad totius rei illustrationem hic describendum censui:*

Ejus ætatem docent Acta S. Ansberti Rotomag.

3 De ætate S. Hermelandi aliqua ex Vita certo constant; e quibus id primo statuendum, S. Landbertum fuisse abbatem Fontanellensem anno DCLXXIII, usque ad annum DCLXXXIV, atque ab eo fuisse S. Hermelandum in monasterio illo susceptum, ac sacro habitu vestitum: peractaque novitiorum probatione, ad professionem admissum, & cum in

& S. Hermelandi, cui monasterium condidit:

A in virtutibus excelleret, ejus mandato sacerdocem consecratum, ac tandem ad S. Pascharium, episcopum Nannetensem, ut novo monasterio erigendo præesset, cum aliis duodecim monachis ablegatum. Hinc colligimus, cum sub S. Landberto abbate, si non fere toto tempore, saltem pluribus annis Fontanellæ vixisse. Secundo constat, eum maturam ætatem attigisse, cum Fontanellam veniret, scilicet qui ante, cum esset studiis præclare instructus, vixerat in aula regia, & cor Regis omniumque optimatum, gratia sua venustatis, in amorem sui converterat..... Rex autem Francorum, cum S. Landbertus fieret abbas Fontanellensis, erat Chlotharius III, qui Chlodoveo II patri suo, anno DCLXII vita functo subrogatus, rexit annos fere XIV, mortuus an. DCLXXV aut initio sequentis.....Clothario successerunt fratres, Childericus; & hoc anno DCLXXIX interempto, Theodoricus, cujus tempore constructum est monasterium Antrense.

4 *Pergit Henschenius definire tempora; quibus*
B *floruerit S. Hermelandus; eumque in Vita dicatur* ex quibus effendi-tur, longævo confectus senio, *sic ea ordinat, ut Sanctum existimet vixisse ut minimum usque ad annum 715. Porro Antrensis monasterii initia, ejus extructionem & dotationem explicant lectiones Officii proprii Nannetensis, in quibus res tota satis accurate, si temporum confusionem excipias, narratur his verbis*: Sed timens (*S. Pascharius*) ne ad prædicationis Euangelicæ munus obeundum, solus ipse sufficere non posset, Lambertum abbatem monasterii Fontanellensis, diœcesis Baiocensis, rogavit, ut quosdam e suis monachis religiosissimos & doctissimos ad se transmitteret, ad erudiendum in fide Catholica & bonis moribus populum sibi commissum. Venerabilis autem Lambertus, ut sancti Pontificis cognovit desiderium, Hermelandum monachum summæ integritatis virum, una cum aliis quibusdam, itidem probatæ vitæ sociis, ad eum transmisit. Quos Pascharius summo cum honore & gaudio excepit: eisque monesterium erexit in
C loco, qui vulgo dicitur Antrum, ad littus fluvii Ligeris, distans ab urbe per quatuor milliaria; quod decimis, censibus, prædiis & reditibus, multisque ecclesiasticis ornamentis dotavit. *Hactenus Officium, personas recte appellans, sed, ut mox patebit, tempora nimium præcipitans, quæ ad chronologicam normam melius exigenda sunt, atque in iis refutanda quæcumque Albertus le Grand, in suis Britanniæ Armoricæ Sanctis turbatos Lectionum calculos secutus, perperam digessit: de cetero non nisi verbosius deducens, quæ tutius ex præfato officio infra subjicientur.*

vixisse usque ad finem sæc. 7. 5 *Ut igitur certo quidquam de S. Pascharii ætate statuatur, ea ex Actis jam editis omnino conferenda & connectenda est cum temporibus sanctorum Lantberti & Hermelandi, quæ extra controversiam posita sunt. Atqui hi duo floruerunt sub finem sæculi VII, ut citatis locis ab Henschenio demonstratum est; neque Antrense monasterium ante annum 679 ædificari cœptum est; nec ante id tempus a* S. Paschario decimis, censibus, prædiis & reditibus *dotari potuit, fallit itaque Sancti epocha in prima lectione Officii Nannetensis tam diserte expressa*: Pascharius civis Nannetensis, miris virtutibus & bonis operibus clarus, floruit circa annum sexcentesimum quadragesimum, Heraclio Imperatore, & Dagoberto primo Rege Francorum. *Aberrant præterea etiam omnia quæ de anno obitus, a laudatis nuper scriptoribus, determinata sunt; ea enim prorsus subsistere non posse, ex Antrensis monasterii eruditis manifestum existimo. Ut paucis dicam; liquid ex supra allegatis recte colligendum; id demum est*: circa annum sexcentesimum quadragesimum, Heraclio Imperatore & Dagoberto I Rege, Francorum, *natum esse* S. Pascharium, *qui, procul dubio, ad sæculum usque octavum cum S. Hermelando, quem singulari pietate & favore coluisse certum est, vitam protraxerit: unde & corrigendi omnino sunt Episcoporum Nannetensium Catalogi, & S. Pascharius Saleppio saltem & Agathoni verosimillime postponendus, quidquid de anno, quo mortalitatem exuit, nihil certi hactenus deprehendi potuerit.*

6 *Non minus obscura sunt reliqua, ad* S. Pascharii *res gestas spectantia, frustra a nobis disquisita, præter ea dumtaxat, quæ in præfatis ecclesiæ Nannetensis lectionibus recitantur; veriora,* De ejus gestis nihil aliud superest. E *opinor, & sinceriora, quam temporum ratio, ex sanctorum Lantberti & Hermelandi ætate sufficienter convulsa. Non semel alias adducenda fuerunt lectiones ex prædicto Nannetensi proprio, cujus editio aliquousque colligitur ex apposito regio privilegio anni 1622, de quo iterum in altero tomo dictum est, ubi de S. Felice ejus urbis episcopo ad VII hujus mensis pag. 471. Officium ponitur vita duplici cum hac oratione*: Deus qui beatum Pascharium, urbis Nannetice antistitem, in confessione veræ fidei, mundum relinquere voluisti: adesto piis supplicationibus nostris, & præsta, ut ejus meritis & intercessione, tecum sine fine lætemur. Per Dominum. *Cetera sumuntur de communi Pontificis confessoris, verum cum homilia in Euangelium*; sint lumbi vestri præcincti. *Omnino propriæ sunt tres secundi Nocturni lectiones, quas hic ad verbum describendas censuimus, ut magis pateant ea quæ ex ipsis desumpsimus. Ita habent*:

℣ LECT. IV Pascharius civis Nannetensis, miris virtutibus & bonis operibus clarus, *præter-quam in lectionibus* floruit circa annum sexcentesimum quadragesimum, Heraclio Imperatore, & Dagoberto primo Rege Francorum. Fide erat robustus, F spe patiens, caritate fervidus, eleemosynis profluus, castitate, abstinentia, & lenitate conspicuus; mundum & omnia quæ illius sunt fugiens, nihil cum eo proprium habere voluit. Cum autem ejus virtutes cunctis hominibus lucerent, mortuo Nannetice urbis Episcopo, ab omnibus Dei nutu, unanimi consensu in Pontificem postulatus, eligitur. Qui licet multum renitens, divinam tamen non potuit effugere voluntatem. *Utrum hæc ex vetustiori aliquo Nannetensi Breviario accepta sint, an ex aliis monumentis præterita primum sæculo collecta, mihi quidem perspectum non est. Ceterum præter epocham, jam abunde refutatam, nihil magnopere habetur, quod non aliis sanctis Episcopis Nannetensibus aptari commode valeat: in sequentibus duabus lectionibus pluscula sunt ad peculiarem* S. Pascharii *historiam spectantia, quæ supra decerpsimus.*

8 LECT. V. Eo tandem episcopatus munere cum humilitate susceptо, ne torpescentis servi crimine notaretur, super gregem *Officii proprii* sibi commissum vigilare cupit, & talentum sibi

AUCT. J. B. S.

A sibi creditum, Domino duplicatum reportare curavit: terrenas vero, quas a Deo acceperat, facultates, pauperum inopiam, & viduarum ac pupillorum oppressiones sublevando, eidem tradenti reddebat. Constitutos in carcere visitabat, ac infirmos sua consolatione recreabat. Ante sibi commissas oves, bonorum operum exemplo gradiebatur, easque verbi veritatis prædicatione vocabat. Sed timens ne ad prædicationis Euangelicæ munus obeundum solus ipse sufficere non posset, Lambertum abbatem monasterii Fontanellensis, diœcesis Bajocensis, rogavit, ut quosdam e suis monachis religiosissimos & doctissimos ad se transmitteret, ad erudiendum in fide Catholica & bonis moribus populum sibi commissum.

Nannetensis.

§ LECT. VI. Venerabilis autem Lambertus, ut sancti Pontificis cognovit desiderium, Hermelandum monachum, summæ integritatis virum, una cum aliis quibusdam, itidem probatæ vitæ sociis, ad eum transmisit; quos Paschalius summo cum honore & gaudio excepit, eisque monasterium erexit in loco, qui vulgo dicitur Antrum, ad littus fluvii Ligeris, distans ab urbe per quatuor milliaria; quod decimis, censibus, prædiis & reditibus, multisque ecclesiasticis ornamentis dotavit. At vero infideles Normanni, a cæde Nannetica revertentes, anno Domini octingentesimo quadragesimo tertio, illum etiam cœnobium incenderunt & vastarunt, cujus adhuc vestigia intuentibus patent. His tandem & aliis bonis operibus plenus, ad Dominum migravit sexto Idus Julii. *Atque hæc sunt quæ de S. Paschario dici potuere.*

D

DE S. AMALBERGA VIRGINE

GANDAVI, TAMISÆ ET MATERNÆ IN BELGIO.

B

I. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

E

§. I. Synonymarum sanctarum Belgicarum diversitas.

ANNO DCCLXXII.

QUam notum est & toto præsertim Belgio pervulgatum S. Amalbergæ *venerabile nomen tam persuasum habeo, paucissimæ esse feminas, ea nomine insignes, quæ satis noverint, quæ demum Sancta ut Patrona sibi præfigenda & proponenda sit: quin & viros non omnino indoctos invenies, quibus non satis explorata sit utriusque Sanctæ virginis a vidua distinctio. Jam superius a pag. 63 nominis ipsius Saxonicum etymon, & hodiernam modificationem dicem, an lævigationem, in suaviorem* Amalx *inflexionem, abunde, ni fallor, exposui. Tum vero discutere & illustrare conatus sum quæ de Sancta vidua ejusque veris sanctis liberis Emcberto, Reinelde & Gudila, a suppositis distinguendis, satis ambigue & implexe ab imperitis Legendariis post Normannicas grassationes compilata fuerunt. Ex iis igitur quæ ibi disputata sunt, quam manifestissime patet, non nisi a rudibus & rusticis hominibus ad sanctam virginem Tamisiensem, de qua hoc loco nobis agendum est, ea transferri posse, quæ de conjugata & vidua ibi disseruimus, ut plane confidere audeamus, non superfuturos imposterum, qui nullam inter utramque Sanctam distinctionem invenlat, nec Virginis cultores repertum iri, qui Binchii in Hannonia sacras sanctæ suæ Patronæ exuvias depositas esse affirmare non dubitent.*

Distinguenda S. vidua a virgine Tamisiensi

C

2 *Atque hæc quidem historiæ Belgicæ mediocriter peritis satis obvia esse existimo; ignotior pluribus est virgo alia ejusdem nominis, & ipsa Sanctorum honoribus donata, in finibus Geldricæ & Juliacensis ditionis satis celebris, a loco ubi sepulta est & religiose colitur, oppido nempe Susteren, in pago Mosano, non procul Ruræmunda sito,* Susterena, Sustria, Susterienſis & Susterenensis *dicta, quam noster Bartholomæus Pisen in historia Leodiensi lib. 6 num. 2, ad annum 900 Amelbertam, in Floribus ad xxi Novembris vocatus* Amalbergam *appellat. Hanc a Virgine Tamisiensi & vidua Lobiensi seu Binchiensi operosius distinxit P. Arnoldus Hertsworm, Prior sanctæ Crucis Venlonæ, qui in opusculo Belgico, non ita pridem sua manu descripto, historiam complecti voluit illustris capituli S. Salvatoris virginum nobilium canonicarum in prædicto jam oppido Susteveno, idque dedicavit perillustri D. Wilhelminæ Elizabethæ, Baronissæ de Hompesch, capituli ipsius abbatissæ, dum hæc scribo (anno 1721) adhuc dum superstiti, cujus exemplar nactus sum opera nostri P. Ludovici Torbaß, Serenissimæ Henricæ Christinæ, natæ Principi Brunsvicensi & Luneburgensi, a sacris confessionibus, unde nonnulla excerpsi quæ hic prævie examinanda veniunt.*

& maximo virginis inter se

3 *Supervacanea videri potest laudati Arnoldi Tamisiensi & Susterenensi.* cura in præmonitione, quam posuit libelli sui parte 2 § 9, dum magna solicitudine *sanctam viduam a duabus synonymis virginibus distinguit, ipsam appellans* S. Amalbergam primam, *nostram hanc hodiernam* S. Amalbergam secundam, & tertiam *demum* Amalbergam, *quam contendit fuisse, non primam cœnobii seu capituli Susterenensis* F *fundatricem, utpote cum illud a S. Willibrordo conditum exstiterit temporibus sanctorum Gregorii & Alberici episcoporum Trajectensium, sed magis proprie restauratricem, ope parentis sui Zwentebaldi Lotharingiæ regis, post vastitatem a Normannis toti fere Belgio illatam: de quibus ex professo agendum erit ad diem xxi Novembris, quo sancta ista Amalberga Susterensi colitur cum tribus, ut ipsas vocat Arnoldus, sororibus Benedicta, Cæcilia & Relinde, quas etiam Sanctis adscriptas volunt, sed quæ huc non pertinent. Tanta, inquam, cura viduam a Virginibus discriminandi superflua videri potest; jam enim abunde ostendimus, historiæ Belgicæ non prorsus imperitis satis notam esse viduam inter Binchiensem & virginem Tamisiensem distinctionem.*

4 *Utiliorem operam posuit in tollenda ea confusione, quæ paragraphi hujus, ad ceteros prævii,* quarum confusa sunt tollenda. *argumentum est; in tollenda, inquam, confusione inter sanctas duas virgines,* Tamisiensem *nimirum & Susterenensem, quæ quod ambæ virgines & synonymæ essent, a non paucis pro eadem habita*

habita sunt, sic ut utriusque historia facile commiscere potuerint. Et id nobis pernecessarium visum est, ne latius serpat temere pretensa identitas, quæ usque adeo pridem invaluit, ut Tamisienses ipsi, apud quos hodierno sancta sepulcrum habuit, & a tot sæculis religiose honorata est, reliquias Sustrensi acceperint, quas tanquam S. Amalbergæ, peculiaris Patronæ suæ pignora venerentur; saltem si alias non habeant, præter eas quæ in ipsa approbatione, Tamisiæ asservata, explicantur; ex illa enim, mihi exhibita, constat, acceptas esse reliquias ex ecclesia Sustrensi, & per nostros Patres ad R. D. Pastorem Tamisiensem transvolasse anno 1643. Crediderim ego haud invertisimile, exstare etiamnum Tamisiæ veteres Sanctæ reliquias, quas ibi olim expositas fuisse, testantur miracula, ad calcem Legendæ subjungenda, aliasque istas, Sustrensi acceptas, priscis superadditas esse, ne dicere cogamur, alterius Sanctæ reliquias, sanctæ Amalbergæ Tamisiensis exuviis suppositas, adeoque religiosum cultum non satis fuisse, saltem ad ipsas reliquias dirigi. Sed utriusque Amalbergæ diversitatem paulo distinctius elucidemus.

B Amalberga Tamisiensis seculo septimo floruit,

§ Ex iis quæ toto hoc commentario discutientur, patebit clarissime, S. Amalbergam Tamisiensem ultra sæculum octavum vitam producere nequaquam potuisse, floruisseque adeo ante Normannicas grassationes, a cœlesti suo sponso vocata an. 772. Constat autem, Zwentebaldum, Arnulfi Cæsaris filium, capituli Sustrensis fundatorem, & ibidem sepultum, vixisse circa finem sæculi IX, sic ut ejus filia S. Amalberga, sive vere filia fuerit, sive, ut alii volunt, filiarum Zwentebaldi solummodo institutrix, ad annum circiter 900 pertingere potuerit; unde consequens est, toto minimum sæculo dijunctas esse prædictas duas sanctas Virgines, ergine etiam, gestis & habitatione diversissimas: ut mirum sit, monachos quoque Blandinienses S. Petri apud Gandavum Sustrensium securisse anno, ut inquit laudatus Arnoldus, 1688, ut & ipsi inde reliquias obtinerent, iis substituendas, quas hæreticorum Calvinianorum furor fede contaminaverat & dispersérat, ut pluribus infra demonstrabitur. Equidem haud dissitebor, reliquias etiam S. Amalbergæ Sustrensis a multis sæculis Catholicam venerationem consecutas; at sacra diversorum Sanctorum ipsa confundere vetitum esse, quis ignorat? Cetevum ne hic diutius inhæream, ex dictis satis liquere existimo, diversissimas esse sanctam virginem Amalbergam, quæ Tamisiæ in Flandria colitur, ab altera Sustrensi, cujus sanctitatis fama longe magis restricta est; audeo dicere, aliarum duarum celebriorum cultum, ipsius in hac Belgii parte memoriam quodammodo obliterasse.

C male adscribuntur non nulla,

6 At enim utriusque confusioni locum dare potuit historia, mihi undequaque suspecta, quam præditus Arnoldus scriptionis suæ § 10 inseruit, de S. Amalberga nostra Tamisiensi, tanquam confundatrice cœnobii Sustrensis, unde & ibi cum alia cultum obtinuisse, frustra, ut mitissime dicam, comminiscitur. Memorat ibi Arnoldus ex Tamisiensi Legenda, qua ratione S. Willibrordus, ad ejus parentes Christianum & Evam deflectens, tenellam virginem S. Landradæ commendandam curavit, ubi Carolus Martellus vi ipsi brachium inseverit: nam, ut infra ostendam, tota scena illa amæteria, si vera est, non ad Carolum Magnum, sed ad ejus avum Martellum haud dubie referenda est, atque adeo non in villa Materna, ut in Legenda traditur, sed potius Belisiæ contigisse censenda est. Ex hac capite scriptorem non redarguo; id quæritur, quo vadat, quo tesse asserat, post acceptum anno 690 a sanctis Willibrordo & Landrada velum, Belisiæ egisse S. Amalbergam Tamisiensem totis viginti & amplius annis; tum vero Spiritu sancto plenam, anno 714 Sustrensium ab eodem S. Willibrordo evocatam, ut novellæ plantationi invigilaret, non quidem ut abbatissa, sed ut superior & magistra electi istic qualiscumque cœnobii; quo munere fidelissime perfuncta sit, inde vero in Flandriam secedens, felicem mortem obierit anno ætatis suæ centesimo. D AUCT. J. B. S.

7 Hæc ego tantum non somnia appello etiosorum hominum, quibus ad corruptam ingenii prurigínem quidlibet ornare lubet, & dubiis dubia sic cumulare, ut nusquam pateat exitus, nisi ipsorum figmenta, ut veritatis cæce amplectamur. Legendæ ipsius narrationem talem qualem admittendam supponamus; ut quid ex nominum affinitate nova comminisci, quæ nusquam tradita sunt? Affatim profecto laboris & molestiarum suppeditat Legenda ipsa, utcumque salvanda, & ab enormibus paræmiacis expurganda; ut facile erit perspicere ex paragraphis seqq. Intelligant porro ejusmodi scriptores, non argui impossibilitatem eorum, quæ ipsi venditant; nihil enim implicat, quo minus S. Amalberga, utpote S. Willibrordi discipula, ab ipso præpost potuerit cœnobio suo Sustrensi primum condito, quin & ipsum Ultrajectum usque & etiam Epternacum prosequi, &, cum ita vis, ad centenariam ætatem pervenire; verum quis nisi temere & ridicule id genus commenta, nullo præeunte, hodie procudere audeat? De factis gestisque hic unice quæritur, iisque sufficienti fide & auctoritate subnixis, quæ utinam in ipsis S. Amalbergæ Actis paulo uberius elucerent. Sed de his obiter; ad propositum in titulo disquisitionem satis est demonstrata Sanctarum synonymarum distinctio; nunc ad Virginem Tamisiensem propius accedamus. E cogitate potius quam probata. F

§ II. Vetustus S. Amalbergæ cultus ex B. Radbodi episcopi Ultrajectini elogio & Martyrologiis.

Tamisiæ sepulta & Gandavum translata

TEmseca, nobis Tamisia, vulgo Temsche seu Temst in Flandriæ nostræ regione, quæ Wasia dicitur, inter Antverpiam & Tenceramundam, ad sinistram Scaldis fluminis sita, a Sandero in Flandria sua illustrata describitur tom. 2. pag. 546, tanquam municipium elegantia & amœno prospectu nulli secundum. Peculium olim fuit beatæ Amelbergæ virginis, quæ illic sepulta, post ad cœnobium Blandiniense translata est ad annum DCCCLXX, ut in Annalibus Belgicis notavit Miræus, quo etiam anno Carolus Calvus, diplomate Compendii in palatio regio dato, donavit Blandiniensibus in pago Wasiæ, ut vocat, villam quæ vocatur TEMSECA, cum ecclesia bene ornata, ad honorem S. Mariæ & S. Petri consecrata, ubi S. Amelberga, virgo gloriosa, a sæculo migravit ad Christum. Lucis non parum dabit ad illustrandam translationis hujus historiam diploma ipsum integrum inferius exhibendum; hic sufficerit Temsecam descripsisse, dominium olim Abbatum Blandiniensium, nunc Principum Bor-

A notitiarum, ut item Miraeus accurate notavit.

AUTC. J. B. S. Materne etiam, loco habitationis,

9 Habes locum postremæ habitationis & sepulturæ S. Amalbergæ virginis, a quo sacrum ejus corpus transiit ad celeberrimum & Sanctorum reliquiis locuples olim sacrarium, cœnobium Blandiniense, seu S. Petri juxta Gandavum, de quo, occasione translationis sanctæ Bertulfi ad eundem locum, jam pridem actum est die V Februarii: rursus ubi de sancto Ansberto IX ejusdem mensis Februarii: distinctius vero ad vitam S. Gudwali VI Junii, ut de præcipuo venerationis S. Amalbergæ loco nihil observandum superst. Hæc prænotanda fuerunt ad notitiam locorum ubi præcipue Sancta colitur, quibus addendus est pagus alius Materen seu Materne, in Actis villa Materna dictus, non procul Aldenarda etiam in Flandria, in cujus ecclesia, teste Sandero pag. 327, est etiamnum capellania castralis S. Amelbergæ, in memoriam ejus habitationis munificentissime dotata, in patronatum Domini Schornacensis. Quid Mabillonium moverit, ut eam Merbeccæ collocaret, hactenus non perspicio; ibi colunter III Februarii Berlendis, Nona & Celsa, ut peculiarem ibi aliquam esse S. Amalbergæ veneration[em],

B necdum intellexi: voluit procul dubio Temsecam scribere is qui indices composuit.

antiquissimus cultu celebrata est,

10 De S. Amalbergæ nominis origine & inflexionibus jam supra nos egisse diximus ad vitam synonymæ sanctæ Viduæ, ubi & verbo correptus est, qui ab ipsius hoc die X Julii cultu, hanc alteram eadem die consignatam, perperam asseruit. Longe antiquiorem esse, eumque celeberrimum, saltem toto Belgio, ipsius sanctæ Virginis cultum, clamant monumenta omnia, hic ordine recitanda, dum interim Viduæ illa sæculo primum XVI sacris Fastis a Molano inserta est. Et primum quidem vetustissimi cultus argumentum nobis porrigit vir sui sæculi & prosa & carmine eruditissimus, idemque Sanctorum honores XXIX Novembris promeritus, Radbodus Episcopus Ultrajectensis, ordine XIV, vel, ut alii scribunt, XIII, quem Mabillonius ait anno unoante initium sæculi X mortuum; melius dicturus, si eo circiter anno sacras insulas consecutum asseruisset; nam ex communiori calculo ad sæculum decimum vitam protraxit, non ante annum 917 vel 918 ad Superos evocatus, multis titulis apud Bekam & Hedam, aliosque scriptores Belgas laudatissimus.

C

Laudata a B. Radbodo Ultraj. episc.

11 Scripsit is, non Vitam & translationem S. Amalbergæ, ut Valerius Andreas & alii perperam tradidere, sed homiliam seu librum unum, quo præclarissimarum Virginis virtutum laudes prosequitur, qui quod brevissimus sermo sit, Tomelli nomine in codicibus Mss. nuncupari consuevit, quem verosimiliter pro concione ad suos recitaverit; forte, ut alicubi notatum inveni, quod S. Amalberga cum S. Willibrordo, Ultrajectensium patrono, affinitatem aliquam spiritualem contraxisse feratur; qua titulo, atque ac S. Bonifacius, singulare encomium promerita fuerit. Id certe indubitatum videtur, jam sæculo ipso nono, a Virginis obitu proximo, clarissimam fuisse toto Belgio S. Amalbergæ Virginis virtutum & miraculorum famam, adeo ut sanctus Antistes, modo quendam antonomastice, eam Virginem paradoxam appellare non dubitaverit, nota satis voce, vocisque etymologia, quæ hic accipitur pro stupendæ sanctitatis atque incredibilibus signis a Deo exornata virgine, qualem eam censuisse S. Radbodum, omnino existimandum est.

12 Hoc argumento nimium crediderim eum qui

D

ac virg. paradoxa, non ante ultimum sæculo.

dia post S. Radbodi tempora Legendam de integro compilavit, plurimis sane refertam S. Amalbergæ mirabilibus signis & prodigiis, per capita novem omnino & viginti distributis, quæ ultimum eadem fide subsisterent qua sancti Antistitis oratio. Id vero dolendum maxime, tot mendis & parachrysmis fœdatam esse, ut eam eruditissimus Mabillonius dignam non censuerit, quæ in Ordinis sui Actis locum occuparet, de qua re pluribus infra disputabitur. Hæc eo solum dicta sunt, ut pateat, quam celebrem fuisse oporteat S. Amalbergam, quæ vel sub sæculi noni finem & decimi principium jam tum Virgo paradoxa, a tam illustri Præsule, vero sanctitatis ejus æstimatore, appellari meruerit. Certe satis rara sunt de Sanctis nostris Belgicis tam insignia monumenta, quæ ad tam ætatem pertingant; rara istius temporis Legendæ, rarissima, utpote quæ rapacissimas grassantium Normannorum aliorumque barbarorum manus effugere debuerint. S. Radbodi verba hic non transcribo, cum totum ipsum opusculum infertus ante dicta ipsa exhibendum sit.

E

Nota in Mabilli a sæculo XII.

13 Vidit procul dubio sanctissimi Antistitis de B. Amalberga orationem is qui pro ecclesia Ultrajectensi Martyrologium Usuardinum, alicubi in Anglia auctum, & eo deportatum descripsit, & Sanctis popularibus ampliavit circa annum 1132, ut habes in supera præfatione ad nostram Usuardi editionem pag. LVIII, ubi eadem ista Rosweydinus, a Rosweydi patria & prima monumentorum, ad opus nostrum conducentium, collectione appellatur. Primus ille est, quod sciam, qui sanctæ Virginis nomen Usuardo suo hoc die adjunxerit, his verbis: Item sanctæ Amalbergæ virginis. Eum certatim secuti sunt Antverpiensis maximus, Ultrajectensis, Leydensis, Lovaniensis, Albergensis & Danicus, phrasi paulo longiori: In portu Gandavo, monasterio Blandinio, sanctæ Amelbergæ virginis. Quin & Cerulensis, vetustus etiam codex in Gallia scriptus, ejusdem Sanctæ meminit: Cœnobio Blandinio, natale S. Amalbergæ virginis. Æque simplices sunt annuntiationes codicum Hagenoyensis, Aquicinctini, Matriculæ Cartus. Ultrajectinæ, editionis Lubeco-Col. Greveni & ipsius Molani in Additionibus: ut verisimile suspicer, primos istorum codicum scriptores nulla Sanctæ Acta vidisse præter laudatam jam

F

S. Radbodi panegyrim.

14 Aliam viam iniit, aut alia secutus est vestigia, plusculum memorans, sed & aberrans author Usuardi Brunellensis, gloriosum sibi, opinor, ducens, si sanctam suam Patronam Gudilam sanguinis propinquitate B. Amalbergæ conjungeret; quod qua ratione fieri potuerit, nec quæsivit ipse, nec explicare potuit, præsertim, ut non solum consanguinam, sed neptem diceret. Etenim ante verum admittamus, S. Gudilam filiam fuisse alterius S. Amalbergæ viduæ, neptem eam habuisse Sanctam hanc nostram, cum frater ejus Episcopus fuerit, soror autem Reineldis virginitatem æque coluerit, ut suis locis assensum est, non nisi inepte asseritur. Auge si ita libet, sororum S. Gudilæ numerum, usque adjunge sanctas Pharaildem & Ermelendem, neque sic tamen neptis ulla ei unquam nata fuerit, cum & hæ duæ intactam pudicitiam ad mortem usque servaverint. Neque ex prædicto S. Radbodi elogio, neque ex longiori Vitæ accipere usquam potuit scenas illas amatorias, a Carolo Martello perpetratas; quamvis si ad ullum Carolum referri possint, ei certe longe potius, quam Carolo Magno adscribendæ sint, ut infra discu-

non fuit neptis S. Gudilæ.

tietur;

A *tietur; nunc Bruxellenſis annuntiationem audiemus.*

15 *Sic ſcribit* : Apud Temſecam ſecus Scaldam, depoſitio ſanctæ Chriſti virginis Amelbergæ, neptis beatæ Gudilæ, noſtræ Patronæ; cujus brachii os fregit Karolus Martellus Princeps, cum ipſe junior eſſet, ut eam ſibi raperet ſponſam: quam & ipſe plane cepiſſet, ſi non virginalis pudicitia penitus obſtitiſſet. Hujus ſactæ virginis reliquiæ poſtea Gandavi in monte Blandinio ſunt translatæ. *Eamdem venam ſapiunt, quæ habet Arnoldus Wion in Ligno vitæ ad hunc diem, in notis variis admiſcens, quæ nulla prorſus fide nituntur. En ejus textum:* In portu Gandavo, in monte Blandinium dicto, ſanctiſſimæ virginis Chriſti Amelbergæ; cujus brachium conſregit Carolus Martellus Princeps, dum eam ſibi ſponſam rapere volebat: quam plane cepiſſet, niſi pudicitia virginalis, de eo triumphans, obſtitiſſet. *Dorganius Principis nomen reticuit; Menardus paucioribus verbis rem*

ut male legitur in Usuardo Bruxell.

B *eamdem complexus eſt, quam deinde more ſuo ampliandam ſuſcepit Bucelinus. Mitto Trithemium, Cratepolium, Galeſinium, Maurolycum, Felicium, Gbinium & alios, eadem fere ſentientes. Pro omnibus ſit bodiernum Romanum*: Apud Gandavum, ſanctæ Amelbergæ virginis.

§. III. Recentiora S. Amalbergæ elogia.

In Molani elogio

DE *priſco & conſtanti* S. Amalbergæ virginis *in Eccleſia cultu, atque adeo de longe antiquiori & celebriori, quam qui S. Amalbergæ viduæ delatus eſt, ex jam dictis dubitari non poteſt. Neque hic diverſam facimus vetuſtam a recentiori religioſam venerationem, verum id unice oſtendendum ſuſcipimus, ſingulari officio & ritu nonnullis Belgii partibus in hodiernum uſque diem ejus feſtivitatem* x *Julii, aliis diebus translationum memoriam celebrari, præſertim Gandavi in monte Blandinio, Temiſiæ & Maternæ, ut jam ordine proſequemur, poſtquam Molani, Miræi & Sanderi aliaque ex Mſs. codicibus elogia præmiſerimus; tum quæ Sauſſayus habet, tamciſi, de ſuo errorem adjecerit, dum Sanctæ virginis depoſitionem non Temſecæ aut*

C *Gandavi, ſed Laubiis collocavit, qui locus ſepulturæ eſt ſynonymæ ſanctæ Viduæ, ut ſupra diximus. Sic de virgine loquitur Molanus in indiculo & in ſuis Natalibus*: In portu Gandavo, in monte Blandinio, ſanctiſſimæ virginis Chriſti Amalbergæ. Hæc virgo ex Arduenna, conſilio S. Willibrordi, Beliſiam venit inſtruenda, ubi ſanctiſſima Landrada præerat monaſterio, quod exſtruxerat. Brachii ejus os confregiſſe putatur Carolus Martellus Princeps, ut eam ſibi raperet ſponſam: quam etiam plane cepiſſet uxorem, niſi pudicitia virginalis, de eo triumphans, penitus obſtitiſſet.

obſervandi ſunt aliqua

17 Migravit ad Dominum anno ſeptingenteſimo ſecundo aut circiter, ſexto Idus Julii, ſepulta in Temſeca, ſui juris villa ad Scaldim: ubi oſtenditur ejus ſepulcrum; ſed corpus virgineum Balduinus ferreus Gandavum tranſtulit ad Blandinenſe S. Petri monaſterium; ubi conjunctum eſt reliquiis S. Bertulfi. Maſſæus ſcribit, cives Gandavenſes una cum Wilhelmo epiſcopo Tornacenſi diem feſtum ſibi inſtituiſſe anno milleſimo trecenteſimo primo. Sed Blandinii frequentior eſt ejus memoria, unde in Martyrologio legi-

tur, ſexto Kalendas Novembris; In Blandi- AUCT.
nio adventus corporis ſanctiſſimæ Virginis I. B. S.
Chriſti Amelbergæ. Kalendis Maji; In Blandinio monaſterio, translatio corporis ſanctiſſimæ Amelbergæ. Decimo tertio Kalendas Junii; In Blandinio, translatio corporum ſanctorum Gudwali, Bertulfi, cum reliquiis ſanctæ virginis Amelbergæ. In picturis manu geſtat pedum inſtar abbatiſſæ, vel palmam ceu virgo. Sub pedibus piſcem habet, vulgo ſturionem, quem alii acipenſerem vocant. His enim piſcibus navem comitantibus, fertur corpus ejus divino nutu, adverſo flumine vectum eſſe. *Hactenus Molanus.*

Quæ Miræus prætervit.

18 *Quod de piſce Sanctæ appicto tradit, neſcio unde hauſerit; neque enim in tota tranſlationis hiſtoria vel verbum habetur, quod comitatum illum inſinuet. Præterquam in Legenda majori Belgica, quam non ſatis ſinceram poſtea oſtendemus. Forte melius quis cenſuerit, indicari piſcem alterum de quibus in Legenda agitur n.* 27 & n. 43. *Breviora ſunt quæ Miræus ſubtilmide tradidiſſe videtur; ſolerter advertens, nonnulla in his narrari, quæ connexi omnino nequeant, niſi S. Amelberga ad decrepitam ætatem vitam produxerit; utpote quæ ſub S. Landradæ diſciplina prima poſuerit religioſæ vitæ rudimenta, a Carolo Martello adornata fuerit, vixeritque interim uſque ad annum* 772. *Sed erunt hæc alterius paragraphi argumentum, quo chronologicam vitæ rationem, quoque modo fieri poterit, ſi non conciliare, ſaltem ab abſurdis eximere conabimur. Hæc Miræi verba ſunt de* S. Amalberga: Beliſiæ a S. Landrada piis moribus inſtitutam fuiſſe tradunt. Diu vixit, ac demum anno DCCLXXII obiit in ſui juris villa Tamiſia ſeu Tempſeca ad Scaldim in diœceſi Gandenſi; ubi hodieque tumulus ejus oſtenditur, & vitæ hiſtoria Ms. aſſervatur. Corpus virgineum Balduinus Ferreus, Flandriæ Comes, anno DCCCLXX II Blandinienſe monaſterium tranſtulit.

Plura colligit Sanderus.

19 *Ex binis jam adductis elogiis ſuum paulo longius concinnavit laudatus etiam ſupra Flandriæ illuſtrator Sanderus in Hagiologio pag.* 6, *annum translationis male ſignans* 890: *mendo, opinor, typographico, cum Miræi ipſius verba ſpectet; recteſſime cum eo obſervans Sanctam* diu vixiſſe. *Sed prioribus adjungit*; S. Amalbergæ Vitam ſcripſiſſe S. Radbodum Ultrajectinum epiſcopum XIV, ex regia Friſiorum & Francorum ſtirpe, virum ſpiritu prophetico clarum. Scripſiſſe *item* eamdem Theodoricum abbatem ad S. Trudonem Ord. S. Benedicti, in diœceſi Leodienſi, ex monaſterio Blandinienſi, uti recte notavit Valerius Andreas in bibliotheca Belgarum. *Sed hæc paulo poſt examinanda erunt, ubi & prolixiorem aliam Vitam Flandriæ ſcriptam diſcutiemus: ad hunc articulum modo ſpectat de* S. Amalberga *elogium, jam citatis paulo antiquius, quod nobis ſuggerunt citati non ſemel alibi codices Adonis manuſcripti cœnobii S. Laurentii apud Leodios, de cujus ætate certo ſtatui nil poteſt, & Florarium Sanctorum, item manuſcriptum, in quibus eadem exhibetur oratio, prætervquam quod poſtremum diſtinctius determinet Florarium ſic annuntiationem exordiens*: Apud Tempſecam, depoſitio Amelbergæ virginis, de ſtirpe Karolidarum, cujus corpus Gandavi apud ſanctum Petrum in monaſterio Blandinio quieſcit. *Cetera plane conveniunt cum iis, quæ ex jam dicta*

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. *Advnc Leodienſi deſcribo, acceptum ex ipſa Legenda, ſic tamen ut Caroli nomen ferme æque ad Martellum, atque ad Magnum referri poſſit. Ita habet;*

Ada S. Lewvnii Lego di

20 In Gandavo, ſanctæ Amelbergæ virginis, quæ nobilibus orta natalibus, nimio corporis decore omnibus erat amabilis; ſed vilis & deſpicabilis humanis deſiderabat apparere oculis. Quæ cum omnes illius temporis virgines ſuperaret, propter honeſtatem corporis pene incurrit pudicitiæ detrimentum. Nam cum ejus opinio ad regem Carolum perveniſſet; continuo ipſius amore captus, cœpit cum illa indeſinenter de nuptiis per internuntios agere. Poſtquam autem ſenſit voluntatem ſuam a beata virgine, quæ ſe meliori ſponſo, id eſt Chriſto devoverat, omnimodis reprobari; quod blandimentis & poteſtate regia non potuit, per inſidias & quædam latrocinia clanculo niſus eſt tentare. At illa contra hæc omnia orationum clypeos obtendebat. Quadam vero die, cum ipſa intra domum ſola reſideret, orationi incumbens, puer familiaris repente per poſticum
B irruit, proclamans & nuntians Regem cum ſatellitibus ſuis adeſſe pro foribus. Tunc ipſa nihil ſui oblita, oratorium, quod domui adhærebat, celeri curſu ingreſſa eſt; ubi ſe illico cum gemitu & lacrymis ad orationem proſtravit, flebili voce obſecrans, ut eam Dominus de imminenti periculo liberaret.

cum Plectrudis Martelli conſtet

21 Tum vero Rex nimium temerarius poſt eam in oratorium inſtans, cœpit illi multis adulationibus blandiri, honoreſque promittere temporales, quo ſic illam ſuis perſuaſionibus acquieſcere faceret. Verum ipſa ſponſum, quem elegerat, nullo modo derelinquere volens, jacebat immobilis, & ita ſolo defixa, acſi quibuslibet radicibus implicita teneretur. Poſtquam autem Rex cuncta vaniloquia adhibuit, nihilque ſe proficere vidit, regiam auctoritatem vertit in ſæviſſimam tyrannidem, arreptaque ejus manu, violenter eam foras trahere conabatur. Sed cum etiam ita nullus eum ſequeretur effectus, tandem puellæ brachium fortiter excutiens, ſummaque vi contorquens,
C fracto humeri ejus oſſe, quaſi qui ſe vindicaſſet, abſceſſit. Tunc illa, ut erat tenerrima, vulneris dolore gravata, coram Domino aliquantulum flevit. Tamdiu autem oravit, donec Chriſtus, qui eam ſibi deſponſaverat, eam ſanitate integra reſtauraret. Ex illa die nullum ſæcularem paſſa amatorem, ſolius cœleſtis amatoris dilectione flagravit, donec carne ſoluta, poſt quem deſiderio ſuſpiraverat, ad Chriſtum cum virginitatis & ſanctæ vitæ remuneratione pervenit.

Quenam in Sanſſeyi encomio ſenſa palam fecimus

22 *Supereſt encomium Sanſſeyi, cujus errorem jam palam fecimus, in eo quod Laubiis ſanctam noſtram Virginem* collocet, *ubi non ipſa ſed ſenior ſynonyma Vidua depoſita olim fuit, nunc Binchium translata, ut ſuo loco oſtendimus. Sic terſeri paulo phraſi loquitur in ſuo Martyrologio Gallicano ad hunc diem:* Laubiis ſanctæ Amalbergæ virginis, quæ ſanctiſſimæ Landradæ in Beſiliæ
* lege *Beſiliæ* * cœnobio ſe ad inſtituendum committens, ejus ſub diſciplina, ad tantam caſtitatis & religioſæ vitæ gloriam evaſit, ut veluti totius ſanctimoniæ portentum a cunctis ſuſpiceretur. Tanta autem præſtabat pulchritudine, ut Carolus Martellus eam ſibi in uxorem adſciſcere cum ardentius percuperet, rapereque niteretur, reluctantis os brachii con-
D fregerit. Qua de re ſuppudefactus, pudicitiæ virginali, Chriſti amore ſæculum aſpernanti, de ſe triumphum agere permiſit. In Chriſti igitur famulatu quiete Amalberga perſtitit, magna gratiæ fenora accumulans, donec tandem cœleſti ſuo ſponſo ad optatiſſimum conſortium invitata, carnem exuens, puriſſimum Spiritum in ejus manus lætabunda efflavit. Obiit autem in ſui juris villa Tamiſia ad Scaldim prope Gandavum, ubi hodieque in ejus nominis baſilica ſepulcrum ejus oſtenditur.

23 *Errat hic denuo Sanſſeyus, neſcio quem curiæ-ductorem ſecutus; oſtenditur quidem Tamiſiæ* ma-*do ſu-*
cum S. Amalbergæ ſepulcrum, ubi capella & altare ipſi dedicata ſunt; at baſilica nulla ejus nomini inſcripta; nam templum parœciale, quod ibi unicum, beatiſſimæ virgini Deiparæ ſacrum novimus. Satis accurata ſunt, quæ deinde ſubjungit: Sed virgineum corpus, amplioris venerationis affectu, Balduinus Ferreus, Flandriæ
E comes, ad Blandinenſe S. Petri cœnobium tranſvexit, ubi una cum reliquiis S. Bertulphi ab incolis condigno frequentatur honore, hoc ipſo die, quo jam multis abhinc retro ſæculis, ſibi feſta ejus exequenda a Wilelmo epiſcopo Tornacenſi, tum diœceſano indici poſtularunt. *Ex hiſce ſuiſmet verbis colligere poterat Sanſſeyus, non Laubiis depoſitam eſſe aut peculiari veneratione coli ſanctam* Amalbergam *virginem, ſed iſtic maxime ubi baſilicam ei exſtructam, etſi non veſte, memorat. Quod magis etiam mirere, cum verbis proxime ſequentibus referat* elevationem ſanctæ Amalbergæ viduæ & ſanctimonialis, cujus tranſitus, *inquit*, Laubiis & Binchii quotannis feſtivatur IV Idus Junii. *Male iterum pro* VI Idus *ſive* X. Julii. *Nunc ad ſingulare ejus cultum Gandavi, Tamiſiæ & Materna progrediemur.*

§ IV. Peculiaris Sanctæ cultus Gandavi in monte Blandinio.

F *Peculiaris Blandinenſis Mſ. fidei ſuæ creditum*

DE eo hic cultu ſolummodo agimus, qui Blandinienſibus monachis, poſt ſacrum corpus, eo translatum, proprius fuit in Officiis eccleſiaſticis: *manu quæ ad ipſam translationem, & S. Amalbergæ generaliorem apud Gandavenſes* venerationem *ſpectant, ſuum inferius locum opportunius invenient. Mihi quidem dubium non fuit, quin ſingulari olim Officio gaviſa fuiſſet hodierna ſancta in cœnobio Blandinienſi, tametſi nullam ejus memoriam hodie ſupereſſe intelligerem apud cœnobitas illos, cauſantes, reliquiarum omnium, & ſacrorum ſuorum tum cimeliorum tum monumentorum ſupellectilem, irreparabili jactura, a furentibus ſeculo* XVI *Calvinianis iconomachis aut igne abſumptam, aut aliter deſtructam fuiſſe. Id vero mihi ſatis perſpectum erat; verum non ita periiſſe omnia exiſtimabam, ut ſaltem prædicti Officii exemplum aliquod impiorum iſterum manus non effugiſſet. Feliciter evenit, ut quod ibi non reperi, aliunde in manus meas opportune inciderit; nempe codex Mſ. in forma, ut ajunt, quarta paginarum ferme quadringentarum rudi charactere Belgico, cum ſuis rubricis, haud dubie ex vetuſtiori aliquo deſcriptus, ſub finem ſeculi* XVI, *vel principium* XVII: *ipſe enim illa narrat, quæ in cœnobii excidio anno* 1578 *ab impiis hæreticis perpetrata fuerunt.*

25 *Præ-*

A *Officia propria*

25 *Prædicti codicis titulus est*, Officia de Sanctis nostris; *& paulo inferius nomen suum distinctè exprimit is, qui totum codicem propria sua manu descripsit, in hunc modum:* Ad usum fratris Andreæ vander Meere, monachi sancti Benedicti Ordinis, sancti Petri in monte Blandinio. *Sequitur Kalendarium, ex quo, primo statim intuitu, perspicias quæ & quot Officia propria in eo Breviario Ms. continentur, licet in decursu mensium ordine dispositi non sint, cum S. Amalbergæ memoria primum in corpore locum occupet: remittit itaque ad varia folia, ubi singula officia invenienda sint. In Kalendario prima est* depositio S. Bertulphi *ad* V *Februarii. Die sequenti*, VI *Febr.* Amandi & Vedasti; *& ejusdem mensis* IX, Ansberti episcopi & confessoris. *Pro Martio*, *ad* III *diem*, Winwaloei abbatis: *ad* XX, S. Wulframni episcopi: *ad* XXXI, translatio SS. Wandregisili, Ansberti & Wulframni. *Mense Aprili sola habetur* elevatio S. Florberti *ad* XIX *Die* I *Maji*, Commemoratio S. Amalbergæ virginis in utrisque Vesperis: *tum vero ad diem* XX translatio sanctorum Gudwali & Bertulphi.

B

26 *Recte hæc omnia an perperam ordinata sint, non est hujus loci disquirere; Sanctorum seriem prosequimur. Junii die* VI, Gudwali Episcopi: XIII, octava S. Gudwali. *Ad* X *Julii* Amalbergæ virginis, *ad* XVII, octava Amalbergæ. *Ejusdem mensis* XXII, depositio S. Wandregisili abbatis. *Notabile est festum* S. Annæ, matris B. Mariæ *hic insertum, tamquam conobii ipsius proprium; unde colligas, prius ibi in usu fuisse* XXVI *Julii, quam ab universa Ecclesia celebraretur. Die* XXIX *est* Octava S. Wandrigisili. *Mense Augusto sola habetur* commemoratio Winwaloei in utrisque vesperis I *die. Pro mense Septembri signatur* adventus SS. Wandregisili, Ansberti & Wulframni III, *&* octava *ejusdem* adventus *die* X. *Octobrem ornant* elevatio S. Wulframni XV, translatio Amandi XXVI, *atque* adventus S. Amalbergæ XXVII. *Mense Novembri celebratur festivitas* Florberti abbatis, *die* III, *tum vero die* X octava S. Florberti. *Demum pro* III *Decembris* adventus S. Gudwali & Bertulphi. *Hæc sigillatim enumerare visum est, ut brevi in schemate totius operis, bodie variatis, œconomia repræsentetur.*

C *ordine enumerationis*

præsertim S. Amalbergæ

27 *Habes igitur antiquum codicis, in quo, uti dictum, primo loco ponitur* Officium de S. Amalberga, *per paginas plusquam quinquaginta sic dispositum, ut principio occurrant capitulum & hymnus ad Vesperas; tum invitatorium, hymnus aliaque pro singulis nocturnis propria, cum octo lectionibus ex Vita excerptis, non servato ordine; nam tres priores ex Legenda, infra exhibenda, num.* 1 & 2 *accepta sunt; quarta vero & reliqua ex num.* 33 & *sequentibus prosluunt, donec vero finem Vitæ complectitur. Euangelium*, [illegible] *est regnum cælorum decem virginibus*, & S. Gregorii *in illud homilia, nihil præter nomina continet. Ad Laudes & per horas propria sunt Antiphonæ, quæ & Vesperis conveniunt, de quibus plusculum infra. Sequitur totius Vitæ reliquum, in quatuor lectiones intra octavam distribuendum totis paginis quatuor & viginti: quibus omnibus demum subjungitur* Officium in adventu S. Amalbergæ, *pro nona Octobris, ut ex Kalendario patuit, in quo omnia sunt sicut in officio prædicto, exceptis paucis, quæ illic extenduntur. Lectiones vero ad eam solemnitatem*

D AUCT. J. B. S. *de quo hymno ad Vesperas,*

accepta sunt ex historia inventionis sacri corporis & translationis, infra a nobis paulo accuratius examinanda. Licet modo nonnulla ex illis specimine eligere, ex quibus de cæteris facilis fit conjectura.

28 *Primum occurrit Vesperarum capitulum (nam antiphonas easdem esse dicimus, quæ sunt ad Laudes)* Sapientia vincit malitiam, attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. *Hymnus dein non satis terse digestus est in hunc modum:* Agnum sponsum virgineum rogemus unanimes, ut nostra roret pectora superno spiramine, in explicandis laudibus Amalbergæ virginis. A magnis traxit regibus venam clari sanguinis, sed clariorem reddidit virtutum insignibus, quod claret in miraculo restituti brachii. Phalanx fugatur dæmonum ad occursum virginis, piscis in sicco palpitat, hoc ingens miraculum, rorante mundo, pluvia sudo fedet aeris. Hinc contemptis sponsalibus Caroli clarissimi, ipsius ob tyrannidem pasta est martyrium, quam Christus sponsus virginum fovens sanat sauciam. Ægros saluti reddidit vocis medicamine, nam cæcus ad lumen redit, claudus jam rectus salit; largam medelam sentiunt, qui salute indigent. Multis claram virtutibus cæli cives visitant, ut Deo chara filia poli petat gaudia, quo nos tecum sac scandere virgo felicissima. Gloria & honor Deo usquequo altissimo, una Patri Filioque, inclyto Paraclito, cui laus est & potestas per æterna sæcula. Amen. *Hæc & sequentia pleraque omnia non nisi ex ipsa vita satis intelligi possunt.*

E

29 *Antiphona ad Magnificat*: Euge Amalberga pluchra Christo, splendida Dei filio, Angelis & Archangelis omnibus grata, cum quibus castitate nites, pudicitia gaudes; o imperii cælestis augusta, Agni comitatibus hærens, exaudi supplices tuos de cælis, & interpella sponsum tuum pro nobis. *Oratio*: Deus qui nos annua beatæ Amalbergæ virginis solennitate lætificas, da ut quam veneramur officio, pię conversationis sequamur exemplo. *Invitatorium*: Adoremus Dominum regem sanctorum pie viventium, qui beatam Amalbergam coronavit in cælestibus. *Hymnus*: Claris psallendo vocibus, hymnum canamus Domino; in Amalbergę beatę gaudentes solennitate, Regio alta pabulo, nobili lacte potata, pullulans in infantia, sanctitate gloriosa, dilecta mundali regi, plus polorum charo regi; juste vivens feliciter, triumphat in cælo semper. O benigna Amalberga audire nostrum dignare in tuo meos honore, ac pro nobis intercede, Invecta choris angelicis, nostris miserere culpis, jugi prece nos conserva, ac te volentes adjuva, Gloriam Patri psallamus, ejusque soli Filio, atque Spiritui sancto, nunc & omne per sęculum. Amen.

Item ad Matutinum,

F

30 *Sequuntur sex Antiphonæ pro primo nocturno, sed quas describere opus non est, cum omnibus prorsus festum sanent, quem ex præcedentibus hymnis satis degustavimus. Ejusmodi sunt Responsoria post singulas lectiones, sic pergendo per totum Officium, ubi quodammodo referens, quæ satis erit semel in Actis percurrere. Sublimiores non sunt antiphonæ quas Laudibus & Vesperis aptatas diximus. Ex antiphona ad Benedictus sumus desumpturi*: Laudemus Dominum Deum nostrum in

Antiphonæ a orationes &c.

AUCT. J. B. S.

A beatæ virginis Amalbergæ gloriosa solennitate, quæ in hac peregrinatione nuptias sæculares contemnens, Christum sibi sponsum elegit. Alleluya. *Ad Laudes & ad Tertiam eadem est oratio, quam supra dedimus: ad Sextam autem hæc subjicitur*: Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui beatæ Amalbergæ virginis tuæ natalitia colimus, & annua solennitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. *Tum demum ad Nonam*: Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut beatæ Amalbergæ virginis tuæ natalitia recensentes, meritis ipsius protegamur & precibus. *In secundis Vesperis nihil notandum occurrit præter antiphonam ad Magnificat, quæ precationem redolet, prima non multum absimilem; oratio vero eadem cum ea, quæ primo loco relata est.*

quorum enim nullus hodie usus est.

31 *Et hæc quidem hactenus de proprio Officio, a monachis Blandinienſibus decantari solito, dicta sufficiant, quæ id ratione hodie observetur, vel inde satis patet, quod nec illud ipsum esse hoc tempore habere, nec novisse fateantur; adeoque omnia ex communi sanctarum Virginum desumenda sint, quemadmodum de S. Rumoldo, S. Godeleva aliisque factum ostendimus, quæ cum variæ ecclesiæ propriis Officiis olim celebrassent; ea sensim in desuetudinem abierunt; sive quod Ordinarii ad normam Concilii Tridentini ea omnia exigenda censuerint, sive quod forte per grassationes Calvinianas codices ipsi consumpti sint, sive quod aliunde interruptus Officiorum istorum cursus, demum omnino neglectus fuerit. Quænam præterea apud Blandinienses olim eluxerint in S. Amalbergam pietas & fiducia, quo nunc in honore habitæ reliquiæ, quæ miracula ipsi adscripta, nusquam scriptum aut traditum reperi. De generali apud Gandavenses solennitate jam verbo diximus, & porro in sequentibus plura dicentur. Hanc etiam plane spectat singularis & constans veneratio, quæ in locis Flandriæ, ipsius sancta commoratione quodammodo consecratis, a multis retro seculis perseverat, Tamisiæ præsertim in Wasia, ut principio dicebamus, & Materni, seu Matereni, non procul Aldenarda; quæ erit paragraphi sequentis argumentum.*

§ V. S. Amalbergæ cultus Tamisiæ & Maternæ in Flandria.

Celebris puteus adversus febres,

DE horum locorum situ abunde dictum est sub hujus commentarii initium, & de utroque monialis Legenda ipsa, ut, licet ibi plura incerta sint, minime dubium videri possit, quin utrinsque Domina temporalis fuerit S. Amalberga, & ubique non modicam sanctissimæ vitæ partem exegerit. A primo ut exordiamur, fama ibi est ac multorum seculorum traditio, rudera quædam, adhuc exstantia, non procul a celebri puteo, ruinas esse priscæ domus seu castri in quo Sancta habitaverit, ubi modo spectatur horreum, vel eo titulo venerabile. Puteus autem, medio circiter horæ quadrante a Tamisiensi municipio dissitus, in sacelli cujusdam formam decenter hodie coopertus est, ad quem non solum incolæ, sed ex tota ferme Wasia concurrunt populi, salubrem adversus febres aliasque morbos aquam hausturi, non sine certo levamine, & tota sæpius sanitatis recuperatione, ut publica ibi fama constet. Audiamus adm. R. D. Joannem Baptistam Buysse, Oratorii D. J. presbyterum, modernum Tamisiensem pastorem, ita ad me scribentem: Quæritis demum superaddo, puteum exstare lapideum, qui viventi Virgini fuit in usu, & jam populo locus est sacer, atque in formam sacelli devotissime ornatus, ad quem turmatim quam internus quam externus populus eximia devotione accurrit, qui aqua dicti putei seu fontis refectus, non infrequentes a morbis, præsertim febribus liberatus.

Sanctæ patrocinium in naufragiis,

33 *Neque ibi fixit sanctæ Virginis infusus ex utroque superna protectio; cum enim & de aliis ejus præsidiis favoribusque interrogassem, diserte respondet laudatus Pastor*: Peculiare omnino est Sanctæ patrocinium, soletque in omnibus maxime naufragorum periculis, & pro felici segete etiam invocari. *Ad particularia autem descendens petieram, an non exstarent memoria recentiorum miraculorum, aut fortem beneficiorum, quæ Sanctæ meritis adscriberentur; quæ vero fierent plerum ad ipsam vota, tum in ipsa festivitate, tum aliis anni temporibus? Ad utrumque quæsitum*: Tanta est, inquit, erga Virginem devotio, concursus tantus, ut de beneficiorum seu miraculorum approbatione prædecessores nostri parum fuerint soliciti. Verum hæc inter innumera declaro, me sæpius a viro amplissimo, Congr. Oratorii Præposito, ac per XLIV annos hujus parochiæ rectore, ac divæ Amalbergæ cultore devotissimo audivisse, ad se venisse nautas, qui, ni impedissent, juramento affirmassent, se in naufragii periculo Divam invocasse, eodemque quo in ecclesia nostra habitu imago exponitur, in navi auxiliatricem spectasse. *Hæc paulo distinctius litteris mandata non esse, frustra conquerimur.*

Item in aliis morbis & aeris temperiebus.

34 *Subdit Buysius miraculum aliud paulo magis expressum.* Huic adjungatur, *ait*, venisse ad præfatum Amplissimum, Patrem quemdam Capucinum, quondam collegii nostri Tamisiensis alumnum, (*docent enim istic litteras humaniores Oratorissæ*) qui ex maligna febri morti proximus, Divæ auxilium implorans; & aliquot sacrorum in sacello ejusdem celebrandorum voto se obstringens, fatebatur, se illo habitu, ut supra, sibi, vix spiritum trahenti, sanctam Virginem adstantem vidisse, & brevi sanitatem pristinam obtinuisse. Præfata vota hic persolvens, prædecessori meo rem candide aperuit. *Quod iste Pater sincerius & apertius explicuit, alii tacite profitentur, nam esse eodem Buysio*, frequentiora etiam sunt sacra votiva, quæ a personis & locis dissitis, prout nuper Amstelodamo, hic persolvuntur, ut debitas gratias pro sanitate, quam divæ Virginis hujus auxilio adscribunt, referant. *Atque hæc non solis Tamisiensibus, sed etiam remotissimis quibusque clientibus communia sunt: non item quod sequitur.* Omnibus profecto patrim hujus incolis apprime est notum, omni vicinarum parochiarum segete grandine sæpius devastata, hanc unam fuisse incolumem, quam incolumitatem Virginis patrocinio, quæ ad fructum terræ conservationem specialissime invocatur, indubitanter adscribunt.

Solennis supplicatio feria IV Pentecostes

35 *Sic deinde prosequitur*: Merito etiam notanda devotio, quæ quotannis feria IV post Pentecosten divæ Amalbergæ ab immemorabili tempore exhibetur, quæ solennitas vulgo intitulatur, CIRCUITUS LIPSANOTHECÆ RELIQUIARUM S. AMALBERGÆ. Hanc seriem dictæ solennitatis. Inter secundam & tertiam matutinam fit sacrum, quo finito, processionaliter ad puteum prædictum procedi-

tur,

A tur, ibidemque cantata illius diei antiphona, propter nimium concursum, se in turmas dividunt, abeuntque per totam viam, quæ ad quatuor horarum spatium extenditur, rhythmum de S. Amalberga indesinenter canendo: *an tono Litaniarum, an proprio alio, parum interest. Carmen ipsum seu ode panegyrica Flandrica, in tres & quinquaginta articulos, patriorum cantilenarum more divisa, totam Vitæ seriem ex ordine decurris, Virginis laudes ex Legenda ipsa potissimum excerptas, rudiori quidem minerva, sed intimo pietatis sensu, & grandi in sanctissimam Patronam fiducia exprimit, post singula cantionis segmenta recurrente metro precatorio intercalari:* ADJUVA NOS DEUS PER SANCTAM TUAM VIRGINEM, ADJUVA NOS DEUS PER EAM QUÆ TIBI PLACUIT.

magno populi concursu frequentari solita.

36 *Testati mihi sunt, qui supplicationi interfuerunt, ad eam confluere innumerabilem propè hominum ex tota Wasia turbam*, inter quos, *ut iterum habet Buysii epistola*, ingens nudipedum multitudo, quæ vix numerari possit. Quod autem in hac supplicatione stupendum, multi senes & infirmi hoc magnum horarum quatuor spatium sine ullo labore perficiunt: & pro certo hic habemus, multos, quibus iter illud pro sobribus aut tibiis pedibusve caducis videbatur impossibile, sanos ab itinere sediisse. In hac supplicatione etiam plurimi videntur, qui, præ nimia infirmitate, curribus circumvehuntur: atque ad majorem dictæ solennitatis pompam, aliquot centeni equitatim supplicationem comitantur. Hocque quam maxime mirandum, quod ob nullam aeris injuriam vel viarum difficultatem hæc supplicatio unquam intermittatur. Hisce innumera possent addi, quæ clarius & plenius ore quam calamo possint exponi. *Ceterum jam data narratio Tamisiensium ceterorumque accolarum constantem in S.* Amalbergæ *patrocinium* fiduciam *tam abunde demonstrant, ut pluribus inquirendis supersedendum existimaverim. Quam vero pœnam olim tulerint ob prædictæ supplicationis neglectum, docebunt miracula, ex codice Tamisiensi Legendæ subjuncta, ubi sub ipsum principium funesta historia describitur.*

B

C 37 *Ad cetera cultus Tamisiensis argumenta progressus, quæsiveram num ibi recitaretur Officium proprium, per totam octavam distributum, quali usos noveram monachos Blandinienses. Reposuit Buysius:* Ex prædecessoribus nostris traditum habemus, proprium Officium ibidem fuisse decantatum, & ad probam facit, quod & hactenus illud Officium Ms. in archivis nostris asservetur, licet a multo tempore Officium de communi Virginum solum sit in usu. Quod nisi x Julii incidat in ipsam Dominicam, festum Virginis Amalbergæ transfertur in Dominicam subsequentem, quo casu solum festum a confraternitate solenniter colitur absque Horarum officio: verum illa Dominica solennissime colitur, & cum octava finitur: & illa ipsa Dominica sunt parochiæ encænia, quia universalis est Patrona. *Ad sequentem quæstionem; utrum quemadmodum Blandinienses etiam Tamisienses celebrarent translationes, quibus diebus & quo ritu? Responsum est:* Inventionem reliquiarum *(qua Blandinienses adventus est)* incidere in XXVII Octobris; translationem earumdem in Dominicam ante festum S. Michaelis, utrumque ritu duplici celebrari. *Ex quibus facile intelligitur in*

Officium hodiernum est de communi VV.

quo cum monachis conveniant, in quibus vero, ob nescio quas rationes, deflexerint.

38 *Sequebatur quæstio; an* S. Amalbergæ *reliquias haberent, quæ in templo exponerentur? Solutio fuit:* Reliquias haberi, quæ festis solennioribus, & omnibus Sacris, in sanctæ Virginis honorem cantatis, exponi soleant. *Sivene illæ solummodo* S. Amalbergæ *Suferenses, an forte adjunctæ aliquæ propriæ, quas olim ibi fuisse constat, non habeo unde certo explorem. Satis modice videtur pertexta, theca argentea orbiculari inserta, & lapillis pretiosis circum exornata; quæ in majori duplicata quodammodo capsa, & ipsa affabre facta reponi consuevit, dum populi veneration repræsentatur. Quanta porro confluentium undequaque hominum multitudine & reliquiæ ipsæ, & locus primæ sepulturæ, qui hodiedum ibi monstratur, quotidiana ferme supplicatione, & longioribus sæpe peregrinationibus frequententur, non est qui paucis explicare valeat. Diceres, Flandros orientales sanctæ Virginis suæ gloria pia æmulatione certare, ut de sancta Godeleva, singulari occidentalium Patrona, alibi me indicare memini.* Sacrum in honorem ejusdem sanctæ Virginis (*verba iterum sunt D. Pastoris*) perpetuum singulis feriis quartis, magno populi concursu cantatur, præter innumera votiva, quæ fere indies ibidem celebrantur.

D AUCT. P. B. *Sacrarum reliquiarum veneratio;*

E

39 *Jam dictus veteris sepulcri locus ad dextram intrantibus ostenditur, sub altari Sanctæ dicato, in cujus summitate eminet Carolus, Virginem brachio apprehendens; statua S. Willibrordi partem unam, alia S. Landradæ partem alteram elegenter condecorant. Ut verbo dicam, eximiæ erga sanctam Patronam reverentiæ ubique occurrunt indicia in picturis, vexillis, cathedra concionatoria, aliisque exterioribus signis, quæ omnia eximiam prorsus erga* S. Amalbergam *Tamisiensium clientelam apertissime demonstrant. Sacellum ab ipsa olim exstructum templi partem facere censetur, unde ipso ejus frontispicio Flandrica inscriptione significatur,* S. Amalbergam sanctissimæ Dei genitrici Mariæ sacellum istud erexisse anno DCCLXX. *In ejus effigie referenda variant pictores & sculptores, apud quos ferme sanctimonialis habitu exprimitur; sic tamen ut R. D. Pastor Merlebecanus Jacobus Heyndrickx, magnæ vitæ Belgicæ auctor, diversam rationem se reperisse fateatur; de quibus hic non lubet contendere. Tamisiæ & per Wasiam sic passim exhibetur, ut sanctimonialem quin & abbatissam fuisse existimes, appositi grandi pisce quem fluviatilem seu piscem veterum volunt, de quo supervius mentem satis expressi numero 18; quidquid & alia de fluvionibus Tamisiensibus circumferantur, quæ vulgi opinionibus facilius concesseris, quam hic a me referenda contendas.*

locus sepulcri & alia cultus indicia.

F

40 *Imaginem, quam potuit accommodatissimam, ex variis aliis contractam effingi curavit citatus proxime Henricus, prototypa sua enumerans a pag. 396; quæ etsi Tamisiensibus propria non sit, neque satis omnino constat, S. Amalbergam virginem religiosæ unquam habitu indutam fuisse, quæ simpliciter in Vita narratur velum sibi imposuisse, ut violentas proci manus effugeret; locum hic tamen mereri videtur, tum ob singularem præ ceteris elegantiam, tum quod plura sub unum aspectum exhibeat, quæ sparsim divulgantur; quorum pleraque in Via, & ex jam dictis satis obvia sunt: notandum duntaxat flamineum textum seu cribrum puteo appensum, quo memorant, dicerent aliquis commisisse, Sanctam ex altero puteo*

Imaginis explicatio.

A *multorum inter vicinos litigiorum causa, aquam* AUCT. *hausisse, atque alio detulisse, ubi in arido fundo* I. B. S. *quam elicuerit, unde modo puteus exuberet, sub* S. Amalbergæ *nomine, sive is sit, qui hodie Tamisiæ, ut censet Henricus, sive qui Maternæ sanationum fama celebris habetur. Ita pie opinatur ipse, satis feliciter, si æque solide, productis alicunde vetustis tabulis, probaretur. Subjectum pedibus caput, me tacente satis loquitur, quisquis demum Carolus ea denotari præsumatur. Et adjecta lamella collata cum aliis, quid auferes & reliqua significent, ultro perspicies; dum interim ad alteram paragraphi partem procedimus.*

B

Materna ortus fa- stelium castrale, C

51 *Tamisiensibus*, S. Amalbergæ *eximiis cultoribus, laudanda æmulatione proxime accedunt Maternienses seu Materenenses, a pago, hodie* Materen *dicto, quem in territorio Alostano Aldenarde non procul situm, ex Sandero supra descripsimus. Rogatus a me modernus loci pastor R. D. Pieter paucis clare exposuit, tum superstites ibi de sancta sua Patrona traditiones, tum vero, quæ maxime postulaveram, cultus & venerationis erga ipsam vestigia & monumenta. Ex ejus responsis interrogata mea intelligentur. Ita scribit:* Est in prædicta parochia sacellum castrale S. Amalbergæ virginis, amplum & valde vetustum, ab illa, ut traditur, sæculo septimo (*ex decursu patet, ab ipso intelligi sec.* VIII) dum in Materen habitaret, ædificari jussum, ad jactum lapidis ab ecclesia parochiali, S. Martino dedicata, in quo illa (dum viveret, ex parte matris parochiæ domina) nunc ut Patrona, ritu & officio primæ classis, cum festo solenni x Julii colitur; quo die fit etiam solennis supplicatio, cum omnibus circumvicinis DD. Pastoribus sua præsentia honorantibus; uti quoque in dedicatione ejusdem sacelli Dominica post festum Visitationis B. Mariæ Virginis, cum summa devotione, magnoque concursu. *Subjungit alia de Carolo Magno Sanctam in Materen ad nuptias solicitante, quæ fusius in Legenda recitantur: hic ea solum tradimus, quæ ad cultum, a Maternensibus exhiberi solitum, pertinent.* D

52 In Officiis ecclesiasticis nulla ratio translationis ejus hic habetur, sed Tamisiis prope Scaldim, non procul Teneramunda haberi credo; cum tradatur & legatur, illam ex Materen ad illud municipium, cujus etiam domina erat, demigrasse, ibidemque anno DCCLXXII obiisse, & tempore Roberti abbatis S. Petri in monte Blandinio juxta Gandavum, atque Balduini Ferrei, primi Comitis Flandriæ, sacrum ejus corpus, per integrum fere sæculum deperditum, tandem post multos labores, a monachis S. Petri quasi miraculose inventum, Tamisiis ad dictam abbatiam esse translatum. *Citat in hanc rem solum auctorem, quem de S. Amalberga legerit, laudatum supra Merlebecanum Pastorem R. D. Henricum, tum vero remittit ad abbatiam Blandiniensem, in qua plura alia particularia invenire posse existimat. Sed neque Henricus multum contulit ad Sanctæ vitam solide elucidandam: qui grandes parachronismos intrepide deglutit, neque ex cœnobio Blandiniensi vel bilum licuit impetrare. Quæ de facti Sanctæ corporis inventione & translatione memorat, paulo diligentius a nobis explorabuntur paragrapho sequenti. Audiemus modo rescripti partem alteram.* *In quo consistat Sanctæ cultus.*

E

43 Monumenta istius Sanctæ nulla hic sunt præter dictum sacellum, ab infidelibus sæpius devastatum, ab aliis restauratum, & modo in bono & honesto statu: item vestigia illius castri, fontemque solennem, qui a S. Amalberga denominatur. Nullæ hic sunt reliquiæ, quod summopere deplorandum; Tamisiis esse dicuntur; atque in prædicta abbatia, in quam totum corpus Tamisiis translatum dicitur. Pluries desuper locutus sum religiosis id ipsum affirmantibus. Sed dum sæculo XV (*patet, indicari sec.* XVI) hæretici, Gandavum occuparent, atque etiam ipsorum abbatiam arcis loco tenerent, omnes thecas argenteas, (*plurima enim sancta corpora habebant*) abjectis reliquiis impuerunt, quæ inter sese mixtæ & congregatæ, modo in una theca indistinctim conservantur. Invocatur Sancta in omni specie febrium, contusionum, aliorumque dolorum in scapulis & brachiis, atque etiam in morbo, vulgo ben langen ebel, *quem latine dixeris* volvulum, *seu morbum ilium, alias* miserere. In ipsius festo, & per totam octavam, aliisque anni temporibus, pro ratione voti aut prædictarum afflictionum grassantium, fit frequens peregrinatio & concursus populi, cum magna devotione offerentis panem unum aut alterum, in protestationem beneficii, a Domino Deo, per intercessionem illius Sanctæ prius collati, uni infirmo ad mortem, *de quo vide Legendam infra num.* 28, *unde panes offerendi consuetudinem ortum habere existimat. Atque hæc de cultu hactenus.* *& in variis morbis medela.* F

§ VI. Hi-

Digitized by Google

§ VI. Historia translati sacri corporis ejus, apud Gandenses veneratio, & per Calvinianos interitus.

Quæ ad translationem prodigia fingun-tur,

Solemnitati isti præcipuæ, de qua superius egimus, apud Blandinienses occasionem dedit adventus sacri corporis, ex loco sepulturæ Temisca ad istud cœnobium translati anno 870, imperante Flandris Balduino Ferreo, genero Francorum Regis & Imperatoris Caroli Calvi, cujus munificentia non modicum cœnobio accesserat fortunarum incrementum. Translationis historia Actis ipsis subjuncta est, non eadem, uti videtur, auctore scripta, sed qui æque ac alius prodigiis mirum in modum delectetur; nam tota inventio & translatio ut miraculosa depingitur. Dixerat Legendista nu. 47, S. Amalbergam sepultam *fuisse* in ecclesia, quam ipsa, cœlestis oraculi jussu, in honorem Dei Genitricis semperque Virginis construxit apud sui juris villam Temsecam, positamque ad dexteram altaris, *anno nimirum* 772, *in magno fidelium ad tam celebres exequias concursu; qui procul dubio tam venerabiles reliquias frequentare non deserint, earumdemque cultum filiis suis ac nepotibus commendare, ut vel gesta memoria facillime manavit ad posteros, necdum tote sæculo ab ea remotos. Interim translationis narrator, quasi de re obscurissima acturus, sic satis frigide historiam suam orditur* nu. 43. Transcursis enim post felicissimum ejus obitum multis dierum curriculis, loculus ille, omnibus Christianis honorabilis, in quo sacrum ejus jacebat corpus, cunctis mortalibus, excepto uno solo eodemque ipsius beatissimæ Virginis vernaculo, erat incognitus.

commode revocari possunt

43 *Hinc illæ multorum, nescio an satis recte cogitatæ, & magno ambitu exaggeratæ pervestigationes, nimirum monachorum Trunchiniensium & S. Bavonis, quibus omnibus in Temisam juris omnino nihil; hinc pertinax silentium illius vernaculi, vel ut alibi legitur, sacellani ipsius Virginis, ac si hic centenario major fuisset; tum vero singulare Blandinienſium studium, jejunia, preces, ac demum facta cœlitus revelatio, & furtiva quædam modo sacri corporis subductio: quæ omnia non multo sensatius disposita sunt, quam totius Legendæ contextus. Equidem non dissitebor, potuisse occultari sacrum corpus metu grassantium & sacra profanaque diripientium Normannorum; at nulli fidelium, præterquam præcusæ illi vernaculæ, notum fuisse loculum, figmentum puto, poeticis non absimile, quasi e latebris educi debuerit. Potuisset sane scriptor ille rem simplicius narrare & sincerius, si dixisset, Caroli Calvi liberalitate Temsecam ad monachos Blandinienses eodem ipso anno 870 transcriptam, ut docebit diploma mox producendum; unde factum sit, ut illi ex villa, tunc sui juris, S. Amalbergæ corpus transferendum censuerint, ne barbaris fortasse in prædam cederet, quemadmodum tot alia Sanctorum corpora Blandinium, tanquam ad sacrum refugium, circa ea tempora translata novimus, ut Winwaloei, Wulframni, Wandregisili, Gudwali, Amberti, Bertulfi & aliorum, quorum festivitates in prædicto cœnobio annue celebrari solitas ostendimus.*

46 *Sic rem contigisse, equidem plane existimo, ad quam tot circumstantiis & ambagibus minime opus fuerit: brevius etiam quis dixerit cum Christiano Massæo, cujus verba inferius referimus, jussu Balduini Ferrei peracta esse omnia. Caroli Calvi donationis diploma edidit Cl. Miræus in Donationibus Belgicis cap.* 9, *unde ipsum non uno loco descripsit Sanderus. Titulus est:* Temseca, Wasiæ villa ad Scaldim fluvium, datur monachis S. Petri Blandinienſis juxta Gandavum, Carolo Calvo Francorum Rege, anno DCCCLXX. *En modo diploma ipsum:* In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus Dei gratia Rex. Notum esse volumus omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus, ac nostris, præsentibus scilicet & futuris; quia venerabilis vir Balduinus, abbas monasterii, quod vocatur Blandinius, a S. Amando in vico Gandensi constructus, in honore Apostolorum SS. Petri & Pauli consecratus, & ubi modo corpus B. Amelbergæ virginis quiescere dignoscitur ..... qualiter pro remedio animæ nostræ, fratribus, in in eadem ecclesia digne Deo militantibus, ut aliquas res per auctoritatem præcepti nostri daremus: quod & fecimus.

AUCT. J. P. *ex Caroli Calvi diplomate,*

47 *Ad perfectam constructionem videtur ad puncta deesse verbum* rogavit, supplicavit, *vel aliud simile. Observa item, Abbatem hic vocari* Balduinum, *qui in historia translationis* Robertus *appellatur. Pergit præceptum:* Dedimus præfatis Deo servientibus, in pago Wasiæ super fluvium Scaldæ, villam quæ vocatur Temseca, cum ecclesia bene ornata, & in honore S. Mariæ, & S. Petri Apostolorum principis consecrata, ubi S. Amelberga virgo glorioſa migravit a sæculo ad Christum .... Quæ ut pleniorem in Dei nomine obtineant vigorem, & a fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, ac nostris verius credantur, & diligentius conserventur, de annulo nostro subter jussimus sigillari. Signum Caroli gloriosissimi Regis. Ildeboldus Notarius, ad vicem Gosleni, recognovi. Data Idibus Aprilis, Indictione tertia, anno trigesimo, regnante Carolo gloriosimo Rege. Actum Compendio palatio Regis, in Dei nomine feliciter. Amen. *Signati characteres plane denotant annum Christi* 870, *quo mense ipso Aprili adhuc fluebat annus tricesimus regni Caroli, utpote qui in Neustria regnare cœperat anno* 840 *a* XX die Junii vel paulo post, *ut in sua Chronologia ostendit Labbeus.*

E *Temsecam Blandinienſibus tradente;*

F

48 *Ex dicto diplomate, quod anno illo* 870 *dedit Carolus, quo & translationem ipsam contigisse indubitatum credimus; perspicue, ni fallor, colligitur, quod supra dicebamus, fingendas omnino non fuisse tot sacri corporis disquisitiones, præsertim a monachis cœnobiorum Trunchiniensis & S. Bavonis, qui absque patenti injuria in aliorum spes involare non poterant; nec vero ab ipsis Blandinienſis; qui villa Temisensis possessionem a Rege consecuti, poterant pro suo arbitrio, præsertim grassantibus per Belgium barbaris, sacrum sanctæ Virginis corpus in tutiorem locum transferre: in quo morum non longam potestatem fuisse, manifestum putamus. Idibus Aprilis donationem firmavit Carolus; prima porro inventio & translatio facta memoratur mense Octobri proxime secuto: quid igitur ad obvium plane negotium tam mira asseruntur? Posset quispiam non improbabiliter objicere, motivum aliud Temisensibus esse potuisse, sacri corporis abscondendi; nempe pretiosarum exuviarum retinendarum cupidos, ad talem occultationum recurrisse, ne a novis dominis tanto thesauro privarentur. Sit ita, per me licet; neque sic causam adornandæ ad genus narrationis sufficientem invenio. Miracula*

unde & Sancta corpus sibi vindicaverint.

A *cula adinveniendæ non fuere, ut ſubditi ad re-*
AUCT. I. B. S. *velandum Dominis ſuis Sanctæ corpus compelle-*
rentur; *nec veriſimile eſt, ita conſpiraſſe omnes, ut anſam inde ſumeret translationis ſcriptor aſſerendi*, loculum, in quo ſacrum corpus jacebat, cunctis mortalibus, excepto uno vernaculo, fuiſſe incognitum; *quod cui prudenti ſuadere poſſit, equidem dicere cupio.*

49 *Utut tamen ea geſta ſint, de rei ſubſtantia veritate nemo eſt qui dubitet. Adi, ſi placet,* Sanctæ cum aliis feſtæ Blandinii, *Meyerum in Annal. ad dictum annum* 870. *ubi præterea notatum invenies*, confirmaſſe Balduinum omnia bona ac privilegia ejus cœnobii. *Celebrantur in monte Blandinio, præter dictam paragrapho tertio hoc die cum ſolenni octava feſtivitatem, primum commemoratio* S. Amalbergæ 1 *Maji in utriſque Veſperis, quæ cur ei diei affixa ſit, expoſitum non invenio, niſi quod ibi translationem aliquam collegit Molanus in recitato ſupra elogio. Proprium Blandinienſe noſtrum de ſola Sanctæ commemoratione eo die meminit. Schedæ, infra citandæ, ait, commemorationem fieri* de translatione; *ſed de qua agatur, prorſus non* B *indicat. Magis patet, unde laudatus Molanus acceperit translationem aliam reliquiarum* S. Amalbergæ *pro* XIII *Kalendas Junii, quam & ipſe & poſt eum alii annuntiant in hæc verba*: In Blandinio, translatio corporum SS. Gudwali, Bertulphi, cum reliquiis ſanctæ Virginis Amalbergæ *(tametſi in Officio ſolum agatur de SS. Gudwalo & Bertulfo) nam ipſam* S. Amalbergæ *reliquiarum Inventionem, & cum Bertulfianis translationem & repoſitionem apertiſſime inſinuat ipſa S. Bertulfi Vita ad* V *Februarii cap.* 10 *n.* 40. *pag.* 686, *cujus textus, ob menſis ipſius Actorum raritatem deſcribi meretur. Sic habet:*

50 In transferendis S. Bertulphi reliquiis, *& alia cum S. Bertulfo translatio,* gloriæ ejus gloriam hanc Chriſtus adjunxit, ut ſicut gaudii Sanctorum conſors eſt in cœlis, ita etiam reliquiarum eorumdem ſecum trasferendarum conſors fieret in terris. Cui hoc ſpeciale mox transferendo decus fuit, quod ſacratiſſimam Chriſti virginem Amalbergam hac ſui translatione ſociam habere meruit. Quod ut factum ſit, lectori paucis indicare non pigebit. Erat in orientali ſanctæ Blandinienſis eccleſiæ apſide ſcrinium, C immenſa ætate in abdito repoſitum, quod a quibuſdam Fratribus, devote eo admiſſis, eſt apertum, & in eo quiddam divini horroris repertum. Nam erat in eo cernere omnem pene virginei corporis Virginis Chriſti Amalbergæ pulverem, & plures caſtiſſimorum oſſium ipſius particulas, una cum veſtimentis ejus & peplo, pera quoque & baculo, cilicio etiam, & ſacrato pretioſi operis coloriſque velo: vero, inquam, quo divinitus per B. Willibrordum ſanctamque Gertrudem legitur velata, Deoque conſecrata. Fratres ad tam ſacrum ſpectaculum ſecretius admiſſi, reperto tam pretioſo theſauro, non parum gaudebant, eumque cum corpore S. Bertulphi collocare dignum ducebant. Quod & factum eſt.

51 *Narratur deinde inſigne miraculum, quo* *in qua ſingulare miraculum.* inundationis incommoda *quibus* univerſa regio laborabat, *quæque* laborantibus agricolis omnem futuram meſſis ſpem ademerant, *ſubito ceſſaverint*; ita ut unum idemque eſſet, Fratres loculum aperuiſſe, cataractaſque cæli pluvias retraxiſſe. *Plura ibi videri poſſunt quæ jam dictis lucem afferunt, nempe quod in craſtino* D *Pentecoſtes, quæ incidebat in* XIX *menſis Maji* placuerit Fratribus ſacroſanctum corpus B. Bertulphi cum S. Amalbergæ reliquiis, de loculo vetuſto in novum transferre. *Totum reliquum caput impenditur deſcribendæ inſolitæ iſtius diei ſolemnitati, quod hic pro inſerto habere cupimus. Quod de ſacro peplo a SS. Willibrordo & Gertrude accepto asſeverat Piſcenus, a Bollando explicatum invenies: non quod a Sanctis vivis id ipſi datum fuerit, cum totis ſæculis ætate diſſent, ſed ab iis jam felici æternitate donatis, uti ad Vitam annotabimus. Certiſſima eſt etiam alia in Blandinio feſtivitas, eaque ſatis explorata,* XXVII *Octobris, videlicet,* Adventus ſanctæ Amalbergæ, *ſub ritu duplici minori, quod procul dubio ea anni tempeſtate ſacrum corpus eo advectum fuerit, poſtquam monachi præcurſo menſe Aprili Tamiſiana ditione donati fuiſſent.*

52 Et *hæc quidem cultus ratio hodiedum* *Quæ feſta in Blandinio ſuperſint:* E *perſeverat in eodem monaſterio, ut fidem facit ſcheda Gandavo tranſmiſſa a noſtro P. Franciſco Cocquyt: qui a me rogatus, dignaretur a Blandinienſibus enquirere quidquid ad illuſtranda Sanctæ ſuæ Acta conducere poſſet: cauſati ipſi, ut ſupra dicebam, ſuarum omnium ſacrorum cimeliorum interitum, id ſolum ſuppeditare potuerunt, quod recepta ibi conſuetudine ſupereſt; nempe tribus jam dictis diebus* S. Amalbergæ *in choro memoriam fieri. Datam mitiam ad verbum deſcribo*: S. Amalbergæ feſtivitas X Julii celebratur a Blandinienſibus ſolenniter cum octava. Ejus adventus apud Blandinienſes celebratur XXVII Octobris. Duplex. Et prima Maji de ejus translatione fit commemoratio. Quoad lectiones proprias, quæ pertinent ad Officium, non habemus. *Non recitari, facile credidertim; ut non haberi nec reperiri in eo cœnobio, mirum profecto videri debet; cum ſcriptæ primum ſint ſub finem ſæculi* XVI, *poſteaquam jam plena tranquillitas ei cœnobio reſtituta eſſet, ut ex ſcriptoris ipſius verbis, infra recitandis, manifeſtum erit. Sed de his lectionibus, quæ apud nos Mſs. exſtant, ad propoſitum ſatis diximus.*

53 *Supereſt modo, & illud etiam narrabat* *peculiare pro Gandavenſibus* *Molanus ex Maſſæo; nempe Gandavenſes* S. Amalbelgæ *feſtum ſibi inſtituiſſe. Chronographi iſtius,* F *anno* 1540 *Antverpiæ apud Joannem Crinitum editi, verba ſunt pag.* 204. Balduinus Ferreus tranſtulit oſſa (*S. Amalbergæ*) Blandinium Gandavi: cujus cives, una cum Wilhelmo epiſcopo Tornacenſi, diem feſtum ejus inſtituerunt ſibi anno MCCCXXXI, Indict. XIV. *Inſtitutionis iſtius inſtrumentum opportune nobis ſuggeſſit, Vitæ Flandricæ ſcriptor, paulo poſt conventendus, cui titulum fecit*: Qualiter dies S. Amelbergæ ſolenniter celebranda eſt per totam Chriſtianitatem Gandenſem, cum Indulgentiis quadraginta dierum. *Addere debuerat, ordinata omnia & conceſſa eſſe auctoritate prædicti Guilielmi Epiſcopi. Ita habet deſcriptum programma*: Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, & in majeſtate mirabilis, cujus ineffabilis prudentiæ celſitudo cunctos ejus miniſtros magnificat, altis decora honoribus, & cæleſtis efficit beatitudinis poſſeſſores: cujus alma mater Eccleſia, ſacra ſequens veſtigia, ſtudiis honorat ſolicitis, ac honores laudibus efferre non deſinit inceſſanter. Ideoque per miniſtros & prælatos ipſius Eccleſiæ ad jugem ac devotam Sanctorum veneracionem, in quorum

A rum veneratione Deus ipſe laudatur, monitis inducere ſalubribus, ac muneribus ſpiritualibus invitare, & animare devotionem fidelium conſuevit.

a Guilielmo ep. inſtituentem 1331

54 Hæc igitur intenta meditatione penſantes, ac cupientes clerum & populum Gandenſem, oppidi ac decanatus Chriſtianitatis ipſius, noſtræ Tornac. diœceſis, ad venerationem debitam beatæ & glorioſæ virginis Amelbergæ, cujus corpus in S. Petri Gandenſis cœnobii monaſterio venerabiliter quieſcit, piæ devotionis ſtudiis incitare, ac donis ſpiritualibus animare ad honorem Dei, & devotionem Sanctæ prædictæ, pie & rationabiliter duximus ordinandum, ut deinceps feſtum ipſius S. Amelbergæ, die ſua conſueta, & dicto oppido & decanatu Gandenſibus, a clero & populo ipſorum ſolenniter celebretur, ut quanto celebrius & devotius illuc confluentes, devoti clerus & populus memorati, aſſiduis & devotis precibus & orationibus, Salvatoris gratiam implorando *, tanto celerius delictorum ſuorum veniam ac gratiam in præſenti, & æternam gloriam in futuro, a bonorum omnium largitore conſequi mereantur. Ut autem ad devotum concurſum & venerationem ſolennem præfatæ virginis Amelbergæ facilius inclinentur, ac devotius animentur clerus & populus memorati; Nos, præfatus Epiſcopus, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in dicto feſto, cauſa devotionis, orationis, ſive peregrinationis, dicti cœnobii monaſterium viſitaverint; de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, quadraginta dies, de injunctis ſibi pœnitentiis, in remiſſionem ſuorum peccatorum, miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Gandavum MCCCXXXI, IX die menſis Octobris,

* lege implorauerint

B

Multorum SS. ſacra Pſeudo ab hæreticis violata.

55 *Quouſque Gandavenſium in* S. Amelbergam *pietas tam ſolennem cultum protraxerit, cum illi, quorum intereſt, quærere ſuperſedeant, nec mihi promptum eſt explorare: quod novimus, inquit Apoſtolus, teſtamur. Gratum erit, opinor, poſtremum id intelligere, quo loco &* S. Amelbergæ *& tot aliorum Sanctorum corpora in templo Blandinienſi repoſita olim fuerint; tum vero quam fœde & ſacrilege furentibus iconomachis Calviniani temerata, diſperſa & forte combuſta fuerint. Primum docuit is qui a Bollando citatur in Commentario de* S. Bertulfo *num.* 11. In choro eccleſiæ S. Petri ferreum tabulatum viſitur poſt ſummum altare, tam affabre efformatum, ut quaſi creſcere e pavimento videatur: ita ad omnem modernorum ſymmetriam proportionemque flexum, curvatum implexumque, ut ferrum cereæ inſtar, ductile fuiſſe videri poſſit. Ita hoc pretioſæ illæ capſæ aſſervantur, quibus Divorum corpora condita ſunt; videlicet S. Bertulphi.... S. Godewali, S. Ansberti, S. Wandregiſelii, S. Wulfranni, S. Amelbergæ & aliorum quatuor. *De horum omnium interitu meminit Henſchenius in Commentario ad* S. *Ansbertum* IX *Febr. Rem omnem ex Propria Blandinienſium deſcribo:* Quorum proh dolor! reliquiæ & ſacratiſſimorum corporum ſacratiſſima pignora, quæ Deo favente & propitio, nobis, non ſine magno ejus beneficio fuerunt conceſſa, eodem non immerito nobis irato, fuere ab hoſtibus fidei violenter erepta anno MDLXXVIII, perſequente Eccleſiam Catholicam in Belgio Principe Auriaco Calviniano, non ſine inæſtimabili damno quod ſupra ſeptennale exilium paſſi ſumus in hoc noſtro monaſterio, quod tunc ſœdis admodum ruinis horribiliter defœdatum fuit. *Ubi advertas velim, ſcriptorem iſtum ſæculi* XVI *exitu antiquiorem eſſe non poſſe.*

C

D AUCT. J. B. S.

§ VII. Sanctæ Acta eorumque ſcriptores.

Jam abunde egiſſe videmur de iis quæ ad vetuſtiſſimum & celeberrimum, præſertim in monte Blandinio Tamiſia, Materna & tuta Gandavenſi chriſtianitate S. Amalbergæ *virginis cultum pertinent, ut ſatis pateat mevitiſſima ejus virtutum & miraculorum apud populares memoria quæ omnia plane ſubſiſtunt & perpetua patrum noſtrorum recordatione receptiſſima ſunt, quidquid demum ſtatuatur de vita ejus Legenda, non omnino accurata, nec tanta fide digna, ut non magnam in ipſam auctoritatem deſideremus. De auctoribus vitæ, Sanderi ex Valerio Andrea aliiſque judicium jam ſupra expoſuimus. Cenſent illi nimirum, & Radbodum eam ſcripſiſſe, & Theodoricum abbatem Trudonopolitanum; non ſatis deſignantes, quid ambo ad rem contulerint. Primus enim, ut ſupra oſtenſum eſt, non Acta Sanctæ, ſed encomium ejus ſeu orationem ad populum dixit: alter, quiſquis is fuerit, Legendam adornavit; tum nempe cum ſola populari traditione nonnulla memorarentur, quæ, per varia ſecula tranſeundo, ſic a veritate degeneraverant, ut ſcriptor, chronologiæ non ſatis peritus, & res quandoque & tempora certo confuderit: recepta ſatis conſuetudine, dum Sanctorum Vitæ ad ædificationis magis, quam ad veritatis libram exigebantur. Miror interim, nullum hactenus fuiſſe, qui dictam Legendam, æque ac tot alias, Latine ederet, cum tamen toties apud varios ſcriptores citata inveniatur, & ſæpius aut refutata, aut cum ſtomacho rejecta.*

Certius eſt cultus quam vita hiſtoria

E

57 *Sic de Vita iſta locuti ſunt Mabillonius, Ceillerius, & nuperus Legendiſta Gallicus, lacinias ex ea hinc inde recitantes, quas facile refellerent, eas præſertim, quæ ad temporum rationem, peſſime a ſcriptore ordinatam, pertinent: ſed ita, ut quaſi dato ſtudio, hiſtoriam ipſam, tamquam typis indignam, lectorum oculis ſubtraxerint. De ea ſic loquitur Mabillonius Actorum Benedict. ſæc.* 3, *parte* 2, *pag.* 240: Librum de geſtis S. Amalbergæ virginis, novem & viginti capitulis a quodam Anonymo deſcriptam, exhibuit nobis Ms. codex bibliothecæ Bigotianæ, ſed eum tot fabulis reſperſum, incertiſque narrationibus, ut ſatius viſum ſit, quædam ex eo decerpere, quam librum integrum exhibere. *Quanti porro a nobis fiat prædictus liber, jam ſatis inſinuare cœpimus, & manifeſtius deinceps oſtendemus. Ceterum de re incognita temere judicium proferre noluimus, ſed ipſammet Vitam omnem fuiſſe proponere, ut quilibet, eam evolvendo, de noſtris aliorumque argumentis ſtatuere queat. Prima modo ſit in auctorem, altera vero in Legendæ ipſius pretium diſquiſitio.*

vejecta hactenus & a nullo latine edita.

F

Scriptor Bollandi Radbodo Legendam tribuit;

58 *Non unum ejus apographum Ms. reperit. Laudatus ſupra R. D. Jacobus Heyndrix, preſbyter theologiæ baccalaureus & paſtor Merlebekanus*

prope

Digitized by Google

A *prope Gandavum (Henricum appellavimus) qui*
AUCT. *anno 1625 ſanctæ noſtræ Virginis vitam Belgice edi-*
J. B. P. *dit, volumine bene magno, ad paginas 434 in for-*
ma duodecima extenſo, utpote quem innumeris obſervationibus piis ac moralibus, in virginum Deo devotarum aliarumque gratiam interpolavit, ut in præfatione ſua candide confitetur. Quæ omnia ei facilius condonavero, quam ea quæ textui ſuo Flandrico inſeruit a Latino aliena, ut editionem hanc noſtram cum ipſius Belgica conferenti ultro patebit. Agnoſcit Paſtor ille Henricius, præfatam Vitam Theoderico abbati Trudonenſi pridem adſcriptam; addere poterat Belgarum prope omnium eam eſſe ſententiam, at mavult ipſe auctorem facere Dominum Radbodum, XIV Ultrajectinum epiſcopum, deceptus, opinor, Tomello, ei Vitæ ſubnexo, de quo ſuperius locuti ſumus. Non crediderim, opinionis ſuæ ſequaces multos reperiſſe Henricium, nam qui cum ipſo ſenſerint, fateantur neceſſe eſt, ſe nec ipſam ſcriptoris præfationem vel a limine ſalutaſſe, ubi ſic plane loquitur, ut non Epiſcopum ſe eſſe, ſed monachum ſatis manifeſte
B *demonſtret, quod ex ejus verbis perſpicuus datur intelligi. Sic prologum ſuum contexit.*

ſed ſatis patet monachi ejus eſſe

56 Gloria & honor Dei viventis eſt, merita virtuteſque Sanctorum narrare, eaſque ſcriptis commendare, quatenus æmula virtus incitetur bonorum ſtudiis & pia imitatio proroget memoriam in æterna ſæcula. Quod licet perfectorum, imo ſapientiſſimorum ſit, qui, quod mente concipiunt, verborum ſignificationibus explere queunt, tamen juvenes cum virginibus, ſenes cum junioribus laudare nomen Domini per Pſalmiſtam jubemur. Sed ego, cujus aret ingenium, accingi jubeor in vita ſanctiſſimæ virginis Chriſti Amelbergæ, atque æterni ſponſam Regis laudare.... Sed quid agam? cogor contra torrentem niti, dum videor imperari poſſe, quod non poſſum, & puer, qui necdum cymbam impuli, clavum onerariæ navis, inter amfractus Euboici littoris regere compellor. *Nihil ergo in tali oratione inveni quod Epiſcopum ſcribentem ſapiat; nihil quod non aptiſſime ad monachum aliquem in Blandinio morantem referri poſſit; qui inter ceteros latini ſermonis paulo peritior, a ſuperioribus ſuis juſſus ſit* S. Amalbergæ, *in eo cœnobio tam illuſtris, vitam & geſta, prout tum temporis monachorum ore ferebantur, litteris mandare; quæ cur Theoderico adſcribi non poſſint, hactenus non video.*
C

forte Theoderici abb. Trudonenſ.

60 Sic eum depingit Valerius ſupra actis ex monacho Blandinienſi factus eſſet abbas ad S. Trudonem; *at varios ejus caſus melius explicatos invenies in Commentario ad Acta S. Rumoldi 1 Julii § 2, a pag. 171; ubi etiam oſtendimus, otium ei fuiſſe, dum in Blandinio moraretur ad ſcribendas plurium Sanctorum Legendas, quæ ipſi conſtantiſſime tribuuntur, quales ſunt S. Bavonis, S. Rumoldi, S. Landradæ & ſancti Trudonis; de quarum ſingulis verum eſt dicere, Theodericum ſane non indoctum, nec Latini ſermonis imperitum ea collegiſſe, quæ a ſenioribus per traditiones audiverat, magis ſolicitum bona dicere, & quæ ad ædificationem auditorum ac lectorum conferrent, quam quæ ad hiſtoricam & chronologicam criſim expendi poſſent, ut jam ſatis patuit in Actis S. Rumoldi & S. Landradæ; patebitque porro, ubi ad 1 Octobris de S. Bavone agendum erit, cujus Legendæ non unum errorem jam in opere noſtro retectum invenies. Scitum eſt, ex hujuſmodi ſcriptis ea prudenter ſeligere, quæ apud credatos fidem reperire queant; ea vero moderate* D *repudiare, quibus ignorantiam ſuam, ſive Theodericus, ſive alius quilibet nimis manifeſte prodidit.*

plurium Legendarum compilatoris.

91 *Aſſerit quidem, citato ſuperius loco* Mabillonius, auctoris anonymi ætatem nullo indicio colligere licuiſſe, *adeoque nec nomen eruere; at ſi omnia perpendere potuiſſet, quæ de Theoderico & in Commentario ad S. Rumoldum & hic jam diximus, forte non abhorruiſſet ab hac etiam Legenda ei tribuenda, unde ætatem plane collegiſſet, cum vita functus dicatur anno 1107:* ſatis multis poſt S. Amalbergam ſæculis, ut ex confuſis numeribus multa perperam connecteret. Ceterum aut ego vehementer fallor, aut Theodericus, ſive alius Legendæ iſtius compilator, Encomium Radbodianum præ oculis habuit; in quo Carolidas & Carolum legens, haudquaquam dubitaverit, quin tota illa proli S. Amalbergæ hiſtoria, ad eum tranſferenda eſſet, qui in ea progenie omnium celeberrimus fuit. Quo argumento ſemel aſſumpto, non adeo inepte fluerent Caroli E Magni amores, ſi ſupponere potuiſſet, ipſum ante parentis Pippini mortem nuptias non contraxiſſe, quod ei otium non fuit ad examen revocare, nec tempora S. Willibrordi & S. Landradæ diſpicere, utpote eo ſolum collimanti, ut Legendam ſuam rederet quam ornatiſſimam.

Dorow Acta ex codd. Mſ.

62 *Quidquid interim ſit de vero Legendæ auctore, quem nos certo explorare non poſſe, ultro fatemur; habemus ipſam in tribus diverſis codicibus Mſs. Muſei noſtri, at non in omnibus adjecta eſt homilia ſeu Tomellus Radbodi & tranſlationis hiſtoria, quæ omnia integre reſeruntur in codice notato ✠ Mſ. 50, qui olim fuit S. Pauli in Sonia. In magno Moretiano ſeu Valcellenſi ſignato P. 157 deeſt ſola Radbodi homilia; in tertio ✠ Mſ. 11 nonnulla contracticra exhibentur. Jam dixi ſuperius, eamdem hiſtoriam, in varias lectiones diſtributam, haberi in Officiis propriis cœnobii Blandinienſis, ubi narratio tranſlationis cum Tomello Radbodi confundi videtur. Dubium non eſt quin prior noſter codex cum Bigotiano ut plurimum conveniat, atque adeo cum eo libro de geſtis S.* Amalbergæ virginis, *quam ſe expendiſſe teſtatur* Mabillonius, *ſed dignum non cenſuiſſe, qui in Ordinis ſui Actis locum inveniret. Habuit ipſe,* F *cur ita ſenſerit: aliaeſt noſtra Aliorum colligendorum ratio, qui nec apocrypha omittimus, præmunitis tamen lectoribus, ne in errorem inducantur.*

collatis, cum Tamiſienſi membrano,

63 *His poſtmodum acceſſit Vita manuſcripta Tamiſienſis, quam cum ſæpius ab Henricio & aliis citatam inveniſſem, tamquam monumentum vetuſtate ſua venerandum, ipſam demum obtinui favore laudati ſuperius Adm. Reverendi Domini Joannis Baptiſtæ Buyſi, presbyteri Oratorii Domini Jeſu, & in ipſo loco Paſtoris, cui plures alias notitias, ad Sanctæ cultum præcipue ſpectantes, acceptas retuli. Eſt is codex membraneus paginarum quinquaginta, in folio minoris formæ, quarum duæ & triginta priores vulgatam Legendam & tranſlationis hiſtoriam continent, eodem modo & ordine quo ex codicibus noſtris deſcripta ſunt omnia. Conſtat enim prædicta Vita capitulis illis ſuis viginti novem, quam ſequitur præfatio ad tranſlationem, & hujus deſcriptio, cum additiuncula temporis, in qua auctorem plauſculum ſapere voluiſſe, notatum infra invenies num. 56. Ea occurrit a noſtris codicibus diſcrepantia, quod ubi in his legitur, ſolum* vernaculum *beatæ Virginis conſcium fuiſſe ſepulturæ, iſtum codex Tamiſienſis vocet* ſacellanum; *intellige illum, cui forteſſe ſacelli ejus altaris cuſtodia commendata fuerat.*

A *rat. Quod autem mirere potissimum, abest omnino Radbodi Tomellus, quem præcipuum & vetustissimum monumentum esse, jam satis ostendimus.*

In quo adjiciuntur miracula.

64 *Sequuntur in eo codice paginæ aliæ duodeviginti, miracula nonnulla complexæ ab anno* 1311 *ad* 1327, *alibi usquam reperta, quibus ad calcem subjungitur programma Guilielmi Episcopi Tornacensis datum anno* 1331, *die* IX *Octobris, de* S. Amalbergæ *festo pro Christianitate Gandensi, cui decernendo occasionem fortasse dederint præfata miracula, tanto numero, tam brevi temporis spatio patrata. Decretum ex Henrico supra exposuimus: an ipse inde acceperit, sive parum interest. Id maxime in miraculorum scriptore desidero, quod nullum in eorum serie annorum ordinem servaverit; in quo corrigi potuisset, si maluissem genuinum ejus textum repræsentare, potius quam in* ▪ *quidpiam transponere. Fidelem in Sanctæ beneficiis referendis fuisse existimo, eaque adeo tutius admitti posse, quod ita nonnumquam loqui videatur, acsi præsens interfuisset; ut a*
B *vero minime aberraturus sit, qui scripta omnia asserat circa annum* 1340. *Optandum plane esset, & aliarum gratiarum, S. Amalbergæ intercessu secutis postea sæculis impetratarum, tam accurata ratio a Tamisiensibus habita fuisset: innumera miracula confuse memorant, quorum nulla litteris debite mandata exhibere queunt. Nunc tempus est ea expendendi, quæ contra Legendam opponuntur.*

§. VIII. Mabillonii & Cointii contra Legendam argumenta.

Ex Pipinorum confusione.

PRæmonere hic verbo licebat, *vitium esse apud medii ævi scriptores Belgas, ad Pippini celebrioris tempora Sanctos nonnumquam revocare, quorum ætas cum aliquo Pippino connecti poterat. Sic habes ad* VIII *diem hujus mensis Julii, tomo* 2 *pag.* 625 *confusam S. Landradæ ætatem, quæ, teste Sandero aliisque*, Cœnobium sacrarum virginum Belisiæ construxisse *dicitur temporibus* Pippini & Carolomanni, *cum interim ipsa multis prius annis mortua sit, quam duo illi fratres verum in Francia potirentur: ut mirum*
C *adeo nemini videri debeat, si Legendæ nostræ auctor, eruderandis temporum calculis minime assuetus, eadem male confuderit, dum S. Amalbergæ virginis ortum ad illam ipsam ætatem retulit, cæcus ipse præcessos cæcos secutus; qui nimirum rotunde S. Landradam, & hanc S. Amalbergam sub iis principibus æquales fecerint. Hinc primum & gravissimum offendiculum cur Mabillonius Sanctæ Actæ prorsus contemnenda putaverit, ut quæ S. Landradam, S. Willibrordum, Pippinum, Carolomannum, Carolum Magnum aliosque cum* S. Amalberga *conjunxerint, quos vera temporum ratio disparatissimos demonstret, præsertim ubi Sanctæ anni duntaxat unus & triginta attribuuntur, ejus morte anno* 772 *inuncta.*

Plurima male assumpta sunt.

66 *Ut rem propositam exequamur, expendenda veniunt Mabillonii adversus Anonymi, seu forte Theoderici Legendam argumenta. Prænotionis ejus exordium ex sæculo* 3 *Benedictino, parte* 2, *pag.* 240 *jam dedimus, qua nempe ait*, satis sibi visum, quædam ex eo *codice* decerpere, quam librum integrum exhibere. *Sic pergit ibi num.* 2. In capite 1. Anonymus agit de nativitate & infantia beatæ Virginis, quæ vitæ sumpsit exordia in pago Ardenna, in patrimonio, villa Rodingi nuncupato, tempore quo divæ memoriæ Pippinus una cum fratre Carlomanno honeste agebat in sceptris. Ejus pater Christianus, mater vero Eva nuncupati dicuntur, a sanguine magnorum regum regnique principibus originem ducentes. Fabulosa videntur ea quæ refert auctor iste de consanguineis Amalbergæ, quæ beatissimis Gertrudi, Aldegundi atque Waldetrudi, propinquitatis agnatione proxima fuisse, & Beggam amitam habuisse fertur cap. primo. Fuit quidem Amalberga, filia sororis Pippini Majoris-domus, cognomento Landinensis, consobrina beatæ Gertrudis, abbatissæ Nivialensis & sanctæ Beggæ; mater vero S. Gudilæ: at Amalberga illa, quæ forsan huic fabulæ dedit locum, annis centum vixit ante Pippini & Carolomanni principatum. *Videri possunt ea quæ nos paulo superius de ea disputavimus. Pergit Mabillonius*: AUCT. J. B. S.

Quæ in his Actis merito exagitantur;

67 In capite 2 Amalberga nostra, adhuc puella, propriis manibus oratoriolum in viridario parentum construxisse perhibetur; & capite insequenti, puero, ob furtum contracto, sanitatem restituisse. Dein sanctus Willibrordus, dum Asternacum monasterium, a se conditum, visitatum iret, per Ardennam iter agens, ad illustris Christiani domum divertisse, & Amalbergam optimis monitis instruxisse memoratur capite 4; quibus accensa Virgo tradita est beatæ Landradæ, quatenus eam sacris erudiret litteris, virtutumque informaret exemplis. Præerat autem Landrada cœnobio virginum quod ipsa in Beila, regio saltu, construxerat, in loco Belisia dicto, unde nomen cœnobio Bilisiensi, ex capite 5. Landrada virgo & abbatissa Belisiensi prima & auctor ea est, cujus res gestas Theodoricus abbas Trudonianus amplificavit apud Surium, & ipsa annis amplius quinquaginta Caroli ætate superior. Capitis sexti argumentum est, quod ab inclyto Rege Pippino, in conjugium filio suo sit adoptata Amalberga, in cœnobio licet Belisiensi degens, quam renitentem Carolus ipse, assumpto secum Bodino fratre beatæ Virginis, inviserit, & ad conjugii copulam F frustra pellexerit.

præsertim Caroli Magni

68 Sed ille, cum immanem bestiam in contigua villa Gersbellia, prætereuntibus infestam interemisset, Virginem ad consensum sui pertrahere tanto molimine aggressus est, ut ea in oratorium Dei genitricis confugerit, Carolo fores ecclesiæ confringere volente. Carolo in patris aulam reverso, Amalberga sibi consulere volens, cepit Andanam pergere, ad beatam Beggam, potius ad monasterium B. Beggæ, quæ falso ejus amita dicitur hic capite 10. Sed parentibus almæ Virginis e medio factis, Huntodus quidam, in aula Regis inter nobilissimos primus, hoc prænoscens, eam intercepit, & relictam orphanam, quasi ex jure propinquitatis in substitutione pupillari suscipiens in sua, in domum genitricis suæ, nomine Riqueræ, invitam atque reluctantem traduxit, ut opportune filio Regis eam traderet. Pippino mortuo, Francorum Principes de nuptiis Caroli cum Amalberga consilium iniisse dicuntur capite 12. Sed ipsa a Rodino fratre submonita, venit ad locum, cui

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. cui Acholus vocabulum est, ubi venerabilis soror ejus tunc morabatur: & velo capiti suo impositio, fugam capessivit.

cum Virgine S. Landrada syncbrona

69 Miraculis variis in itinere patratis, quæ auctor a capite 14 ad caput 21 describit, Carolus capite insequenti, ex Aquitanico adversus Hunoldum prælio reversus, Tornacum castrum concendisse, & Amalbergam trans mare fugere meditantem, in villa Materna pagi Brachantensis delitescentem convenisse fertur. Verum illa a Walduino presbytero, qui in ejus comitatu erat, præmonita, in loci oratorium, S. Martino ab se positum, confugisse: quo Carolus temere irruperit, eique martyrium, hoc est brachii luxationem, intulerit; sed mox a Domino sanatam. His gestis, Carolo Valentianas castrum profecto, in facti pœnam inflicta febris: qui per Fulradum abbatem, virgini in villa Tempseca degenti cum muneribus missum, sanitatem impetravit. Denique Amalberga e vita migravit anno incarnati Verbi DCCLXXII Indictione decima, VI Idus Julii, anno ætatis B XXXI: sepulta in ecclesia, quam ipsa in honore Dei genitricis construxit, apud sui juris villam Tempsecam, positaque ad dexteram altaris.

cupita nuptiæ &c.

70 Quæ hactenus de Caroli cupitis cum Amalberga nuptiis relata sunt, nullo scriptorum veterum nituntur testimonio. Ratbodus quidem, Trajecti ad Rhenum Episcopus, anno uno ante initium sæculi decimi mortuus, consimilia refert de Amalberga, sed Regem ejus procum haud nominat in homilia de hac Virgine composita, quæ sic habet paucis resectis. *Sequitur apud ipsum prædicta homilia, quam cur mutilaverit, non video: quæ resecta sunt, relinqui poterant, tametsi ad historiam non tantopere conducerent. Errorem in S. Ratbodi ætate supra correximus. Quod vero ait, procum ab eo non nominari, verum esse potest de exemplari Bigotiano; nam in nostro codice nomen* Caroli *diserte exprimitur, sed absque distinctivo agnomine, ut non adeo incongrue referri possit ad synonymum* Carolum Martellum, *ut mox dicemus in propositorum argumentorum, si non solutione, saltem explicatione, ubi paucis Cointium audiverimus.* C

Tum agnatio cum SS. Begga, Gertrude & aliis;

71 *Hic in suis ecclesiasticis Francorum Annalibus ad annum 772 a num.* 12 *Lucam Acherium & Joannem Mabillonium citat, eorumque verba hinc inde nonnihil amplificat, aut pressius vertit in argumenta, quibus Legendam, quæ de agimus, omnino enervet. Primum itaque impugnat propinquitatem* S. Amalbergæ *Virginis cum* SS. Gertrude, Aldegonde, Waldetrude & Begga, *quarum fixis recte temporibus, ætate vero* S. Amalbergæ *contracta ad annos triginta & unum, sic ut nasci non potuerit ante annum* 742 *aut* 743, *consequenter infert, fabulosam esse* agnationem *illam* proximam, *quæ in Vita asseritur. Rursus, obitu S. Willibrordi jam dicto anno* 742 *innexo, recte ostendit, in ea hypothesi nec a Sancto illo* Amalbergam *nostrum institui potuisse, nec ad B. Landradam Belisiam destinari.* Fabulosa quoque sunt, *inquit*, quæ de Carolo, Pippini regis filio subjiciuntur, *nempe quod* Amalbergam, *licet in cœnobio Belisiensi degentem, Carolo filio rex Pippinus in uxorem expetierit, renitentem vero Carolus ad conjugii copulam frustra conatus sit allicere. Interemptam deinde bestiam, secessum* S. Amalbergæ *Andernum ad* S. Beggam *emitum, aliaque hujusmodi ad mera figmenta amandare non dubitas.* D

72 *Num.* 17. prioribus fabulis alias subnexis *ait, etiam post Pippini obitum, cum Carolus, cognomento post Magnus, regno Francorum jam potiretur. Quo maxime adducit Hunrodi prædationem, qua orphanum Carolo adducere conatus sit, tum optimatum Franciæ consilium de* S. Amalbergæ *cum eo nuptiis, Sanctæ fugam cum fratre Rodino, postrema Caroli tentamina in villa Materna, illatumque* martyrium, *denique infestam Valencenis Carolo pœnam, a qua nonnisi per Virginis merita liberatus fuerit. Ad quæ subjicit:* Totam hanc fabellam destruunt nuptiæ Caroli & Himiltrudis; celebratæ sunt enim regnante Pippino, & Himiltrudis post ejusdem Pippini mortem superstes aliquot annos vixit. Supererat anno Christi septingentesimo sexagesimo nono, cum Carolus de Hunoldo sive Hunaldo in Aquitania triumphavit. Supererat & anno Christi septingentesimo septuagesimo primo, cum idem Carolus generalem Francorum conventum ad Scaldim fluvium in villa Valentianas peregit. Ergo Rodinus iram Caroli Regis haud incurrit, eo quod Amalbergam sororem ex ædibus Hunrodi clam subduxisset. E

quæ omnia recte hic impugnantur.

§. IX. Qua potissimum ratione explicari posse videantur.

Sed expatiatur non nihil temporibus,

A *Gnoscent mecum eruditi omnes, talia esse doctorum istorum virorum argumenta, præcedenti paragrapho proposita, ut Legendæ textui inhærendo, nullatenus dissolvi possint. Neque vero mihi animus est, scriptoris enormes lapsus & parachronismos omnimode excusare; id unum meditor & conor, quod muneris nostri est, ut salva rei ipsius substantia, auctoris imperitiam, quousque fieri poterit restituam, exclusis crassioribus falsitatibus, temporum ordinem aliter distribuendo: qui si tantisper supponatur, possint pleraque cum historica veritate consistere. Memorem itaque lectorem volo eorum, quæ articuli prioris principio paucis insinuavi, & sæpius alibi usveniunt, nempe Belgas scriptores, post Normannicas grassationes, superstites rerum ante gestarum spicas colligentes, ita res & tempora confudisse, ut plures Pippinos, Carolos & Carolomannos aliquando pro uno eodemque acceperint, eorum vero consanguineos, licet gradibus multis remotos, fratres, sorores, neptes aut nepotes continuo appellaverint, sicut de* S. Amalberga *vidua, Pharailde, Ermelende, Landrada, Itisberga aliisque ostendi potest. Id autem facilius in sancta hac* Amalberga *accidere, quod alteri seniori synonyma, talibus ornata fuerit cum iis Principibus propinquitatis titulis, qui ad sanctissimam viduam potius pertinerent.* F

videntur aliqua explicari posse.

74 *Ne ad singula argumenta eadem non sine nausea repetantur, semel dicam, Acta Amalbergiana, maxime in ratione temporum, male consuta esse & imperite digesta, sic tamen ut cum aliis, æque male consarcinatis, in opere nostro, præsertim cum hactenus, quod sciam, latine edita non fuerint, locum habere possint, tum potissimum, si scriptoris ignorantiam corrigendo, aliqua liceat restituere, ad eum modum quem hic expositurus sumus. Dubimus, si ita necesse fuerit, 1, Anonymum,* S. Amalbergæ *virginis illustrem originem cum alterius senioris natalibus confudisse, quamquam*

A *quam non videamus, cur id aliter ſalvari prorſus nequeat. Dabimus* II, *Nativitatem ejus ad Pippini & Carolomanni tempora peſſime revocatam.* III, *Non minus erraſſe, dum annos vitæ ad unum dumtaxat & triginta contraxit; ſiquidem id ipſi vere imputari debeat.* IV *Demum, Caroli Magni amores, & prætenſum cum S. Amalberga conjugium, æque fictitium eſſe; quamvis hujuſmodi amatoria exempla de Belgicis virginibus aliiſque ſatis frequenter tradita ſint. Hiſce tantiſper eraſis, poſtulo, concedi mihi facultatem, ut Virginis & aliorum geſta cum ejus ætate paulo aliter concilietur, ſicque & tempora & res diſtribuam, ut a veritate non adeo aberrent, ſed, qua ratione fieri poterit, tolerabilia reddantur.*

Nota fuerit Sanctæ adulto ſæc. VII,

73 *Cum ſatis appareat exigua ſcriptoris in digerendis hiſtoriis peritia, haud adeo mirum, ſi multa commiſceat, quemadmodum ſenioris S. Amalbergæ proſapiam & parentelam huic noſtræ fertoſſe attribuit, ſic ætatem variarum Sanctarum cum ejus temporibus perperam copulaverit; & cum veroſimillime octogenaria fuerit Sanctæ, divinaverit ipſe eam obiiſſe anno ætatis triceſimo primo; ſi, ut ſupra dicebam, ex ejus verbis id vere conficiatur.*

B *Concedam ipſi, quod ſub Pippino & Carolomanno floruerit, vitamque protraxerit ad tempora Caroli Magni, mortua utpote demum anno, ut tam expreſſe definit, 772: ad quam epocham admittendam, aliam plane verum hypotheſim conſtituere neceſſe erit. Sic igitur diſponatur vitæ ſeries, ut nata dicatur ſanctæ Virgo circa annum 680 vel paulo poſt, perveneritque adeo ad grandævam ætatem, qua nihil paradoxi adſtruitur. Nativitas eo removenda erit in ea ſuppoſitione quod S. Landrada, cujus ætatem certo determinare auſi non ſumus, obierit an. 690.*

ſit commode ſub Landrada vixerit,

76 *In ea, inquam, ſuppoſitione, nam ut minimum octennis fuiſſe dicenda eſt S. Amalberga, dum ſanctæ illius Abbatiſſæ inſtitutioni committeretur. At quid ſi modo cum aliis ſupponamus, S. Lambertum Leodienſem Epiſcopum, a cujus martyrii epocha cetera pendent, non ante annum 708 iſtud ſubiiſſe, poterit ſane S. Landrada ſæculum octavum fuiſſe ingreſſa, & uſque ad annum 704 ſupervixiſſe, quod cur fieri non potuerit, nemo facile evincet. Hoc autem poſito, nihil magnopere occurrit, quod obſtet, quo minus S. Amalberga nata primum ſit circa annum 690, ut proinde vix octogeſimum*

C *vitæ annum attigerit, dum ad meritorum coronam a ſponſo evocaretur, quod in virginibus tam rarum non eſſe quotidiana exempla demonſtrant. Atque hac rerum geſtarum baſi admiſſa, ſolventur, aut ſaltem explicabuntur argumenta pleraque, quæ a male ordinata chronologia potiſſimum repetuntur, illudque imprimis, quod ſub S. Landradæ diſciplina inſtitui non potuerit S. Amalberga, quoniam medio & amplius ſæculo illa hanc antecefſerit.*

& a Martello adamari potuerit.

77 *Rurſus, quid dici poterit obſtiſſe, quo minus cum S. Willibrordo agere potuerit, & in domo paterna Rodingi villa, quod memorat Actorum ſcriptor, & ſæpius alibi; quidni etiam in ipſa Temſeca ſeu Tamiſia, dum Antverpienſibus prædicaret Sanctus? Demum & iſtud aliquatenus conciliabitur, quod a Pippino, non quidem Brevi ſeu Caroli Magni parente, ſed a Craſſo ſeu Heriſtallenſi, filio ſuo Carolo Martello in conjugem poſtulari potuerit, atque ab hoc petulantius inceſſi, procari & brachii luxatione affici, quæ eſt Molani aliorumque ad hunc ſcopulum ex hac & Landradiana Legenda evellendum receptiſſima ſolutio. Ad recurrentia identidem prodigia, id reponendum eſt, quod frequentiſſime in Actis noſtris dicendum fuit,*

in eo probabilitatis & veriſimilitudinis gradu ſatis conſiſtere, quo aſcendit ſcriptoris ipſius auctoritas, quæ tametſi non maxima ſit, inde ponderis multum accipiunt variæ illic narratæ miracula, quod Virgo tum ob eximias plane virtutes, tum ob ſigna quibus coruſcavit, a S. Radbodo, non niſi unico abea ſæculo diſtante, ſingulari prorſus titulo PARADOXA *nuncupetur. Jam ad Mabillonii & Cointii argumenta paucis reſpondeo.*

AUCT. L. B. S.

Quin & cognatio aliqua

78 *Primum ab utroque urgetur, quod S. Amalberga agnatione propinquitatis proxima exſtitiſſe dicatur beatiſſimis Gertrudi, Aldegondi atque Waldetrudi; tum vero confugiſſe Andanum, ad S. Beggam amitam, quæ poſtrema verba in aliquo noſtro codice melius abſunt. Sed ſcriptoris ſententiæ inhæreamus. Ad explanandum eam difficultatem faciunt, quæ jam a nobis præſtructa ſunt: ſpectant Sanctæ iſtæ ad ſæculum VII, a quo uſque adeo remotior cenſenda eſt S. Amalberga virgo, quo junior fuiſſe ſupponitur quando obiit mortem. Jam tantiſper admiſimus, Anonymum forte confudiſſe binas Sanctas ſynonymas Virginem cum Vidua; quæ poſterior cum Pippini Landenſis neptis ex ſorore fuiſſe ſupponatur, id fortaſſe indicare voluerit, in ſimilibus expendendis non ſatis accuratus. Verum quemadmodum ob Legendam S. Amalbergæ viduæ inducere oportuit Pippini ſororem aliquam anonymam, cujus ipſa filia fuerit, quid tantum piaculi in hiſtoriam intruderetur, ſi ex qualicumque ſcriptoris hujus fide admittatur, patrem aut avum S. Amalbergæ virginis Pippinum propinquo aliquo conſanguinitatis gradu contigiſſe, unde & ipſa dici poſſit ex ea agnatione progenita, quamquam certus gradus determinari a nobis nequeat.*

E

cum Pippini ſuppoſiti poſſit.

78 *At S. Begga ejus amita nuncupatur, adeoque Chriſtianum, Sanctæ noſtræ patrem, fingere oportebit Pippini filium, S. Beggæ fratrem, quod veterum nemo ſomniavit hactenus. Nec mihi profecto ſomniare id lubet; quamvis nemo negaverit, S. Beggam fratrem habere potuiſſe, nobis hactenus incognitum, qui Chriſtiani pater fuerit, ſicque commode ſalvaretur titulus* amitæ *ſeu potius* abamitæ, *id quod Legendiſta non ſatis diſtinxerit; imo, quod facilius crediderim, amitam appellaverit, quæ cognata dumtaxat dicenda erat. Hac vel ſimili ratione intelligi dabitur S. Amalbergæ cum tot inſignibus Chriſti Virginibus & viduis conſanguinitas, pro qua mihi certare haudquaquam lubet. Actum eſt tomo præcedenti ad diem* VIII *Julii de illuſtri S. Landradæ origine, quæ etſi accuratius explicari nequiverit, certe negari non debuit, eam etiam B. Pippino propinquam fuiſſe. Utut interim dicta omnia accipienda conſuevis, jam ſatis inſinuavi, neutiquam mihi propoſitum eſſe, Mabillonii & Cointii argumenta adæquate diſſolvere, quod fieri prorſus non poſſe, ultro faſſus ſum; ſed ea dumtaxat ſic explicare, ut ad tolerabilem ſenſum Legenda reducatur.*

F

cum Pippini ſuppoſiti poſſit.

80 *Chronologicos ſcopulos potiſſimum explanandos eſſe, ſatis patet. Ex alterum undecumque inſuperabilem, niſi ad modos nuperrime præſcriptos acceſſus patet. S. Amalberga nata dum Pippinus & Carolomannus bonæſte agebant in ſceptris (vixerunt bi ſimul in ſumma auctoritate ab an. 741, ad 747): Willibrordus Sanctæ inſtruitur, dum Epternacum pergeret, aut inde rediret, qui mortuus eſt anno 742: Landrada, de cujus ætate etiam egimus, per id tempus abbatiſſa Belliſenſis, cui commiſſa fuerit S. Amalberga, e vivis erepta anno 772, ætatis ſuæ anno triceſimo primo: ſi-*

Reſtituuntur errores alii chronologici

AUTC. J. B. S. *eidem monstra sunt in ratione temporum. Ac enim apertissimos lapsus jam agnovimus, ad quos corrigendos, substituendus est Pippinus Crassus, seu Heristallensis, Caroli Martelli pater, qui rerum in Francia potitus est ut minimum usque ad annum 714, cujus tempore natam omnino supponimus S. Amalbergam, ut paulo superius, quæ potuit verisimilitudine disputatum est. Ætas Martelli apprime concordat cum annis Sanctæ, nisi quod junior fuisse videatur, ut ei aptentur omnia, quæ de amoribus memorantur, si ea acciderint vivente adhuc S. Landrada. Verum nævi ipsi minutiores Legendisticæ condonandi sunt, modo integra servetur rerum substantia.*

ad S. Willibrordum ipsum attinet.

81 *Ad S. Willibrordum quod attinet, & tam difficultatem pertimus fecimus in hac nostra hypothesi. Rem omnem non discussit Willibrordus Bosschaert in sua de Frisiæ apostolis dissertatione 241; ceterum controversum illum Sancti ad Virginis parentum villam accessum componere pridem conatus est. Sic loquitur pag. 544:* Si quæras, quo anno quove tempore S. Amalberga directa sit
B Belisiam ad S. Landradam? Respondeo, hoc debuisse accidere ante annum DCXCVI, quo alii, sive ante annum DCXCVIII, quo alii S. Lambertum martyrizatum asserunt; nam ante S. Lambertum terras deseruisse, & per eumdem sepulturæ traditam fuisse, affirmant omnes historiæ Lendradinæ. At ut quid propinquius calculemus, juxta Molanum Landrada obiit an. circiter DCXCII: quo posito Amalberga missa est ad eam a S. Willebrordo in primo ipsius ingressu in Austrasiam, dum vel Romam pergens, vel Roma redieus, apud Pippinum Austrasiæ Principem de negotiis ad Frisiorum conversionem pertinentibus tractaret. *Elige, quod magis placet; satis mihi est, utcumque composuisse quidquid adynati occurrebat in conciliandis ætatibus Sanctorum Willibrordi, Landradæ & nostræ* Amalbergæ.

Molanus temere Vita arguitur,

82 *Nequid intactum maneat, superfunt cupitæ a Pippino pro Carolo filio Sanctæ nuptiæ, haud aliter intelligendæ, quam quod Pippinus jam dictus Heristallensis eas expetere potuerit, Carolus vero Martellus, ejus filius, ea ferme omnia perpetrare quæ Carolo Magno in Legenda perperam tribuuntur: nam* S. Amalberga *decrepita, parum apta fuerit, ut Principem illum ad sui amorem alliceret. Mitto controversiam, Colnitium inter & Pagium dirimendam, fueritne Hildrudis Caroli Magni conjux an concubina; nam quidquid ejus sit, satis exploratum puto, Carolum Magnum conjugatum fuisse, ante parentis Pippini obitum: quod licet daremus falsum esse; in jam proposito vitæ* S. Amalbergæ *systemate, ut iterum dicam, nemo sic desipuerit, qui Caroli Magni amoribus vetulam dignam existimet. Porro ætate grandævam fuisse* S. Amalbergam, *dum in æterni sponsi complexum evolavit, viderunt ante me Molanus, Sanderus, Fisenus, Bosschartius, & quotquot alii vel minimam operam posuere, ut quæ in Legenda turbate narrantur, ad aliquem chronologiæ ordinem reducerentur. Has vero crassiores maculas si abstersoris, nihil tantopere reliquum erit, cur a producendis B. Amalbergæ Actis, Mabillonii, Colnitii aut aliorum auctoritate abstineamur.*

Sanctam obiisse an. ætatis 31.

83 *Id demum adducitur, tamquam Legendæ totius everſorum, quod Sancta supponatur ex Actis mortua* anno ætatis tricesimo primo, *quod equidem fateor, admittendum esse, si obierit anno* 772 *in ea adhuc ætate, ut paulo ante a Carolo Magno tantis conatibus in conjugem postulata sit, quemadmodum vita tota perpetuo inculcat. Verumtamen Anonymi verba non adeo expresse rem conficiunt, ut aliter & verius accipi non possint. Sic habet num.* 47: Migravit autem beatissima . . . . . in pontificatu sanctæ Romanæ Ecclesiæ agente Papa Adriano, anno ejus primo: Karoli quoque Imperatoris anno quinto, ætatis vero ipsius tricesimo primo. *Postrema ea verba in rigore accepta, non magis ad* S. Amalbergam *referuntur, quam ad Carolum; est autem tam certum, huic apprime quadrare, quam supra ostenderimus, impossibilem esse tot personarum connexionem, si Sancta tam juvenis e vita migraverit. Carolum vero, non anno* 747 *(ut Labbeus & alii pridem tenuere) sed anno* 742 *natum esse, hodie explaratum est: rectissime igitur prædicari potest, mortuam esse* S. Amalbergam, *dum Carolus ageret regni annum quintum, ætatis vero ipsius tricesimum primum.*
E *Si id a mente scriptoris alienum dixeris, at certe non diffitebere, vel incogitantem, rimam aliquam reliquisse, per quam paradoxa ejus ad congruam veritatis speciem componerentur. Quæ ulteriori explicatione opus habere videbuntur, in annotationibus observata invenies. Ea modo S. Radbodi Tomellum, de quo superius ita actum est, ut hic præterea nihil dicendum superſit.*

TOMELLUS

Seu Sermo Domini Radbodi, sanctæ Trajectensis ecclesiæ Episcopi, de vita & meritis paradoxæ Virginis Christi Amelbergæ.

Ex codice Ms. S. Pauli in Sonia, collato cum editione Mabillonii.

Ad spiritualem resurrectionem hortatur.

QUotiescumque, dilectissimi fratres, Sanctorum Dei Memoriam, ad laudem & gloriam nominis ipsius agimus, toties a peccatorum nostrorum sepulcris resurgimus. Revivisci enim tunc quodammodo fides nostra, & rediviva innovatur dulcedine vox nostra per officia labiorum nostrorum *a*, ac F *a* per hoc fit in nobis quod dicit Apostolus: Renovamini spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem. Quid namque est aliud male mori in sepulcro ac jacendo fœtere, nisi peccatorum sordibus inquinari? Et quid aliud est ab hoc tumulo resurgere, nisi per confessionem & pœnitentiam ad vitam, qui Christus est, redire? Habemus sane hujusmodi mortis plurima in Scripturis exempla, quæ illos solet mortuos appellare, qui numquam volunt a peccatis resipiscere; sicut est illud in Euangelio: Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Neque enim ii qui corpora sepeliebant, corporaliter mortui erant; sed cum essent scelerati, ac propterea mortui, sepeliebant eos, quos mors corporis a vita subtraxit. Quocirca nos quoque mortis hujus detrimenta caveamus; quinimo de sepulcris vitiorum cito per gratiam Christi resurgere festinemus, ut cum ipso in æterna beatitudine vivere mereamur.

a Ita.

Digitized by Google

Laudat Virginem sanctus Praesul

A 2 Itaque laudemus Dominum Deum nostrum in Sanctis suis, eosdemque vicissim collaudemus & honoremus in ipso; quandoquidem Deo & Sanctis ejus servire, vere est vivere; atque in hoc omni tempore permanere, prudenter est laqueos delictorum devitare. Ecce autem occurrit nobis hodierna die hujus rei aptissimum tempus, in quo PARADOXÆ Virginis Amelbergæ memorabilem vitam annua festivitate recolimus, quæ in hac peregrinatione Deo & hominibus gratissima exstitit, tum splendore geminæ pulcritudinis, tum etiam merito pudicitiæ virginalis. Hæc cum esset primis orta natalibus & propter nimium corporis decorem omnibus amabilis, elegit se ornare virtutum gemmis, potius quam vestibus pretiosis; vilemque se & despicabilem statuit humanis ostendere oculis, quo pretiosa atque honestissima conspectibus appareret divinis. Non auro utebatur aut margaritis, quia sciebat Chri-
B stum sponsum suum non iis fuisse usum in
tertis: non purpuram diligebat aut byssum, quoniam non ignorabat propter hujusmodi multos demergi in abyssum. Non delectabatur rumusculis frequentiæ popularis, quia secretum locum noverat esse opportunum
al. amicum *mœroris,

ob eximi generis virtutem

3 Porro autem, iis contemptis, longe aliter faciebat: nam pro cognatis & amicis sæculi, diligebat pauperes Christi: pro auro atque margaritis, ornabatur sententiis doctrinæ spiritualis; pro byssinis purpureisque vestibus, cinere & cilicio utebatur. Pro frequentia populari, quam penitus respuebat, in excubiis templorum Domini, circa sacra altaria, orando & vigilando jugiter morabatur. Verum quomodo & quali ordine ad tantam disciplinæ cœlestis pervenerit summam, non est silentio transeundum, propter exemplum bonum, & propter meritorum ejus dignum narratione præconium. Erat quippe hæc pudicissima puella in hereditate patrum suorum temporibus Francorum Principum, quos quidem a Karolo Magno Karolidas possumus appellare,
C qui ob multiplices victorias, & admiranda in
Christiana religione studia hic solus inter ceteros vocabulum promeruit, ut merito magnus & optimus diceretur.

sed præfecta a custodia virginitatis sua

4 Horum, ut dictum est, in diebus sancta & Deo placita Virgo Amelberga, defunctis jam parentibus, in possessione, quæ ei secus Scaldam fluvium latissima ex progenitorum successione provenerat, cum unico fratre suo religiosissime commanebat, jejuniis & orationibus serviens die ac nocte, eleemosynasque plurimas & largissimas faciens cum maxima hilaritate; habens semper in memoria illud Apostolicum: Hilarem datorem diligit Deus: cumque esset speciosissima, usque adeo ut reliquas omnes sua pulcritudine superaret, propter honestissimi corporis prærogativam pene incurrit pudicitiæ detrimentum. Nam cum ejus opinio ad regem provinciæ, Karolum *b* videlicet tunc temporis pervenisset, is ejus amore continuo captus, cœpit cum illa indefinenter de nuptiis per internuntios agere. Postquam vero sensit, voluntatem suam a beata Virgine, quæ se meliori sponso, id est Christo devoverat, omnimodis reprobari, quod blandimentis &

potestate regia non valuit, per insidias & D
quædam latrocinia clanculo nisus est attentare. At illa contra hæc omnia orationum EX MSS.
clypeos & cœlestis armaturæ frameas obtendebat.

expulsis Caroli blandimentis

5 Quadam vero die cum beatissima puella inter domesticos parietes sola resideret, psalmosque more solito caneret; puer familiaris repente per posticum irruit, proclamans & nuntians, Regem cum satellitibus suis adesse foribus. Tunc ipsa, nihil sui oblita, oratorium, quod domui adhærebat, celeri cursu ingressa est, ubi se illico cum gemitu & lacrymis ad orationem prostravit, flebili voce obsecrans, ut eam Dominus de imminenti periculo liberaret. Tum vero Rex nimium temerarius, post eam in oratorium intrans, cœpit illi multis adulationibus blandiri, honoresque promittere temporales, quo vel sic eam suis persuasionibus acquiescere faceret. Verum illa sponsum, quem elegerat, nullo modo derelinquere volens, jacebat immobilis & ita solo defixa acsi quibuslibet radicibus implicita teneretur. Postquam autem Rex E
cuncta blandimenta * adhibuit, nihilque se * *al.* vaproficere vidit, regiam auctoritatem vertit in niloquia
sævissimam tyrannidem, arreptaque ejus manu, violenter illam foras trahere conabatur. Sed cum etiam ita nullus eum sequeretur effectus, tandem puellæ brachium fortiter excutiens, summaque vi torquens, fracto virginalis humeri osse, quasi qui se vindicasset, abscessit.

a quo se ipsa confringitur

6 Tunc illa, ut erat tenerrima, ob vulneris sui gravissimum dolorem, coram Domino aliquantulum quidem flevit: tamdiu autem oravit, donec sponsus suus Christus adesset, eamque sanitate integra restauraret. Ex illa autem die nullum sæcularem passa est amplius amatorem, sed libere in sponsi sui Domini nostri Jesu Christi dilectione permansit. O felix commercium! o nimium prudens electio! ubi rex terræ, pro creatore cœli & terræ contemnitur, ubi Deus pro homine adamatur, ubi pro luto isto cœlestes divitiæ conquiruntur. O! beatissima Virgo, si multum tibi sublimitas generis obfuit, aut multo magis tua spontanea dejectio, & carnis propter Deum contritio posuit. Si splendor tuæ F
pulcritudinis periculum incurrit, at contemptus regiæ majestatis perenni te gloria coronavit. Si ad horam pallio contristavit, at tibi inde contubernium Martyrum & requies sempiterna provenit. Ecce nunce omnibus, quæ in hac vita desiderasti, perfrueris, quoniam Rex regum, & Dominus dominantium concupivit speciem tuam, tuque, o augustissima regina, assistis a dextris ejus in vestitu deaurato circumdata varietate *c*.

c Illustris triumphi ejus gloria.

7 Nunc igitur in te fides, spes, caritas fulgent, humilitas regnat, patientia triumphat, virginitas candet, pudicitia nitet, prudentia discernit, temperantia moderatur, fortitudo superat, justitia judicat: atque ut epilogum faciamus, virtutum omnium in te & a te militia continetur. Quamobrem in æterna beatitudine bona ineffabilia, non solum beatissimis oculis vides, & felicissimis manibus tenes, verum etiam reliqui sensus eadem felicitate fruuntur. Nam & beatis auribus cœleste organum audis, & læto ore

A novum canticum canis, & venerandis nari- EX MSS. bus perennes modo delicias odoras. Itaque non erit ulterius quod tibi solicitudinem pariat, vel quod anxietatem importet. Habes quippe gaudium absque tristitia, delectationem absque fastidio, securitatem absque formidine, pacem absque dissensione; dulcedinem absque amaritudine, saturitatem absque defectione. Lux tibi sine tenebris lucet, munditia sine inquinamento resplendet: totam habes requiem, totam possides vitam, quæ nec lassitudinem pateris, nec morti succumbis.

& multiplex in talibus enumeratio.

§ Quid ergo melius? quid jucundius? Opes terrenas aut fortunæ rota subtrahit, aut conditio mortalitatis extorquet; thesauros vero cælestes ipsa sui perpetuitas oppido concupiscibiles facit. Hos tu, o beatissima Virgo, cum angelis, propter cælibem tuam vitam; cum Apostolis, propter fidem Catholicam; cum Martyribus, propter passionis constantiam; cum Confessoribus, propter innocentiam sanctam; cum Virginibus, propter specialem corporis & animæ pudici- B tiam, vere nunc, patriam tuam post limina repetens, hereditario jure participas, & gloriaris in sponso tuo Jesu Christo Domino nostro; per quem te oramus ac supplices petimus, ut pro nobis apud ipsum intercedere non desistas, qui te in hac mortalitate ita roboravit, ut regem terrenum castitatis gloria vinceres, & infernorum principem diabolum sanctitate præcipua superares, auxiliante ipso, qui cum Patre & Spiritu sancto gloriatur Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

ANNOTATA

a *Quæ sequuntur usque ad proximi numeri hæc verba*, ecce autem occurrit, *in editione Mabillonii prætermissa sunt, substitutis punctulis quasi ad rem non spectent.*

b *Hic clare exprimitur nomen* Caroli *quod plane abest a codice illo quo usus est Mabillonius: at vero, quod supra dicebamus, non minus ad Martellum referri potest, quam ad Carolum Magnum,* C *nam & ille æque ac alius fuit de stirpe Carolidarum, alias Carlovingiorum, qui a B. Pippino originem ducunt. Neque obest quod dicatur* Rex provinciæ, *nam & alibi* Rex *appellatus est Carolus Martellus. Henricus* Carolum Magnum *in versione sua Flandrica exprimit, quem ego in nullo codice latino reperire me memini.*

c *Hic fistit Mabillonii editio, suppressis duobus sequentibus numeris, forte, quod ad historiam nihil conferre visi sint: nos nihil subtrahendum putavimus.*

D

VITA

Auctore fortasse Theodorico Abbate Trudonopolitano.

Ex Mss. codice S. Pauli in Senis, cum aliis, item Mss. collato.

PRÆFATIO

GLoria & honor Dei viventis est, merita virtutesque Sanctorum narrare, easque scripcis commendare, quatenus æmula virtus incitetur bonorum studiis, & pia imitatio proroget memoriam in æternas sæcula. Quod licet perfectorum, imo sapientissimorum sit, qui quod mente concipiunt, verborum significationibus explere queunt, tamen juvenes cum virginibus, senes cum junioribus laudare no- E men Domini per Psalmistam jubemur. Sed ego, cujus aret ingenium, accingi jubeor in vita sanctissimæ virginis Christi Amelbergæ, atque æterni sponsam Regis laudare. Non quod ipsa humana laude egeat, cujus laus ipse Christus est; quæ etiam, cum adhuc hominem ageret, terrena velut inania calcavit; sed quo vita ejus gloriosa, semper angelicæ puritatis æmulam, exemplum commendet piæ conversationis. Sed quid agam? Cogor contra torrentem niti, dum video imperari posse, quod non possum; & puer *a*, qui necdum cymbam impuli, clavum onerariæ navis, inter amfractus Euboici littoris, regere compellor. Et quis me tanto oneri parem faciet? Meritum scilicet piissimæ Virginis, cujus interest, ne tam videar, hanc tantæ laudis materiam qualibet temeritate præsumpsisse, quam debitæ veneratione, velut devotus minister inserviss e. Quę nunc pendulum per tabulata titubantis gressum regat, tum sensum & articulos scribentis, suis Deo commendet precibus & meri- F tis, quatenus officium laudis suæ, quod devota mente gerimus, efficaciter impleamus. Neque hoc dixerim, quod omnia ejus gesta hic perstringere cupiam, quod nequaquam vel omnes valemus, etiamsi velimus; sed sicut qui immensam totius orbis sphæram in arcto situ depingunt, ita hic omnia ejus facta videas comprehensa, sed ea tantum, quæ fidelibus propterea contigit esse nota, quia fuere publica. Explicit prologus.

Ordo Capitulorum in Ms.

I De nativitate & infantia beatæ Virginis.
II Quod adhuc puella propriis manibus oratorium in viridario parentum construxit.
III De puero, furtum aggresso, mirabiliter contracto, sed meritis beatæ Virginis sanato.
IV De B. Willibrordo & ejus admonitione divina.
V Ubi ad cœnobium, Belisia vocatum, deducitur, & famulæ Dei Landradæ, educanda committitur.

VI Quod

Digitized by Google

A VI Quod ab inclyto rege Pippino in conjugium filio suo Karolo sit adoptata.
VII Qualiter ad orationem Virginis Dei Karolus stare non potuerit, sed divino nutu loco cessit.
VIII Quod in oratorium Genitricis Dei confugerit, Karolo foces ecclesiæ perfringere volente.
IX Quod Karolus patrem suum Pippinum pro Virgine multimoda interpellaverit prece.
X De Hunrodo iter & votum beatæ Virginis impediente.
XI De obitu glorioſi regis Pippini, atque successione filii ejus Karoli.
XII De consilio a Francis principibus habito super desponsatione Virginis Dei.
XIII De oraculo divino, per beatam Gertrudem Virgini revelato.
XIV Quod fugam iniens, diem festum Paschæ in pastoralibus solennizabat.
XV De latrone a lupo suffocato.
XVI Quod ad benedictionem Virginis Dei panis & vini ubertas excreverit.
B XVII Quod obviam turbam dæmonum signo crucis conterruerit.
XVIII De pisce ab alveo fluminis egresso.
XIX De quadam muliere languente, meritis beatæ Virginis sanitati reddita.
XX Quod inundationem imbrium a proprio suspenderit agro.
XXI De grege avium divino nutu imperato.
XXII Quod a facie regis in oratorium confugerit, crinesque capitis sui ipsa abciderit.
XXIII Quod post Virginem Dei ecclesiam Karolus temere irrupit, eique martyrium intulit, sed mox a Domino sanata & visitata fuit.
XXIV De illustri Rodino, fratre Virginis, sanctæ conversationis habitum assumente.
XXV De Sanctorum visitatione & allocutione, & sanctissimi obitus sui revelatione.
XXVI De Karolo rege, divina animadversione percusso, sed interventu beatæ Virginis sanato.
XXVII De aqua in sanguinem mutata, & miraculo piscis, sibi divinitus collati.
C XXVIII De commemoratione virtutum ejus, ipsiusque laude digna.
XXIX De felici ejus in Christo dormitione.

CAPUT I.

S. Amelberga illustris virgo, pia infantia, miraculis clara; sancti Willibrordi monitu ad B. Landradam Belisiam deducta, a Pippino agnoscitur & ad filii Caroli nuptias pellicitur.

GLoriosa Christi virgo Amelberga hujus vitæ sumpsit exordium in pago Ardennæ, in patrimonio, Rodingi-villa *b* nuncupato, tempore quo divæ memoriæ Pippinus una cum fratre suo Karolomanno honeste agebat in superis *a*. Hujus pater Christianus, mater vero Eva *c* nuncupata, a sanguine magnorum regum, regumque principibus originem ducentes. Quod ut clarius promam: exstitit quippe hanc sacratissima Virgo agnatione proxima propinquitatis beatissimis Christi virginibus Gertrudi *d*, necnon Aldegundi & Waldetrudi. Et illud quidem egregium fuit, quod tam a clarissimis quam religiosis parentibus alti sanguinis venam traxit; verum plus glorioſum, quod eamdem vita & virtutibus illustravit. Deinde sacro ergo fonte regenerata, postquam est ablactata, per singula ætatis incrementa, virtutum germinavit augmenta. Quam parentes divino magisterio informantes, fovebant sicut unicam, sicut Dei sponsam. Ipsa nimirum divinis sic semper intenta erat, sic ecclesiarum limina frequentans ut Annam de Euangelio crederes, quę non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus assidue vacans; unde conspicuum mortalibus dedit, quod eam jam tunc cęlestis sponsus elegit.

b *d* Regibus decens originem,

c

d

a Pomerium *e* spatioſum & jucundum erat domui parentum beatissimę Virginis contiguum. Illic lilia vernantia rosis sanguineis decertantia, illic cinnamomi & balsami odor aromatisans, paradisiacę suavitati contendens: fontes irrigui amœna virentia commendabant. Tum distincta florum varietas, atque frondium proceritas invitabat; ut non magis oblectareris cedis Libani, aut cypressis Sion montis jucundissimi. Cumque adhuc almę indolis puella, sub tutela parentum detenta, in schola virtutum proficeret, solebat illuc ingredi, ibique cum coętaneis virginibus jam tunc superna contemplari; in quo ędificio instar oratorioli propriis manibus constructo, atque altari in honorem Domini ibidem erecto, ecclesię nomen ei indidit, quod & ita sibi hęsit. Deinde optima quęque fructuum poma cum nucibus, mala punica cum castaneis, thymiama cum aromate supponens, sacrificium laudis cum tacita prece Domino libavit. Et ut cum admiratione dictum sit, cum ob infantiam tenerę indolis, perpendere necdum posset, quid in ea ętate ipsa tunc egisset, tamen adimplevit officia perfectorum Patrum, imo sanctissimorum virorum, quorum unum est sacris altaribus adstare, alterum votis & precibus Deum compellare. Quapropter in ipsis annorum crepundiis, pro sui merito hominibus celebris habita, ab auditoribus conjectari cœpit, clariora per ipsam futura, cujus tam glorioſa essent principia.

e adhuc tenella oratorium construit.

3 Cernens igitur hostis humani generis quod venerabilis puellę infantia tanta adolescerat gratia, extimuit damna suę nequitię, sic ut Dei Virginem tentaret impedire. Et parans congredi, corrupit unum, qui in comportanda ligni & lapidis materia, adjutor & cooperator exstitit beatissimę Virginis, quatenus de oblationum fructibus fustum faceret. Qui impudice dexteram ad altare extendit, atque de sacra oblatione aliquid surripuit. Sed peracto scelere, brachium nequaquam ad se ultra valuit retrahere; nam sicut ipsum extendere ad iniquitatem præsumpsit, ita stupens repente diriguit. Stabat adhuc contractus pusio coram altari attonitus, & præter solum lacrymari, ignoravit penitus quid ageret. Ad manum autem eum trahentes socii, sunt etiam & ipsi illacrymati, intenti oculos in solam Dei Virginem, utpote tanti languoris medelam. Sed

Puer ob furtum punitus & sanitati restitutus.

&

Digitized by Google

A & parentes ejuſdem coatracti illuſtrem Chri-
EX MSS. ſtianum, ejuſque Deo devotam conjugem adeuntes, preces offerunt, ſi quo modo, per interventum almæ Virginis, obtineant filio ſalutis gaudium. Invitatur proinde pia Virgo ſuorum precibus parentum, tum lacrymis omnium, pro hoc ſigno confluentium, ut ſi quam in cælo habet gratiam, inde contracto eximat pietatis medelam. Tum oratum eſt: & ecce ferreus ille rigor cœpit paulatim lenteſcere, & priſtini uſus ſtatum reſumere, ut videres uno eodemque momento, & precem virginis ante conſpectum agni & ſponſi ſui evolaſſe, & dolorem abſceſſiſſe; ſicque ab univerſis conclamatum; Gloria Deo, gloria Chriſto ſuo; ita ut a quibus prius dolor gemitum effuderat, poſtmodum affectus lacrymas extorqueret.

4 Sanctus igitur Willibrordus, merito & officio divæ memoriæ antiſtes, iis diebus ſanctæ eccleſiæ Trajectenſium honeſte aurigabat currum; qui tunc temporis conſtruebat cœnobium, cui antiquum Aternacus *f* hæſit vocabulum: hoc tunc denique viſitatum adiit. Sed
B dum per Ardennam iter agit, ut ad illuſtris Chriſtiani domum diverteret, divino nutu accidit; futurum quippe erat, ut ipſe meritum Virginis declararet, & rumoris magnam partem ampliaret. Nam inter exhibita humanitatis officia interque colloquii divini ſuſpiria, quibus ſeſe mutuo vicaria relatione reficiebant ad Dei Virginem pervenitur, atque de vita & moribus ejus ſermo protenditur. Tum miraculum nuper factum, de reſtitutione arefacti brachii infantis celebre memoratur. Tunc ait Antiſtes: Nos qui portavimus pondus diei & æſtus, nil tale adhuc conſecuti ſumus, & tibi, beatiſſima Virgo, ad ſublimandum virginalis gloriæ faſtigium divina pietas ſic contulit gratiam ſanctitatis: virginitate, qua immortalis ſponſi thalamum aſcendere meruiſti, laudem & gloriam in æternis ſæculis peperiſti. Hoſtis antiquus per puerum, amicum ſibi mancipium, te illudere geſtiebat, ſed fractis viribus defecit, unde & Chriſtus ſponſus honorem tibi præſtitit
C & ſplendorem. Floreas igitur cum Tecla, valeas cum Agnete, & cum Maria optima ſit pars tua. Qui tanti meriti elogio & virginale meritum ſublimavit, & ſacri Chriſmatis unctione Dei ſponſam confirmavit.

5 Beyla regius ſaltus eſt, & in eo locus Beliſia *g* dictus. Ibi per id tempeſtatis beata Landrada, virtutum dote coruſcans, cœnobium conſtruxit, quod ſanctæ Dei Genitricis honori & nomini intitulavit: ad quam monitis atque hortatu beati Willibrordi antiſtitis dirigitur almæ indolis virgo Amelberga *h*, quatenus eam ſacris erudiret litteris, virtutumque informaret exemplis. Qua ſuſcepta, atque choro Virginum, pro vitæ bravio ibidem decertantium, adunata, agnoſcunt virgines in Virgine angelicæ vitæ inſignia, quam tam ſtupent quam amant. Tenerum vero corpuſculum ſericis adopertum vident, ſed lacteæ membra ita cilicio attrita pavent: admirantur, quaſi eam quotidie novam de virtute in virtutem [aſcendentem] cernerent, nec tamen invident. Itaque in ſingulis virtutibus egregia eminebat, quaſi ceteras non haberet: ſed inſtantia orationum, atque frequentia Scripturarum tam-
D plum cordis ſui domicilium conſtituit Spiritus ſancti.

6 Interea Karlomannus *i*, cingulo militiæ depoſito, atque ſanctæ converſationis habitu aſſumpto, monachus efficitur in monte Sarepti, latibulo ſcilicet ſancti Silveſtri. Frater autem ejus Pippinus, ex jure ſucceſſionis, & generali Francorum conventu ſolenniter habito, ſublimatur in regno, qui & bella quidem multa glorioſe peregit, & in cauſis civilibus ſereniſſimus exſtitit. Qui eo tempore Beylam deſertum, cum Francorum inclytis venatum devenit. Cui cum interim memoriæ occurriſſet, venerabile templum Dei Genitricis in vicino poſitum, præterire noluit inſalutatum; atque in eo, inclinata jam die deſcendens, a beata Landrada ejuſque ſacra congregatione magnifice ſuſceptus, atque ad hoſpitandum ibidem eſt invitatus. Rex autem attollens oculos, præclaræ indolis puellam in
E choro virginum perſpicit, ſimul elegantiæ prærogativam morumque generoſitatem in ea tacite contemplans; inter prandendum de ea ſciſcitatur, cujuſnam eſſet filia, quibuſve majoribus orta. At ubi eam clariſſimis procreatam natalibus agnovit, ad ſe accerſitam, oſculis & complexibus virginis aliquamdiu hæſit. Jam enim deliberaverat ſecum, eam in matrimonii commercio copulare ſuo filio Karolo.

7 Unde ſuper hoc conſilio cum Francorum principibus tunc præſentibus habito, invenitur nil tam generoſum in magnorum familiis regum, cui non contendat nobilitas Amelbergæ virginis. Hoc ipſe Rex fatetur, idemque Regis principes confitentur. Sic inquiunt: Cum claritudo generis, elegantia corporis, tum amplitudo patrimonii, & cetera id genus Virginem faciant appetibilem, merito, Domine Pippine, regum victorioſiſſime, Amelberga tui, imo noſtri Karoli vocabitur ſponſa. Hoc autem ad honorem Regis, ad munimen regni, hoc ad proventum gloriæ, noſtro adoptamus Karolo. Rex autem deſiderii ſui ſpem talibus
F optimatum ſuorum dictis erigens, aſſenſumque præbens, Dei Virginem de nuptiis filii ſui interpellat, quaſi qui uberius pro eo peteret, & regia auctoritate facilius impetraret. Sed Virgo Domini, Spiritus ſancti vigore armata, totaque facie in ipſum Regem converſa, hujuſmodi reſponſum dedit: Amo Chriſtum ſponſum, cujus ſpeciem intendo, cujus caſtiſſimis amplexibus ſolvi nequeo: & quomodo tui filii nuptias eligam, qui Regis æterni filio inſeparabiliter hæreo? Jam ejus ſponſalia ſuſcepi, jam ejus thalamum introivi; & qualiter amore hominis mortalis, excludere poſſum amorem Dei viventis & ſponſi immortalis? Illi virginalis pudicitiæ privilegium devovi, illi candidæ meæ virginitatis lilium reſervavi.

8 Iis Rex auditis, o! Virgo, inquit, & virginum decus, reſponſum divinum, & nunquam niſi ore divino prolatum. Ter & amplius beata, ex cujus pectoris domicilio talia Spiritus ſancti perſonant organa! Potuit, o! inclyti mei, hæc ætas tam teneræ indolis, talia numquam mente concipere, niſi afflata divino munere. Vere admirabilis & glorioſus Deus in Sanctis ſuis! Sic Rex & cum Rege omnis illa curia hymnum Deo dixit

f *g* *h* *i* *ubi a Pipino agitur*

5. Willibrordi hortatu

Beliſiam ad S. Landradam dirigitur

ad filii ſui Caroli nuptias invitatur

ſed confirmatione ejus in ſancto propoſito laudata

dixit & alleluya resonuit. Discedens autem venerabili Landradæ Dei Virginem commendat, atque alta reverentia, velut Dei sponsam colat, & virtutum disciplinis instituat, item repetens, monet; Rex, inquam, sapientia & pietate mirificus, qui non solum in sponsa sua Deo honorem dedit, verum ipsam postmodum, acsi filiam, in sua suscepit. Posthæc palatio receptus, Bertradæ reginæ exponit sui itineris casus, itemque fit celebre nomen Virginis in aula Regis. Et Regina, Ita, inquit, & frater ejus Rodinus ab ipsis primordiorum crepundiis, virtutum inolevit augmentis: & nunc quidem, licet in aula administrationem rerum publicarum, inter primos ut nobilissimus gerat, tamen sub obtentu militiæ, devote inservit Christianæ religioni. Nutriantur ergo ambo, ait Rex, alta reverentia, hic in palatio, atque illa in cœnobio: atque in omnibus famulandi Domino, libero utantur arbitrio: fortassis olim ipsorum meritum nobis & regno nostro providebit patrocinium.

B

ANNOTATA.

a *Ex modis id genus loquendi ostendimus supra, Vitam ipsam non a sancto Rodbodo, Ultrajectensi episc., cujus est præmissus Tomellus, sed ab aliquo monacho, verosimillime in monte Blandinio scriptam esse; an a Theodorico, an ab alio, non definiam.*

b Villa Rodingi, *sive vicus aut pagus olim fuerit, sive forte arx aut castrum familiæ; non facile quis hodie vestigia ejus inveniet, saltem sub eo aut satis affini nomine.* Ardennæ seu Arduennæ *silvæ satis notus est tractus, modo ditioni Luxemburgensi pro majori parte subjectus.*

c *Implexa hæc temporum confusio aliquo usque, & quantum fieri potuit, explicata est Comment. prævii § 9, quemadmodum ad Acta S. Landradæ ad* VIII *Julii polliciti fueramus.*

d *De qualicumque cognatione cum hisce Sanctis, licet antiquioribus, etiam egimus in Comment. prævio § 8.*

e *Tertior oratio hic exigenda non est, dum scripsit* pomerium, *voluit dicere* pomarium, *imo hortum, non solum arboribus fructiferis; sed & floribus varie consitum, siquidem recte quadrat insuta ejus descriptio. Aliud plane est pomerium, ad urbium mœnia extensum, ut vulgo notum existimo. Sed hujusmodi minutias in talibus Legendis observare, operæ pretium non judico, modo constructiones satis intelligantur.*

f *Hodie* Epternacum, *abbatia Treviris & Luxemburgo non adeo procul dissita, quam sacris demum exuviis suis ditavit Sanctus, anno 741, aut 742, ut loco suo examinabitur ad* VII *Novembris. Interim S. Willibrordi, S. Landradæ, & S. Amalbergæ nostræ tempora superius etiam composita sunt.*

g *Vide Comment. prev. ad Acta prefatæ S. Landradæ* VIII *Julii num.* 1 & 30.

h *Vide iterum prædictum Commentar. num.* 36.

i *Carolomanni & Pippini fratris, cognomento* Brevis, *postea Franciæ regis nomine hoc loco perperam intrusa, in Commentario abunde diximus. Si cui Carolidarum, alias Carlovingiorum, adscribi possit tota procacis adolescentis comœdia, ad Vitam S. Landradæ, ex mente Mabillonii tantisper rejecta, fuit Carolo Martello eam conveni-*re necesse est, ut jam satis demonstratum putemus. Admixta subinde consequentia parerga, ex auctoris ingenio composita intellige. Non quod ea negemus alicubi accidisse, cum Paradoxæ Virgini apprime competant; sed quod rerum series male ordinata sit. Idem etiam de sequentibus censendum.* EX. MSS.

CAPUT II.

Inutiles Caroli conatus in prosequenda Virgine; funesta Pippini consilia; Hunrodi proditio; post Pippini obitum in amorem S. Amalbergæ per suos magis, sed frustra incenditur Carolus.

IGitur Karolus a, forma & dotę virtutis digna regia proles, ut presensit famam beatæ Virginis, anhela trahens suspiria, totum se transfudit in amorem Virginis, nec prius desistere credidit, quam quid robur & impetus juvenilis animi posset, experiretur. Et primo quidem palatio egressus, assumptoque secum Rodino, fratre beatissimæ Virginis, sub obtentu venationis, Beylam desertum advehitur; expositisque circa venationem militibus, perpaucis sibi junctis tironibus, ipse cum Rodino usque in Belisiam iter protraxit, quatenus per eum sororis suæ animum sibi citius inclinaret, atque optati connubii copulam facilius obtineret. Ubi vero eo perventum est, Karolus eminus prospiciens, in medio virginum, ex prærogativa singularis elegantiæ, ut id facile erat cernere, Dei sponsam agnovit, ipsamque propriis manibus cæmentum vententem, sive aliud quidpiam operis, pro exstruendis monasterii muris, cum reliquis virginibus exercentem offendit. Mox denique ut oculos in ipsam jecit, uno obtutu hæsit, acsi secum diceret: Ecce, Karole, quæ complacuit animæ tuæ. *a Virginis audita fama Carolus*

E

10 Et post horam ab equo descendit, & non est passus quidem ultra teneras Virginis manus asperitate ligni & lapidis attrectari [ac] indignum fore dixit, regiæ nobilitatis puellam operi manuum debere admitti; & rogans Virginem continere dexteram, Surgite, ait suis, atque hujus puellæ vicem præbentes, in cæmento & lapidibus manus vestras exercete. Deinde vero, inter oscula & amplexus, desiderium animi sui juvenilis, cum Virgine tunc exultantis, aperuit, atque ut sponsa sua nominari, ac matrimonio sibi copulari debeat, in omni prece descendit. Quam neque blanditiis illectam, vel terroribus concussam flectere valuit, quatenus suo amori communicaret, quia fundata supra murum fidei, ut turris inexpugnabilis mansit. Virgo autem Domini, erectis in cælum luminibus, in silentio labiorum implorat suffragia angelorum, invitat præsentiam Apostolorum, ipsisque mediantibus, hanc Deo gratam immurmurat orationis hostiam: Jesu benigne, unigenite Dei Patris, & unice Virginis matris, ad tui sancti nominis invocationem, respice ancillæ tuæ contritionem. Tibi, sponso immortali virginalia pudicitiæ meæ devovi, & fidei arrham *eam blanditiis frustra pellicere conantur;*

D

hanc

EX MSS. huc usque reservavi. Auctor castitatis, conserva tibi dicatum florem meæ virginitatis. Descende, Domine, ad precem meam, atque hujus tyranni compesce furorem, nequando corporis mei commercium suæ libidini contingat fieri ludibrium.

11 Dixit, & oratio pura, ut auribus Domini insonuit, præsentiam cælestis sponsi adesse patefecit. Nam videre erat uno eodemque articulo, & adhuc Virginem ab oratione labia non relaxasse, & Dominum Jesum caræ suæ beneficium præstitisse. Cum ecce quædam mulier, Bartina nomine, de contigua villa Gesbellis, miseram se clamitans, advenit, & cursu rapido usque ad pedes beatæ abbatissæ Landradæ ejulando sese dedit, & scisitata super causa tantæ querimoniæ; Heu me, inquit, Dominæ, vix immanissimum ursum *b*, e saltu prorumpentem, semiviva evasi. Nam & alvearia mea comminuit, apesque cum melle comedit, & jam nunc circa ipsa pecora frendendo & laniando grassatur. Et nunc mihi liberatorem mitte, qui eum ab instanti deterreat depopulatione. Quibus auditis, Karolus, juvenis præstantissimus, & mox victor futurus, posthabito ludo, atque velociter admisso equo, cum suis festinus, quo bestiam esse sciebat, viam tendebat. Atque eo sub festinatione migrante, maritus prædictæ mulieris, nomine Theudo, nam forte adstabat, & arti scenofactoriæ intentus, temonem plaustri lęvigabat, post tergum juvenis sic clamavit: Quorsum tendis, Domine mi, quorsum vadis, fili Regis? Noli, quæso, tanto pignore orbare regem Pippinum serenissimum; nam & belua immanissima est, & tibi pro ætate, deest robur hominis, & inermis etiam abis?

qui intelligat ursum illic grassari,

12 Qui non eduxit gladium, sed tantum subtus spata accinctus erat, quod tunc moris erat Francigenis juvenibus. Cui Karolus, ut semper erat *impatiens morarum*, Fac, inquit, finem verborum, atque celerius, quem *tenes*, mihi *porrige temonem*. Quo arrepto, cunctos pernix antevolans, ubi ad locum perventum est, suis cedere præcipit, atque singulariter congredi deliberat, non inter spem & metum anceps, sed virtutis constantia impavidus. *Sed* & belua contra rugiens, patulo ore *frendebat*, & brachia ad dilaniandum extendebat. At magnanimus juvenis, vibrato *in* altum temone, inter gemina tempora *ictum* dedit, ipsumque cerebrum dimidiavit. Itaque ursus ante pedes *victoris* occubuit, *cujus carnes*, *in* usus operariorum, venerabili abbatissæ Landradæ donavit: pellem quoque, ob insigne peracti triumphi, patri ad palatia transmisit. Supradicta autem mulier, velut illa de Euangelio, extollens vocem de turba, ob gestæ militiæ præconium, iis verbis magnificavit victorem Karolum: O! juvenis, clarissima regum proles, reverentiam majestatis in vultu geris, in brachiis fortis, egregii prænominis titulo coronaberis, & Karolus Magnus *in* æternis *sęculis* cognominaberis. Quod agnomen ex tunc cœpit, atque ex illo ei tempore hæsit, in quo & postmodum magnifice claruit. Nam post Imperator augustus factus, non solum ante alios dilatavit gloriam & regnum Francorum, verum pene ipsum contudit & subjugavit orbem terrarum.

arrepto temone eum interficit.

13 Insignis ergo & clarę victorię compos regius tiro, qua venerat via redibat, ut complaciti sibi connubii copulam conciliaret. Virgo autem Domini oratorium Dei Genitricis semperque Virginis intraverat, & emunitis deintus januis, tenebat interim portum post naufragium. Arrepta autem sacrorum pignorum capsula, imponit capiti pro galea: fletibus terra humectatur, precibus cęlum pulsatur, piis quęstibus divinum auxilium imploratur, & angelis mediantibus, Deo carę suę preces nuntiantur: illa humi anhelabat & sic auctorem suę integritatis compellebat: Domine Rex angelorum & susceptor peccatorum, annue pro honore tui nominis, ne in me prævaleat imperium terrenæ tyrannidis. Dulcedo animæ meæ, non transeant in me carnalis copulæ venena. Gloria mea, non sic confundat famula tua, ut denuder castitatis stola. Te sponsum elegi, pulcritudinem tuam concupivi, & nil mihi, quod amarem, præter te reservavi. Tuis ut complaceam in nuptiis, pudicitiæ annulis, & aurea virginitatis monilibus ne spolier, deposco. Respice, piissime, de cælis, & salva me ex ore leonis. Dilectæ ergo sibi Virginis oratio Christo sedit ad gratiam & non dehabuit efficaciam.

Victor redit; novos conatus adhibet.

14 Igitur claræ militiæ juvenis initam fugam Virginis comperiens, quia persuadere non potuit, vim palam inferre non erubuit *c*: & impudentius contra regiam pietatem agere molitus, virginalis quidem meriti gloriam auxit, suam vero tyrannidem palam detexit. Nam jusserat templum beatæ Dei Genitricis semperque Virginis, ipsisque venerabile angelis pollui, & januas ejus infringi, & ni Virgo Dei spontanee *in* thalamos ejus eat, ipsam per vim foras trahi. Percipiens hoc Landrada meritis gloriosa, & veluti quoddam propugnaculum imminenti jaculo resistens, nunc suadendo, quatenus Deo & sanctæ ejus Genitrici honorem tribuat, nunc supplicando ac pedes ejus deosculando, ne tanta blasphemia in ipsum auctorem vitæ impingat, vix impetum juvenilis animi lacrymosa prece *fregit*, promittendo, se Virginis animum suæ cupidini reconciliari, ipsamque assistricem sui *thalami* futuram fore. Hac spe tranquillior factus juvenis, præteriit: & Virgo Domini, aliquamdiu potita pace, in sponsi sui amore quievit.

sed a Virgine cor Domini revincitur.

Interea ad regem Pippinum, celebri & omnium ore, præconium peracti triumphi de nece ursi pervenit, & ab universis Francorum optimatibus claro prænomine Karolus Magnus cognominatur. Sed & ipse ad palatium reversus cœpit apud patrem omni prece anhelare, & per internuntios agere, quatenus Dei virgo Amelberga sibi assumeretur sponsa; asserens, hanc solam esse, cujus nobilitas ei competat, forma complaceat. Cui cum pater interdicendo blandiretur, ne amplius Virginem Dei pro re hujuscemodi contristaret, atque ut ab ejus intentione animum declinaret, filiam Desiderii, regis Longobardorum, nomine Hildegardam, promisit, sibi in matrimonio copulandam.

Pippinus laudat Virginem

15 Virgo autem Domini, temporis malitiam

A tiam redimere volens, memor dicti Evangelici, dicentis; Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam: deliberavit locum mutare, & Andanam pergere ad beatam Beggam, amitam *d* ſuam, ſororem videlicet beatiſſimæ Gertrudis, cujus & ſuperius mentionem fecimus: quæ eo tempore illo in loco cœnobium conſtruxit, in quo & chorum virginum, cœnobiali militia agonizantem, Deo adunavit. Sed Hunrodus quidam, in aula regis inter nobiliſſimos primus, & conſobrinus beatiſſimæ virginis, hoc prænoſcens, iter pariter & votum ejus, anticipando abſcidit. Nam parentibus almæ Virginis de medio factis, præfatus Hunrodus relictam orphanam, quaſi ex jure propinquitatis, in ſubſtitutione populari in ſua ſuſcipiens, ad domum genitricis ſuæ, nomine Riqueram, invitam atque reluctantem traduxit; ſed revera, ſicut demonſtrabunt ſequentia, magis ut opportune eam filio Regis traderet.

Hac mox Andanam profugit;

d

B

16 Pippinus igitur, juſtitia ac pietate rex magnificus, cum per annos quindecim regnum Francorum ſtrenue adminiſtraſſet, finito Aquitanico bello, quod contra Waifarium ducem ſuſceperat, victor Pariſius rediit, & morbo aquæ intercutis VIII Kalendas Octobris obiit, ſepultuſque eſt in baſilica inclyti martyris Dionyſii. Poſt quem Franci, generali conſenſu, filium ejus Karolum regem conſtituentes, inſulas imperii illi imponunt. Porro mater ejus Bertrada ſæpius monita patris ſui, quibus eum adhuc vivus inſtruxit, quatenus ab inſecutione Virginis Dei ſuſpenderet animum, ad memoriam revocavit; reputans, ne forte pro injuſta præſumptione pœnas mulctaretur divina. Et volens penitus morbi ejus occaſionem abſcindere, Deſiderium Longobardorum regem adiit, & ut filiam ſuam, Hildegardam nomine, filio ſuo Karolo in conjugium aſſumeret expetiit.

ille vero paulo poſt moritur eſt.

17 Ergo Carolus rex iis diebus ſolennia Paſchalis gaudii apud Herſtallum, tunc temporis palatium, celebrare diſpoſuit. Quo ſolenni conventu ſuorum procerum habito, ubi iterum de ſtatu regni, de pace gentis conſulunt, ad nuptias quoque regales ſermo pertrahitur, & quæ virgo regali thoro forte ſit digna, inter alia tractatur. Ubi vero diverſarum provinciarum virgines explorantur, beata Amelberga cunctis familia clarior, moribus generoſior, forma invenitur elegantior, ut quanto plura ſunt quæ virginitatem impugnant, tanto cumulatior foret gloria pro pudicitia decertantis. Unde clara & una omnium ſancivit ſententia, Amelbergam Regis ſponſam appellari, regnique conſortem fieri. Et Rex quidem has principum ſuorum voces libenter audiebat, & quaſi pro omine accipiebat, cum deſiderium ſuum, quod dilatione crevit, etiam ſenatoria dignitas fieri ſummopere poſtulaſſet. Sed præfatus Hunrodus, cujus conſilio Rex apprime incumbebat, incentor juvenilis & lubrici animi erga Virginem Dei, tum regalium quoque nuptiarum præ aliis magnus auctor exſtitit. Nam mi Domine, inquit, inclyte victor atque ſemper triumphator, rex noſter Karole, te æquum eſt, quod tua majeſtas, quod tuorum ſententia principum ad ſalutem reipublicæ, ad honorem regni dignum fore ordinaverit, ſummo cum ſtudio & pietate exequi.

Caroli amor incenditur ab Hunrodo,

C

18 Ecce, ni fallor, non alia virgo ad faſtigium regni inveniretur magis idonea, quæ tecum regina regnet & domina imperet; atque hanc exoptat omnium tuorum cum benevolentiæ conſenſus, præcipue cum placeat oculis tuis, & ipſe amplexibus ejus ardenter inhies. Cur utili & honeſtæ rei moras inneſtis? Et niſi glorioſæ matris tuæ, nunc [in] Longobardia demorantis, conſilium repente prævenias, forſan & quod ipſa nunc ſtruere pergit, olim tibi impedimento erit, & egregii voti tui incompotem dabit. Dixit, & regias aures inflammans, juvenis animum cum vultu immutatum reddidit, ita ut Dei Virginem, quam prius tenere diligebat, poſtmodum ardenter ſitiret: atque in amorem ejus perurgens animum, in maturandis nuptiis, prævertere iter matris conſtanter invigilat. Unde ſub celeritate directis legatis, mandavit illuſtri Riqueræ, quatenus peractis Paſchalis ſolennii diebus, ſibi occurrat, & conſobrinam ſuam Amelbergam, ſolenni apparatu ſecum ducat, ut eam ſibi ſponſam accipiat. Succurre, ſuccurre, o bone Jeſu! En ob gratiam tui, tot laquei tuæ obtenduntur Virgini, quam ut tibi eripiant, etiam ipſi dæmones, tum dæmonum ſatellites undique impugnant. Et mirum in modum, cum Hunrodus, propinquus ſanguis, qui & multum juvare potuit, eam prodendo perſecutus eſt, nullus Virgini, ad præſidium fugæ, tutus relictus eſt locus. Sed mira Dei ſapientis hujus concilii machinam, velut telam aranеæ reddidit frivolam.

qui Virginem prodere ſtuerat.

D

E

F

ANNOTATA.

a *Ex fundamento perverſum paſto, quid ſequi poteſt niſi congeries Actorum incongrue digeſtorum?*

b *Venum pro eo tempore poeticam ſapit mollati a Carolo urſi epiſodium.*

c *Hic, opinor, luxatum fuit a Carolo Martello* S. Amalbergæ *brachium, quamvis ſecus Scaldim ſive in Tamiſia id contigiſſe, Radbodus indicare videatur.*

d *Dixi ſuperius, in aliquo codice melius abeſſe* amitæ *appellationem; præterquam quod S. Beggæ jam pridem e vivis exceſſerat. Addidi porro, quæ ferme ſenſu* amita S. Amalbergæ *dici potuerit. Reliqua ex poſiti principii filo deducuntur; uti & proditio Hunrodi, cuſtodia Riqueræ, evaſio Sanctæ &c.*

CAPUT III.

Fuga Virginis cum fratre Rodino; Paſchæ feſtivitas cum paſtoribus celebrata; furis per lupum pœnitio; panis & vini miraculoſa ubertas; abigitur turba dæmonum, variique alia prodigia perpetrantur.

INterea Dominus Jeſus ritè memor cæræ ſuæ, pie diſpoſuit adhuc eam pro privilegio virginalis gloriæ, altius mirificare, & ſui

Rodinus in ſomnis a S. Gertrude monitus,

ex Mss. sui nominis sponsam, sub ala protectionis suæ fovere. Et quia placuit consilio Altissimi, ut virginei pudoris gloria coronaretur palma martyrii, insigne passionis trophæum taliter præcurrit procella persecutionis. Rege tunc perurgente de nuptiis, ecce Deo amabilis Gertrudis, felici & ipsa nuper transitu migrans, velut angelus illi beato Joseph, in somnis apparuit venerabili Rodino *a*, dicens: Surge, & accepta gloriosa sorore tua, vade & fuge, atque præsidium cape: præmisit enim Rex nuntios, qui eam investigent, atque ut eam sibi sponsam accipiat, ad se deducant. Rodinus itaque, tantæ visionis oraculo monitus, moras rupit, & e vestigio de nocte consurgens, ad locum, cui Achajus vocabulum est, provehitur, ubi venerabilis soror ejus tunc morabatur. Deinde mandat, ut per opaca silentia noctis, sibi ad colloquium venire debeat. Virgo autem Domini, comperto adventu fratris, silentio per occultos pomerii aditus, quod forte domui adjacens erat, ad eum descendit, auditisque sui itineris causis,
B oculos & palmas ad cælum tetendit, & pro collatione tanti beneficii, omnipotenti Deo grates rependit, atque in singultu & prece suam Deo pudicitiam commendavit.

cum sancta sorore fugam arripit,

20 Et concite domum remeans, velum quod capiti suo ad imponendum sibi paraverat, secum tantum tulit, & post cum fratre fugam iniit; sicque Virgo Dei, virgo nobilis, virgo dives, & quod iis gloriosius est, constantia mentis nobilitatem divitiasque respuens, memor verbi Dominici, dicentis; Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus; posthabitis omnibus hujus sæculi, nuda cum cruce sua secuta est Christum. Famuli autem domus, absentiam ejus comperientes, eousque murmur eorum increbuit, quod ad aures clarissimæ Riqueræ insonuit: statimque directis ad palatium nuntiis, filio suo Hunrodo, ut res gesta erat, mandare curavit. Qui aliis item destinatis legatis, ubi nepotem suum Rodinum tunc esse sciebat; ubi cum præsentem non invenit, quod sororem suam deducendo subtraheret, satis animadvertit. Unde continuo edictum
C in palatio a Rege pependit, ut viarum exitus obsiderent, atque omne iter concluderent, quatenus Virgo Dei facultatem dehaberet ulterius progrediendi. Sed juxta illud præconium Evangelicum, oculos habentes & non videntes iniqui persecutores, eam invenire non valebant, cui Christus dux & via exstiterat. Virgo autem Dei, ut cœperat, faciem Regis declinavit, atque in remotioribus ad tempus delituit.

& cum sustitit Pascha festivitatem celebrat:

21 Et jam die festo Paschalis gaudii mediante, Rodinus iter quod inchoaverat, cum augusta cælestis agni sponsa ad perficiendum instabat: atque inter agendum, cœpit Virgo Dei tædere & mœsta suspirare, quia cum Dominicæ resurrectionis gloria esset, a sacro & immortali mysterio longe posita eo die fuisset. Nam declinantes viam compendii, & per loca solitudinis iter invium reperentes, forte accidit, ut ecclesiæ eo die occurrere minime potuissent: cujus mœstitudinem pietas divina condescendit, atque æstuanti ejus mœrori refrigerium beneficii præstitit. Cum ecce procul levantes oculos aspiciunt per crepidinem montis, villæ Golmines contigui, concursum &

occursum multitudinis. Erant enim pastores, D super gregis sui custodia illic excubantes, habentes & ipsi eo die presbyterum suum: descensis vero equis, in montem subeunt, & Sacramentis agni Paschalis participati sunt.

ex quibus fur aliquis puer a lupo devoratur,

22 Adhuc autem Virgo Domini sacra Missarum solennia solennizabat, & ecce corruptor spirituum impurus sese ingerebat, si forte per iniqua fraudis suæ molimina, saltem vel leviter in eam posset impingere. Et illaqueans unum e pueris, in præcipitium suæ damnationis immersit, & ut ad furti scelera descenderet, coegit; nam furatus est scriniolum beatissimæ Virginis. Sed mox digno sua nequitia mulctatur judicio: qui enim furtum sub vestimento suo inductus erat, abscondens, longius asportavit, atque clam cunctis, quasi impunitus egisset, longius ire cœpit. Sed terra nutui divino patens (quam mira dicturus sum) foveam, illic ante invisam, sub oculis omnium ostendit, atque immanem inde lupum evomuit, qui vindex peracti sceleris existens, insilienſque in furti reum, primo quidem ve-
E stem, quo furtum occultavit, scidit, postque scriniolum manibus excussit. Cumque anxiando & palpitando, locum evadendi quæreret, quocumque se vertit, lupus ei in faciem, vastis rictibus & dentibus minacibus, ne aufugeret, fronte opposita stetit, tantum in carnem ejus dentem aut unguem minime extendens. Pastores vero cernentes socium in vicino mortis urgeri, in lamentis pietatem beatissimæ Virginis inclamaverunt, ut saltem, vel sero, post pœnarum exactionem, quod supererat de vita lucraretur. Rodinus autem, militia clarus, velociter cum suis equo admisso, feram a præda interdixit, itaque reus ille, pia succursione, pericula mortis declinavit. Res nova; lupus furem, ne evaderet, tenuit, atque quem facile harpagare potuit, non læsit.

ipsa omnibus prorsus & vinum subtrahebat, subtrahebat supplicat.

23 Memoratus autem presbyter ceterique comitum præsentiam virtutis Dei cernentes, meritum beatissimæ Virginis cognoverunt & clare præconizaverunt. Virgo autem Domini atque venerabilis ejus frater, invitante Paschalis diei reverentia, precibus postulantium locum dederunt, & ad epulandum discubuerunt. Satiatis itaque, atque sublatis fragmentorum reliquiis, agnoverunt, ad benedictionem Virginis Dei, cibos inter ora comedentium incrementum dedisse, ita ut ex quo vix biduo aut triduo victus eis haberi potuerit, ex ipsis quæ collegerunt fragmentis, altera die satis abundanter ederent, sicque reficientibus per dies octo cibus non deficeret. Sed & vini Dominus novam gratiam præstitit, quod cum exhauriendo minui debuit, versa vice, concava naturam exuberando redundavit. O! Virgo dives meritis, & inclyta signis, cujus sacris virtutibus illustravit etiam Dominus loca solitudinis.

Iter per Hasbaniam prosequitur

24 Igitur beata Amelberga inde progrediens, & per Hasbaniam iter habens, vergente die ad vesperum, devenit ad fluvium, cui Jetta *b* est vocabulum. Et ecce phalanx dæmonum, horribili quadam nigredine vultus & armorum terribiliter apparentium, ei obviam venit, habentes quidem vultus humanos, sed nigerrimos; tum equos, clypeos, & cetera armorum furva caligine nigrantis, facile corda intuentium pavore pro-

strave-

Digitized by Google

straverant. Sed & apparatus equorum & armorum plurimus atque nigerrimus Rodino æstimationem induxit, Mauros homines, a Rege transmissos, ad persequendum eos. Qui celeriter socium agmen antevolat, præscire cupiens, utrum esset satis tutus tam insolitus occursus. Ubi virgo Domini primo ingenti pavore concutitur, sed post pusillum intra placitum suæ mentis statum recipitur, & ad nota orationum auxilia confugiens, velut ex quibusdam oracionis & psalmodiæ pharetris, divina jacula contra principes iracundiæ dirigit. Tunc denique apostaticæ phantasiæ, non ferentes vim cælestis jaculi, confossi atque confusi, velut ad vulnera gementes, dederunt fine meote sonum.

in turbam dæmonum incidunt.

25 Nam fuit audire mirum rugitum leonum, strepitum ursorum atque pardorum, ululatum quoque luporum, necnon varios horrescentes serpentum sibilos, ceteraque genus vocem incogaitam stridentia. Atque unus seductorum, princeps quidem blasphemiæ, minas seductioni contemperans, in hæc

B prorupit verba. Cur, inquit, Rodine, frustra contra torrentem niteris, & glorioso regi Karolo adversaris, sibi dilectam tuam sororem subtrahens? Nisi quidem sententiam tuam mutatam reddideris, regiæ majestatis offensam tibi creabis. Utique sapientia Dei dixit: Omnis qui potestati restitit, damnum sibi facit: nunc autem ad salutem regni, ad gloriam gentis tuæ, eam regalis triclinii perduc assistricem. Rodinus autem sciens, dæmones semper solitos esse farcire mendacia, non quod seductor garriret attendit, magis vero, ut fluvium transiret, concite ad pontem tendit. Porro idem nigerrimus malignorum spirituum turbo, iter ipsius anticipantes, ejus spem absciderunt, destruentes pontem. Videntes autem, germanos pro transitu anxios, rursus quidam de turba nefandorum, sub schemate veritatis, sic dedit verba falsitatis. Noli turbari pro transitu, sponsa Regis æterni, sed veni ad me, & inoffenso pede, ultra hoc flumen dextra mea deducet te. Cum ergo

C go versutus ille hostis ipsum in carne Dominum Deum sabaoth tentare non pertimuit, quid mirum, si in membris suis, dico in Sanctis, hoc idem agere præsumit.

quo signo eruit Sanctæ fugavit.

26 Sed quid multa? Virgo autem Domini, Dominicis non præferens malignorum insidias, contra seductores crucis signaculum edidit; qui videntes figuram Dominici trophæi, & suæ olim devictionis recordati, simul exclamantes potentiam Virginis, omnimodis disparuerunt, sicque fallacia seductionis, & tumor minarum præteriit in vanum. Evanescentes autem cum agitatione ipsius terræ, quam sentiendo simul etiam tremere videres, ingentem sonitum dederunt, qualis solet esse sonitus castrorum tumultuantium atque exhortantium sese ad pugnam. Quam audientes in contigua villa, Tienas vocabulo, commorantes, non sine magna quadam admiratione, apertis proruperunt portis, cognitisque mirabilibus, quæ virtus divina per beatissimam Amelbergam operata est, pontem quidem ad obsequium Virginis restruxerunt, & Dominum in magnaliis suis prædicaverunt. Quotquot autem interfuerunt, nam erat turba non modica, testes se hujus miraculi præbuerunt. Vere ter amplius gloriosa D Virgo! quæ veluti stella matutina in dextera EX MSS. Domini, signis & virtutibus coruscans, sicut ubique ab inimicis non destitit impugnari, ita ab omnipotente Deo amplius meruit mirificari.

27 Vilfordis *c* nomen est fundi, ubi eccle- *c Vilvordis.*
sia, & in ea Dei Genitricis semperque Vir- *immundis spiritibus exagitatum sanat,*
ginis habetur memoria, ubi Virgo Domini, adhuc minas regiæ tyrannidis declinans, una cum venerabili ejus fratre, die sequenti hospitandi gratia divertit. Quæ quia sicut vigiliis & oratione, ita etiam jejuniis erat insignis, simplicem tantum panem, cum fasciculo herbarum, sæpius in cibum sumere solebat. Die autem eodem, ex more continuans jejunium, & advocans Abram suam, jussit, ut herbam, quam vulgo crisonium *d* vocant, circa irrigua Sennæ decerperet. Tum ex officio discessum est. Ubi vero ancilla, per prona alvei ad colligendum se inclinat, ecce de profundo aquarum piscis immanissimus, quasi ad devorandum eam, dato saltu enatavit prope E siccum. Et expavescens exclamavit: Succurrite; succurrite, invadit enim me. Pereuntanti denique; Cur sic perstreperet? Heu me! inquit, Domina, ni citius aufugissem, paulo minus me absorbuisset. Virgo autem Domini, collati sibi divinitus beneficii jam conscia; Vade, ait, & apprehende branchiam ejus, & trahe in siccum: quod & factum est. Sed & alii ex famulis occurrentes, nam & puella tanto oneri impar erat, pondus illud ingens piscis exposuerunt in aridam. Et illud quidem novum erat, atque idcirco magis stupendum, quod novum est, piscem videre, quasi suspensum, in uno eodemque fluminis loco supernatare, ita ut postquam primo visum esset, secundo ad alvei torrentem non rediret, & manibus excipientium sese ultro præberet. Pro quo Virgo sanctissima gratam Domino hymnorum hostiam immolans, pauperes, quos semper apprime colebat, ejus carnibus recreabat, nec tamen suis omnibus sufficientia victus defecit.

28 Manebat itaque in eadem villa presby- F
ter quidam, Benignus gratia & nomine. Hic *& ægram mulierem sanitati restituit.*
ad Dei Virginem descendit, eique benedictionum eulogia obtulit: cui erat mater Christianæ fidei valde famula, sed gravi morbo ita morti jam proxima, ut sibi articuli jam diriguissent, & per dies XL. nullum omnino sumens cibum, ea tantum, quæ soli sepulturæ congruebant officia tractabant. Ubi ad inclementiam morbi spes jam deficere cœpit, mulier sibi consilium invenit. Denique eos qui sese jam migrantem tristius plangebant, rogat, ut de cibo, quem beatissima virgo propriis manibus contrectat, sibi dari debeat. Cujus desiderii nuntium cum memoratus presbyter, qui tunc forte unus de discumbentibus erat, accepisset, beatæ Virgini cœnanti suggessit verba matris postulentis. Quæ primo quidem in secreto labiorum precem fudit. Deinde quod de ciborum fragmentis occurrit, tulit, benedixit, atque ægrotanti ad lectum direxit. Nuntiatur interim, venisse benedictionis munus, salutis plenum, cælestique medela copiosum: & quasi quæ jam levius ægrotaret mulier, velle surgere lecto, conamine tentavit, ut Virgini

gini Dei, in ſuo munere venienti, honoris
EX MSS. & gratiæ reverentiam exhiberet. Necdum quoque primam & exiguam ciborum partem, non tamen ſine alta reverentia ori appoſuit, cum ecce repente omni morbi peſtem effu-
e gam *e* dedit. Sic languor ille fortiſſimus, in quo plurima medicorum auxilia deſecerant, diſceſſit, & auro fidei, atque opitulatione piiſſimæ Virginis, mulierem memoratam dimiſit.

f 29 Interea rex Karolus *f* contra Hunoldum Aquitaniorum principem direxit exercitum; quod quidem omnium bellorum, patri ſuperſtes primo ſuſcepit, honeſtoque fine concluſit. Cujus profectionem audiens beatiſſima virgo Amelberga, atque pro dato pacis intervallo, congruum tempus exiſtimans, quo animo liberiori Domino vacare potuiſſet, illico ſuæ ſervitutis penſum Domino augere deliberavit. Itaque in ſui juris villa Materna *g*, in territorio Brabantenſi ſita, eccle-
g B ſiam condere atque dedicare ſtatuit. Quodque egregio concepit deſiderio, non diſtulit perfecto dare operi: in quo etiam poſuit me-
b moriam S. Martini *b* Confeſſoris. Qua tempeſtate in prædicto fundo, tempore meſſis Virgo etiam deſcendit ad meſſores ſuos in agrum. Interim lucebat cælum ita ſerenum, ut nec parvæ quidem nubeculæ appareret veſtigium. Cum ſubito aeris turbine, mirum in modum omnis illa tranquillitas cœpit involvi, nubes conglomerari, cælum mugire, crebriſque cotuſcationibus fulminare. Meſſores autem e diverſo, ut imminentem & jamjamque minantem declinarent imbrem, inſtantia qua poterant, manipulos ad aream coacervare maturabant. Demum autem videntes, impendentem pluviæ neceſſitatem evitare non poſſe, dato uno omnium ſimul impetu, ad Virginem Dei, ubi pſalmodiæ & orationibus vacabat, curritur; & ne ſpes totius anni, quam erat prope extinctam cernere, deperiret, ipſa, cui poſſibile eſſet, precibus & meritis redimere imploratur.

C 30 Tum Virgo Domini preces quidem ſupplicantium benigne ſuſcepit, ſed ut ad opera ſua quantocius redirent, imperatum eſt. Quid multa? Ubi in motu labiorum aliquamdiu lacrymata eſt; ut tamen cum novitate ſtuporis dictum ſit; videas cælum vim pati, ac aeris elementa, quaſi quodam jure refrenari. Itaque ab univerſis cæli cataractis, ruente prævalida nimborum grandine, cælum in parte ſerenum illuxit, atque ſolis radios, ſuper agros glorioſæ Virginis largius infudit. Mirum dictu! Ipſa ergo denſa nimborum congeries, in gyro agrum beatiſſimæ Virginis cingens, aceſi pro muro fixa pependit, ut nec veſtigium nubis vel modicum eam cæli partem obſcurare potuiſſet. Ecce Virgo Dei, ſponſa agni, quomodo cum Elia cælum clauſit, nubes abegit, itemque, ubi voluit, pluviam contraxit. Inclytus ille meator campi & archos militiæ Domini Joſue, ſoli dixit; & ſtetit: hæc oravit, & ſol lucis defectum ignoravit. In eo autem quod vaſtus mundus inundatione pluviæ maduit, ſed in ſolo illius agro nec ſtillicidium ſtillavit, fortiſſimi Gedeonis virtuti communicavit, qui, rorante omni area, in ſolo vellere ſiccitatem impetravit. Patet quippe, quod quibus Virgo Domini, in ſublimitate D
ſignorum æqualis enituit, eorum nimirum ſpiritu plena fuit.

31 Reſidente igitur, non longo poſt tem- *& magnam eo-*
pore, ſanctiſſima Virgine in oratorio, quod *rum multitu-*
in ſupradicta villa, ob orationum vigiliarum- *dinem*
que frequentiam, domui ſuæ contiguum ſibi ædificaverat, atque quod ei moris erat, divinis animo intenta, puer familiaris, & ipſe quoque officium procuratoris gerens, venit ad eam dicens; multa millia avium depaſcere ſementem agri ſui. Et rurſum; Interdum, inquit, domina, territæ & fugatæ cedunt, ſed poſt horam redeunt. Fatigari quidem queunt, ſed nimis importunæ ab iis ſedibus eliminari nequeunt. Et beata Amelberga; Ite, ait, atque eas in cuſtódia publica recludite. Famuli vero imperata perficere maturabant; ſed rurſus diſſimulant; veluti qui imperata explere quidem cupiant, ſed impoſſibilia eſſe videant. Quos hæſitantes videns quædam monialium, nomine Ge- E
neveſa, & ipſa laudabilis memoriæ, redarguens eos, inquit o! ignavi & tardi, ſi rem grandem vobis dixiſſet Domina, certe faciendum erat, quanto magis, quod nunc dixit. Ite & volucres illas minate; nam femina præcedam viros, vos autem ſequimini, atque actus meos imitamini. Et ne longius protrahant; itur in campum, & ecce late
omnia albicant pennatis volucribus, quos *i*
communi vocabulo gances *i* appellari ſolet; quibus etſi cum jumento Balaam communia verba non erant, tamen ut animadverteres, quodam ſimulacro eos humane ſentire atque diſcernere, depoſitis in terra capitibus ac ſubmiſſis alis, ita dum eas minarent, cum manſuetudine præibant, ut ne una ex eis quidem moveret pennam, & aperiret os & ganniret: unde denique erat perſpicuum, eas peracti ſceleris eſſe conſcias atque confuſas.

32 Subſequenti autem nocte, dum exple- *imperio*
tis matutinarum hymnis Virgo Domini cata *ſuo avolare*
k mane domum rediret, miſerata voces per- *re compellit.*
ſtrepentium, juſſit eis aperiri, ut, quo vellent, abirent. Sed ex omni illa avium multitudine puer officialis unam ſubtraxit, & in abſcondito occultavit. Reliquæ autem omnes jam longius de clauſtris exibant; cum repente, ſeſe omnibus circumſpectis, dato impetu redibant, & Virginis Dei præſentiam requirebant. Tum præter ſolitum garrientes, ſubinde ſe circumſpicientes, ſubinde in Virginem Dei, ut tum forte ſtabat per feneſtram proſpiciens, uno obtutu hærentes, fuit cernere, eas affectum poſtulantium quibuſdam ſignis & nutibus prætendiſſe. Virgo autem Domini, quid quærerent vel quid peterent, virtute ſibi Deoque nota, etiam abſens agnovit, captivamque ſociam educi, gregique jubet ſociari. Qua recepta, ocius diſcedere jubens, præceptum eis poſuit, ut jam amplius fines agri illius non contingerent, & hoc in omni generatione ſua numquam præterirent. Ita grege facto, omnis illa avium multitudo avolavit, ut ſicut ab incolis loci illius teſtatur, nulla generis earum in memorato agro fertur poſtmodum reſediſſe. Hic ergo libet exclamare: O! magni meriti Virgo, cujus in digito Dei, etiam circa aves virtus admirabilis fuit!

AN-

Digitized by Google

ANNOTATA.

a *Non videtur hæc apparitio, tali occasione, loco & tempore reposita, magis subsistere quam cetera, quibus, saltem hic, male adaptatur, quemadmodum & fuga Virginis cum fratre Rodine, cujus adjuncta, respectu* paradoxæ Virginis, *minus stupenda viderentur, si alia ratione & modo essent disposita.*

b *Vulgo* Geete, *Gall.* Jette, *qui Thenas præterfluens, supra Diestemium in Demeram aquas evomerat. Recte procedit iter S. Virginis per Hasbaniam Thenas versus, ubi facilior erat transitus, quam per mira ista, quibus exornandis nimium delectatur historicus.*

c *Hodie* Vilvordia, *oppidum Brabantiæ, vetustissimo castro insigne, paulo plus quam media hinere Mechliniam inter & Bruxellas.*

d *Vox barbara a Gallico* Cresson (*Lat.* nasturtium) *quod hic aquaticum indicatur. Ex his*

B *porro aliisque vocibus Gallicis, facile colligitur, Vitæ auctorem Gallum fuisse, vel, ut modo loquuntur, Wallonem.*

e *Patet quid velit scriptor, expulsam nempe vim morbi: ad similia possim hærere non iubet.*

f *Redit historia Caroli Magni, de qua satis dictum.*

g *Et hanc villam, seu pagum aut parœciam alibi descripsimus.*

h *In hodiernum usque diem S. Martino dicata est ibi ecclesia; ut vide Commentarium § 5.*

i *Alias* ganæ *vel* gantæ, *de qua voce plura disquirunt Cangius, Menagius, & apud ipsos alii, contendentes, non esse origine germanicam, licet etiam Belgice gans dicatur plur. ganzen; ut ex hoc solo capite Flander Teutonicus dici non debeat auctor, quem Gallum fuisse merito suspicamur. Porro auferes imagini in Commentario appictos exhibuimus; quidquid sit de hujus aliorumque prodigiorum veritate, quæ in* paradoxam Virginem *non usque adeo male quadrant.*

k *Inepta locutio pro* usque *mane, quasi græce balbutire noverit scriptor, uti supra in* archos.

CAPUT IV.

Carolus Virginem denuo insequens, brachium ei luxat, sed a Domino sanatur. Secessus Rodini in montem Cassinum. Sanctarum visitatio; Carolo restituta sanitas; alia Virginis miracula; virtutes & felicissimus obitus.

EO igitur tempore Rex Karolus, Hunoldo a Aquitaniarum, Lupo quoque Vasconum Ducibus, quos bello expostulaverat, æque subjugatis, victor potitus Aquitania totaque Vasconia, laureatus rediit, ac triumphales aquilas nobili Franciæ reportavit. Interea fama ad aures Regis promulgavit, quod beatissima virgo Amelberga, cum venerabili ejus fratre, fugam maturaret transmarinam. Porro Rex, audito verbo, mœrore dejicitur, atque ad amorem Virginis totus reaccenditur, pervenendique ad eam toto nisu raptatur. Et licet rogatu &

a Carolus denuo Sanctæ insidiatur,

precibus Adriani, Romani Pontificis, tunc moliretur bellum contra Desiderium regem Longobardorum filiumque ejus Adalgisum, quod & nobiliter postea administravit, tamen susceptum tale tantumque negotium, iterum protrahendo suspendit, & causa Virginis Dei, usque ad Tornacum castrum festinato provehitur. Denique arbitrabatur, siquam tunc in agendo moram pateretur, omnem sibi spem adipiscendæ Virginis abscindendam. Quoniam quidem hactenus apud eam de conciliandis nuptiis in vacuum labor ejus cucurrit, & sermo incassum peroravit, cum acquiescere placito noluit, de improviso eam clanculo circumvenire tentavit. Et facta inquisitione ipsius, didicit, quod fugam, quam olim a facie ejus fugiens, inierat, usque ad villam Maternam protraxerit, atque inibi tunc temporis delituerit. Rex autem existimans, beneficio noctis sese posse suffragari, circa ipsa somni primordia, iter quod ducebat ad villam Maternam arripit, ut si sponte consentire noluisset, saltem renitenti atque reluctanti vi quadam matrimonii thoro communicasset: quod ad effectum pervenire potuisset, nisi evidens Dei providentia tam præsens adfuisset, & salubris quædam visio apparuisset. EX MSS.

34 Habebat itaque sanctissima Virgo in comitatu suo presbyterum, nomine Waldulphum, virum industrium, & per omnia virtutis virum, cui per somnium visum fuit, quasi coneum armatorum prætereuntem aspiceret, & scisciians, quinam essent, vel quid sibi vellent, responsum accepit; quod Rex Karolus, ad deducendam sponsam Christi, virginem Amelbergam iter haberet. Expergefactus autem, & divinæ visioni credens, ascenso equo, per eam descendit viam, ubi paulo ante transire Regem in somnis sibi visum fuit. Qui longiuscule progressus est, & ecce strepitus equorum & armorum clarius cœpit audiri. Sustinens autem, eventumque rei contemplans, ubi causas itineris eorum didicit, Regem cum suis de via avertit, dicens, eos devia secutos, cœptoque itinere, minime posse adire, quo ipsi vellent pervenire. Sed cum milites maximam itineris partem jam conficerent, & loco, quo ibant, minime appropinquarent, animadvertentes, se ab homine illusos, & per quæque eremi viam rumpere, callem, quem pridem relinquebant, rursus repetebant. Presbyter vero, opportunitate loci, & beneficio noctis adjutus, sensim se subtrahendo, declinavit a turba, atque per viam compendii eos pertransiit: pervenienque domum, Virgini Dei insperatum Regis nuntiat adventum. Quem adhuc loquentem, e vestigio puer familiaris subsecutus, anhelo & ipse incessu irrupit; adest, inquit, mi Domina, rex potentissimus Karolus cum multis optimatibus, jamque primi tironum, ut irrumpant, atria domus undique circumvallant. E F

a sacerdo. te contiper seductore.

35 Virgo autem Domini ad nota orationum confugit præsidia, atque oratorium domui vicinum intravit, sicque divinitus actum est, ut dum memoratus presbyter sacræ visioni credidit, imminentia pericula Virgo Domini declinavit; quæ ubi oratorium intravit, coram venerabili altari, expansis manibus stetit,

dum Virgo ad templum confugeret,

Digitized by Google

EX.MSS. atque hoc modo ſponſum ſuum Chriſtum invitavit. Jeſu benigniſſime amator caſtitatis, & cuſtos meæ integritatis, ne derelinquas me in die tribulationis. Te ſponſum elegi, te amatorem totis viribus concupivi, & præter te nil dulce unquam habui; quod tibi fidem ſervavi, regiæ tyrannidis minas incurri: & ecce leo, ut me devoret, undique perſequitur, atque ut uſpiam latibulum refugii ullum profuga habeam, non patitur. Et nunc, Domine, tibi commendo pudicitiam meam, ne unquam perdam virginitatis coronam. Incline, Domine, aurem tuam precibus meis, & mitte mihi auxilium de cælis. Completaque oratione, *b* arrepto ferro ſiſinnos *b* captitis ſui totondit, atque ſacro velamine adoperuit; non degenerem ab inclytis Chriſti tironibus, dico Martyribus, gerens animum, qui ferro & igne per Decios triumpharunt & Nerones. Præclarum facti genus! & quidem omnia rara præclara: quod tamen in Euangelicum clerum tranſivit a beato Petro Principe Apoſtolorum, cujus Virgo beatiſſima fidem & actus imitata, novum & præclarum quoddam etiam pro Do- B mino ipſa egit, quod ſacris virginibus in exempli monumentum poſtmodum reliquit.

ubi eam infortunio Caroloi, dum nil proficeret,

36 Videns interim Rex, non aſpirare ſecunda votis ſuis, & detecta ſecreta conſilii ſui, eo quod Virginem Dei, quam ſilentio domi offendere parabat, ad eccleſiam confugiſſe didicerat, uſus eſt audacia pro ſapientia. Denique, quod non licebat, poſt eam impudentius eccleſiam irrupit; quia quod ardenter deſideravit, modeſte ſimulare non valuit; ſacroque velamine eam adoperiam videns, ait cum ſtomacho: Cum nullus ſacri Ordinis miniſter, poſtquam a patre meo Pippino ſponſa mihi nominata es, te velare præſumpſerit, tu qualiter, ſub ſchemate religionis, hoc velamine uteris? Rurſumque minas contemperans blanditiis, regalia offert patrimonia, quatenus ſua eligat matrimonia. Sed conſtantiſſimæ fidei Virgo, neque blandimentis illecta, neque terroribus concuſſa, clarum fecit Regi, quod omnes mortis ſpecies pro Deo devota amplectitur. Rex autem, ut fruſtrati precem ſuam vidit, dato impetu juvenilis animi, tenerum Virginis brachiolum ſumma vi arripuit, atque de loco, quo ad baſim altaris jacebat proſtrata, C eam per violentiam ad ſe trahere atque de terra levare conatus eſt; verumtamen a deſiderio ſuo fraudatus eſt.

Humerum Virgini luxavit.

37 Itaque Virgo Domini penitus moveri non potuit, quippe quam ſui præſentia Spiritus ſanctus immobilem fixit. At Rex fortiſſimus, brachiis dum adhuc ſecundo & tertio valide concuſſit, quia nullatenus vel ad momentum palpebræ mutari non valuit, admiratione & ipſe deficere cœpit. Qui nec ita ab incepto animum compeſcens, verum luctando eam amplius perurgens, ſacrum velamen de capite ejus in terram ruit, ſicque aliquantulum egregie deformis apparuit. Unde ſublatus in ira, magnificentiam regiæ pietatis polluit crudelitate ſæſtiſſimæ tyrannidis. Itaque totis viribus humerum contorquens, fracto virginalis humeri oſſe, vere Dei ſponſam agnovit, Chriſtique Martyrem perfecit. Verumtamen non prius de loco, quo incubuit Virgo Domini ſurrexit, donec cæra ſua ſtenti & oranti apparuit Dominus Jeſus, & D electam ſibi integerrimæ reſtituit ſanitati. Sic denique beatiſſima Virgo, angelici pudoris æmula, ex ſeminibus caſtitatis præclarum vindemiavit fructum paſſionis; Vere, inquam, ter & amplius beata, cui Dominus, ut duplicis bravii coronam præſtaret, candidæ eam induit virginitatis lilio, cum rubra martyrii palma.

38 Iis ita geſtis, Rodinus *c* ſciens ſe in terrores tribunicios incidiſſe, ſimulque metuens, ne forte Rex iram furoris ſui in eum effunderet, pro eo quod nullus de ſorore ſua eum ſequeretur effectus, parabat imminentia ſibi declinare pericula, atque remedia temporum quærere. Et abiens ad Karlomannum, fratrem videlicet regis Karoli, qui tunc temporis morabatur Remis civitate, magnifice ab eo ſuſceptus, atque aliquamdiu ab eo eſt detentus. Evolutis autem paucis diebus, cum conſilio atque conſenſu ipſius excellentiſſimi Principis Karlomanni ac benedictione Wulfarii, Remenſis eccleſiæ Archipræſulis, inclytus Chriſti miles Rodinus Romam ſe contulit, ibique in monte Soracte, cingulo militiæ depoſito, clericatuſque habitu aſſumpto, abiit in Samnium provinciam, ad monaſterium S. Benedicti, ſitum in caſtro Caſſino, ad Karlomannum, fratrem regis Pippini, qui olim Tudites appellatus eſt, ob id quod diverſas nationum gentes, debellando & ſubjugando contuderit; ibique monachus effectus, curſum vitæ præſentis, cœnobiali tramite religioſiſſime conſummavit. Nam & patrimonia ſua, quibus in regno Francorum clariſſimus atque ditiſſimus, utpote Regum ſanguis pollebat, ſacris locis per teſtamenti ſeriem partim prius contradidit, partim pro commutandis pauperum refrigeriis diſtribuit. Hæc vero de venerabili Rodino dicta ſufficiant.

c Rodinus ad montem Caſſinum ſe retipit.

Virgo a Sanctis viſitata

39 Igitur poſt viſitationem, qua Dominus beatam Amelbergam, dilectam ſibi ſponſam, imo Martyrem inclytam per ſemetipſum viſitare, atque ſanitati reſtituere dignatus eſt, rurſus per Sanctos ſuos ei conſolationis præſtare beneficium pie ſibi viſum eſt. Denique F cum ex more poſt vigiliarum orationumque prolixitatem, paululum quieti indulgeret fatigata membra, apparuit illi in viſu ſanctus Willibrordus Antiſtes, cum beatiſſima virgine Chriſti Gertrude, hujuſcemodi cælitus deferentes oraculum. O! Virgo glorioſa, o! Virgo beata, cujus ſpecem cæleſtis ſponſus adamavit, & pretioſo ſui annuli ſigillo ſubarravit, dimicaſti viriliter, perſevera conſtanter, & accipies coronam a Domino cum angelis. Miſit nos ad te Dominus Jeſus, dulcia tibi per nos curæ ſuæ præſtans alloquia, atque glorioſi certaminis tui repromittens præmia. Deinde S. Gertrudis, accipiens velum beatiſſimæ Virginis, quod ipſa, ob ſignaculum cæleſtis deſponſationis, capiti ſuo impoſuerat, ſancto illud obtulit Willibrordo Antiſtiti.

Tempſe cum migrare jubetur.

40 Quod ſacra benedictionis conſecratione inſignitum, remiſit iterum ſuper caput beatiſſimæ Virginis, dicens: Hæc ſigna pudoris ſint tibi monumenta caſti amatoris, ſponſique immortalis, ut nullum præter Dei filium amatorem admittas. Adjectumque eſt: Finito triennii ſpatio, curſum vitæ præſentis conſummabis, ac velut regina in veſtitu deaura-

A deaurato, ſponſi tui thalamum introibis, ſicque deſiderati tui in æternum facie frueris. Cumque beatiſſima Virgo percunctaretur ab eis, quod interim pii exercitii, Domino ſuo gratiſſimum foret inſudandum, reſponderunt; ut ſui juris poſſeſſionem villam Tempſecam, ſecus Scaldam fluvium ſitam, adiret, atque in honorem Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ eccleſiam conſtrueret, ubi & quod reliquum ſibi vitæ præſentis ſupereſſe videretur, expleret; quod ex reſponſo cæleſtis oraculi inſtrui atque commoneri promeruit. Sanctis itaque ad cæleſtia remeantibus, Virgo Domini, pro tanti beneficii collatione, hymnum Deo dixit, atque alleluya jubilavit. Facto autem mane, ex condicto divini alloquii, imperatum ſibi locum adit viſitatum, atque ſecundum omnia, quæ a Sanctis didicit, effectui mancipavit.

Carolus morbo corripitur,

41 Rex itaque Karolus, cum Dei Virginem Amalbergam, contumeliis affectam, injuriiſque maceratam reliquiſſet, quia a deſiderio ſuo fraudatus eſt, cum indignatione B regreſſus eſt, & feſtinato perveniens Valentianas caſtrum, ſubita febrium vexatione, inclementius cœpit perurgeri, & circa ipſa extrema perduci. Frater autem ejus rex Karlomannus atque totius regni optimates, qui eum viſitatum advenerant, pro deſtitutione tanti monarchi ſenatum mœſtitia dejiciunt, aceſi ipſam curiam penitus extinctam videant: erat enim languor fortiſſimus ac propterea dolor confuſionis mœſtiſſimus. Stupentibus ſiquidem cunctis atque mirantibus, unde tam repentinus atque dirus cruciatus, ob calumniam, quam Virgini Dei crudeliter irrogavit, flagellum divinæ animadverſionis imminere perpendunt. Suadent proinde Regi, ut ad Virginem Dei mitti debeat, quatenus ſuarum injuriarum immemor, pio interventu, flagellum divini judicii ab eo ſuſpendat, atque de interitu vitam ejus reducat *. Rex autem ſalutaribus monitis aſſenſum præbens, quod in ſalutem ſui univerſus ſenatus conſulit, ut quantocius fiat, & ipſe flagitare cœpit. Falradus * quidam eo tempore fuit in palatio nominatiſſimus, vir per omnia religionis & virtutis, cujus Rex conC ſiliis a ſecreto apprime incumbebat, merito & officio abbas.

* al. redimat

* al. Folradus

mittuntur ad Sanctam legationes ſanatur.

42 Is enim ſalutaris nuntii bajulus, cum immenſis auri atque argenti muneribus, ac varia veſtium pretioſarum ſupellectile ad Dei Virginem tunc mittitur, quæ illis diebus apud Tempſecam degens, pia converſatione bonorum operum exercebat vitam angelorum. Quam, uti rei poſcebat neceſſitas, ſub celeritate adiens, ubi demum ſermonis cardinem ingreditur, munera offert, ac preces proinde replicat, quatenus pia interceſſione Regi ægrotanti locum pœnitentiæ obtineat, & non pro ſuis malis ei vicem reddat. At Virgo benigniſſima, ſicut erat in omni vita ſua piiſſima, preces quidem ſupplicantis ſuſcipiens, ſed munera offerentis reſpuens; neque enim ſibi integrum fore credidit, ſi jam juncta cæleſti ſponſo, poſt caduca animum inclinaret; Jam, inquit, gloriam & divitias hujus ſæculi calcavi, atque iis impedimentis nunc neceſſe non habui. Quapropter ſint Domino tuo munera ſua, ſibi tantum hoc ſalutis verbum ei ex me defer, ut in uſus pauperum ea diſtribuat, & eleemoſynis peccata ſua redimat. Ego autem non tantum pro reſtitutione ſanitatis ejus, verum pro incolumitate ſtatus regni ſui, gratis effundam orationem meam in conſpectu Domini: ipſe vero ſuffragium beatæ Gertrudis virginis imploret, quæ mihi contra tela ſuæ perſecutionis ſemper ſcutum inexpugnabile exſtitit defenſionis, atque ſibi hoc intulit flagellum divinæ animadverſionis. Rediit itaque nuntius, & ſicut fide pia popoſcit, Domino ſuo ſalutem obtinuit, atque ut Euangelicus ille centurio, quem languentem dimiſit, ſanum invenit. ex ms.

Tempore famis varia edit miracula.

43 Quo denique tempore diræ famis flagellum univerſum opprimebat regnum; videntes autem famuli, Dei Virginem oblatam ſibi a Rege ſpreviſſe pecuniam; nam ut querulum eſſe ſolet ſervorum genus, immurmurantes dicebant, Dominam ſuam inconſulte egiſſe, quod ad redimendam famis inopiam, non ſibi aliquam pecuniarum reſervaſſet partem. Nec deſtitit Virgo benigniſſima piæ conſolationis ſuis monita dare, ſuadens, E numquam de Dei miſericordia deſperare, qui ſemper, & maxime quidem in tentationibus ſuorum præſens eſt exauditor. Die vero altera dum Beata mane, expletis Matutinorum hymnis, domum rediret, ad hauriendam aquam puer familiaris perrexit. Sed cum domi eam refunderet in ſanguinem mutatam, expalluit, tantique ſtuporis cauſa Virginem Dei minime latuit: univerſi etenim auditorum, novitate rei perculſi, non alienum a præſagio autumant, quod tam inſolitum accidiſſe perſpiciunt. Virgo autem Domini, facientem prodigia Dominum invocare, atque orationum vota paululum jubet continuare, & denuo ad flumen redire. Itur, & miraculum in littore conſpicitur: nam piſcis immaniſſimus e, divino munere collatus, invenitur in ſicco expoſitus. Intelligens autem Virgo beatiſſima, Chriſtum ſponſum ſuæ neceſſitati compati, atque propriis uſibus victum, famulante unda ſibi provideri; hoſtiam jubilationis Deo Patri rependit. Piſcis ſiquidem enormitas tanta fuit, ut ſalvo reF ſpectu pauperum, omni etiam ejus familiæ ſatis ſuperque victus ſufficientia eſſet, atque quod magis ſtupeas, quotidie manducantibus non deeſſet, donec advenit tempus meſſis. Itaque factum eſt, ut cibus comedendo creſceret, atque per dies minuendo non deficeret. Hic ergo ſermo vincitur rei magnitudine, atque minus eſt omne quod dicimus. Sed licet hæc magna ſint atque ſtupenda, tamen quia facta ſunt in digito Dei, fides per omnia eſt adhibenda.

e

Inſignia ejus virtutes,

44 Pauca ſiquidem diximus de ſignis & virtutibus hujus glorioſiſſimæ Virginis, quæ, teſte Deo, plura peregit, ſed ſanctitate plena, cum virtutibus prodiretur, notitiam earum ſilentii ſecreto adumbravit, atque laudis humanæ favorem declinavit. Hæc autem tantum ideo nota, quia fuere publica. Ceterum quis in ea caſtitatis privilegium egregie prædicet? Quis ſolennem jejunii ejus morem? Vel quis dexteram ejus, ſemper pauperibus largam, idonee explicet? quæ in tantum, ut ita dixerim, egenis ſolatia com-

XX Mii. commodavit, ut sani sæpe pauperum invi-
derent refrigeriis. Instantiam vero vigilia-
rum atque continuationem orationum præte-
reo. Libet etiam præterire communia, sed
vere hoc fatear, itemque repetens dicam,
quod virgo casta, virgo pudica, in carne
vere angelice vixit, quoniam quod angelus
habet per naturam, ipsa obtinuit per gra-
tiam. Sed quid? Etsi de fonte Ciceroniano
sermonis rivulum deducam, numquidnam
universis operum ejus insigna digne memo-
rem? Nequaquam. Si lacteam Titi Livii
eloquentiam addam? Sed necdum. Postre-
mo, ut quod satis sit concludam, quicum-
que, inquam, per cuncta vitæ ipsius insti-
tuta, cupit incedere, jubeo illi linguam
* sal. magni Hieronymi, & cor P. Augustini *;
Grego- ut ore quo Christus videlicet declaratur,
rii sponsa ejus laudetur.

f filia 45 His ita finem datis f, glorioſum ejus
obiit; transitum ministerio aggrediamur articulo-
rum. Sed ecce dum felicem ipsius in Christo
dormitionem perscribere nitimur, quasi re-
crudescente dolore, ipsi toti in funere fu-
B mus. Nam quis, rogo, nuper nascentem
rosam, aut adhuc vernans lilium immature
revulsum, nisi mœrentibus aspexerit oculis?
Verumtamen si propterea dolendum est,
quia quod carum habuimus, cum dolore
amisimus; magis quidem gratulandum, quia
ut pius Dominus filiis provideret, matrem
ipsorum ad cælestia præmisit, unde non eam
quasi nobis ablatam lugeamus, sed potius
immortali sponso sociatam gaudeamus. Igitur
beatissima Christi virgo Amelberga sanctæ
vocationis suæ diem imminere prævidens,
apud sui juris villam Tempsecam, sicut a
Sanctis per visum didicit, mansit; in qua
g & sanctæ dormitionis suæ pausam g elegit.
Itaque ubi derepente mors venarum fontes
haurire cœpit, licet eam viribus destituit,
tamen ab oratione anhelans spiritus non
defecit. Oculis ergo ac manibus in cælum
indesinenter expansis, impendente jam vici-
nius mortis articulo, Domino dulcius cecinit:
Sitivit, inquiens, in te, Domine, anima
mea, quam multipliciter tibi & caro mea,
ut videam virtutem tuam & gloriam tuam
in Sion: ut facile animadverteres, eam potius
C migrare velle, nec a Christo sponso diutius
abesse. Quem ut vocantem audivit: Surge
amica mea, columba mea, & veni; e vesti-
gio divinis Sacramentis munita, animam in
manus angelorum efflavit, quorum in ejus
sacro transitu, merito credi decet affuisse
frequentiam, qui in illa sibi cognatam sem-
per venerabantur virginitatem.

46 Deinde fidelium turba non modica ad
venerandas pii funeris exequias hinc inde
sepultu- devota cucurrit; nam inclyta vitæ ipsius
ra merita, tum ampla atque clarissima persona,
excessum tantæ Virginis illustrabat, atque ad
obsequium illud angelicum devota undique
agmina contraxit. Quis enim religiosorum,
dico sacerdotum vel sæculi optimatum, in
translatione sacri corporis, non se gaudebat
pio oneri infudasse, aut saltem manibus
contrectasse: qui etsi tantæ beatæ Virginis
gloriæ congaudebant, verumtamen dolorem,
quem dissimulare volebant, lacrymis erum-
pentibus interdum continere non poterant,
ut inter spem & resurrectionis gloriam, D
fletum pietas non coerceret. Erat enim &
hoc speciale videre pro gloria, scilicet cho-
rum Virginum & turbam pauperum ipsum
sacri funeris pignus lacrymis rigasse: illæ
utpote amissum insigne virginitatis decus
gementes, quod debeant, pia confusione non
tacebant; isti, ostendentes tunicas & vestes,
quas faciebat illis altera Dorcas b, pro b
extincto tantæ matris solatio, uberius in
lamentum descendebant. O! Virgo magni
præconii, cui inter gratiarum munera collа-
tum est, ut glorioſior, imo felicior tunc
fieret pauperum lacrimis, quam quisquam
Principum gaudiis suis.

47 Migravit autem beatissima virgo Amel- & tempus
berga anno Verbi incarnati septingentesimo migra-
septuagesimo secundo, Indictione decima, tionis.
sexto Idus Julii, in pontificatu sanctæ Ec-
clesiæ Romanæ agente Papa Adriano, anno
ejus primo, Karoli quoque Imperatoris anno
quinto, ætatis vero ipsius i tricesimo primo. i
Sepulta est igitur in ecclesia, quam ipsa
cælestis oraculi jussu, in honorem Dei Ge-
netricis semperque Virginis construxit apud E
sui juris villam Tempsecam, positaque est
ad dexteram altaris, undique in hymnis &
psalmis personantibus fidelium choris: ad
laudem Domini nostri Jesu Christi, cui cum
Deo Patre & Spiritu sancto est honor, vir-
tus & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Alii spectant admixta hic historiæ & importune intrusa; neque de cæteris plura notanda occurrunt.*

b *Intellige* cincinnos; *vult dicere, sanctam Virginem forsice sibi crines abscidisse, quo se Christo desponsatam evidentius demonstraret, vela præterea religioso capiti imposita.*

c *Quæ hic de Rodino attexuntur frustra explicare conatus est Mabillonius: mihi non lubet in re adeo incerta longiorem operam ponere.*

d *Hæc SS. Willibrordi & Gertrudis apparitio ac vaticinium de morte post triennium obeunda, vera esse potest in aliis circumstantiis: sic cætera ad Carolum Magnum spectantia, pro ut hic narrantur, cum vera historia conciliari omnino nequeunt. Sanctam Virginem Tamisiæ commora- F
tam, ibique mortem feliciter obiisse non dubita-
mus; sed tum ætatis adeo provectæ, ut scenis illis apta non fuerit.*

e *Sitne hic piscis qui Virgini applaudere solet, an alius ille qui prope Vilvordium supra captus est, non definio: forte utrique in imagine locum suum occupat. De furionibus vero nusquam verbum.*

f *Quid velit Anonymus, haud obscure datur intelligi; at melius scripsisset, iis ad finem perductis, vel saltem, iis ita fine dato.*

g Pausa (*Gall.* pause) *requies, quæ in Musicam transit; vide glossaria.*

h *Ex Act. cap. 9, V. 39 satis nota est Dorcæ historia, uti & aliæ supra ex sacro textu allegatæ & sufficienter explicatæ.*

i *Refero* ipsius *ad* Caroli, *ne alias tota prorsus historia evertenda sit: & vere ad quem magis proxime & proprie referri possit, non video; quidquid dudter sibi non cohæreat, ut in Commentario expositum est.*

IN-

A

INVENTIO.

Elevatio & translatio sacri corporis Tamisiæ ad cœnobium Blandiniense juxta Gandavum, tempore Balduini Ferrei.

Ex cod. cod. Mss. cum aliis collato.

POstquam sancta Deo amabilis Amelberga pro conservando pudicitiæ titulo imitabilem, similis patris virginibus, fugam iniit, terreno Rege non solum spreto, verum etiam superato, protinus se ad Regem contulit cœlestem, qui omnia cum Patre & Spiritu sancto perenniter regit, quippe eam intra secretarium suæ ineffabilis pietatis excipiens, cœlestis alimoniæ deliciis benignissime & misericordissime deinceps enutrivit, acsi filiam, quam antea clementissime sanaverat sauciatam. Nimirum quia illa pro conditione carnis *infirma* erat & timida, confugium fecit ad petram quæ est refugium herinaciis. Spiritus autem, qui omni, ad se confugienti, petra solidissima est atque felicissima, intra se receptam tanta benignitate protexit, ut posta, tam visibilis quam invisibilis hostis nullas pati posset insidias. Denique a loco, qui more gentilitio Materna dicebatur, in quo contumeliam fuerat passa, discedens, ad quamdam sui juris possessiunculam, quæ Tempseca vocabatur, illico festinavit: ubi in operatione virtutum, & spiritualis contemplatione Theologiæ sine cessatione perstitens, postremo quam sanctum ac memorabilem vitæ finem habuerit, superius aliqualiter jam expressum est. Verum scriptor hujus opusculi, pollutis labiis enarrare non præsumens, purioris linguæ auctori B emendatius supplicavit explicandum: a quo etiam & utinam de translatione sanctissimi corporis ejus, Christo propitiante, narratio digna proveniat, quam veraciter a probatissimis viris compertam, tali modo certum est contigisse *a*.

Narrationis hujus scriptor.

43. Transcursis enim post felicissimum ejus obitum multis dierum curriculis, loculus ille, omnibus Christianis honorabilis, in quo sacrum ejus jacebat corpus, cunctis mortalibus, excepto uno solo eodemque ipsius beatissimæ Virginis vernaculo, erat incognitus *b*. Qui cum diutius ob sanctitatis illius meritum latere non posset, solicita satis & officiosa fidelium inquisitione repertus est. Ac primum fratres Truncinensis monasterii, aliquanto quam oportebat ambitiosius, se ad hoc opus ingerentes, sedulis inquisitionibus fatigati, aliis locum dederunt, qui id religiosius explorarent. Post hos similiter fratres de cœnobio S. Bavonis, multum in ejusdem inquisitionis exercitio laborantes, tandem intellexerunt, non sibi thesaurum illum esse ostensibilem, sed potius iis, quos beatissima Virgo sui præsentia veris divitiis donatura erat. Quæ in re illud necessario consideratur, quod sibi injustum reperiendi facultatem facit, quicumque facta Sanctorum temere irreligioseque quærere contendit. Quanto EX MSS.
enim quisque indignius accedit ad cœleste officium, tanto se hoc ipsum altius extollit, ne habeat arrogans & temeraria quæstio inveniendæ rei spiritualis effectum, unde Apostolus: Noli altum sapere, sed time.

50 Denique hinc legimus, Ozam divina animadversione esse punitum, quoniam arcam Dei Israel, non ea, qua dignum erat, humilitatis manu palpaverat. Quocirca nemo sibi aduletur, nemo sui immemor fiat; postremo, nemo sibi, quod non meretur, omnino præsumat, quandoquidem inde sequitur unumquemque tanto gravior pœna, quanto amplior præcesserit facta sanctæ religioni injuria. Itaque ex hujusmodi exemplis facile colligitur, non meruisse fratres supra memoratos invenire tam pretiosum sanctissimi corporis thesaurum, quoniam hunc & negligenter quæsierant, & forsasse postmodum aliter quam se devotionis ratio habeat, tractaturi erant. Non longe igitur ab iis inventus est quidam fidelis servus & prudens, C qui se ad tantum opus longe alia ratione mancipavit. Is cum esset in monasterio B. Petri Apostolorum Principis, intra villam Gandensem situato, proprio nomine Robertus, ecclesiasticis autem studiis, vitæque honestate omnibus notus, sapienter admodum intellexit, a divina pietate esse quærendum, quod humanis argumentationibus nequaquam poterat inveniri. Ac primum ab jejuniis multis & assidua oratione purificans, ab Episcopo ejusdem diœcesis, ut exquirendi licentiam mereretur, petiit commentum, qui continuo ejus precibus annuens, & benedictione ipsum insignivit & consilio rogavit, rebusque tam sacro operi convenientibus fulcivit, dicens: Vade in nomine Domini, & sicut fuerit voluntas in cœlo, ita fiat.

sed non nisi post preces & jejunia

51. Et ille statim, secum paucis adhibitis fratribus, cum summa humilitate sanctoque timore, plenus tamen fide in spem bonam, ob divinæ pietatis larga beneficia, sese sedulo erigens, ad locum, in quo gazas illas venerabiles repositas esse audierat, sine mora perrexit. Verum ubi illuc perventum est, quantis se ibidem lacrymis perfuderit, quantaque se cordis contritione coram Domino mactaverit, quis explicare sufficiet? Noverat sane vir cœlestis ingenii, non sibi esse facile, quod aliis fuerat impossibile; atque ideo se carnis maceratione vehementer angebat, quo pia Virgo, ejus mœstitudini condescendens, tandem se aperiret vel sic pulsanti, quæ numquam in vita sua januam misericordiæ alicui clauserat pie postulanti. Per totum igitur triduum margarita illa pretiosissima cum ingenti humilitate multaque supplicatione quæsita est, sed minime reperta. Cumque vernaculum sanctissimæ Virginis, de quo superius diximus, subinde interrogasset, ubi id, quod quærebat, repositum esset, nequaquam ab illo, nisi hoc revelaret, aut blandimentis propositis, aut præmiis pollicitis, extorquere valuerunt.

a Blandiniensibus monachis.

D

E

F

52. Itaque jam super eos miserabilis ceciderat desperatio, jamque se frustra laborasse, cum gemitu & lacrymis deplorabant; cum subito unus de fratribus, Thiewalo nomine, locum sepulcri sibi ostensum esse, mira

accepta revelatione primum

exultans

a vestis sacrum corpus quæsitum inventumque.

b

A exultans revelatione proclamavit. Ad cujus
EX MSS. vocem cum omnes ſtupefacti converterentur, factus eſt cunctis qui ibi aderant, locus eum ſepulcro illo venerabili perſpicuus, quem tamen antea in propatulo omnium oculis expoſitum minime viderant. Tum vero ſummo repleti gaudio, & quodammodo in viros alios permutati, præcelſis Deo vocibus gloriam canentes, templum illud angelicum hymnis & laudibus compleverunt. Sed quoniam crebra piratarum incurſio regionem illam vehementiſſime infeſtabat, ſalubri admodum conſilio utentes, membra beatiſſimæ Virginis pallio decenter involuta atque in locellum poſita celeriter efferentes, ad navim, qua illuc vecti fuerant, cum feſtinatione regreſſi ſunt. Tunc illis de baſilica egre-
c dientibus, multitudo volatilium c cæli apparuit, quæ pennulis applaudentia, tremuliſque vocibus officio quod agebatur conjubilantia,
B affectu, quo poterant, in obſequium venerandi corporis exultabant.

ædenſe flumine Caudenum perfluens.

53 Robertus autem, dignæ memoriæ abbas, poſito intra navim theſauro omnium gazarum pretioſiſſimo, cum ſeſe remis primus applicuiſſet, commonuit fratres, ut fugæ quantocius conſulere non differrent. At illis juſſionem patris alacriter exequi cupientibus, ſenſerunt ſeſe repente, divino nutu, contra vim fluminis ferri; ideoque tantum Dei gratiam meritumque ſanctiſſimæ Amelbergæ virginis admirati, laborare ſemet, ubi virtus Chriſti operabatur, non oportere cenſentes, ad monaſterium beati Petri Apoſtolorum Principis, de quo ſupra diximus, cum incredibili velocitate reverſi ſunt. Hunc, ut credimus, Virgo beatiſſima locum elegerat, uti in eo uſque hodie habitaret; ad quem cum perveniſſet, factus eſt ei obvius innumerabilis populus utriuſque ſexus & diverſæ ætatis ac conditionis: cujus multitudo cum omnes campos omneſque ſaltus repleſſet, dulces in laudem Chriſti melodias
C expendere audiebatur.

54 Primus autem omnium, uti decebat, venerabilis Epiſcopus Reynelmus *, ingenti gaudio affectus, adeſſe non diſtulit, adorans Dominum & collaudans, quoniam tunc videbat, quod multoties ſe viſurum eſſe ante deſperaverat. Poſt hunc Balduinus Comes, gener Karoli, potentiſſimi regis, ſe præſentem cum ſumma devotione exhibuit, omnique populo in vigiliis & oratione feliciter communicavit. Præcipue autem clerici monachique quamplurimi, catervatim undique accurrentes, non poteſt dici quam devote quamque ſolenniter noctis illius excubias frequentaverunt. Mane igitur facto, ſanctiſſimum beatæ Virginis corpus in locellum, cum magna Epiſcopi & clericorum humilitate, atque cautela totius populi, in cælum clamore ſublato, qui tantum bonum nobis conceſſit, quo hujuſmodi exemplis, hominum præcipites impetus virtute conſtantiæ triumphemus, & dæmones ſuperare poſſimus. Hæc de tranſlatione corporis ſanctæ ac Deo amabilis Amelbergæ fideliter enarrata, ſiquis male interpretatus fuerit, ipſe ſe infidelem eſſe fatebitur, quandoquidem illum mala diligere, qui bona credere contemnit, aperto ſatis indicio demonſtratur.

* al. Reyngelmus *ibique ad Ep. Tornacenſ. depoſitum.*

55 Sed nunc de nobiliſſimo ejus nomine, D
divino quodam vaticinio eidem impoſito, *Incipit facri enodatio etymologica.*
pauca dicturi, finem ſermonis ſic faciemus. Nomen quippe ſanctiſſimæ iſtius Virginis ex duabus linguis *d*, Latina videlicet atque Thiudiſca compoſitum eſſe, gemina verba declarant. Prior enim pars a malo, poſterior berga, meritum ejus feliciſſimum fuiſſe, alterna voce proclamant. Amalberga namque, a malo cuſtodia, ſive a malo cautela exprimitur, quod utrumque ipſius ſancto propoſito aptiſſime convenire, nemo eſt qui ambigat. Namque quia corpus & animam ſua perpetua Chriſto caſtitate dicaverat, a malo ſe cuſtodiſſe, dubium non eſt. Quantum vero dæmonum inſidias ſemper ſuſpectas habuerit, pedeſque ſuos a laqueis iniquitatis retraxerit, mala jugiter caviſſe bonaque ſemper egiſſe, perſpicua ratione probatur. Alioquin, aut aliter, neſcio quo docendi genere, nomen ejus quilibet interpretabitur, E
an eam aliter, quam ſupra dictum eſt, feciſſe mentietur? quod tamen de tam ſancta & Deo amabili virgine, nefas eſt quempiam fari, quæ in tantum pudicitiæ ejus thalamum ſublimavit, uti nunc imperii cæleſtis auguſta, deſideratis amplexibus perfruatur ſponſi ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

56 *In codice Tamiſienſi additur clauſula, quæ primo tranſlationis auctori tribuenda haud quaquam videtur, accepta procul dubio ex vetuſta aliqua inſcriptione, quam anonymus, ne periret, ſubjungendam cenſuerit, de ſuo adjiciens ineptam correctionem, quæ melius omiſſa fuiſſet. En ejus verba:* Corpus paradoxæ Virginis Chriſti Amelbergæ, ad præfatam baſilicam delatum eſt a Balduino, cognomento Ferreo, avo ſcilicet Arnulphi magni, ſexto Kalendas Novembris, anno incarnati Verbi octingenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertia, ſed ego dicerem Indictione quinta. *Male utique, nam Indictio tertia plane coincidit cum anno octingenteſimo ſeptuageſimo, non item quinta; ut correctio plane ſupervacanea ſit. Quod* F
vero meminerit Arnulfi magni, ne inde quis inferat, Comitis iſtius tempore adjectam eſſe eam clauſulam ſeu additionem: nam licet ejus ſæculo componi potuerit, ſatis certum videtur, recentiorem eſſe tranſlationis hiſtoriam. Malim autiſimare, Arnulfi memoriam illic inſertam, quod ea ſemper in cœnobio Blandinienſi recentior fuerit, ob innumera beneficia quibus ipſum Comes ille locupletaverat.

ANNOTATA.

a *Necdum mihi perſuaſit ſcriptor iſte*, certum *eſſe, ſic* contigiſſe *inventionem ſacri corporis, ut ipſe narrat; ſive idem ſit, qui Vitam compilavit, ſive alius* purioris linguæ auctor, *quod ſatis ambigue explicat.*

b *Vide quæ de operoſis his circuitionibus diſputavimus ſupra in Comment. prev.*

c *Hic ego invenia ovet, neſcio quas, tranſlationi corporis* S. Amalbergæ *applaudentes; verum de furionibus, ut iterum dicam, altum ubique ſilentium.*

Hoc commentum ſupra refutavimus in Commentario prev. ad Acta S. Amalbergæ Viduæ.

A

MIRACULA

Ex cod. membranaceo Ms. eccl. Tamisiensis.

ANno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, feria tertia post vincula sancti Petri, quidam pauper piscator in Scaldam mittens rete ad capiendum rhumbos *a*, non post longi temporis moram trahens rete suum, invenit in reti suo captum rhumbum magnum; & attrahens in naviculam ejus rhumbum, gavisus est ex captione piscis: quod gaudium statim versum est in mœrorem; quia dum rhumbus sensit siccitatem, palpitans & percutiens cum cauda navim, & piscatoris rete rumpens, per foramen retis salivit in Scaldam. Invocans piscator corde mesto beatam Amelbergam, ut succurreret
B sibi pro rhumbo capiendo [promisit] ipse [quod] grossum Turonum super altare ipsius jejunus immolaret. Et, hoc dicto, idem rete projiciens in Scaldam, rhumbus intrans rete piscatoris, tractus est pacifice tamquam parvus piscisculus ad littus Scaldæ; & deinceps manus piscatoris evadere numquam conabatur: unde piscator laudans beatam Amelbergam, mane facto, sicut voverat, Turonum immolavit.

Piscator a Sancta vindicatus.

a

a Consuetum est a temporis antiquitate, feretrum beatæ virginis Amelbergæ, cum reliquiis ejus & etiam aliorum Sanctorum deferre circa metas villæ *b* Tamisiensis quolibet anno, semper in feria quarta sanctæ Pentecostes: & omnis clerus nobilesque prædictæ villæ, necnon populus communis ejusdem villæ & circumstantium villarum, cum reverentia & maxima devotione, jejuni cives Tamisiachi nudipedes, unanimiter circumeundo villam, sanctum feretrum supportantes assequuntur. Adsunt etiam ibidem mimi & alii joculatores; histriones, organistæ, buccinistæ, tympanistæ, viellatores & citharistæ,
C & complures alii, quorum interest, in laudem & gloriam beatæ virginis Amelbergæ, laudabiliter exercere multimodum genus organorum. Et eligitur quidam locus, qui dicitur Banc, juxta villam quæ dicitur de Abessone; & congregatur ibi populus universus, morum faciens, milites, equites, armigeri, militissæ *c* domicellæque nobiles, cum curribus earumdem coopertis: & prædicatur ibidem, & multa miracula beatæ virginis Amelbergæ recitantur. Et supponitur feretrum honorifice curribus, donec sermo sit completus, & ab omnibus multifarie honoratur: deinde sublevatur feretrum & refertur in basilicam beatæ virginis Amelbergæ.

Ob explendam festivam supplicationem

b

c

3 Anno Domini MCCCXXII, quod prædictum feretrum pauperrime ferebatur circa villam, non multis personis etiam minimis [contradicentibus] sed major multitudo curavit in hoc anno, quod consuetum fuerat ab antiquo, & sic feretrum ab illis qui tunc aderant ad situm ejus debiliter reportatur. Posthinc *d* in solemnitate beatæ virginis Amelbergæ tanta serenitas erat, quod quasi generaliter omnes qui dicto festo Tamisiæ tunc

Tamisienses anno agunt

d

interfuerunt, mirabantur super hujusmodi festi diei claritate, quæ subito conversa est circa horam Vesperarum in tam immensam umbram & validam tempestatem tonitruum, fulminum & grandinum, cum vento valido & densa pluvia; & quasi generaliter omnes qui videbant illam horribilem auram, interire crediderunt, & diem judicii veraciter adfuisse. Et oriebatur infra Tamisiam, villam sanctæ Virginis Amelbergæ, sicque fere medietas fructuum hujusmodi villæ quassata fuit & destructa per grandines qui tunc in die ceciderunt. *MS. Mss.*

4 Et est hoc miraculose notarum, quam ultra limina * parochiæ sanctæ Virginis se [non] nisi modicum extendit, & aliquibus grandinibus, ad modum pomorum magnis, inveniebatur, ut impresse fuissent forma turpissimæ faciei, velut draconis aut alterius turpis animalis: & peritissimi viri asserebant, illam ingentem tempestatem specialiter a Deo Tamisiensibus esse destinatam in exemplar & castigamentum, memoriamque præfatæ tempestatis, ut beata virgo Amelberga a Tamisiensibus & ab omnibus Christianis diligentius imposterum honoraretur. Præsertim in anno Domini MCCCXXIII exhibebatur [tantus cultus] & tanta reverentia beatæ virgini Amelbergæ, quod vix unus solus remansit in domo custodiendo, quin ad feretrum beatæ Virginis ad supportandum omnes & singuli, senes cum juvenibus, in honorem & laudem ipsius concurrerunt, laudantes & exorantes sanctam Virginem, quatenus ad cælestem Regem specialiter pro Tamisiensibus, ac etiam omnibus Christianis interpellaret, ut ipse per suam misericordiam removere dignaretur ab omnibus Christianis comminationem tempestatis.

** leg. limites*

terribilis tempestatis passi.

B

5 In anno Domini MCCCXI, quædam mulier imprægnata a viro suo in villa Tamisiensi, oriunda & nutrita in eadem; dum tempus pariendi ejus adesset, infans in utero mulieris illius moriebatur, & nullo modo potuit ab infante liberari, sed dolens & infirmata fere per medietatem unius anni, ultra terminum pariendi, sic permansit. Quæ tandem consilio quarumdam matronarum freta, fideliter invocavit beatam Amelbergam, ut deprecaretur Dominum Jesum Christum, quod ab infante, quem mortuum in utero sensit, liberari posset. Ipsa quoad vitam suam singulis annis vovit, se basilicam sanctæ virginis Amelbergæ peregrinando visitaturam. Et voto facto, statim infans mortuus exit per foramen juxta umbelicum ejus membratim. Primo caput & deinde caro per fracta cum cunctis ossibus infantis ejiciebatur, & mater precibus & auxiliis beatæ virginis Amelbergæ, non post longi temporis spatium, ab illius partus infirmitate reddita fuit pristinæ sanitati.

Mulier in partu privilegiatur fœmale.

F

6 Anno Domini MCCCXXIII, sedens ultra Sealdam, in loco qui dicitur Deert *e* Theutonice, quædam mulier, habens in gremio suo quemdam infantulum ejus, sanum & hilarem existentem, qui continuo pallidus effectus exspiravit. Mater ejulans & exclamans voce magna vicinos convocavit, qui incitaverunt eam invocare beatissimam virginem Amelbergam super mortuo filio suo. Quæ statim dum promisit eumdem offerre Virgi-

Sepelitur infans mortuus,

e

ni,

EX MSS. ni, cunctis ibidem vicinis videntibus, puer ille, quasi expergiscens, sine mora revixit.

Sanitas contemptui gravitèr commissa.

7 Anno Domini MCCCXX, quidam vir oppidanus in Rupelmonda, in profesto beatæ virginis Amelbergæ, circa horam primam parari cibaria sibi præcepit ad prandendum, & poni mensam. Cui respondit uxor ejus dicens: Jejunium est beatæ virginis Amelbergæ. At ille respondens, dictum uxoris sum vilipendens, beatam Virginem [contemnebat] & increpabat uxorem suam & totam familiam domus sum, dicens; jejunium est fatuitatis; obloquensque beatæ Virgini frivolis verbis & inhonestis, ad mensam ejus sic resedit; & dum cibum sumere cœpisset, primam buccellam panis, quam habebat in ore, glutire nec vomere potuit; sed contractis membris ejus, in extasi effectus est, & totus mutus & quasi mortuus ab omnibus putabatur. Videntes autem uxor ejus & filii filiæque attoniti, vicinos convocantes, flexis genibus, ad terras humiliter
B [se] prostraverunt, & voce lamentabili cœperunt invocare beatam virginem Amelbergam, ut ejus intercessione sanaretur. Mater eorum & filii voverunt impransi nudique pedes, cum ipso sanctam basilicam Amelbergæ virginis, peregre, cum oblationibus eorum, in laudem Virginis visitare, omnibusque diebus vitæ suæ sanctam Virginem singulis annis in profesto suo promittendo adire peregrinando. Paulo post eorum pater sanatus est, & cœpit loqui, veniam petens incessanter a Virgine sancta, seque confessus est coram omnibus, in ipsam Virginem cogitatibus & verbis graviter deliquisse; surgensque sine temporis intermissione, templum Amelbergæ virginis devotissime cum oblationibus & amicis visitavit in illa die.

8 Anno Domini MCCCXX, quædam matrona commorans in Erdenborch *f*, habens filiam, quæ caduco morbo feriebatur, audivit mater miracula recitari, quæ fiebant Tempseca per beatæ virginis Amelbergæ gloriosas interpellationes ad Jesum Christum. Mater invocans sanctam Virginem, promisit ei, quod si filia sanaretur, numquam ornato capite choreis aut nuptiis interesset, vel sponsalibus, donec sanctam ecclesiam beatæ virginis Amelbergæ in Tempseca, cum oblationibus personaliter visitasset, quæ sanata fuit ab
C infirmitate sua. At postmodum immemores mater & filia voti facti, fere per annos tres transactos; quædam sponsa, neptis filiæ mulieris hujus, in quodam die festo, dum deberet matrimonio copulari, rogavit neptem ejus, scilicet filiam hujus matronæ, quod eam præcederet, nuda caput, cum ceteris virginibus, sicut mos est in talibus oppidis, & in aliis civitatibus & in villis magnis.

f Puella caduco morbo laborans.

9 Mater nocte præcedente dum lavare cœperat caput filiæ suæ, ut in secunda die decentius incederet, & ornatius inter alias puellas cum indumentis suis nuda caput appareret; porro filia, sub matre lavante, caput percussa morbo terribiliter caduco, quem non senserat per tres annos, recordata est mater promissionis, quam nondum impleverat beatæ Amelbergæ Virgini. Cœpit iterum mater lacrymari, & altissima voce clamare; Miserere nobis virgo sancta Amelberga, quia peccavimus tibi; sana filiam meam, & quoad vitam

emissa vox sanatur?

nostram, quolibet anno cum oblationibus nostris, in laudem & honorem nominis tui, visitabimus in Tempseca sanctum templum g tuum. Iis dictis, iterum filia convaluit, & laudare cœpit & benedicere beatam virginem Amelbergam. Quæ mane surgentes mater & filia, cum muneribus & oblationibus, in Tempseca beatæ Amelbergæ virginis sanctum templum visitantes, & qualiter eis hæc evenerunt, omnis coram sacerdotibus ibidem & omni populo verbotenus enarraverunt. D

g

10 Anno Domini MCCCXXIII, quidam nauta, cujus guttur inflatum erat, circiter octo dies passus est angustiam magnam; & dum quodam die cibum sumere conaretur, in mensa solam buccellam panis imponere nequivit ori suo; nec anhelitus ejus per arterias intrare poterat vel exire: statim, eo invocante beatam Amelbergam, sanatus erat ab inflammatione, cum oblationibus adiens ecclesiam, [&] benedicens beatam Amelbergam.

tumor inflatis guttur,

11 Anno Domini MCCCXXII, quidam vir E oppidanus in Mechlinia *h*, furiosus & amens omnium sensuum ejus, ligatus erat ferrea compede, & fere duodecim funibus circa manus & pedes, & a pluribus in furiositate tenebatur. Sed tandem inter omnes ferrum cum omnibus cordis disrupit, & in eadem hora beatam Virginem invocavit, dicens: Adjuva me beata virgo Amelberga. Qui statim, annuente Deo precibus Amelbergæ virginis, recepit perfecte quinque sensus ejus: & in secunda die mane surgens, ferrum propriis manibus ejus, in exemplar omnium, ad templum sanctæ Virginis apportavit. Quod ab omnibus videri potest usque ad hodiernum diem.

furiosus.

12 Anno Domini MCCCXXIII, quædam mulier vidua, in villa Tamisiensi, quamdam habuit puellam, circiter septem annos habentem, ponens illam ad custodiendum pullos aucarum *i* in plateis. Quadam die sedebat illa puella supra quamdam fossam, non procul a domo matris ejus, & ex voluntate Dei omnia membra ejus contracta permanserunt illo loco, quod moveri per se ipsam nequivit. Mater ejus advenions dixit, F filia surge, & mater eam tetigit & traxit manibus ejus: sed remansit immobilis, quasi lapis. Mater vero tunc contristata nimium, sublevans filiam suam in humeris, in domum propriam cum corde gementi portavit. Tandem invocans beatam Amelbergam, in filiæ suæ subsidium & juvamen, [oravit] ut ejus membra sic contracta pristinæ sanitati restauraret. Quæ per aliquot dies impotens in lecto jacuit, & mater confidenter oravit, quod per preces beatæ Virginis erexit se puella de lecto, & cum matre & aliis vicinis ejus venit ad templum beatæ Virginis hilaris & sana, relinquens oblationes super altare beatæ Virginis.

puella contracta.

i

13 Anno Domini MCCCXXII, quædam mulier in Hulst *k* commorans, laborans in partu, peperit infantem super caput habentem massam carnis in magnitudine fere capitis sui; quod videntes mater ejus & complures aliæ mulieres, ultra modum contristabantur. Et mater advocari jussit chirurgicos & incisores vulnerum peritissimos, qui remedium exhiberent adscindendo hoc fructum carnis, taliter

& mulier ex partu affecta.

k

A taliter innatum capiti infantis filius: sed nullus chirurgicorum, propter periculum mortis pueri, licet ad hoc a parentibus exhortaretur, apponere manus ejus audebat, sed puer ita remansit. Mater vero dolens multum, recordata est in eadem nocte miraculorum beatæ Amelbergæ virginis, corde lugubri jugiter invocans ipsam sanctam Virginem super filii sui sanitate; quod si convaluerit infans & annihilaretur illius carnis inflatio, veniret mater, quam cito surgeret *l* a decubiis *l*, ut beatæ virginis Amelbergæ filium suum cum oblationibus immolaret. Quæ tunc inflata caro capiti penitus evanuit & annihilabatur; & precibus beatæ Virginis, effectus est infans sanus in capite: & mater ejus infantem, sicut promiserat, in templo Virginis Tamisiæ præsentavit.

P. Dominicanus male suo miraculis fidem habere dicit.

14 Anno Domini MCCCXVIII quidam Jacobita, Ordinis sancti Dominici, nomen habens frater Joannes de Boneftele, bonæ memoriæ, prædicator ultra Scaldam in terra Wasiæ, prædicans in loco, qui dicitur Perbane, ibidem congregata magna multitudine populorum, & recitans plura miracula beatæ virginis Amelbergæ, quæ repererat idem
B frater in Legenda beatæ Virginis de spatio longi temporis in templo suo Tamisiæ scripta, sermone suo completo, rediit Antverpiam ad Fratres ejus; eademque die sedens in cella sua solus, intra se recordatus est sermonis ejus facti in illa die, & miraculorum beatæ Amelbergæ, dubitans & hæsitans, ut in pluribus quæ prædicaverat populis veraciter, sine *m* possent esse vera, loquensque
m ad interiorem hominem sui [&] dicens: Talia non sunt, licet ab aliquibus ibi sunt annotata. Iis actis & dictis intra se, sine aliqua temporis intermissione, frigus eum invasit acsi febricitare cœpisset, & impotens factus est omnium membrorum ejus, nec solum verbum proferre potuit ore suo. Qui statim ingemiscens tota mentis intentione, cordeque firmissimo sanctam invocans Amelbergam, de commissis in ipsam, humiliter veniam postulavit; & post modicum temporis
C assecutus est sanitatem, laudans & benedicens ipsam Virginem; vovitque se fideliter quolibet anno in festo virginis Amelbergæ prædicaturum laudem Virginis in loco qui dicitur Banc *n*, quoad vitam suam. Et hoc
n ingens miraculum immediate fratribus ejus intimavit, & quamdiu vixit, semper interfuit festo Virginis sermocinans, & ibidem publicavit imprimis miraculum suum, qualiter acciderat sibi, cum aliis miraculis beatæ Amelbergæ.

ANNOTATA.

a Rhombus *piscis planus est, a figura sic dictus, de quo etiam egimus ad Vitam S. Ottonis 2 Julii pag.* 479: *Belgice vocatur* tarbot *seu* terbot; *gall.* turbot.

b *Tritum hic & in Actis vocabulum, quod lexicographos exercet; hic & superius non solum pro pago, urbe aut oppido accipitur, sed pro tota paraciæ alicujus extensione.*

c *Vox varior, pro nobili, opinor, femina, quemadmodum Viri nobiles olim milites dicebantur. Cetera quæ observari hic possent, satis intelliguntur.*

d *Hæc & similia barbara, tum in verbis* D
tum in sensibus, quibus hæc miraculorum historia EX MSS.
abundat, vix annotari merentur. Hinc inde unus concinnis, quæ ad claritatem juvare possunt.

e *Una circiter leuca distat Tamisia in occidentem, quemadmodum Rupelmonda inferius in orientem.*

f *Ardenburgum oppidum novi in Flandria, non procul Sluisa situm: an hoc indicetur, nescio.*

g *Dum hic legis* templum S. Amelbergæ, *alibi* ecclesiam *vel* basilicam, *intellige eo sensu quo supra diximus; eam nempe in eo templo coli, at ipsum beatissimæ Virgini Mariæ dedicatum esse.*

h *Notissima civitas, Belgii ecclesiastici metropolis, Tamisia in meridiem distat leucis minimum quatuor.*

i *Intelige hic rursus* anseres, *sed forte paulo magis cicures; qua ratione a silvestribus distingui possunt, quos* gances, *seu* ganzas *in Vita appellatos vidimus cap.* 3. *Vide annotata ad litt.* i.

k *Oppidum Flandriæ, satis notum, ultra Wasiæ fines in septentrionem, Batavis acatholicis modo subditum.*

l *Intellige a* puerperio.

m *Gallicismus, ni fallor, quo vult dicere* E
Prædicatorem ipsum, ut vera asseruisse miracula, quæ possent esse falsa.

n Banc, Ter banc *locus est, de quo num.* a *supra, ubi congregabatur populus ad supplicationem feria* IV *Pentecostes: unde docemur, concionem ad populum ibi etiam olim haberi solitam.*

Miraculorum continuatio.

ANno Domini MCCCXII *a* quidam vir *a*
operarius, dum castrum de Boverne *b* *b*
altiorabatur, pro diurnis denariis ibidem laboravit, portando lapides machinatoribus, & latomis ministrans. Accepit lapidem immensum & appositi collo suo, qui præ nimio onore lapidis, lapsus est ad terram; & cecidit lapis ille super manum ejus, & conclusit eam inter duos lapides; & tantam recepit læsuram, quod nulli chirurgici manum illam curare poterant, licet plures magistri ad sanandum eam adveniissent. Unde vir ille tantum sensit dolorem in illa manu, quod in fine magistri dicebant, manum infectam & accensam igne, & nullum aliud esse remedium, nisi manum amputari. Et die secunda convocati sunt amici ejus, qui cum magistris ibidem adessent: & magistro uno præparante instrumentum ad hoc aptum, supervenit in domum illam vir quidam antiquus, canus multum, & loquebatur uxori hujus infirmantis in hunc modum; Manus viri vestri sanabitur infra triduum, si beatam virginem Amelbergam puro corde visitaveris in Temseca cum decem peregrinis: & extrahens quoddam viride folium cujusdam herbæ, posuit super manum illius; & jussit ut non amoveret nisi tertia die transacta, & immediate recessit, incognitus ab omnibus illis. Et dum aliqui eorum insequerentur eum per plateas ad interrogandum ab ipso plura bona, nullibi potuit inveniri: & uxor illius surgens die tertia summo mane, votum peregrinationis, sicut præceperat ei ille bonus homo, fideliter adimplevit; & cum in sero domum rediisset, invenit maritum ejus hilarem, sanum, laudantem & benedicentem Dominum & beatam Amelbergam, quod precibus & meritis ejus omnipo-

Manus contrita restituitur.

F

EX MSS. tens Deus manum ejus ab omni læsione sanasset: & sanatus absque mora similiter ipsam Virginem peregrinando visitavit.

femina a periculo mortis liberatur.

16 Anno Domini MCCCXXVII, quædam juvencula multum innocens, decepta a nobiliori viro, concepit puerum ab illo: qui dum percepisset, illam impræguatam, repulit eam, improperans ei sæpius & imputans, alios viros secum concubuisse. Ex quo illa plurimum contristata cœpit invocare omni die sanctam Amelbergam imis singultibus, ut eam consolaretur in hoc magno dolore, quoniam pura esset a consortio omnium aliorum virorum. Hæc tristis & mœsta manens, ob hoc quod eam amasius ita verbis suis diffamaverat, IX mensibus elapsis, peperit filium unum. Amasius ejus intrans thalamum, ubi tunc in decubiis illa jacebat, evaginato capulo accessit ad lectum amasiæ suæ, dicens: Nunc apparet quod tu cum alio concubuisti, & nunc te interficiam hoc cultro; manus meas non evades. Illa tunc flebili corde fideliter invocavit beatam Amelbergam, ut
B ipsam ab illo furibundo & insensato liberaret. Et statim cecidit ille directo dorso versus terram; surgens primo secundoque, sed tertio surgere non valuit. Jacebat impotens omnium membrorum ejus, quasi exspirasset, donec vicini thalamum intrassent, flentes & repercussi nimium super illo, quasi mortuo, sic jacente. Venerunt visitare beatam Amelbergam, ut ille precibus ejus reciperet sanitatem. Qui statim surgens, confessus est coram omnibus, voluntatem habuisse illam interficiendi, diabolica suggestione, nisi beata virgo Amelberga ipsum constrinxisset: veniam ibi postulans de commisso, ipse cum amasia sua & cum aliis pluribus personis, peregre limina capellæ beatæ virginis Amelbergæ, in honorem ejus & laudem visitaverunt; & voverunt, se quousque viverent, semel in quolibet anno visitaturos.

Intredulus respicit.

17 Anno Domini MCCCXXVII, feria quinta post Purificationem beatæ Mariæ Virginis, vir unus & duæ mulieres interfuerunt miraculis quæ fiebant in capella beatæ virginis Amelbergæ: videlicet quod duæ mulieres obC sessæ liberabantur. Una earum a duobus dæmonibus, altera a tribus, in una hora simul & semel: quod miraculum raro visum est fieri in ecclesia aliqua. Iverunt a Tamisia ad ecclesiam de Rupelmonde, invenerunt ibidem congregatos scabinos, & alios probos viros ipsius villæ, loquentes de negotiis eorum. Narraverunt illis miracula facta in ecclesia Tamisiensi; quorum unus scabinorum, non credens, sed subridens, dixit: Hæc non sunt vera quæ narratis; & immediate, verbis illis ab ore suo prolatis, remansit immobilis & mutus, & impotens omnium membrorum ejus. Quem amici ejus posuerunt in curru, & transvectus [est] eadem die usque ad atrium beatæ Amelbergæ: & dum levaverunt eum de curru, ponentes super garrasc atrii, statim auxilio beatæ Amelbergæ, resumpsit ibidem omnium membrorum ejus sanitatem; & accedens ad sepulcrum & altare ejus, cum amicis & aliis bonis parochianis Tamisiensibus, laudans & benedicens beatam Amelbergam, reliquit ibi oblationem ejus, & rediit domum suam hilaris & sanus.

18 Anno Domini MCCCXXVII, mense Augusto, in vigilia Assumptionis, quædam domicella patiebatur cordiacum, id est morbum cordis gravem, ita quod amici ejus desperabant de vita ipsius. Inter cetera consuluit una matrona illi mulieri infirmanti, quod ipsa invocaret sanctam Amelbergam; & illa promisit, sanctam Amelbergam visitare nudis pedibus, & immolare ei cor unum factum de cera, continens unam libram: & dum hoc votum fecerat intentione bona, in hac hora sanabatur ab infirmitate sua; quæ tertia die sequente, sicut voverat, beatam Amelbergam visitavit. D *Curatur morbus cardiacus.*

febris.

19 Anno Domini MCCCXXVII, feria secunda post festum beati Laurentii, quædam mulier febribus graviter occupata, vovit peregrinari beatæ Amelbergæ; & voto facto, febres deinceps evanuerunt, & omnino sanabatur ab ipsis, precibus beatæ Virginis: & simili modo sanati sunt multi a febribus, & ab infirmitatibus diversis in eodem anno.

& tumores.

20 Anno Domini MCCCXXVII, quædam puella decem annorum vel circiter, obsessa a spiritibus immundis, introducta erat in capella beatæ virginis Amelbergæ; quam sacerdos unus conjurando conjurationibus magnis, & in balneo *d* ponendo conjuravit, & fortiter tentavit, ut ab immundis spiritibus liberaretur, absque corporis illius & aliorum læsione: quæ in die nona, eadem nocte sequente, dormiens coram altari liberabatur ab omnibus vexationibus dæmonum; & summo mane confessa est coram sacerdotibus & aliis viris probis se esse omnino sanatam, precibus & meritis beatæ virginis Amelbergæ. E *d*

Violat filiam;

21 Anno Domini MCCCXXVII, quædam juvencula, cujusdam viduæ filia, præparavit se ad filandum *e* in profesto Amelbergæ circa horam nonam, & involvit colo suo lanam. Mater ejus ait illi; Filia mea desine filare, quia festum est beatæ Amelbergæ: tu vides peregrinos transeuntes versus villam Tamisiensem, in honorem beatæ virginis Amelbergæ. Cui filia respondit; Nulla mihi est de hoc cura; ego lanam meam in colo meo volutam omnino filabo priusquam advesperasset. *e* F Et cum hæc verba protulisset, immediate cecidit a scabello, supra quod sedebat, ingemiscens & clamans quasi lunatica, & graviter omnia ejus membra torquebantur. Invocantes mater & vicinæ mulieres beatam Amelbergam pro sanitate illius: & vovit illa, quousque viveret, in quolibet anno circuire villam Tamisiensem cum feretro beatæ Amelbergæ. Statim, voto facto, cessavit in ipsa infirmitas: & in eadem die visitavit illa juvencula sanctæ Amelbergæ capellam, in honorem & laudem ejus.

& furti revelatio.

22 Anno Domini MCCCXXVII, in profesto beatæ virginis Amelbergæ, quædam mulier dives, diabolica suggestione, furata est XXI ulnas panni linei optimi circa horam nonam: & dum illa, cui sublatus erat pannus, percepit se perdidisse, cogitabat huc illuc, quisnam abstuliisset pannum ejus. Et hæc mulier habebat quamdam juvenem ancillam pectricem *f*, operantem in lanificio, quæ fuit extranea, sicque illa, quæ perdiderat pannum, & etiam maritus ejus imputabant illi pectrici, pannum abstuliisse, vel per consilium ipsius esse sublatum. Ipsa tunc pectrix con- *f*

A contristari cœpit & negare, quod nihil penitus inde sciret, & inculpabilis esset ab illo furto, flens & orans tota nocte genibus flexis & manibus plausis, beatam Amelbergam lacrymis amarissimis interpellando deprecabatur, ut ipsa Virgo Deum cœli exoraret, quod ipse per suam misericordiam dignaretur ostendere, quisnam hoc furtum fecisset: ipsa jejuna, nuda pedes, in Temsecam, quam cito diesceret, ipsam peregre visitaret, quod & fecit. Et dum hæc pectrix ad domum illam, ex qua mane exierat; rediisset, inventa est fur illa super eamdem fossam, in qua furtum fecit, ibidem volens occultare pannum in aquam, sed nullo modo manus ejus potuit abstrahi ab illo per se vel per alium, qui libenter scandalum illius mulieris occultasset. Tunc confluxerunt vicini, etiam ipse Dominus temporalis, qui omnes unanimiter invocaverunt beatam Amelbergam, ut misereri dignaretur illius mulieris. Oratione facta, mulier surrexit, dicens B omnibus, quod beata Amelberga ipsam coegisset ad pannum reportandum. Et ipsa tunc liberata est; & ob honorem beatæ Amelbergæ, Dominus temporalis dimisit omne factum, & eadem die tres illæ mulieres cum multis aliis visitaverunt ecclesiam beatæ Virginis.

22 Anno Domini MCCCXXIII, mulier quædam in villa Tamisiensi, carens visu, ducta est in capellam beatæ Virginis, & precibus ejusdem Virginis recepit visum.

cœca ad fon reßituitur,

24 Anno Domini eodem, filius mulieris habens annos quinque cum dimidio, positus est ad custodiendum aucas, obdormivit in plateæ juxta domum matris ejus: dum a somno surgere credidit, impotens erat omnium membrorum. Ejus mater apportans eum in ulnas suas in domum ejus, invocans beatam Amelbergam ob salutem filii sui graviter infirmantis, vovit offerre filium ejus cum oblationibus, & peregrinis omnibus, quos congregare posset, beatæ Amelbergæ in capella ejus. Voto facto, filius ejus sanus effectus est, peregre profecti sunt in honorem beatæ Amelbergæ.

& integro membro contracta.

C 25 anno Domini MCCCXXVII, mense Junii, sabbato ante festum natalis sancti Joannis Baptistæ quædam juvenis mulier, quæ per quatuor annos vel circiter exercuerat vitam immundam, sæpius interpellavit beatam Amelbergam, ut Christum pro ea deprecaretur, ut ipse per suam misericordiam cor ipsius in melius converti g dignaretur, & a vita meretricali ipsam liberaret. Hæc mulier feria quarta in diebus Pentecostes, dum feretrum beatæ Amelbergæ circa villam Tamisiensem portabatur, vovit beatæ Amelbergæ, intima cordis compunctione, se per annum se ab illis illicitis peccatis abstinere. Exiens villam Tamisiensem sabbato prædicto versus Gandavum ire proponebat. Venit ad puteum ex quo beata Amelberga tempore vitæ suæ hausit aquas, & ingeniculavit se juxta puteum coram cruce, & reliquit ibi oblationem unam, in honorem beatæ Amelbergæ, quod eam defenderet a peccatis, omnibus diebus vitæ suæ. Et ipsa surgens, volens recedere, omnia membra ipsius sunt contracta, quod recedere nequivit ab illo loco.

Meretrix Sanctam invocans,

16 Et ipsa statim cecidit, juxta puteum obdormiens, ab hora prima usque in horam nonam; cui somniando apparuit albis indumentis vestita mulier quædam, & faciens in puteo tumultum magnum; & mulier expergiscens, nil invenit. Et iterum surgens, tentavit recedere putabat, & non potuit transire metas illius loci, in quo Amelberga solebat conversari. Convocatis ad hoc miraculum omnibus presbyteris & clericis, & fere populo totius villæ Tamisiensis, nullus hominum eam abducere valebat, sed tota nocte in illo loco permansit. Mane facto, exuit se omnibus vestimentis suis, & beatæ Amelbergæ immolavit; & sic eam capellam suam intrare & visitare permisit, & divinis officiis interesse non defendit, sed in locum suum, divinis peractis, semper redit. Et si aliis negotiis vacare vellet, pedes & manus ita sunt contracti, & sic infirmatur, quasi statim moreretur.

ex hujus oppositione ad bonam frugem redeunt.

ANNOTATA.

E

a *In Comment. prav. num. 64 monuimus, in miraculorum ordine seriem chronologicam omnino desiderari, qui fuit ullo rerum dispendio observari potuisset.*

b *Distat Tamisia leucis duabus. Castrum, de quo ibi agitur, modo destructum est.*

c *Quæ sint ipsa* atrii garræ; *fateor me non intelligere: An fortasse quod in atrio flamma aut repositoria fuerint, quæ scriptor* garras *vel* gerras *potius vocet, quæ vox nota est.*

d *Neque satis capio, quid hic sibi velint adhibita in ecclesia Tamisiensi ad exercitium mulierum balnea.*

e Filare *a Gall.* filer, *pro* nere.

f Ancilla pectrix, *eruus* manibus plausis *& similia ex adjunctis intelliguntur.*

g *Idem dicendum de hac & pluribus conversionibus, hic & in decursu satis dictis.*

Miraculorum pars tertia.

F

Obsessæ a Sancta adjutæ.

QUodam tempore duæ mulieres in territorio de Brabantia juvenes, una maritata, altera Beghina, in villa, quæ dicitur Raemsdonc, tunc commorantes, distantes tribus leucis aut paulo minus a villa Tamisiensi, gradiebantur & erradiabantur *a* in plateæ quadam. Una illarum, habens pomum in manu sua, evaginavit cultellum ejus & divisit pomum in duas partes, & tradidit unum frustum consociæ; quæ sic invicem loquentes de vanitatibus, una tunc tres spiritus malignos, & altera duos cum frustis pomi comederunt, & ultra modum ab iis spiritibus malis vexabantur: unde parentes earum puellarum & amici nimis cœperunt contristari. Quæ mulieres obsessæ tunc transvectæ sunt prope Mechliniam, in quadam ecclesia S. Mariæ, quæ dicitur Haasvyc, ut ab adjurationibus sacerdotum a dæmonibus liberarentur. Quæ sic morum trahentes ibidem, sacerdotes adjurando per mensem unum, nihil penitus in illas obsessas proficiebant, & reversæ sunt ad villam propriam & ad domum. Et dicit mater unius mulieris obsessæ, interrogans unum dæmoniacum, qui filiam ejus ita vexavit: Cur, inquit, hanc innocentem creaturam sic tor-

Digitized by Google

EX MSS. torques, & cur tale vas innocuum intrasti? Dæmon ait matri: Filia tua hæc non promeruit; sed ad castigamentum omnium Christianorum. Cui mater: Quamdiu vexabitis ambas istas? Dæmon ait; modicum temporis; una virgo ultra Scaldam, nigra monialis, nos a corporibus iis fugabit, & precibus illius illæsæ permanebunt & sanabuntur.

sed vetl damnomo per atrium tertia,

28 His auditis, mater illa & amici ambitum vovebant, sine ulla dilatione templum beatæ Amelbergæ, in honorem ipsius, eam viginti sex hominibus visitare peregrinando. Et statim, voto facto, mulieres illæ obsessæ, quasi nihil mali sentientes, propter sanitatem quam receperant, per aliquos dies moram trahentes, votum peregrinationis suæ, sicut voverant, non adimpleverunt. Quæ quadam nocte cœperunt graviter infirmari, & a dæmonibus vexari, quod quasi fierent amentes & tam furibundæ, quod vix amici earum secum ausi sunt conversari. Et mane facto iter arripientes, lacrymabili voce amici earum [perrexerunt] invocantes beatam
B Amelbergam super has offensas. Tunc dæmones in ipsis quieverunt, surgentesque mulieres obsessæ, cum amicis earum, iverunt pacifice versus Tamisiam, peregrinando, donec fanum Amalbergæ oculis conspexerunt. Quia tunc una illarum improperare cœpit aliquibus facta secreta; & altera mulier muta facta erat a secunda feria usque ad feriam quintam, quod non proculerat solum verbum, & per violentiam trahebatur in navim ad transeundum Scaldam. Et dum ad atrium appropinquassent, nullo modo intrare ecclesiam voluerunt, ita quod unam sex viri fortes, alteram quinque in capellam beatæ Amelbergæ ante altare ejus cum magna vi traxerunt & ad terram posuerunt.

Tamisia liberantur.

29 Quæ cum omnibus membris palpitando, licet fortiter tenerentur, in presbyteros ibidem & in facies hominum stridentes & conspuentes, unum arripere, alterum percutere conabantur, & terribiles clamando sonos emiserunt. Et cum sacerdotes illas obsessas circa horam sextam circumcinxissent, illa muta loqui cœpit, & dæmon unus respondit
C sacerdoti. Cui sacerdos ait: Te & consocios tuos exire vasa hæc oportet. Qui respondit; adhuc non recedemus. Item interrogatus dæmon, dixit; quod essent tres mali in una illarum, & in altera duo, & quod circa nonam, vel paulo post, exirent corpora illarum illæsa; quia beata Amelberga eos cogeret, quod neminem lædere possent. Et dum conjurarent illas sacerdotes, corpora earum ita inflata erant, quod colla earum grossiora capitibus videbantur. Et sacerdos circumcinxit collum unius obsessæ cum stola, & dixit dæmonibus: Jam exite ab hoc vase. Dæmones dixerunt: Via nobis est pro nunc nimis stricta ad exeundum. Tunc sacerdos abstraxit stolam, & immediate unus malus exivit, & semper uno exunte alter remanens, exeuntem consocium suum proprio nomine nominavit, dicens: Iste jam exivit. Et in hora nona jacuerunt illæ creaturæ quasi immobiles, ore aperto tamquam in extasi. Et omnibus spiritibus malis ejectis, surrexerunt ambæ mulieres simul & semel una hora, junctis manibus & genibus flexis, & invocare cœperunt humiliter beatam Amel- D
bergam, quod eam tam amicabiliter, precibus suis, ab illis malignis spiritibus plenarie liberasset. Hoc ingens miraculum visum est in capella beatæ Amelbergæ Anno Domini MCCCXXVII, mense Februarii, feria quinta post Purificationem.

Alia item virum violare cogitans,

30 Anno eodem, Dominica proxima sequente, introducta est quædam juvenis mulier obsessa a dæmonibus duobus, quorum unus exiens, tintinnabulum campanellæ beatæ Amelbergæ, per medium, tamquam homo cum dentibus, sicut hodierna die in ferro patet, in duo frusta momordit, & ab alio maligno statim fit sanata. Et illa duo frusta tintinnabuli palam videri possunt in choro Tamisiensi. Ista sanata est a duobus dæmonibus; & dum reverti vellet ad partes suas, transactis quadraginta diebus, intravit capellam beatæ Amelbergæ, adorans eam cum sacerdotibus & aliis probis præsentibus ibidem. Et dum limen prædictæ capellæ transire credit, ad terras cecidit sicut lapis, & E
contrita sunt omnia membra ejus, & muta jacebat oculis clausis, acsi mortua fuisset. Tandem recepta pristina corporis sanitate, de consilio sacerdotum, vovit servire beatæ Amelbergæ quoad vitam suam, & quod numquam transferret se extra hæreditatem Amelbergæ, & quod ibi vellet vivere & mori; & quod ad sepulcrum ipsius beatæ Amelbergæ in capella sua resideret ad oblationes peregrinorum recipiendas, & fideliter dispensandas, juxta posse suum, omni die cum tempus postularet.

toties revolvitur.

31 Et hoc facto, datus est ei locus in domo Beghinarum. Et visum est a multis, dum hæc mulier in corde suo meditatur de repatriando *b*, statim ad terras cadit, & per *b*
longam moram, quasi exspirasset, jacet immobilis, & non suos viri quatuor tam fortes in Temseca, qui illam in illa hora, totis viribus eorum de terra levare valerent. Tale miraculum apparuit in hac muliere sexagesies & ultra; & toties cogitat de recedendo, castigatur & punitur in omnibus ejus membris, & quam cito pœnitet, tam cito sanatur. Et visum est, quod per duos dies F
& duas nocles capellam exire nequit, quia cor ejus induratum erat & voluntas erat recedendi. Et mater ejus carnalis confessa est coram pluribus, istam filiam cum anima & corpore, præsentasse beatæ Amelbergæ, ut quamdiu viveret, beatæ Amelbergæ ancilla maneret.

Sanatur infans a morbo caduco,

32 Anno Domini MCCCXXVI, die Martis post Matthiæ, quædam mulier ex quatuor officiis *c* habebat quemdam infantulum præoccupatum morbo caduco, quæ obtulit eum *c*
beatæ Amelbergæ, & sanatus est a morbo.

item mutus,

33 Anno Domini eodem, quædam mulier habebat filium mutum septem annorum, qui peregre visitavit beatam Amelbergam cum ipsa matre sua; qui confessi sunt, quod postquam votum peregrinationis fecerunt, filius ille loqui cœpit.

deinde cæcus. d

34 Anno eodem, quidam dives homo in Adlemannis *d* cæcus factus est per multos annos: cui in visione intimatum est, quod beatæ Amelbergæ duos argenteos oculos destinaret, & sic visum reciperet: quod ita factum est precibus beatæ virginis Amelbergæ.

35 An-

Servata domus ab incendio

35 Anno eodem, quædam vidua in Mechlinia visitavit beatam Amelbergam, quia domum ejus ab igne conservavit, ubi vicinæ domus ab utraque parte comburebantur, & domus ejus manſit incombuſta, Ex quo miraculo quasi tota civitas mirabatur.

Mortuus ſuscitatur

36 Anno eodem, quidam pauper in Wasia quinquennis, ab hora prima jacuit mortuus usque ad horam vesperarum. Parentes ejus invocaverunt beatam Amelbergam flentes & orantes, ut Deum pro filio submerso deprecaretur. Et statim palpitare cœpit, & revixit precibus ejusdem beatæ Amelbergæ.

Curatus energumenus e

37 Anno eodem, quidam fullo, purus laicus, qui numquam didicerat solam litteram, obsessus per quindenam, ita congrue latinebatur *e*, quod vix aliqui clericorum sibi respondere valuerunt; ductus erat in capella beatæ Amelbergæ; qui meritis ejus ab omni clade diabolica sanabatur: & numquam postea scivit latinum loqui.

Miserta homicidæ gratia.

38 Anno Domini MCCCXVIII, quidam homicida, de Brugis oriundus, captus & incarceratus in villa Tamisiensi propter homicidium quod fecerat, vovit feriare *f*, quamdiu viveret, beatæ Amelbergæ, & profestum ejus in pane & aqua quolibet anno jejunare, & camisiatus *g* cum feretro circuire villam ejus, ut eum ab hoc facto precibus suis, pro ipso ad Deum fusis, dignaretur liberare. Qui multoties eductus a carcere coram judicia laicali ad condemnandum pro illo facto & ad decapitandum; & stetit in medio scabinorum pluries, quasi traderetur in manus inimicorum ejus, videlicet fratrum illius quem interfecit, ut ipsi se de fratre eorum interfecto vindicarent. Sed tandem habebat fiduciam & consolationem in beatam Amelbergam, quod numquam pro illo facto esset moriturus, quocumque modo minarentur. Et sic detentus est in carcere per integrum annum. Et post annum sine custodia & indemnis liberatus est, adjutorio beatæ virginis Amelbergæ.

Vacca a morte exoneratæ.

39 Anno Domini MCCCXVII, tanta plaga erat vaccarum & boum in villa, quæ dicitur Offeneſſe *h*, quod ibidem una domicella viginti quatuor vaccas [haberet], quæ moriebantur, exceptis sex, quæ tunc supervixerunt. Et intravit quidam domum illius domicellæ, consuluitque ei, quod pro qualibet vacca ibi vivente, unum denarium *i* Parisiensem beatæ Amelbergæ cum totidem peregrinis voveret immolare: quo facto, vaccæ postea nullum patiebantur nocumentum. Et hæc Domicella, dum peregrinationem ejus implevit, confessa est coram pluribus, hoc miraculum a Domino Deo, in honorem beatæ Amelbergæ, sibi contigisse.

Tumatur dolor oculi.

40 Anno Domini MCCCXVIII, quidam sacerdos passus est in uno oculorum ejus immensum dolorem per plures dies, ita quod de nocte dormire nequivit. Habebat quamdam neptem servientem sibi, quæ sic ait: Domine, quare non vovetis visitare beatam Amelbergam? Vos auditis, quod ab omni morbo sanantur infirmi, qui confessi contritione cordis, adeunt ejus sepulcrum. Sacerdos renuens dictum & informationem neptis ejus, sequente nocte somniavit, se nudum caput & pedes esse in ecclesia sanctæ Amelbergæ; & quod ex illa nuditate nimis verecundaba-

tur erga sacerdotes & omnem clerum. Et dum expergefactus est a somno, sine mora profectus est ad sanctam Amelbergam peregre, sicut somniaverat in illa nocte, & rediens domum, infra triduum oculus ejus restitutus est pristinæ sanitati. EX MSS.

Mamma languens.

41 Anno Domini MCCCXXVII, quædam matrona languens absque ullo victu fere per triginta dies, vovit peregrinationem beatæ Amelbergæ, quæ nocte sequente, post votum factum sanabatur ab illa infirmitate precibus beatæ Amelbergæ.

Ova mirabiliter oblata

42 Anno Domini eodem, mulier vidua peregre visitans basilicam beatæ virginis Amelbergæ in Temseca, portabat ova ad immolandum beatæ Amelbergæ, & invenit capellam clausam, quia totus populus erat in villa, exceptis decem vel undecim personis antiquis, qui in ecclesia remanserant. Conquerebatur flendo, quod ad altare beatæ virginis Amelbergæ appropinquare nequiret: immediate de capella januæ clausæ, omnibus illis videntibus, aperiebantur: & illa intrante *k*, immolavit ejus ova ad sepulcrum ejus; reversaque muliere, statim januæ per se ipsas claudebantur. *k*

Domus ab incendio illæsa

43 Anno eodem, vidua quædam videns domos vicinas comburi, invocavit beatam Amelbergam: O! Virgo, conserva domum meam illæsam ab igne, precibus tuis fusis ad cælestem Regem; ego templum tuum, ad honorem nominis tui, nuda pedes, incamisiata peregre visitabo. Et post votum factum, ex utraque parte domus ejus, plures domus comburebantur & domus illius mulieris inusta permansit. E

puer submersus vita restituitur.

44 Anni ejusdem die Martis, mense Augusto post festum beati Laurentii, homo quidam habens avenam, filii quidem ejus in campo illius avenæ ludebant, quorum unus illorum cadens in fossam profundam plenam aqua, nescientibus aliis qui cum eo erant, per longam moram jacuit in unda submersus; videlicet quod pater tanto tempore cum runcina *l* sua vellens avenam, gradiens & regrediens, tribus vicibus bonarium *m* terræ [decurreret] priusquam memor factus est filiorum ejus. Et cum festinatione currens ad fossam, invenit filium ejus in fundum illius fossæ jacentem. Extrahens eumdem, nigerrimus apparuit puer ille, acsi exspiraſſet. Pater statim invocans beatam Amelbergam pro vita illius submersi, vidit tres venas moventes & percutientes in corpore illius; & ingemiscere cœpit, [&] Deo adjuvante, vitam resumpsit: & immolatus est beatæ virgini Amelbergæ, juxta sepulcrum ejus in capella Tamisiensi. *l* *m* F

ANNOTATA.

a *Intellige* errabundas *ambulasse animi gratia*

b Repatriare, *est patriam repetere.*

c *Flandria regio, Vvasiæ conterminæ, in quatuor partes, quæ Belgica* ambachten *dicuntur, divisa.*

d *Ex partibus Germanicis.*

e Latiocre *seu* latinare, *quid aliud significare potest, quam* Latine loqui?

f Feriare, *festum diem agere.*

g *More pœnitentium vel reorum quibus mulcta honoraria imposita est: hos noster* camisiatos & incamisiatos *vocat, ab indusio; gall.* chemise.

h *Pagus est ad Scaldim occidentalem, Zelandiæ vicinus.*

A i Desarint Parisiensis mss videtur hic aliter
xx Mss. accipi posse, quam pro decima parte libræ Parisiensis, gall. livre parisis, in Flandria usitatissima, quæ est media pars librarum nostratis, conflatque adeo assibus seu denariis decem, quales singulos pro singulis vaccis obtulit. Alii sunt denarii, quorum duodecim assem; alii grossi Turonenses, supra num. 1, qui faciunt assem medium.

k Nihil mutatum est, quandoquidem sensus satis intelligatur.

l Indicat certe falcem messoriam, cum runcina potius ferrea species sit; utque avena vellitur, sed potius abraditur. D

m Gall. bonnier, Flandr. bunder, jugerum.

Hedenus Tamisiensis coden de miraculis non nisi viginti annis patratis; ex quo specimine colligitur, ingentem messem emergere oportuisse, si patrum Tamisienses præteritorum, & sequentium hunc usque seculorum rationem habuissent. Narrant quidem, frequentissima esse & quotidiana in clientes suos familiæ & paradoxa Virginis beneficia & miracula, quemadmodum superius satis indicatum est in Commentario prævio; sed qui eo ordine enarraret, aut comprobata exhiberet, nemo reperitur est.

DE S. PETRO ABBATE

IN MONTE CAPRARIO PROPE PERUSIAM IN UMBRIA ITALIÆ.

J. P.

B

E

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Publicus Sancti cultus; Vita, quæ hic datur; ætas, qua vixit; qua occasione ad perfectiorem vitam conversus; monasterium, cui præfuit.

ANNO MVII. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc die x locum tribuit inter Cælites S. Petro, a loco, cui natalis debet, vel a monasterio cui præfuit, Perusino nuncupato; tametsi in Sanctos, inquit, solemni ritu, quod sciatur, relatus non est: quandoquidem Officio ecclesiastico ab ecclesia Perusina dudum colitur; atque adeo, teste ipsa audire, de confessi ipsius cultu ac publica veneratione ab immemorabili tempore satis constat. Et sane in involucro Vitæ ejus Ms., huc missæ, adscribitur, ex Italico se redditum a me Latine, celebrari festum ejus cum Octava in monasterio S. Petri Perusino monachorum Casinensium, ac diœcesi Perusina die x mensis Julii; monachis dicti monasterii, teste Jacobillo tom. 1 Vit. Sanctorum Umbriæ, pag. 700, Officio cum Lectionibus propriis, Clero autem Perusino sub ritu duplici de communi Confessoris non Pontificis, annuam hodie sancti Abbatis memoriam venerantibus[1].

§. Petrus colitur Perusii ab immemorabili tempore.

C

a Martyrologi Benedictini nomen S. Petri fastis suis accensuit. Dorganius se ipsum commemorat: S. Petri Abbatis, miraculorum gloria & vitæ sanctitate clarissimi. Eisdem pene verbis præcesserat Vivian. Perusii in monte Calvario S. Petri, primi Abbatis, ejus loci miraculorum gloria & vitæ sanctitate clarissimi. Accedunt Menardus & Bucelinus; cujus postremi elogium, ex nescio quo Fortunat. Vincent. mutuatum, vix meretur transcribi. Hæc etiam dies præterquam quod Ferrarius eum refert in utroque Catalogo; in eo, qui est Sanctorum Italiæ, vitæ ac miraculorum compendium edidit, postmodum a Mabillone relatum in Actis Benedictinis, Sæc. VI part. 2, a pag. 31. Idem præstitit Italice Jacobillus. Horum exemplum ipsum non est mihi sequi, daturis Vitam Ms., apud monachos Perusinos asservatam, e qua sua se accepisse, fatetur Ferrarius & Mabillo defectum illius Vitæ, quæ tunc carebat, compendio supplevit, addens, se, si ipsam Vitam posset aliquando integram obtinere, eam ad dicti voluminis calcem se daturum; quam deinde nactus, promissi loco vulgavit a pag. 761.

tujus antiqua fastis Benedictinis adscriptum.

3 Quam hic damus Vitam, Romæ missit die XIV Januarii anni 1651 P. Philippus Alegambe, Bibliothecæ scriptorum Societatis Jesu continuator. Conformitas apographi cum suo exemplari, e quo desumptum est, confirmatur publico ac juridico testimonio Notarii, ad finem ejusdem adscripto, ubi pariter, quo ex loco illud prodierit asseritur; quod idcirco non ab re fuerit proferre: Ego Sinibaldus Taffius de Perusia, publicus Apostolica auctoritate Notarius, judexque ordinarius, prædicta omnia & singula, prout & sicut in nonnullis chartis adinstar quarti folii chartæ bombaginæ asservatur in archivio venerabilis monasterii S. Petri de Perusia, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cassinensis, sito in dicto monasterio: in quo quidem archivio scripturæ & alia, ad dictum monasterium spectantia, asservantur, & asservari solent sub clave, & diligenti ac fideli custodia detinentur, descripta inveni, ita ut singula fideliter de verbo ad verbum, per alium mihi fidum copianda, & exemplanda commisi; nil tamen addendo vel minuendo, nisi fortasse punctum vel syllabam, per errorem tantum; non autem, quod in aliquo possit mutare substantiam & vitiare veritatem; factaque collatione cum dicto originali, & cum eo concordare inventa, salva mihi semper &c., & non aliter &c. In fide &c., mea manu propria subscripsi & publicavi requisitus, sub anno Domini MDCL, Indictione III, ipsius pontificatus sanctissimi in Christo Patris & D. N. Innocentii X, divina providentia Pontificis Maximi, die vero XXV mensis Septembris. F

Visum est exemplaria, e quo desumpta est copia, formam esse probatur judicio testimonii

4 Porro variantem seddo earum, quæ imperitia circa fraudo ille apographo præfixit. Expressimus verum quam observando quadam compendiarias, satis crebro recurrentes, seu abbreviationes, ut vocamus, integras reddidi; nonnulla scripturæ mendo emendavi: alia uncis inclusa,

A *clusa, e Mabillone vel ex alio nostro Ms. de quo statim, restitui. Denique paucula, in nostro, quod excudimus, Ms. praetermissa, ex utroque hoc exemplari huc transcribenda censui, quibus narratio tota vitae, mortis ac miraculorum absolvitur:* Videns itaque populus tale miraculum, *quod habes in fine vitae hic editae de vento valido, arbores radicitus evellente, ab non servatum annuum Sancti festum*, statuerunt, ut anniversarius ejus dies (*edita a Mabillone* addunt quolibet anno) solemniter celebraretur, & sic usque in hodiernum diem ab omni populo ejus tumulus veneratur, atque beneficia spiritualia, operante gratia divina, devote poscentibus ministrantur. *Clausula haec suspicionem mihi movet, nostrum apographum sapere majorem antiquitatem, eo quod illa careat, quae posterius videtur ab interpolatore fuisse adjecta. Et vero si ea a primo Auctore addita fuisset; posterior, ut arbitror, non omisisset, ad publicam Sancti venerationem & gloriam haud mediocriter conducentem. Edita a Mabillone, tametsi in substantia cum utroque exemplari nostro satis conveniant, videtur tamen redolere aliquantulam expolitionem, nonnullis locis plus uno aliquanto concinnius ac nitidius expressis. Periodus ibidem in fine num. 4 posita, quae pariter legitur in alio nostro Ms., & quae proxime hanc ibidem subsequuntur, indicant scriptorem miraculis, a Sancto patratis, quae recenset, atque adeo ipsi Sancto si non aequalem, saltem supparem fuisse, vel non magno temporis intervallo ab eodem remotum:* Operatus est autem per illum Dominus miraculorum virtutes plurimas, quas, illis referentibus, qui ea oculis viderunt, novimus. *Quae verba nostrorum Mss., quod typis subjicimus, non habet.*

De tempore, qui vixit Sanctus

5 E variis characteribus chronologicis, vitae hinc inde insperſis, colligi datur, quo tempore vixerit sanctus Abbas noster. Ibidem num. 2. significatur vixisse *cum Honesto, Episcopo Perusino, qui apud Ughellum inter istos Praesules locum obtinet vigesimum; quemque refer* anno CMLV ecclesiam S. Petri Perusiae olim cathedralem, monachis Benedictinis attribuisse, novamque cathedralem a Rogerio suo antecessore erectam consecrasse, *de qua te adisse Vitam eodem num. 2. Quo, uti habes num. 5 in fine*, peracto, auxilio Dei, opere, & ad calcem perducta ecclesia, advocatoque Praesule dictae civitatis,
C XI Kal. Decemb. in honorem Dei Deique Genitricis, sub nomine Principis Apostolorum ipsam dedicarunt circa annum Domini CMLXIX. *Numero 6 ponitur* S. Petrus *cum praefato Episcopo Romam profectus ad Joannem* XIII, *ante finem utique anni* 971, *quo e vivis abiisse ponitur, die* XVI *Septembris. Quae alio numero habes de Ottone* I & II, *Berengario & Joanne* XII, *vide in Annotatis. Affirmat Mabillo ex aliis, Sanctum obiisse anno* 1007, *regiminis quadragesimo. Hinc argue*, S. Petrum *in lucem prodiisse circa saeculum decimum aliquantulum adultum, utpote circa annum ejus quintum supra vigesimum; quamvis de anno determinato nihil certi definiendum habeam.*

ovi & de modo, quo ad perfectiorem vitam transiit.

6 Jacobillus de Sancti ad perfectiorem vitam conversionis occasione narrat aliquid singulare, de quo nec apud Mabillonem, nec in utroque nostro Ms. sit mentio; nimirum, S. Petrum, *die quadam in ecclesiam ingressum, audivisse legi ex Evangelio verba illa, a Christo discipulis suis dicta:* Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde; *eumque sic ipsa verba accepisse, quasi sibi dicta fuissent; motumque a Spiritu sancto, ac rebus omnibus mundo remisso, secessisse ad monasterium quoddam Cluniacense; ubi monasticum professus institutum sit; at vulgata sanctitatis ejus fama, ab Honesto, Perusino Episcopo, ipsi concessam fuisse ecclesiam S. Petri, anno 966, ac condito abs se monasterio primum praefuisse abbatem. Ita ille; citans ad marginem* Lectionarium antiquum Ms. in bibl. S. Petri Perusini & Cath. d. civitatis, *quae securius admitterem, si vel ab Auctore Vitae, vel ab alio antiquo monumento forent confignata.*

Monasterii, cui Sanctus praefuit exordia & progressus s

7 Praedicti monasterii exordia & progressum ita describit Mabillo pag. 70: Cathedralis, *inquit*, olim ecclesia fuit, a primis ejusdem Antistitibus extructa, & S. Herculani Episcopi & Martyris, a Gregorio Magno laudati, sacris reliquiis ditata. Sed quod forte extra civitatem sita esset, Rogerius Episcopus novam in urbe Cathedralem excitavit incunte saeculo decimo, cujus successor Honestus, veterem S. Petri ecclesiam, ne inculta maneret, Petro nostro dimisit, data ei licentia
E monasterium construendi. Idque ipse statim executioni mandavit. Atque haec initia fuere celebris monasterii S. Petri in monte Caprario, quod diu a Cluniacensibus inhabitatum, Eugenius IV Pontifex, agente Johanne Andrea, Perusino Episcopo, anno MCCCCXXXV Casinensibus congregationis S. Justinae recenter erectae monachis attribuit; qui ibi hodieque perseverant. *Non, opinor, ingratum erit intelligere, quantopere a priscis jam temporibus saepe dictum illud coenobium sub tutela Sedis Apostolicae extiterit, ab eodem contra aggressores fortissime defensum.*

*quod & Sedis Apostolicae protectio defensum, * alique*

8 Duplex in hanc rem extat diploma apud Ughellum in Appendice ad tom. 6. Qua occasione primum latum fuerit, sic ibidem exponit col. 918: Conon a Silvestro II Papa consecratus est Perusinus Episcopus anno CMXCIX, quo Concilio Romano interfuit; aliquaque * item Synodo Romanae, sub eodem Silvestro congregatae adfuit anno MII, in qua accusatus, quod monasterio S. Petri de Perusio molestias inferret, veniam petiit, omneque jus, quod habere praetendebat, libere Pontifici Maximo refutavit. *Post haec subnectit ipsum diploma*, ex tabulario ejusdem monasterii, in F capsula privilegiorum num. 3, *quod sic habet:* Quaecumque lites judiciali calculo diriminantur, optimum est, ut scriptoris officio commendentur, ne protractu temporum oblivioni succumbant, & recidivo ortu praeteritum errorem incipiant. Praesidente itaque Domino Silvestro II, Romanae Sedis Pontifice in Synodo habita in palatio sacrosancto Lateranensi, anno quarto ordinationis suae, mense Decembris die tertia, Indictione I, astitit Petrus Scriniarius ejusdem sacri Palatii, & coram universa Synodo hunc protulit sermonem, dicens: Domine Papa, hic Abbas tuus de Perusia queritur adversus Cononem, Perusinum Episcopum, qui armata manu suorum satellitum de sub altari monasterii tui, cujus ipse regimen tenet, abstractus fuerit & extractus de ecclesiae januis & fratrum claustris, omnia, quae ibi inventa sunt ad utilitatem fratrum, direptioni concesserint, de quibus partem habere noscitur Episcopus; quoniam eisdem sacrilegiis communicat Epi-

AUCTO. A ſcopus, ejuſdemque criminis nequaquam creditur alienus.

J. P. *ſicut conſtat e duplici diplomate.*

9 Ad quem præſens reſpondit Epiſcopus: Paratus ſum me expurgare ſecundum iſtorum meorum fratrum judicium: quoniam neque mea præceptione, neque mea voluntate id factum fuerit; & ſi Abbas de aliquo mihi proclamaret, aut ad ſatisfactionem illum cogerem, aut ſi non poſſem, meam gratiam cum omni beneficio ſibi defenderem. Sed, omnium Pontificum Pater, miſericordiam tuam & totius Conventus præſentis exoro, ut nullum mihi hodie præjuditium fiat. Tu mihi eccleſiam Peruſinam cuſtodiendam commiſiſti, & ut ego neque illam imminuerem, neque imminui conſentirem, me feciſti jurare. Monaſterium illud, quod iſte Abbas tenet, ad meum epiſcopatum proprie pertinet, & nulli alteri juri ſubjacebit; ſi lex inde fieret, veſter Apoſtolatus nullam ſpecialitatem in eo haberet. Cui Reverendus Papa ſubjunxit: Ego monaſterium eccleſiæ
B tuæ neque ſuberaxi, neque ſubducere feci: ſub jure & dominio eccleſiæ noſtræ illud inveni, & ita poſſeſſum uſque nunc tenui. Veniant privilegia noſtrorum Anteceſſorum Paparum, & his perlectis cenſeant fratres Coepiſcopi, quæ ſit æquitatis rectitudo.

contra dnos

10 Prolatis ergo in medium privilegiis Joannis ſcilicet Papæ atque Gregorii, ejus Prædeceſſorum ac coram omni Synodo perlectis, ait Epiſcopus: Privilegia hæc non reprobo, ſed ſine conſenſu Anteceſſoris mei; cujus temporibus illud prius privilegium factum eſt, factum fuiſſe dico: ſi ſolum viderem conſenſum, haberem inde æternum ſilentium. Cui econtra omnis Cleruſ ſanctæ Romanæ eccleſiæ ait: Vidimus omnes epiſtolam Anteceſſoris tui, in qua & conſenſus erat, & precibus, ut hoc fieret, obnixe poſtulat; cujus rei teſtes ſumus, & ſecundum canonicam ſanctionem verum fuiſſe comprobamus. Oblatis denique Euangeliis, & clericis jurare paratis, Epiſcopi hanc dederunt ſententiam, ut aut Epiſcopus teſtimonia illa reciperet, & pœnam privilegii perſolveret; aut monaſterium illud refutaret.
C Epiſcopus autem Conon prædictus ſanctæ Peruſinæ eccleſiæ, monaſterium illud prænominatum S. Petri, non longe a Peruſina civitate conſtitutum, cum omnibus ad idem monaſterium pertinentibus, & in præfatis privilegiis titulatis, Domino ſuo Silveſtro Papæ refutavit, & præfato Abbati pacis oſculum attribuit, atque eum ſe adjuturum, deinceps promiſit. Poſt hæc autem idem Reverendiſſimus Papa, hoc cum Romanis Judicibus decrevit, ut quicumque Peruſinæ eccleſiæ Epiſcopus hanc definitam litem removere contra hunc Abbatem vel ſuos ſucceſſores tentaverit, decem libras puriſſimi auri Lateranenſi Palatio componat. Hæc definitio in æternum valitura permaneat.

Peruſina civitatis Epiſcopi, in favorem monaſterii prædicti late,

11 *Diploma aliud in favorem cœnobii S. Petri Peruſini, latum occaſione Andreæ Epiſcopi ejuſdem civitatis, productum a laudato Ughello, t. col.* 920: *Cæterum cur illud diploma ſit latum, & cetera, quæ huc faciunt, colligi poterunt e tenu ipſius diplomatis, quod integrum produco, datum, teſte Ughello, anno* MXXXVI, *in Romana Synodo* præſidente Benedicto IX: *quod ex fragmento ejuſdem Synodi deſumptum, ait aſ-*

ſervari in tabulario ejuſdem monaſterii, ca- D
pſula privilegiorum num. 51. *Tenor dicti Diplomatis eſt talis*: Notum ſit omnibus præſentibus ac futuris, qualiter Andreas Epiſcopus ſanctæ Peruſinæ eccleſiæ reſtitavit Domno Benedicto Papæ conſecratori ſuo monaſterium videlicet S. Petri, quod ſitum foris murum ſupradictæ civitatis, & aliud monaſterium ſcilicet S. Salvatoris, & monaſterium S. Mariæ in valle de Ponte, nimirum cum omnibus proprietatibus atque pertinentiis eorum. Adſtantes ibidem Dominicus Epiſcopus Lavicanenſis, Robertus Epiſcopus Signenſis, Ugo Epiſcopus Aſſinenſis, Ugo Abbas Farfenſis, Bartholomæus Abbas Græcus, Joannes Abbas S. Montani, Ugo Diaconus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Creſcentius Diaconus ejuſdem Eccleſiæ, Leo ſubdiaconus, Benedictus presbyter Cardinalis, Sergius Scriniarius; quin etiam cuncta, quæ ſuperius prælibata ſunt, proprio ore per Sacramenta ſanctorum Euangeliorum conſervare profeſſus eſt, adjudicante illi ſacramentum Gregorio germano prædicti Papæ. Poſtea vero denominatus Epiſcopus ſe jactando E
atque injuriam faciendo in quodam archipresbytero S. Conſtantii ſupradicti monaſterii S. Petri, oſtendit ſe cauſare monaſterium, atque ad ſuum jus intromittere.

quod hic edimus.

12 Tunc venerabilis Abbas Bonizo venit ad ſynodale concilium, indicavit hoc jam prælibato Papæ. Ipſe vero Benedictus ſummus Apoſtolicus ſciſcitavit eumdem Andream Epiſcopum, ſi aliquo modo cauſaret ſupradictum monaſterium: ipſe enim nulla ratione eum cauſare profeſſus eſt; atque iterum refutavit coram Domno B. Papa, nec non & eorum cunctis Epiſcopis, atque Abbatibus, quorum nomina inferius adnotare curavimus. Petrus Epiſcopus S. Ruffinæ, patronus ejuſdem monaſterii; Teudaldus Albanenſis Epiſcopus; Petrus Oſtienſis Epiſcopus; Joannes Portuenſis Ep.; Joannes Ep. Preneſtinenſis; Leo Ep. Belletrenſis; Munaldus Ariminenſis; Petrus Caſtellenſis; Teudaldus Ep. Ogubinenſis; Adam Foſſombronenſis; Tedericus Orbinenſis; Arduinus Monfeltrenſis; Oneſtus Forumpopulonenſis; Adalbertus Se- F
nenſis; Ugo Farenſis; Ugo Aſiſenatenſis; Azo Centumcellenſis; Albertus Caſtranenſis; Johannes Lucanenſis, Atto Florentinus; Jacobus Feſulanus; Heinricus Populonienſis; Johannes Suanenſis, Leo Orbitenſis; Gotifredus Volaterrenſis; Wido Piſtorienſis; Wido Cluſinenſis; Creſcentius Roſellenſis; Johannes Terracinenſis; Stephanus Seccenſis; Johannes Piperneenſis; Girardus Berolenſis; Landuinus Ortenſis; Creſcentius Fillarenſis; Johannes Cardinalis; Benen. Archidiaconus, cum aliis equidem S. R. E. Diaconibus; Gregorius Abbas S. Sabæ; Titus Abbas S. Pauli; Franciſcus Abbas S. Laurentii; Benedictus Abbas S. Petri a Vinculis; Creſcentius S. Silveſtri; Martinus Abbas de Farneto, & aliorum diverſorum ordinum nomina, quæ perlonga ſunt ad narrandam, &c.

13 *Atque hæc quidem, non niſi remote & obliqué ad* S. Petrum, *proxime vero ac directè ad monaſterium pertinentia, cujus ipſe primus Auctor ac moderator extitit, viſum nobis eſt non negligere hoc loco, ſed ipſis committere, ne vel in illis, in ſatis mediocri de rebus ejus geſtis ad poſteritatem*

A *vitatem transfollis monumentis, minus recte meriti de ipso alicui videamur. Quibus omnibus huic commentario finem imponimus, & vitam subjicimus, ad alia exemplaria collatam, & notis illustratam, ut videre erit per decursum. Meminerit lector in annalibus vocari Ms. e codice Gallenii illud nostrum apographum, in quo ad marginem adscriptum inveni*, ex cod. O. P. Gallenii (*fortasse* Oratorii patris Gollonii) *quem* Baronius accepit a Cajetano.

VITA

Ex archivio monasterii S. Petri de Perusia, Ordinis S. Bened., congregationis Casinensis; collata cum Ms. ex cod. O. P. Gallenii, nec non cum editis apud Mabilionem in append. ad part. 1, Sæc. B VI, Act. Bened. pag. 161.

CAPUT I.

Natales; ecclesiæ restauratio miraculo approbata; iter Romanum; dignitas abbatialis suis subditis ac popularibus utilis.

PEtrus, ex provincia Tusciæ in Castro Agello *a*, qui a Perusia civitate fere sex millibus distat, ortus est *b*. Suos non ignobiles habuit parentes, qui puerum Petrum e prima in humanis studiis instruxerunt; sed ipse sacris insistens, thesaurum illum absconditum invenit, quapropter, venditis omnibus, emit agrum, ac sese in ministerio Ecclesiæ mancipavit, atque per gradus ad sacerdotium pervenit. Hic itaque super omnia Deo placere desiderans, ad fortia mittens manus, contra principem tenebrarum dimicandum se præparans, pervalidis armis lucis C se munivit, scilicet castitate, innocentia, longanimitate, simplicitate, ac prudentia, & super omnia orationibus, ac lachrymis insistebat. Quapropter his armis valuit omnia tela ignea inimici rejicere: eleemosynarum quoque ac beneficentiæ non obliviscebatur, ut misericors ipse misericordiam a Deo consequeretur *c*.

a
b *S. Petri natales ac virtutis studium.*

c

2 Erat tunc temporis extra, & prope civitatem in loco, qui dicebatur Calvarius *d*, vel Capcarius, ecclesia quædam, in honorem Principis Apostolorum dicata, multum temporis in ruinis jacens. Hanc vir Dei nimio desiderio restaurandi flagrabat, indigne ferens, quod tam nobile ædificium ad honorem Sancti Dei extructum, in ruinis jaceret. Quapropter pietate, religioneque motuus, Episcopum, qui tunc Perusinam regebat ecclesiam, Honestus *e* nomine, convenit: spopondit, se omnem curam, & vigilantiam habiturum, si jam præfatam ecclesiam sineret reparari: sed Episcopus concitatus malitia & invidia aliquorum, sibi suggerentium, qui ipse Petrus simulator esset, ac ejus calumniator; ea propter noluit eum audire: sed postea cognita veritate, & hominis sanctitate, eum accersitum rogavit, D ut sicut in votis habebat, præfatam studeret reædificare ecclesiam, quibus verbis credens nimioque repletus gaudio, omnipotenti Deo gratias retulit, & accinctus fortitudine sancti Spiritus, adjuvantibus plurimis religiosis viris, una cum Episcopo, in nomine Domini fundamenta jecit, atque in honorem B. Petri Apostoli præfatam reædificavit Ecclesiam.

d *Ecclesiam destructam restaurare cupiens, sed prohibitus primo, dein permissus id facere;* *ex Mss.*

3 Interea dum præfatum perficeret opus, ut gratum sibique acceptum omnipotens Deus esse monstraret, multis miraculis patefecit: nam cum quadam die artificibus pio operi incumbentibus, panis deesset, Vir sanctus eos conquerentes alloquitur, ut Deo fiderent; quippe qui potens est eos consolari, ac reficere, ut multis sanctis fecit. His dictis, ad Deum in oratione genua flectens, multæ suæ misericordiæ, ac beneficentiæ E commendabat, quibus votis Deus annuens, de cibariis eis providit; nam in oratione stanti annunciatur, præ foribus adesse viros, cum equis onustis frumento incognitos; quod audiens, gratias Deo pro accepto dono retulit *f*.

Deo miraculis comprobante,

f

4 Dum vero opus protraheretur, unus ex cæmentariis incaute ambulans, a cacumine parietis in terram corruit, sed astante viro Dei, precibusque ejus suffultus, qui in sacculo confractus erat colligendus, nullam passus est læsionem.

sibi gratum fuisse

5 Accidit etiam, ut quadam die, dum artifices unam ex columnis marmoreis miræ pulchritudinis, quæ nimio pondere gravata, rupcis funibus, inter fragores hinc inde machinaret, terram nimio impetu peteret: jamque spes salutis illius columnæ omnium artificum recesserat. At Vir Petrus coram astans, signum Crucis ei opponens, curvatam jam erexit. Peracto itaque auxilio Dei opere, & ad calcem perducta ecclesia, advocatoque Præsule dictæ civitatis, XI Kal. Decembris in honorem Dei, Deique Genitricis sub nomine Principis Apostolorum ipsam dedicarunt circa annum Domini CMLXIX.

illud opus

6 Postea præfatus Episcopus una cum Petro Romam proficiscitur ad pedes summi Pontificis Joannis XIII, ut ipsum Petrum in Abbatem, ac perpetuum Rectorem cum suis successoribus consecraret. Quod ita factum est. At Petrus compos sui voti Perusiam revertitur cum magna lætitia, ac spirituali gaudio, & Abbas effectus, regimen hujus suscepit loci, cœpitque, sicut antea ex mortuis lapidibus Deo construxerat ecclesiam, nunc vero ex vivis, ac electis lapidibus aliam, ubi Spiritus sanctus inhabitat, instruere: namque ex illius exemplo multi sæculum relinquentes, sanctæ conversationis habitum susceperunt: quos omnes caro affectu amplectens, ad supernam civitatem suis aptandos locis, verbo & exemplo exhibat.

P *Romam profectus abbas factus, & egregie ad suos reversus, præfi.*

7 Interea dum Petrus circa ea, quæ Deo placent, insisteret, Otho *g* primus Alemanniæ, & hujus nominis secundus, accitus ad Italiam, Urbemque a Romanis, & aliis Principibus propter mulea mala gravia scandala, quæ a Berengario, & Joanne Pontifice XII, qui deplorate vitæ fuit, fiebant, magno exer-

De militum gressationibus apud Perusium conquerens

g

Digitized by Google

A exercitu venit; venit etiam sub Joanne XIII, EXMIS. cum filio suo Ottone, quo tempore videt *b* iter accepisse per Tusciam post acceptam coronam *b*, commoratusque apud Perusiam cum suo exercitu, qui civibus, & habitatoribus civitatis multa mala faciebant, ut solet illud genus hominum, habens pro lege libertatem, & neque Deum, neque homines vereri. Quapropter lachrymis viduarum, ac pauperum permotus Petrus Abbas, Imperatorem adiit (quisquis ille fuerit, sive II, *i* sive III hujus nominis, hoc parum refert *i*) ad cujus conspectum virili animo astans, sic eum alloquitur:

apud Ottonem Imperatorem.

B Rex excelsus, o Imperator, terrenum tibi ad regendum non destruendum commisit regnum; tu vero non gubernator, sed potius es dissipator. O miser, non vides, quanta bona dissipari, & devastari facis? Nescis, quis redditurus es rationem in die judicii? Quare iram ejus mereberis, cum ante illum districte judicandus veneris, & alia similia. Insuper adjecit, districtus judex in judicio non rapientibus, sed de suo nihil dantibus dicturus est: Esurivi [& non dedistis mihi manducare; sitivi] & non dedistis mihi bibere; hospes eram & non collegistis me. Et reliqua; pro qua culpa horribilis subintonat vox, dicens: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ejus. Si ergo, o Rex, tanta pœna mulctatur, qui non de suo aliquid pauperibus dedit; qua pœna inferendus eris, qui alienum, & maxime pauperum rapiendo quæris? Quibus verbis Imperator commotus, eum a se expellere fecit: sed cum postea audisset ejus vitæ sanctimoniam, eum accersiri fecit; indulgentiam ab eo petiit, quam & accepit. Erat enim optimus Imperator, ac catholicus, defensorque strenuus

k sanctæ Romanæ Ecclesiæ *k*. Quapropter cum Viro Dei de multis, quæ ad coercendam petulantiam pravorum facerent, sermonem habens, per privilegium multa ei largitus est, ac corroboravit, & sic ad Germaniam tendit. Nam ad ea, quæ Dei

C sunt, intendens animum Petrus multis fulgebat miraculis, Deo operante in servo suo: quippe qui dixit; sine me nihil potestis facere; signa autem sunt argumentum fidei eorum, qui in eum credunt: nam ascensurus ad Patrem ait: signa eos, qui crediderint, hæc sequentur. Pro hac igitur fide laborans Petrus, merito hæc eum signa sequebantur, ut ei etiam inanimata, & sensu carentia obedirent.

ANNOTATA.

a *Mabillio habet*, ex Agelione videlicet pago.

b *Mabil.* ex nobili Vintioliorum familia.

c *Longior in Vitæ hujus exordio Mabillo & Ms. e cod. Gallenti, locis Scripturæ hinc inde insertis. Quid si vel inde arguam majorem hujus, quod hic damus, apographi simplicitatem, atque adeo antiquitatem?*

d *Ita etiam Ms. Gallen. cum Mabillone: qui tamen antea in compendio vitæ post Ferrarium posuerat* Calario.

e *Notus ille Episcopus e Comm. prævio, num. 5.*

f *Longior hic denuo Mabil. & Ms. Gallenianum, ut per inductiones aliquantulum amplificata.*

g *Anno 963, quo vide Baronium.* D

h *Coronatio illa contigit 967.*

i *Apographum Gallen. cum Mabil. ponit Ottonem II; & recte: nam hujus nominis haud ullo tempore Joannis PP. XIII, natus 974.*

k *Nec apud Mabillonem, nec in Ms. Gallen.* erat enim optimus Imperator ac Catholicus, defensorque strenuus sanctæ matris ecclesiæ.

CAPUT L.

Miracula a Sancto patrata sanctus obitus.

Trabis item Navicula cum viris ope Sancti sospes servata.

NAm cum quadam die juxta fluvium Tiberis, cujus unda radices montis præfatæ civitatis perficit *a*, esset cum aliquantis viris, molendinum constituentibus, trabs miræ magnitudinis adnatans super aquas, molendino ruinam minabatur: tunc vir Dei, facto signo Crucis, ab incepto eam detorsit itinere, ne aliquam inferret molestiam, vel damnum. Pauci interfluxerunt dies, quod Vir Dei ad fluminis littus cum esset, & flumen undis valde excresceret, quidam viri trans Tiberim commorantes, ut ad sanctum Dei hominem devenire potuissent, naviculam ascenderunt; sed alta commotio fluctuum naviculam a recto itinere detorsit. Tunc viri illi ad Dei famulum vociferantes, ita inquiunt; Famule Dei Petre nobis orando succurre; quia perimus misere. Tunc Vir sanctus Christum invocans, virgam, quam in manu tenebat, elevavit, & navicula, quę antea in præcipitium mergebatur, beati Viri præcepto, ad optatum littus deducta, sospites & incolumes suos deposuit viros.

a perierit.

Electuarium in pauperes expensum

10 Ab Episcopo etiam quondam die pyxidem, electuario *a* plenam, ad servandum habuit, sed Vir Dei, charitatis amore repletus, debilibus, & infirmis illud totum expenderat. Post multos vero dies Præsul illud requirens, ut cognovit, quod Vir Dei illud expenderat infirmis, iratus expostulat, ut commendatum redderet electuarium; sed Petrus, non habens, unde redderet, con-

F fisus in Domino, & ingressus oratorium, omnipotentem rogavit Deum, quatenus electuarium, quod suo pro amore afflictis erogaverat, divina dignaretur virtute reddere, quatenus Episcopi animum turbatum posset habere placatum.

a plenum.

Electuarium recuperatur.

11 Cum post paululum, oratione completa, pyxidem aperuisset, invenit illam meliori plenam, quam antea fuisset, electuario. Confestim igitur sanctus Vir magno repletus gaudio, Deo gratias referens, Episcopo illud etiam per nuncium misit; Episcopus vero ut illud vidit, satis miratus, ad Dei veniens Virum, diligenter investigat, unde præfatum electuarium, prius expensum, tunc tam

a rogavit.

recuperet perfectum. Vir autem occultare cupiens, sed minime valens, miraculum, ad pedes illius procidens, rogatus est *a*, ut nulli unquam palam faceret factum, quousque in hac viveret vita. Quoniam Rex, inquit, omnipotens, sicut Bonifacio *b* Ferentinæ ecclesiæ Præsuli duodecim quondam, quos simili modo pauperibus expenderat, Byzantios *c*, ita & illi fecerat de electuariis.

b

12 Qua-

Digitized by Google

Panibus, qui debebant pauperibus distribui, a canibus intactis, alii subditi.

A 12 Quadam autem die hospites ad monasterii portas venerunt, & eleemosynam quæsierunt. Tunc Vir Dei accersito cellerario præcepit, dicens; Frater, hospitibus eleemosynam ne tardes dare, sed vade, tribue illis vinum, & panem, si habes. Ille autem protinus fallaciter negans, dixit, se panes minime habere. Vir autem sanctus per spiritum, ejus mendacium agnoscens, cellarium ingressus quinque tantum panes in arca invenit, quos præ inobedientia illius canibus projici præcipit; quos canes, ut viderunt concurrentes, & odorantes eos, omni modo proculque fugientes, intactos reliquerunt; quod Vir Dei perpendens, panes collegit, frangensque pauperibus dedit, monachumque fallentem, & inobedientem vehementer increpavit, regularique disciplina flagellavit. Confestim igitur ante cœnobii fores quidam a quadam nobili femina missus, qui triginta panes; & alia *d* sancto Viro fratribusque detulit.

d

13 Sed & aliud miraculum, juridico referentibus viris, illum cognoscimus fecisse maximum, quod minime silendum arbitramur. Illis itaque temporibus quidam Teutonicus Comes a Rege fuerat missus, ut juste, & legaliter terram regeret judicansque constringeret, impiosque pœnis affligeret atque perimeret; qui Regi parens, per omnia scelestos bene, & virili. ter noverat corrigere, latronesque numquam patiebatur vivere, sed tali deprehensos crimine, furcarum supplicio faciebat affligere. Die autem quadam duo deprehensi sunt viri, tali facinore iniqui, quos præfatus Comes ligatos mox prædicto præcepit damnari supplicio; sed Vir sanctus valde pro eis Comitem interpellans, ut non eos pœnaliter perderet, sed potius illis vitam concederet, audivit hoc minime posse fieri.

Duo rei supplicio afficiendi

B

14 Interea oceano jam rapiente die, occasus incumbebat solis, ideo sententia illis mortis in sequenti est prolata mane. Sanctus autem Vir ad custodiendum illos usque mane quærit. Tunc Comes jussit, ut secundum illius velle illi darentur ad custodiendum; tali siquidem pacto, ut illos si perderet, mortem, quæ illis debebatur, suo subiret corpore. Quos Vir sanctus eo tenore suscipiens, suum illos ad hospitium usque duxit, satisque admoneas *e*, ut a tanta cessarent nequitia, pavit, vestivit, liberosque noctu abire permisit. Mane autem facto, missum illi a prædicto Comite est, ut commissos repræsentaret, ac redderet, seu alias, eam dictam pœnam, quæ illis debebatur, ipse subiens expenderet. Omnes autem noti Viri Dei territi, atque pro tali facinore sententia, una cum illo ad curiam accesserunt, comitemque nimis turbatum adversus Dei Virum invenerunt.

Summum Viri sancti periculo

C

e

15 Minabatur etenim mortem illi pro dimissis latronibus; sed cum multorum dictis comperisset, quod per illum Dominus virtutes plurimas egisset, ita ut inter cetera virtutum insignia, si sanctæ Crucis signo aliquando panem benediceret, nullatenus canes hunc possent contingere. Quod Comes audiens, dixit, illum sortis sententia * non posse evadere, nisi hoc suis oculis, si videnti, ageret; sed cum Viro Dei hoc relatum esset, ait: Ego ob hoc minime Deum

e morte liberati, quod ipse evadit, viso, quod patrabat, miraculo.

* *al.* sententiam

tentabo: quia scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum, in manibus ejus sum. Qualiter illi placet, circa servum suum operetur. Tunc fideles, & amatores Viri Dei cum Comite simul illo nesciente, mensam parare fecerunt. Deinque servum, ut benediceret, rogaverunt; data autem benedictione, panes illico canibus projecerunt, ut comprobarent, quantis virtutum meritis servum suum Dominus decoraret. Confestim igitur, ut canes projectos viderant panes, concurrerunt, & odorantes eos, intactos dimiserunt, longeque ululantes abierunt; quod factum Comes cum vidisset, maxima deinceps cum veneratus est admiratione.

D

EX MS.

Mulierem partu laborantem liberat.

16 Accidit etiam ut die quadam causa monasterii, & obedientia fratrum, cum per quamdam incederet viam, mulier quædam juxta iter illud pauperculo degens hospitio, partus dolore periclitans, voces mittebat enimias; sed Vir Domini pietate commotus, sanctæ Crucis facto signo super domum ejus, feminam a passione illius liberavit supplicii.

Romam tendens miraculiter a pluvia non tangitur.

f

E

17 Alio quoque tempore Apostolorum Petri & Pauli ad limina eam pergeret, multi viri *f* utriusque sexus, & ætatis pro nimia illius sanctitatis benignitate, & hospitalitate sanctum comitabantur Virum. Pluviatum tunc grandis immensitas, aere in nubibus collecto, eruperat; sed miro illius nutu, qui facit magna & inenarrabilia, per totam viam, unde Vir Domini cum se sequentibus ibat, usque ad supradicta Apostolorum limina, una quidem pluviæ gutta quamquam ex utroque latere procellosa valde inundatio incumberet, minime cecidit, sicut temporibus Gregorii Papæ Cerbonio Populoniensi Episcopo, & Fulgentio Uticulensi accidisse legimus *g*.

g

Mortuum hortatur Episcopum.

18 Hæc & alia plura & majora Vir sanctissimus Petrus Abbas præclarissimus faciens miracula; ante duodecimum obitus sui diem vigilia Apostolorum Petri & Pauli, febre correptus elanguit. Omnis autem populus una cum præfato Episcopo ad ejus concurrens obitum, hanc prædicationem ab ejus meruit audire ore: Audite filii, ex uno Patre editi, fratres dilectissimi, admonitionis verbum. In primis summum vestrum moneo sacerdotem: magni utens sacerdotii gloria, est subjectorum rectitudo. Unde egregius prædicator inquit: Spes nostra, gaudium & corona vos estis mihi ante Dominum. Debet itaque Sacerdos, & pastor factis implere, quæ verbis docet, sicut de Domino nostro Jesu Christo legitur: Cœpit Jesus facere, & docere: nam si non facit bona, [quæ inquitur] implebitur in illo, quod per Psalmistam dicitur. Peccatori autem dixit Deus? Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos post te.

F

& fabulis ad virtutem

19 Vos autem subjecti, anæ æterni testamenti, sponsæ Regis superni: Vos membra corporis Christi, terrorem extremi judicii ante mentis oculos vestros locate, sicuti per sapientiam dicitur: In omni opere tuo memorare novissima tua, & in æternum non peccabis: Habete vinculum dilectionis, & pacis. Habete humilitatem, humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in

ems-

A tempore tribulationis: Habete charitatem continuam, & mutuam [in] vobiſmetipſis; quia charitas operit multitudinem peccatorum. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, ſperantes in Domino, & in potentia virtutis ejus ut poſſitis reſiſtere adverſus inſidias diaboli, & ut coronam veſtri certaminis a Deo recipere mereamini.

RMSS.

20 His dictis, oculis ac manibus ſurſum erectis, commendabat ſe, & omnem populum Domino, & ad ultimum perceptis Dominicis ſacramentis, fratribuſque pſallentibus, inter orationum verba, ſexto Idus Julii, ſpiritum emiſit, receptus in æterna paradiſi requie, corpuſque ejus juxta præfatam honorifice reconditum fuit eccleſiam ad æterni Regis, ac Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti laudem, & gloriam: qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per immortalia ſæculorum ſæcula. Recurſo autem unius anni circulo, poſtquam Vir ſanctus obiit; cum, quanti apud Deum meriti eſſet, homines lateret, Dei omnipotentis, cuncta cognoſcentis, diſponente clemencia, plurimis virtutibus, diverſiſque miraculis illius declarata ſunt merita: nam cum & anniverſarius minime cuſtodiretur dies, ve-

ſanctæ memoriæ.

B hementiſſime repente ventus venit, qui plurimas radicitus arbores evellens, dejecit, ſegetemque multam devaſtavit. D

ANNOTATA.

a Electuarium *ſive etymon deſumat ab electione rerum, e quibus componitur, ſive aliunde; compoſitum eſt, ut puta medicum, quod ſorbitione vel cochlear ſumi poteſt. Conſule Cangium. Mabillio legis* pixidem Edriano electuario plenam *in Gallen. eſt* Adriano.

b *De S. Bonifacio, Ep. Ferentino, actum 14 Maji, a pag.* 371. *Quod hic de ipſo narratur, habes ibid. in elogio Vitæ ex lib.* 1 *Dial. S. Gregorii Papæ, pag.* 372, *num.* 3.

c Byzantius *eſt nummus aureus ab Imp. CPolitanis cuſus, quæ urbs dicta olim* Byzantium. Byzantios *pariter lego in Ms. Gallen. Mabillio habet* aureos.

d *Mabil.* alia fercula. *Gallen.* alia xenia.

e *Ita etiam Gallen.*; *Mabillio* admonentes.

f *Id eſt* homines utriuſque ſexus. *In lectione noſtro Ms. conſonant Mabil. & Ms. Gallenſianum.* E

g *Adi Gregorium lib.* 3 *Dial. c.* 11 & 12.

DE S. CANUTO REGE ET MARTYRE

OTTONIÆ IN FIONIA DANIÆ.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Sancti genus, præclara indoles, pietas, cultus, elogia in Faſtis recentioribus &c in Breviario Sleſwicenſi, ac noviſſime in Romano.

ANNO MLXXXVI

C

Laudes Fioniæ in qua martyrium paſſus eſt Sanctus,

Fionia *Daniæ inſula, Jutiam inter & Zelandiam media, ut formæ & ſitus amenitate conſpicua, pluribuſque aliis titulis laudatur a Joanne Iſacio Pontano in ſubjuncta hiſtoriæ ſuæ Rerum Danicarum, Amſtelodami* 1631 *editæ, chorographica deſcriptione pag.* 721, *ubi in* Ottoniæ (vulgo Ottenſehe) *originem & conditorem inquirit, quæ hic referre nil juverit: id ad rem noſtram ſpectat potiſſimum, quod in eam urbe, inaudito eatenus facinore, a proprijs ſubditis propter juſtitiam crudeliter interemptus ſit glorioſus Daniæ protomartyr, is quo de agimus,* S. Canutus Rex, *antea* Cnuth *ſeu* Cnutho *dictus, ut alibi clarius explicavit Ælnothus, Cantuarienſis,* divini Officii miniſtrorum infimus, *ut ſe vocat, ſed præcipuus & vetuſtiſſimus Actorum Sancti collector. Unum hoc etiam proprie pertinens, reſte notavit Pontanus; nempe hodiernum Ottoniam* templis ornari duobus elegantis ſtructuræ, quorum alterum Canuto, alterum Franciſco ſacrum eſt. *Sane porro templum, quod hodie* S. Canuti *dicitur, idem illud, in quo ſacrum ejus corpus prima ſepultura donatum eſt, olim B. V. Mariæ & S. Albano dicatum, non explicat: in hiſtoriæ lib.* 5 *pag.* 199 *diſerte aſſerens,* cum anno MDLXXXII die XXII Januarii chorus, ut vocant, eccleſiæ D. Canuti inſtauraretur, repertam eſſe tumbam cupream, auro obductam gemmiſque atque aliis ornamentis pretioſis affabre elaboratam, in qua reconditum fuit Canuti Regis ac martyris ſceleton cum epitaphio, *ex Olai Wormii Faſtis Danicis mox integre referendo.*

F

tuſa ſ. mus in Actis prædictum explicatum eſt.

a *Ottoniæ igitur & martyrio coronatus, & hodiedum depoſitus eſt ſanctus Rex* Canutus, *ab alio Canuto, itidem Sancto, & iſtius ex fratre Erico Bono nepote, plane diſtinguendus, ut accurate præſtitit Bollandus ad diem* VII *Januarii pag.* 390, *utriuſque genus & prænobi ſic explicans, ut hic plura ſuperaddenda non cenſam. Qui omnium poſtremus* Vitam & miracula S. Canuti martyris, Regis Daniæ vel Danemarciæ, *prius Italice, deinde Latine edidit Romæ anno* 1667 P. M. *Andreas Angelettus,* Romanus Carmelita, Saxoniæ Provincialis, *paginas ut minimum* 60 *in* 4 *inſumpſit, ad extollendas peculiares prærogativas & excellentias regni Daniæ; tum gratias & privilegia populorum Daniæ: deinde inſignes triumphos ac mirabiles virtutes proſequitur Canuti Magni Regis Daniæ,* S. Canuti avi. (*Voluit dicere avunculi, utpote cujus ſoror,* Sueuonis, S. Canuti *parentis, mater fuerit, unde ei cognomentum Eſtritibus.*) *Hinc gradum facit ad victorias obtentas a Duce Sueuone,* S. Canuti, *ut diximus, genitore, qui tandem evectus ſit ad dominium trium regnorum; cujus matrimonium cum conſobrina Juſta, urgente ſummo Pontifice, diſſolutum fuerit. Sequuntur Sueuonis*

iſtius

A *iſtius Regis præclare geſta cum Guilielmo Epiſcopo, pœnitentia, obitus, & prodigioſa Epiſcopi cum Suenone tumulatio. Sed ex dictis ſatis explicatam habes* S. Canuti *genealogiam.*

Inter fratres eminuit, non ſolum fortitudine,

3 *Neque vero ea pluribus recenſenda augendus hic Commentarius, quandoquidem Ælnothus, totò fere capite* 1 *Actorum in iis occupetur, quæ magis ad parentem Suenonem quam ad* S. Canutum *referenda ſunt. Id vero prætereundum non eſt inter varios Suenonis filios, naturales omnes, quorum undecim ex Meurſio nominatim exprimuntur in annotatis ad n.* 16. *litt.* I, *cum filia unica Syritha; inter tam numeroſam, inquam, prolem illegitimam longe ſupra alios eminuiſſe etiavo genitum, ſed ordine ſecundum Suenonis ſucceſſorem, noſtrum* S. Canutum, *tum inſigni in Deum pietate, in pauperes miſericordia, zelo religionis ceteriſque Chriſtianis virtutibus, tum peritia & fortitudine bellica, quam mirifice depingit Saxo Grammaticus hiſtoriæ ſuæ libro* XI, *ex recenſione Stephani pag. mihi* 212, *ut qui* Sembicis atque Eſthonicis trophæis illuſtrem adoleſcentiam egerit, noviſque virtutum gradibus paterni roboris fundamenta tranſcenderit: *quæ hic pluribus ex ipſo deſcriberem, niſi vitæ totius elegantem narrationem Actis Ælnothianis ſubjungendam cenſerem, cujus principium in variis* S. Canuti *triumphis commemorandis unice verſatur, ut infra manifeſtius declarabitur.*

B

ſed maxime Chriſtiana pietate.

4 *Haraldi, ſecundo geniti, ſed primi ad paternum regnum ſucceſſio, & quæ eam conſecuta ſunt, tum vero egregia virtutum* S. Canuti *exempla, ex laudatis Ælnothо & Saxone ſuis locis dabimus, hic ſatis eſt, pauca prælibaſſe de Sancti genere, præclara indole & pietate, quæ ipſum Sanctorum honoribus digniſſimum reddidere, fuſo pro Chriſtiana juſtitia regio ſanguine, ut docet citatum modo ipſius epitaphium, apud Danicos ſcriptores aliоſque pervulgatum, quodque vel ipſis Actis; ut a Meurſio edita ſunt, inſertum habes toto capite* 29; *in noſtris tamen merito prætermiſſum, cum ad rerum geſtarum ſeriem nullo modo ſpectare videatur, quod erit annotatorum noſtrorum ad caput* 5 *litt.* a *argumentum. Eſt ea brevis martyrii* S. Canuti & ſociorum *cædis narratio, quam in arca, in qua ejus ſacrum corpus repoſitum erat, inventam diximus, cum pro reparanda æde, ipſi Sancto dicata, ſacellum, in quo poſitus erat, immutaretur, Item deſcribo ex Faſtis Danicis Olai Wormii, Hafniæ editis anno* 1643, *pag.* 29; *ex quo corrigenda ſunt, quæ male, loco nuperrime citato, decerpſit laudatus Pontanus, pro* VI Idus Julii & VI feria, *ſubſtituens* VII Idus Junii, *Sic habet inſigne monumentum:*

C

Inſigne ejus epitaphium, olim & forte rum,

5 Anno Incarnationis Dominicæ MLXXXVI, in civitate Otthenſia glorioſus Rex & protomartyr Danorum Canutus, pro zelo Chriſtianæ religionis & juſtitiæ operibus, in baſilica S. Albani martyris, per eum paulo ante de Anglia in Daciam tranſvecti, poſt confeſſionem delictorum, Sacramento munitus Dominici corporis, ante aram, manibus ſolo tenus expanſis in modum crucis, latere lanceatus VI Idus Julii & VI feria, mortem pro Chriſto paſſus, requievit in ipſo. Occiſi ſunt & ibidem cum eo, ſcilicet ejus nomine & gratia martyrii, Benedictus ac decem & ſeptem ſui commilitones, videlicet Aſmundus, Blacca, Sobed, Aga, Thurgot, D. Bernhardus, Gudmer, Æſckill, Tochik, Palai, Ati, Suna, Roſtenulo, Radulus, Auct. Altoi, Thurgotus, Virgrip Arni; omnes, J. B. S. ſicut Dei gratia cum ſuo Rege ac Domino ſocii paſſionum martyrii fuerunt, ita conſolationis & præmii cum eo conſortes merito erunt. *Sequitur epitaphium aliud metricum verſuum omnino novem, quod mutilum exhibuit Meurſius, integrum vero, prout etiam hic a Wormio & a Pontano repræſentatum eſt, invenies in Actis noſtris num.* 76.

de quorum tamen cultu nihil certi habetur.

6 *De ſociorum* S. Canuti *numero & nominibus diſputat Meurſius, in notis ſuis ad Ælnothum pag.* 123, *& poſt ipſum jam dictus Wormius; verum de iis hic non quæritur: & quamvis inſcriptio indicare videatur, & ipſos martyrium paſſos eſſe, adeoque & præmii cum* S. Canuto conſortes, *necdum uſpiam reperi, Sanctorum honoribus eos cultos fuiſſe. Utcumque ſit, ex hujuſmodi tabula, vel ex aliis Danicis hiſtoriis, veroſimile eſt, ſua accepiſſe in additionibus ad Uſuardum recentiores Martyrologos, quas inter vetuſtior codicis Danici concinnator:* In Dacia, civitate Otthonienſi, natale S. Canuti regis & martyris. *Paulo brevius, editio Lubeco-Colonienſis:* In Dacia, beati Canuti regis & martyris. *Grevenus cum elogio:* In Dacia, Kanuti regis & martyris: qui propter amorem juſtitiæ & religionis ſanctæ, poſt multas perſecutiones, in eccleſia S. Albani, protomartyris Anglorum, expanſis manibus orans, ab impis interfectus eſt. *Hæc in prima ſua editione deſcripſit Molanus, in aliis paulo nitidius rem complexus:* Civitate Ottonienſi, ſancti Canuti regis & protomartyris Danorum, qui anno milleſimo octuageſimo ſexto, in baſilica S. Albani martyris, manibus in modum crucis ſolo tenus expanſis, orans, mortem pro Chriſto paſſus eſt a ſuo familiari. Paſſi ſunt cum eo Benedictus frater, & alii ſeptemdecim.

D

E

Sancti memoria in Faſtis eccleſiaſticis;

7 *Agitur etiam* S. Canuti *memoria in Florario Sanctorum Ms. ſæpiſſime in Actis noſtris citato, ſed ubi martyrii epocha perperam refertur ad annum* 1200. *Quid? quod & in Natalibus Sanctorum Belgii locum habeat*, quia, *inquit editor*, Ethlam, quam nos Adelam dicimus, filiam Roberti Friſii, Comitis Flandriæ, uxorem, habuit, ex qua genuit Carolum, cognomento Danum & Bonum, Comitem & Martyrem Flandriæ. *Sic autem ibi nonnulla recenſentur ex Breviario Roſchildenſi:* In civitate Ottonienſi, ſancti Kanuti Regis & protomartyris Danorum, qui anno milleſimo octuageſimo ſexto, pro zelo Chriſtianæ religionis, a Blacco, ſuo familiari, in baſilica S. Albani martyris, ante altare, manibus ſolo tenus expanſis in modum crucis, in latere eſt lanceatus, & feria ſexta mortem pro Chriſto paſſus. Occiſi ſunt cum eo Benedictus frater & alii ſeptemdecim commilitones. Porro regina nobiliſſima Ethla corpus deliberavit ad nativos terminos ſecum deducere: ſed oſtenſa indicia hoc non finebant. Et hæc ex Officio eccleſiæ Roſchildenſis. Reliquum vero hiſtoriæ apud Saxonem legatur. *Meminit etiam* S. Canuti *Miræus in Faſtis, ſed die* VII *Januarii, quo etiam die conſignatus eſt in Martyrologio Romano, ex dierum haud dubie confuſione, ut eo die Bollandus explicavit. Porro feſtivitas translata eſt ad* XIX *Januarii, quo primo loco annuntiatur, ſaltem in editione Plantiniana anni* 1678, *& ſequenti anni* 1701.

F

8 *Sancti*

Digitized by Google

A 8 *Sancti elogium paulo fuſius extenditur in* AUCT. *Lectionibus Breviarii Sleſwicenſis, alibi a nobis* J. B. S. *citati, excuſique Pariſiis anno* 1512, *quas ex Lectiones ipſo hic ſubjungimus, praetermiſſa oratione propria, quae iiſdem fere verbis refertur in Miſſali votivali Suecico pag.* 52, *in hunc modum*: Deus qui hodierna die beatum Kanutum regem & martyrem, a ſubditis ſibi plebibus injuſte peremptum, glorioſo martyrio coronaſti; praeſta, quaeſumus, ut ipſum apud te ſentiamus interceſſorem, quem credimus in exlis gratia tua glorioſe regnare victorem. *Lectionum hic ordo eſt*: LECT. I. Kanutus rex Danorum, acutus ingenio, ſpecie decorus, armis & animo ſtrenuus, mentiſque induſtria & oris facundia redolebat. Ad miſeras perſonas viſcera gerebat materna: divinum cultum ampliabat, carnemque propriam jejuniis affligebat: nam ſolennibus ac privatis jejuniorum diebus, necnon & ſextis feriis panem ſolummodo cum ſale & aqua comedebat, cum aliis ferculis regalibus, quae ei apponebantur, uti credebatur. LECT. II. Conſiderans autem ſe Regem factum propter hoc
B ut juſtitia coleretur, incepit regni pravas conſuetudines pro viribus exſtirpare. Et ut populus contra ignaviam virtuoſum exercitium haberet, edixit ut claſſis pararetur pro Anglia ſubjuganda, quae a domino Danorum receſſerat, & tunc erat per extraneos occupata. Cumque naves pararentur, ſuperveniente tempore autumnali, populus ſupplicabat Regi, ut propter culturam agrorum, & occupationem rei domeſticae, ſuſpenderet expeditionem uſque ad tempus vernale: quod & Rex annuebat.

in Breviario Sleſwicenſi,

9 LECT. III. Omnibus igitur ad propria reverſis, coepit edicta proponere cum commination vindictae, ut decimas populus eccleſiis ſolveret, jejuniaque per Eccleſiam indicta reſervaret. Plura etiam alia quae ſecundum Deum ſtatuenda videbantur; at populus veſanus, vitiis & injuriis aſſuetus, contra Regem, propter ſalubria edicta, odium concepit, ac deſtructionem ipſius, primo per occulta conventicula tractare coepit; incentivum habens per Olavum Regis fratrem, & quoſdam proceres, qui Olavo adhaerebant. LECT. IV. Eſt autem locus celeberrimus fere
C in medio Jutiae, qui ob ſui eminentiam ſive ob antiquorum ſacrificiorum frequentiam, vel ob idoli, quondam ibi nominatiſſimi, quod Wyg dicebatur, memoriam, Wygbergis (veluti excelſum aut belli mons, ſeu ſacrificationis) lingua Danica nuncupatur: ubi pro cauſis terminandis, ſive pro legum veritate vel firmitate diſcutienda, populus, ex more, de omnibus partibus Jutiae congregatur. Hunc locum nobilis Princeps adiit, ut vel ibi refugium inveniret. Sed dum illic inſidias paratas videret, verſus Fioniam properavit.

Vita compendium exhibetur.

10 LECT. V. Cumque Fioniam intraſſet, coepit & ille populus, diabolico ſpiritu inflammatus, in mortem pii Principis conſpirare. Confluit ergo malignus populus, ac de die in diem augmentatur. Aderat inter eos verſutiſſimus proditor, dictus Pipirco, qui Regem adiit ſub ſpecie pacis faciendae inter populum & ipſum. Suſcipitur reverenter, & in menſa Regis honoratur. Sed cum Regis propoſitum cognoviſſet, rediens ad populum, omnia verba Regis pervertit, atque in ne- D cem pii Principis eorum animos malignus proditor concitavit. LECT. VI. Rex autem cum aliquibus ſibi fidelibus, ad eccleſiam ſancti Albani acceſſit pro Veſperis audiendis. Quod cum populus comperiſſet, ſubito eum inſequitur; aliique valvas baſilicae infringere, alii ignem admovere tentabant. Interea Rex devotiſſimus per confeſſionem & Dominici corporis communionem ſe munivit. Cumque obſtinatus populus ipſum & ſocios ejus, jaculis & ſaxis per feneſtras aliaſque aperturas nimium infeſtaret, Rex pius coram altari, in modum crucis procumbens, ſe & ſuos Domino commendabat. Dum autem ſic orando jaceret, unus per feneſtram immiſſa lancea, latus ejus tranſfixit, [&] Chriſto martyrem fecit. *Satis fideliter Sancti Acta contrahunt Lectiones; at quando aut a quo compoſita ſint, non liquet: paulo vetuſtiora ſunt, quae dabit ſequens paragraphus.*

De ipſo etiam agitur in Menſis E

11 *Porro* S. Canuti *gloriam non ſolum in Dania aut aliis Septemtrionalibus partibus, ſed etiam Romae pervulgatam eſſe, docebit infra laudatus P. M. Andreas Angelettus ex celebri ſolennitate in ejus honorem habita anno* 1641, *ut eſt n.* 35. *Ceterum inchoatam ibi pridem veneration.em ſenſim accreviſſe, ex eo prae ceteris patet, quod in omnibus editionibus Martyrologii Romani apud Plantinianos ejus nomen referatur ad diem* VII *Januarii, qui cum impeditus ſit octava Epiphaniae, translata eſt feſtivitas: poſtquam anno* 1670 *Sanctus peculiari Officio donatus eſt, ad* XIX *Januarii; ubi anno* 1675 *annuntiatur primo loco in hunc modum*: In Dania, S. Canuti Regis & martyris, cujus dies natalis agitur VII Idus Januarii, *uti hactenus in Martyrologio obſervatum invenies: ſed in quo fateri cogimur, factam eſſe verosimillime confuſionem aliquam inter Sanctos ſynonymos ſub* Canuti *nomine, patruum nempe ſeniorem, & nepotem ex fratre Erico Bono, hoc ad diem illum* VII *Januarii, illo ad hunc* X *Julii ſpectante, ut olim demonſtravit Bollandus, atque ex hoc Commentario manifeſtum eſſe, exiſtimamus.*

& in Breviario Romano. F

12 *Neque vero uniformis ſemper fuit commemoratio; nam in Plantiniana prima anni* 1586 *legitur*: In Dania, S. Canuti Regis & martyris, quem cum plebs furens occidiſſet, peſte & fame a Deo percuſſa eſt. *In ſequentibus ſolum habetur*: In Dania, S. Canuti Regis & martyris: *in recentiſſimis additur feſtum translatum eſſe ad* XIV *Kal. Februarii. Interim quocumque modo ea accepta aut intellecta ſint, aperte patet, & in Martyrologio & in Breviario Romano agi memoriam ejus* S. Canuti *de quo hic potiſſimum ſermo eſt; nec alteri juniori applicari poſſe decretum ſacrae Congregationis Rituum, datum die* IX *Auguſti* 1670, *& poſtridie a Sanctiſſimo approbatum, quod ex ipſo programmate Romano deſcribimus*: Sacra Rituum Congregatio habita die IX Auguſti MDCLXX cenſuit, ſi Sanctiſſimo viſum fuerit, poſſe concedi, ut Officium S. Canuti martyris Regis Daniae apponatur in Breviario Romano, ſub ritu ſemiduplici ad libitum, cum oratione & lectionibus propriis, per eamdem Congregationem ſub dicta die approbatis; *quas ſatis eſt legere, ut quis de dictorum veritate convincatur. Jam ſuccedat votus eventuum, de quo dicere coeperamus.*

§. II. Sin-

A

§ II Singulare Sancti elogium ſcriptum; uti apparet, ab aliquo qui primæ ſacri corporis elevationi interfuit.

Antiqui ſcriptoris exordium.

ANtiquum hoc & notæ optimæ monumentum deſcribi olim curavit ſtrenuus Majorum noſtrorum adjutor P. Grothuſius, ex perquam veteri & Ms. exemplari Cartuſiæ Colonienſis, ſub hoc titulo: PASSIO S. CANUTI REGIS ET MARTYRIS. *Seculi ſui ſcabritiem redolet ſtylus hinc inde rudior; ſed hoc & ſiquid præterea vitii occurrit, vetuſtatis pretio facile compenſatur. Sic orationem ſuam orditur ſcriptor*: Licet per totius orbis eccleſias conveniat omni populo Chriſtiano, feſta Sanctorum celebrare, victorias Martyrum laudare, vitamque iſtorum imitari: in ſingulis etiam locis propter familiaritatem cohabitantium, & propter ſanctarum præſentiam reliquiarum, quæ in ſolatium iſtis vel illis habitatoribus condonatæ ſunt: Venerationem, inquam, ſpeciali apud cives populoſve ſuos digni habentur, atque honorantur. Omni ergo virtutum opifice Spiritu ſancto aſpirante, nunc de S. Kanuti Regis & Martyris tractaturi paſſione, ammonemus vel obſecramus vos, qui hæc audituri eſtis, ut intento corde conſideretis, quanti ſit apud Deum, juſtitiam ceteraſque virtutes diligere, ac pro his atque cæleſtibus animarum præmiis, hujus mundi vitam contemnere, & abnegando ſemetipſum felicis cruce Chriſti ſequi veſtigia.

Sanctus, ob virtutem neglectum quandoque exulat,

14 Scirpe igitur regali, & ultra iſtius gentis naturam vel conſuetudinem, in chriſtiana religione præclare editus Kanutus, & inter ipſos pueritiæ flores prædagogis traditus, utpote ad regni hujus gubernacula erudiendus; incredibile dictu quantum ſubito profecerit, ni fallor, ob merita pii ac religioſi parentis & felicis memoriæ Sueonis Regis, aut certe gratia Spiritus ſancti, quemadmodum poſtea comprobatur, attractus. Namcrevit in eo morum prudentia cum juventutis gratia, adeo quod ipſis principalibus quatuor virtutibus, ad normam illuſtrium virorum quadratus, jam prope ruinam vitaret inſaniæ vel ſtultitiæ, aut defectum contemneret ignaviæ. Totius ergo inventor vel auctor malitiæ diabolus, quaſi jam nunc expaveſcens, quod ei deberet multos tandem ſubtrahere, & hinc fraudes ac ſpurcitias vel immunditias hominum atque malignorum ſpirituum eliminare aut ſaltem compeſcere; Kanutus, dico, ſupervivens ac, ut cœpit, in virtutibus ſedulo accreſcens, non tantum corda quorumdam hujus terræ principum; verum etiam fratrum ſuorum, injuſti ac mali timoris invidiæque jaculis perculit; in tantum, quod hinc denegaret jura ſuper ſe regnandi, ne propter ipſius probitatem judicarentur velut ignobiles aut reprobi.

regnum confecutus, illud plegubernat,

15 Quid igitur? Ut fratres Joſeph, expulerunt hunc in exilium in partes Suithorum, quem præconio virtutum deberent extollere ad exlum. Ipſe autem prudens, velut Jacob conſilio Rebeccæ, id eſt rationabilis patientiæ, utiliter & innocenter fratribus ceſſit, uſque dum virtus divina eum in pace redu- AUCT. xit. Itaque Dei ſuffragio Rex & gubernator J. B. S. huic populo electus atque conſtitutus, tamquam David in Domino confidens, & ſuæ ſpei ancboram in cæleſtibus figens, per bona hujus labentis vitæ opera ad portum ſalutis, Deo gubernante, inter varias mundi procellas læta extendebat velamina: ſuſtentabat inopes, ac refovebat flebiles, quatenus ſummæ dignitatis & gloriæ perennis aliquam ſortem perciperet, inter ſupernos locatus proceres; Pontifices autem & doctores vitæ hujus vitaliter, Epiſcopos videlicet, & presbyteros divinitus intentos officiis, rebus præ ceteris amabat; & conſolationibus auxiliiſque ac donis erigebat, & quo liberius vel libentius ad meliora proficerent, bonis eos promiſſis blande ac devotiſſime confortabat. Inſuper etiam eccleſias vel congregationes Sanctorum frequentans, ſedulo corde oreque reverenti, votis muneribuſque pretioſis eas ditavit atque honoravit, ſicut Roſchelde, Dalboi, Lunde apud ſanctum Laurentium præcipue apparet, cujus eccleſiæ conſtructor, pater ac cultor extitit, quatenus illic & iſtic bonitatis ac ſanctæ religionis ejus memoria [recolatur] cum benedictione Sanctorum in ſæcula ſæculorum Amen. E

Eccleſiæ jure fortiter propugnat:

16 Interea quoque jam prorſus perverſa & inania quæque, ſicuti hoſtis antiqui deliramenta, deſpiciens, Deumque per omnia ſalvatorem diligens, gentem iſtam, adhuc in moribus bonis ac Deo placitis parum eruditam, vel in ſacris virtutibus exercitatam; propoſuit imprimis amicabiliter paterneque rogare: ammonere, atque per ſe & Epiſcopos ac prælatos inſtruere, ut Deo ſuorum bonorum primitias vel decimas, ſecundum legem Dei, voverent necnon perſolverent, Chriſtianorumque religionem utilius & honeſtius quam hactenus, ob ſalutem animarum ſuarum, ſervarent. At cum tali moderamine exiguum proficeret, ac gens inſipiens, nec tartara timens, nec cæleſtia quærens, terrenis deſideriis, quæ militant adverſus animam, nimis adhæreret, aut in deterius animum reclinaret; Rex Dei zelo permotus, adjecit majores ex eis regaliter ac potenter deterrere, atque de jure ſuo aliqua eis ſubtrahere; interdum etiam majorum vel Sanctorum auctoritate compellere, ut Deo & Sanctis obedirent, juſta honeſtaque delectationibus tranſitoriis præponerent: nullos fideles Chriſtianos, quaſi advenas & peregrinos deſpicerent; ſed tamquam cives Sanctorum & domeſticos Dei, utpote in Chriſto fratres, haberent: ac ſic glorine caritatis conlentes, ſeſeque invicem ſupportantes vel adjuvantes, certius ad gloriam cæleſtem pervenirent. V

ſed gentem ferum fratres emollire cupiunt,

17 O, virum omni laude proſequendum! qui noluit ſolus hic valere, aut etiam in cælo regnare; ſed multos ad Chriſti palatium ſecum trahere. Sciebat quippe quod diligentibus Deum, & in Deo proximum, cuncta cooperantur ac proveniunt in bonum, ſicut teſtatur & ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus. His vero diſpoſitis cum hujus regni melioribus fide ac virtute valentioribus tractare cœpit, quanam rationali occaſione hanc plebeiam multitudinem honeſtis laboribus erudire poſſet, ut tandem aliquando pia ſaperet,

AUCT. J. R. S. infernalisque intelligeret, quo cautius noviſſima hominis provideret. Denique inventum ac cito conſultum ex præcepto Regis & Principum diligenter divulgandum, ad Anglos tranſmeandum, ut eorum generationem per militum virtutes de gravi jugo ſervitutis indignæ abſolveret, aut ſaltem militum iſtorum animos vigiliis ſolicitudinibus, fame, ſiti, gelu vel aliis laboribus redderet exercitatos & eruditos, ne, ut ad id temporis, leviter quaſi ex laſcivia & adipe iniquitas eorum prodiret, & in affectum cordis tranſirent.

fratrem Olavum in vincula conjicere cogitur.

18 Aſt alii hæc longe aliter & multa Regis conſilia vel beneficia animadvertentes, aut ejus hortationi & egregiæ virtuti livida & ſerpentina mente obſtantes, & idcirco multos ne irent ad Anglos impedire cupientes, etiam fratrem ipſius Olavum adverſus eum clanculum excitaverunt: qui ſi perfecte & vere ſaperet atque congnoſceret, quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum, pro virtuoſo germanoque principe potius animam poneret. Ne aliud proferam quod tali viro vel levi verbo umquam reſiſteret, aut ſine ipſo regnare hic deſideraret. Rex autem prudens hæc ſine mora comperiens, & non tam ſibimet quam fratris errori conſulere intendens, miſit eum cante in Flandriam, ne incepti mali conſilii ſuper ſe regnando incurreret infamiam. Spiritualis autem judicat omnia, & ipſe a nemine judicatur, & in hoc eſt præſtantior ceteris animalibus. Unde & David dicit: Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumentis & ſimilis factus eſt illis. Pro his itaque & hujuſmodi geſtis, ac maxime propter amorem juſtitiæ & religionis ſanctæ diu ab incolis terræ, elatis mente, perſecutionis ac regni detrimenta patienter ſuſtinuit.

In Flandriam fugiens,

19 Ad ultimum vero, pene omnibus contra Dominum & Chriſtum ejus conſpirantibus, a parte aquilonari, quæ appellatur Wendele, aperta eſt contradictio, manifeſtaque repugnatio videtur oriri, tamquam turbo involvens. Et ſic per partes Jutenſium ſæviendo, & eos ad eumdem furorem provocando, quotidie plura coogregans arma, ad civitatem, quæ vocatur Sleſuine, fremens ac frendens ſancti Regis inſequitur veſtigia: Rex ergo tunc cernens quod eos ſedare nequiſſet honeſta ratione, immo de Jutenſibus fugere compulſus, ad Vionenſes tranſivit, in quibus magis auxilium ſperavit. Quo cum perveniſſet, hinc indeque a perſecutoribus vel Regis inſidiatoribus directi convenere legati, præcipiendo iſtis præcipientes, ut Regem tyrannum interficerent, ſi regionem ſuam incendi aut devaſtari noluiſſent. At illi plus homines quam Deum timentes, vel attendentes, nec Regem, ut decuit, honorificantes, ſed feroci animo cum gladiis, fuſtibus & armis ad curiam ejus convenerunt. Denique ipſius fratre Benedicto & admodum paucis ſancte fidei & caritatis conſtantia conſortatis, ſecum remanentibus in tam crudelibus & inopinatis ſuorum tribulationibus, Rex Knutus valde pius, Sanctorum exemplis inſtructus, ad eccleſiam ſanctiſſimæ Virginis Mariæ & beati Martyris Albani animum iterque direxit: frequenter quidem jejuniis orationibuſque ſacris convenienter ac

tum præcipue intentus, ſicuti cupiens jam jamque ſibi præ ceteris dilecti Martyris Albani, per ipſum de partibus Anglorum huc revecti conſortium, aliorumque proprio vel ſacro ſanguine laureatorum, Chriſto principe martyrum favente, promereri.

ibi a ſuis diſcipulis ſepulturæ traditur.

20 Verumtamen adhuc volens plebem nimis temerariam & inſipientem corrigere aut ſedare, vades & fidejuſſores ad omnem Juſtitiam ſubjectis impendendam præbuit, necnon ne aliquis innocens propter ipſum periret, juſjurandum adhibuit. Aſt vulgus ratione carens & inſolens, nec humani generis calamitatem attendens, tunc cœpit magis mente inſana furere, temptans omnimodis ſacras ædes Sanctorum & eccleſiam Domini confringere, aut ſaltem per fomenta ignis corrumpere. Quid multa? Dux & gloria Danorum optans per martyrium mutuare certum ac ſtabile Regnum, gloriam hujus mundi tranſitoriam flocci pendens, arma ſæcularia deponit, ne cum ipſis periret, ſi corpus corruptibile plus quam animam diligeret, confeſſionem pro erratis ac delictis iteravit, fructus pœnitentiæ dignos adauxit, Dominici corporis Sacramentum ad æternæ ſalutis incrementum cum reverenti devotione accepit, & ſeſe ſuoſque cœlorum rectori gratia bonæ ſpei commiſit. Nec mora: undique plebis agmina per feneſtras aliaſque aperturas lapides ad Regem projiciunt, & jacula; donec unus de ſacrilegis religioſum Regem perfodit lancea. Nam crucis in modum manibus expanſis ad altare S. Albani Martyris tranſfixus eſt in latere cuſpidis mucrone. Itaque VI [Idus] menſis Julii ſic occubuit pie ſecus aram Chriſti ſuſo ſanguine, Domino noſtro, inquam Chriſto regnante & adjuvante, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

TRANSLATIO.

21 Sed quia nec in libris Eccleſiaſticis legitur, neque vulgo refertur, quod aliquis Rex in ædibus ſacris & a militibus ſuis tam crudeliter tamque miſerabiliter interfectus ſit; arbitramur, vel experimento intelligimus, Deum omnipotentem, ob id valde commotum aut deſpectum, in cujus baſilica, quaſi principis ſummi aula, refugium ac tutamen quæſivit ut decuit. Idcirco vindicta Dei correctionis gratia illico ſubſecuta, totam fere Daniam pluviali tempeſtate, ferali peſtilentia, fame & alimentorum inopia tamdiu perturbavit, donec per multas viſiones ac revelationes pluribus eſt oſtenſum, quod ejus corpuſculum miſere dejectum & hactenus jacens deſpectum, deberet inde levari & amplius inter Sanctos reverenter honorari. Quid multa? His mox divulgatis, Jutenſes cum Epiſcopis & ſacerdotibus admodum religioſis ad nos fide bona & devotione venerunt. Conſilium nobiſcum inierunt, & in eo decreverunt, ut oſſa Regis & Martyris cum digno honore elevari debuerunt.

Variis ſignis.

22 Tum indicto triduano jejunio peracto-que cum orationibus, eleemoſynis & hymnis & ſpiritualibus canticis, corpus Regis jam ſacratum de pulvere terreno eſſet elevatum, Deus omnipotens & miſericors tria in eo magna declarare dignatus eſt miracula, quatenus hebetes iſtorum mentes ad pœnitentiam revocaret, vel ad ſanctam religionem incitaret. Nam ad ſuggeſtionem vel petitionem

A nam multorum, ne mens dubitando tabesceret insipidorum, super sancta ejus ossa quatuor vicibus ignem nimis ardentem misimus, qui in momento quasi aqua infunderetur, extinctus, nihil molestiæ inferens, nec aliquid lædens, nusquam comparuit. Aliud quoque in Olavo fratre atque successore in hujus regni dignitate, notandum contigit: quia quando erat Regis & martyris Kanuti depositio, accidit Olavi tunc exulis ac positi in Flandria in vinculis liberatio, & hic ad regnum exaltatio. Et nunc, Deo disponente, dum facta est beati Kanuti martyris translatio exaltationis, evenit hujus Olavi depositio terrenæ dignitatis.

a Deo illustrata.

23 Tertium vero in sexta feria ante Kanuti translationem, omnibus apud nos bonis in oratione & jejunio persistentibus, magna tempestas pluviæ fuit, adeo etiam in nocte sequenti, quod nos multum conturbavit. Et in sabbato quoque tenebræ vel obscuritates magnæ usque in horam tertiam sunt factæ. Sed postquam sepulcrum ejus discooperuimus, & reliquias sanctas reperimus, statim magna luce & aeris serenitate omnipotens Deus, ad laudem ipsius & meritis beati Kanuti regis & martyris, quibusdam signis nos lætificare, & ineffabilem misericordiam, qua & indignos vocat ad pœnitentiam, multis ostendit, quam ipse precibus ejus nobis præstare dignetur in perpetuum qui vivit & regnat cum Filio suo in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

B

§ III. Acta ab aliis postmodum scripta quo hic ordine recenseantur.

Ælnothus Anglus, præcipuus Actorum scriptor.

PRimum omnium qui S. Canuti *gloriosum martyrium litteris consignavit, eum fuisse plane existimo, quem jam dedimus Anonymum, verosimillime in aliqua ecclesiastica dignitate positum, qui tamen breve potius encomium, seu orationem ad populum composuerit, quam ordinatam historiam, ut ex proposito contextu satis patere existimo. Vitam & passionem paulo post digessit, more*

C *istius sæculi, longis parergis historicis, moralibus, poeticis, aliisque figuris, sæpe importune obtrusis, exornatam ampliscatamque* Ælnothus *aliquis, sive* Ailnothus, Alnothus *aut* Elnothus *Cantuariensis, qui se in præfatione ad Nicolaum Regem,* Cantia, *non* Cantico, *ut legit Meursius,* Anglorum metropolitana urbe editum, & Daciæ partibus quatuor quinquenniis & bis fere binis annis demoratum *scribit; in epilogo autem* sacerdotem infimum *sese nominat,* Anglorum orbe editum & Daciæ partibus annis numerosis peregrinatum. *Nihil in eo auctore desideres præter debiles nervos & moderatam brevitatem; cum narrationis, ad Sanctum spectantis, limites plerumque excedat, rem omnem modis pathos concionatoriis, exclamationibus, apostrophis, invectivis, quam historico filo adaptans: eo nihilominus titulo vere commendandus, quod Sancto ætate proximus & prope æqualis fuerit.*

Regi Nicolao synchronus.

25 *Etenim Nicolaus Rex, cui Vitam S. Canuti fratris inscribit* Elnothus, *quintus fuit filiorum Sueynonis in paternum regnum successor; obses primum in Flandria, seu potius in vincula, Olavi fratris loco sua voluntate conjectus; ut sublato a perduellibus subditis* S. Canuto, *totius rebellionis in Sanctum machinatori Olavo ad thronum viam sterneret; deinde & sibi, sed post Ericum, fratrem alterum, cognomento* Bonum, *qui regno non sine laude administrato, suscepta, cum pia conjuge Bottilde, in Palæstinam peregrinatione, in Cypro insula diem extremum obiisse videtur anno circiter* 1105; *siquidem omnia quæ de fratrum successione apud Saxonem Grammaticum traduntur, ad rectam aliquam chronologicam seriem reduci possint. Cum vero mortis prædicti Erici nuntius nonnisi biennio post in Daniam pervenerit, non potuit Nicolaus regni habenas, exclusa* S. Canuto *junioye, Erici Boni filio, capessere ante annum* 1107. *Hic autem regnum tenuisse dicitur annis octo supra viginti, a Sleswicensibus demum occisus in vindictam cædis S. Canuti junioris, a filio ejus Magno proditorie interemptus; sic ut vitam protrahere non potuerit ultra annum* 1135.

proximus suis ætati S. Canuti

26 *Ex istius Nicolai regis ætate facile colligitur, Ælnothum ante annum jam dictum* 1135 *Vitam* S. Canuti, *a se scriptam, edidisse; qui si tunc annis viginti quatuor in Dania commoratus fuerat, ut ipse testatur, in ipsa Vita num. 76 innuens, se interfuisse solennissimæ sacri corporis* S. Canuti *translationi, anno sexto regni Erici, non multis a* S. Canuti *martyrio annis in eas partes ipsum pervenisse necesse est; fuitque adeo proximus Sancti ætati, potuitque a* probabilibus personis utriusque sexus & ordinis, & a religiosi habitus viris *omnia certo & indubitate cognoscere, quæ* posterorum memoriæ apicibus reservanda contraderet. *Sunt igitur ea Acta, quantumvis oratorie extensa, magnæ fidei, auctoritatis & ponderis, primum vulgata Hafniæ anno, ut fallor,* 1603, annos circiter viginti octo, *inquit Joannes Meursius, antequam ipse alteram suam editionem proferret, excusam ibidem anno* 1631, *ubi ad lectorem monet, priorem illam impressionem sibi antea ignotam fuisse:* Verumtamen, *verba ejus sunt,* dum editionem illam Hafniensem, *postmodum scilicet obtentam,* oculis lustro, video menda, quæ in codice manuscripto satis multa occurrebant, etiam hic repræsentari. Itaque persistendum mihi in incepto arbitratus, denuo descriptioni manum admovi, & corrupta passim loca, inter

F

Meursi editio imperfecta est,

27 *Quousque manuscripti sui menda exterserit Meursius, quot vero altera editio alteram excedat, cum prior a Musæo nostro absit, non est mihi promptum divinare; est iis referentissimum esse operæ Meursii apographum, imo & in nonnullis partibus mancum, defectivum & mutilum, cum ex accurata collatione alterius manuscripti, quod apud nos Tosanum vocatur, cum ejus editione, deprehenderim, multa ab eo perperam scripta, multa non satis perfecte reddita, alia prætermissa, quæ forte ipse in sua exemplari non reperit, sed quæ auctoris, in multis sæpe battologi, ipsum omnimode sapiunt. Maxime notabilis est lacuna numero nostro* 24, *quam hic describere opus non est, cum inter annotationes satis explicata sit. Ceteras varietates figillatim enumerare, præterquam quod tetricum & inutile censeam, hujus certe loci non est. Exstat jam sæpe dicta Meursii editio, quam cuilibet integrum erit cum hac nostra conferre, unde discrimina omnia colligi poterunt: iis vero quibus ipsa ad manum non est, licebit ad jam dicta annotata*

A *noſtra recurrere, in quibus neglecta non ſunt quæ obſervatione digna videbantur.*

AUCT. J. B. S. & poſtponenda antiquiori Hafnienſi;

28 *Non placuiſſe olim Majoribus noſtris Meurſianam illam Ælnothi editionem, argumento ſunt non pauca; illudque imprimis, quod tametſi ipſa in Muſeo noſtro exſtaret, effeceritque Bollando notiſſima (nam priorem Haſnienſem hactenus nobis ignotam exiſtimo) tametſi, inquam, Meurſianam recenſionem præ oculis haberent, attamen manuſcriptum noſtrum ab ipſis non ſcitanter examinatum advertam, tanquam dignum quod ſuo tempore typis committeretur, Meurſiano utique præferendum. Nec præproperum fuiſſe aut vanum ipſorum judicium, docuit non ita pridem vir clariſſimus Ericus Benzelius anno 1713, poſt accuratam utriuſque editionis collationem a ſe factam, Upſalia ad nos ſcribens*, multis locis præſtantiorem eſſe editionem priorem Haſnienſem, poſteriori illa quam dedit Joannes Meurſius. *Mitto plura dicere; hæc ſufficerunt, ut merito me compellerent ad recenſendum de integro laudatum manuſcriptum, a Bollando olim tantopere æſtimatum, atque ex eo procurandam tertiam impreſſionem, cum Meurſiana illa collatam, ſed ipſa etiam multo præſtantiorem.*

B

29 *Non diffitebor equidem, exemplar noſtrum* adeo ut tertiam ex Ms. adjicere compellamur; *nævis etiam ſuis non paucis reſperſum eſſe, ſive auctoris ipſius, non ſatis Latine ſcribentis, vitio, ſive amanuenſium, quorum imperitiam & ſocordiam nunquam quis ſatis incuſaverit. Auctori ipſi adſcribendi ſunt longiores & detorti quandoque ac ſcabroſi ſenſus, quos ad rectam ſyntaxim reducere, non ſemper uſque adeo pervium eſt: Amanuenſium ſunt omiſſiones vocum, earumdem transformationes, adeoque durior & inconcinnior orthographiæ ratio, ſæpius a nobis, ubi omnino opus fuit, nonnihil emendata. Pro Sueno, ſeu Sweno ſemper expreſſum reperi* Swegno, *inflexum numquam, plerumque indeclinate; verum, præmiſſa hac monitione, putavi, communiori ſcribendi modo & hoc & alia fortaſſe nomina aptari poſſe. In varias ſectiones ſeu breviora capita diviſum eſt manuſcriptum noſtrum, ex quibus triginta quinque diſtinxit Meurſius, inæquali prorſus ratione; cujus vitandæ gratia, ſolitæ noſtræ methodo inhærendo, ad eamdem normam exegimus capita; titulos vero, numeros, & marginales notas convenienter addidimus.*

C quamvis hic ea nævis immunis ſit.

30 *Titulus, in manuſcripto noſtro præfixus, ſic habebat:* Paſſio glorioſiſſimi Canuti Regis. *Tum:* Epiſtola Ailnothi ad Regem Daniæ Nicolaum, de paſſione glorioſiſſimi Canuti Regis & martyris: *ſed ea rurſus omnia ad noſtram diſponendi rationem contrahenda fuerunt. De cetero dubitari nequit quin hæc prima, vetuſtiſſima & potiſſima ſit vitæ & paſſionis* S. Canuti *hiſtoria; quam utinam paulo preſſius digeſſiſſet ſcripſiſſetque auctor, parergis illis, de quibus diximus, inutilibus digreſſionibus atque invectivis abſtinens, quæ omnia pro concionibus dicenda potius, quam lectorum oculis exponenda ſunt: in quo multis titulis, me quidem judice, præferenda eſt Saxonis Grammatici elegans, nervoſa & numeroſa narratio a Surio, qui Ælnothum non noverat, ad VII Januarii male collocata; utpote quæ ad hunc X Julii referenda erat, cum dies illa VII Januarii alteri juniori* S. Canuto *propria ſit, ut pridem rectiſſime monuit Bollandus, apud quem, dicto loco, non pauca ad utrumque ſanctum Canutum ſpectantia reperiuntur, hic a nobis conſulto præterita, ne fruſtra eadem repetantur. De Saxone dicendum ſupereſt.*

31 *Sunt præſtantiſſima ſunt quæ Saxo, litteratiſſimus ſui temporis hiſtoricus, vere, graviter & nitide de ſancto Rege* Canuto *tradidit libro* XI, *ex quo ſua acceperunt qui deinde ſecuti ſunt rerum Danicarum & Sueticarum ſcriptores, quas inter etiam Joannes Magnus paucis multa contrahit lib.* 18, *cap.* 12 *&* 13. *Fugit hic referre, quam varia fuerint de Saxone iſto Grammatico judicia, ad rem noſtram nil facientia: id certiſſimum eſt, eum a nemine ei laudem præripi, quod ſtylo eleganti, florido & terſo, ad ſæculi ſui miraculum hiſtoriam contexuerit, eruditiſſimis quibuſque id teſtantibus apud Stephanium, qui ipſum recognovit, notis illuſtravit & edidit anno* 1644, *in Prolegomenis a cap.* 16 *pag.* 24, *Saxonemaſtyges ibidem operoſe & egregie refellens. Quæ de priſcis Daniæ Regibus & populis collegit, hic expendenda non ſunt; in iis certe quæ ejus ætati propinqua fuerunt, nemo tanti ſcriptoris fidem in dubium revocaverit. Vixit autem & floruit ſeculo* XII, *mortuus veroſimiliter anno* 1202 *aut* 1204, *ut vide apud laudatum Stephanium cap.* 15. *Fuiſſe Roſchildenſem Canonicum & Præpoſitum, ibidemque ſepultum., indubitata eſt omnium ſententia. Cum autem Surius ſua omnia ex Saxone deſumpſerit, ut ex utriuſque collatione conſtat, ejus editionem hic ſequi non piguit; iis ſolum additis, quæ de Olavi famelici interitu ſubjungenda putavimus, tamquam in vindictæ parricidarum complementum.*

D Multo nitidior apud Saxonis historia,

E

32 *Præter hos ſcriptores, fide dignissimos, quid* Quæ ab aliis tradentur, *alii de* S. Canuto, *ſive ex profeſſo, ſive ex occaſione tradiderint, quærere ſuperſedeo; neque vero operæ pretium me inde relaturum, ſatis docuit Vita B. Caroli Boni, Flandriæ Comitis, quam reperi in prægrandi noſtro manuſcripto codice Theodorici Pauli Gorcomienſis, alibi a nobis non ſemel citati, ubi ipſe hiſtoriæ martyrii B. Caroli brevem ſancti parentis Vitæ epitomen præmittit, ex qua ſatis erit unum alterumve ſpecimen exhibere. Inter alia ſic refert*: Cumque in timore Domini (*S. Canutus*) gubernacula regni nobiliſſime per aliquot annos rexiſſet, iviſſetque de virtute in virtutem, Arnaf, ſive Arnoldus frater ſuus, ambitione percipiendi regnum, inſidiatus ei multum fuit. *Audis hic perperam appellari* Arnaf *ſive* Arnoldum, *qui* Olavus *ſeu* Olaus *dici debuit, cuique auctor, per inſignem calumniam, ſancti ipſius Canuti parricidium, tamquam propria manu commiſſum, infra adſcribit, viſionem S. Wenceslai Bohemici impertune intrudens, qui Sancto noſtro revelaverit*, quod ſuo genere mortis deberet mori. *Rem ordine proſequamur.*

F

Speranda potius quam æſtimanda ſunt.

33 *Sic pergit*: Igitur cum quadam nocte quieſceret, completis de nocte orationibus, quas legere conſueverat, apparuit ei ſanctus VVenzeslaus martyr Chriſti per viſum, eique quod ſuo genere mortis deberet mori, revelavit; præcipiens ei, ut in honorem ipſius, qui VVenzeslaus dicebatur, monaſterium conſtrueret. Rex vero a ſomno conſurgens, ſtupefactus de viſione, convocato clero, cœpit de S. Wenzeslao, de quo numquam antea audierat, ab ipſis quis eſſet, diligenter perquirere: & certificatus, quod eſſet Princeps Bohemiæ, & a Boislao, fratre ſuo martyrizatus, cœpit ad honorem ejuſdem Sancti in Kivallia Ciſtercienſis Ordinis monaſterium magnarum poſſeſſionum exſtruere, ſed numquam conſummavit. Ipſe ſanitate & juſtitia ac religione præclarus, dum in ſua regali

capella

A capella divina audiret, traditus a ſuis, a præfato fratre ſuo dire martyrizatus fuit XXV die menſis Junii. *Undecumque hæc Theodoricus acceperit, fallunt omnia: nec a fratre cæſus eſt S. Canutus, nec Ciſtercienſes noviſſe unquam potuit; nec proinde ſubſiſtit talibus commentis innixa S. Wenceſlai apparitio. Sed hujuſmodi fallacias non moramur; reliquum eſt ut Sancti noſtri & deceſſorum aliquot ſucceſſorumque tempora explorare conemur.*

Noviſſimus ſcriptor Angelectus

34 *Non excidet tamen, laudati ſuperius P. M. Andream Angelotti, Romani Carmelitæ Saxoniæ Provincialis, ultimi, quod ſciam, hiſtoriæ S. Canuti Collectoris, verbo hic etiam meminiſſe. Ex data ſuperius, hujus Commentarii § I, ſpecimine, ſatis patere exiſtimo, utrum prolixitati ſtuduiſſe, dum agglomeratis undecumque pannis, collectionem ſuam ita ſubfarcinavit, ut ad centum ſeptuaginta alte paginas in quarto eam extenderit; non magno quoque opere pretio, quandoquidem additamenta ejus pleraque ad S. Canuti geſta, virtutes aut gloriam permodicum conferant. Candide fatemur, non majorem ejus, utpote ſcriptoris recentiſſimi, quam aliorum rationem hic a nobis habitam eſſe; ne eorum quidem, quæ de ſtabilito olim cultu pluribus verbis commemorat, cum ea ipſa non alunde,* B *quam ex aſſignatis a nobis genuinis fontibus deſumenda fuerint. Unum eſt, cujus ipſe teſtis oculatus eſſe potuit, quodque in ipſo ſolo reperimus, de inſtituta ſæculo proxime elapſo ſolemnitate, quam cap. ſuo 49, pro totius operis corona, deſcribit in hunc modum:*

Inſtaurati primis de ſolemnitate Romana.

35 Fuit denique, *inquit*, anno MDCXLI, in eccleſia noſtra S. Mariæ Tranſpontinæ, facellum, in honorem ejuſdem S. Canuti martyris, Regis Daniæ, virtute decreti S. Rituum Congregationis, inſtante humiliter D. Canonico Chriſtiano Paygh Dano, auxilio & cura Joannis Baptiſtæ Pamphilii, S. R. E. Cardinalis, & tunc temporis ſupra negotia, ad regnum Daniæ ſpectantia, conſtituti, qui poſtea ad pontificiam ſedem aſſumptus, felic. record. Innocentius X vocatus fuit; quod decretum etiam prompte confirmatum fuit ab Urbano VIII. fel. mem. & die VII Januarii ejuſdem anni, juxta Martyrologium Romanum, in eademmet noſtra eccleſia, prima feſtivitas pontificie celebrata fuit, aſ- C ſiſtente ſacro Emin. Cardd. Collegio; cum univerſali applauſu ſummaque urbis Romæ lætitia, quam innumerabilis populorum frequentia, luminaria, machinæ curules, & ignes artificiales per duos continuos dies, necnon plurima alia veræ pietatis ac venerationis, tam glorioſo Sancto debita obſequia, ſatis ſuperque comprobarunt. Debemus igitur ibidem & noſtras preces ſupplices nos effundere votaque noſtra offerre, præcipue in die feſtivitatis, quæ ſingulis annis, eadem die VII Januarii celebratur, certiſſimi, nos non ſolum inferiores antiquis Daniæ populis, ſed certe æquales ac ſuperabundantiores etiam gratias, meritis ſanctiſſimi Regis & martyris Canuti, efficaciſſima interceſſione recepturos. *Tranſlatam hodie Sancti feſtivitatem, noviſſimus eſt; ad ejus fratrumque temporum ſerium digreſſum accedamus.*

AUCT. J. B. S.

§ IV. S. Canuti & fratrum Regum Daniæ chronologia.

Propoſitam chronologiæ Daniæ partem

DE Dania, ejus converſione, Regumque genealogia egit olim Henſchenius in Commentario ad vitam S. Anſcharii Hamburgenſis XXI Februarii: S. Canuti genus, proavos, filios & nepotes antea explicuerat, ut ſupra diximus, Bollandus ad VII Januarii; a quibus recedere non debuerat laudatus Angelectus, cum ea locis iſtis ita eruderata ſint, ut nec ipſe ſolidiora proferre potuerit, nec mihi hic quidquam addendum ſuperſit. Solam eam partem illuſtrandam ſuſcipio, quæ patris & fratrum Sancti noſtri annos, in regni adminiſtratione exactos, paulo accuratius determinet, quam hactenus factum deprehendere potuerim. Dolendum imprimis, Saxonem Grammaticum, ſcriptorem hic alias diligentiſſimum, minorum, quam par erat, deſignandorum temporum ratione habuiſſe, ut difficillimum ſit, annorum ſeriem ex ipſo diſtinguere. Unde vero lucem ſperaveram, inde majores tenebræ obortæ ſunt; nam qui ad chronologiæ calculos ſua exigere conatus eſt Johannes Iſacius Pontanus, ſatis alioqui vetus Daniæ hiſtoriographus, ſupra etiam laudatus, is pleraque huc ſpectantia ſic involvit, ut mirum ſit, tam inconſequenter procedere. E

non uno loco involvit hiſtoriographus

37 *A Sueronis magni obitu ordinande omnino ſunt filiorum in regnum ſucceſſiones definiendaque cujuſque adminiſtrationis tempora. Illum autem Pontanus, pag. 191 in fine, velle in fata ceſſiſſe aſſerit anno 1074:* Apud ſuos Sueno, *inquit*, ætate jam propemodum confectus, levi primum valetudine tentatus, atque inde gravius graviuſque eadem invaleſcente, ſub annum ſeptuageſimum quartum, vitam cum morte commutavit in oppido Cimbricæ Cherſonell, quod Slutorpium domeſtici ſcriptores vocant, *Atque hæc indubitata videtur epocha, aſſerta item a Stephanio in notis ad Saxonem pag. 129:* In fata conceſſit Sueno Eſtrithæ filius, ob res præclare geſtas, magni cognomentum ſortitus, anno Chriſti CIↃLXXIV, IV Kal Maji, F poſteaquam in pago quodam Juriæ, Suttadorp dicto, lenta febre correptus, aliquamdiu decubuiſſet. *At nemo rem iſtam certius definire potuit quam Ælnothus, ætate proximus, cujus ſententiam, paulo fuſius deducam, habes num. 17, ubi deſcriptis morbi, loci & exequiarum adjunctis, ſubdit:* Actum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo LXXIV, qui erat annus regni ejus XXVIII, IV Kal. Maji.

Joannes Iſacius Pontanus

38 *Audiamus modo Pontanum pag. 195:* Nunc ad Haraldum, qui ſceptrum regium poſt parentem Suenonem, utpote filiorum natu maximus, proxime ſuſcepit, ſtylum vertamus. Haraldus, inter fratres natu maximus, parenti ſuo Suenoni ſub annum MLXXXIII, vel, ut aliis placet, octavum ſucceſſor declaratus. *Si velle filiorum Suenonis ætatem ordinavit Stephanius, male inter varios fratres, ex diverſis concubinis ſuſceptas, natu maximus dicitur Haraldus, cum ipſum præceſſerit Gormon, ut pag. 193 expreſſe ſtatuerat Pontanus ipſe, errans etiam in altera filia Ingerthæ coterris adjungenda, quæ non Suenonis, ſed S. Canuto genita eſt, ut reliqua mittam, ibidem nonnihil ad aſſentandum compoſita: hic temporum diuturnæ*

AUTC. J. B. S.

sit ratio. Jam dixit Pontanus, regem Haraldum vel anno 1083, *vel* 1088 *demortui parentis Suenonis* successorem declaratum, *absorpto integri novennii, vel forte annorum quatuordecim interregno. Combinemus Haroldi tempora de cujus* obitu & extremis *ita loquitur pag.* 196: Regnando biennium emensus Haraldus defungitur, *ut necesse sit, obiisse anno* 1085 *vel* 1090. *Hæc ibi.*

non satis eorum memorem fuisse operetur Pontanum

39 *Verum non satis eorum memorem fuisse operetur Pontanum, dum ad* S. Canutum *progressus, pag.* 197 *de eo ita scribit*: Canutus itaque postquam integrum fere quinquennium ordinandis domi rebus operam impendisset, annum circiter millesimum octuagesimum quintum, assumptis in clientelam, &c. fratribus .... Angliam, infelicitate amissam, hereditario jure repetendam existimavit. *Hæc tam prope consequentia, nec Pontanus ipse, nec quisquam alius facile conciliaverit. Anno* 1083 *parentis* successor declaratus *est Haraldus, biennium* regnando emensus; *& tamen* S. Canutus, postquam quinquennium ordinandis domi rebus operam impendisset, *anno ipso* 1085 Angliam
B jure hereditario repetere *meditatur. Æque infelix est apud hunc historiographum chronologia ratio; dum pag.* 199 *ait*, præfuisse regno S. Canutum circiter septennium, defunctum cum annus ageretur MLXXXVII. *Cetera non minus turbata sunt, audietque tamen Pontanus Molanum accusare, quod toto sexennio aberraverit, ubi hic clarissime expressit annum millesimum octogesimum sextum, qui verus annus est quo martyrii coronam accepit* S. Canutus, *ut jam dictum est, & ex infra dicendis clarius patebit.*

ex quibus res tota pendebat

40 *Sola & unica observatione opus erat, ut fixis duabus epochis, nempe mortis Suenonis & martyrii* S. Canuti, *hujus & Haroldi tempora aptissime determinarentur, admisso etiam aliquanto interregni spatio, de quo jam dicta pag.* 195 *sic loquitur Pontanus*: Sed annorum utcumque accipiatur calculus, certum, aliquamdiu interregnum fuisse, ac disceptasse inter se, ac dubios hæsisse regni proceres, utrum Canutum an Haraldum ad regni clavum essent admoturi. *Demus ipsi annum, si ita velit, integrum; demus plures: quo sua longius extenderit, eo magis necesse erit, everti penitus opinionem ejus, nec Haroldi biennium umquam inventuri, nec* S. Canuti *septennium; ut miror ille eruditissimus historiographum toties cespitare potuisse, in paginis tam parum distitis, dum fatetur Ælnothum sese pro oculis habuisse, ex quo & Saxone res paulo accuratius ordinanda erat, positis præsertim expressissimis obitus Suenonis & martyrii* S. Canuti *epochis, quarum primam diserte ipse signaverat, in altera unico dumtaxat anno a vero calculo dissidebat.*

In Haroldi annis erravit Ælnothus

41 *Notabilis est Ælnothi aut librarii error dum num.* 19. *ait*, anno sexto *regni* patria via egressum *Haraldum, qui pertingerent ad annum* 1080 *vel* 1081. *Cum autem bina fere lustra, teste Saxone, regnando exegerit* S. Canutus, *nequaquam anno* 1086, *sed* 1090 *martyrium subiisse dicendus esset, id quod Pontanus Ælnothо tribuit pag.* 199. *At vero Ælnothi lapsum restituit Saxo & post eum alii, non nisi ad biennium Haroldi regimen extendentes, idque chronologiæ aptatur longe commodius; servanturque* S. Canuto *bina fere lustra administrationis dum initia ejus signantur anno* 1076, *martyrium autem anno* 1086, *quemadmodum epitaphium, paragrapho* 1 *superius relatum, clarissime exprimit, eumcharacterem adjiciens, qui rem indubitatissimam reddit, nimirum* sexto Idus Julii & sexta feria, *quæ eo anno* 1086 *aptissime coincidunt sub littera Dominicali* G, *non item aliis annis proximis, ut proinde hæc in eo genere sit demonstratio chronologica. Nescio ubi Labbeus notatum invenerit* diem sabbati; *sed is character eum consequentem deduxit ad annum* 1087. *Ceterum fixa nobis manet epitaphii epocha, ex qua ceteras non paucas, a Stephanio in notis ad Saxonem recitatas pag.* 222, *omnino rejiciendas censemus. Habemodo trium subsequentium fratrum seriem.*

D

in quo tamen

42 *Narrat Ælnothus num.* 68, *quo facto fere in Ea fuerit prima sacri corporis elevatio, postquam* requievisset Rex Deo dilectus Canutus & martyr egregius eodem in loco annis bis quaternis & mensibus fere ter trinis (*quæ paulo scrupulosius accepta videntur*) Olavo regni ejus successore imperante: usque dum crebrescentibus virtutum miraculis, communi consilio & pari voto cleri totius & populi, singulis Pontificibus cum multitudine cleri aggregatis, sacrisque ossibus igne examinatis, ex humili mole sustollitur, & ad basilicam australem, insigni lapideo tabulato a fundamentis erecta .... solenniter advehitur, ibique saxeo sarcophago impositus, in crypta reconditur. *Sensim colligimus tempora quibus regnavit* S. Canuti *successor*; *nam* illo, *ut Ælnothus prosequitur*, e terra levato.... Rex Olavus, quem ejus regni successorem prædiximus, quo etiam regnante fames & pestilentia, morbus, & hostium metus Daciæ terminos occupaverat, ægritudine tactus ... vita simul & regno excessit. *Si recte scriptoris mentem percipio; vult dicere, tamdiu, varias inter calamitates regnasse Olavum fratrem, quamdiu* S. Canuti *corpus in prima sepultura depositum fuit.*

& circa supra Anonymi

43 *In eandem sententiam loquitur Anonymus, quem dedimus paragrapho* 2, *num.* 22 Aliud quoque in Olavo fratre atque successore in hujus regni dignitate notandum contigit: quia quando erat regis & martyris Canuti depositio, accidit Olavi tunc exulis ac positi in Flandria in vinculis, liberatio, & hic ad regnum exaltatio. Et nunc, Deo disponente, dum facta est beati Kanuti martyris translatio exaltationis, evenit hujus Olavi depositio terrenæ dignitatis. *Sed hæc aliquam saltem latitudinem pati necesse est, ipsam præsertim in Flandria e vinculis liberationem, quæ tunc evenire non potuit*, quando erat regis & martyris Canuti depositio, *nisi admittamus, aliam omnino fuisse solennitatem illam* depositionem, *a prima sacri corporis sepultura, quæ furentibus adhuc perduellibus, tumultuarie facta, tempus magis opportunum exspectare debuerit, ut vera depositio dici posset. Rem sic componendam existimo, ut prinsquam Olavo fratri obses in Flandria successerit Nicolaus, adeoque &* liberatio acciderit, & ad regnum exaltatio, *annus facile intercurrerit, sic ut anno primum* 1087 *& exaltatio facta sit & sacri corporis depositio.*

ordinanda est

44. *Ad hunc modum facilius conciliaveris, quæ aliter explicari nequeunt; nempe tot annis regnasse Olavum, seu potius duravisse morbos, pestilentiam, calamitates, ob immane parricidium Daciæ inflictas, quod autem* S. Canutus *imperaverat, nempe per duo circiter lustra, ut non uno loco satis aperte memorat Saxo Grammaticus: sic tamen ut etiam*

Digitized by Google

A *etiam verum mansit, quod ex Ælnotho jam retulimus*, requievisse regem Deo dilectum Canutum eodem in loco annis *duntaxat* bis quaternis & mensibus fere ter trinis; *nempe novembris non integro ab Olavi exaltatione, & paulo solemniori sacri corporis depositione; sic ut Olavi obitus referendus videatur ad annum* 1096, *quæ ea omnia contigerint quæ ex laudatis Anonymo & Ælnotho supra memoravimus; quandoetiam Ericus bonus, frater regnandi ordine quartus, habenas regni moderandas susceperit, uti narrat Ælnothus num.* 69: Protinusque, totius exercitus elevatione & populi acclamatione, præstantissimus Ericus, Deo provehente, elementisque faventibus, ad regni jura conscendit.

reliquorum S. Canuti fratrum series.

45 *Commentarium hunc nostrum cum Ælnotho absolvimus, ita scribente num.* 76: Anno autem sexto imperii magnifici regis Erici, congregatis universis Daciæ Pontificibus, cum multitudine cleri, & terræ populo innumerabili, pretiosas beati Martyris reliquias, ex saxeo sarcophago exsumptas, atque ex

B crypta, ubi hactenus servabantur, erectas, solennibus laudibus universis comitantibus, ab eodem, quem præfati sumus, pontifice Humbaldo, XIII Kalend. Maji, eadem, qua prædiximus, area, oculis peccatores nos inspeximus impositas, & ad instar nivis candidas & serico decenti involutas. *Hæc itaque facta fuerit sub initium sæculi* XII, *verosimillime anno* 1102, *quando Ericus, cognomento* Bonus, *ab illicitis amoribus a Rotilde conjuge avulsus, pia omnia & sancta meditabatur, etiam peregrinationem in Palæstinam, cui demum immortuus est, anno, uti credimus,* 1105, *fratre ejus Nicolao, non ante obitus nuntium, excluso Canuto juniore, Erici filio, succedente anno* 1107, *quemadmodum paragrapho* 3 *satis expendimus. Atque hæc de fratrum Regum serie satis dicta sint; nunc tertiam Ælnothianæ historiæ editionem subjicimus.*

HISTORIA

C

VITÆ ET PASSIONIS

Auctore Ælnotho monacho Cantuariensi.

Ex Ms. Thuano, collato cum editione Meursii.

PROLOGUS

Ad Nicolaum Regem.

a PRincipum Ducis præcipuo, nobilium Primicerio, patriæ Patritio *a*, pio, invicto, magnifico, Daciæ *b* provisori serenissimo, tam specie quam & nominis dignitate Illustrissimo Regi Nicolao *c*, divini officii ministrorum infimus Ailnothus, Cantia *d* Anglorum metropolitana urbe editus, jam vero Daciæ partibus quatuor quinquenniis & bis fere binis *e* annis demoratus, hostium vires virtute divina subvertere, contumacium colla potentiæ pede procerere, regni jura decenter disponere, pacis securitate perfrui, & post decursum temporalis imperii, EX. Mss. sempiternæ felicitatis beatitudine ditari.

Nicolao Regi, S. Canuti fratri hanc narrationem dedicat auctor.

a Clementiam magnitudinis gloriæ vestræ sicut protervus quilibet & imprudens seu vecors detestatur, sic providus quisque & probitatis executor, tam præsentia quam & exsequentia simul moderationis dispiciendo *f* discretione, non modo laudibus, verum digno venerationis affectu extollendo prosequitur. Judicem enim universorum, quem Rex propheticus & opilionum fortissimus, justum & fortem denuntiat, eumdem etiam patientem & longanimem esse declarat. Et cujus honorem judicium diligere insinuat; ei se misericordiam cum judicio decantare manifestat. Cujus vestra excellentia pietatis modum, pro modulo mortalibus concesso exequens, & justitiæ severitati mansuetudinis lenitatem præferens, ejus ob hoc, ipso opitulante, gloriæ compos efficieris; cujus hic vicem E tam dignitate quam & nominis participatione exequeris. Ipse quippe potentes de sede dejiciens, humiles & in præsenti exaltat & in perpetuum sempiternæ beatitudinis honore magnificat. Illius, ut credi potissimum est, gratia, pretiosus frater tuus germanus Canutus, jam indubitanter beatus cognominandus, ex apice temporalis imperii gloriam nactus decoris perpetui, sicut inter mortales regni glorioſus excellebat potentia, sic jam beatis spiritibus associatus, glorioſior virtutum effulget magnificentia.

Regis severitas clementia condienda.

f

f. 3 Cujus ego præsumptuose gestorum simul & certaminum insignia explicare aggressus, imperitiæ linguæ infacundiæ ignosci deposco; ut si quid inane seu veritatis vacuum ponderet, visus aspectantium offenderit, non superducto protinus supercilio Pharisaica condemnetur invidia, sed sinceræ discretionis articulo exterminandis sublatis, inferantur probabilia. Siquidem mordacis invidiæ morbum, qui versus *g* exiguitatem imbecillitatis vestræ interdum solet assurgere, haud modo extinguendum, immo expergiscendum autumo, cum eventilatum cineribus ignem fructulis appositis, fumivoma licet flamma obfuscante, incendiis aptare contendo. Sed foricem in situla salientem, gallus atria perlustrans, & sub tecti culmine anhelitu raucisono aera verberans pertranseat, & cum comparibus adacutis calcaribus bellum certaminis ineat. Neque enim ego Danaum classes Dardanis excidium inferentes edissero: non acies Hectoreas, Myrmidonum armis, umbonibus objectis, insigniter obviantes commemoro: sed quæ gestis religiosi principis, & Deo dilecti Martyris, probabilibus personis utriusque sexus, & ordinis referentibus, agnovi; religiosi habitus viris Jesu Christo ibidem insigniquæ triumphatori deservientibus obnixe suffragantibus, posterum memoriæ reservanda, apicibus contradidi: ea pietati majestatis vestræ repræsentans, ut & de tanti germani glorificatione plenius exhilaretur, & ad ejusdem virtutis insignia æmulanda, superno provisore aspirante, ardentius incitetur.

S. Canuti gesta a se descripta

g

4 Meis igitur cœptis, pacis simul & patriæ provisor, solita pietate faveto, & qui de opinatissimo *h* progenitore vestro, glorioſorumque germanorum tuorum temporibus, ad hæc usque præsentia magnificentiæ vestræ tem-

petit ut gloriositate defendi.

h

Digitized by Google

EX.MSS. tempora colligendo perſtrinxi, regio digna-
re confirmare decreto; ut habeat dignitas
regia, tam proprii quam & præcedentium
exercitii monumenta poſteris deferenda. Am-
biguitatis vero ſcrupulum de pretioſitate ſan-
ctitatis hujus, de quo operis noſtri ſumma
eſt, Dei hominis a pectoris ſui ſecreto fide-
lis quiſque removeat, qui Dominum omnia
poſſe, & antequam efficiantur præneſſe ac
prænuntiaſſe, non hæſitat. Qui enim An-
gelum ſuperbiæ ob extollentiæ contumaciam
i de excelſiſſimis *i* dejecit; ipſe humiles &
quietos, ejuſque judicia metuentes de infi-
mis ad ſuperna perducit: & qui de ſilice
duriſſima, Aaron virga percutiente laticem
produxit; ipſe ſibi de Rege Martyrem, de
Principe terreno, regni cæleſtis conſortem
elegit. Hæc autem qui Omnipotentem per-
egiſſe diſſimulat, ne & a divinæ repromiſ-
ſionis ſolo exterminetur, pertimeſcat. Petro
quippe atteſtante, in omni gente qui timet
Deum & operatur juſtitiam, acceptus eſt
illi: & quia potens eſt Deus de lapidibus
ſuſcitare filios Abrahæ, cur ex gente licet du-
k riſſima *k*, Catholica tamen fide inſignita,
B Principem religioſum, veritatis & juſtitiæ ex-
ecutorem, Sanctorum in ſupernis collegam non
dignaretur efficere?

5 Sed cum univerſa poſſibilia ſint creden-
Gratulatur Regi fraternum gloriam ti, & Deus in illo potentiæ ſuæ clementiam
peregiſſe credatur, & patrocinio terrigenis
proviſo debitæ venerationis obſequio ab uni-
verſis magnificetur: lætare ergo Rex inſig-
niſſime, tanta fratris adornatus glorificatio-
ne: exulta, confidens, apud Deum advoca-
tum habere, in cujus hic regni ſolio, eo
concedente, meruiſti reſidere. Gratulare illum
cælis vectum, Abrahæ ſinu reconditum,
Angelorum ſocium, Martyrum concivem
effectum, Beatorum choris intereſſe, Dei
vultum præſentem cernere, gloriam majeſtatis
l inſpicere, & hoc jam interventus *l*, ope
divina peragere, quod hic regia quondam
functus potentia non valebat perpetrare. Vi-
ſum namque orbatis lucis reſpectum condonat,
cutem Lazarica tabe putreſcentem expurgat.
m Obſtructas *m* aperit aures, & famina reddit,
Dum linguæ nervos, greſſuſque reſolvit
C habenes:
Effugat & febres, cunctos pellitque dolores:
In Sanctis quoniam Deus eſt mirabilis ipſis,
Virtutes, ſigna faciens poſt inclyta geſta,
Ut cælo clari fiant, ſæclo manifeſti.

6 Tanti igitur germani pignora, regia con-
fundetque ut ſepulcrum ejus ornet. dignis adornet donis potentia, ædis ſacræ
decus amplificet, ſpiritualis normæ viros cul-
tui ibidem divino jugiter inſiſtentes ſolidan-
do corroboret, ut pro temporalis ſuffragii ad-
minículo ſuperna remunerationis in æternum
potiaris præmio. Ejus quoque interceſſionis
obtentu hoſtium tibi vires ſubjiciantur, ini-
micorum cuneus attenuetur, regni vis conſo-
lidetur, pacis ſecuritas confirmetur, ſoſpitatis
integritas tribuatur, morbus ac peſtilentia
pellantur, commoda quæque convaleſcant, in-
commoda decreſcant, & deſidui *n* longæva
imperii meta decurſa, ad ſuperna tranſmiſſus,
in regia glorieris æterna. Vigeat & valeat in
æternum pietas veſtra, & divinæ miſerationis
reſpectu regiæque ſublevationis opitulatione ſu-
ſtentetur imbecillitas noſtra *o*.

ANNOTATA.

D

a Deeſt hic titulus in editione Meurſii, a quo, ut in Commentario diximus, multa alia abſunt: non putavi tamen ſingulas minutias ſcrupuloſius obſervandas. Ms. noſtrum Tholanum *dicitur, e veteri monaſterio* Doeſt, *quod Brugis Flandriæ non procul ſitum fuit.*

b Daciam *pro* Dania *accipi vulgo notiſſimum eſt, id tamen a ſcriptoribus poſterioris ævi indu-ctum teſtatur Meurſius, pro eo in notis varios ſcriptores allegans, quibus enumerandis hic ſupervacaneo. Ægrius id ferre videtur Stephanius in notis ad Saxonem pag.* 27. Nam quod ad illam attinet appellationem, *inquit*, quæ plerique ſcriptorum veterum, imprimis ſæculi ſequioris, nos Dacos indigitent; in eas ſemper perfixo ſententia, longe fuiſſe alios, quam nos Danos, & Dacorum nomen in media barbarie ab hominum imperitia genti Danorum impoſitum. *Sed de his hic nobis diſputandum non eſt: fuerit eadem aut diverſa gens, certum eſt, Ælnothum per* Daciæ proviſorem *intelligere Regem* B *Danorum.*

c De Nicolao *aliiſque S. Canuti fratribus, ſatis dictum eſt ſupra, nisi & de Ælnotho, horum Actorum ſcriptore.*

d Sic velle legit noſter, pro hodierna Centuria, de qua pluribus Meurſius, explicans ſuum Cantici, *quod in ſuo Ms. male expreſſum repererat.*

e Satis mira Ælnothi locutio, ſed quæ interpretatione non indiget. Vide Commentarium prævium n. num. 24.

f Ita omnino legendum puto, melius quam apud Meurſium diſpicientia, diſcretione. *Cetera phraſes, ſatis contorta, auctori condonanda ſunt.*

g Finis non ſit, ſi diviera quæque lævigenda ſuſcipiam, ſatis mihi erit modo conſtructiones intelligi poſſint. Hic pro verſus, *malim legere* adverſus. *Habes & illic* expergiſcendum *active, & in ſequentibus pompoſiores dictiones profanis eruditiunculis non ſatis apte reſperſas.*

q Ea voce utuntur mediæ iſtius ætatis ſcriptores, pro inclyto *aut* celebri.

i Sic plane legendum eſt, non excellentiſſimis, *ut Meurſius, cujus plures alias variantes ſigillatim non proſequar.* F

k Ita etiam Danos depingit Sefridus in Vita S. Ottonis, quam dedimus die 4 Julii, pag. 419 *A:* Nam & homines terræ illius tales ſunt, ut in maxima ubertate atque divitiis, generali quadam duritia, omnes inculti videantur & agreſtes.

l Vult dicere, opinor, interveniens, *ſeu ſua apud Deum interventione.*

m Palam eſt, legendum, ut hic, obſtructas, *neque intelligitur, quid ſibi velit Meurſii exemplar per* obructas.

n Haud dubie pro reſidui. *Verum, ut ſemel dicam, ſenſerunt ſunt hujuſmodi minutiæ, imposterum negligendæ, ubi neceſſarium non fuerit eas explanare ad rei intelligentiam.*

o Ex hujuſmodi prologo facile intelligis, quod ſupra dicebam, ſcriptorem, diffuſiori orationi affectum, multis pauca diſturum.

CA-

A

CAPUT I.

Præmittuntur varia de recepta serius a gentibus Aquilonaribus fide Christiana, de victoriis & gestis Suenonis, S. Canuti parentis, & Haraldi fratris.

Aquilonares fero fidem recipit; quare?

REgna Aquilonis in remotis mundi partibus abdita, longe diuque paganis tenebantur ritibus dedita; quousque ea de profundo erroris & infidelitatis divina extraxit clementia. Nam postquam fere omnia occidentis regna, quæ Julius Cajus, magni quondam Pompeji gener, Ausonio subjecerat imperio, Christianis colla subdidere legibus; nationes illæ, quas ex adverso latere Francorum seu Gallorum Saxonum, qui Aquilonaribus consistunt partibus, Suechi videlicet & Gothi, Normanni atque Islonii *a*, tanto serius signa fidei susceperе, quanto illuc fidei doctores, tam pro victus rerumque penuria, quam & pro barbarorum feritate & innata duritia, magni pendebant *b* divertere.

a

b

Dani priores ceteris conversi, manent constanter in fide.

8 Dani vero, qui Gallis Saxonibusque viciniores existere videntur, idcirco gentibus prænominatis potiores habentur; quod & ipsi solum necessariis utilius usibus incolunt, fidemque Trinitatis ante quam illi cognovere unt, isti susceperint; finesque suos Regum nobilium vi & consilio, tam Præsulibus quam & divini officii ministris, ecclesiis Dei ibidem indies circumquaque adauctis, nobilitaverunt: fidemque hactenus susceptam, huc usque fideliter venerando servaverunt. Ut enim quiddam ex antiquorum relatu contingam, ex quo venerabilis memoriæ Pontifex Poppo *c*, candentis ferri ardore inusta deferens dextra, & ignitas ferri laminas incombustis pertransiens plantis, Christum Dei filium verum, & solum Deum fore evidenti indicio declaravit; fidem, quam gens Danica suscepit, in hodiernum illibatam conservare & custodire, Jesu Christo favente, contendit.

c

Suechi in fide inconstantes dicuntur, qui S. Eskillum occiderunt.

9 Suechi vero & Gothi, rebus ad votum faventibus, prosperisque succedentibus, Christianitatis fidem nomine tenus venerari videntur. At ubi adversitatis aura, sive terræ infertilitate, aeriſve siccitate, aut procellarum densitate, seu hostium incursione, vel ignis adustione inflaverit; fidei religionem, quam verbotenus venerari videbantur, non modo verbis, verum rebus, Christianorumque fidelium persecutionibus insequuntur, atque suis finibus omnino expellere conantur. Unde pia memoriæ Eskillius *d* Episcopus, ex nobilissimo Anglorum orbe deveniens, ibique Evangelium fidei feris & indomitis gentibus denuntians, pro veritatis testimonio barbarorum feritate & vesania transitorio sequestratus sęculo, Angelis collætantibus, superna adiit victurus perpetuo.

d

Norwegi & Islandi ob antiquis ritibus difficulter recedunt.

10 Aquilonales autem qui ob situm regionum Normanni dicuntur & Islonii, qui etiam ob hiemis ibidem vehementiam & longuvioris glaciei seriem, Glaciales tam patria quam & Danica & Normannica lingua nuncupantur, ritum quidem Christianæ religionis observant, sed pro terræ infertilitate victusque exiguitate, eamdem fidei religionem tam solennibus jejuniorum diebus, quam & quadragesimali tempore illicitorum esu ciborum commaculant. Ab Aquilone enim, ut per Prophetam Dominus commemorat, panderur malum super faciem universæ terræ. Idcirco nationes istæ, quas commemoravimus, antiquæ infidelitatis obstrictæ frigoribus, vix umquam ita fervore succensæ fidei stabilitate solidantur, ut infidelitatis nexibus penitus absolvantur: dum & fidei Sacramenta, quod mortalibus inconcessum est, humanis conantur rationibus perstringere, legesque suas Dei justitiæ præponere, & ab antiquis sese ritibus, sive religiosis sive irreligiosis, divini respectu timoris, pudori deputent abstrahere.

EX MSS.

Votum scriptoris.

11 Verum ne his diutius immorer, quidquid seu illis sive cunctis in divinis perficiendis deest mandatis fidelibus, exurgente Aquilone, id est frigore corporis & iniquitatis effugato, veniat Auster & perflet hortum Ecclesiæ fidelium, ut fluant aromata illius: veniat scilicet calor gratiæ spiritualis, & influat in corda credentium, ut veræ fidei professione operumque fragrantia redundante, luceat lux nostra coram hominibus, id est mundi amatoribus, & non superna sed caduca sapientibus, & glorificent patrem nostrum qui in cælis est. Et ut proposita congruenter prosequamur, favore nos ut essemus creantis, & ut reformaremur recreantis, adjuvemur.

E

Suenonis magni Regis Danie, victoriæ regni annalis.

12 Post multos igitur bellorum incursus, certaminumque conflictus, inter Magnum Aquilonalium & occidentalium, & Suenonem, Magnum etiam nuncupatum, orientalium & Australium Ducem, acerrimos utrosque, commissos; postque memorabile initum prælium inter Heraldum Coma pulchrum & eumdem Swenonem de principatu Daciæ habitum; Magno quidem vix universitatis egresso, & Heraldo Daciæ terminis exturbato, Sueno Magnus nativi soli principatum obtinuit: & quoad vixit tempore, nobilissime rexit: qui veluti famosus ille Trojanorum quondam heros inclytus Priamus, speciem dignam præferens imperio; cum secundum divinum interpretem, sapiens corde esset & fortis robore, gentem suam tam divinitatis auxilio, quam & robore & prudentia consilii sui ab extranearum incursione gentium strenue protexit; & pace circumquaque reddita, armis eam & viribus pluribus per circuitum gentibus terribilem effecit.

F

cultum divinum promovet.

13 Sed & quia liberalium non expers erat studiorum, & divinarum non insçius lectionum, religionis cultum evehere non neglexit: imo Sanctorum ecclesias, in quibus erant locis, regali auctoritate provexit, & in quibus hactenus non fuerant, erexit: clerumque ac pontifices tam adaugere quam & venerari operam duxit. Orphanis & viduis, egenis & advenis, & maxime pauperibus clericis, regalibus succurrebat stipendiis: & ex iniquo mammona hos sibi amicos efficere satagebat, a quibus se æternis intromittendum tabernaculis præsumebat. Et ne omnibus immorer: mitis erat parvis, atrox asperque superbis; illos mulcebat clementia, istos pre-

Digitized by Google

A premebat potentia. Pauperibusque dapes, nudis dat tegmina vestes: hos fovebat ne in via deficerent, illos tegebat ne aut frigoris rigore aut caloris ardore, deperirent. Sed quid in humanis est omni parte beatum. Deus enim Dominus noster solus vere bonus & solus vere beatus, æqualis & coæternus Deo Patri existens, & homo in fine sæculorum deveniens, sicut immaculato & intemerato utero exivit virgineo, ita sine molestia & gravedine peccati nostri conversatus est, egressus e sęculo, nostro dico, per humanitatem, pro nobis, in nobis, ex nobis assumptam, egressus est sęculo; qui per Deitatis essentiam suis fidelibus æternam promisit præsentiam.

EX MSS.

14 Nos vero qui in iniquitatibus concipimur, & in delictis ac doloribus parturimur, quamvis salutari lavacro originali absolvamur commisso, fragilitate corporeę infirmitatis & onere superadditę mortalitatis aggravati, in peccati cœnum relabimur; & nisi supernus relevaret spiritus, omnes æternę damnationis absorberet interitus. Sed qui protoplasto post mali gustum & divini præcepti transgressum, morte morieris, dixit, in se credentibus, ejusque jussis obtemperantibus, vitam æternam promittit: & qui legalis censurę severitatem, per præmissos intulit, ipse misericordiam veniens attulit, ut legalis duritia Evangelica mitigaretur clementia, dum quos illa puniendos dijudicet, ista ad veniam quęrendam invitet: nam cum illa ob hoc vel illud commissum hunc a populis delendum, illum lapidibus obruendum, alium morti condemnandum denuntiet; hęc pœnitentiam agentibus regnum cęlorum aperiendum declamat & omnem reatum, excepta Spiritus blasphemia, id est æternę salutis desperatione, remittendum insinuat.

Ad evasionda ejus pœnas,

B

15 Quo enim modo reatibus absolvendus creditur, a quo ejusdem remissionis gratia desperando contemnitur? Et qui enormitatem scelerum suorum divini lateris sanguine diffidit præponderandam, & multitudinem reatuum spiritualis gratia remissionis non æstimat exsuperandam, atque in ipsam incredulitatis seu desperationis obstinatiam in finem usque perseverando defecerit; idcirco pietate privatus, omnibus exit criminibus implicatus; & ab ea, quam desperando contempserat, ac per hoc semet indignum ipsa judicaverat salute, a Christo condemnatus, æternę damnationis barathro, sempiternis exurendus incendiis detruditur deputatus. Qui autem voce Dominica audita veręque remissionis gratiam petit, ut accipiat; commissorumque indulgentiam quęrit, ut inveniat; atque ad pietatis æternę januam precibus importunis non deficiendo depulsat, portas indeficientis clementię, veręque confessionis apertas inveniet; per quas ad atria curię cęlestis devenitur, ubi Deus deorum in Sion, id est æternę pacis visione conspicitur.

offenditur, remissi enim præsumitur desperatio.

C

Sueno concubinæ multos suscepit filios

16 Inter igitur præmissa pietatis studia, Sueno Magnus, veluti Regum quondam fortissimus, ut & vatum facundissimus David; qui in similitudine veri pastoris, bestiarum fauces manu forti conterens, gregem Dominicum a voratu insidiantium a Christo liberandum insinuarat; & Goliath alienigenæ, veluti Antichristo, divinis castris insultanti, atque singularis occursum certaminis offerenti, sesequę contra & supra Deum extollenti, lapide angulari sive petra qui Christus est, de monte sine manibus excisa, percusso, ac dejecto, ac proprii mucronis acie peremptoque; ipsum Antichristum divini oris & illustratione magnifici adventus interimendum insinuarat; hostibus circumquaque devictis ac inimicis insidiantibus solo stratis, regni felicitate nacta, & quiete *e*, pacis securitate, *e* potita, luxui illecebrosi appetitus admodum cedens, numerosæ prolis sobolem *f*, in regni sibi jura successuram emisit; quosdamque divinæ scientiæ studiis apposuit, quosdam suis in locis singulis educando nobilibus delegavit. *f*

D

17 Ipso autem in loco qui Suddadorp *, id est villa cœnosa, dicitur, via desperandi reditus egresso, regii glebam cadaveris regalibus procurantes exequiis, in insulam maritimam, quæ pro eo quod mari circumcingitur, lingua Danica Seland nuncupatur, ad locum præcipuum, qui Rooskild *g*, id est fons Roe, antiquitus vocabatur, inferunt, *g* ibique in ecclesia sanctæ & individuæ Trinitatis, & sancti Lucii martyris, insigni lapideo tabulatu, a Suenone ejusdem tunc Sedis Pontifice constructa, debitis honorificantes exequiis recondunt. Actum anno Incarnationis Dominicæ millesimo LXXIV *h*, qui *h* erat annus regni ejus XXVIII, IV Kalend. Maji, regnante in perpetuum omnium dominatore Jesu Christo Domino.

* Forum Slatopium.

E

Eorum f. Canuto, eligitur successor Haraldus;

18 Inclytus ergo Sueno Magnus Rex, nationibus circumquaque versus regni sui gentes pacificatis; Dominicisque ædibus tum propria religiositatis industria in locis præcipuis quamplurimis eminenter extructis, tum ab aliis pridem perfectis ac per semet regalibus donis decenter adornatis, & tam Pontificibus quam & religiosi cultus ministris amplificatis; ipse tandem humanæ conversationis usum deserens, atque secretum longævæ pausationis ingrediens, regni sui heredibus non tam regalium opulentiam gazarum, quam & regnandi securitatem, pace undique effecta, reliquit; eisque paternarum virtutum prudentiam gnaviter imitandam, operum monumentis deseruit. Sed regiis inter se tironibus, Haraldo scilicet & Cnutone, jam jamque Canuto nominando, de principatus jure dissidentibus; Haraldus, quia & natu anterior & gestu videbatur modestior, totius gentis electione in regnum adscisitur, & ut felix dia vivat Daciæ princeps proclamatur. Quod acerrimus Cnuto, licet moleste ferret, fraternæ tamen potius duxit iræ cedere, quam, secundum Thebanos quondam regios pueros, sempiterni rogi incendiis ob regnandi libidinem sese fratremque concertando admittere. Divinitatis enim sibi affuturum insscius exspectabat auxilium, per quod se postmodum tam eminenti gloria ignorabat sublimandum.

F

qui mittit & grave populo legem confla.

19 Ipse autem Dominus Deus noster, qui in altis habitans, humilia respicit & alta a longe cognoscit, tempora exaltationis electi sui imposterum reservabat: quem non solum temporali, verum sempiterno honorandum imperio delegerat. Ut vero proposita persequamur, Haraldus patrium nactus imperium, populi

A populi votis admodum favere, eisque leges & jura, non tam quæ vellent eligere, imo quæ vel quales elegissent posteris servandas regali studebat auctoritate decernere. Unde leges ab eo sancitas Dani usque in hodiernum diem ab electis & eligendis sibi Regibus expetunt; eumque, veluti pacis ac libertatis publicæ provisorem, pro concessis ab eo legibus, laude & favoribus extollunt. Sed
b & ipso regni sui anno sexto i patria via egresso, locus eum celebris, qui Vallis villa, id est Dalbui Danica lingua dicitur, futuræ resurrectioni reservandum excepit, & exceptum terræ matri religiosis prosecutum exequiis commendavit.

ANNOTATA.

a *Novas hic eruditiones non satis apposite congerit Ælnotbus: ad* Isonios *adverto potissimum, quos in suo exemplari Ms. Maursius quoque reperit; observans, in prima editione Hafniensi, pro* Isonii *haberi* Islandi, *quæ lectio longe præplacet,*
B *Isonios non novit Saxo, ut vide in Stephanii ad ipsum notis pag.* 22 & 23.

b *Intelligo* verebantur, *seu periculosum ipsis videbatur ad feras eas gentes* divertere.

c *Popponis istius, non uno prodigio celebris, meminerunt scriptores variî Danici, Suecici aliique citati a Joanne Vastovio in Vita Aquilonia pag.* 28 *editionis anni* 1623, *& in altera Benzelii anni* 1708 *pag.* 21, *atque etiam in annotationibus a pag.* 14, *quorum textus aliquos hic allegavit Maursius. Neque is in Actis nostris incognitus est; de eo enim agitur tomo* 1 *Junii pag.* 170 D, *& versus pag.* 536 D, E, *ubi dies obitus assignatur* XIV *Kal. Augusti seu* 19 *Julii*, quando, *inquit Papebrochius*, licebit de eo agere, saltem ut beato. *Ita ipse, quamvis fortasse majora requiri possint cultus saltem alicujus, utcumque inchoati vestigia; quandoquidem in Breviario Slesvicensi anni* 1512, *cujus urbis Episcopus fuisse dicitur, nulla usquam Popponis occurrat memoria. Sed hæc ibi discutientur, ubi & de* inusta, *pro* non usta dextera, *de* ignitis ferri laminis, *& chirotheca ferrea.*

d S. Eskilli *seu* Eschilli *Acta illustrata sunt*
C 12 *Junii; de S. Sigfrido autem, cum quo ex Anglia devenerat, vide* 15 *Februarii. Cetera paverga satis patent, uti & orationes concioni magis quam historiæ convenientes.*

e *Notat Maursius ita etiam legere editionem primam Hafniensem, sed restituisse se, & quietæ pacis. Nimis religiose, nam recta est syntaxis; non ita placent* nacta & potita, *verum licentius in his & aliis versatus est Ælnotbus.*

f *Satis innuit*, numerosa prolis sobolem *fuisse illegitimam: undecim filios numerat Maurs.* nempe *Germundum, Haraldum, Sueronem, Omundum, Ubbonem, Biornonem, Benedictum, Canutum, Olaum, Ericum, Nicolaum; & filiam Syrithan; ex quibus quinque, ut in Commentario diximus, parvi in regnum ordine successerunt.*

g De Roskilde, *ejusque a fonte denominatione plura adducit Maursius, quæ huc magnopere non spectant: sufficiat observasse, Roskildim eo tempore fuisse Zelandiæ metropolim & Regum sedem, Hafniæ necdum conditæ.*

h *Ex ea epocha ferme pendet temporum ratio pro sequenti filiorum denominatione, ut supra ostendimus.*

i *De Haraldo ejusque regimine aliter loquitur* EX W. S. *Saxo, ut infra patebit: neque ei sex annos, sed solum regni biennium concedit, quod ex aliis scriptoribus confirmat Maursius. Vide etiam Stephanii notas pag.* 220 D.

CAPUT II.

S. Canuti præclaræ virtutes, misericordia in pauperes, cura justitiæ & cultus divini, rigida punitrutia &c. Expeditio in Angliam, fratris Olavi proditione interversa.

TRanscursis littoreis remigiis & adjacentium regionum intuitu jam satietis obtutibus, ad altum pelagus tendentes, ratis nostræ rimas solerti industria obstruamus, ne qua vena insidiantis aquoris navigantes intercipiat: & erecto Crucis Dominicæ ligno, vela virtutum in altum resurgant, quo sirenarum cantus auribus obtusis, veloci Euro perflante, discurrentes, Herois nostri meritis ad finum optati portus delatis, anchoram spei nostræ divinæ affigamus clementiæ ne spiritualium mercium navim scopulorum adversitas intercludat, & littorea gaudia, gazis porro vectis jam sparsim unda nantibus, fletuum planctibus admisceat. Sed qui dixit, Aperi os tuum & ego adimplebo illud, sensus nostri labia, & oris dirigat eloquia, ut sic militis ejus efferamus præconia, quatenus majestati illius tractemus complacita. *Nova præfatio in vitam S. Canuti.*

a1 Glorioso igitur Suenonis magni Regis inclyta soboles, licet omnis paternæ virtutis industriam innata sibi emularetur prudentia, insignissimus noster Cnuto, (quem sedes postmodum Apostolica, summo Pontifice præsidente, quam plurimisque tam Præsulibus quam & religiosi ordinis viris assistentibus, seu propter sensus canitiem vel vitæ sinceritatem, seu pro hoc quod eum in canone Sanctorum connumerandum decernebat, Canutum censeri instituit (veluti inter gemmas pretiosas effulgens carbunculus, non tam patria imitari studia, quam & propriis monumentis gesta posteris conebatur tradere celebria: crescebat enim in eo morum honestiorum prudentia cum venustæ juventutis gratia. Unde superna tandem providente clementia, in regni processit fastigia. Acer quippe erat ingenio, specie dignus imperio, oculis vivacibus, armis & animo strenuus, mentisque industria sermonis prodebatur facundia. Et quia neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; & ab initio exorientis sæculi electi mansionibus æternis in regia sempiterni Patris sunt locandi; Dominus in eo elegantem sibi satellitem formabat, quem ex regiæ dignitatis fascibus comitem supernorum & Martyrem faciebat. *Cnuto, a Sed A. postolica Canonici dictus, multis splendet virtutibus.*

aa Ipse vero post fratris excessum ex sinodio, divinitus sibi provido promotus imperio, Regum se Domino obsequiis mancipabat fidelibus; ut ejus protegente auxilio, tam a terrestrium quam & ab aeriorum hostium munirentur incursibus. Famelicos fovebat, *miseri-cors in pauperes, sacerdotum re-verens, in sacris assiduus.*

Digitized by Google

ex mss. bat, & pauperes nudos vestiebat & algentes, orphanis & viduis clementer succurrebat, paregrinos & egentes misericordiæ stipendiis sustentabat. Ordinis religiosi viros quosdam ut Dominos, quosdam ut Patres honorabat: ministeriorumque spiritualium sacraria regalium munerum donis adornabat. Sanctas Sanctorum Dei ecclesias, diurni cursus sacratum ordinem auditurus, assiduus frequentabat; & quæ ibi capaci percepisset auditu pretiosi pectoris armario recondebat: ad quæ eum divinus incitabat spiritus, ut in sæculum sæculi permaneret memoria ejus.

Duxit uxorem Adelam Flandrensem, invasitque sobrietatis & divini cultus propugnacula.

23 Regum quamplurium, sed & ipsius Salomonis devitans lasciviam, ob quam ejus quondam posteri bis quinis regni partibus ablatis, vix duabus irato Domino principari *a* merebantur; imperatorii generis, nobilissimam sibi conjugem, sapientum consilio, elegit; quam insigni honorificentia ex occidentalibus oris adductam, secundum nominis ejus æstimationem, quæ Ethela *b* id est nobilis dicebatur, nobilem nobiliter excipiens, impudicis concubinarum despectis amplexibus, solius ejus connubio, Jesu Christo teste, Angelisque ejus, contentus est. Sed & quemadmodum de beato Job dicitur, causas utiles, quas nesciebat, diligentissime investigabat; & cum prudentibus & religiosis sæpius pertractans, qualiter fidei Christianæ religionem in regno suo indies adaugeret, assidue revolvebat. Multa siquidem antiquitus tradita in præsens observari sagaci industria prospiciebat, quæ magis pro divina essent justitia corrigenda, quam ob vulgi favorem exequenda: quæ superni arbitri inspirante gratia coercere disponebat.

a

b

obliquantibus improbis ejus famulo vos.

24 Sed indomitæ gentis feritas & innata duritia, voluntatis ejus effectum indies differebat. Et quia, ut veritas attestatur, omnis qui male agit odit lucem, & non vult venire ad lucem, ut non arguantur opera ejus; hi qui magis pravis usibus inhærere, & voluntarie cupiebant in peccatis jacere, quam injuste observata, justitiæ ratione audita, relinquere; vanitati eum insistere, & veluti novis & inauditis adinventionibus operam dare, in suis conventiculis querebantur: ac ob hoc, qualiter jugum dominationis ejus ab indomitis & hactenus inflexis duris contumaciæ suæ cervicibus excuterent, haud divini Spiritus illustratione inflammati, sed alieni spiritus suggestione inflati, consiliabantur *c*. Homo enim carnalis non percipiebat, quæ regio pectori omnis scientiæ Spiritus infundebat. Nam *d* cum ipse eos a peccati servitute eripere, & ad justitiæ libertatem conaretur reducere; audiendo non intelligentes, & obcæcati videntes, veluti antiquæ pacis & quietis invasorem ac pristinæ libertatis eum putabant ereptorem. Idcirco congregaverunt iniquitatem sibi, & egrediebantur foras. Foras egressi sunt, cum justitiæ divinæ sua statuta præferendo, Dei justitiæ subjecti non sunt: ac per hoc a justorum consortio sequestrati & e terminis eorum ejecti, iniquorum collegio sunt deputati, quia voluntarie servi peccati sunt effecti. Quapropter in laqueum, quem pedibus innocentis paraverunt, incidentes; & in foveam, quam foderunt, corruentes, Judæorum æmulatores extiterunt, quia vitia eorum increpantem ferre nequiverunt. Sed relatu perditionis eorum suo tempori reservato, ad virtutum nobilitatem magnifici Herois nostri explicandam, redeamus.

c

d

Persecutionem sua confitetur, prequi iis sese flagellari privatim curat;

25 Crescente ergo in servo & vere Rege (quia Deo servire regnare, & vitiis imperare dominari est) divini respectu timoris; actus & ignorantias pristinas ac delicta juventutis suæ solerti examinatione discutiens, sibi cohærentibus religiosis viris, tunc quidem regalis curiæ Capellanis *e*, nunc autem Pontificibus venerandis, Geroldo scilicet & Arnoldo, veræ & sinceræ confessionis humilitate adaperiens, suæ devotionis affectum, ita divinæ subjiciebat clementiæ, ut quod quibusdam incredibile videbitur, corporalis etiam vindictæ plagas ipsis solis, Deo teste, ejusque secretorum conscius, ab eis sibi inferri non renueret. Audierat enim & audiens intellexerat, quia quanto magis caro exterior attereretur, eo amplius spiritus interior relevaretur.

e

In Quadragesima & omnibus diebus Veneris in pane & aqua jejunans.

26 Et, ut qui Christi esse desiderant, carnem cum vitiis & concupiscentiis crucifigere non perhorrescunt *f*; solennibus etiam & privatis jejuniorum diebus sextaque sabbati mensæ regali assidens, cum a convivantibus vino seu melle mixtis uti putaretur liquoribus, ministris solum fidis cum occultorum inspectore scientibus, pura utebatur aqua, regaliumque deliciarum dapibus ori tantum appositis, delatisque partim circa se sedentibus, partim pauperibus distributis atque transmissis; ipse pane sicco, sale appositio, corpus delitiis affluetum, non tam sustentabat, quam & his, non ad sufficientiam sumptis, cruciabat: opera enim sua non in platearum occursibus propalari, sed ab investigatore cordium desiderabat approbari; ut nesciret sinistra quid faceret dextra: quia non inde laudis humanæ favorem, sed Patris, in abscondito videntis, præstolabatur remunerationem.

f

Nomini ejus celeberrimus.

27 Sed quoniam, juxta veritatis dictum, civitas in excelso sita nequit abscondi; & lucernæ lumen magis in edito proferri, quam in abscondito debeat occultari; fama virtutum & constantiæ, prudentia nobilissimi Principis latius diffunditur: & tam apud Scotos, Orcadas, Irosque *g*, qui ultimos fere occidentis fines incolunt, quam & apud Anglos & Gallos Saxonesque celeberrimus habebatur. Italicis vero terminis incognitus non erat; & ipsis Francigenis, qui & Romani *h*, dicuntur, admodum bellicosis, non tam admirandus quam & metuendus insonabat.

g

h

Excitatur ab Anglis contra Guilielmum Normannum

28 Anglorum enim gens nobilissima, quæ ab antiquis Saxonibus originem ducere *i* Venerabili Bedæ Presbytero, ejusdem gentis historiographo describente, dignoscitur; Haraldo Rege fortissimo a Wilhelmo Australium Normannorum Duce, belli insidiis interempto, ipsoque Wilhelmo ita demum Anglorum imperium vi arripiente; eorumdem, quos supra commemoravimus, Romanorum seu Francigenarum dominatus jure diutius oppressa, eo tantummodo pristinæ restituendam libertati incipiebat præsumere, si insignissimum principem Canutum cum sui exercitus viribus ad ulciscendam consanguinei

i

A nei necem, Haraldi scilicet quondam Regis, ab eisdem Romanis interempti, Britannia littoribus agnoviſſet applicare. Siquidem in clytis eorum Ducibus & Comitibus, Satrapis & nobilibus diverſarumque dignitatum perſonis partim ferro peremptis, aliis in ergaſtulis deputatis, quibuſdam paternarum gazarum ac dignitatum honore ſimul & hereditate privatis, nonnullis nativo ſolo exterminatis, reliquis veluti publica ſervitute oppreſſis, ferocitatem tyrannidis eorum non ferentes, extraneorum attrahere decernunt auxilia, cum reparandæ ſeu recuperandæ libertatis ducem eis aut principem inimicorum provida non reliquiſſet a-flutis.

29 Unde legatis frequentius tranſmiſſis, præſtantiſſimi Principis Canuti depoſcunt auxilium, magis cupientes hoſtibus aggreſſis ad Anglorum obtinendum decertare imperium, quam inimicorum tyrannidem patiendo, ferocitatis eorum ferre dominium. Quorum angustiis & legationibus, piiſſimus Heros incitatus, incommoditati eorum ſuccurrendum decrevit; ut & gentem nobiliſſimam priſtinæ libertati reſtitueret, & Romanorum ſeu Francigenarum inſolentiam, conſanguinei necem ulciſcendo, puniret. Claſſem ergo quam plurimam parari inſtituit, ſuiſque ad omnia paratos eſſe edicto propoſito demandavit. Sed omnia diſponens & cuncta dijudicans, cujus judicia abyſſus multa, & cujus conſilium nullus inveſtigare potuit mortalium; ſive pro illius adhuc gentis correptione protelanda, ſeu pro Martyrii gloria nobiliſſimi Principis ſui magis propriæ genti quam extraneis reſervanda, iter humanæ voluntatis impediebat: qui Danis de Principe patronum, de Rege protomartyrem efficere diſponebat: protomartyrem dico, quia antiquorum relatione didicimus, aliquem ex eorum genere martyrio inſignitum fuiſſe, nullum inter eos perſeverandæ juſtitiæ conſtantia taliter occubuiſſe. Idcirco gloria & honore coronatus, in dextera ſempiterni Regis permanet collocatus. Sed hæc Deo cognita.

alii facessere vero meditantur.

B

C 30 Claſſis vero indies parabatur, & ad nobilem tam frugibus quam & rerum opulentia terram, tam a nobilibus quam & a vulgo omni inſtantia feſtinabatur. Verumtamen rumore expeditionis eorum Britanniam uſque velificante, atque univerſum Anglorum orbem curſitando replente, Willelmus arte tuitionis, utpote bellicoſus heros, non imperitus, caſtra & oppida munire, muris & foſſatis propugnaculiſque caſtella circumcingere, urbium muros renovare, vicie vigilantiam adhibere, diverſoſque ad portus nauticas cuſtodias deputare; exercitu vero conducto tam a Gallis & Britonibus, quam & a Cenomannis aggregato, ita urbium ædes replebantur, ut vix ſuis domeſtici focis aſſidere viderentur.

alii se stare persuasere.

Guillelmo imperium sibi præſtituere.

31 Anglis autem quibus non minimi deſiderii Danici exercitus adventum eſſe didicerat, barbas radere h, arma & exuvias ad inſtar Romanorum coeptare, & ad deludendum advenarum viſus, per omnia ſe Francigenis, quos & Romanos dici prætulimus, aſſimilare [præcepit;] quod perpauci fecere. Sed hæc ibi. Claſſe igitur parata, Danorum exercitus occidentalis portus littoribus, velis ſinuatim diſtenſis, adrubitur, ibique regis claſſis adventus in diem præſtolabatur, Rex vero in loco celeberrimo, qui ab ejuſdem quondam loci Domina Ethe i Ethebi nomen accepit, quod Danica lingua, interpretatum Campi Villa dicitur, demorabatur, cum prudentibus & ſapientibus pertractans, qualiter res cœpta ob multorum profectum, Jeſu Chriſto auxiliante, ad decentem perveniret effectum.

D

Olaui proditio mortem inter Danos multa.

32 Sed quemadmodum Iſraeliticus quondam populus, Moyſe cum Deo confabulante demorante, ab Aaron deos ſibi fieri, qui eremitico eis viæ ducatum præberent, expoſcunt; & ob hoc irato Deo deſiderati ſoli tam viſu quam & uſu privantur: ita & vulgus hic impatiens moræ littoreæ detentionis, præſtolationes domeſticis inutiles negotiis querebatur, & aut ad propria remeandi, ſive principem eis alium expeditionis, Rege aliis intento, eligendi facultatem, ſeu Regi nuntios, cum ſua quanto cius claſſe acceleraret, conſilio crebrius inito, tranſmitti vociferabatur: quorum ſtrepitu frequenti diuturniſque clamoribus Principes moti Regi nuntios tranſmittere, querelaſque parati exercitus regiis decernunt auribus inſinuare. Cujus legationis Olavus, ejuſdem glorioſi Regis frater germanus, haud felix executor effectus, Regem cum comitibus adiit, exercitus mandata depromit, cauſas queſtuum libere perorans oſtendit.

E

Ille in Flandriam expitur, exercitu domum dimittitur.

33 Porro Rex perſpicacis induſtriæ, negotio diutius protracto, Rodberto occidentalium nobiliſſimo Duci, ſibi per filiam, Reginam ſcilicet Ethelam, propinquo, fratrem ſuum eumdem reſervandum in Flandriam tranſmittit k; exercituique per internuntios quo volebat remandavit. Verum autumno imminente, remiſſis legatis, non minima inſtantia omnis multitudo interpellat, ut ob domeſticorum uſuum negotia, exercitum ad propria remeare jubeat. Vernali tempore claſſem univerſam, quocumque delegiſſet, paratam habiturus. Quod Rege, nobilibus magnatibuſque intervenientibus, annuente, anchoras læti fabulis eripiunt; tentoria ſuper affixa jaciunt, & mali ſuprema erigentes, vela ventis admittunt, altumque pelagus petentes & Regi proſpera imprecantes, Æquora puppe cavant, laribuſque cupita reportant.

F

ANNOTATA.

a *Quid auctor velit, facile intelligitur; diſtat eſt poſterioris ævi, ſicut & alia plures, quibus hæc Acta non carent; ſic* bis quinis, *ut ſuperius* bis binis, *mire ipſi placent.*

b *Vocatur alibi* Adilia & Aleydis, *ſed verepticri ejus* Adela, *filia Roberti Friſonis, Flandriæ Comitis, B. Caroli noſtri Beati, ex S. Canuto matre, de qua etiam Saxo, & hic pluribus infra.*

c *Editio Meurſii habet* conciliabant; *neutrum recte: voluit auctor dicere*, conſilia conferebant.

d *Sequentia omnia uſque ad* Quapropter *abſunt ab editione Meurſii; ſuntne in antiquiore, ignoro: certe a verboſitate Danorum aliena dici non poſſunt.*

e *De* Capella *ſeu* Cappella & Capellanis *nonnulla diſſerit Meurſius, quæ ad rem, hodie no-*

A *tiſimam, non malum conferunt. Videant curioſ*
EX MS. *etymologi Spelmannum in Gloſſario, & Cangium, capellæ originem paulo altius, utpote a S. Martini capa repetentem. Quod hic obiter indicaſſe, ſit ſatis.*

f *In ſcrupulo iterum labetur Meurſius, dum ait in editione Hafnienſi haberi* perhorreſcant, *ſe autem edidiſſe* perhorreſcat. *Utrumque reſpuo: non enim* ut *conjunctionis vice ibi fungitur, ſed adverbii*, ſicut, quemadmodum.

g *Paulo melius obſervavit, in Ms. ſuo etiam legi* Iroſque, *pro qua voce editor Hafnienſis ſubſtituerit* Hiberniſque. *Satis indicat auctor ſe de Hibernis agere, qui etiam vulgato Belgico vocabulo* Ieren, *ſive* Iren *appellantur, unde* Ierland, *Hibernia.*

h *Non placet Meurſio, quod Francigenæ* Romani *unquam dicti fuerint: hinc adductis pluribus Abbatis Urſpergenſis locis, in quibus voces diſerte confunduntur,* Romani ſeu Francigenæ, Francigenæ ſeu Romani, *exiſtimare non veretur,* Normannos *ibi intelligi, atque adeo* ubique legendum Normani, litteris, leviter tranſpoſitis. *Satis libere profecto; quaſi non etiam alibi ita appellati ſint, non ſolum* Francigenæ, *ſeu qui per connubia a Gallis orti ſunt, ſed Galli ipſi & Franci, unde & eorum lingua ſortita ſit nomen* Romanæ, *ut contradiſtincta a* Latina. *Quis ignorat, famoſas illas fabuloſorum heroum hiſtorias inde* Romans *nuncupatas?*

i *Non eſt opus hic multum laborare explicanda Anglorum origini, & Guilielmi Normanni de Haraldo victoria, quæ apud Anglos hiſtoricos vulgatiſſima ſunt, ut ſuperfluus hic exiſtimem longiores Meurſii notas.*

k *Operoſe etiam hunc ſenſum verſat & reſtituere conatur præfatus Meurſius; at fruſtra, niſi inſeratur verbum* præcepit, *a nobis uncis incluſum. patet enim infinitivos hic continuata intelligi non poſſe pro imperfectis, cum ea Angli non ultro fecerint, ſed a Guilielmo coacti, ne habitu aut habitu a Normannis diſtinguerentur.*

l *Hanc eamdem eſſe putat Meurſius, de qua aliquoties meminit Saxo initio libri 8.*

m *Nimiam operam inſumit Meurſius, ut probet hanc vocem ſignificare* ductum, *ſeu viæ præmonſtrationem. Hanc cum reliquis auctoris condonare* C *poterat.*

n *Vide hæc in altera Vita, multo diſtinctius a Saxone explicata.*

CAPUT III.

Multa in Eccleſiæ bonum facta, miniſtrorum nimius rigor, improborum ſedulitas, ſancti Regis receſſus, direpta ac ſpoliata curia, tumultuantium varia ſcelera.

Comites morum diſciplinam, feſtorum, jejuniorum, liberalis & hoſpitalitatis jura ſancit.

EXercitu igitur ad propria reverſo, religioſus Princeps, veluti hactenus, pietatis ſtudiis inhærere, divini cultus reverentiam exaltare, cleri jura provehere, dierum præcipuorum legitimorumque jejuniorum obſervantias vindicta propoſita regali edicto, quemadmodum per univerſum Chriſtianum orbem habentur, ſtatuere, & omnia admodum Deo contraria pro poſſe ſuo coercere, ſtudere; ſervos manu miſſos & proprii ſudoris labore pretio acquiſito redemptos, libertati publicæ adjudicare; advenaſque & undecumque advenientes, nec alicui hactenus obnoxios, incolarum pares jure & æquitate decernere: (Quod licet Danis inviſum & incommodum, Deo, ut arbitramur, haud admodum contrarium) rebellium, ſive divinorum ſeu legalium inſtitutorum, obſtinatiam e opprimere, & regiæ æquitatis virga indomitas eorum cervices edomare, contendere. D e

Quæ impii populi adverſus eum excitavit.

35 His ergo pietatis inimicus & virtutis atque veritatis hoſtis irritatus, dum per hæc numerum ſibi obſequentium jam jamque imminuendum pertimeſcit, diverſarum inſidiarum præſtigia diſcutit, utque tanta religionis tempora perturbet, & populum jam tandem, per devoti Ducis ſolertiam, Deo quam maxime ſubjiciendum, ſuæ potius malignitatis faucibus deglutiat, machinas aſtutiarum intendens, ut leo rugiens circuit; quem devoret, inquirit. Et jam veluti quondam Pontifices ac Phariſæos legiſque magiſtros in ipſum veritatis auctorem veneno invidiæ incitarat, per quos vulgi ſimplicitas ad condemnandum vitæ opificem, inſtigaretur; ſic & natu quoſque majores & præeminentes facundia etiam, & audacia ad fas nefaſque promptiores, adverſum religioſum Principem iniquitatis antiquæ ſtimulis incitat, incitando inflammat, inflammando ad omne nefas pronos & promptos inclinat: atque ut juſti viri memoriam ſolo exterminent, nobiles ignobileſque inſtigatione non inſolita provocando, adarmat. Unde omnis pene terræ vulgus veneno iniquitatis ejus infectus, & laqueis malitiæ illius irretitus, ad omne ſcelus præparatur, & averſo ſenſu vultuque in terram dimiſſo, ſumma inſpicere devitant; ne a malitiæ ſemitis recto avertantur, quo eorum participes efficiantur, quos ſapientia divina, Dominum a ſe recedere compellere proteſtatur. E

Regii miniſtri ejus ſua injuſtitia magis exacerbant.

36 Verumtamen, ut propoſita proſequamur, regalium negotiorum executores ſive exactores plus juſto in cauſis exaggerandis inſiſtere, ſtaterarum pondera adaugere, rerum quarumcumque pretia vilipendere, &, ut vulgariter edifferam, unciarum valentiam *b*, vix ſolidi pretio admittere; judicia, ut tradunt, pervertere, nobileſque quemadmodum & ignobiles vi & potentia opprimere contendere. Quorum inſolentia quamplurimi exacerbati, majores natu ira ſimul & invidia accenſi, omnes in regium Principem conſilio & armis irrumpere, & tam in eo quam & in illis, nuntiis circumquaque intermiſſis, publicas, ut arbitrantur, injurias vindicare. Diſcurrunt ergo impietatis & dementiæ intercurſores, & non modo ad ſcelera promptos, verum etiam ſimplicium atque innocentium incitant animos, ut complices *c* ſcelerum multiplicent, & veritatis ac juſtitiæ jus uſquequaque perturbent. F *b*

Publica ſeripta ejus clamoribus.

37 Pro dolor! abundans exſurgit iniquitas, refrigeſcit & tepeſcit caritas: plebs ad omne ſcelus incitatur, fas ſubſternitur, & nefas extollitur: & veluti belua ad degluriendum paratа, ſanguine ſitibunda cupit ſaturari regio: armis lacertos, crudelitate exacuit animos. Et heu! veretur ne tempus adve-

Digitized by Google

A adveniat ſceleri, & ante ſuccumbat quam omne miniſterium iniquitatis adimpleat.
Sed quid ad iſte furor, vel quo violentia tendit?
In Regem populus ut conſurgat furibundus!
Plebs inſana, vide tibi quid ſuper affluet inde:
Adveniet peſtis, cedent armentaque morbis,
Ut bos deficiat, & quod tibi vacca miniſtrat.
Rus reddet tenuem ſterilis maledictaque meſſem
Seminis & fructus perſolvet vix ager ullus:
Deficient ſilvis glandes & germina campis.
Et copiam lactis, & amittes dulcia mellis;
Occumbent pecudes, morientur gurgite piſces:
Dura fames homines proſternet deficientes.
Et tu qui proprio Duci ſubmittere colla
Jam dedignaris, ſub averni duce jacebis.

38 Rex igitur in locis Auſtralibus ultra fluvium qui Lima* dicitur regalibus negotiis ex more peractis, ad regionem maritimam, quæ Wendel lingua Danica, quod convertibilis interpretatur, advehitur; ibique in villa regia, quæ a Domina quondam loci ipſius Burhlina *d*, jam mutata vocali Burhlanis nuncupatur, cum regio ſatellite ſpatiaturus, reſidere decrevit, regiis exactoribus de peragendis ſimul & inquirendis negotiis demandans. Cujus adventu tam nobiles quam & vulgus incitati, impiorum conſiliorum conventicula aggregant, & ad invicem animos ad iniquitatem inſtigant, pudori deputantes, regiis inſtitutis cedere, & ſeſe inferiores quam regiam poſtetatem exiſtimare. Idcirco dum poteſtati inſidiantur, Domino adverſantur; quia juxta veridicum Apoſtolum, Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. At per hoc in ejus deputantur conſortio, qui dum Deo ſubditus eſſe contempſit, in profundiſſima inferni de excelſiſſimis cælorum dejectus cecidit ſedibus.

Aperte ſubditorum ſeditio, al. Limma *d*

39 Pontus ergo Cornicus dicitur, ubi omnis multitudo iniquitatis, animo venenato & brachio armato, adunatur, & tam nocturnis quam & diurnis conciliabulis religioſo principi inſidiatur: unanimes inſtituentes, ut aut illum finibus ſuis exturbent, vel (quod dictu nefas eſt) a regione viventium exterminent. Statuto autem die Rex cum ſuis multitudinem conventus eorum ſpectaturus ingreditur, & cognita voluntatis eorum obſtinatia, rem pertractaturus ad ſuos revertitur: ſed ibidem perpaucis, quæ propoſuerat, ob inſolentiam inſanientium diſpoſitis, furorem adunatæ & conſpiratæ multitudinis mitigare cupiens, & de ſe ſuiſque proſpiciens ſecundum illud Dominicum præceptum, Si vos perſecuti fuerint in civitate una, fugite in aliam; loco cendum inſtituit, & ne major tumultus fieret quietius abire conſtituit.

quam Comites frustra placare conantur

40 Aquilonalibus igitur partibus derelictis, occidentalium terminos inſequitur, & ad locum qui nunc uſque ſecundum veteres Acresburch, id eſt urbs agri dicitur, obſequentium turbis tranſmiſſis, ipſe non longe cum reverendiſſimo Antiſtite Henrico in villa epiſcopii ejus ibidem proxima ſpatiaturus cum numeroſo comite reſedit. Porro Regis diſceſſu divulgato, turba diripientium catervarum regias curias invadere, rerumque proviſores ibidem ædibus exturbare, omnia inveſtigantibus oculis avaris inſpicere, manibus quæque proxima diripere, univerſa porcorum more ſubvertere, regalium ſtipendiorum reliquias, quas vorando deglutire nequiverant pedibus conculcando proterere. Et quid amplius? Ut in David legitur, confirmata malignitatis conſilio univerſa multitudo iter aggreditur, regia veſtigia alii propriis, quidam cornipedum pedibus inſequuntur, edicto propoſito ſtatuentes, ut aut religioſi Principis memoriam ſolo eripiant, aut cuncta regni jure depellant. Reverendiſſimus vero Pontifex, qui eo, ut prædiximus, tempore ſecum Regem glorioſum detinebat, non ſperato adventu veſanæ legionis audito, ſeditioſos cuneos cum prudentibus adiit & ſermone placido ut ab inſolentia haud ſano admodum conſilio cœpto compeſcant*, inſtigat, & ne ad infamiam univerſi orbis deveniant, fas nefaſque proponens, facundiſſime perorat.

D ex mss.
* *pro* abſtineant

41 Sed quia quos veritatis inimicus & pietatis hoſtis perturbatione inquietudinis repleverat, Spiritus divinus aufugerat, & ſuper inquietos ac tumidos idem Dei ſpiritus requieſcere non poterat; ut Judæi quondam Stephanum redarguentem non ferentes, duris diſſecabantur cordibus & in eum ſtrinebant dentibus: ſic ſanis Reverendi Antiſtitis conſiliis inſrementes, inſanis clamoribus inſonant, & jam jamque in Reverendum Pontificem irruere, impetu facto feſtinant, haſtis fabula littorea ſpargunt, æthera vocibus impetunt; & ne vera peroranti ac utilia perſuadenti vulgus acquieſcat, incommodis quibuſque propoſitis diſſuadendo inſiſtunt. Verum ut confirmatio ſermonis maligni perficeretur, Illuſtriſſimi Viri ſpretis exhortationibus, & piis ejus perſuaſionibus poſtpoſitis, ferocitatis complicibus viatim e multiplicatis, ſeditioſa legio ad omne facinus præceps, ad urbem prænominatam, ubi regalium gazarum miniſtri ſeu proviſores aſſidebant, concite properat: &, ut exinde fama inſolentiæ cœptæ in univerſum Jutiæ orbem divulgetur, decertat.

Fedo tumultu

42 Et quid immoror? Stuperes inſanientium irruptiones intuens: quidam namque nudi ſtratis extrahuntur, alii pro foribus ſuffocantur, nonnulli flumine præcipitantur: ſed & ipſos Magnates undecumque inveſtigantes perſequuntur: dum & iſtis armis fugiendi recluditur exitus, & illis ſimul pre foribus hoſtis aſſiſtit & gladius. Decertat ergo cuneus uterque, illi deforis *f* impugnantes, iſti deintus ſe ſuaque defendere cupientes. Sed multitudine irrumpentium continuatim accreſcente, quidam ipſis etiam veſtibus expoliati in arma nudi proſiliunt: alii ſaucii & veluti a beluis dilacerati procedunt. Nonnulli domibus quoque diffractis effugiunt. Dehinc latebras quique quam proximas requirunt, quidamque navibus admiſſis, furori irruentium cedunt; Rege cum ſuis hactenus ab his tumultibus ultra fluvium tranſpoſito. Omnibus igitur illinc tam regiis miniſtris quam & ipſis domeſticis exturbatis, ſupellex cuncta ſubvertitur, lectiſternia ſubvertuntur, ſingulorum manſiunculæ diſpiciuntur, hoſpitia inveſtigantur, ſed & ipſa effodiuntur atria; & quid quiſque prædo avarus rapiat, ſeu famelicus diglutiat, ipſis adinvicem prædonibus altercantibus, avaritia pro-

multis ſpoliatis occiſis & fugatis

A cax decertat. Hinc ignobiles quique & rapaces locupletantur, dum & nobiles ab hoſtili cuneo propriis privantur, & alii ſaucio quondam latere acquiſitis exſpoliantur. EX MSS.

Canutum interci- pere co- nantur.

43 Talibus igitur furiis pertinacis obſtinaciæ turba exagitata, ut omne ſuis jus terminis exturbet inſiſtit, & ne Principi religioſo refugii locus uſquam relinquatur; ac ne quemquam ſua vitia redarguentem ſuperſtitem deſerat, veſaniæ ſuæ ſimul & dementiæ intercurſoribus circumquaque, dæmone comitante, ceu ventis tranſvolantibus decertat. Sed veluti pietatis magiſter Jeruſalem cum filiis ſuis in ipſum perennis miſericordiæ fontem Phariſæorum conſilio & Scribarum inſtinctu ſæpius conſpirantem, ventura denuntians, utpote futurorum inſciam, deflebat; ſic jam te, Jutia, ob inſolentiam te inhabitantium, & Dei hominem, probitatis inimici inſtigatione, perſequentium, non ullus pietatis præco, ob hanc inſolentiam ſuB perventura tibi incommoda, ſed tuis interim viſibus abſcondita proſpiciens, non immerito defleret, cum te præſentibus tantum credere & non viſis; imo tantum adventuris fidem quam minime cerneret adhibere. Quapropter his te querelis aggredi non incongruum:

Invectiva in improbos, & maxime Jutas

44 Gens inimica bonis juſto cur inſidiaris!
Cur furiis actus firmas cum dæmone pactum?
Ut velut ille polo tumidus dimittitur alto;
Sic tu de proprio deturbes commoda ſolo,
Ut ſimul & rabidus & ſis pietate privatus?
Sicque tuo tantum cur pellis ab orbe patronum?
Et quod tentabas cum perfeciſſe volebas,
Cur non impleſti? quo te poſt gloria juſti
Et creſcens tereret, & dejiciendo levaret:
Ut cum deveniens, ejus manifeſta videres
Signa, decus, doxam; propriam cognoſcere noxam
Poſſes, & ticubans nudas admittere plantas:
Ingredienſque ſacras contrito pectore valvas,
Et ſimul exertos ſurſum retinere lacertos,
Ota rigans lacrymis & tundens pectora palmis;
C Et genibus flexis veniam depoſcere noxis;
Improperans ſceleri proprio, grates ſed honori
Martyris attribuens & facta facinora deflens.
Sed quod tu Jutia contemnis habere ſuperba,
Æmula facta tua capit ecce Fionia clara:
Et quamvis coeptum perfecerit illa malignum,
Ipſa tamen geſtis ſignis lætatur honeſtis,
Aſſidue ſpectans, vice converſique frequentans;
Cum nunc exorat, quem expirando necarat,
Pectore concuſſo vultu ſoloque remiſſo,
Et viſu madido pugnis & corde retuſo,
Atque genu flexo triſtis pro crimine facto,
Ut ſore placatus velit illis & miſeratus,
Continuaque prece priſcum ſcelus abluat omne.
Aureolis aula, donis ditatur & ipſa,
Hicque nitent fulvi nunc ornamenta metalli
Cum ſerico gemmis croceo pretioſa decoris.
Confluit huc populus, habet hic pia gaudia vulgus,
Exultatque ſacrum ſe percepiſſe Patronum.
Organa cŭ tibiis reſonant dulciſona pulchris,
Et cytharas plectro quatiunt ſpecioſa canendo.
Hæc tu cuncta tuis furibunda repellis aboris: D
Illa levatur habens, quæ tu minueris amittens.
Iſta locis, verum ſerventur in ordine rerum
Queis nunc omiſſis dentur loca, tempora geſtis.

Canutus fugatur, venit in Wybergh

45 Locus igitur celeberrimus medio fere Jutiæ orbe conſiſtit, qui ſeu ob ſui eminentiam, ſive ob antiquorum inibi ſacrificiorum frequentiam, vel ob idoli ibidem quondam opinatiſſimi, qui Wyg dicebatur memoriam, Wybergis g veluti Wygi excelſum aut belli mons, ſeu ſacrificationis, lingua Danica g nuncupatur: ubi ex totis Jutiæ partibus quam ſæpius non minima multitudo, tam de cauſis communibus tractatura, quam & de legum veritate ſive firmitate diſcutienda, ſimul & ſtabilienda convenit; & quod ibi communi ſenſu aggregatæ multitudinis ſtatutum fuerit, non impune uſpiam in Jutiæ partibus irritum fieri valebit. Huc ergo inſignioſiſſimus Heros cum ſatellite ſuperſtite deveniens, dum E inibi, ſi quempiam fidem retinentem inveniat, inquirit, non modo non invenit; imo etiam ibi inſidiarum laqueos ſibi appoſitos intendit. Aquilonale namque vulgus, ut ſupra commemoravimus, furiis infernalibus actum, quod ſceleris hujus auctor & exordium fuiſſe dignoſcitur, jam veſaniæ ſuæ ſigna circumquaque denuntiando efflaverat, & Principi religioſo effugii locum nuſquam relinquebat. Et (heu!) cum vulpibus auxilii fovea pateat, & aves conſertos ſibi nidos requirant, Filio hominis, id eſt Jeſu Chriſto famulantes, ubi caput reclinent non habent. Ex hinc portum flumins, qui Sleh *b* dicitur, cum ſuis abſque tumultu adiit, nautico itinere cum feſſo jam per terras comite Fioniam profecturus.

ANNOTATA.

a Obſtinatia *ſeu* obſtinacia, *& hic & infra pro* obſtinatione. *Sic* præſtigia *pro* præſtigiæ.

b Valentia *pro pretio ſeu valore, ſatis intelligitur.*

c *Ad explicandos* complices, *multa eruditioni congerendæ ſuperſedere poterat Meurſius, cum ea vox in Gloſſariis obvia ſit. Infra invenies* complicium *pro ſocietate ſceleratorum, num.* 63. F

d *Meurſius ſcripſit* Burlina & Burlania, *& paulo ſuperius* Wendle *pro* Wendel, *ſed neutrum locum explicare curavit: uti nec infra ubi ſitus fuerit* Pontus Cornicus, *ubi* Acresbureh *vel* Ackersburg, Villa epiſcopii *Henrici &c. quæ mihi modo reperire, non adeo promptum eſt.*

e Per viam, *qua Rege inſequebantur, facinoreſis aliis accedentibus.*

f *Multus iterum eſt* Meurſius *in enucleandis vocibus* deforis, deintus, lectiſternia, pietatis magiſter *&c. quæ ſatis intelliguntur; mallem ego geographicam ſeriem fugæ S. Canuti nobis exhibuiſſet.*

g *Hodie* Wiborg, *opinor, ſeu* Wiburgum, *in Jutia ſeptemtrionali; urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lundenſi, unde colligendum eſt, qua via in Fioniam ſe receperit ſanctus Rex.*

h *Hunc ego fluvium in ea regione hodie non diſtinguo, at ſatis certum eſt, ex iis unum fuiſſe, qui plures numero Viburgenſi tractu in ſinum Codanicum aquas ſuas exonerant.*

CA-

Digitized by Google

A

CAPUT IV.

Fuga S. Canuti in Fioniam, Piperonis auctoris ustenda proditio, furentium impetus in basilicam S. Alboni, in qua Rex lanceaperfossus pro justitia Martyr occumbit.

PUppibus ergo non segniter instructis & necessariis advectis, magnificus Princeps Judicum furorem simul & ipsam Jutiam penitus relicturus, fluctivagos sinus cum domesticis satellitibus, & novo jam certamine tironibus experiendis ingrediens, Fionie partibus advehitur: ubi dum præsentis securitatem quietis requirens, non invenit; sempiterna felicitatis palma & perpetua gloriosi triumphi memoria insigniri promeruit. Tu etenim, antiquissime seductor, hæc omnia, Deo sinente & ad potiora disponente, malitiæ tuæ artibus & instigatione perficiens, qui quondam decorus & magnificus, ob immensi tumoris contumaciam, de summo cælorum dejectus, & postmodum in serpente visus, proavos nostros Deitatis promissu seduxeras; haud mirum si jam per unius regni spatia, in hominem Dei insidiarum machinas distendas, cum quotidie per universum orbem fidelium iter impediens, ad damnationis tuæ cumulum multiplicitatem complicium sempiterno tecum igne exurendorum coacervas. Aggrédere ergo impietatis tuæ ministros & in Dei servum exacue virus, instrue animos, incita lacertos ad arma, insidias præpara, complices sceleris accumula: ut quanto crudelior extiteris insidiantium sævitia, eo glorioſior efficiatur religiosi Principis victoriæ memoria.

Rex in Fioniam fugiens

47 Regis ergo adventu divulgato, ut quod divina disponebat providentia, non serius efficeretur, nocturnis simul & diurnis inter- C cursoribus circumquaque transmissis, multitudo vulgi coadunata, iniquitatis aggregat consilia, & ut suis etiam Principem religiosum finibus exturbent; seu, quod dictu scelus est, vitæ exortem efficiant, omni condicit instantia. Ipse autem ad locum præcipuum, utpote certaminis, triumphi, & re- *a* pausationis *a* sum, qui Othanswi dicitur, cum Erico fratre suo, Rege postea gloriosissimo, & Swenone inclyto, Benedicto quoque laboris atque certaminis consorte, curialibus secum comitantibus proficiscitur, rerum ibidem eventum præstolaturus, & quid suis consilii admitteret, tractaturus. Seditiosa vero multitudo indies adaugetur, & non tam internuntios quam & exploratores curiæ regali intermittit, regiaque undecumque scisciturus consilia, & ad eam cum suo comitatu dejiciendum, omni decertat instantia. Cujus seditionis uti princeps & fraudis commentor, Pipero *b* dictus, inter eos insignissimus, astutus ingenio, facundus eloquio, Principem innocentem fraudulenter adit, & ut fidem fraudibus præbeat, legionis infensæ furibunda non occultat edicta, quæ tamen per se quam plurima proponendo, haud minime depromit attenuanda.

Odioslum se recipit.

48 Mensæ igitur regali & Regi proximus assidens, secundum illud Davidicum, Qui edebat panem meum, magnificavit super me supplantationem; Regiis tandem non modo dapibus farcitus & poculo debriatus, quam & muneribus honoratus, veluti magistro veritatis, Judæ proditori intinctum panem porrigendo, dicenti, Quod facis, fac citius; religioso Duci pacis osculo, ficto & venenato corde tradito, sicut ille lucis auctorem & pietatis eruditorem Pharisæis, sumptis argenteis vendidit; sic & iste luce derelicta, id est fidei probitate dejecta, infidelitatis tenebris illaqueatus, ut nox nocti non scientiam sed insipientiam indicaturus, hostilibus catervis occurrit: & quæ a Rege perceperat, non pandendo sed pervertendo denuntiat; & qua eum fraude circumveniant, perorat.

Ex mensa ubi Pipero auctoritate cum furenti populo prodit.

49 Et heu te miserum, infrunitum, vecordem, mente captivum! incassum impietatis aggregas exercitum, cum ad detestationis tuæ adaugendum opprobrium, E quem cum consortibus tuis persequeris, latius jam per orbem efficies celeberrimum: cujus enim paulo ante conviva exstiteras, ejus nunc proditor vitæ fieri non erubescebas. Cur ergo, crudelissime, tetro, & invisо, tuis assistenti dextris inimico, Crucis signaculum non opponebas? Cur arma tuis jam humeris superimminentia non prævidebas? Et si te ab scelere nec convivii participati benignitas, nec muneris collati dignitas revocabat, cur perennis infamia & dedecus sempiternum, utpote industriæ sagaci *c*, ob ineffabile nefas, animo non occurrebat? Distensis etenim adhuc epulo visceribus, veluti sanguinolentis obtutibus, necdum consumpta digesteras; & quibus jam convivam *d* pium persecutoribus traderes, *d* advocabas. O! te impudicum, pietate & probitate privatum, orbis universi acclamatione detestandum & stygiis solum umbris ac Cerberi faucibus dignissime deputandum!

Leprosi vestes dira

In ipsum proditorem.

50 O! te infelicissimum! Factus es Anna pejor, Caypha deterior, Pilato crudelior. Ille namque Judæis, ut Jesus crucifigeretur inclamantibus, accepta aqua, non tam manus a sorde abluere, quam simul & voce & officio ab Justi sanguine immunem sese cupiebat efficere; tu vero crudelitatis ferocitate actus, & veneno impietatis omnis, malitiæ spiritu administrante debriatus, non modo imperiti vulgi insolentiam non compescebas, verum ad maligniratis cœptum velocius perficiendum, exacuebas. Neque enim te ad hæc Cæsaris terror incitabat, sed antiqui seductoris sugestio provocabat, quem a scelere desuper residentis & ex alto cuncta prospicientis intuitus non *e* revocabat. Nam *e* sicut quondam Domino Jesu impius Judas osculum præbendo, Judæis, quem comprehenderent, innotescebat *f*; non impari modo *f* populorum impetum adversus Dei hominem attrahebas. Quapropter ut ille laqueo vita excessit, ita ut postmodum occupatus demone, lingua mordicus abscissa, spiritu scelestum cadaver deferente, ad inferos pene *g* consortem inquisiturus, non immerito *g* immitteris.

EX MSS. *Furentibus ſedi-tioſi, Rex in baſili-cam S. Albani ſeſedit,*

51 Sedicioſa vero multitudine veſaniæ ſuæ principem jam præmemoratum proſecuta, ad locum regiæ ſedis coacervatim conglomerata diſcurrit, ad omne nefas præceps intendit, equorum fremitus & populorum fragor ac armorum colliſio æthera tangit, curſus & impetus humum concutit; pulvis ſolo exurgens & in aera altius latiuſque diffuſus, die adhuc ſuperſtite, nocturnas tenebras interſerit, & caligine nebuloſa, viſus [atque] etiam animos obcæcatorum obvolvit. Porro veſpertinali tempore imminente devotus heros veſpertinalem ſynaxim auditurus, & jam ſe ſuoſque univerſorum opifici commendaturus, in baſilicam precioſi martyris Albani, haud longe ſitam, cum fidis ſolum & laboris conſortibus, & non tam certaminis quam & præmii, ut credi fas eſt, participibus expetit, reliquis latebras, quas poterant, inquirentibus & vitæ præſenti conſulentibus.

ubi perceperit ſacris myſteriis oppugnetur.

52 Hoſtilis vero cuneus circumquaque adveniendo occurrit, & tam ædes regias, quam & atria irruendo occupat: quidam quoque ſacrariæ, ubi Dux religioſus cum ſuis inerat, irrumpere tentant; alii valvas B baſilicæ infringere, nonnulli ignem admittere, ceteri, ut aut vivos comprehendere poſſint, vel ut occumbentibus ſuperſtent, inſiſtere. Sed igni rore ſuperno virtutis extincto, invictiſſimi tirones deintus, pro foribus hoſtibus aſſiſtunt, aditum armis non ſegniter recludentes, & pro ſuo Principe glorioſiſſime dimicantes. Rex interea devotiſſimus Regem ſempiternum, non Herodiana inquirere fallacia, ſed humilitate Davidica ſe criminibus reum, illum vero, verum vere confitendo Deum; & non ſolum veræ & ſinceræ confeſſioni inſiſtens, imo vitalis communionis ſacramento ſe muniens, tam aureis quam & argenteis muneribus ditat altaria; ſociis etiam hæc eadem perficientibus, & viciſſim ne hoſti aditus pateat, armis obſiſtentibus.

Piperani, ſeuerii & a demone arrepti interimuntur.

53 Conſpiratæ tandem legionis multitudine undecumque accurrente, & eccleſiæ parietibus circumquaque inſiſtente, monſtruoſus C Pipero deforis pro foribus aſſiſtit, regiarum gazarum fideliſſimum hactenus proviſorem, veluti ad ſingulare certamen advocat, & ſi quid cordis vel virium aſſit, ut occurrat, interpellat. Quo haud ſegniter deintus occurrente, duris alternatim ictibus admiſſis ſauciantur; illo deintus glorioſe occumbente, iſto ad evidentioris ultionis indicium ad modicum ſupervivente. Nam domi dehinc delatus & acerrimo dæmone invaſus, vicina quæque tam morſu quam manibus invadere, diſtumpere, conterere, ore ſpumas ejicere, horribiliter vociferando acclamare; vana & inaudita proferre, ſcelus fraudulentum evidenter edicere, ad ultimum, lingua mordicus abſciſſa, vita miſerabili terribiliter excedere. At vero hoſtis pertinax, obſtinaci inſolentia baſilicæ parietibus inſiſtit & cum ſagittis ſaxa per aperta immittit, Duceque præcipuo tam lapidibus, ut Stephano tunſo, quam & telis, ut Sebaſtiano ſaucio, ædes ſacra tam ejus quam & ſociorum vulneratorum ac demum occiſorum cruore perfunditur; &, ut ita fatear, pretioſitate Martyrii eorum, iterato conſecratur.

D *Item alterius, qui ablatam Sancto aquam baſto eruerat.*

54 Verum ut paſſionum Chriſti Rex devotus imitator efficeretur, veluti Dominus Jeſus in Cruce in medio iniquorum poſitus, ſic & iſte inter cuneum adverſæ multitudinis conſtitutus, aquam ſibi ſitienti porrigendam, inter furentium tela expetit: quam cum quidam, pietate motus, hauſtam deferens, ei per feneſtram porrigeret; alius haſta intromiſſa, & vaſe de manibus utrorumque excuſſo, ac ſimul aqua effuſa. Regi quidem ſitim extinguendi otium ad modicum abſtulit, illi vero pietatis præmium non ademit. Ille autem haud longo poſt tempore veſania actus, fonti ſuperimminens, utpote ſitim propriam extincturus, capite tandem in profunda demiſſo, genibuſque deſuper monſtruoſe diſtenſis, ſpirituque ſceleſto ad infima baratri extracto, cadaver ibidem exanime, veluti divinæ ultionis indicium, ſupervenientibus inſpiciendum reliquit. Et hic quidem hoc modo deficiens in ſervum Dei ſe deliquiſſe, manifeſta expertus eſt ultione.

S. Regis ad mi-ſeriam ſi-peruenti laudes.

55 Sed quidem amplius? Eloquar an ſileam? ſceleris enim cœpti malignitas perfecta exprimenda incumbit, & opus ſæculis deteſtandum ut depromatur, ſeries depoſcit. Hucuſque namque glorioſum Principem cum inſignioſiſſimis heroibus contra adverſarios decertantem inſpiciebamus, & veluti prope aſſiſtentibus arma pii affectus ſubminiſtrabamus. Nunc vero, cum omnia præſentia ad occaſum vergant, & floribus maturatis tempus ſectionis adveniat; licet ob humanæ fragilitatis compaſſionem dolori deputetur, tam glorioſiſſimi viri præſentiam ſæculo ſublatam edicere; ad prioris tamen lætitiæ accreſcit incrementum, cum poſt laborioſi certaminis curſum, ad ſuperna evectum, laudibus extollere. Sed quid de inſenſata plebis rabie & veſania ediſſeram? Cum enim terreno Principi adverſatur, in ipſum virtutum Dominum furoris ſui machinas invehere non veretur. Ignem namque ſacris appoſitum ædibus, ne ſancta comburerentur, deſuper extinctum inſpexerat: Ducem religioſiſſimum inter arma ſtridentia & ſaxa volantia poſitum, utilia quæque ac rationabilia perſuadentem & pacifica pollicentem audierat; ſed ſpiritu malignitatis impleti, & ſpiritu benignitatis evacuati, nec divinis moventur virtutibus, nec humanæ rationis mitigantur perſuaſionibus: ſuperni quippe arbitris E conſilium perficiendum imminebat, qui hoc modo athletam ſuum de ærumnis præſentibus ſempiternæ quieti inferendum advocabat. Nam & illi perpetuæ parabatur gloriæ memoria, iſtis vero perennis deteſtationis infamia, cui veluti de Domini perſecutoribus dictum eſt; Si cognoviſſent, in Principem glorioſum arma furoris ſui non intuliſſent.

Perſiſtunt tandem in ſacram conjurati. Comitis lancea perfoſſi.

56 Fortiſſimis igitur heroibus hoſtiles acies a foribus baſilicæ deturbantibus, ad orientem ſanctuarii, ubi Principem devotiſſimum precibus inſiſtentem introſpexerant verſi, gladiis & ſecuribus, poſtibus ſecandis & diruendis inſiſtunt, capſulaſque reliquiarum pretioſorum Martyrum Albani ſcilicet, nec non & Oſwaldi cum cruce ſacra interpoſita, poſte ad ima vergente, ſolo dejiciunt. Inter hæc cæliſti ſponſo ſecretorum ſuorum jam proxime conſcium futurum ad æternum advo-

A advocante cubiculum, Rege insignissimo pectore simul ad aram & ore conversо, quidam ex impiorum caterva, lancea per fenestram intromissa, latus ejus perforat, & eidem sacram sanguine innocentis cruentat. At ipse Christi etiam post vulnus exitiabile non immemor, Benedicto fratre suo certaminum collega, vulneribus admodum saucio, assistente amplexato, & pacis osculo dato, brachiis in crucis modum extensis, membrisque solo ante aram sacram expositis, sanguinis vena ex vulnere lateris emanante, voce adhuc superstite Jesum interpellat: ac spiritum creatori commendans, pretiosi glebam cadaveris sanguine consecratam reliquit, & secretum misericordiæ sempiternæ, ab his tumultibus perpetuo pausaturus, intravit.

Comites ejus se defendentes occumbunt.

57 Constantissimi vero commilitones, Duce interempto, non modo hostibus non cedere, verum etiam ad invicem exhortando animos incitare, vires exerere, per aperta irruentibus, haud segniter occurrere, armis arma viciliter referre, cedentibus vicem rependere, glorioſe magis occumbere, quam tanto Principe amisso eligentes supervivere: quibus, multitudine hostili catervatim accrescente, non tam stratis quam & vicissim opprimentibus adversariis suffocatis, ædes sacra cruore conspergitur, templi solum unda sanguinis irrigatur: & illud Propheticum adimpletur, quo dicitur: Venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum Sanctum tuum, effuderunt sanguinem Sanctorum in circuitu. Unde non immerito, ut in subsequentibus habetur, facti sunt opprobrium vicinis suis, subsannatio & derisus in circuitu consistentium, commotioque capitis in populis.

Exaggeratio crudelis parricidii.

58 Quis enim Principem religiosum, a populo profano insidiis petitum, & lacessitum non detestetur! Quis Regem a gente propria interemptum [fuisse] non execretur? Ut enim quædam ex antiquis referam: Agamemnonem durissimum bis quinis annis & amplius, Argos bello pelagoque a propriis retinentem, Græcia sustinuit: Hannibalem ferocissimum, nobilium cædibus cruentatum, Hispania pertulit: Herodem atrocissimum, lucis auctorem & universorum factorum persequentem, crimen parricidale parvi pendentem, nobiles ergastulis recludentem, lactentium turbam innocuam, maternis uberibus abstractam, impie jugulantem Judæa tolerавit: Neronem crudelissimum, materna viscera ense rimantem, fratrem interimentem, Urbem inflammantem, ejusdemque senatores urbis & Patres orbis exitialiter exterminantem, ipsa mundi caput Roma pati duxit *k*: Principem religiosum, divina exequentem, utilia & liberalia indicentem, a servilibus gestis vulgus coercere studentem, Dacia contumax sufferre non valuit.

Causa propter justitiam occisus

59 O superbia execranda! o contumacia detestanda! o cervix rigida, quæ dum in præsenti flecti contemnis, sempiternis postmodum suppliciis coercenda & flectenda reservaris! Cum enim tua vitia redarguentem vita præsenti extorsisti, temetipsam beatitudinis vitæ perpetuæ exorem effecisti: & quæ te gentibus ceteris immerito, non juridice *l*, sed elatione præferebas; hujusmodi indiciis eunctis te infideliorem & infeliciorem, nec EX MSS. non etiam detestabiliorem demonstrabas. Principis quippe a Deo præpositi dum juri subjici recusas; illius te ditioni, hunc dejiciendo mancipas, de quo sacri eloquii protestatur veritas: Omne sublime videt, & ipse est rex super universos filios superbiæ. Qui autem in excelsis residens, humilia respicit & alta a longe cognoscit, falli non potest: qui etiam in Euangelio humiles confortans & superbis minitans, dixit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Petro vero Apostolorum summo acclamante; Deum timete, regem honorificate; qua te fronte Deum timere contendis, quæ regiæ potestati honorem divinitus imperatum, impendere contemnis? Sed dubio procul posito, Isaiæ in populum antiquum exprobratio, quam Dominus Jesus Judæis improperans opponit, de te quoque expresse manifestatur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.

Deorum in rebus fidei langue.

60 Quis autem te nesciat Christianæ religionis fidem verbis & ore quam facundissime extollere, sed divinis legibus propria tamen statuta præponere? Et cui incognitum est, ejusdem te fidei religionem, ipsiusque religionis denunciatores non tantum vilipendere, imo dolis & versutia, fraudibus & invidia impugnare? Fides enim tua secundum Jacobi attestationem, sine operibus mortua est. Quia etsi facta quædam fidei congrua nonnumquam exercere videaris, non minus pro humanis ea favoribus, quam Patris in abscondito videntis remuneratione, efficere probaris. Quapropter cupito laudis humanæ favore exhibito, & temporali mercede recepta, remuneratione privaris æterna. Verum his de infidelitate & infelicitate impiorum hactenus exaratis, ad proposita persequenda redeamus.

ANNOTATA.

a Repausatio & *hujusmodi alia vix indigent longioribus Meursii commentariis; notulam addere poterat ad* Othenswi, Othensiam, *seu* Ottoniam, *vulgo* Odense *Fionia metropolim, de qua in Commentario prævio dictum fuit.*

b *Secutus sum exemplar nostrum, in quo constanter* Pipero *appellatur Sancti proditor, qui in editione Meursii* Pipo *dicitur, apud Saxonem* Blacco; *apud alios* Blacco, Pibo & Pibus, *sic forte emendandum vitio variæ expressus.*

c Industriæ sagaci *sensum non reddit, ut hic Meursium velle correxisse censeam* industria & sagaci, *ubi* induster *sumitur pro* industrius, *ut infra num. 55, superni* arbitris *pro* arbitri *etc.*

d *Malim legere* invitatorem, *nam* convivа *dicitur is qui invitatus est.*

e *Contendit Meursius, particulam* non *hic abundare, adeoque ejiciendam: alii mecum censebunt, & velle, omnino servandam esse.*

f *De* innotescere *alibi, pro notum facere vel indicare, jam alibi non semel egimus.*

g *Fatetur Meursius, in suo Ms. & in editione Hafniensi sic etiam legi* pene, *se vero restituisse* prene; *non male quidem; sed correctio superflua videtur, si dicas scriptorem significare voluisse*

Digitized by Google

A *voluisse, Piperonem, qui Regem prodidit, non* EX MSS. *animodo consortem fore Judæ, qui Dominum Jesum osculo tradiderat, sed* fere cosortem. *Utrumlibet selige.*

k *Jam dixi supra*, arbitris *hic legi pro* arbitri.

i *In Ms. erat* exorando, *librarii, opinor, imperitia, restitui* exhortando, *ut sensus videtur exigere, hic paulo perfectior, quam sit apud Meursium*, verum etiam animos incitando exhortate.

k *Tota illa historiarum indagatio male confusa est, neque ad Vitam* S. Canuti *quidquam confert.*

l *Meursius legit* virtute; *sed nihil corrigendum putavi. Neque vero hic omnia observari possunt, quæ intacta relinquimus, modo sensus intelligatur. Sic* vita præsenti extorsisti *&c.*

CAPUT V.

Parricidarum in Benedictum, Sancti fratrem crudelitas, Data divinitus multis plagis B *afflicta, Adela abstersa ab auferendo sacro corpore, quod pluribus signis claresceret, solenniter elevatur, & in theca venerationi exponitur.*

a DUce a igitur præstantissimo cum invictissimis athletis intra sacras ædes interempto, eodemque sacrario occisorum cruore non jam violato; imo iterato, ut credi fas est, consecrato, profanorum cuneus, non tam atria regalia, quam & ipsa angulatim perscrutatur sacraria, nuper imposita diripiens, & pridem admissa & habita, longiusque conservata non relinquens; ut quæ sacris detrahebant altaribus, ornandis inter se partirentur muribus b, atque illud propheticum etiam litteraliter impleretur: Dispersi sunt lapides sanctuarii, in capite omnium platearum. Dehinc regiæ sedis locum circumquaque curiose perlustrantes, & ne quis regiæ stirpis, utpote sceleris ultor, superstes relinqueretur, provide præcavere cupientes, Benedictum jam pretiosi tam Martyris, quam & Regis fratrem germanum, collegamque certaminum ab investigantibus adhuc supervivere, & quam proximo servatum hospitio, C cognoscunt adesse.

Parricidæ hostium diripiunt.

b

6a Quo præcipiti catervatim cursu irruentes & regium Juvenem inventum, vulneribus admodum saucium, quod dictu nefas est, pedibus extrahentes in medium impietatis suæ conventiculum admittunt, ut secundum Apostoli dictum, spectaculum mundo mundique Principis administratoribus efficeretur, & per eos omne ministerium iniquitatis perficeretur. Cumque quo modo, vel quali eum morte perderent pertractarent, jam veluti venatoribus, de raptu diffidentibus, membratim distrahunt etiam semivivum, ut nihil crudelitatis imperfectum reliquereret. Lanceis alii nobile corpus terræ affigunt, quidam securibus, nonnulli gladiis impetunt; & ut nullus profani sceleris expers existeret, quod quisque manu proximum arripuerat, adducunt, & & mille vulneribus vita exemptum, ac minuatim per membra secatum relinquunt; atrocitatis suæ infamium cumulantes, & orbi universo sese detestabiles perpetuo efficientes. Ut enim Rex propheticus protestatur; Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis, quia non erat in eis bonum D faciens, vel impie agentes coercere satagens; sed ob immanitatem avaritiæ, crudelitatis simul, & malitiæ, velut sepulcrum patens erat guttur eorum: linguis quippe suis dolose agebant, & venenum aspidum sub labiis eorum.

Benedictum Canuti germanum pedibus rapientes, trucidant.

63 Et quomodo os eorum maledictione *Novis parricidiis lætantur.* & amaritudine plenum non erat, qui quos poterant ad complicium sceleris sui invitabant, & ipsi pessima quæque & nefaria proficiebant? Ad effundendum vero innocentem sanguinem non tam pedes veloces, quam & manus exhibent procaces, Deum quidem cognoscentes, sed nec ejus judicia metuentes, nec eum invocare curantes; sed quos venerari, illo jubente, ac metuere deberent, impiæ atrocitatis ingluvie, ut escam panis devorantes. Averterunt enim tam sensus quam & oculos, ne viderent cælum, & ne recordarentur judiciorum justorum. Illic quippe trepidaverunt timore, ubi non erat timor; timentes namque ne quempiam pravitatis suæ superstitem correctorem relinquendo, F aut a Deo superimpositæ potestati obaudiendo, vel subjecti manendo, reliquis per circuitum nationibus æquarentur, ac per hoc quasi pristinæ libertatis exortes efficerentur; dum nec divinis institutis cedere, nec regiæ potestati obtemperare, sed ceteris potiores & præstantiores audacia simul & contumacia conantur gentibus existere; Deo execrabiles, orbi detestabiles, hominibus odibiles, omnibus viliores & contemptibiles, ob peracti sceleris immanitatem efficiuntur, & ipsis summæ veritatis persecutoribus non impares adjudicantur. Idcirco contritio & infelicitas in viis eorum, quia a via pacis divertentes, & divini respectus intuitum post tergo, non præ obtutibus, ponentes, in Euangelicum scandalum inciderunt; pro eo quod vitia humanæ pravitatis potius exequi quam relinquere maluerunt.

Data multis plagis ob eadem injusta, divinitus afflicta.

46 Quis etenim illud falli posse hæsitare præsumat, qui servum scientem voluntatem Domini sui, & digna non facientem, plagis vapulandum *c* quamplurimis denuntiat? Ex quo namque furoris sui rabiem vesana multitudo in Principem religiosum evomuit, ager frugibus sterilis, prata attenuantur herbis, silva glandibus rara, unda piscibus infecunda permansit: pestis armenta consumpsit: homines morbus debilitat: fames aggravat, nobiles ac locupletes attenuans, imbeciles exanimans, secundum illud Jeremiæ: Defecerunt in fame, in capite platearum. Et alibi; Devastata sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ. Regionem quoque universam hostium metu occupante, sexus uterque veluti jam jamque ingruentium adversariorum adventum indies suspicando, trepidabat; donec pretiosicas interempti signis declarata divinis emicuit, & hostis virtutum deperiit; princepsque pacificus elementis, ut fateor, colitantibus, simulque faventibus, in regnum Deo provehente, surrexit. Sed hæc suis in locis plenius explicanda.

c

F

Sancti Conjugis sepulti corpus

65 Præmemoratis ergo sedatis tumultibus, & impietatis executoribus a templo divino simul & Deo recedentibus, clerus ibidem devo-

Digitized by Google

A devotus, fidelibus aggregatis, humanitatis officio insistentes, cæsorum corpora curant, regia quidem membra germanique ipsius, infra basilicam certaminis ipsorum, in singulis loculis recondentes, glorioforum militum cadavera in atria ejusdem basilicæ angulo Occidentali simul & Aquilonali, in diem resurrectionis reservanda, terræ matri commendantes. Venerabilis vero Deo dilecti Regis & prudentissima conjux, inter pressuras imminentes, animi nobilitatem vultu prætendens, & de se, situque suo admodum prospiciens, carissimi conjugis jam pretiosa membra a strepitu incursantium hactenus persecutorum eripere, & secum ad nativos sibi terminos, Gandavos scilicet, Blandinensi cœnobio, Apostolorum Principi consecrato, advecta honore decenti disponebat recondere.

Regina Gandavum ab proficisci cupiens,

66 Omnibus igitur dispositis & opportunis ad hæc peragenda utensilibus acquisitis, basilicam, in qua jam nuper humatus servabatur; nocturna cum suis aggreditur, quæ proposuerat, perficere, ad locum, ut autumabat,

B eminentiorem corpus nobile desiderans advehere. Liminibus itaque reseratis illisque introgressis ante mediam fere noctis horam; lux emissa cælitus omnes ecclesiæ angulos replevit, ac veluti meridiani solis splendore tam atrium quam & vicina quæque clarissime perlustravit. Metus quoque non minimus Reginam venerabilem, comitesque ipsius perculit, & ne propositis insisterent accrescentis splendoris admiratione simul ac pavore detinuit. Cuncta enim disponentis providentia, quæ locum eumdem pretiositate martyrii ejus insigniri decreverat, patrocinio illius orbari, talibus ostensis indiciis, non sinebat.

luce cælesti declarantur.

67 Porro Regina prudentissima, sagaci industria divina perpendens magnalia, licet tanti conjugis mœsta manerer dissidio; tam perspicui tamen prodigii gratulatur indicio, jam se confidens advocatum apud Deum habere, cujus hoc sanctitatis signum intelligebat existere. Divinis itaque virtutibus cedens, & misericordiæ sempiternæ debitas, vultu demisso grates jam cernua reddens, læta simul & anxia

C Conjugis ad tumulū nobilis prosternitur ipsa,
Crebris profusis perfundens fletibus humum,
Commendans summo se precibus Domino,
Et sua cuncta pium poscens disponere Christum
Lacrymis quoque ibidem largiter profusis, & gaudio mœrore mixto perfusa surrexit.

Ac cruce sacrata pariter sacrisque verendis

d decliva d facie genibusque sæpius flexis, resalutatis;

Multa diu secum prudenti corde revolvens;
Atque sui cari carissima pignora linquens,
Præsentia tandem, non mente recessit.

Sacri corporis, igne prius examinati elevatio.

68 Requievit autem Rex Deo dilectus Canutus & martyr egregius eodem in loco annis bis quaternis & mensibus fere ter trinis, Olavo regni ejus successore imperante: usque dum crebrescentibus virtutum miraculis, communi consilio & pari voto cleri totius & populi, singulis Pontificibus cum multitudine cleri aggregatis, sacrisque ossibus igne examinatis, ex humi mole sustollitur & ad basilicam Australem, insigni lapideo tabulatu a fundamentis erectam, sed nondum penitus constructam, nunc vero postmodum ejus nomini consecratam e solen- EX MSS. e
niter advehitur: ibique saxeo sarcophago impositus, in crypta reconditur.

Olavi formelici obitus, & Erici felicioris successio.

69 Illo autem e terra levato, evidentibusque signis eum Dei sanctum fore, declarato, Rex Olavus, quem ejus regni successorem prædiximus, quo etiam regnante fames f & pestilentia, morbus, & hostium metus Daciæ terminos occupaverat, ægritudine tactus, veluti virtutum non electus inspector, vita simul & regno excessit: protinusque totius exercitus electione & populi acclamatione, præstantissimus Ericus, Deo provehente, elementisque faventibus, ad regni jura conscendit, & totius Daciæ principatum pari omnium voluntate atque monarchiam obtinuit: moxque eo ad imperium evecto, utpote conversis temporibus, copia frugum arridebat, rerum opulentia exuberabat, pacis securitas, ut Salomonis quondam temporibus, universos exhilarabat: quia & ipse Regibus per circuitum ac potentibus prudentia strenuus & consilio providus apparebat, E

Plurimis ad S. Canuti corpus crebrescentibus signis

70 His ergo temporibus pacis securitate, veluti opportunitate concessa, divina ad pretiosa Martyris pignora crebrescunt magnalia, & militis sui præconia superni Regis indie adauget potentia. Cæcis namque visus redditur, surdis auditus restituitur, mutis lingua resolvitur g, manus arefactæ restituuntur, debilium gressus reparatur, Lazarica cutis emundatur, & omnibus, opem in nomine Jesu petentibus, sanitatis pariter & cælestis clementiæ auxilia conferuntur. Fama autem virtutum latius diffusa, confluit undecumque multitudo fidelium ejus exorare suffragium: ut quem irritaverant persequendo, ejus patrocinio juvarentur, sceleris comissi veniam devotione fideli expetendo. g

Ericus Pontifici supplicat pro canonizatione fratris,

71 Rex vero prudentissimus, utilitati publicæ providens, legatis ad Pontificem Romanum transmissis, gestorum facta innotescit, & ut devotioni fidelium auctoritate Apostolica consulat, deposcit. Qui Episcopis per circuitum consistentibus aggregatis, religiosique ordinis viris venerandis quamplurimis, omnibus synodali more assidentibus, & quæ Dei sunt tractantibus, silentio indicto, F
legatis ut jussa denuntient, ac simul legationis suæ signa demonstrent, demandat. Rerum igitur gestarum apicibus in palam prolatis atque perlectis, regiisque mandatis ab internuntiis facunde peroratis, immensas Omnipotenti grates exsolvunt, qui in diversis mundi partibus electos suos glorificando manifestat.

qui in al. bum SS. Martyrum re. fertur & pro Cnut Canutus appellatur.

72 Ac ita demum communi consilio & pari omnium decreto, Regem quondam glorioſum beatorum in cælis jam Martyrum adscici decernunt collegio, cum martyrii gloria nominis etiam dignitate adaucta, ut qui pridem veluti vocabulo imperfecto & ligamine insoluto, Cnut nuncupabatur, jam ob sensus canitiem & gestorum maturitatem, ac pro eo quam maxime, quod jam in canone Sanctorum connumerandus adjudicabatur, Canutus diceretur. Sic enim quondam Abrahæ cum Deo fœdus ineuntis, cum divinæ familiaritatis participio vocabuli adaugetur edictio, ut qui hactenus Deo cognitus, fide probabilis habebatur, ex hoc etiam inter homi-

A homines rerum gestarum exercitio & generis ac nominis amplificatione, glorioſior ac magnificentior haberetur. Et pulchre martyr pretioſus ac Deo dilectus Canutus, adinſtar Abrahæ, vocabuli amplificatione inſignitur, qui ejuſdem Abrahæ ſinu exceptus, æternæ quietis felicitate perfrui evidentibus ſignis approbatur.

XX MSS.

73 Legati ergo Pontificali auctoritate roborati & tantorum ac tot illuſtrium virorum teſtimonio pariter confortati, beatiſſimi Petri Sanctorumque patroniciis, prout deſideraverant adoratis *b*, atque a Pontifice mandatis glorioſo Regi deferentis exceptis, Apoſtolica tandem benedictione condonata, Auſoniæ terminos lætabundi excedunt; beati jam indubitanter Canuti meritis proſequentibus, ac proſperum illis inter ubique conſervantibus. Deſideratas autem Daciæ partes ingreſſi, & quouſque ad propria devenirent, a ſingulis affectuoſe ubicumque ſuſcepti, regiam majeſtatem vultibus, honorantes & ore ſalutantes, Apoſtolicæ Benedictionis verba intimant, mandata dununtiant, & quæ de impoſitis B reſponſa perceperint, lætabundi perorant. Super quæ magnificentiſſimus Heros abundantiſſime exhilaratus, magnates quique lætificati, Pontifices cum clero gratulati, plebs univerſa, veluti novæ pacis adnuntiatoribus advenientibus, ſumma exultatione congaudet, univerſorum opificem devotione extollens aſſidua, qui etiam in remotis orbis partibus talia ſuis fidelibus patrocinia divina providit clementia.

Reducitur ex Urbe Ericī legatis in Daniam,

b

74 Exhinc dejecta & confuſa incredulitate infidelium, & erecta atque adducta religioſitate fidelium, baſilicæ ejus dicandæ martyrio conſtruuntur, prædia condonantur, uſibus apta ſacris adhibentur: ut quemadmodum ad necem Principis religioſi, pari conſpiraverant conſilio; ita jam communi univerſorum locis in ſingulis devotionis frequentaretur obſequio. Relatu quoque virtutum ipſius ac Apoſtolicæ exinde confirmationis corroboratione latius pervolitante, non modo e vicinio, verum ex regionibus circumjaC centibus, nobilium ſicut & populi annuatim *i* innumera multitudo, devotionis ſuæ quique ſigna deferentes, ejuſque ſuffragia fideliter depoſcentes.

celebrior redditur S. Canuti cultus, & ad ejus ſepulcrum concurſus

i

75 Regina etiam Ethela prudentiſſima, ejus hactenus, ut prætulimus, conjux nobiliſſima, jam ultra Italiæ terminos Rogerii Apulienſis Ducis Illuſtriſſimi thalami comes effecta, tantis, & adeo deſideratis de cariſſimo quondam conjuge rumoribus auditis, ſuperno k bonorum auctori debita referens, pretioſa dilecti ſui pignora, pretioſis tranſmiſſis donis adornat; ut cui hic conjugii pudicis affectibus decenter inhæſerat, eum jam a ſæculo ſequeſtratum, ac ſuperis aſſociatum, & mente recoleret & quem præſentia non poterat, muneribus tranſmiſſis decentibus, honoraret *l*. Unde ex collatis & conſervatis, Regis imperio, & Reverendi ejuſdem Sedis Pontificis Humbaldi conſilio ſimul & adminiculo,

Adela Rogerii Apuliæ nupta, munera mittit ad ſepulchrum S. Canuti, priorĭs ſui mariti.

k

l

Oſſibus arca ſacris inſigni ſchemate facta
Conficitur, puro nitidi fulvique metallo,
Cæruleis, croceis, pulchre decorata lapillis,
Quo poſſent Sancti jam pignora ſancta recondi.

D 76 Anno autem ſexto imperii magnifici Regis Erici, congregatis univerſis Daciæ Pontificibus, cum multitudine cleri & terræ populo innummerabili, pretioſas beati Martyris reliquias e crypta, ubi hactenus ſervabantur, evectas, ſolennibus laudibus & ingenti lætitia univerſis comitantibus, ab eodem, quem præfati ſumus, Pontifice Humbaldo XIII Kalend. Maji, eadem qua prædiximus arca, oculis peccatores *m* nos inſpeximus impoſitas, & ad inſtar nivis candidas, & & ſerico decenti involutas, epitaphio ſimul impoſito, hoc modo compoſito:

Solennĭ reliquiarum in novam ipſammet aram tranſlatio; & Sancti epitaphium.

m

Jam cælo tutus ſummo cum Rege Canutus,
Martyr in aurata Rex atque reconditur arca,
Qui pro juſtitiæ factis occiſus inique,
Ut Chriſtum vita, ſic morte fatetur in ipſa:
Traditus a proprio, ſicut Deus ipſe miniſtro,
Et petiens *n* potum telorum pertulit ictum: *n*
Lancea necne latus ut Chriſti perforat ejus.
Ejus *o* & ante ſacram ſanguis facer effluit aram. *o*

Spiritibuſque ſacris moriens ſatiatur in aſtris.
Oſſibus itaque ſacris ejuſdemque apicibus decenter collocatis, cæleſtis theſauri pretioſus E
loculus recluditur, & omnibus ejus patrocinia requirentibus menſa *p* vitalis convivii *p*
ſpectanda ſuperponitur: dehincque ibidem virtutum perficiuntur inſignia, & præſentibus perſpicua, & opem, exquirendo, petentibus efficiuntur probabilia.

Epilogus auctoris.

77 Hæc ego ſacerdotum infimus Ailnothus, Anglorum orbe editus, & Daciæ partibus annis numereſis peregrinatus, tibi Rex præclare & Martyr pretioſe, tua exarando geſta dictavi, certamium tuorum conflictus poſterum memoriæ tradendo *q* compoſui, & *q*
pulchrum, ut dicitur, hominem pictor ego fœdus depinxi, monumentum ære perennius exegi, quod non fluctuum impetus abſorbeat, non flamma vorax abſumat, ſed ad chaos ultimum uſque permaneat, & tuæ laudis in ſæculum monumenta retineat.

qui precatur S. Canutum invocat.

78 Tu infelicitati meæ apud Jeſum precibus ſuccurre, calamitatibus miſerere, anguſtiarum miſerias releva, imbecillitatem ſuſtenta, fragilitatem alleva, craſſa criminum caligine circumfuſum, virtutum tuarum ſplendoribus illuſtra, ſarcina admiſſorum jam jamque ſub onuſta decidentem, molibus peccaminum aggravatum erige, ab Euangelicis latronibus ſaucio ac ſemivivo relicto, miſerationis opem admitte, cicatricum plagas antidoto interceſſionis tuæ infuſo, obducito; vitiorum putredines expurga, ad ſtabulum divinæ reconciliationis inducito, ut in tabernacula quantulumcumcumque intromiſſus æterna, te cum tuis concivibus conſpicere, & ad januam regni vel ultimus merear aſſiſtere. Et quia de nitido fuſcus, de mundo ſpurcus eloqui ſum aggreſſus, linguæ procaci indulge, labiis audacibus ignoſce, & Verbo, per quod omnia ſunt condita, cunctos fideles reconcilia, cujus majeſtatis potentia non deſiſtit in ſæcula. Illi cum Patre & cœterno Pneumate benedictio, honor, laus & gratiarum actio ſempiterno maneat & accreſcat tempore. Amen.

F

AN-

Digitized by Google

A

ANNOTATA.

a *Apud Meurſium hic inſeritur caput, in ejus editione 29, quod complectitur S. Canuti & ſociorum, ejus cauſa interemptorum, ſeu brevem martyrii hiſtoriam, anno 1582 in Sancti ipſius lipſanotheca repertam, de qua eglmus in Commentario prævio num. 5. Utrum in prima editione Hafnienſi etiam habeatur, non indicavit Meurſius: ceterum non ſatis opportune hoc loco intruſam exiſtimo, cum narrationis filum plane interrumpat; ad rem, pluſquam ſatis deſcriptam, parergon inutile. Satis hic ſit, nec verbum in Manuſcripto de ea re inventum fuiſſe.*

b *Crediderim voluiſſe dicere, altarium ornamenta blattis, tineis & muribus deputanda. Sed auctoris hujus ſtylus ſeverius diſcutiendus non eſt.*

c *Affixe, pro* verberandum, *vel plagis afficiendum.*

d *Multa hic aliter legit Meurſius, ſed quæ ſenſum ab hiſce non differunt. Pro* decliva facie, *habet* declinata, *utrumlibet ſeligo.*

e *Non videtur aliter legi poſſe. Nihil ſignificat Meurſii conſtructio*; nec vero ejus nomini conſecratam.

f *De fame aliiſque Daniæ plagis ſub Olavo rege plura habes in altera Vita, per Saxonem ſcripta, ſub finem.*

g *Mutila hic denuo Meurſii lectio, in qua deſunt hæc verba*; ſurdis auditus reſtituitur, mutis lingua reſolvitur.

h *Nemo obſervavit, deeſſe hic quidquam*; *addunC tur tamen in editione Meurſii hæc duo vocabula*, honoratis & exoratis.

i *Recta, opinor, lectio*; *nec ſatis intelligas, quid velit Meurſius per* annuntium occurrit multitudo.

k *Neque hic apud Meurſium ſenſus eſt*, ſuper honorum auctori.

l *Satis explicat auctor quæ ad Adelam ſpectant. Vide Acta B. Caroli Boni tomo 2. Martii pag. 162 & 204.*

m *Quid ſibi vult Meurſius, dum legit* oculis peccatricibus?

n *Multa in hoc verſu variatio. Meurſius ſcribit*, Atque petens polum: *Olaus VVormius*, Et petiens polum: *Pontanus*, Et patiens potum. *Præferrem, ſi dici poſſet*, Et patiens ſitim; *quod ſaltem æquivalere poteſt.* Atque petens polum. *Elige quod magis placet.*

o *Deeſt hic verſus in editione Meurſii, quæ etiam Hafnienſem carere aſſerit; nos ſervandum putamus, cum & hic & apud Pontanum & VVormium expreſſe repræſentetur.*

p *Corrigis pro ſuo arbitrio Meurſius* menſa, *quem ſecuti ſumus: ſed forte errat; ſenſus enim exigere videtur ut* pretioſus loculus menſæ ſuperponatur; *verum tunc legendum erit* ſpectandus.

q *Sic denuo Meurſius, licet in ejus & noſtro exemplari legeretur* tradenda, *quod optime referretur ad geſta. Verum ſi reſpiciatur ad* conſilium, *legendum eſſet* tradendos. *Sed de his & ejuſmodi minutiis ſatis dictum ſit. Reliqua eſt ultima Meurſii correctio, ni fallor, dum ſcribit in epilogo*, ſarcina admiſſorum jam jamque ſub onuſto faſce decidentem: *ubi noſter habet* ſub onuſta, *expuncto faſce. Neuter ſenſus admitti poteſt, niſi* onuſtus *ſumatur pro* gravi *ſeu* ponderoſo. *Sequitur Vita altera Saxonis Grammatici, quæ ex jam dictis ſatis illuſtrata eſt.*

D

EX HIS.

VITA ALIA

Auctore Saxone Grammatico.

KAnutus Suenonis filius, propitiæ fortunæ beneficio, ſummis naturæ dotibus cumulatus, magno cum experimento ætatem animo præcucurrit. Quippe contracta juventute, myoparonum piratica monſtra perdomuit, Sembicis atque Eſtonicis illuſtrem trophæis adoleſcentiam egit, noviſque virium gradibus, paterni roboris fundamenta tranſcendit: quæ victoria futurum ejus dominium ominata eſt. Pro ampliſcanda tuendaque patria juges excubias geſſit, rerumque, quarum ob infirmam ætatem vix ſpectator eſſe potuit, auctor haberi præſumpſit. Quin etiam juvenile corpus continuo uſu ad bella impigre conficienda, armaque viriliter ſuſtinenda firmabat, famaque ejus bellica vi in tantum claritatis exceſſit, ut redivivum magni Kanuti ſpiritum fortunamque ſimul cum nominis videretur communione ſortitus; adeo ut nullus eum paterni regni ſucceſſione potiturum ambigeret. Neque enim virtute jam maturus, honori intempeſtivus videbatur. Sed nec liberalitatis ſpecie ejus adoleſcentiæ defuit: Cujus fratrem Haraldum natu majorem, obtuſi admodum cordis, inter juventæ initia perpetuus inertiæ ſopor oppreſſum tenebat. *S. Kanutus adhuc adoleſcens, piratas domat.*

E

2 Suenone autem defuncto, regiæ ſucceſſionis delectum anceps popularium ſententia pertractabat. Major namque Danorum pars, memor quantis per Kanutum privatæ adhuc fortunæ periculis objecta fuerit, graviora, ſi regnum indueret, verita, maligna virtutis interpres, quod gloriæ ejus accreſcere debuerat, iniquiſſima meritorum æſtimatione damnabat, elevatis virtutum præmiis, clariſſima ejus opera repulſæ turpitudine rependendo. Igitur ut hunc negotiorum metu perofa; ita Haraldum otii cupiditate complexa, audaciæ hebetudinem prætulit, ignavumque ſibi Regem maluit imperare, quam fortem. Quamobrem egregiæ indolis claritate contempta, negatum virtuti culmen vitio tribuere non erubuit, repulſa fortitudine, inertiam honoribus inſecuta, Verum hunc ingratæ mentis habitum fucoſa rationis ſpecie colorabat; Haraldum perinde ac natu majorem, ipſo naturæ jure regno debitum certans. Genus affectionis inuſitatum: hunc virtus inviſum, illum vitium probabilem fecerat. Soli Scanienſes, juſta animi inclinatione provecti, Kanuti probitate culta, Haraldi deſidiam reſpuebant. Porro Haraldus pleroſque fraternæ partis fautores, legum emendatione, liberioriſque vitæ jucunditate promiſſa, per ſubornatos in gratiam ſuam ſolicitandos curavit. Ita a Kanuto vulgi animos partim ſpes, partim metus averſit. Ipſe deficientibus a ſe copiis, tribus duntaxat roſtratis navibus in anguſtiſſimas Scanici maris fauces elabitur, regno carere juſſus, cujus ipſe incolumitatem protexerat, terminos auxerat. Ubi fraterna legatione, regni com- *Haraldus Rex Daniæ creatur.*

F

mu-

Digitized by Google

munionem ſpondente, reverti monitus, ſpretis
EX MSS. mandatorum blanditiis, Suediam fugibundus intravit, perquam ſtultum ratus, ejus ſe promiſſis in fracta fortuna credere, cujus eadem adhuc vigente minas acceperit.

Sui mortuo ſuccedit Kanutus

3 Mox perinde atque injuriarum oblitus, intactis patriæ rebus, bellum adverſum Orientales, vivente patre cœptum, enixe proſequitur. Interim Haraldus regnando biennium emenſus, defungitur. Quo mortuo, Kanutus fraternis ſuffragiis in regni faſtigium revocatus, Orientale bellum, quod in adoleſcentia orſus, in exilio auſpicatus fuerat, accepto ſolio, potius amplificandæ religionis, quam explendæ cupiditatis gratia, totis viribus innovandum curabat, cum incrementis fortunæ etiam claritatis augmentum apprehendere cupiens. Nec ante manum ab incepto retraxit, quam Curorum, Sembonumque ac Eſtonum regna funditus deleſſet. Deinde, ſublato hoſte, nuptias circumſpiciens, finitimaque conjugia
B obſcura ac dignitate ſua minora reputans, Præfecti Flandriæ Roberti filiam Ethlam in matrimonium advocavit, ex qua filius ei Carolus obvenit. Cumque Magnatum inſolentia ſolutos hebetatoſque priſci juris nervos adſpiceret, omnibus ingenii modis ad reparandam patrii moris diſciplinam conniſus, probatioris juſtitiæ cultum ſeveriſſimis edidit inſtitutis, contuſumque & labentem æquitatis tenorem in priſtinum habitum revocavit. Non ſanguini, non neceſſitudini, quo minus juſte ſe gereret, indulgentiam habuit: nullius amicitiæ aut familiaritati impunitatem injuriæ tribuit: ſed omnia antiquæ conſuetudinis momenta præcurrens, labefactatum juris vinculum tenaciſſimo nexu adſtrinxit, ac paternæ ſeveritatis veſtigia ſolicitus uſurpavit, eoque ſtudio graviſſimas Majorum offenſas contraxit.

Epiſcopis & toti Clero plurimum favens;

4 Sacris decus ſuum reddebat; ſacerdotia gerentes gratiæ nutrimentis proſequebatur; cumque ab inerti & rudi populo parum juſtam Pontificibus venerationem haberi conſpiceret, ne tanti nominis poſtiores inter privatos relinqueret, decreti circumſpectioris induſtria, Principum eis conſortionem indul-
C ſit, ipſiſque primum inter Proceres locum, perinde ac Ducibus, aſſignavit, auctoritatem honore concilians. Providit etiam, ne tanti officii pondus æquo minor veneratio caperet, inque ſumma religionis arce poſiti, infima cultus conditione vileſcerent. Nec ſolum Pontificibus dignitatis incrementa donavit, ſed etiam privatorum Clericorum ordinem benigniſſimis decretis adornare ſtudebat. Nam quo cumulatiorem eis honorem redderet, litteratorum controverſias, vulgaris fori conditione exemptas, ad ejuſdem profeſſionis judicium relegabat. Iiſdem religionis reos, objecta repellere nequeuntes, pecuniaria mulcta puniendos permiſit. Quibus etiam in omnia, quæ adverſum divina committerentur, animadverſionis arbitrium tradidit, cunctaſque hujuſce generis actiones, Sacerdotali judicio deſtinatas, a publico foro ſecrevit, ne honore impares conditio æquaret. Quamobrem dignitatis pondus adjecit, decuſque privato faſtigio excelſius eorum reſpectui ineſſe voluit. Quo effectum eſt, ut Danorum nemini, niſi Regi aut Pontificibus, eique, qui poſtimus regni ſucceſſor advertitur, domeſticis quemquam liceat
D actionibus poſtulare. Idem populares adhuc ſacrorum rudes, decimarum religioni aſſuefacere conabatur. Sed propoſiti irrita ſuaſio fuit: quippe maturitatem rerum capere novelli cultus rudimenta nequibant.

atque in eccleſiæ egregiis liberalis.

5 Ne autem Suene Epiſcopus promiſſam templi refectionem negligentius exequi videretur, cœptam Roſchildenſis ſacrarii fabricam ad finem uſque perduxit. Cujus excolendi gratia coronam, arte impenſaque operoſiſſime elaboratam, in ejus ornamentum appendit, exiſtimans, regias opes potius ſacrorum ſplendori, quam humanæ avaritiæ ſervire oportere. Egynus quoque iiſdem ferme temporibus, opitulante Rege, Laurentianæ ædis inchoatum a ſe opus explicuit. Quibus Rex dedicari juſſis, mirificam doctis nomine munificentiam erogavit. Nam in æde Laurentiana annua cantorum ſtipendia, Pontificis ſubſidio fultus, inſtituit. Ipſe enim partim ex fiſco ſuo Regiſque latifundiis, partim Antiſtes ex ante col-
E latis templo beneficiis quotidianos eorum ſumptus exhibuit: tantaque inter ipſos religioſi certaminis alacritas fuit, ut uter in Deum venerabilior fuerit, incertum extiterit. Prima itaque dedicationis die Rex ſolenniter altaria veneratus, quartam regii numiſmatis, quartam ſuæ in cives exactionis, quartam æſtivi cenſus portionem ei, qui pro tempore loci Antiſtes extitorit, muneris loco perpetuo jure poſſidendam conceſſit. Nec parcius privatæ Clericorum jura tutatus, ab eis, qui ſacrarii rus excolunt, univerſum pene regiæ penſionis jus adſcriptis chori miniſtris defereadum curavit. Cetcrum detractæ * expeditionis pœnas, ac violatæ pacis vindictam, eorumque, qui propinquis vacui deceſſiſſent, hereditates regii dumtaxat juris eſſe voluit. Itaque non minorem in edendis templorum privilegiis, quam præſtandis beneficiis, auctorem egit. Et, ut legibus ſuis æternitatem conciliaret, eas convellere conaturos Antiſtitum execrationi ſubjecit. Cujus edicti, poſtmodum a multis temere pertentati, vetus adhuc ratio perſeve-
F rat.

** An ne detractæ?*

Vult in gloriam mire ſuperare;

6 Rex vero cum in omnibus ſancte ſe induſtrieque geſſiſſet, præcipue religionis caritate conſpicuum præbuit, nec umquam remotos ab exactiſſimo ejus cultu oculos habuit. Qui cum fratrum ſuorum turbam juveniliter intemperantem patriæ admodum onuſtam videret, largis uberibuſque ſtipendiis alitam, uno dumtaxat Olavo, Sleſvici partibus præſidente, in clientelam aſſumpſit, ac publicum pondus privato levavit impendio. Tandem Danorum nomen, armis in deſidiam cadentibus, a paterni avunculi temporibus obrutum animadvertenti, novandarum rerum cupido ſubrepſit. Utque ejus animum certius repræſentaret, non contentus ſtudia ſua Orientalibus decoraſſe victoriis, Angliam infelicitate amiſſam, hereditatis duxit nomine repetendam. Recolebat enim bellicam Majorum gloriam, cumque opibus imperii fines nullo magis, quam Anglicis creviſſe titulis, majoremque eis ex unius inſulæ, quam totius Orientis ſpoliis inceſſiſſe ſplendorem. A quorum imitatione deficere, ſtolidi ac degeneris animi eſſe, ſatiuſque regno carere, quam inter parvulæ telluris angustias inclu-

ſum

A ſum majeſtatis uſum habere. Ut ergo negotiorum conformitate, Majorum fortitudini reſponderet, operamque eorum ſtudiis conſentaneam ederet, atque aviti nominis gloriam æquaret, omnium, quæ paterna corrupiſſet inertia, refectionem ſuæ commendabat induſtriæ, pareatemque peroſus, avum æmulatus eſt.

ſed fraudi Olavi perfidia turbatur expeditio.

7 Primum igitur occultum Olavo conſilium prodit, eoque id ipſum hortante, rem deinde popularibus aperit. Alacris omnium aſſenſio fuit. Sed quem Rex ſibi fraterna caritatis viciſſitudine reſpondere *credideral*, latenter æmulum habebat, inſidioſæque ejus adumbrationis ignarus, affectum referri ſibi, quem ipſe impenderet, æſtimabat. Quem etſi prudentia ſecus monuit, ſanctitas tamen malignam de fratre ſuſpicionem referre prohibuit: ne conſanguineam fidem temere damnare, inque fraudis metu hoſtes ac neceſſarios juxta ponere videretur. Verum Olavus affectatione regni, pietatis erga germanum oblitus, perfidiſſimi pectoris habitum ſumma fidei ſimulatione tegebat, vulgatumque Regis propoſi-

B tum non ſolum adulationibus fovit, ſed etiam hortamentis inſtruxit: non quod potentiſſimum regnum ab eo recuperari poſſe ſperaret, ſed ut impetratæ rei difficultatem in odium imperantis converteret. Enivero fratris animum faſtidioſe æſtimans, piiſſimum ejus amorem parricidiali fraude penſabat. Nam cum eum, quod neglectam ante ſeveritatem novis legibus reſtituiſſet, civibus inviſum animadverteret, quo odium ejus cumulatius redderet, quod publice diſpliceret, privatim exequi ſtimulabat. Et ne ſolus inſidias volveret, lecta ſocietate clandeſtinæ conjurationis cœtum inſtruxit, nec fruſtra ingenium fuit. Quippe primores, quorum violentia regiis ſanctionibus retuſa fuerat, parricidalis cum Olavo propoſiti conſortium habuerunt. Kanutus vero omnium animos gloriæ magis, quam ſceleri intentos exiſtimans, imperata claſſe, Lymici maris oris advehitur, a quo breviſſimus in oceanum tranſitus patet, quondam navigiis pervius, nunc vero interjecta arenarum mole perclauſus. Hic Rex fraternum diu

C præſtolatus adventum, navigandi cunctatione exercitus alacritate eſt excuſſus. Nam Olavus, reddita tarditatis ratione, teniendi moram in dies extraxit, commentumque caſſandæ expeditionis exagitans, alimenta perfidiæ mendaci impedimentorum ſimulatione quærebat, eo moram tradere cupiens, donec aut Regem ſine eo proficiſcentem, interim ipſe regno privaret, vel tarditate ſuſpenſum, exercitu deſtitueret; Rexque vel deſertorum impunitate deſpicabilis, vel pœna cunctis inviſus evaderet. Ita & fratrem & dominum adventus ſui cunctatione ludificans, tam vaſræ, tamque inſidioſæ rationis commento, gentroſi ac fortis propoſiti molitionem ſubruere conabatur.

Mittitur copiarum in Flandriam Olavus, deſtituitque exercitum.

8 Nec eum callida conſilii ratio fefellit. Nam tota a Rege claſſis, faſtidita ejus expectatione, deficit. Rerum enim, quæ a fratre gerebantur, ignarus, morantis adventum ſæpenumero mandatis exegerat: cum tandem de ejus perfidia certior factus, claſſe præſtolari juſſa, Sleſvicum lectiſſima manu feſtinato contendit: ibique fratrem inopina-

tum & attonitum intercepit. Deinde productum accuſatumque, nec objecta valide propulſantem, perinde ac convictum, impotentemque defenſionis, compediri a militibus jubet. Qui indebitam regio ſanguini contumeliam ſuis manibus adminiſtrandam negabant: cujus tanta apud ipſos veneratio fuit, ut ex eo ortos, morte quam vinculis mulctare mallent, tolerabilius rati, quod communis conditio admittit, quam quod ſervile ſupplicium exigit. Sed & gentis noſtræ verecundia ſummam in vinculorum pœna turpitudinem reponere conſuevit, hiſque affici omni fato triſtius ducit, ingenuas mentes probroſo, quam cruento ſupplicio punitiores exiſtimans, tantoque alterum altero ſpecioſius cenſens, quantum naturæ habitus a fortunæ vitio diſtare creditur. Mandatam militibus operam communis frater Ericus exequitur, plus juſti imperii, quam iniqui germani reſpectui tribuendum, nec ſanguini parcendum, dum vitia puniuntur, exiſtimans: quippe cum virtus defecerit, nullam ſtirpis reverentiam obtinere, animique labe fœdum, omnem generis infuſcaſſe ſplendorem. Igitur non tam fratris nomen, quam parricidæ propoſitum intuebatur. Adeo ſanguinis pretium vileſcit, cum ſe moribus ignobilem feceris. Poſt hæc rex Olavum tutenis coercitum, navigioque in Flandriam relegatum, carcerali cuſtodiæ mandandum curavit. Cujus captionem conjurati parum fama aut nuntio experti, quo callidius exercitum ſolverent, inertem regis moram abſentiamque cauſati, claſſem clandeſtino monitu circumventam, domos abire juſſerunt. Quam rem ſi quis palam exhortatus fuiſſet, publicatis bonis, aut in exilium agi, aut capitali ſupplicio affici lege merebatur. Quam ob rem defectionis incentoribus cautiſſimum viſum, ut ſine ullo auctore ipſe ſibi populus deſertionis licentiam vindicaret, ne tam privatum diſceſſionis crimen, quam publicum haberetur. Tantum autem apud improvidam multitudinis temeritatem inſidioſa Magnatum ratio valuit, quod plebs non minus eorum auctoritate, quam moræ tædio adducta, fidentiſſimam revertendi libertatem acciperet.

Rex pecuniaria exactione deſertores mulctat; quam in decimarum ſolutionem mutare ſtudet.

9 Cujus facti Rex cognitione ſuſcepta, dolorem prius, deinde lætitiam egit. Siquidem injuriam in religionis habitum formavit, mulctæque nomine primam exigendarum decimarum occaſionem corripuit, lætatus quod ei utiliſſimam propoſiti rationem opportunitas conciliaſſet, ſuoque dedecore ſacrorum decus inſtruere liceret. Cumque Magnates Olavum, quem ſibi factionis ducem futurum ſperaverant, a fratre interceptum audiſſent, propoſita fraude defecti, ſummam ejus diſſimulationem egerunt. Itaque Rex, Accerſita poſtmodum concione, docet quantum Danicis armis militaris ſemper diſciplina profuerit: Majorum imperjis a minoribus ſemper obtemperatum fuiſſe, Regum auctoritatem popularibus inniti ſuffragiis: Principum famam nullo magis, quam militum fide creviſſe: eorumque nullius momenti imperium eſſe, ſi non plebejis ſubſidiis auxiliis. Sibi vero nuper ignotam Regibus contumeliam obveniſſe, inuſitatæ defectionis auctores hebetudinem audacia præcluſiſſe, aviditate otii ſpecioſiſſimæ rei negotium

XX Mss. tium ſubruiſſe. Adjecit quoque, quanta pecuniæ ſumma ob impium deſertionis crimen damnari meruerint, gubernatorum ſingulis quadragena nummum talenta, terna remigum unicuique mulctæ loco numeranda proponens. Nemine collationem abnuente, promiſſa æris ſolutio eſt. Quo cognito, remittere ſe Kanutus illam exactionem, ſi Sacerdotibus decimas erogare voluiſſent, edixit. Tunc concio, petita conſulendi licentia, pauliſper a Rege deliberatura ſecedit, an propoſitis ſatisfieri conditionibus oporteret. Utraque exhibitu difficilis æſtimata. In ſolvendo namque ære, complures inopia afficiendos credebant. Decimarum vero penſionem omni ævo celebrandam, æternam debitoribus infligere ſervitutem. Igitur quaſi in triſtium rerum contextu minus aſpere delectum facturis, acerbior viſa, cui comes diuturnitas affuiſſet. Nam cum altera ſe
B tantum, altera poſteros quoque puniendos adverterent, præſentem inopiam perpetuo muneri prætulerunt. Itaque temporum æſtimatione facta, quo ſibi tantum, quam quo poſteris pœnam crearent, culpam redimere præoptantes, ſemel ære, quam ſemper libertate, deſici maluerunt, jure elicitum, dedecore vacuum: perſuaſione exortum, probro obnoxium rati. Quin etiam annuam alienis frugem dependere, ignominiæ, non religioni, attinere cenſebant. A quibus cum Rex deteriorem conditionis partem approbari videret, ſimulata pecuniæ exactione, Septemtrionales Jutiæ partes ingreſſus, Toſtonem, cognomine Peculatorem, ejuſque collegam Hortam, colligendæ penſionis quæſtores inſtituit, mulctæ metu decimarum religionem differere cupiens. Iiſdem defectorum res, æſtimatis poſſeſſionum pretiis, intactas dimittere juſſum. Qui mandatum immitius, ac juſſi fuerant, executi, iniqua plebem exactione pulſabant. Quam rem æmuli Regis in popularium concilio deplorantes, calumniam mendaciis exaggerabant. Veris quoque majora fingentes, inviſos cunctis reddidere
C quæſtores. Quippe militum opus, non Regis imperium, judicabant: nec jubentis, ſed juſſi ſtudium intuebantur.

10 Quorum inſtinctu multitudo Quæſtores adorta, communem injuriam publica conſternatione cohibuit; magis, quid fieret, quam quid fieri juſſum eſſet, inſpiciens. Nec eorum cædibus ſatiata, in Regem quoque veſana prorupit. Qui impetum ejus opportune ſua ratus abſentia declinandum, Sleſvicum conceſſit: ibique conjugem cum filio conſtitutam, ſi res ſiniſtre ceſſiſſent, perfugere in patriam juſſit; nullum inter perfidos præſidium habituram. Siquidem intempeſtivum regno hæredem domeſticorum arbitrio relinquere verebatur. Igitur Vuandali, ſolam ſibi in armis libertatem reſtare credentes, fugæ ejus, perinde ac victores, inſultare cœperunt. Qui cum imminentibus Jutis, & vetera auxilia deficere cerneret, nec nova temporis anguſtiæ contrahi ſinerent, quo tutior receſſu foret, Fioniam petit, ſalutem inſulæ præſidio quæſiturus: ubi nihilominus indignam religioſiſſimo ſpiritu ſuo violentiam expertus eſt. Hinc enim Jutis aucta ſæviendi fiducia, concitatam multitudinis temeritatem exacuit: hinc graſſandi præſumpta libertas, D triſtem Regi procellam inflixit. Sane populares, pœnæ metu cœptum omittere veriti, perſeverantiam ſceleri exhibendam duxerunt. Neque enim bis læſum pœnam noxiis remiſſurum credebant. Ideoque ejus exitium ſitientes, ardentiſſimo odio ſanctiſſimi viri necem petebant: ac veluti veniæ deſperatione compulſi, hoſtem tollere, quam ultorem experiri maluerunt. Nec ſuis eum finibus exegiſſe contenti, Fionia quoque propellandum decernunt. Jamque Rex accepto trajectionis nuntio, Sialendiam emigrare ſtatuerat, cum Blacco quidam, primam ipſius familiaritatem adeptus, ſed nihilo minus eum occulte prorſus, ſimulatæ fidei conſilio hortatur, fugæ parcat, Othonienſis pagi præſidia expetat, nec femineo more latebram circumſpiciat: ſe interim plebis acta ſpeculaturum, blanditiaſque iræ ejus oppoſiturum promittit. E Quod ſi plebis animum mitigare nequiſſet, tanto ante id Regi pronunciaturum, quantum fugæ occupandæ ſat eſſet. Conſilio obtemperatum eſt. Tunc Blacco, omiſſa legatione, ſiniſtris plebem monitis palpitans, conciliandæ gratiæ loco, odium Regi impenſius ſtruit. Hortatur, quam celerrime calumniæ auctorem occupent, nec fugacem elabi permittant: oppreſſionum vindices tyrannum, non Regem, faſtidire commemorat: carere culpa, quod honeſtatis æmulatione committitur: patriæ tutores, perinde ac pietatis miniſtros, parricidio exui: privatum abeſſe crimen, ubi publicæ libertatis vindicta peragitur. Præterea miſerrimos, cœpti irritos; cumpotes, feliciſſimos fore. His atque conſentaneis modis ſolicitato in Regis necem populo, adverſum immerentis caput funeſtos omnium conatus erexit, eaque actione conſternatam amentia plebem, veluti furiali quadam face ſuccendit. Statimque impetus crevit, ubi hortatorem habere cœpit. Neque enim temeritati ejus conſtantiam ſuam objecit, ſed publicæ ſeſe dementiæ auctorem adſcripſit. Igitur incitatior ſeditionis procella, peſtifera ejus concione deſævit, gravioque tempeſtatis incentorem nactis tumultus erupit. Inde F reverſus, pacatiorem populi animum nuntiat: facile conſternationis procellam acquieſcere, ſi Rex iram mutuo deponere, reiſque pœnam remittere voluiſſet. Quem Rex fidum legationis miniſtrum ratus, regalis magnificentiæ convivio excipit, malignumque ſuæ pietatis interpretem donis proſequitur. Utrobique gratia perfidiæ habita eſt. Dum Blacco alterna partes vice ſubiens, corrupto legationis officio, pro mediatore proditorem agere cœpit, atque ex ſpeculatore ſceleris hortator evaſit, ſiniſtre Regis, falſo plebis animum interpretatus. Ita pellacis viri mendacium, legationis titulo involutum, Regem pariter ac populum fefellit: hunc, ne imminentem vitaret; illum, ne parceret expectanti.

Hinc turbæ in exactores & in Regem, inde in Fioniam fugis, ubi a Blacconis proditur.

11 Eumdem die poſtera Rex prioribus paria pollicentem, ad ſpeculanda ſeditionis acta dimittit, communemque hoſtem, inter ſe & vulgum creandæ pacis auctorem aſſumpſit: Nec ſolita legato perfidia defuit: cujus peſtiferis monitis inſtincta plebs, vehementius adverſum Regis caput conſternationem deſtrinxit. Kanutus interim quotidianis ſacro-

Conſternatur populus Sialandiæ in templo aggredi audet

rum

A rum solennibus assuetus, ne quid religioni præponeret, Albani ædem sacram, pro se deprecaturus, accedit. Quippe precibus Deum, quam hostem armis, ne quid charitati detraheret, aggredi præoptavit: ubi dum religioni vacando officia sanctitatis exequitur, consternata multitudinis corona armis sacrarium claudit. Quotquot ergo ex militibus hostem præcurrere poterant, periculi consortium affectantes, Regem petebant, ejus in seipsos discrimen transfundere cupientes: cumque salutem secessu consequi possent, periculum præsentia quæsierunt, morteque clari, quam fuga tuti fieri maluerunt. Quanta porro humanitate clientelam hanc abundasse credemus, quæ, ne infelicem domini fortunam desereret, periculo sese, quod vitare licebat, opposuit, inque magna fugiendi copia salutem Regis, quam
B suam, tueri satius duxit? Benedictus quoque fraternitatis nexum fide imitatus, in templo cum fratre commori destinaverat. Ericus vero seorsum ab hoste conclusus, cum solus multitudinem sustinere nequiret, per medios hostium globos, ferro secessum molitus, erupit. Tunc nemine religiosa pacis domicilium violenter irrumpere præsumente, primus Blacco, cunctantibus ceteris, ferro valvas petivit, ductuque suo eamdem cunctis licentiam tribuit. Ita se non sacrilegii modo, sed etiam publici parricidii ducem auctoremque exhibuit. Quod videns plebs, concitato seditionis motu, templum aggreditur, eoque irruptione facta, divinos lares ac sanctissima penetralia sacrilega tempestate fœdavit. Verum Blacco in ipso, quem irruperat, aditu trucidatus, datis parricidii piaculis, violati sacrarii pœnas pependit: mors ejus, interfectoris exitu vindicata est. Itaque alterius fato scelus, alterius pietas causam præbuit. Crediderim tunc pium cruorem parricidali permixtum, separatis fluxisse meatibus, atque hoc ulla rivalorum communione hinc sacrum, inde sceleratum sanguinem, dividuis
C alveis incessisse. Benedictus liminibus irruptorem excipiens, dum foribus acrius propugnat, occiditur.

12 Rex ipse inter cruentos imminentis violentiæ raptus, fiducia conscientiæ, eumdem mentis habitum tenuit, neque religioni parcius, quam si periculum abesset, vacavit, ne plus ab eo timoris quam constantiæ viribus indulgeretur. Sed ne extrema quidem ejus hora sanctitatis studio vacua fuit. Nam cum parietem undique a popularibus perfringi, (quippe ligneus erat) ideoque propinquam sibi necem instare animadverteret, accersito Sacerdoti factorum arcana confessus, per summam mœroris acerbitatem præteritæ vitæ culpas absolvit, præmiumque sibi pœnitentiæ salubritate concivit. Tantum enim in innocentia sua fiduciæ reposuerat, ut mortem non periculo oppressus refugere, sed metu vacuus appetere videretur. Quin etiam propassis utrimque brachiis ante aram, fati securus occubit. Ubi dum victimæ more prostratus percussoremexpectat, immissa per fenestram lancea mortifico ictu confossus, pium mortis sacrificium edidit, profusoque militum sanguine, suum ad ultimum erogavit. Enimvero crebris undique telis petitus, corpus immobile tenuit, nec ante loco, quo

& primo fraterna deinde ipsum, peracta confessione interimis

cubabat, excessit, quam feretro mandaretur extinctus. Ex cujus sanctissimis vulneribus plus gloriæ, quam cruoris effluxit: quippe præsentis vitæ exitu initium melioris accepit, hostili judicio punitus, divino servatus. Felix eorum parricidium, qui quem terrestrium virtutum orbe exemerant, cœlestium usibus applicabant, caducaque & fragili potentia spoliatum, solidæ atque æternæ felicitatis compotem statuerunt. Sed & clandestina ejus virtus perlucidis postmodum experimentis enituit. Hæc audiens Regina, patriam cum filio impubere repetit, geminis post se relictis filiabus: ex quibus Ingertha Folconi Suedicæ gentis nobilissimo nupta, Benedictum, Kanutumque filios habuit: iisdemque mediantibus, Birgerum, qui & nunc extat, Suediæ Ducem cum fratribus suis nepotem accepit. Verum ex Cæciliæ matrimonio Ericus Gothorum Præfectus, Kanutum eum Carolo procreavit. Ex quibus generosissimarum imaginum numerosa posteritas, clara proinquitatis serie cohærens emersit. E

Miracolo S. Kanuti impii obscurare conantes.

13 At populus, perempto Rege exultans, quod scelus deflere debuerat, insultatione prosequi voluptatis loco reputabat. Qui cum parricidio pietatis causam prætexeret, idque tyrannicidii nomine coloraret, militem suum Deus mercede fraudari non passus, arcanam sanctissimi viri innocentiam manifestis publicavit indiciis, eximioque vitæ ejus splendori etiam clara mortis ornamenta concessit. Sane ad coarguendam parricidarum malitiam, puniti merita miraculosis prodidit argumentis, ignotamque vulgo virtutem mirifico rerum fulgore detexit. Quorum plebs admiratione perculsa, virtutis invidiam egit, conspicuamque signorum experientiam diu nequidquam infuscare tentavit. Veteris namque invidiæ fremitu, ac pristinis odii viribus pertinacius exsandescens, adduci non poterat, ut divinis honoribus coleret, quem ob scelus a se interfectum putaret; rem cœlitus declaratam, humanis argumentis abnegare conando. Quemquam enim damnatos a se mores, cœlesti judicio comprobatos videret, ad dissimulandam tamen occultandamque miraculorum fidem, justam cædis causam fingebat, firmamque facti tuitionem retinens, sententiæ suæ perseverantissima propugnatrix existere non erubuit. Nec vita Regem spoliasse contenta, etiam fati laudibus exuere conabatur; cujus lucem extinxerat, famam quoque sepelire connisa. Sed humanis tenebris divinus splendor involvi non poterat: quippe miraculorum nitor, dubietatis caliginem clara rerum luce pellebat. Nam sanctitatis ejus medela, varias imbecillitatum affectiones, remediorum salubritate prosecuta est. Cumque obtrectantium livor crebrescentibus signis virtuti cedere cogeretur, nec fidem ulterius frustrari quivisset, in facti tamen defensione persistens, sanctitati quidem assensit, sed eam non tam ex præteritæ vitæ meritis, quam ultimi temporis pœnitentia profectam adstruxit. Ita & justam facto causam prætexuit, & vitæ cassum honore donavit. Siquidem digne Regem periisse, sed pium lacrymis evasisse dicebat, intentionem ejus avaritiæ, quam religioni, propiorem existimans. Cujus erroris non parvas postmodum pœnas pependit. Sed & posteri, paternam redolentes invidiam,

EX MSS. ſanctitatis ejus famam non moribus, ſed lachrymis imputant, præſentique incredulitate præterito ſe errori implicant, neque adduci poſſunt, ut ipſius beatitudinem, depoſito odio, ſincere æſtiment. Verum ſacra ejus oppidulo orta, toto pene terrarum orbe fuſſerunt, cultuſque ipſius primum a civibus exceptus, paulatim in commune prorepſit. Cujus tam vitæ, quam miraculorum virtutem privatim Othonienſibus venerandam, publica etiam religio conſecravit. Sed & cæleſtem ejus ſpiritum ad hoc uſque tempus felix ſignorum fortuna proſequitur. Hinc eſt, quod Kanutus divini jam animi immortalitate potitus, ut terreſtribus patriam patrociniis attollere ſtuduit, ita cæleſtibus protegere non deſiſtit. Ideoque ſanctitas ejus, gloriæ & celebritatis fructu opulentiſſima, ſplendidum in Faſtis locum obtinet. Quin etiam ſalutares effectus ſuos quotidianis adminiſtrat indiciis, malitiamque patriæ beneficiis pepſat. Nam virtutum ejus inſignibus omnis ætas Danica gloriabitur. Talibus illuſtrationis radiis Sanctorum ſatis claritas erogatur, cum cæleſti beneficio mortalis livor opponitur.

Nicolaus pro Olavo fratre catenas induit, ubi Kanuto ſuccedat.

12 Interfecto Kanuto, Juti iniquæ ſocietatis pertinacia ſingularem Olavi gratiam amplectentes, creari eum Regem alacerrimis petivere ſuffragiis: hunc ſibi plurimum gratiæ relaturum ſperantes, cui tanto regnum diſcrimine quæſiviſſent. Neque ejus fratribus hunc honorem eximio Kanuti amore ſuſpectis erogandum duxerunt. Igitur pecunia pacta, Nicolaum communem tam præteriti quam futuri Regis germanum, vadem pro ejus redemptione dederunt, receptoque regnum imponunt. Nec parvum Nicolaus fraternæ charitatis ſpecimen edidit: ſiquidem fraternas induere catenas, ſuiſque vinculis germano regnum emere non dubitavit. Quod audiens Ericus, contumeliæ memor, quam ei communis fratris juſſu inflixerat, ultionis metu cum conjuge Botilda, quæ Ulvoni Gallitiano ex filio Trugoto neptis obvenerat, Suediam petivit. Dani vero, collato certatim ære pro ſponſoris reditu, pactam creditori pecuniam numerarunt. Quem Flandrenſi cuſtodia liberatum, infeſta parricidis fortuna veluti cladem aliquam noſtrorum abundantiæ ac fertilitati injecit. Nam cum Dani novi Regis initiis applaudentes, priſtinæ ruinæ procacius inſultarent, criminoſis ſemper infenſa divinitas, ne diu ſcelus impunitate floreret, petulantiam penuria rependere voluit, communique inopia, publicis parricidii victa exegit piacula. Ut enim non in ſingulos modo, ſed univerſos animadverteret, ſumma aeris intemperantia annorum, quibus Kanutus regnum geſſerat, numerum adæquavit, cæleſtique robore humana vi majorem edidit ultionem. Quippe verni æſtivique temporis fervore ſatum omne coaruit: autumnale vero adeo pluvium fuit, ut ſi quid locorum humiditate paluſtrive madore alicui ſuccreviſſet, perſeveranti imbrium inundatione deciderec, quamquam contrarium cæli habitum humanæ commoditatis ratio flagitaſſet. Igitur opportuno ſolſtitium humore caruit, eumdemque ſine modo profuſum, ſiccum amans Sextilis excepit. Tunc plane camporum facies cæleſtibus imbribus inundata, late patentis ſtagni ſpeciem præbere conſpecta eſt; ita quod æſtas ægre genuit, autumnus oppreſſit: tantaque temporum intemperies extitit, ut nec imber æſtum leniret, nec æſtus imbris illuviem temperaret. Quin etiam agreſtes, aquis campos tegentibus, ſupernatantia ſpicarum capita demetentes, naviculis excipiebant, ac deinde putres ariſtarum reliquias fornacibus igni percalefactis exſiccandas mandabant: ſicque eas molæ ſubjicientes, quia panem præſtare non poterant, in uſum pultis vertebant. Quamobrem tanta ciborum penuria inceſſit, ut maxima populi pars, alimentorum inops, inedia conſumeretur.

Summa aevit intemperies & fames in Dania pluribus annis.

13 Ea res locupletes inopia, pauperes morte mulctavit: majoreſque ære, minores ſpiritu ſpoliavit. Nam divitum populus, non ſuppetentibus alimentis, auro argentoque ſalutarem comparavit impenſam: pauperum vero gregem, tam cenſus quam dapis inopem, horrida paſſim fames abſumpſit. Rex ipſe ad ultimam tabem adactus, plurima fruge latifundia permutabat, agriſque venire juſſis, alimenta poſſeſſionum pretiis comparabat. Nobilibus in eumdem uſum ingenuitatis inſignia erogare, rubori non fuit. Enimvero abunde ſeges finitimis erat, ut privata gentis, non publica terrarum ultio videretur. Quæ tam dira clades convictum populi animum, ſanctitatem, quam antea detrectaverat, fateri coegit, deque celſitudinis ejus contemptoribus veneratores effecit. Sane tam evidens pœna, aliis fruge abundantibus, Danis privatim ingruens, & parricidarum noxam, & peremti innocentiam liquido argumentata eſt. Hanc peſtem Sueno Pontifex, cujus ſumma apud Danos auctoritas erat, populo parricidii pœnitere præmonito, inceſſuram prædixit. Quippe in plebem pius, in Deum venerabilis habebatur, religionemque attentiore cura, concionem præſtantiore facundia celebrabat: ita favore omnium occupato, arcem in noſtros auctoritatis atque eloquentiæ faſtigium poſſidebat. Subjectorum mores non ſolum dictis, ſed etiam ſereniſſimis operum informabat exemplis: nec voce, quam mente, concinnior fuit. Idem perfecta Trinitatis æde, in exædificando ejus ambitu Kanutum religioſi operis ſocium habuit. Nec minorem in exſtruendis Mariæ ſacrariis operam geſſit. Quippe unum in urbe, alterum Ryngſtiadis enixe molitus, tertium Michaeli Slagoſiæ condidit: adeo ſe ſanctorum penetralium ſingulari cultu flagrare monſtravit. Nec domeſtica ſanctitate contentus, augmentum ejus foris petere, arrepto peregrinandi labore, conſtituit. Cumque Hieroſolymam proficiſcens, Byzantium perveniſſet, contracta varii generis ornamenta, cum ſacrorum cinerum reliquiis in neceſſarios uſus domeſtici rempli remittenda curavit. Sed cujus Græcia pietatem vidit, mortem Rhodos aſpexit. Iiſdem fere temporibus, abſumpto Richaldo, Aſcerus, morum generiſque ſplendore eximius, Lundenſi potitur ſacerdotio. Olavus cum bis pene luſtrum regnando condidiſſet, inter continuas rei familiaris anguſtias, nihil regali magnificentia dignum exequi poterat.

Olavi penitentia & obitus.

16 Sed & finitimi, facto paupertatis ejus contemptu, famelicum ferro inceſſere rubori loco duxerunt, rati inediam armis obrui

non

A non oportere, neque divinitus afflictum, humanitus premi, aut cœlestium vindictam mortalium viribus exaggerari; cui enim invidiosum exitterat regnum, contemptissima tot annis inopia profligatum? Cum Rex divinum Natalem celebrans, pane in domo non suppetente, jejunos circumquaque penates aspiceret, erubescenda mensarum inopia magnopere confusus, obducto manibus capite, suffusoque lacrymis vultu, per summam animi ægritudinem temporis difficultatem gemitu prosecutus est. Sane tantulam dapem tot convivis apponi deflevit, contemptissimam famem honoratissimæ lucis ignominiam judicans. Qui mihi alienam specie, suam re vera deplorasse videtur inopiam. Deinde supplicatione habita, superna contuitus, auctorem omnium Deum, ut siquid iræ adversus populum concepisset, suo, non ejus periculo satiaret, oravit, infelicissimum patriæ fatum, difficillimum temporis habitum æstimans. Quippe tam inops epularum convivium, quo famem instruere potius, quam pellere videretur, principum oculis subjicere erubescebat. Nec difficiles numinis aures habuit; siquidem celerem fati viam obtinuit, sibique mortem, salutem patriæ, (siqua modo parricidis virtus inest?) pia prece conscivit, ingenuoque vivendi pudore, maximæ cladis pœnam avertit. Itaque memoriæ ejus speciosius deposita vita, quam gesta adscribi potest, qui fatum patriæ finiendi spiritus causam habuit. Porro quantum caritatis erga suos cordi insitum haberet, aperuit, cum & eorum mala proprio capite luere vellet, & commune periculum ad se solum redundare deposceret. Nempe quia suam pro civium salute devovit, pii animi titulo fraudandus non est. Fortuna siquidem famem cum auctore suo pari funere extulit, inediamque satietate mutavit. E

B

DE S. UDALRICO CONFESS.

ORDINIS S. BENEDICTI

IN MONASTERIO CELLENSI BRISGOGIÆ IN GERMANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§ I. Monasterii Cellensis conspectus; vicissitudo; primordia.

CIRCA ANNUM MXCIII. *Tomo tertio Aprilis, die* XXVI, *e pag.* 424, *actum fuit de S. Trudperto Martyre, eremita in Brisgoia; ejusque occasione Commentarius prævius in ipso sui exordio suppeditat brevem descriptionem monasterii Trudpertini, quod jacet in dicta Brisgoia, inter illustres magnæ Germaniæ regiones ad dexterum Rheni latus usque Herciniam seu Nigram Silvam extensa, sub Austriacorum antiquissima possessione Alsatiæ superioris conturmina, ac Constantiensis diœcesis jurisdictioni subjecta. Haud procul a laudato monasterio abest locus, in quo cœnobium Ordinis S. Benedicti, a S. Udalrico, sive quodam fundatore, habitatore ac præside, cujus hic illustramus acta, Cella S. Udalrici appellatum, ejusdemque, dum viveret, virtutum ac miraculorum splendoribus; dum autem vivere desierat, sanctimonia odore ad ingentem nominis celebritatem evectum. Sive vero mutata nominis efformatione modica, cum dixeris* Vuldaricum, Wldaricum, Ulricum; *unum eumdemque sanctum expresseris.*

Monasterii Cellensis, non procul a monasterio Trudpertino in Brisgoia siti

2 *Franciscus Petrus, canonicus regularis Ordinis S. Augustini in recentiore opere, cui nomen* Suevia ecclesiastica, *nonnulla collegit a pag.* 802, *quæ ad majorem loci prædicti explanationem protulisse, non abs re fuerit. Et quod ad loci situm ac statum vel recentiorem vel modernum attinet, memoratus auctor graphice illic exhibet ex Buceline, oculato ejusdem inspectore, qui in sua Constantia Benedictina, M., ut vocat, tom.* 3, *part.* 1, *ita loquens inducitur:* Situm loci adhuc memoriæ tenemus, cum ex divi Trudperti aliquando ipsa divi Udalrici ejusdem annua memoria eo peregrinaremur, impressum. Dignum revera *cœnobium* majori frequentia, quod hodie vix unicus, summum duo ex divi Petri Herciniæ patres incolunt, Prioratus etiamnum titulo insigne & sanctitatis reverentiam præ se ferens, & vel sacrorum negligentoribus (experti loquimur) sacrum quemdam honorem * incutiens. *Verum uti in aliis rebus humanis usuvenire solet, suam vicissitudinem hoc cœnobium subivit. Etenim, ut prosequitur idem scriptor,* non multis ante eum, quo inspexeramus, annis, incendio vastatum, dignitatis gloriam perdiderat. Quod eo, *inquit*, doluimus magis, quo plura ejusdem vestigia & rudera spectabamus.

* horrorem.

status recentior ac vicissitudo;

3 Sacer ambitus, brevi ambitione per quadrum clusus, ignibus superfuit, pulchellulis sesto lapide columellis; & intercepta area, exigua licet, fontem tamen ingentem habet, seu fontis potius exceptorium, superstite jam multos annos aqua, nec, quam oportuit, promota aut curata. Grandi mole unico excisus lapide, ad æternitatem duro, amplissima peripheria, sed modice cavata, aquam excipit. Circumambiunt extimam rotunditatem quatuordecim statuæ, prisco artificio, profundo labore lapidi commissæ. Harum duodecim Apostolos, binæ ceteræ, ni fallimur, hominis Dei Parentisque Virginis effigies referunt. Contiguum xysto templum, nulla re pretioque nobilius, quam divi Ulrici, Cluniacensis monachi, corpore fuit; hodie sepulcro solo & viduo editur *: quod Cluniacenses, cum loco cederent, sacras suffurari exuvias credantur. Quidquid ita sit, & divo Udalrico sit dives templum, quod alio [loco] fuerit conditus, quam ejus extaret tumba, ne direptioni tantam per solitudinem pateret; multis tamen divum corporibus, eorum præcipue, qui Udalrico convixere, felicem esse, nemo dubitaverit: quorum nos etiam per absentiam modo nostram, adfectu tamen terræ tam beatæ adfixi, sacra pignora veneramur, &c.

a Basilicæ, oculo testi, descripsa.

* videtur

AUCT. L. P. *Præsens loci status.*

4 *At præsentem loci istius statum breviter exhibet Amplissimus Georgius Geisserus, e cœnobio suo Villingensi scribens, in litteris, de quibus in fine hujus Commentarii, ita loquens*: Olim sanctiorem vitæ portionem transegit *S. Udalricus* in Prioratu, nunc ejus nomine insignito, & duabus circiter leucis Friburgo Brisgoviæ, qua meridionalem Herciniæ in plana subsidentis plagam spectat, abjuncto. Is prioratus, sub exitum fere sæculi superioris a Cluniacensibus derelictus, nostro cesserat monasterio: sed a nostris Majoribus ob magnas vexationes & exactiones, ejus nomine monasterio nostro indictas, sponte dimissus, cœnobio S. Petri Herciniæ Silvæ, itidem nostri Ordinis unitus est. Porro S. Udalrici sepulcrum visitur etiamnum & honoratur a circumjectis locis: nec pauci salutem inde reportant.

loci prædicti primordia.

5 *Primordia sæpe dicti loci idem Franciscus Petrus altius repetens, tradit sequentia a dicto pag.* 801, *quæ alibi verbatim non invenio:*

B Nusquam fida divo Ulrico statio, nusquam diuturna; quam cum tandem in Brisgovia consideret: quamvis nec ibi principio esset; donec mutato secundum loco, aptiorem reperisset. Geraldum, condito in Rimsingen cœnobio, ab divo Hugone præfectum superius dictum est; sed negligentis sive [non] curantis, & fructu nullo, excipere vices Udalricus destinatur. Accepit provinciam, inspectoque curatius loco, divinis ineptum servitiis & commodis monachorum necessariisque adversum deprehendit. Ergo bona Hessonis, qui condiderat, venia, Groningam, nobilem tum temporis vicum, concessere. Sed uberem cetera & aptum omnino locum inquies palatina & frequentia procerum turbavit, ut denuo adito Hessone licentiam Udalricus mutandi rogaret, & qua aptius videretur, immigrandi. Annuit pientissimus dynasta, perque se liceret, quidquid liceret, Udalrico spopondit. Lætus promisit ille vicina circum obire nemora, lustrare oculis omnia, quidquid cœnobio condendo deligeret, solicitus dispicere, quid aversaretur, ponderare. In montana denique penetrans haud procul divi

C Trudperti Martyris ascaterio, in locum incidit, ex animi voto ac sententia opportunum, densis undique silvis tutum, nullis adversantium aut propius advolantium turbis inquietum; grata tamen rivulorum inundatione fœcundum, ipsaque sui facie & compositione nec non situ pulchrum & salutarem: quo illico cum suis immigrare decrevit, immigravit. *Sequentia fere in Vita Mabillonii & nostra.*

& frustra.

6 Assensere ægrius principio collegæ, loci tædio & solitudine absterriti. Evicit tandem optimi amor Patris, & qua præcederet, sunt consecuti. Constructurus autem monasterium cum religiosis fratribus, prælato sanctæ crucis signaculo, locum structuræ fabrilis perlustrans, ac precum vota suppliciter persolvens, ipsum aqua sanctificationis consecrat. Ipse quoque ad fundamentum ponendum primus terram sarculo aperit; deinde exemplum magistri discipulorum devotio subsecuta, terram certatim egerit. Hæc idcirco commoravimus, ut præsentes & subsequentes semper habeant in memoria, in quanta sanctitate & religione præfati loci surrexerint primordia. Cum tandem sub magna rerum penuria ejusdem ecclesiæ ædificium esset consummatum, in D honore Apostolorum Petri & Pauli constet esse dedicatum. *Ex ultimis hisce verbis liquet, verum esse, id quod asserit laudatus Suevia ecclesiastica auctor, monasterium hoc, de qua loquimur*, primum SS. Petri & Pauli nuncupatum; *quod* hodie S. Udalrici *nomine appellatur.*

quorum facta;

7 *Prædictam vero primis sedis mutationem* anno MLXXXVII *illigandam esse, discimus ex chartario Cluniacensi apud Mabillonium in Observationibus, vitæ Sancti prævias, sæc. VI Bened., pag.* 780, *num, ubi refert, legi in charta, num.* 716 *signata*, Ulricum, Priorem de Grunningen, *acquisivisse a Burcardo Episcopo Basilcensi*, data recompensatione, locum, qui Cella dicitur, in Silva Nigra, in comitatu Herimanni Comitis, in pago Brisgowiæ; ubi solent nives per declivia montium in vallem, ubi situs est, delabi. Data anno MLXXXVII, Indictione X, Nonis Junii, *appositis testibus* Bertholdo Duce, Comite E Herimanno & *aliis*.

quanta monachorum in ea dicta parochia.

8 *Cœnobium pluries memoratum non æquali semper nominis fama claruit, sed abbatiæ Herciniane subditum, atque in ejusdem corpus adscitum fuit, cœtu monachorum ad exiguam paucitatem diminuto. Certe ad obscuritatem redactum fuisse locum, memoriæ proditum legitur in citata Bibliotheca Cluniacensi fol.* 1742, *quæ idem etiam supra dictus Suevia ecclesiastica auctor operi suo inseruit, quibus sic inscribitur iste locus*: Prioratus de Sella, alias S. Ulrici in Nigra Silva, diœcesis Constantiensis, ubi debent esse, Priore computato, septem monachi, & debent ibi celebrari quotidie duæ Missæ, & debet fieri eleemosyna bis in hebdomada, & quotidie transeuntibus. *Visum est Prioratus istius ampliorem notitiam hic pertexere non tam ex merito argumenti, quam ut locus obscurior illustretur, alioquin fortasse vel nullo modo vel saltem non æque facili illustrandus.*

Alia Cœnobia

9 *Præter hoc cœnobium, a Sancto nostro conditum, alia duo constructa fuisse, docet Vita; unum quidem in monte Rotgeri seu Lotgeri, traditur ibidem num.* 40; *quo, post devoratas plurimas difficultates & superatas æmulorum calumnias, ad finem perducto, rediit Cluniacum. De altero nos instruit eadem Vita a num.* 53: *cujus relatio explanari poterit ex Francisco Petro, qui primævam ipsius loci fundationem* alicubi taliter annotatam *testatur: quam transcribo ex ipsius fide: cum alibi reperire non potuerim*: Sub hoc (*circa annum, ut signat,* 1072) tempore Hesso, vir nobilis (non ille de Usinberg, qui Ottonem Habspurgicum Uttenhemii interfecit, quadraginta pene post annis, quod nonnemo suspicatur; neque filius ejus; cum nostrum improlem ex eo conjiciamus, quod possessiones suas & prædia Cluniacensibus delegarit) & per Brisgoiam potens in ditione sua & sedibus avitis loco Rimesingen, hodie Rimsingen (hic enim contra Adelbertum inclusum sentimus, qui primum cœnobium, locum Groningam, cum secundum Anonymum, synchronon divi Udalrici, & ab familiaribus ejus rem plenius edoctum, alterum designare debuisset) molitur, evocatis Cluniaco, qui incolerent, monachis. Neque abnuit divus Hugo, supremos Cluniacensium ditator, viri religione & pietatis illectus, tum propagandi sacri

Ordinis,

A Ordinis, & disciplinæ studio, quo præcipue æstuabat.

10 Missa monachorum colonia, Geraldum (alium item ab illo, qui divo Ulrico huic nostro antedicto Comes in Galliam & a singulari vitæ pietate tam laudatus fuit) præesse jussit, qui accepto in potestatem loco, possessione adita, non diu tamen præfuit. Ratam Gessonis donationem Henricus Cæsar id temporis habuit publicis litteris. *Quorum exemplar subjicit dictus auctor ex Bibl. Cluniac. desumptum fol. 526, ad ejus finem appositæ sequenti clausulæ:* signum Domini Henrici IV, Regis invictissimi. Datæ *litteræ* Wormatiæ IV Kal. Augusti, anno Dominicæ Incarnationis MLXXII, Ind. X, anno autem ordinationis Domini Henrici IV Regis XVII, regni vero XVI *. *Liquet ex dictis num. 4, per monasterium, munificentia Gessonis monachis Cluniacensibus in Brisgoiam accitis, fundatum* B *ac dotatum, non aliud intelligi debere, quam ipsum locum, quem* S. Udalricus *cum sociis suis priusquam Gruningense monasterium construeret, inhabitavit, confirmiter ad Vitam, numero 52 sic narrantem:* Qualiter vero beatum Virum, *S. Udalricum*, ad Alamannorum Brisgaugiæ videlicet partes, ad multorum salutem, per divinam providentiam contigerit pervenisse, cum omni gaudio & exultatione mentis, libet commemorare. *Et injecta mentione Gessonis num. 53, ita pergit:* Locus igitur quidam, in eadem regione situs, qui etymologiam sui nominis ex adjacentium camporum silvarumque virenti amœnitate ostendens, Gruningen dicitur, legitimo concambio facto cum Duce Bertholdo, cujus ditioni subjacebat, studio & industria clarissimi viri Gessonis, monachorum juris efficitur: qui quomodo regulari custodiæ aliquantulum aptior videbatur, constructis mansionibus, monachi illuc sunt translati; nec ibi, ut postea clarebit, stabiliter mansuri. *Gessocerte, ut præmiserat Vitæ auctor dicto num. 53*, cum habitatio, *prius ab eodem monachis Cluniacensibus assignata*, monastico proposito C minus idonea videretur, aliorsum vertit religiosam intentionem mentis, *comperato, ut vidimus, pro fundo Rumersingensi, alio vitæ monasticæ institutioni aptiore, Gruningensi: ubi Sanctus aliquantisper moratus, deinde migravit ad Nigram silvam, in cœnobio Cellensi, ibidem a se exædificato, vitæ, quod habebat, reliquum peracturus.*

11 *Nec procul hinc aliud æternum Vir sanctus erexit, non minus solicitus, ut fœminæ quoque sexui ad perfectionem religiosum aditum patefaceret. Quod ita tradit Vitæ auctor a num. 61.* Solicitus fuit, ut etiam muliebrem sexum faucibus antiqui hostis subriperet; unde in villa, quæ Bolesswiler dicitur, distans a monasterio *Cellensi* fere milliario uno, non solum eas collegit, quæ maritales delicias postponerent; verum etiam, quæ virginali decore candentes, cælestis Regis sponsæ vocarentur & essent. Hæ sub utraque conditione sæculo renuntiantes, cum nitore castitatis accensisque lampadibus in adventum sponsi sui sese satagebant præparare; quatenus cum eo cælestis aulæ thalamum mererentur intrare. *Quam vere præclare & solerter monasteriis, a se conditis* S. Udalricus *præfuerit, videri potest in contextu Vitæ. Quæ ut haud mediocriter comprobantur, quanta sancti Hugonis, abbatis Cluniacensis, cui suberat, de ipsa esset existimatio, quanta ejus in rebus asceticis pertractandis peritia, summo spiritus, quo flagrabat, ardore roborata. Adisse num. 63 & 64.*

AUCT. J. P.

§ II. Sancti obitus; cultus; ætas; consanguinitas; præclare gesta; miracula.

VErbis *hisce, ad calcem vitæ positis num. 91*, migravit autem venerabilis Pater 11 Idus Julii, *nec voluisse, nec potuisse auctorem designare alium diem, quam* XIV *Julii, usitata phrasi* pridie Idus Julii *hunc dict. conjunctum, puto esse indubitatum. Porro observat Mabillo, Sancti celebritatem agi a Cluniacensibus die X hujus, quo cum damus & nos, & quo pariter illum referunt Martyrologi Benedictini. Dorganius ita cum annuntiat:* S. Vuldarici monachi, qui in confessionibus audiendis, & morbis animi curandis mirabiliter enituit. *Wion verbis consonans, præmiserat* in cœnobio Cluniacensi: *post nomen Sancti, adjungens*, discipuli S. Hugonis abbatis; *addensque, tabulas Cluniacenses nec non chronicon Ms. eodem die sancti Viri meminisse; quo Menardus quoque ipsum signat. Adde Ferrarium, qui in Catalogo Sanctorum, in Martyrologio Romano delectorum, brevissime scribit:* Cluniaci S. Vuldarici monachi. *Apud Mabillonem in titulo Vitæ scribitur* in Nigra sylva Constantiensis diœcesis corporaliter quiescere: *unde translatum vidimus n. 3. Nos in titulo, huic Commentario præfixo, cum consignavimus in monasterio Cellensi, loco pluribus titulis ipsi debito.*

Sanctus alio die obiit, alio a Martyrologis refertur, & celebratur.

E.

13 *Ad cultum Sancti stabiliendum fecit collecta cum psalmis ac versiculis, quam subnexuit Mabillo Vitæ, a se edita cum hoc titulo:* Ad aquam beati Udalrici benedicendam. *Tum subditur psalm.* Deus misereatur nostri: & *psal.* Domine, ne in furore tuo arguas me. 1. V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Oremus. Deus, cujus potentia beatus Udalricus, confessor tuus, aquam benedixit, in- F firma ægrotantis membra humiliter lavit, & incolumem abire permisit, benedicere, mundare & sanctificare dignare hanc creaturam aquæ, ut omnes ex ea loti, vel humiliter sumentes, expulso omni morbo contagioso, infusoque tuæ benedictionis ministerio, mereantur in corpore & anima plenam accipere sanitatem. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, &c. Benedictio Dei Patris †, & Filii †, & Spiritus Sancti † descendat super hanc creaturam aquæ. Amen.

cujus cultus stabilitus ex benedictione aquæ S. Udalrici.

14 *Laudatus Wion. in Annotatis ad Martyrologium suum Benedictinum censet*, S. Udalricum *floruisse anno* MC. *Mabillo in Observationibus subscribit Bucelino, cum scriptoribus Germanis ejus mortem signanti paullo post annum* MXCII: Id enim, *inquit Mabillo*, ex ejus vita & antiquis chartis *Cluniacensibus* colligi posse videtur. Etenim Udalricus anno MLXXXVII dimissa Gruninga, ubi aliquot annis cum suis sociis confederat, Cellam adiit, & ibi monasterio pro se suisque monachis exstructo, aliud pro mulieribus excitavit, ac demum post duos excitatis annos abiit in cælum.

De ejus anno mortis & natalis

Quæ

AUCT. L. P. *Præsens loci status.*

4 *At præsentem loci ejus statum breviter exhibet Amplissimus Georgius Gelfferus, e cœnobio suo Vilingensi scribens, in literis, de quibus in fine hujus Commentarii, ita loquens*: Olim sanctiorem vitæ portionem transegit *S. Udalricus* in Prioratu, nunc ejus nomine insignito, & duabus circiter leucis Friburgo Brisgoviæ, qua meridionalem Herciniæ in plana subsidentis plagam spectat, abjuncto. Is prioratus, sub exitum fere sæculi superioris a Cluniacensibus derelictus, nostro cesserat monasterio: sed a nostris Majoribus ob magnas vexationes & exactiones, ejus nomine monasterio nostro indictas, sponte dimissus, cœnobio S. Petri Herciniæ Silvæ, itidem nostri Ordinis unitus est. Porro S. Udalrici sepulcrum visitur eriamnum & honoratur a circumjectis locis: nec pauci salutem inde reportant.

loci prædicti primordia,

5 *Primordia sæpe dicti loci idem Franciscus Petrus altius repetens, tradit sequentia a dicto pag.* 801, *quæ alibi verbatim non invenio:* B Nuspiam fida divo Ulrico statio, nuspiam diuturna; quam cum tandem in Brisgovia consideret: quamvis nec ibi principio esset; donec mutato secundum loco, aptiorem reperisset. Geraldum, condito in Rimsingen cœnobio, ab divo Hugone præfectum superius dictum est; sed negligentis sive [non] curantis, & fructu nullo, excipere vices Udalricus destinatur. Accepit provinciam, inspectoque curatius loco, divinis ineptum servitiis & commodis monachorum necessariisque adversum deprehendit. Ergo bona Hessonis, qui condiderat, venia, Groningam, nobilem tum temporis vicum, concessere. Sed uberem cetera & aptum omnino locum inquies palatina & frequentia procerum turbavit, ut denuo adito Hessone licentiam Udalricus mutandi rogaret, & qua aptius videretur, immigrandi. Annuit pientissimus dynasta, perque se liceret, quidquid liceret, Udalrico spopondit. Lætus promisit ille vicina circumobire nemora, lustrare oculis omnia, quidquid cœnobio condendo deligeret, solicitus dispicere, quid aversaretur, ponderare. In montana denique penetrans haud procul divi C Trudperti Martyris asceterio, in locum incidit, ex animi voto ac sententia opportunum, densis undique silvis tutum, nullis adversantium aut propius advolantium turbis inquietum; grata tamen rivulorum inundatione fœcundum, ipsaque sui facie & compositione nec non situ pulchrum & salutarem: quo illico cum suis immigrare decrevit, immigravit. *Sequentia fere in Vita Mabillonii & nostra.*

& structura

6 Assensere ægrius principio collegæ, loci tædio & solitudine absterriti. Evicit tandem optimi amor Patris, & qua præcederet, sunt consecuti. Constructurus autem monasterium cum religiosis fratribus, prælato sanctæ crucis signaculo, locum structuræ fabrilis perlustrans, ac precum vota suppliciter persolvens, ipsum aqua sanctificationis consecrat. Ipse quoque ad fundamentum ponendum primus terram sarculo aperit; deinde exemplum magistri discipulorum devotio subsecuta, terram certatim egerit. Hæc idcirco commoravimus, ut præsentes & subsequentes semper habeant in memoria, in quanta sanctitate & religione prædicti loci surrexerint primordia. Cum tandem sub magna rerum penuria ejusdem ecclesiæ ædificium esset consummatum, in D honore Apostolorum Petri & Pauli constat esse dedicatum. *Ex ultimis hisce verbis liquet, verum esse, id quod asserit laudatus Suevia ecclesiastica auctor, monasterium hoc, de quo loquimur,* primum SS. Petri & Pauli nuncupatum; *quod* hodie S. Udalrici *nomine appellatur.*

7 *Prædictam vero prioris sedis mutationem quo anno* MLXXXVII *illigandam esse, discimus facile; ex chartario Cluniacensi apud Mabillonium in Observationibus, vitæ Sancti prævitis, sæc. VI Bened., pag.* 780, *num, ubi refert, legi in charta, num.* 716 *signata,* Ulricum, Priorem de Grunningen, *acquisivisse a Burcardo Episcopo Basilcensi,* data recompensatione, locum, qui Cella dicitur, in Silva Nigra, in comitatu Herimanni Comitis, in pago Brisgowiæ; ubi solent nives per declivia montium in vallem, ubi situs est, delabi. Data anno MLXXXVII, Indictione X, Nonis Junii, *appositis testibus* Bertholdo Duce, Comite E Herimanno & *aliis.*

quanta monachorum in dicta paucitas.

8 *Cœnobium pluries memoratum non æquali semper nominis fama claruit, sed abbatiæ Herciniensi subditum, atque in ejusdem corpus adscitum fuit, cœtu monachorum ad exiguam penitatem diminuto. Certe ad obscuritatem redactum fuisse locum, memoriæ proditum legitur in citata Bibliotheca Cluniacensi fol.* 1742, *quæ idem etiam supra dictus Suevia ecclesiastica auctor operi suo inseruit, quibus sic inscribitur iste locus*: Prioratus de Sella, alias S. Ulrici in Nigra Silva, diœcesis Constantiensis, ubi debent esse, Priore computato, septem monachi, & debent ibi celebrari quotidie duæ Missæ, & debet fieri eleemosyna bis in hebdomada, & quotidie transeuntibus. *Visum est Prioratus istius ampliorem notitiam hic pertexere non tam ex merito argumenti, quam ut locus obscurior illustretur, aliunde forsasse vel nullo modo vel saltem non æque facili illustrandus.*

Alia Cœnobia

9 *Præter hoc cœnobium, a Sancto nostro conditum, alia duo construcla fuisse, docet Vita; unum quidem in monte Rotgeri seu Lotgeri, traditur ibidem num.* 40; *quo, post devoratus gravissimas difficultates & superatas æmulorum calumnias, ad finem perducto, rediit Cluniacum. De altero nos instruit eadem Vita a nu.* 33: *cujus relatio explanari poterit ex Francisco Petro, qui primævam istius loci fundationem* alicubi taliter annotatam *testatur: quam transcribo ex ipsius fide: cum alibi reperire non potuerim:* Sub hoc *(circa annum, ut signat,* 1072) tempore Hesso, vir nobilis (non ille de Usinberg, qui Ottonem Habspurgicum Uttenheimii interfecit, quadraginta pene post annis, quod nonnemo suspicatur; neque filius ejus; cum nostrum improlem ex eo conjiciamus, quod possessiones suas & prædia Cluniacensibus delegarit) & per Brisgoiam potens in ditione sua & sedibus avitis loco Rimesingen, hodie Rimsingen (hic enim contra Adelbertum inclusum sentimus, qui primum cœnobium, locum Groningam, cum secundum Anonymum, synchronon divi Udalrici, & ab familiaribus ejus rem plenius edoctum, alterum designare debuisset) molitur, evocatis Cluniaco, qui incolerent, monachis. Neque abnuit divus Hugo, supremos Cluniacensium ditator, viri religione & pietatis illectus, tum propagandi sacri Ordinis,

Digitized by Google

A Ordinis, & disciplinæ studio, quo præcipue æstuabat.

10 Missa monachorum colonia, Geraldum (alium item ab illo, qui divo Ulrico huic nostro antedicto Comes in Galliam & a singulari vitæ pietate tam laudatus fuit) præesse jussit, qui accepto in potestatem loco, possessione adita, non diu tamen præfuit. Ratam Gessonis donationem Henricus Cæsar id temporis habuit publicis litteris. *Quarum exemplar subjecit dictus auctor ex Bibl. Cluniac. desumptum fol. 526, ad ejus finem appositæ sequenti clausulæ*: signum Domini Henrici IV, Regis invictissimi. Datæ *litteræ* Wormatiæ XV Kal. Augusti, anno Dominicæ Incarnationis MLXXII, Ind. X, anno autem ordinationis Domini Henrici IV Regis XVII, regni vero XVI *. *Liquet ex dictis num. 4, per monasterium, munificentia Hessonis monachis Cluniacensibus in Brisgoiam accitis, fundatum* B *ac dotatum, non aliud intelligi debere, quam istum locum, quem* S. Udalricus *cum sociis suis priusquam Gruningense monasterium construeret, inhabitavit, conformiter ad Vitam, numero 52 sic narrantem*: Qualiter vero beatum Virum, *S. Udalricum*, ad Alamannorum Brisgaugiæ videlicet partes, ad multorum salutem, per divinam providentiam contigerit pervenisse, cum omni gaudio & exultatione mentis, libet commemorare. *Et injecta mentione Hessonis num. 53, ita pergit*: Locus igitur quidam, in eadem regione situs, qui etymologiam sui nominis ex adjacentium camporum silvarumque virenti amœnitate ostendens, Gruningen dicitur, legitimo concambio facto cum Duce Bertholdo, cujus ditioni subjacebat, studio & industria clarissimi viri Hessonis, monachorum juris efficitur: qui quomodo regulari custodiæ aliquantulum aptior videbatur, constructis mansionibus, monachi illuc sunt translati; nec ibi, ut postea clarebit, stabiliter mansuri. *Hesso certe, ut præmiserat Vitæ auctor dicto num. 53*, cum habitatio, *prius ab eodem monachis Cluniacensibus assignata*, monastico proposito C minus idonea videretur, aliorsum vertit religiosam intentionem mentis, *comparato, ut vidimus, pro fundo Rumersingensi, alio vitæ monastica institutioni aptiore, Gruningensi*: *ubi Sanctus aliquantisper moratus, deinde migravit ad Nigram silvam, in cœnobio Cellensi, ibidem a se exædificato, vitæ, quod habebat, reliquum peracturus.*

11 *Nec procul hinc aliud asceterium Vir sanctus erexit, non minus solicitus, ut* feminæ quoque sexui *ad perfectionem religiosam aditum patefaceret. Quod ita tradit Vitæ auctor a num. 61.* Solicitus fuit, ut etiam muliebrem sexum faucibus antiqui hostis subriperet; unde in villa, quæ Boleswiler dicitur, distans a monasterio *Cellensi* fere milliario uno, non solum eas collegit, quæ maritales delicias postponerent; verum etiam, quæ virginali decore candentes, cælestis Regis sponsæ vocarentur & essent. Hæ sub utraque conditione sæculo renuntiantes, cum nitore castitatis accensisque lampadibus in adventum sponsi sui sese satagebant præparare; quatenus cum eo cœlestis aulæ thalamum mererentur intrare. *Quam vero præclare & feliciter monasteriis, a se conditis* S. Udalricus *præfuerit, videri potest in contextu Vitæ. Quæ ut haud mediocriter comprobatur, quanta sancti Hugonis, abbatis Cluniacensis, cui suberat, de ipso esset existimatio, quanta ejus in rebus asceticis pertractandis peritia, summa spiritus, quo flagrabat, ardore roborata. Adi dicta num. 63 & 64.* AUCT. J. P.

recensentur.

§ II. Sancti obitus; cultus; ætas; consanguinitas; præclare gesta; miraculum.

VErbis *hisce, ad calcem vitæ positis num. 92*, migravit autem venerabilis Pater 11 Idus Julii, *nec voluisse, nec potuisse auctorem designare alium diem, quam* XIV *Julii, usitata phrasi* pridie Idus Julii *nunc dici consuetum, puto esse indubitatum. Porro observat Mabillo, Sancti celebritatem agi a Cluniacensibus die* X *hujus, quo eum damus & nos, & quo pariter illum referunt Martyrologi Benedictini. Dorganius ita eum annuntiat*: S. Vuldarici monachi, qui in confessionibus audiendis, & morbis animi curandis mirabiliter enitait. *Wion verbis consonans, præmiserat* in cœnobio Cluniacensi: *post nomen Sancti, adjungens*, discipuli S. Hugonis abbatis; *addensque, tabulas Cluniacenses nec non chronicon. Ms. eodem die sancti Viri meminisse; quo Menardus quoque ipsum signat. Adde Ferrarium, qui in Catalogo Sanctorum, in Martyrologio Romano desideratorum, brevissime scribit*: Cluniaci S. Vuldarici monachi. *Apud Mabillonem in titulo Vitæ scribitur* in Nigra sylva Constantiensis diœcesis corporaliter quiescere: *unde translatum vidimus n. 3. Nos in titulo, huic Commentario præfixo, cum consignavimus in monasterio Cellensi, loco pluribus titulis ipsi debito.* Sanctus alio die obiit, alio a Martyrologis refertur, & celebratur.

13 *Ad cultum Sancti stabiliendum facit collecta cum psalmis ac versiculis, quam subnexuit Mabillo Vitæ, a se edita cum hoc titulo*: Ad aquam beati Udalrici benedicendam. *Tum subditur psalm.* Deus misereatur nostri: & *psal.* Domine, ne in furore tuo arguas me. ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Oremus. Deus, cujus potentia beatus Udalricus, confessor tuus, aquam benedixit, infirma ægrotantis membra humiliter lavit, & incolumem abire permisit, benedicere, mundare & sanctificare digneare hanc creaturam aquæ, ut omnes ex ea loti, vel humiliter sumentes, expulso omni morbo contagioso, infusoque tuæ benedictionis ministerio, mereantur in corpore & anima plenam accipere sanitatem. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, &c. Benedictio Dei Patris †, & Filii †, & Spiritus Sancti † descendat super hanc creaturam aquæ. Amen. cujus cultus stabilitur ex benedictione aquæ S. Udalrici. E F

14 *Laudatus Wion in Annotatis ad Martyrologium suum Benedictinum censet*, S. Udalricum *floruisse anno* MC. *Mabillo in Observationibus subscribit Buceline, cum scriptoribus Germanis ejus mortem signanti paullo post annum* MXCII: Id enim, *inquit Mabillo*, ex ejus vita & antiquis chartis *Cluniacensibus* colligi posse videtur. Etenim Udalricus anno MLXXXVII dimissa Gruninga, ubi aliquot annis cum suis sociis confederat, Cellam adiit, & ibi monasterio pro se suisque monachis exstructo, aliud pro mulieribus excitavit, ac demum post duos excitatis annos abiit in cælum. De ejus anno mortis & natalis

Qua

A Quæ sane omnia intra sex annorum spatium
AUCT. vix complere potuit. Quare mortem ejus ad
J. P. annum circiter MXCIII potius revocandam
esse censemus. *Atque ut de natali ipsius anno statuas: aliquem eum posse sæculo* XI *aliquantulum inchoato; id argumento est, quod in senectute bona plenusque dierum vitam clauserit, uti liquet e Vita num.* 76; *ubi iter facturus, frigoris asperitate* adeo *traditur* obriguisse, quod vix vel vocem edere, vel labia movere potuerit, *donec* SENIOR, *uno cliente se comitante, subsequitur, ac* domum intrans, ab obsequentibus sibi juxta loci incendia collocatur; *alibi dicitur, biennio ante mortem cæcutisse; ipso malo vires ætate florentes ac viribus integros varius corripere consuete.*

nec non de senectute ipsius.

15 *Accedit eo, quod in monasterium Cluniacense secesserit, postquam annis aliquot in aula Imperatoris exactis,* vita & admonitione *Imperatrici* recte vivendi formam tribuisset; *id quod non cadit nisi in virum, ætate & moribus maturum; præsertim cum vitæ monasticæ institutum non fuerit aggressus, nisi post abdicatum* B *ecclesiæ Frisingensis præpositurum, institutum iter Hierosolymitanum, in proprio fundo nequidquam tentatam monasterii ædificationem, ac salutata sanctorum Apostolorum limina. Et sic habes plurium annorum seriem & sancti Viri senectutem, ut ex ea de cuerdio ejus vitæ ac pueritia aliqua usque fluas. Quin & in proœmio, quod opusculo suo de Consuetudinibus Cluniacensibus præfixit, fatetur ipse, de se loquens, pene ad trigesimum ætatis suæ* annum non nisi de rebus sæculi magnopere *se* curasse. *Imo vero a Willelmo Hirsaugiensi, ejus synchrono (de quo die* v *hujus) in Prologo de Consuetudinibus Hirsaugiensibus apud Mabillonem inter vetera Analecta tom.* 4. *pag.* 466, *dicitur*; circa idem tempus Udalricus senior quidam Cluniacensis, nutu Dei pro causa monasterii in Alemanniam missus, aliquamdiu *secum* mansisse, *& communicasse duos libellos de consuetudinibus Cluniacensibus, a se conscriptos.*

An Nilo aliquis fuerit Ep. Frisingensis,

16 *Obiter de* S. Udalrici *consanguineis instituendi sermonis occasionem præbet scriptor Vitæ, his verbis initio cap.* 2 *sic loquens*: Post hæc autem patruus præcellentissimi Viri *nostri*, Nilo nomine, qui pontificatum Frisingensis C rexit ecclesiæ, hunc beatum ad suæ diœceseos urbem invitavit, *ad Diaconatum* eum promovens. *Tomo* 1 *Metrop. Salisburgensis apud Hundium, mihi Catalogum Epp. Frisingensium inspranti, nullus occurrit inter illos Nilo. Ponitur* illic Nicerus *seu* Nitgerus, *qui sederit annos* 13 *ad usque annum* 1052. *An idem fortasse ille, qui Nilo? Ibidem Nicerus seu Nitgerus fertur fuisse frater Bernulfi ac Machtuni, ob violatam fidem jussu Imperatoris Henrici* III *cruci affixorum, ipseque, id indigne ferens, Ravennam relegatus anno* MXLIV, *quæ ait competant patruo* S. Udalrici, *multum ab alio decidi. Certe cum eo non concordat, quod legitur in Annalibus Boicis Aventini lib.* 5, *pag.* 524, *ubi dicti* Bernulphus & Machtunus obscuris crepundiis apud Boios Occidentales Reginoburgii orti *narrantur, auctore Vitæ num.* 5 *dicente, quod* Udalricus ex illustri prosapia Bavariorum Ratisponæ civitatis *fuerit* procreatus. *Quid si Nilo ille absentis Nitgeri locum supplevit, exercens functiones episcopales, quas characterem episcopalem non requirunt ut hodieque usuvenire videmus in vicariis Episcoporum? Secus tamen videntur fundere sequentia ibidem paulo post*: Suscepit itaque FRISINGARUM PONTIFEX, COEPISCOPI SUI LITTERAS. *Et alia*: Perpendens itaque Antistes *Frisingensis* sapientia & spiritus discretione suum posse nepotem, curam illi commisit præposituræ. *Deinde num.* 19: Patruum suum, Frisingensem Pontificem, defunctum reperisse, *memoratur Sanctus. Certe in Ms. nostro, Villinga ad nos misso, ponitur nomen* Nitgeri, *& supra paululum ad unam partem eadem, ut videtur, manu ponitur* Nilo.

S. Udalrici patruus?

16 *Huc facit observatio Mabillonii, asserentis in altero codice Ms. haberi* Notgerus Nilo; *de cujus lectionis Authentia genuina, tamquam e primævo antiquæ Vitæ scriptoris calamo profecta, si constaret, tum demum aliquid concludi posset, quod Notgerus & Nilo sint eadem persona, idemque Frisingensis Episcopus. At quoniam incertum, quæ cui lectioni tamquam magis sincera & ab interpolatione immunis sit anteponenda, an illa, quæ habet* Nilo *tantum, an quæ* Notgerus Nilo, *consequens etiam est, nihil certi concludi* E *posse, sintne duo ejusdem Antistitis nomina, nec ne. Sed fac duos per duo ista nomina Episcopos significari; quid vetat, quo minus illo temporis intervallo, quod fluxit ab anno* 1044, *quo Nitgerum modo dicebamus Ravennam amandatum, cathedræ Frisingensi Episcopus præfuerit Nilo? Et vero cum illa temporis intercapedine optime conciliari possit collata* S. Udalrico, *nepoti ejus, præpositura, cum, ut est apud Hundium, non nisi anno* 1053 *Ellenhardus electus ponatur, ut dictæ cathedræ præsideret Episcopus. At memoratus Catalogus nomen Nilonis non exprimit: esto. Nomen illud diserte exprimit auctor vitæ, illis temporibus proximus, optimæ fidei: de cujus merito videsis dicta num.* 22. *Enimvero quam facile nomen aliquod in hujusmodi Catalogis possit omitti? Ad hæc cum isti Catalogi concinnari soleant ex antiquis Actis; quis vitio det, si fiemus pro Nilone, tam clare ibidem nominato? tamdiu saltem, donec aliunde lux aliqua affulgeat, quæ certo suadeat in numero Præsulum ibi ordinate non esse ipsum reponendum. Sic optime cohærent omnia, consanguinitas proxima* S. Udalrici *cum Nilone, ipsius patruo, tempus ac præpositura Sancti, a patruo eodem accepta; nec non absentia Nitgeri, Ravennam profecti; &* F *sacta tecta servatur auctoritas antiqui scriptoris.*

Præclara Sancti

17 *Sancti elogio, in Vita expresso, nu.* 28, *consonant ea, quæ data sunt in Comm. prævio Vitæ S. Hugonis, tom.* 3 *Aprilis, pag.* 629, *n. gesta* 3, *e Chronico Cluniacensi; nec non apud Wion ex eodem Chronico; adeo ut supervacaneum prorsus foret, illa denuo pluribus hic transcribere. Præclara* S. Udalrici *gesta locis variis Annalium Benedictinorum inseruit Mabillo: anno* 1052, *nu.* 18 *de monastica vitæ primordiis, quæ Sanctus posuit; anno* 1061, *nu.* 89 *de regimine Marciniacensium sororum post Benchonem suscepto; anno* 1072, *n.* 9, *de privato Grunningensi; anno* 1085, *n.* 103 *& anno* 105 *de scriptis consuetudinibus Cluniacensibus rogatu Wilhelmi abbatis Hirsaugiensis; ibid. num.* 107 *de acquisitione Cellæ, nec non de iniqua vexatione, ipsi illata, anno denique* 1093, *n.* 82 *de ejus obitu ac miraculis. Insigni etiam & satis longo elogio* S. Udalricum *prosequitur Buchelius in menologio Benedictino, ex variis Mss., ut asserit, Trudpertinis, S. Petri, & vita ejusdem, quam penes se retineri dicit, Constan-*

Digitized by Google

A ſtantiæ ſuæ Bened. tom, 3 Annal. &c. *Longum foret elogium prædictum hic referre: ſuffecerit inde delibare miraculum, ab auctore Vitæ prætermiſſum, atque adeo non ab re hic proferendum: cujus fides ſit penes ſcriptorem. Itaque ibi memoratur Vir ſanctus* per dejectam violentia ventorum proceram arborem, inque verticem duorum ex adverſo jacentium ſcopulorum procubuam, immenſæ profunditatis vallem ſeu voraginem cum equo, velut pontem ſuperaſſe, *ac* non prius, quam ſuperato periculo, monitus advertiſſe, & miraculum agnoviſſe. *Quod miror ab auctore Vitæ, ſi vere ſubſiſtat, fuiſſe prætermiſſum.*

§ III. S. Udalrici ſcripta, auctor Vitæ; tempus, quo ea fuit conſcripta; exemplar Vitæ, quod hic datur.

B *Tres libros de antiquis conſuetudinibus Cluniacenſibus*

NOn *ſola morum integritate vitæque ſanctitate claruit* Udalricus, *ſed cum virtute conjungens ſapientiam, ſcriptis etiam excelluit. Id probat opus inſigne de antiquioribus conſuetudinibus Cluniacenſibus, per interrogationes & reſponſiones ab ipſo concinnatum, in quo, teſte Vitæ ſcriptore, num 65.* ſtudium, ingenium quoque ſapientiamque viri inibi manifeſte poteris cognoſcere. *Lucas Dacherius prædictum opus, in tres libros diſtributum, typis vulgavit tomo 4 Spicilegii a pag. 21. Quo ſcriptor collimet, habes ex ejus verbis in epiſtola nuncupatoria, ubi illud ita dividit:* Pars prima eſt, *inquit*, de opere divino, & quod maxime fit in eccleſia per annum univerſum. Secunda de eruditione novitiorum. Tertia de obedientiis, quibus & ultima obedientiæ eſt ſubjuncta, qua quiſque fratrum ab hoc ſæculo migraturus, vocatur ad Chriſtum. *Porro qua occaſione animum ad ſcribendum appulerit, præfatur ipſe in proœmio in hæc verba pag. 31.*

que occaſione

19. Ante hos dies ſenior noſter dominus Abbas humilitatem meam in Germaniam direxit: propter quid, non multum intereſt modo referre: quod ad rem pertinet, per hanc occaſionem diverti ad virum venerabilem, dominum Willelmum abbatem, cujus monaſterium ſitum eſt in pago Spirenſi & in inſula *, cognomento Nigra. Iſdem autem pater, ut erat a puero notus & amiciſſimus, me videns, lætabundus collegit, & alter mihi Cleophas alio tendentem, tamen aliquantos dies ſecum manere coegit. Interim erat ei mecum ſermo aſſiduus, imo, quantum fieri potuit, pene continuus, de conſuetudinibus eccleſiæ noſtræ, de quibus nimirum ſic orſus eſt loqui: Eccleſia veſtra, dileſtiſſime, per miſericordiam Dei non parvam in noſtris partibus opinionem religionis obtinuit, nec aliud æſtimatur a nobis, quam quod in his locis, quæ ad noſtram notitiam pertingere potuerunt, non ſit ei ſimilis in vita & diſciplina regulari.

C * Silva.

20 Unde non parum facis ad votum noſtrum, ſi qua, te referente, meremur audire de uſibus & inſtitutis majorum veſtrorum, quæ etiamſi non geruntur a nobis, tamen hoc ipſum ad humilitatem ædificat, ſi nos non latet, ita vos vivere, & converſari, ut noſtra infirmitas aut poſſit aut nequiverit. Ad quod ego: Panem, inquam, veſtrum ſum comeſturus, dignum eſt interim ut voluntati veſtræ obedire non ſim imparatus. Sed qui eſt in loco tali, pro diverſitate linguæ quaſi barbarus, nec a pueritia nutritus, non facile fieri poteſt, ut ita ſciat omnia, ſicut ille, qui eſt indigena, & qui ab infantia inter talia crevit; ideoque non eſt mirum, ſi & ego non multum ſcio de hujuſmodi, qui pene ad triceſimum ætatis noſtræ annum non niſi de rebus ſæculi magnopere curavi. Tamen quantum eſt quod ſcio, id ipſum referam non invitus. Ergo vide, de quo volueris primum interrogare. *Videri præterea poteſt Prologus Wilhelmi ad Conſuetudines Hirſaugienſes tom. 4. Analectorum prædictorum editus a pag. 465; quæ neutiquam confundendæ ſunt cum Conſuetudinibus Cluniacenſibus, a S. Udalrico elaboratis; a quibus etiam diſtinguendæ Conſuetudines Cluniacenſes Bernardi, ejus monaſterii monachi: de quibus viſum eſt lectorem monere, ne hæc diverſa opuſcula ob argumenti ſimilitudinem & temporum vicinitatem, confundat.*

AUCT. J. P.

E *Quædam obſervationes*

21. *Ad auctorem Vitæ, quam vulgamus, quod ſpectat; pro conveniente ipſius notitia, cupio obſervari ſequentia. In prologo num. 4 ſic ediſſerit:* Ante nos quidem vitam beati Patris quidam ex diſcipulis ipſius pro ſuo ingenio ſcriptam edidit. *Atque hanc vitam quibus adminiculis cumulatiorem quam primam, ipſe reddiderit, palam facit ibidem his verbis:* Sed multas & præclaras virtutes, quas apud nos vivens egiſſe cognoſcitur, ſibi forteſſe non notas, præteriit, quæ poſtea a ſtudioſis fratribus ſcriptæ, ſparſimque paginis inſertæ, proprio loco nequaquam ſunt innexæ. Sed & ſuo tempore quam plurima ſignorum præconia ad tumulum ipſius cognovimus patrata fore, quæ nondum ſcribentis ſtudio recondita ſunt in ſinum memoriæ. *Indidem diſcimus, eum ſuper antiquiore vita, tanquam baſi, ſuam, quam compoſuit, ſuperſtruxiſſe.* At ego, *inquit*, ut juſſus ſum, per antiquioris libri campum paſſim gradiens, pulcrioreſque actus, quaſi quoſdam flores caute decerpens, minus neceſſaria ſuccidere, omiſſa ſupplere, brevitatique quam lucidius potero, conabor inſiſtere.

F *de Vitæ auctore anonymo: item de ejus ætate vitæ inſtituto & fide.*

22 *Auctoris dicti nomen latet; ætas, vitæ inſtitutum, locus habitationis magis in promptu ſunt. Ætate ſupparem vixiſſe Sancto, de quo ſcribit, haud obſcure detegitur ex num. 56, narratum ibidem opera S. Udalrici miraculum ita concidens:* Hoc miraculum prædicto *ibi paulo ante* fratre Warinhero referente, cognovimus, qui adhuc ſuperſtes vivit in domo Dei, ſanctæ ſimplicitatis & innocentiæ monachus. *Rurſum num. 86, ubi de greſſu Sancti precibus infanti reſtituto narratur,* is nunc *eſſe* robuſtæ virætatis, perpetrati in ſe miraculi cauſa teſtiſque exiſtere: in quo homine pulcra manus Omnipotentis pulcræ excellentiſque ſtaturæ plaſma confinxit. *Ac demum num. 90 S. Udalrico poſt duos cæcitatis annos, in poſtremam, ex qua obiit, infirmitatem lapſo,* ad cantandas regulares horas vir vitæ venerabilis Widoeſt deputatus, qui adhuc in carne degens, ejuſdem Patris veſtigia ſanctis operibus ſequitur. *Vitæ inſtituto & habitatione fuiſſe monachum Cellenſem, extra dubium videtur poſitum, atten-*

5. Udalricus conſcripſerit.

AUTC. I. P. *attentis vel ſolis loci ſuperioris verbis num.* 21 *prolatis. Jam vero fidem ſuam commendat num.* 31. Hoc autem, *ait*, lectorem noſtrum volumus cognoſcere, nulla nos huic operi inſerere velle, niſi quæ veritatis radice ſubnixa, ejus ſanctitatis præconio ſpecialiter ſint attribuenda. Cum enim præclaris geſtis ejus perſonæ ſingulariter adſcribendis abundemus, cur ſanctum virum velut alienis phaleramentis exornare attentemus?

ac tempore ſcripſit

23 *Quæritur, quo circiter anno, vitæ auctor ſcripſerit, hoc ſibi reſponſi habeat, quod etiam dederat Mabillo; ſcriptam fuiſſe vitam illo temporis intervallo, quod a Sancti Hugonis morte ad ejus uſque canonizationem, id eſt ab anno 1109 ad 1120, fluxit, illud indicio eſt, quod ſcriptor honorifice loquens loco non uno de S. Hugone, ſemper a* beati *aut* ſancti *titulo abſtineat, ſed* felicis memoriæ patrem Hugonem, *vel* reverendum patrem *ac* venerabilem abbatem nuncupet; *quod quidem a monacho Cluniacenſi inſtituti factum haud fuiſſet poſt indultos ſancto Hugoni honores ſacros.*

demum de Vita exemplari quod demus;

24 *Poſtremo, quoad vitæ exemplar, deſumptum ex editis apud Mabillonem, obſervandum, duo tum pra manibus habuiſſe exemplaria; unum quidem ab annis circiter* CL. *exaratum in ipſo, ut ſibi videri ait, monaſterio Cellenſi: alterum ad ſe tranſmiſſum refert anno 1680 ab Ampliſſimo Georgio Geiſſero, abbate S. Georgii Villingæ ſupra laudato. Proinde ſive Vitæ auctorem, ſive ætatem ipſius, ſive fidem conſideremus, adde etiam modum ſcribendi, expreſſiones ac ſtylum, plurimum habet unde commendetur, tamquam de ſancto* Udalrico *optime meritus, conſcribendo ejus geſta Vitamque, quam ſubjicimus, moditis hinc inde notationibus illuſtratam, ubi occaſio id tulit.*

& alia apographa ad quod eam contulimus.

25 *Hanc Vitam non omnino puram & a manu interpolatoris intactam, ſalva tamen hiſtoriæ ſubſtantia, ad manus editoris Mabillonii pervenijſe, non obſcure colliges ex eo, quod pluribus locis ſit inſperſa digreſſionibus amplificationibuſque, in altera vita Ms. quacum noſtram, quam damus, contulimus, non expreſſis. Atque hanc Vitam, quæ collationi noſtræ inſervivit, judico plane eamdem eſſe cum ea, ad quam pariter contulit Mabillo ſuam, quam typis ſubjecit: tum quia illam una* C *cum officioſiſſimis litteris, ad Papebrochium anno 1687, die* IX *Julii, quas & pluries alias dedit, miſit idem Ampliſſimus Georgius Abbas, e Monaſterio Villingano ſcribens; tum quia id aperte indicant notæ marginales aliquæ; quas nos legimus in noſtro apographo, & Mabillo in ſuo. Cætera ſatis conveniunt amba vitæ, ſi minutias quaſdam excipias, vix obſervatione dignas. Prologus vero, qui in Mabillone eſt, a noſtro apographo abeſt. Interpolationes autem, quæ in editione Mabillonii & noſtra non inveniuntur, diſtinctionis gratia uncis includemus* []; *adjectis ad marginem variis lectionibus; ut per decurſum obſervari videbis.*

D

VITA

Auctore Anonymo monaſterii de Cella in Sylva nigra monacho ſuppare.

PROLOGUS AUCTORIS.

Ex editis apud Mabillonem Act. Bened. Sec. VI, part. 2, a pag. 781, ad aliud Ms. collatis.

QUi Sanctorum geſta nudo & imperito ſermone ſcribere præſumpſerit, non ſolum diſerti lectoris mentem impolluta locutione offendit, ſed & gloriam electorum Dei apud humanam opinionem quodammodo imminuit. Quanto enim excellentiori verborum ornatu Sanctorum merita per ſcriptorum facundiam pronuntiantur; tanto ſiquidem avidius audientium auditu creduntur, credita venerantur, venerata, ad piæ imitationis uſum ab auditoribus ſuis aſſumuntur. Unde ego peccator, qui ſanctiſſimi patris noſtri Udalrici glorioſam vitam, ſancti Spiritus gratia ſuffragante, poſterorum memoriæ ſtyli officio ſignatam, inſtitui commendare; fateor, multum timeo, ne pulcram materiam minus delectabilem reddat incomptus ſermo. Sicut enim homini, naturali pulcritudinis elegantia præfulgenti, multum decoris ſui adimitur, ſi ſordidis inculciſque veſtibus induatur; ſic nimirum ſplendida Sanctorum vita magna obumbratur caligine, ſi prolata fuerit incompoſita verborum ruſticitate, quo profecto minus ædificationis in ſe geſtat, cum dignitatem illius ſtyli humilitas attenuat. *Auctor, tenuitatis ſuæ conſcius,*

2 Cum ingenii quoque mei parvitatem cum tantæ rei magnitudine confero, tam excellentiſſimi viri actibus deſcribendis me omnino imparem eſſe video. Talis nempe tantæque ſanctitatis ille beatiſſimus fuiſſe cognoſcitur, ut etiamſi facundiſſimus ille rhetor Cicero modo viveret, ſi vitam, mores, actuſque illius noviſſet, in eis pro rei veritate explicandis cum tanta eloquentia ſua vix ſufficere poſſet. Quid ergo agemus? Penitus de illo ſilebimus? Nihilne ad normam noſtræ inſtitutionis de imitabili ejus converſatione dicemus? Certe licet congrua verborum dignitate almi Confeſſoris Chriſti vitam non valeamus exprimere, ad noſtram tamen inſtructionem aliqua ex illa pro poſſe noſtro attentabimus differere. Taciturnitatis utique nimiæque deſidiæ a noſtris ſucceſſoribus non immerito argui poterimus, ſi multorum ædificationi profutura ſilentii torpore memoriæ ſubtrahi ſiverimus. Itaque, ſi non, ut volo, loquar tamen de ſanctiſſimo Viro, prout poſſum & ſentio. Nam ad hoc opus aſſumendum non aliqua propria profilio temeritate, ſed venerabilium virorum ſancta & auctorabili ad hoc provocor petitione, quo- *prefatam ſuperiorum ſtylarum S. Udalrici dignitati,* E F

rum

A rum siquidem id, quod maxime intendit postulatio, ut litteris inserta humilem lectorem tanti Patris ædificet conversatio.

3 Quapropter moneo curiosos hujus operis inspectores, ne dulces simplicium animorum dapes, licet vili descriptionis testa sibi appositas, a palato cordis sui fastidiendo velint rejicere, utpote nullo sapore conditas. Liquet enim quod & de parva mensa delectabilia sumuntur cibaria, & de rusticano vasculo nectarei poculi plerumque hauritur dulcedo. Sed & hoc inferimus, quod prudens lector nequaquam verborum folia in descriptis sanctorum Patrum gestis perquirere soleat; verum multo magis fructum salutiferæ eruditionis attendat. Ad profectum igitur omnium monachorum, immo cunctorum fidelium, hujus fidelissimi monachi vitam a primæva ætate, pro meo describens modulo, miracula quoque, quæ per eum superna potestas operata est, partim intimabo. Cum certe tot sanitates, in hac vita manens, & B post mortem cum Christo vivens, petentium necessitati exhibuisse probatur; ut magnum volumen complerem, si omnes conscriberentur.

ilis, quæ ad ipsum pertinent, conferibendis.

4 Ante nos quidem vitam beati Patris quidam ex discipulis ipsius pro suo ingenio scriptam edidit, sed multas & præclaras virtutes, quas apud nos vivens egisse cognoscitur, sibi fortasse non notas, præteriit, quæ postea a studiosis fratribus scriptæ, sparsimque paginis insertæ, proprio loco nequaquam sunt innexæ. Sed & nostro tempore quamplurima signorum præconia ad tumulum ipsius cognovimus patrata fore, quæ nondum scribentis studio recondita sunt in sinum memoriæ. At ego, ut jussus sum, per antiquioris libri campum passim gradiens, pulcriores que actus quasi quosdam flores caute decerpens, minus necessaria succidere, omissa supplere, brevitatique, quam lucidius potero, conabor insistere.

imperare esse.

CAPUT I.

C *Natalibus Sanctis coniuncta educatio integerrima, & vel in ipsa aula incorrupta.*

VEnerabilis vir Uldalricus ex illustri prosapia Bavariorum Ratisponæ civitatis procreatos, velut lucifer inter cetera poli sidera, sic inter totius cognationis sum relucebat nobile stemma. Pater siquidem illius, Bernoldus nomine, Ratisponensium civium non infimus fuit in genere. Nam & Henrico tertio *a*, Romanorum Imperatori augusto valde carus & acceptus fuerat; inter cujus regni præpotentes divitiis, fama & gloria potenter eminebat. Hic itaque filium suum egregiæ indolis flore adornatum, peritis doctoribus commendavit, litterarum studiis imbuendum; & quia Spiritus sanctus, ubi vult, non cessat spirare, bonæ spei puer, ejus gratia inspirante, mellifluos scripturarum flores, velut apis prudentissima, in sui pectoris alveum studiose memoriterque cepit congregare. Jam vero licet ætate par-

Sancti parentes et educatio

a Henrico tertio

vus esset, studebat tamen, ut infantiles annos mentis senectute transcenderet, convu- EX MSS.
lorum suorum vanitates & ludorum ineptias prudenter declinans, legendi vel dictandi studio animum suum sæpius occupabat, sicut subsequentis testimonii veritas patenter demonstrat.

6 Quadam enim die Deo dicatus puer, sodalibus suis ludo operam dantibus, solus in conclavi sedebat, & arte dictandi ingenium suum intente exercebat. Quo supervenions senior quidam, sapiens ac religiosus, viso eo, in limine substitit, & adstantibus sibi præsago spiritu dixit: Divinæ pietatis providentiam magna quædam suæ voluntatis opera in hoc puero completuram esse cognoscite, quem in puerili ævo tam maturis exercitiis non dedignatur implicare. Ex hoc actum est, ut tanto ille ad discendum fieret promptior, quanto ob ardorem sui studii cunctis jam coperat esse carior. Erat quippe ingenio disertus; erat morum qualitate decenter compositus, erat & lingua a vanis otiosisque verbis honeste temperatus. Nullam, ut talis ætas solet, carnalem amplectebatur lasciviam, perpetuam Virginis Filio mentis & corporis sui vovens ac conservans castimoniam. Divinæ legis præcepta, docente eum intrinsecus Spiritu sancto, intentissime legebat, legendo intelligebat, intelligendo conservabat, conservando summa mentis alacritate, quantum in ipso fuerat, operibus adimplere satagebat.

omnibus sensim ac virtutis donibus

7 In templo Domini crebro aderat, ac laudes supernæ Majestati pro modulo suo devoto celebrans, in conspectu Domini sabaoth, velut alter Samuel, simplici mente ministrabat. Operabatur hæc in illo ineffabilis Christi bonitas, qui & linguas infantium facit disertas, & cujus gratiæ nulla est expers ætas. Tali morum habitudine Christi tirunculus florem perdulcis suæ pueritiæ nobiliter adornabat, & jam in teneris annis fructum futuræ probitatis evidenter præsignabat. Quis ergo cælestis magisterii gratiam in eo non veneraretur? Quis, inquam, tam docilem & tam bonæ mentis puerum ulnis carissimi amoris non amplecteretur? Crescebat itaque Uldalricus, amborum parentum lætitia, decus & ornamentum, generisque sui insigne quoddam margaritum.

egregia indoles

8 Puerilibus igitur annis simpliciter & innocenter transcursis, postea quam divino fonte philosophiæ satis abunde potatus videbatur, in terreno terreni Imperatoris palatio ille summi Regis miles manere jubetur. Ipse vero, licet secundum regiæ voluntatis arbitrium palatinis * hominibus esset associatus, nequaquam tamen vel illic, ab illo cordis sui inhabitatore, videlicet Spiritu sancto, est derelictus; qui suæ disciplinæ vernaculum, tametsi cum habitantibus Cedar commorantem, ab omni pollutionis fæce, qua id genus hominum contaminari consuevit, misericorditer custodivit; quia in ipso æternaliter habitare decrevit. Actus quippe sui alumni, & aspirando prævenions, & adjuvando subsequens, gressus illius in viam salutis direxit; eumque infra recti itineris tramitem ambulare perdocuit.

Deserto philosophiæ studio,

** al. aulicis.*

9 Nam, quod revera spirituali gubernatione

Digitized by Google

A ne ab illicitis actibus custodiretur per bonos mores, quos in palatio positus ostendit, facile perpenditur. Avaritiæ etenim pestis, & honoris ambitio, quæ aulicorum mentes suæ pestilentiæ tabe graviter solet corrumpere, illius animo *propriæ* perditionis virus nequaquam valuit infundere. Non illum congregandarum divitiarum solicitavit cura, quas perplures in magna possident penuria. Quid mirum, si terrenarum rerum facultates non laboravit conquirere, qui per illarum largitatem nullius dignitatis apicem conabatur ascendere? Mundi namque gloriam virtutis pede calcavit: sed & auram favoris humani spernens, ejus delectamentis inflari omnimodo refugit. Nulli unquam se prætulit; nullum despexit; nullius prosperitati invidit: propter quod bonis omnibus non immerito complacuit.

ex Mss. in aula degens, sed ab aula illecebris longe

10 Regia quoque sublimitas suas venerabili Viro non negabat amicitias; & quoniam eum honestius ceteris conspexit vivere, sua dilectione digniorem judicavit fore. Honorabat in eo religiosi habitus compositionem, & innocentis vitæ laudabilem puritatem. Quid vero de gloriosæ Reginæ dicam devotione, quæ famulum Christi speciali dilexit affectione? Illius etenim delectabilium morum conventa suavitate, suis eum obsequiis voluit adhærere: felicem se credens fieri, si talis personæ aspectu, auditu & servitio mereretur perfrui. Nec dubium est, nobilissimam imperii consortem, videlicet Agnem *b*, * multum ex assidua illius familiaritate profecisse, in cujus vita & admonitione recte vivendi formam poterat invenire. Nam Vir Deo carus, officio Reginæ instans devotus, solitam animi sui servabat constantiam, curialis incontinentiæ omnino fugiens & execrans lasciviam. Studebat magis religiosæ gravitati, quam vanæ curiositati; plus volens humiliari, quam aliquo superbiæ vento inflari.

declinatur ad feroitium Imperatricis;

B

b

* *al.* Agnetem.

11 Curabat & amplius mentem suam sanctarum virtutum ornamentis decorare, quam corporis suis marcessibilem florem immoderato pretiosarum vestium luxu foris dealbare. Cum vero, ut solebat, in regio comitatu iter agebat psalmis & orationi frequenter vacabat, quoties opportunitas loci se ullatenus obtulit. Die noctuque ecclesiæ limina infatigabiliter frequentavit; nec corporis lassitudini voluit aliquando parcere, dummodo cœlesti suo Imperatori debitæ servitutis pensum vigilando, psaliendo & orando non tardaret reddere. Multa præterea in palatio consistens puræ innocentiæ & sanctæ simplicitatis demonstravit exempla, quibus cunctos tam ad sui venerationis amorem, quam ad melioris vitæ provocavit instituta.

nihil de solida pietate remittens.

C

ANNOTATA.

a *Fuit is* Henricus Niger, *anno* 1046 *exunte, festo natalis Domini Romæ coronatus cum Agnete, uxore sua.*

b *Observa hic, Agnetem istam fuisse sororem* Wilhelmi VII & VIII, *Comitum Pictavienſium & Ducum Aquitaniæ: atque ex gestis piæ hujus Principis satis patuisse, quantum profecerit ex monitis S.* Udalrici. *Sane magnam laudem paucis ipſi Principi tribuit* Bertholdus Constantiensis, *continuator Hermanni Contracti, sic inquiens:* Agnes religiosissima Imperatrix, jam ex annis in viduitate Deo devotissime serviens, nec filio suo Henrico contra Apostolicam Sedem in aliquo consentiens, Romæ requievit in pace, sepulta Romæ in ecclesia S. Petronellæ.

CAPUT II.

Mulierem a calumnia liberat, visit loca sacra; gentilium furorem evadit; Romam proficiscitur; monasticum amplectitur institutum.

Post hæc autem patruus præcellentissimi Viri, Nilo *a* nomine, qui pontificatum Frisingensis rexit ecclesiæ, hunc Beatum ad suæ diœceseos urbem invitavit, ac in diaconatus gradum solenniter eum promovens, fidelem Christo ministrum constituit. Quo in loco positus, quæ sapientiæ suæ quæve piæ miserationis ostenderit indicia, subsequens aperiet pagina. Quædam femina Ratisponensium partibus oriunda, detestabili quodam crimine, licet falso, est accusata, quæ dum se de impositi facinoris nexa deberet expurgare, peccatis suis impedientibus invenitur tamquam rea in judicii probatione. Tantam igitur confusionem non ferens, patrios fines clam deserit, & Frisingarum partes fugæ suæ latibula delegit. Sed nec ibi diu latere poterat, quam fama vulgante suus, Ratisponensium scilicet Præsul, illic abscondi cognoverat. Suscepit itaque Frisingarum Pontifex coepiscopi sui litteras, pro infamata & adhuc negante muliere examinanda sibi directas, qui quomodo de incognitis sibi causis præsumptuosum erat definitam proferre sententiam, culpam vel innocentiam illius judicio statuit esse manifestandam.

Ad liberationem promotus a

D

E

13 Rursus ergo miserabilis femina examinationi subjicitur, subjecta labitur, lapsa pallet, trepidat & angustiatur. Verum quia propria conscientia eam excusabat, iterum negationibus perseveranti animo instat. Quid enim faceret, quidve consilii caperet, penitus ignorabat. Cujus discussioni cum noster Udalricus interesset, videretque infelicem illam fluctuantem gravi metu anxietatis, tenerrime compatiebatur ejus miseriis, motusque est super illam, ut Salvator quondam super mulierem pro stupri reatu lapidandam, vel ut Daniel super Susannam. Quapropter evocans eam seorsum a ceteris, hortatur, ut Domino puram confessionem faciat de peccatis suis, ne qua apud eam culpa indiscussa lateat, quæ ad comprobandam innocentiam ipsius obsistat. Cui confitenti quædam commissa, quæ nondum alicui detexerat, minister Christi, licet minime adhuc functus presbyterii officio, remedium pœnitentiæ indixit, & sic ad judicium remisit. Illa vero secura intrepidaque, accedens, libere se expiavit; ac sic consilio & auxilio Viri Dei, patriam, domum, maritumque læta revisit. In hoc facto beati illius consiliarii pietas collaudatur, meritum extollitur, fama magis ac magis augetur.

mulierem falso accusatam liberat.

F

14 Per-

Digitized by Google

Præpositura admotus, velle illo officio fungitur.

A 14 Perpendens itaque Antistes sapientia & spiritus discreptione suum pollere nepotem, curam illi commisit præposituræ, ut qui se ipsum sapienter & honeste videbatur regere, aliis jam digne posset & sciret præesse. Sed ille Beatus, cujus honor fuerat Christus, hujusmodi prælationis regimine suscepto, tantum in se est humiliatus, quantum super alios exaltatus. Scriptum namque scivit: Quanto major es, humilia te in omnibus. Et ut certius demonstraret, non proprium honorem, sed commissi sibi gregis utilitatem solicite se per omnia quærere, canonicam disciplinam, prout melius potuit, firmare, sapienterque cœpit disponere. Fratribus suis necessaria vitæ providebat, & sicut corporis fragilitati carnalem, ita spiritalem cibum languori animarum eorum, bene vivendo, & recte docendo administrabat. Quodam etiam tempore cum, acerrimæ famis incumbente periculo, multarum habitatores regionum gravissime premerentur, Augusto Longobardiam indeque Italiam, hoc comite proficiscente,
B fratres ipsius, communibus rebus pro relevanda penuria distractis, non modice tribulabantur. Quo cognito, vix post multas preces impetrata ab Imperatore licentia, festinanter redit; & prædiis suis in pignore positis, non solum sui gregis, sed & aliorum necessitates prompto animo relevavit. O virum benignissimum, o patrem familias liberalissimum! qui idcirco terrenas divitias membris Christi sine cunctatione hilariter erogabat, quia æternorum copias thesaurorum sitienter affectabat.

Proficiscitur Hierosolymam;

15 Tandem aliquando, propulsa famis inclementia, famulus Dei, qui quotidie bonorum operum gressibus cælestis Jerusalem curiam festinabat intrare, collecta non modica pecunia, terrestrem Jerusalem, Dominicæ passionis triumpho insignitam, disponebat adire. Anxietates ac labores, quos in eadem via pertulit, videlicet in asperitatibus itinerum, in periculis hominum, in procellis fluminum compendiose prætereo, ne prolixitas narrationis lectori fiat fastidio. Verum hoc minime tacere debeo, quod omni die,
C priusquam equi dorsum sederit, Davidici carminis dulcedinem ex ordine recitaverit. Confecto igitur itinere, ubi sanctæ Civitatis portam attigit, tamquam sibi, velut alteri Moysi, Dominum dicentem audiret: Solve calceamentum tuum; locus in quo stas, sanctus est; Dominicæ dormitionis sepulcrum humiliter discalceatus adiit. Quæ ibi lacrymarum flumina, quas preces, quæ suspiria dilectissima Deo anima ex intimo profuderit corde, cujus facundia valeret edicere? Num se a fletus continere posset effusione, cum loca, Christi vestigiis consecrata, signis ac virtutibus illustrata, passione glorificata, oculis conspiceret, pedibus calcaret, mente delectabiliter consideraret.

loca sacra summa devotione adiens;

16 Ibi quippe sinceriissimo lacrymarum fonte maculas suæ mentis satagebat abluere; de præteritis ac præsentibus delictis veniam, de futuris poscens cautelam; ibi, inquam, orationum suarum aromatibus vulnera Salvatoris nostri flebiliter inunxit, non dissimili devotione sanctarum Mulierum, quarum fides, comparatis unguentis, corpus Domini Jesu in sepulcro requisivit. Inde verus noster Israelita, corpore quidem non animo deserens civitatem gloriosam, Bethleem petiit, Christi nativitate dedicatam. Illic ad præsepe Domini, thesauris ditissimi sui pectoris apertis tria Magorum mystica munera, etsi non re obtulit, tamen typice, Dei filium, Regem regum, verum sacerdotem, ex assumpta carne confitens mortale, summo Patri coæternum, per ineffabilem Deitatis majestatem. Ex mss.

Jordane ablutus,

17 Deinde ad Jordanis fluenta, in quibus Salvator mundi delictorum nostrorum lavit crimina, exutus vestem, parum descendit in amnem. Cumque pro sui desiderio ablutus, littoris tenere: soliditatem, vix jam vestitus, videt eminus profanam quamdam gentilium turmam, ad se suosque volantem, armis, vultu & clamore truculenter minitantem. Quibus super se ruentibus, servus Christi, licet palmam martyrii desideraret in mente, fugæ tamen se cum sociis credidit, carnis fragilitate impellente. Unus autem ex hostibus violentius imminens fugientibus, * Udalricum nostrum magni molem lapidis in dorsum projecit, & in cujusdam foveæ profunditatem, quæ forte inibi fuerat, simul cum equo præcipitem dedit. Quid tum Dei
E Athleta faceret? Solus remanserat; nullus ei ex suis comitibus aderat; quippe quos hostilis furor longius abegerat. Verum ille totam spem suam divinæ protectioni committens, illis jamjam appropinquantibus, timorem passionis, quam sibi imminere non dubitavit, abjecit, [& ad toleranda mortis supplicia viriliter se accinxit.

* Suppl in.

gentilium furorem evadens.

18 In tali discrimine posito, tu, fortissime Deus, mature subveniisti famulo tuo: tu qui Judæos, ad te capiendum venientes, unius vocis terrore retro cadere fecisti, istos nunc potentia tuæ fortitudinis ab amici tui perditione prohibuisti.] Subito enim perterriti rediere, & tuo imperio ab ejus persecutione cessavere. [Servasti Domine militem tuum adhuc altioris vitæ gradum ascensurum; servasti eum, legem mandatorum tuorum adhuc perfectius completurum; servasti, inquam, illum ad multorum salutem, qui
F postea doctrina ejus, exemplo ejus, moribus ejus ad tuam fuerant convertendi servitutem. Gentilibus igitur redeuntibus,] conviatores reverendi Viri celerius repedantes, de fovea eum extraxerunt, cœptumque iter perrexerunt. Verum quia castus amor Sanctorum Deo satiari nescit, Beatus iste religiosæ mentis desiderio nondum satisfactum existimans, Ascensionis Christi montem adiit, ibique in convalle plorationis ascendens, venturo Judici se totum commendavit.

Inde Girmaniam repetit;

19 Peragratis itaque quamplurimis locis, quæ corporalis Redemptoris nostri præsentia consecraverat, ad suæ habitationis solum remeat: quod perveniens, patruum suum, Frisingensem Pontificem, defunctum reperit, & non solum episcopali curæ, verum etiam suæ Præposituræ alium præesse cognovit. De morte Episcopi, etsi secundum spiritum contristari nollet, secundum carnem tamen se imperare non potuit, quin doleret. De munere autem dignitatis, quo absens est privatus, ideo non est conturbatus, quia quod habitum non magnopere dilexit, id sibi ablatum fuisse æquanimiter tulit. In magno

Digitized by Google

sanctitatis ejus famam non moribus, sed lachrymis imputant, præsentique incredulitate præterito se errori implicant, neque adduci possunt, ut ipsius beatitudinem, depositio odio, sincere æstiment. Verum sacra ejus oppidulo orta, toto pene terrarum orbe fulserunt, cultusque ipsius primum a civibus exceptus, paulatim in commune prorepsit. Cujus tam vitæ, quam miraculorum virtutem privatim Othoniensibus venerandam, publica etiam religio consecravit. Sed & cælestem ejus spiritum ad hoc usque tempus felix signorum fortuna prosequitur. Hinc est, quod Kanutus divini jam animi immortalitate potitus, ut terrestribus patriam patrociniis attollere studuit, ita cælestibus protegere non desistit. Ideoque sanctitas ejus, gloriæ & celebritatis fructu opulentissima, splendidum in Fastis locum obtinet. Quin etiam salutares effectus suos quotidianis administrat indiciis, malitiamque patriæ beneficiis pupsat. Nam virtutum ejus insignibus omnis ætas Danica gloriabitur. Talibus illustrationis radiis Sanctorum satis clarescit erogatur, cum cælesti beneficio mortalis livor opponitur.

Nicolaus pro Olavo fratre catenas induit, ut his Kanuto succedat.

13 Interfecto Kanuto, Juti iniquæ societatis pertinacia singularem Olavi gratiam amplectentes, creari eum Regem alacerrimis petivere suffragiis: hunc sibi plurimum gratiæ relaturum sperantes, cui tanto regnum discrimine quæsivissent. Neque ejus fratribus hunc honorem eximio Kanuti amore suspectis erogandum duxerunt. Igitur pecunia pacta, Nicolaum communem tam præteriti quam futuri Regis germanum, vadem pro ejus redemptione dederunt, receptoque regnum imponunt. Nec parvum Nicolaus fraternæ charitatis specimen edidit: siquidem fraternas induere catenas, suisque vinculis germano regnum emere non dubitavit. Quod audiens Ericus, contumeliæ memor, quam ei communis fratris jussu inflixerat, ultionis metu cum conjuge Botilda, quæ Ulvoni Gallitiano ex filio Trugoto neptis obvenerat, Suediam petivit. Dani vero, collato certatim ære pro sponsoris reditu, pactam creditori pecuniam numerarunt. Quem Flandrensi custodia liberatum, infesta parricidis fortuna veluti cladem aliquam nostrorum abundantiæ ac fertilitati injecit. Nam cum Dani novi Regis initiis applaudentes, pristinæ ruinæ procacius insultarent, criminosis semper infensa divinitas, ne diu scelus impunitate floreret, petulantiam penuria rependere voluit, communique inopia, publicis parricidii victa exegit piacula. Ut enim non in singulos modo, sed universos animadverteret, summa aeris intemperantia annorum, quibus Kanutus regnum gesserat, numerum adæquavit, cælestique robore humanæ vi majorem edidit ultionem. Quippe veris æstivique temporis fervore satum omne coaruit: autumnale vero adeo pluvium fuit, ut si quid locorum humiditate palustrive madore alicui sucrevisset, perseveranti imbrium inundatione deciderit, quamquam contrarium cæli habitum humanæ commoditatis ratio flagitasset. Igitur opportuno solstitiorum humore caruit, eumdemque sine modo profusum, siccum amans Sextilis excepit. Tunc plane camporum facies cælestibus imbribus inundata, late patentis stagni speciem præbere conspecta est; ita quod messas ægre genuit, autumnus oppressit: tantaque temporum intemperies extitit, ut nec imber æstum leniret, nec æstus imbris illuviem temperaret. Quin etiam agrestes, aquis campos tegentibus, supernatantia spicarum capita demetentes, naviculis excipiebant, ac deinde putres aristarum reliquias fornacibus igni percalefactis exsiccandas mandabant: sicque eas molæ subjicientes, quia panem præstare non poterant, in usum pultis vertebant. Quamobrem tanta ciborum penuria incessit, ut maxima populi pars, alimentorum inops, inedia consumeretur.

famem aeris intemperies & fames in Dania pluribus annis.

15 Ea res locupletes inopia, pauperes morte mulctavit: majoresque ære, minores spiritu spoliavit. Nam divitum populus, non suppetentibus alimentis, auro argentoque salutarem comparavit impensam: pauperum vero gregem, tam census quam dapis inopem, horrida passim fames absumpsit. Rex ipse ad ultimam tabem adactus, plurima fruge latifundia permutabat, agrisque venire jussis, alimenta possessionum pretiis comparabat. Nobilibus in eumdem usum ingenuitatis insignia erogare, robori non fuit. Enimvero abunde seges finitimis erat, ut privata generis, non publica terrarum ultio videretur. Quæ tam dira clades convictum populi animum, sanctitatem, quam antea detrectaverat, fateri coegit, deque celsitudinis ejus contemptoribus veneratores effecit. Sane tam evidens pœna, aliis fruge abundantibus, Danis privatim ingruens, & parricidarum noxam, & perempti innocentiam liquido argumentata est. Hanc pestem Sueno Pontifex, cujus summa apud Danos auctoritas erat, populo parricidii pœnitere præmonito, incessuram prædixit. Quippe in plebem pius, in Deum venerabilis habebatur, religionemque attentiore cura, concionesque præstantiore facundia celebrabat: ita favore omnium occupato, arcem in nostros auctoritatis atque eloquentiæ fastigium possidebat. Subjectorum mores non solum dictis, sed etiam serenissimis operum informabat exemplis: nec voce, quam mente, concinnior fuit. Idem perfecta Trinitatis æde, in exædificando ejus ambitu Kanutum religiosi operis socium habuit. Nec minorem in exstruendis Mariæ sacrariis operam gessit. Quippe unum in urbe, alterum Ryngstiadis enixe molitus, tertium Michaeli Slagosiæ condidit: adeo se sanctorum penetralium singulari cultu flagrare monstravit. Nec domestica sanctitate contentus, augmentum ejus foris petere, arrepto peregrinandi labore, constituit. Cumque Hierosolymam proficiscens, Byzantium perveniisset, contracta varii generis ornamenta, cum sacrorum cinerum reliquiis in necessarios usus domestici templi remittenda curavit. Sed cujus Græcia pietatem vidit, mortem Rhodos aspexit. Iisdem fere temporibus, absumpto Richaldo, Ascerus, morum generisque splendore eximius, Lundensi potitur sacerdotio. Olavus cum bis pene lustrum regnando condidisset, inter continuas rei familiaris angustias, nihil regali magnificentia dignum exequi poterat.

Olaci pœnitentia & obitus.

16 Sed & finitimi, facto paupertatis ejus contemptu, famelicum ferro incessere robur loco duxerunt, rati inediam armis obrui non

A non oportere, neque divinitus afflictum, humanitus premi, aut cœleſtium vindictam mortalium viribus exaggerari; cui enim invidioſum exiſteret regnum, contemptiſſima tot annis inopia profligatum? Cum Rex divinum Natalem celebrans, pane in domo non ſuppetente, jejunos circumquaque penates aſpiceret, erubeſcenda menſarum inopia magnopere confuſus, obducto manibus capite, ſuffuſoque lacrymis vultu, per ſummam animi ægritudinem temporis difficultatem gemitu proſecutus eſt. Sane tantulam dapem tot convivis apponi deflevit, contemptiſſimam famem honoratiſſimæ lucis ignominiam judicans. Qui mihi alienam ſpecie, ſuam re vera deploraſſe videtur inopiam. Deinde ſupplicatione habita, ſuperna contuitus, auctorem omnium Deum, ut ſiquid iræ adverſus populum concepiſſet, ſuo, non ejus periculo ſatiaret, oravit, infeliciſſimum patriæ ſtatum, difficilimum temporis habitum æſtimans. Quippe tam inops epularum convivium, quo famem inſtruere potius, quam pellere videretur, principum oculis ſubjicere erubeſcebat. Nec difficiles numinis aures habuit; ſiquidem celerem fati viam obtinuit, ſibique mortem, ſalutem patriæ, (ſiqua modo parricidis virtus ineſt) pia prece conſcivit, ingenuoque vivendi pudore, maximæ cladis pœnam avertit. Itaque memoriæ ejus ſpecioſius depoſita vita, quam geſta adſcribi poteſt, qui fatum patriæ finiendi ſpiritus cauſam habuit. Porro quantum caritatis erga ſuos cordi inſitum haberet, aperuit, cum & eorum mala proprio capite luere vellet, & commune periculum ad ſe ſolum redundare depoſceret. Nempe quia ſuam pro civium ſalute devovit, pii animi titulo fraudandus non eſt. Fortuna ſiquidem famem cum auctore ſuo pari funere extulit, inediamque ſatietate mutavit. E

ex msſ.

B

DE S. UDALRICO CONFESS.

ORDINIS S. BENEDICTI

IN MONASTERIO CELLENSI BRISGOGIÆ IN GERMANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§ I. Monaſterii Cellenſis conſpectus; viciſſitudo; primordia.

CIRCA ANNUM MXCIII.

Tomo tertio Aprilis, die XXVI, *e pag.* 424, *actum fuit de S. Trudperto Martyre, eremita in Briſgoia; ejuſque occaſione Commentarius prævius in ipſo ſui exordio ſuppeditat brevem deſcriptionem monaſterii Trudpertini, quod jacet in dicta Briſgoia, inter illuſtres magnæ Germaniæ regiones ad dexterum Rheni latus uſque Herciniam ſeu Nigram Silvam extenſa, ſub Auſtriacorum antiquiſſima poſſeſſione Alſatiæ ſuperiori contermina, ac Conſtantienſis diœceſis juriſdictioni ſubjecta. Haud procul a laudato monaſterio abeſt locus, in quo cœnobium Ordinis S. Benedicti, a* S. Uldarico, *ſuo quondam fundatore, habitatore ac præſide, cujus hic illuſtramus acta*, Cella S. Udalrici *appellatum, ejuſdemque, dum viveret, virtutum ac miraculorum ſplendoribus; dum autem vivere deſineret, ſanctimoniæ odore ad ingentem nominis celebritatem evectum. Sive vero mutata nominis efformatione modica, cum dixeris* Vuldaricum, Wldaricum, Ulricum; *unum eumdemque ſanctum expreſſeris.*

Monaſterii Cellenſis, non procul a monaſterio Trudpertino in Briſgoia ſiti

C

2 *Franciſcus Petrus, canonicus regularis Ordinis S. Auguſtini in recentiore opere, cui nomen* Suevia eccleſiaſtica, *nonnulla collegit a pag.* 801, *quæ ad majorem loci prædicti explanationem proluliſſe, non abs re fuerit. Et quod ad loci ſitum ac ſtatum vel recentiorem vel modernum attinet, memoratus auctor graphice illos exhibet ex Bucelino, oculata ejuſdem inſpectione, qui in ſua Conſtantia Benedictina, Ms., ut vocat, tom.* 3, *part.* 1, *ita loquens inducitur:* Situm loci adhuc memoriæ tenemus, cum ex divi Trudperti aliquando ipſa divi Udalrici ejuſdem annua memoria eo peregrinaremur, impreſſum. Dignum revera *cœnobium* majori frequentia, quod hodie vix unicus, ſummum duo ex divi Petri Herciniæ patres incolunt, Prioratus etiamnum titulo inſigne & ſanctitatis reverentiam præ ſe ferens, & vel ſacrorum negligentoribus (experti loquimur) ſacrum quemdam honorem * incutiens. *Verum uti in aliis rebus humanis uſuvenire ſolet, ſuam viciſſitudinem hoc cœnobium ſubivit. Etenim, ut proſequitur idem ſcriptor,* non multis ante eum, quo inſpexeramus, annis, incendio vaſtatum, dignitatis gloriam perdiderat. Quod eo, *inquit*, doluimus magis, quo plura ejuſdem veſtigia & rudera ſpectabamus.

ſtatus recentior ac viciſſitudo;

* horrorem.

F

3 Sacer ambitus, brevi ambitione per quadrum cluſus, ignibus ſuperfuit, pulchellulis ſecto lapide columellis; & intercepta area, exigua licet, fontem tamen ingentem habet, ſeu fontis potius exceptorium, ſuperſtite jam multos annos aqua, nec, quam oportuit, promota aut curata. Grandi mole unico exciſus lapide, ad æternitatem duro, ampliſſima peripheria, ſed modice cavata, aquam excipit. Circumambiunt extimam rotunditatem quatuordecim ſtatuæ, priſco artificio, profundo labore lapidi commiſſæ. Harum duodecim Apoſtolos, binæ ceteræ, ni fallimur, hominis Dei Parentiſque Virginis effigies referunt. Contiguum xyſto templum, nulla re pretioque nobilius, quam divi Ulrici, Cluniacenſis monachi, corpore fuit; hodie ſepulcro ſolo & viduo editur *: quod Cluniacenſes, cum loco cederent, ſacras ſuorati exuvias credantur. Quidquid ita ſit, & divo Udalrico ſit dives templum, quod alio [loco] fuerit conditus, quam ejus extaret tumba, ne direptioni tantam per ſolitudinem pateret; multis tamen divum corporibus, eorum præcipue, qui Udalrico convixere, felicem eſſe, nemo dubitaverit: quorum nos etiam per abſentiam modo noſtram, adfectu tamen terræ tam beatæ adfixi, ſacra pignora veneramur, &c.

a Bucelino, oculato teſte, deſcripto.

* videtur

AUCT. L. P. *Præsens loci status;*

4 *At præsentem loci ipsius statum breviter exhibet Amplissimus Georgius Gelferus, e cœnobio suo Villingensi scribens, in litteris, de quibus in fine hujus Commentarii, ita loquens*: Olim sanctiorem vitæ portionem transegit *S. Udalricus* in Prioratu, nunc ejus nomine insignito, & duabus circiter leucis Friburgo Brisgoviæ, qua meridionalem Herciniæ in plana subsidentis plagam spectat, abjuncto. Is prioratus, sub exitum fere sæculi superioris a Cluniacensibus derelictus, nostro cesserat monasterio; sed a nostris Majoribus ob magnas vexationes & exactiones, ejus nomine monasterio nostro indictas, sponte dimissus, cœnobio S. Petri Herciniæ Silvæ, itidem nostri Ordinis unitus est. Porro S. Udalrici sepulcrum visitur etiamnum & honoratur a circumjectis locis: nec pauci salutem inde reportant.

loci prædicti primordia,

5 *Primordia sæpe dictæ loci idem Franciscus Petrus altius repetens, tradit sequentia a dicto pag.* 801, *quæ alibi verbatim non invenio:*

B Nuspiam fida divo Ulrico statio, nuspiam diuturna; quam cum tandem in Brisgovia consideret: quamvis nec ibi principio esset; donec mutato secundum loco, aptiorem reperisset. Geraldum, condito in Rimsingen cœnobio, ab divo Hugone præfectum superius dictum est; sed negligentis sive [non] curantis, & fructu nullo, excipere vices Udalricus destinatur. Accepit provinciam, inspectoque curatius loco, divinis ineptum servitiis & commodis monachorum necessariisque adversum deprehendit. Ergo bona Hessonis, qui condiderat, venia, Groningam, nobilem tum temporis vicum, concessere. Sed uberem cetera & aptum omnino locum inquies palatina & frequentia procerum turbavit, ut denuo adito Hessone licentiam Udalricus mutandi rogaret, & qua aptius videretur, immigrandi. Annuit pientissimus dynasta, perque se liceret, quidquid liceret, Udalrico spopondit. Lætus promisit ille vicina circum obire nemora, lustrare oculis omnia, quidquid cœnobio condendo deligeret, solicitus dispicere, quid averfaretur, ponderare. In montana denique penetrans haud procul divi

C Trudperti Martyris asceterio, in locum incidit, ex animi voto ac sententia opportunum, densis undique silvis tutum, nullis adversantium aut propius advolantium turbis inquietum; grata tamen rivulorum inundatione fœcundum, ipsaque sui facie & compositione nec non situ pulchrum & salutarem: quo illico cum suis immigrare decrevit, immigravit. *Sequentia fere in Vita Mabillonii & nostra.*

& structura

6 Assensere ægrius principio collegæ, loci tædio & solitudine absterriti. Evicit tandem optimi amor Patris, & qua præcederet, sunt consecuti. Constructurus autem monasterium cum religiosis fratribus, prælato sanctæ crucis signaculo, locum structuræ fabrilis perlustrans, ac precum vota suppliciter persolvens, ipsum aqua sanctificationis consecrat. Ipse quoque ad fundamentum ponendum primus terram sarculo aperit; deinde exemplum magistri discipulorum devotio subsecuta, terram certatim egerit. Hæc idcirco commoravimus, ut præsentes & subsequentes semper habeant in memoria, in quanta sanctitate & religione prefati loci surrexerint primordia. Cum tandem sub magna rerum penuria ejusdem ecclesiæ ædificium esset consummatum; in D honore Apostolorum Petri & Pauli constat esse dedicatum. *Ex ultimis hisce verbis liquet, verum esse, id quod asserit laudatus Suevia ecclesiastica auctor, monasterium hoc, de quo loquimur*, primum SS. Petri & Pauli nuncupatum; *quod* hodie S. Udalrici *nomine appellatur.*

quo anno facta;

7 *Prædictam vero primæ sedis mutationem anno* MLXXXVII *illigandam esse, discimus ex chartario Cluniacensi apud Mabillonem in Observationibus, vitæ Sancti præviis, sæc.* VI *Bened., pag.* 780, *num, ubi refert, legi in charta, num.* 716 *signata*, Ulricum, Priorem de Grunningen, *acquisivisse a Burcardo Episcopo Basilcensi*, data recompensatione, locum, qui Cella dicitur, in Silva Nigra, in comitatu Herimanni Comitis, in pago Brisgowiæ; ubi solent nives per declivia montium in vallem, ubi situs est, delabi. Data anno MLXXXVII, Indictione X, Nonis Junii, *appositis testibus* Bertholdo Duce, Comite E Herimanno & *aliis*.

quanta monachorum ibi ductu penuria.

8 *Cœnobium pluries memoratum non æquali semper nominis fama claruit, sed abbatiæ Herciniane subditum, atque in ejusdem corpus adscitum fuit, cœtu monachorum ad exiguam paucitatem diminuto. Certe ad obscuritatem redactum fuisse locum, memoriæ proditum legitur in citata Bibliotheca Cluniacensi fol.* 1742, *quæ idem etiam supra dictus Suevia ecclesiastica auctor operi suo inseruit, quibus sic inscribitur iste locus*: Prioratus de Sella, alias S. Ulrici in Nigra Silva, diœcesis Constantiensis, ubi debent esse, Priore computato, septem monachi, & debent ibi celebrari quotidie duæ Missæ, & debet fieri eleemosyna bis in hebdomada, & quotidie transeuntibus. *Visum est Prioratus istius ampliorem notitiam hic pertexere non tam ex merito argumenti, quam ut locus obscurior illustretur, aliunde fortasse vel nullo modo vel saltem non æque facili illustrandus.*

Alia Cœnobia

9 *Præter hoc cœnobium, a Sancto nostro conditum, alia duo constructa fuisse, docet Vita; unum quidem in monte Rotgeri seu Lotgeri, traditur ibidem num.* 40; *quo, post devoratas plurimas difficultates & superatas æmulorum calumnias, ad finem perducto, rediit Cluniacum. De altero nos instruit eadem Vita a num.* 53: *cujus relatio explanari poterit ex Francisco Petro, qui primævam ipsius loci fundationem* alicubi taliter annotatam *testatur: quam transcribo ex ipsius fide: cum alibi reperire non potuerim:* Sub hoc *(circa annum, ut signat,* 1072) tempore Hesso, vir nobilis (non ille de Usinberg, qui Ottonem Habspurgicum Uttenheimii interfecit, quadraginta pene post annis, quod nonnemo suspicatur; neque filius ejus; cum nostrum improlem ex eo conjiciamus, quod possessiones suas & prædia Cluniacensibus delegarit) & per Brisgoiam potens in ditione sua & sedibus avitis loco Rimesingen, hodie Rimsingen (hic enim contra Adelbertum inclusum sentimus, qui primum cœnobium, locum Groningam, cum secundum Anonymum, synchronon divi Udalrici, & ab familiaribus ejus rem plenius edoctum, alterum designare debuisset) molitur, evocatis Cluniaco, qui incolerent, monachis. Neque abnuit divus Hugo, supremos Cluniacensium ditator, viri religione & pietatis illectus, tum propagandi sacri Ordinis,

Digitized by Google

A Ordinis, & disciplinæ studio, quo præcipue æstuabat.

10 Missa monachorum colonia, Geraldum *a S. Udalrico (adiecta* alium item ab illo, qui divo Ulrico huic nostro antedicto Comes in Galliam & a singulari vitæ pietate tam laudatus fuit) præesse jussit, qui accepto in potestatem loco, possessione adita, non diu tamen præfuit. Ratam Gessonis donationem Henricus Cæsar id temporis habuit publicis litteris. *Quorum exemplar subjicit dictus auctor ex Bibl. Cluniac. desumptum fol. 526, ad ejus finem appositæ sequenti clausulæ*: signum Domini Henrici IV, Regis invictissimi. Datæ *litteræ* Wormatiæ IV Kal. Augusti, anno Dominicæ Incarnationis MLXXII, Ind. X, anno autem ordinationis Domini Henrici IV Regis XVII, regni vero XVI *. *Liquet ex dictis num. 4, per monasterium, munificentia Hessonis monachis Cluniacensibus in Brisgoiam accitis, fundatum* B *ac dotatum, non aliud intelligi debere, quam ipsum locum, quem* S. Udalricus *cum sociis suis priusquam Grunlugense monasterium construeret, inhabitavit, conformiter ad Vitam, numero 52 sic narrantem*: Qualiter vero beatum Virum, *S. Udalricum*, ad Alamannorum Brisgaugim videlicet partes, ad multorum salutem, per divinam providentiam contigerit pervenisse, cum omni gaudio & exultatione mentis, libet commemorare. *Et injecta mentione Hessonis num. 53, ita pergit*: Locus igitur quidam, in eadem regione situs, qui etymologiam sui nominis ex adjacentium camporum silvarumque virenti amœnitate ostendens, Gruningen dicitur, legitimo concambio facto cum Duce Bertholdo, cujus ditioni subjacebat, studio & industria clarissimi viri Hessonis, monachorum juris efficitur: qui quomodo regulari custodiæ aliquantulum aptior videbatur, constructis mansionibus, monachi illuc sunt translati; nec ibi, ut postea clarebit, stabiliter mansuri. *Hesso certe, ut præmiserat Vitæ auctor dicto num. 53*, cum habitatio, *prius ab eodem monachis Cluniacensibus assignata*, monastico proposito C minus idonea videretur, aliorsum vertit religiosam intentionem mentis, *comparate, ut vidimus, pro fundo Rumersingensi, alto vitæ monasticæ institutioni aptiore, Gruningensi: ubi Sanctus aliquantisper moratus, deinde migravit ad Nigram silvam, in cœnobio Cellensi, ibidem a se exædificato, vitæ, quod habebat, reliquum peraßurus.*

11 *Nec procul hinc aliud æternum Vir sanctus erexit, non minus solicitus, ut feminæ quoque sexui ad perfectionem religiosam aditum patefaceret. Quod ita tradit Vitæ auctor a num. 61.* Solicitus fuit, ut etiam muliebrem sexum faucibus antiqui hostis subriperet; unde in villa, quæ Bolesweiler dicitur, distans a monasterio *Cellensi* fere milliario uno, non solum eas collegit, quæ maritales delicias postponerent; verum etiam, quæ virginali decore candentes, cœlestis Regis sponsæ vocarentur & essent. Hæ sub utraque conditione sæculo renuntiantes, cum nitore castitatis accensisque lampadibus in adventum sponsi sui sese satagebant præparare; quatenus cum eo cœlestis aulæ thalamum mererentur intrare. *Quem vero præclare & solerter monasteriis, a se conditis* S. Udalricus *præfuerit, videri potest in contextu Vitæ. Quæ ut haud mediocriter comprobantur, quanta sancti Hugonis, abbatis Cluniacensis, cui suberat, de ipso esset existimatio, quanta ejus in rebus asceticis pertractandis peritia, summo spiritus, quo flagrabat, ardore roborata. Addita num. 63 & 64.*

recensentur.

AUCT. J. P.

§ II. Sancti obitus; cultus; ætas; consanguinitas; præclare gesta; miracula.

VErbis hisce, *ad calcem vitæ positis num. 92*, migravit autem venerabilis Pater 21 Idus Julii, *nec voluisse, nec potuisse auctorem designare alium diem, quam XIV Julii, usitata phrasi* pridie Idus Julii *nunc dici consuetum, puto esse indubitatum. Porro observat Mabillo, Sancti celebritatem agi a Cluniacensibus die X hujus, quo eum damus & nos, & quo pariter illum referunt Martyrologi Benedictini. Dorganius ita eum annuntiat*: S. Vuldarici monachi, qui in confessionibus audiendis, & morbis animi curandis mirabiliter enituit. *Wion verbis consonans, præmittens* in cœnobio Cluniacensi: *post nomen Sancti, adjungens*, discipuli S. Hugonis abbatis; *addensque, tabulas Cluniacenses nec non chronicon Ms. eodem die sancti Viri meminisse; quo Menardus quoque ipsum signat. Adde Ferrarium, qui in Catalogo Sanctorum, in Martyrologio Romano desideratorum, brevissime scribit*: Cluniaci S. Vuldarici monachi. *Apud Mabillonem in titulo Vitæ scribitur* in Nigra sylva Constantiensis diœcesis corporaliter quiescere: *unde translatum vidimus n. 3. Nos in titulo, huic Commentario præfixo, eum consignavimus in monasterio Cellensi, loco pluribus titulis ipsi debito.*

Sanctus alio die obiit, alio a Martyrologis referitur, & celebratur.

E.

13 *Ad cultum Sancti stabiliendum facit collecta cum psalmis ac versiculis, quam subnexuit Mabillo Vitæ, a se edita cum hoc titulo*: Ad aquam beati Udalrici benedicendam. *Tum subditur psalm.* Deus misereatur nostri: *& psal.* Domine, ne in furore tuo arguas me. v. *Y.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. Oremus. Deus, cujus potentia beatus Udalricus, confessor tuus, aquam benedixit, infirma ægrotantis membra humiliter lavit, & incolumem abire permisit, benedicere, mundare & sanctificare digneare hanc creaturam aquæ, ut omnes ex ea loti, vel humiliter sumentes, expulso omni morbo contagioso, infusoque tuæ benedictionis ministerio, mereantur in corpore & anima plenam accipere sanitatem. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, &c. Benedictio Dei Patris †, & Filii †, & Spiritus Sancti † descendat super hanc creaturam aquæ. Amen.

cujus cultus stabilitur ex benedictione aquæ S. Udalrici.

F

14 *Laudatus Wion in Annotatis ad Martyrologium suum Benedictinum censet*, S. Udalricum *floruisse anno* MC. *Mabillo in Observationibus subscribit Bucelino, cum scriptoribus Germanis ejus mortem signanti paullo post annum* MXCII: Id enim, *inquit Mabillo*, ex ejus vita & antiquis chartis *Cluniacensibus* colligi posse videtur. Etenim Udalricus anno MLXXXVII dimissa Gruninga, ubi aliquot annis cum suis sociis confederat, Cellam adiit, & ibi monasterio pro se suisque monachis exstructo, aliud pro mulieribus excitavit, ac demum post duos excitatis annos abiit in cœlum.

De ejus anno mortis & natalis

Quæ

A Quæ sane omnia intra sex annorum spatium vix complere potuit. Quare mortem ejus ad annum circiter MXCIII potius revocandam esse censemus. *Atque ut de natali ipsius anno statuas: aliquem eum posse seculo* XI *aliquantulum inchoato; id argumento est, quod in senectute bona plenusque dierum vitam clauserit, uti liquet e Vita num.* 76; *ubi iter faciens, frigoris asperitate* adeo *traditur* obriguisse, quod vix vel vocem edere, vel labia movere potuerit, *donec* SENIOR, *uno cliente se comitante, subsequitur*, ac domum intrans, ab obsequentibus sibi juxta loci incendia collocatur; *alibi dicitur, biennio ante mortem caecutisse; ipse malo viros aetate florentes ac viribus integros varius corripere consueto.*

ANNOT. J. P.

15 Accedit eo, quod in monasterium Cluniacense secesserit, postquam annis aliquot in aula Imperatoris exactis, vita & admonitione *Imperatrici* rectæ vivendi formam tribuisset; *id quod non cadit nisi in virum, aetate & moribus maturum; praesertim cum vitae monasticae institutum non fuerit aggressus, nisi post abdicatam* B *ecclesiae Frisingensis praepositurem, institutum iter Hierosolymitanum, in proprio fundo nequidquam tentatam monasterii aedificationem, ac salutata sanctorum Apostolorum limina. Et sic habes plurium annorum seriem & sancti Viri senectutem, ut ex ea de exordio ejus vitae ac pueritia aliquo usque statuas. Quin & in proemio, quod opusculo suo de Consuetudinibus Cluniacensibus praefixit, fatetur ipse, de se loquens, pene ad trigesimum aetatis suae* annum non nisi de rebus saeculi magnopere se curasse. *Imo vero a Willelmo Hirsaugiensi, ejus synchrono (de quo die* v *hujus) in Prologo de Consuetudinibus Hirsaugiensibus apud Mabillonem inter vetera Analecta tom.* 4. *pag.* 466, *dicitur*; circa idem tempus Udalricus senior quidam Cluniacensis, nutu Dei pro causa monasterii in Alemanniam missus, aliquamdiu *secum* mansisse, *& communicasse duos libellos de consuetudinibus Cluniacensibus, a se conscriptos.*

nec non de senectute ipsius.

16 Obiter de S. Udalrici *consanguinitate instituendi sermonis occasionem praebet scriptor Vitae, his verbis initio cap.* 2 *sic loquens*: Post haec autem patruus praecellentissimi Viri *nostri*, Nilo nomine, qui pontificatum Frisingensis rexit ecclesiae, hunc beatum ad suae dioeceseos C urbem invitavit, *ad Diecmatum* eum promovens. *Tomo* 1 *Metrop. Salisburgensis apud Hundium, mihi Catalogum Epp. Frisingensium inspranti, nullus occurrit inter illos Nilo. Ponitur illic Nicerus seu Nitgerus, qui sederit annos* 13 *ad usque annum* 1052. *An idem fortasse ipse, qui Nilo? Ibidem Nicerus seu Nitgerus fertur fuisse frater Bernulfi ac Machtuni, ob violatam fidem jussu Imperatoris Henrici* III *cruci affixorum, ipsequae, id indigne ferens, Ravennam relegatus anno* MXLIV, *quae an competant patruo* S. Udalrici, *multum ab alio decidi. Certe cum eo non concordat, quod legitur in Annalibus Boicis Aventini lib.* 5, *pag.* 524, *ubi dicti* Bernulphus & Machtunus obscuris crepundiis apud Boios Occidentales Reginoburgii orti *narrantur, auctore Vita num.* 5 *dicente, quod* Udalricus ex illustri prosapia Bavariorum Ratisponae civitatis *fuerit* procreatus. *Quid si Nilo ipse absentis Nitgeri locum supplerit, exercens functiones episcopales, quae characterem episcopalem non requirunt uti hodieque usurpantur videmus in vicariis Episcoporum? Secus tamen videntur suadere sequentia ibidem paulo post:* Suscepit itaque FRISINGARUM PONTIFEX, COEPISCOPI SUI LITTERAS. *Et alio*: Perpendens itaque Antistes *Frisingensis* sapientia & spiritus discretione suum posse nepotem, curam illi commisit praepositurae. *Deinde nu.* 19: Patruum suum, Frisingensem Pontificem, defunctum reperisse, *memoratur Sanctus. Certe in Ms. nostro, Villinga ad nos misso, ponitur nomen* Nitgeri, *& supra paululum ad unam partem eadem, ut videtur, manu ponitur* Nilo.

An Nilo aliquis fuerit Ep. Frisingensis,

D

16 Huc facit observatio Mabillonis, asserentis in altero codice Ms. haberi Notgerus Nilo; *de cujus lectionis Authentia genuina, tamquam e primaevo antiquae Vitae scriptoris calamo profecta, si constaret, tum demum aliquid concludi posset, quod Notgerus & Nilo sint eadem persona, idemque Frisingensis Episcopus. At quoniam incertum, quae cui lectioni tamquam magis sincerae & ab interpolatione immunis sit anteponenda, an illa, quae habet* Nilo *tantum, an quae* Notgerus Nilo, *consequens etiam est, nihil certi concludi* E *posse, sintne duo ejusdem Antistitis nomina, nec ne. Sed fac duos per duo ista nomina Episcopos significari; quid vetat, quo minus illo temporis intervallo, quod fluxit ab anno* 1044, *quo Nitgerum modo diximus Ravennam amandatum, cathedrae Frisingensi Episcopus praefuerit Nilo? Et vere cum illa temporis intercapedine optime conciliari possit collata* S. Udalrico, *nepoti ejus, praepositura, cum, ut est apud Hundium, non nisi anno* 1053 *Ellenhardus electus ponatur, ut dictae cathedrae praesideret Episcopus. At memoratus Catalogus nomen Nilonis non exprimit: esto. Nomen illud diserte exprimit auctor vitae, illis temporibus proximus, optimae fidei: de cujus merito videsis dicta num.* 22. *Enimvero quam facile nomen aliquod in hujusmodi Catalogis potest omitti? Ad haec cum isti Catalogi concinnari soleant ex antiquis Actis; quis vitio det, si nos pro Nilone, tam clare ibidem nominato? tamdiu saltem, donec aliunde lux aliqua effulgeat, quae certo suadeat in numero Praesulum ibi ordinato non esse ipsum reponendum. Sic optime cohaerent omnia, consanguinitas proxima* S. Udalrici *cum Nilone, ipsius patruo, tempus ac praepositura Sancti, a patruo eodem accepta; nec non absentia Nitgeri, Ravennam profecti; &* F *sarta tecta servatur auctoritas antiqui scriptoris.*

S. Udalrici patruus?

17 Sancti elogio, in Vita expresso, nu. 28, *consonant ea, quae data sunt in Comm. praevio Vitae S. Hugonis, tom.* 3 *Aprilis, pag.* 629, *n.* 2, *e Chronico Cluniacensi; nec non apud Wion ex eodem Chronico; adeo ut supervacaneum prorsus foret, illa denuo pluribus hic transcribere. Praeclara* S. Udalrici *gesta locis variis Annalium Benedictinorum inseruit Mabillo: anno* 1052, *nu.* 18 *de monastica vita primaevis, quae Sanctus posuit; anno* 1061, *nu.* 89 *de regimine Marchiacensium sororum post Reichenem suscepto;* 1072, *n.* 9, *de privato Grunningensi;* 1085, *n.* 103 *& 105 de scriptis consuetudinibus Cluniacensibus regnante Wilhelmo abbatis Hirsaugiensis; ibid. num.* 107 *de acquisitione Colliae, nec non de iniqua venditione, ipsi illata, anno denique* 1093, *n.* 82 *de ejus obitu ac miraculis. Insigni etiam & satis longo elogio* S. Udalricum *prosequitur Buchelius in martyrologio Benedictino, ex variis Mss. ut asserit, Trudpertinis, S. Petri, & vita ejusdem, quam penes se retineri dicit, Con-*

Praeclara Sancti gesta

stan-

& ſtantiæ ſuæ Bened. tom. 3 Annal. &c. *Longum foret elogium prædictum hic referre: ſufficerit inde delibare miraculum, ab auctore Vitæ prætermiſſum, atque adeo non ubi rei hic proferendum: cujus fides ſit penes ſcriptorem. Itaque ibi memoratur Vir ſanctus* per dejectam violentia ventorum proceram arborem, inque verticem duorum ex adverſo jacentium ſcopulorum procubuam, immenſæ profunditatis vallem ſeu voraginem cum equo, velut pontem ſuperaſſe, *ac* non prius, quam ſuperato periculo, monitus advertiſſe, & miraculum agnoviſſe. *Quod miror ab auctore Vitæ, ſi vere ſubſiſtat, fuiſſe prætermiſſum.*

§ III. S. Udalrici ſcripta; auctor Vitæ; tempus, quo ea fuit conſcripta; exemplar Vitæ, quod hic datur.

B

Test libros de antiquis conſuetudinibus Cluniacenſibus.

NOn *ſola morum integritate vitæque ſanctitate claruit* Udalricus, *ſed cum virtute conjungens ſapientiam, ſcriptis etiam excelluit. Id probat opus inſigne de antiquioribus conſuetudinibus Cluniacenſibus, per interrogationes & reſponſiones ab ipſo concinnatum, in quo, teſte Vitæ ſcriptore, num* 65. ſtudium, ingenium quoque ſapientiamque viri inibi manifeſte poteris cognoſcere. *Lucas Dacherius prædictum opus, in tres libros diſtributum, ipſis vulgavit tomo 4 Spicilegii a pag.* 21. *Quo ſcriptor collimet, habes ex ejus verbis in epiſtola nuncupatoria, ubi illud ita dividit:* Pars prima eſt, *inquit*, de opere divino, & quod maxime fit in eccleſia per annum univerſum. Secunda de eruditione novitiorum. Tertia de obedientiis, quibus & ultima obedientia eſt ſubjuncta, qua quiſque fratrum ab hoc ſeculo migraturus, vocatur ad Chriſtum. *Porro qua occaſione animum ad ſcribendum appulerit, præfatur ipſe in proœmio in hæc verba pag.* 31.

qua occaſione

19. Ante hos dies ſenior noſter domnus Abbas humilitatem meam in Germaniam direxit: propter quid, non multum intereſt modo referre: quod ad rem pertinet, per hanc occaſionem diverti ad virum venerabilem, domnum Willelmum abbatem, cujus

C

monaſterium ſitum eſt in pago Spirenſi & in inſula *, cognomento Nigra. Iſdem autem pater, ut erat a puero notus & amiciſſimus, me videns, lætabundus collegit, & alter mihi Cleophas alio tendentem, tamen aliquantos dies ſecum manere coegit. Interim erat ei mecum ſermo aſſiduus, imo, quantum fieri potuit, pene continuus, de conſuetudinibus eccleſiæ noſtræ, de quibus nimirum ſic orſus eſt loqui: Eccleſia veſtra, dilectiſſime, per miſericordiam Dei non parvam in noſtris partibus opinionem religionis obtinuit, nec aliud æſtimatur a nobis, quam quod in his locis, quæ ad noſtram notitiam pertingere potuerunt, non ſit ei ſimilis in vita & diſciplina regulari.

* Silva.

S. Udalricus conſcripſerit.

20 Unde non parum facis ad votum noſtrum, ſi qua, te referente, meremur audire de uſibus & inſtitutis majorum veſtrorum, quæ etiamſi non geruntur a nobis, tamen hoc ipſum ad humilitatem ædificat, ſi nos non latet, ita vos vivere, & converſari, ut noſtra infirmitas aut poluerit aut nequiverit. Ad quod ego: Panem, inquam, veſtrum ſum comeſturus, dignum eſt interim ut voluntati veſtræ obedire non ſim impar. ſus. Sed qui eſt in loco tali, pro diverſitate linguæ quaſi barbarus, nec a pueritia nutritus, non facile fieri poteſt, ut ita ſciat omnia, ſicut ille, qui eſt indigena, & quī ab infantia inter talia crevit; ideoque non eſt mirum, ſi & ego non multum ſcio de hujuſmodi, qui pene ad triceſimum ætatis noſtræ annum non niſi de rebus ſæculi magnopere curavi. Tamen quantum eſt quod ſcio, id ipſum referam non invitus. Ergo vide, de quo volueris primum interrogare. *Videri præterea poteſt Prologus Wilhelmi ad Conſuetudines Hirſaugienſes tom. 4. Analectorum prædictorum editus a pag.* 465; *quæ nequaquam confundendæ ſunt cum Conſuetudinibus Cluniacenſibus, a S. Udalrico elaboratis; a quibus etiam diſtinguendæ Conſuetudines Cluniacenſes Bernardi, iſtius monaſterii monachi: de quibus uſum eſt lectorem monere, ne hæc diverſa opuſcula ob argumenti ſimilitudinem & temporum vicinitatem, confundat.*

AUCT. J. P.

E

Quædam obſervationes

21 *Ad auctorem Vitæ, quam vulgamus, quod ſpectat; pro conveniente ipſius notitia, cupio obſervari ſequentia. In prologo num.* 4 *ſic ediſſerit:* Ante nos quidem vitam beati Patris quidam ex diſcipulis ipſius pro ſuo ingenio ſcriptam edidit. *Atque hanc vitam quibus adminiculis cumulatiorem quam primam, ipſe reddiderit, palam facit ibidem his verbis:* Sed multas & præclaras virtutes, quas apud nos vivens egiſſe cognoſcitur, ſibi fortaſſe non notas, præteriit, quæ poſtea a ſtudioſis fratribus ſcriptæ, ſparſimque paginis inſertæ, proprio loco nequaquam ſunt innexæ. Sed & ſuo tempore quam plurima ſignorum præconia ad tumulum ipſius cognovimus patrata fore, quæ nondum ſcribentis ſtudio recondita ſunt in ſinum memoriæ. *Indidem diſcimus, eum ſuper antiquiore vita, tamquam baſi, ſuam, quam compoſuit, ſuperſtruxiſſe.* At ego, *inquit*, ut juſſus ſum, per antiquioris libri campum paſſim gradiens, pulcrioreſque actus, quaſi quoſdam flores caute decerpens, minus neceſſaria ſuccidere, omiſſa ſupplere, brevitatique quam lucidius potero, conabor inſiſtere.

F

de Vitæ auctore anonymo: item de ejus ætate vitæ inſtituto, fide,

22 *Auctoris dicti nomen latet; ætas, vitæ inſtitutum, locus habitationis magis in promptu ſunt. Ætate ſupparem vixiſſe Sancto, de quo ſcribit, haud obſcure detegitur ex num.* 56, *narratum ibidem opera* S. Udalrici *miraculum ita concludens:* Hoc miraculum prædicto *ibi paulo ante* fratre Warinhero referente, cognovimus, qui adhuc ſuperſtes vivit in domo Dei, ſanctæ ſimplicitatis & innocentiæ monachus. *Rurſum num.* 86, *ubi de greſſu Sancti precibus infanti reſtituto narratur*, is nunc *eſſe* robuſtæ virætatis, perpetrati in ſe miraculi cauſa, teſtiſque exiſtere: in quo homine pulcra manus Omnipotentis pulcræ excellentiſque ſtaturæ plaſma confinxit. *Ac demum num.* 90 S. Udalrico *poſt duos cæcitatis annos, in poſtremam, ex qua obiit, infirmitatem lapſo*, ad cantandas regulares horas vir vitæ venerabilis Wido eſt deputatus, qui adhuc in carne degens, ejuſdem Patris veſtigia ſanctis operibus ſequitur. *Vitæ inſtituto & habitatione fuiſſe monachum Cellenſem, extra dubium videtur poſitum, atten-*

Digitized by Google

AUTC. J. P. *attentis vel ſolis hoc ſuperioris verbis num.* 21 *prolatis. Jam vero fidem ſuam commendat num.* 31. Hoc autem, *ait*, lectorem noſtrum volumus cognoſcere, nulla nos huic operi inſerere velle, niſi quæ veritatis radice ſubnixa, ejus ſanctitatis præconio ſpecialiter ſint attribuenda. Cum enim præclaris geſtis ejus perſonæ ſingulariter adſcribendis abundemus, cur ſanctum virum velut alienis phaleramentis exornare attentemus?

ac tempus ſcripſit

23 *Quæres, quo circiter anno, vitæ auctor ſcripſerit, hoc ſibi reſponſi habeat, quod etiam dederat Mabillo; ſcriptam fuiſſe vitam illo temporis intervallo, quod a Sancti Hugonis morte ad ejus uſque canonizationem, id eſt ab anno* 1109 *ad* 1120, *fluxit, illud indicio eſt, quod ſcriptor honorifice loquens loco non uno de S. Hugone, ſemper* a beati *aut* ſancti *titulo abſtineat, ſed* felicis memoriæ patrem Hugonem, *vel* reverendum patrem *ac* venerabilem abbatem *nuncupet; quod quidem a monacho Cluniacenſi inſtituti factum haud fuiſſet poſt inditos ſancto Hugoni honores ſacros.*

dorum de Vita exemplari quod dicunt; B

24 *Poſtremo, quoad vitæ exemplar, deſumptum ex editis apud Mabillonem, obſervandum, duo eum pro manibus habuiſſe exemplaria; unum quidem ab annis circiter* CL *exaratum in ipſo, ut ſibi videri ait, monaſterio Cellenſi: alterum ad ſe tranſmiſſum refert anno* 1680 *ab Ampliſſimo Georgio Geiſſero, abbate S. Georgii Villingæ ſupra laudato. Proinde ſive Vitæ auctorem, ſive ætatem ipſius, ſive fidem conſideremus, adde etiam modum ſcribendi, expreſſiones ac ſtylum, plurimum habet unde commendetur, tamquam de ſancto* Udalrico *optime meritus, conſcribendo ejus geſta Vitamque, quam ſubjicimus, modicis hinc inde notationibus illuſtratam, ubi occaſio id tulit.*

& alia apographa ad quæ eam contulimus.

25 *Hanc Vitam non omnino puram & a manu interpolatoris intactam, ſalva tamen hiſtoriæ ſubſtantia, ad manus editoris Mabillonii pervenisſe, non obſcure colligo ex eo, quod pluribus locis ſit inſperſa digreſſionibus amplificationibuſque, in altera vitæ Ms. quacum noſtram, quam damus, contulimus, non expreſſis. Atque hanc Vitam, quæ collationi noſtræ inſervivit, judico plane eandem eſſe cum ea, ad quam pariter contulit Mabillo ſuam, quam typis ſubjecit: tum quia illam una cum officioſiſſimis litteris, ad Papebrochium anno* 1687, *die* IX *Julii, quas & pluries alias dedit, miſit idem Ampliſſimus Georgius Abbas, e Monaſterio Villingano ſcribens; tum quia id aperte indicant notæ marginales aliquæ; quas nos legimus in noſtro apographo, & Mabillo in ſuo. Cetera ſatis conveniunt amba vitæ, ſi minutias quaſdam excipias, vix obſervatione dignas. Prolixus vero, qui in Mabillone eſt, a noſtro apographo abeſt. Interpolationes autem, quæ in editione Mabillonii & noſtra non invenientur, diſtinctionis gratia uncis includemus* []; *adjectis ad marginem variis lectionibus; ut per decurſum obſervari videbis.*

D

VITA

Auctore Anonymo monaſterii de Cella in Sylva nigra monacho ſuppare.

PROLOGUS AUCTORIS.

Ex editis apud Mabillonem Act. Bened. Sec. VI, part. 2, a pag. 781, ad alium Ms. collatis.

QUi Sanctorum geſta nudo & imperito ſermone ſcribere præſumpſerit, non ſolum diſerti lectoris mentem impolluta locutione offendit, ſed & gloriam electorum Dei apud humanam opinionem quodammodo imminuit. Quanto enim excellentiori verborum ornatu Sanctorum merita per ſcriptorum facundiam pronuntiantur; tanto ſiquidem avidius audientium auditu creduntur, credita venerantur, venerata, ad pias imitationis uſum ab auditoribus ſuis aſſumuntur. Unde ego peccator, qui ſanctiſſimi patris noſtri Udalrici glorioſam vitam, ſancti Spiritus gratia ſuffragante, poſterorum memoriæ ſtyli officio ſignatam, inſtitui commendare; fateor, multum timeo, ne pulcram materiam minus delectabilem reddat incomptus ſermo. Sicut enim homini, naturali pulcritudinis elegantia præfulgenti, multum decoris ſui adimitur, ſi ſordidis incultiſque veſtibus induatur; ſic nimirum ſplendida Sanctorum vita magna obumbratur caligine, ſi prolata fuerit incompoſita verborum ruſticitate, quo profecto minus ædificationis in ſe geſtat, cum dignitatem illius ſtyli humilitas attenuat. *Auctor, taciturnitatis ſuæ excuſat,*

præfatur ſe pro rerum ex-ſtarum S. Udalrici dignitate, F

2 Cum ingenii quoque mei parvitatem cum tantæ rei magnitudine confero, tam excellentiſſimi viri actibus deſcribendis me omnino imparem eſſe video. Talis nempe tantæque ſanctitatis ille beatiſſimus fuiſſe cognoſcitur, ut etiamſi facundiſſimus ille rhetor Cicero modo viveret, ſi vitam, mores, actuſque illius noviſſet, in eis pro rei veritate explicandis cum tanta eloquentia ſua vix ſufficere poſſet. Quid ergo agemus? Penitus de illo ſilebimus? Nihilne ad normam noſtræ inſtitutionis de imitabili ejus converſatione dicemus? Certe licet congrua verborum dignitate almi Confeſſoris Chriſti vitam non valeamus exprimere, ad noſtram tamen inſtructionem aliqua ex illa pro poſſe noſtro attentabimus differere. Taciturnitatis utique nimiæque deſidiæ a noſtris ſucceſſoribus non immerito argui poterimus, ſi multorum ædificationi profutura ſilentii torpore memoriæ ſubtrahi ſiverimus. Itaque, ſi non, ut volo, loquar tamen de ſanctiſſimo Viro, prout poſſum & ſentio. Nam ad hoc opus aſſumendum non aliqua propria profilio temeritate, ſed venerabilium virorum ſancta & auctorabili ad hoc provocor petitione, quorum

A rum siquidem id, quod maxime intendit postulatio, ut litteris inserta humilem lectorem tanti Patris ædificet conversatio.

3 Quapropter moneo curiosos hujus operis inspectores, ne dulces simplicium animorum dapes, licet vili descriptionis testa sibi appositas, a palato cordis sui fastidiendo velint rejicere, utpote nullo sapore conditas. Liquet enim quod & de parva mensa delectabilia sumuntur cibaria, & de rusticano vasculo nectarei poculi plerumque hauritur dulcedo. Sed & hoc inferimus, quod prudens lector nequaquam verborum folia in descriptis sanctorum Patrum gestis perquirere solent; verum multo magis fructum salutiferæ eruditionis attendat. Ad profectum igitur omnium monachorum, immo cunctorum fidelium, hujus fidelissimi monachi vitam a primæva ætate, pro meo describens modulo, miracula quoque, quæ per eum superna potestas operata est, partim intimabo. Cum certe tot sanitates, in hac vita manens, & B post mortem cum Christo vivens, petentium necessitati exhibuisse probatur; ut magnum volumen complerem, si omnes conscriberentur.

dit, quæ ad ipsum pertinent, conscribendis.

4 Ante nos quidem vitam beati Patris quidam ex discipulis ipsius pro suo ingenio scriptam edidit, sed multas & præclaras virtutes, quas apud nos vivens egisse cognoscitur, sibi forsitan non notas, præteriit, quam postea a studiosis fratribus scriptæ, sparsimque paginis insertæ, proprio loco nequaquam sunt innexæ. Sed & nostro tempore quamplurima signorum præconia ad tumulum ipsius cognovimus patrata fore, quæ nondum scribentis studio recondita sunt in sinum memoriæ. At ego, ut jussus sum, per antiquioris libri campum passim gradiens, pulcherrimosque actus quasi quosdam flores carpe decerpens, minus necessaria succidere, omissa supplere, brevitatique, quam lucidius potero, conabor insistere.

imporum esse.

CAPUT I.

Natalibus Sanctis continuo educatio integerrima, & vel in ipsa aula incorrupta.

C

VEnerabilis vir Uldalricus ex illustri prosapia Bavariorum Ratisponæ civitatis procreatus, velut lucifer inter cetera poli sidera, sic inter totius cognationis sum reluce- bat nobile stemma. Pater siquidem illius, Bernoldus nomine, Ratisponensium civium non infimus fuit in genere. Nam & Henrico tertio a, Romanorum Imperatori augusto valde carus & acceptus fuerat; inter cujus regni præpotentes divitiis, fama & gloria potenter eminebat. Hic itaque filium suum egregiæ indolis flore adornatum, peritis doctoribus commendavit, litterarum studiis imbuendum; & quia Spiritus sanctus, ubi vult, non cessat spirare, bonæ spei puer, ejus gratia inspirante, mellifluos scripturarum flores, velut apis prudentissima, in sui pectoris alveum studiose memoriterque compit congregare. Jam vero licet ætate parvus esset, studebat tamen, ut infantiles annos mentis senectute transcenderet, convo- lorum suorum vanitates & ludorum inepti prudenter declinans, legendi vel dictandi studio animum suum sæpius occupabat, sicut subsequentis testimonii veritas patenter demonstrat.

D EX MSS.

Sancti natalis ac educatio

a

6 Quadam enim die Deo dicatus puer, sodalibus suis ludo operam dantibus, solus in conclavi sedebat, & arte dictandi ingenium suum intente exercebat. Quo superveniens senior quidam, sapiens ac religiosus, viso eo, in limine substitit, & adstantibus sibi præsago spiritu dixit: Divinæ pietatis providentiam magna quædam sum voluntatis opera in hoc puero completuram esse cognoscite, quem in puerili ævo tam maturis exercitiis non dedignatur implicare. Ex hoc actum est, ut tanto ille ad discendum fieret promptior, quanto ob ardorem sui studii cunctis jam cœperat esse carior. Erat E quippe ingenio disertus; erat morum qualitate decenter compositus, erat & lingua a vanis otiosisque verbis honeste temperatus. Nullam, ut talis ætas solet, carnalem amplectebatur lasciviam, perpetuam Virginis Filio mentis & corporis sui vovens ac conservans castimoniam. Divinæ legis præcepta, docente eum intrinsecus Spiritu sancto, intentissime legebat, legendo intelligebat, intelligendo conservabat, conservando summa mentis alacritate, quorum in ipso fuerat, operibus adimplere satagebat.

sensibus sentia ac virtuti doctius

7 In templo Domini crebro aderat, ac laudes supernæ Majestati pro modulo suo devoto celebrans, in conspectu Domini Sabaoth, velut alter Samuel, simplici mente ministrabat. Operabatur hæc in illo ineffabilis Christi bonitas, qui & linguas infantium facit disertas, & cujus gratiæ nulla est expers ætas. Tali morum habitudine Christi tirunculus florem perdulcis sum pueritiæ nobiliter adornabat, & jam in teneris annis fructum futuræ probitatis evidenter præsignabat. Quis ergo cœlestis magisterii gratiam in eo non veneraretur? Quis, inquam, tam docilem & tam bonæ mentis puerum ulnis carissimi amoris non amplecteretur? Crescebat itaque Uldalricus, amborum parentum F lætitia, decus & ornamentum, generisque sui insigne quoddam margaritum.

egregie amatus.

8 Puerilibus igitur annis simpliciter & innocenter transcursis, postquam divino fonte philosophiæ satis abunde potatus videbatur, in terreno terreni Imperatoris palatio illo summi Regis miles manere jubetur. Ipse vero, licet secundum regiæ voluntatis arbitrium palatinis * hominibus esset associatus, nequaquam tamen vel illic, ab illo cordis sui inhabitatore, videlicet Spiritu sancto, est derelictus; qui suæ disciplinæ vernaculum, tametsi cum habitantibus Cedar commorantem, ab omni pollutionis fœce, qua id genus hominum contaminari consuevit, misericorditer custodivit; quia in ipso æternaliter habitare decrevit. Actus quippe sui alumni, & aspirando prævenions, & adjuvando subsequens, gressus illius in viam salutis direxit; eumque infra recti itineris tramitem ambulare perdocuit.

Deserto philosophiæ studio,

* al. amicis.

9 Nam, quod revera spiritali gubernatione

A ne ab illicitis actibus custodiretur per bonos
EX MSS. mores, quos in palatio positus ostendit, facile perpenditur. Avaritiæ etenim pestis, & honoris ambitio, quæ aulicorum mentes suæ pestilentiæ tabe graviter solet corrumpere, illius animo propriæ perditionis virus nequaquam valuit infundere. Non illum congregandarum divitiarum solicitavit cura, quas plurimi in magna possident penuria. Quid mirum, si terrenarum rerum facultates non laboravit conquirere, qui per illarum largitatem nullius dignitatis apicem conabatur ascendere? Mundi namque gloriam virtutis pede calcavit: sed & auram favoris humani spernens, ejus delectamentis inflari omnimodo refugit. Nulli umquam se prætulit; nullum despexit; nullius prosperitati invidit: propter quod bonis omnibus non immerito complacuit.

in aula degens, sed ab aula illecebris integer

10 Regia quoque sublimitas suas venerabili Viro non negabat amicitias; & quoniam eum honestius ceteris conspexit vivere, sua dilectione digniorem judicavit fore. Honorabat in eo religiosi habitus compositionem, & innocentis vitæ laudabilem puritatem. Quid vero de glorioſæ Reginæ dicam devotione, quæ famulum Christi speciali dilexit affectione? Illius etenim delectabilium morum conventa suavitate, suis eum obsequiis voluit adhærere: felicem se credens fieri, si talis personæ aspectu, auditu & servitio mereretur perfrui. Nec dubium est, nobilissimam imperii consortem, videlicet Agnem *b*, * multum ex assidua illius familiaritate profeciſſe, in cujus vita & admonitione recte vivendi formam poterat invenire. Nam Vir Deo carus, officio Reginæ instans devotus, solitam animi sui servabat constantiam, curialis incontinentiæ omnino fugiens & execrans lasciviam. Studebat magis religiosæ gravitati, quam vanæ curiositati; plus volens humiliari, quam aliquo superbiæ vento inflari.

assignatur ad servitium Imperatricis; B

b * *al.* Agnetem.

11 Curabat & amplius mentem suam sanctarum virtutum ornamentis decorare, quam corporis suis marcessibilem florem immoderato pretiosarum vestium luxu foris dealbare. Cum vero, ut solebat, in regio comitatu iter agebat psalmis & orationi frequenter vacabat, quoties opportunitas loci se ullatenus obtulit. Die noctuque ecclesiæ limina infatigabiliter frequentavit; nec corporis lassitudini voluit aliquando parcere, dummodo cælesti suo Imperatori debitæ servitutis pensum vigilando, psallendo & orando non tardaret reddere. Multa præterea in palatio consistens puræ innocentiæ & sanctæ simplicitatis demonstravit exempla, quibus cunctos tam ad suæ venerationis amorem, quam ad melioris vitæ provocavit instituta.

nihil de solida pietate remittens. C

ANNOTATA.

a *Fuit is Henricus Niger, anno* 1046 *exeunte, festo natalis Domini Romæ coronatus cum Agnete, uxore sua.*

b *Observa hic, Agnetem illam fuisse sororem Wilhelmi* VII *&* VIII, *Comitum Pictavienſium & Ducum Aquitaniæ: atque ex gestis pie hujus Principis satis patuisse, quantum profecerit ex monitis S. Udalrici. Sane magnam laudem paucis ipſi Principi tribuit Bertholdus Constantiensis, continuator Hermanni Contracti, sic loquens:* Agnes religiosissima Imperatrix, jam xx annis in viduitate Deo devotissime serviens, nec filio suo Heinrico contra Apostolicam Sedem in aliquo consentiens, Romæ requievit in pace, sepulta Romæ in ecclesia S. Petronellæ.

CAPUT II.

Magistrum a calumnia liberat, vitæ laxa sacra; gentilium furorem evadit; Romam profiscitur; monasticum amplectitur institutum.

Post hæc autem patronus præcellentissimi Viri, Nitho a nomine, qui pontificatum Frisingensis rexit ecclesiæ, hunc Beatum ad suæ diœceseos urbem invitavit, ac in diaconatus gradum solenniter eum promovens, fidelem Christo ministrum constituit. Quo in loco positus, quæ sapientiæ suæ quæve piæ miserationis ostenderit indicia, subsequens aperiet pagina. Quædam femina Ratisponensium partibus oriunda, detestabili quodam crimine, licet falso, est accusata, quæ dum se de impositi facinoris noxa deberet expurgare, peccatis suis impedientibus invenitur tamquam res in judicii probatione. Tantam igitur confusionem non ferens, patrios fines clam deseruit, & Frisingarum partes fugæ suæ latibula delegit. Sed nec ibi diu latere poterat, quam fama vulgante suus, Ratisponensium scilicet Præsul, illic abscondi cognoverat. Suscepit itaque Frisingarum Pontifex coepiscopi sui litteras, pro infamata & adhuc negante muliere examinanda sibi directas, qui quomodo de incognitis sibi causis præsumptuosum erat definitam proferre sententiam, culpam vel innocentiam illius judicio statuit esse manifestandam.

Ad diaconatum promotus a D

E

13 Rursus ergo miserabilis femina examinationi subjicitur, subjecta labitur, lapsa pallet, trepidat & angustiatur. Verum quia propria conscientia eam excusabat, iterum negationibus perseveranti animo instat. Quid enim faceret, quidve consilii caperet, penitus ignorabat. Cujus discussioni cum noster Udalricus interesset, videretque infelicem illam fluctuantem gravi metu anxietatis, tenerrime compatiebatur ejus miseriis, motusque est super illam, ut Salvator quondam super mulierem pro stupri reatu lapidandam, vel ut Daniel super Susannam. Quapropter evocans eam seorsum a ceteris, hortatur, ut Domino puram confessionem faciat de peccatis suis, ne qua apud eam culpa indiscussa lateat, quæ ad comprobandam innocentiam ipsius obsistat. Cui confitenti quædam commissa, quæ nondum alicui detexerat, minister Christi, licet minime adhuc functus presbyterii officio, remedium pœnitentiæ indixit, & sic ad judicium remisit. Illa vero secura interepidaque, accedens, libere se expiavit; ac sic consilio & auxilio Viri Dei, patriam, domum, maritumque læta revisit. In hoc facto beati illius consiliarii pietas collaudatur, meritum extollitur, fama magis ac magis augetur.

mulierem falso accusatam liberat. F

14 Per-

Digitized by Google

A 14 Perpendens itaque Antiſtes ſapientia & ſpiritus diſcreptione ſuum pollere nepotem, curam illi commiſit præpoſituræ, ut qui ſe ipſum ſapienter & honeſte videbatur regere, aliis jam digne poſſet & ſciret præeſſe. Sed ille Beatus, cujus honor fuerat Chriſtus, hujuſmodi prælationis regimine ſuſcepto, tantum in ſe eſt humiliatus, quantum ſuper alios exaltatus. Scriptum namque ſcivit: Quanto major es, humilia te in omnibus. Et ut certius demonſtraret, non proprium honorem, ſed commiſſi ſibi gregis utilitatem ſolicite ſe per omnia quærere, canonicam diſciplinam, prout melius potuit, firmare, ſapienterque cœpit diſponere. Fratribus ſuis neceſſaria vitæ providebat, & ſicut corporis fragilitati carnalem, ita ſpiritalem cibum languori animarum eorum, bene vivendo, & recte docendo adminiſtrabat. Quodam etiam tempore cum, acerrimæ famis incumbente periculo, multarum habitatores regionum graviſſime premerentur, Auguſto Longobardiam indeque Italiam, hoc comite proficiſcente, B fratres ipſius, communibus rebus pro relevanda penuria diſtractis, non modice tribulabantur. Quo cognito, vix poſt multas preces impetrata ab Imperatore licentia, feſtinanter redit; & prædiis ſuis in pignore poſitis, non ſolum ſui gregis, ſed & aliorum neceſſitates prompto animo relevavit. O virum benigniſſimum, & patrem familias liberaliſſimum! qui ideirco terrenas divitias membris Chriſti ſine cunctatione hilariter erogabat, quia æternorum copias theſaurorum ſitienter affectabat.

Præpoſitura admodum recte ille officio fungitur.

15 Tandem aliquando, propulſa fame inclementia, famulus Dei, qui quotidie bonorum operum greſſibus cœleſtis Jeruſalem curiam feſtinabat intrare, collecta non modica pecunia, terreſtrem Jeruſalem, Dominicæ paſſionis triumpho inſignitam, diſponebat adire. Anxietates ac labores, quos in eadem via pertulit, videlicet in aſperitatibus itinerum, in periculis hominum, in procellis fluminum compendioſe prætereo, ne prolixitas narrationis lectori fiat faſtidio. Verum hoc minime tacere debeo, quod omni die, C priuſquam equi dorſum ſederit, Davidici carminis dulcedinem ex ordine recitaverit. Confecto igitur itinere, ubi ſanctæ Civitatis portam attigit, tamquam ſibi, velut alteri Moyſi, Dominum dicentem audiret: Solve calceamentum tuum; locus in quo ſtas, ſanctus eſt; Dominicæ dormitionis ſepulcrum humiliter diſcalceatus adiit. Quæ ibi lacrymarum flumina, quas preces, quæ ſuſpiria dilectiſſima Deo anima ex intimo profuderit corde, cujus facundia valeret edicere? Num ſe a fletu continere poſſet effuſione, cum loca, Chriſti veſtigiis conſecrata, ſignis ac virtutibus illuſtrata, paſſione glorificata, oculis conſpiceret, pedibus calcaret, mente delectabiliter conſideraret.

Proficiſcitur Hieroſolymam;

16 Ibi quippe ſinceriſſimo lacrymarum fonte maculas ſuæ mentis ſatagebat abluere; de præteritis ac præſentibus delictis veniam, de futuris poſſena cautelam; ibi, inquam, orationum ſuarum aromatibus vulnera Salvatoris noſtri flebiliter inunxit, non diſſimili devotione ſanctarum Mulierum, quarum fides, comparatis unguentis, corpus Domini Jeſu in ſepulcro requiſivit. Inde verus noſter Iſraelita, corpore quidem non animo deſerens ex ista. civitatem glorioſam, Bethleem petiit, Chriſti nativitate dedicatam. Illic ad præſepe Domini, theſauris ditiſſimi ſui pectoris apertis tria Magorum myſtica munera, etſi non re obtulit, tamen typice, Dei filium, Regem regum, verum ſacerdotem, ex aſſumpta carne confitens mortale, ſummo Patri coæternum, per ineffabilem Deitatis majeſtatem.

loca ſerva- tori ſanctificata;

17 Deinde ad Jordanis fluenta, in quibus Salvator mundi delictorum noſtrorum lavit crimina, exutus veſtem, purum deſcendit in amnem. Cumque pro ſui deſiderio ablutus, littoris teneret ſoliditatem, vix jam veſtitus, videt eminus profanam quamdam gentilium turmam, ad ſe ſuoſque volantem, armis, vultu & clamore truculenter minitantem. Quibus ſuper ſe ruentibus, ſervus Chriſti, licet palmam martyrii deſideraret in mente, fugæ tamen ſe cum ſociis credidit, carnis fragilitate impellente. Unus autem ex hoſtibus violentius imminens fugientibus, * Udalricum noſtrum magni molem lapidis in dorſum projecit, & in cujuſdam foveæ profunditatem, quæ forte inibi fuerat, ſimul cum equo præcipitem dedit. Quid tum Dei g Athleta faceret? Solus remanſerat; nullus ei ex ſuis comitibus aderat; quippe quos hoſtilis furor longius abegerat. Verum ille totam ſpem ſuam divinæ protectioni committens, illis jamjam appropinquantibus, timorem paſſionis, quam ſibi imminere non dubitavit, abjecit, [& ad toleranda mortis ſupplicia viriliter ſe accinxit.

Jordane abluitur;

** Suppl in.*

18 In tali diſcrimine poſito, tu, fortiſſime Deus, mature ſubveniſti famulo tuo: tu qui Judæos, ad te capiendum venientes, unius vocis terrore retro cadere feciſti, iſtos nunc potentia tuæ fortitudinis ab amici tui perditione prohibuiſti.] Subito enim perterriti rediere, & tuo imperio ab ejus perſecutione ceſſavere. [Servaſti Domine militem tuum adhuc altioris vitæ gradum aſcenſurum; ſervaſti eum, legem mandatorum tuorum adhuc perfectius completurum; ſervaſti, inquam, illum ad multorum ſalutem, qui poſtea doctrina ejus, exemplo ejus, moribus F ejus ad tuam fuerant convertendi ſervitutem. Gentilibus igitur redeuntibus,] conviatores reverendi Viri celerius repedantes, de fovea eum extraxerunt, cœptumque iter perrexerunt. Verum quia caſtus amor Sanctorum Deo ſatiari neſcit, Beatus iſte religioſæ mentis deſiderio nondum ſatisfactum exiſtimans, Aſcenſionis Chriſti montem adiit, ibique in convalle ploralionis aſcendens, venturo Judici ſe totum commendavit.

gentilium furorem evadens.

19 Peragratis itaque quamplurimis locis, quæ corporalis Redemptoris noſtri præſentia conſecraverat, ad ſuæ habitationis ſolum remeat: quod perveniens, patruum ſuum, Friſingenſem Pontificem, defunctum reperit, & non ſolum epiſcopali curæ, verum etiam ſuæ Præpoſituræ alium præeſſe cognovit. De morte Epiſcopi, etſi ſecundum ſpiritum contriſtari nollet, ſecundum carnem tamen ſe imperare non potuit, quin doleret. De munere autem dignitatis, quo abſens eſt privatus, ideo non eſt conturbatus, quia quod habitum non magnopere dilexit, id ſibi ablatum fuiſſe æquanimiter tulit. In magno

Inde Germaniam repetit;

Digitized by Google

MS. siquidem mentis vertice ſtabat, qui, ut præfati ſumus, ſui juris prædia in illorum fratrum neceſſitatibus diſpenſando, ſibimet inopiam cognoſcitur induxiſſe; nec ſubtractam ſibi Præpoſituræ utilitatem, vel ob id maxime niſus eſt repetere. Quam ejus patientiam ſuperna pietas reſpiciens, ſolita benignitatis ſuæ gratia ſuum fidelem conſolari citius voluit, quem in adverſitate juſtum invenit. Nam quidam beati viri conſanguineus in Ratiſponenſi eccleſia officio præpoſituræ functus, benigne eum in ſua ſuſcepit, & quoad uſque prædia ſua redimeret, ſecum detinuit.

facultates ſuas pauperibus diſtribuit.

20 Interea animo ejus inſedit conſilium, in ſua poſſeſſione conſtruere monaſterium, ubi monachorum cœtu adunato, divinæ laudis quotidie reſonaret celebratio. Sed cum tam pium deſiderium ſtatu temporis, necnon Epiſcoporum irreligioſitate, qui tunc eccleſiæ præerant, impediente, ad effectum non ita * *al.* aperte, ut vellet, poſſet perducere, ſeipſum cum ſuis decrevit Domino vovere & reddere. Conſiderans ſiquidem, inter fluctuantes ſæculi procellas vix quemquam vitæ ſuæ B curſum ad tutæ ſtationis ſinum poſſe dirigere; quodque inter varios ejus ſtrepitus, quantumlibet quietæ mentis ſæpius concuteretur ſtatus, a Domino pennas columbæ optavit accipere, cupiens advolando in ſolitudine requieſcere. Quapropter res ſuas pauperibus Chriſti cœpit erogare, volens evangelicum præceptum complere, quo dicitur: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.

ærumnabiles rerum indigas ſublevat.

21 In eiſdem vero Ratiſponenſium partibus quædam feminæ Deo conſecratæ ſub monaſteriali cohabitabant diſciplina, quas grandis rerum oppreſſerat inopia. Nam, ut fertur, utriuſque panis, candidi videlicet & nigri, dimidiam menſuram, paupertate cogente, ſingulæ accipiebant. Quarum miſerans penuriam tam largi diſpenſatoris benignitas, tantum illis contulit arabilis terræ, ut alibi panis plenam libram ſumerent, ac inſuper pro ipſius largitoris ſalute ſeptem pauperes exinde, ſicut ipſe conſtituerat, annuatim C nutrirent. Facultatibus itaque ſuis partim egenis, partim cognatis ſuis large diſtributis, partim eram ſuo deſiderio commodius perficiendo reſervatis; ubi mundialium rerum impedimenta a ſe projecit, de hujus mundi naufragio liber evaſit. Sed quia totus Dei ac proximi dilectione intus fuerat accenſus, alios ſecum de fluctibus ſæculi eripere affectabat; quoniam ſolus ad Deum venire nolebat.

Adjunctis ſibi ſociis ſuum monaſterii deſiderio ſtagrat, b

22 Quapropter ejuſdem civitatis ſcholaſticum, nomine Geraldum *b*, adiit, ſuam ei voluntatem pandit, & ut mundi incerta ſecum pariter relinqueret, monuit, ſuaſit & obtinuit. Venerabiles ergo viri, ſancti Spiritus gratia cooperante, in una eademque voluntate coadunati, cœnobitarum quidem vitæ ſociari quam maxime eligebant; ſed quo in loco ſuave jugum Chriſti, & onus ejus leve ſuis humeris ſecurius imponere poſſent, anxie inter ſe conferebant. Salubri tandem conſilio invento, in Gluniacenſi cœnobio, cujus religionem longe lateque prædicari audierant, ſanctæ converſationis ſchema ſuſcipere decernebant. De hujus igitur mundi labyrintho per ſacræ Scripturæ ductum D egreſſuri, primitus adeunt limina Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli; quibus quoniam Redemptoris noſtri clementia ligandi atque ſolvendi tradidit poteſtatem, ipſorum meritis & interceſſione peccatorum ſuorum a Domino ſibi condonari flagitabant abſolutionem.

quod, poſtquam Romæ ſanctis Apoſtolis commendaſſent, Cluniacenſes expleant.

23 Ipſis etiam votum ſuum intentiſſime commendabant, deprecantes ut arduum regularis vitæ tramitem, per quem ad cæleſtem patriam deſiderabant pervenire, eorum patrocinio, beato fine mererentur conſummare. Votiva vero oratione completa, de Apoſtolica Sede redeunt, & ad deſideratum Cluniacenſis eccleſiæ locum e veſtigio veniunt; ubi voluntatis ſuæ ſecretum ejuſdem monaſterii reverendiſſimo Abbati, videlicet domno Hugoni *c*, aperientes, devotiſſime ab eo ſuſcipiuntur; & firmata, ut moris eſt, ſtabilitate ſua, corpori congregationis tamquam pulcherrima membra inferuntur. O quam delectabile erat oves Chriſti, exutas vellere priſtinæ converſationis aſpicere, ultimas quidem in ordine, ſed non paucis ſuperiores E in ordinata morum qualitate! O quam imitabile virtutis exemplum viros, omni peritia imbutos, humilem Chriſti philoſophiam humiliter diſcere, alienæ voluntati ſe obedientiſſime ſubdere, ſeipſos ſibi per omnia fideliter abnegare! Vere enim, quæ retro fuerant, obliviſcentes, & in anteriora toto niſu mentis ſeſe extendentes, velut bonæ arbores in altu creſcebant, dulceſque virtutum fructus proferebant.

Quidam d. groſſ. narrata de dicto ſacro nomine Geraldo, dein Oſtienſi Ep. d

24 Verum nos de prudentiſſimo viro Geraldo tractare minime propoſuimus, ſed vitam beati Udalrici enarrandam ſuſcepimus. Ut tamen de illo aliquid ſuccincte loquamur; ſapientia, conſilio, ac morum gravitate inſigniter præpollens, non poſt multos annos major Prior conſtituitur, ac poſtmodum, jubente Apoſtolicæ Sedis Præſule Gregorio VII *d*, Oſtienſis eccleſiæ pontificatu ſublimatur. Cujus ſedis curam cum ſumma rexit ſolicitudine, creditæque ſibi negotiationis talentum Domino ſuo cum duplicata reportans uſura, meruit audire: Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini F tui. His ita de illo ſummatim explicitis, qualis patroni noſtri converſatio fuerit, adjuvante Domino pro poſſe noſtro dicamus.

ANNOTATA.

a *Conſule, quæ de nomine ipſo præmonuimus in Commentario.*

b *Parvum elogium de illo habes die 29 Aprilis in Comm. prævio Vitæ S. Hugonis, p. 629. num. 2; quid & hic inſertum infra num. 24.*

c *Agitur de illo die 29 Aprilis a pag. 628.*

d *Geraldum, Gerardum, Geroldum ſeu Giraldum, Petro Damiani in epiſcopatu Oſtienſi ſucceſſorem, non ſub Gregorio VII, ſed ſub Alexandro II, ejus deceſſore, promotum fuiſſe anno 1072 diſces ex Ughello tomo 1 Ital. ſac. col. 74: qui præter dignum viro elogium ſignat auctores, de ipſo tractantes. Paucis multa complectitur Bertholdus, qui ſupra, ejus obitum ſignans anno 1077, his verbis:* Geraldus venerabilis Oſtienſis Epiſcopus, jam dudum ſæculo vivus, mundo crucifixus, de hujus vitæ ergaſtulo liberatus

tus est IX Idus* Decembris. *Apud Ciacconium & Ughellium ex dicto auctore citatur* VIII Idus Decembris. *Baronius corrigendus, quando legit* nono Idus. *Monetur lector apud laudatum Ciacconium, a multis confundi Gerardum hunc cum Girardo, Engolismensi Episcopo.*

* An. 11 Idus?

CAPUT III.

Vita monastica; sacerdotium; patientia, fimbria carnis & calumnia probata.

Vitam monastice exercuit,

IGitur dilectus & electus Dei famulus Udalricus, divinæ pietatis gratia præventus, carne mortificabatur, ut spiritu vivificaretur. Christo quoque conresurgebat; quæ sursum sunt tota mentis aviditate perquirens, ea, quæ in mundo sunt, funditus despiciens. Incedebat demisso vultu inter monachorum cœtus, velut agnus mitissimus; ut & habitu demonstraret, quia huic sæculo fuerat mortuus. Erat jam vere nomine & opere monachus, erat in obediendo promptissimus, & in Dei servitio studiosissimus. Mores ejus & vita præbuere omnibus virtutis exempla. Habitabat enim in illo Christus, velut in templo suo, dignumque fuerat, ut sanctæ opinionis fragrantia redoleret ex eo. Nullum illi in bonis actibus cerneres esse superiorem, vix quisquam ejus adæquare posset laborem. Orationibus crebro instabat, vigiliarum excubias solicite observabat, corpus suum districtis jejuniis macerabat. Prophetica quoque admonitionis documenta vigilanter observans, omnes vias suas diligentissime custodiebat, linguamque suam a loquacitate, refrænabat. Otiosa verba omnino devitabat proferre, sed nec ab aliis curabat audire.

plurimarum virtutum exercitio

29 Aures suas ab audiendis detractionibus firmissime sæpiebat, quas sanæ doctrinæ & sermonibus ædificationum libentissime aperiebat: nam quia continuæ contemplationis penna ad alta volabat, columba etiam fuerat ad fenestras suas, quando resplendebat in eo prudens & discreta simplicitas. [Sed ecce dum supernæ pietatis munera, in sanctum Virum abunde collata, verbis exprimere cupimus, ea pro rei veritate digne explicare nequaquam valemus:] nam quæ lingua congrue differere poterit, quam mansuetus, quam pius & quietus fuerit, quamque compositus in omni sua actione exstiterit? Cujus, inquam, facundia eloqui valeret, qualiter in sancti Ordinis observatione arserit, quam studiosum, quam benevolum in omnibus se exhibuerit? Tanta siquidem solicitudine, tantoque fervore per sanctorum Patrum vestigia decertabat ambulare, ut veraciter ejus vitam antiquorum monachorum, sive Patrum studiis posset adæquare.

eam exercuit.

27 Per hæc & hujusmodi admirabilis vitæ merita, velut cæleste sidus radiabat inter monachorum collegia. Et licet his aliisque divinæ pietatis charismatibus super omnes esset ditatus, nihil tamen suis meritis pro his attribuebat, sed omnium bonorum largitorem in se glorificabat, dicens cum Apostolo: Gratia Dei sum id quod sum. Renitebat quippe in illo eximium decus humilitatis, quæ est summa virtus vitæ monachilis; hæc ei semper inseparabilis comes adhærebat, cunctaque illius studia, quasi quodam salis sapore, dulcissime condiebat. Nihil in eo fucatum cerneres, nihil religioni contrarium, ut in plerisque fieri solet, obumbrante sanctitatis forma, sub ipso tectum simplici oculo deprehendere posses. Quidquid enim foris relucebat in opere, ex intima cordis humilitate processit. Nam quod revera apud se parvus fuerit, ex hoc quam maxime possumus intelligere, quia inferiores etiam sibi non dedignatus est anteferre.

Sacerdotio initiatus, medici ac patris spiritualis officio fungitur;

28 Talibus magnificum exercitiis, sanctus Abbas ad sacerdotale promoveri fecit officium, sibique constituit capellanum & consiliarium. Et quia sciebat, eum virtute ac sapientia totum esse compositum, suo etiam gregi apud illum confessionis præparavit aditum. Unde accedebant ad eum tam senes quam juvenes, diversis passionibus laborantes, tanto sincerius, quanto securius conscientias suas illi aperientes. Ipse vero cum summa caritate omnes suscipiebat, & more sapientissimi medici, congruis quosque pœnitentiæ remediis curabat. Diligebat autem omnes, & diligebatur ab omnibus. Sed maxime circa novos Christi milites ejus animi fervebat affectus. Hos nimirum tamquam rudes & majoris consolationis indigos, frequenter ad se accersitos, mira benignitate docuit, monuit, & instruxit: illosque adeo in paternæ caritatis sinu fovit, ut ex hoc pater & dux novitiorum specialiter appellari meruerit.

Quia ergo sacrilegum fratrem

29 Quantæ compassionis & misericordiæ circa lapsos sanctus homo fuerit, ex subjecto exemplo liquidius patebit. Frater quidam fuerat in eadem congregatione, qui, suadente veternoso inimico, jugum disciplinæ per fugam conabatur abjicere: qui peccato peccatum addidit, & aureum vas, in quo corporis & sanguinis Christi sacrosancta mysteria consecrari solebant, secum portandum furtim abstulit. Facta est ergo inquisitio de calice; quo non invento, fusis primum ad Dominum orationibus, ut, ipso revelante, tanti pretii vas non amitteretur; claustrales etiam aditus diligenter custodiri jubentur, ne auctor furti fugæ præsidio elaberetur. Sed miser ille, quem propriæ conscientiæ reatus graviter torquebat, videns se evadere non posse, sicut desideraverat, ingenti metu concutitur, variisque intra se cogitationum fluctibus confunditur.

pie callida mansuetudinis exemplo.

30 Confugiens itaque ad misericordissimum virum Udalricum, velut ad tutissimi portus solatium, culpam suam cum gemitu pandit, pœnitentiæ medelam suscipit, ipsique jussus calicem dedit: quem acceptum vir misericordiæ sub terra fossum abscondit, & in crastino petita humiliter in capitulo venia de amissa re, revelatum sibi fore innotuit. Revera enim, ejus pietate promerente, Dei nostri clementia, damnum ecclesiæ restitui, & fratris crimen occulta pœnitentia purgandum voluit celari. Assumptis itaque quibusdam fratribus, ad locum perrexit, ac primo per industriam circumquaque fodiens, tandem exerta fossa, sacratum vas eductum ecclesiastico thesauro

A reddi fecit. Sic homo Dei pie callidus, dum
EX MSS. humanæ naturæ fragilitatem facile labi posse considerat, proximi lapsum clementi compassione dissimulat.

Auctor hujus vitæ, sui mentionem facit.

31 Hoc autem lectorem nostrum volumus cognoscere, nulla nos huic operi inserere velle, nisi quæ veritatis radice subnixa, ejus sanctitatis præconio specialiter sint attribuenda, [Cum enim præclaris gestis ejus personæ singulariter adscribendis abundemus, cur sanctum Virum, velut alienis phaleramentis exornare attentemus? Namque, ut verum fateamur, non eget noster Udalricus, ut vel falsis, vel extrinsecus assumptis laudum favoribus extolliatur, qui suis adeo præcellere cognoscitur, ut pro sui numero & excellentia, vix vel a diserta scriptoris comprehendi possint eloquentia. Verum priusquam ad describenda miraculorum ejus insignia procedamus:] animi ejus constantiam, tentationumque certamina, [ad salubre imitationis exemplum proferamus. Quia enim nullius
B virtutis manifestatio fit sine tentatione, magna profecto legenti erit utilitas, beati Viri pugnas & victorias cognovisse: nam & fortia Christi membra tentantur, ne in suis tentationibus desperent infirmiora.

deinde narrat stimulis veni s Sanctum misere exagitatum fuisse

32 Hoc itaque eximium Christi membrum,] licet corpus suum vigiliis edomaret, & jejuniis; acriter tamen stimulari cœpit ex libidinum incentivis; in tenui & exhausto corpore contrariæ delectationis voluptas pullulabat; [quia, ut Apostolus ait, caro adversus spiritum concupiscebat. Quis miretur, si antiquo hosti hujuscemodi impugnationis vento hanc pulcherrimam cedrum impingere Dei judicio conceditur, cum & Paulus, altissimorum montium vertex, ab angelo satanæ colaphizatus legatur, ne magnitudine revelationum extolleretur. Vide etiam Antonium, vide Hilarionem & Hilarionis laudatorem Hieronymum, monastici Ordinis patres ac prævios, carnis suæ stimulo fuisse vexatos. Qui cum tentationibus non cessere, sed viriliter eas, favente Deo, superavere, idcirco in exemplum infirmioribus proponuntur, ut non desperent nec cedant cum tentantur. Pote-
C rat hic homo Dei sublimitate cælestis gratiæ in se collatæ ad modicum elevari, si sese tam infirma passione non sentiret humiliari.

aliquo adhibuisse remedium, non imitandum.

33 Tali igitur molestia laborans,] cum arctissima corporis affilictione & abstinentia ardorem carnis mitigare non posset; iratus sibi, quod tam infirma tentatione diutius fatigari deberet, genitalibus locis candente ferro perforatis, & sune immisso, vulnus vulnere sanavit, & voluptatem in dolorem traxit. [An hinc perfectum non vides monachum, vere beati patris Benedicti sequacem & discipulum? Ille impugnante inimico conceptum carnis stimulum, inter veprium spinarumque aculeos reptans, refrænavit; iste immane vulnus corpori infligens, noxium calorem extinxit.] Quid doloris; quid miseriæ hoc vulnere intumescente pertulerit, lingua carnis pavet dicere. Nullum tamen hoc scire volens, animo forti se contra se erexit, solito more laborans, Abbatisque sui obsequio incessanter instans.

34 In hoc congressu cernens invidus tentator suam astutiam superatam fore, ad alia calliditatis sum argumenta conversus, in ami- D
cum caritatis fraterna odia non cessavit excitare. Nam quidam fratres, Abbatis obsequio inhærentes, simplicitatem & innocentis vitæ puritatem, quam in se non habebant, in beato Viro invidiose carpebant; cum magis, si saperent, bono virtutum ejus odore ad morum suorum condimentum delectabiliter uti deberent: [nec mirum in monachos quoque invidiam cadere posse, cum nec astra in conspectu Dei munda sunt.] Præcipue tamen exarsit, & alios contra eum inflammavit monachus quidam, Hunaldus * nomine, [velut ex subsequenti narratione liquido possumus adverrere.]

Sancti viri patientia

* al. Hunoldus.

adversi tentata

35 Venerabilis Pater Hugo, iter agens, cum ad quamdam basilicam veniset, & hunc, quem propter sanctitatem ac morum gravitatem in comitatu suo frequenter habebat, Missarum solemnia celebrare jussisset, extraneum quemdam Abbatem suscepit, qui collocutionis gratia ad eum divertit; cumque mutuæ confabulationi diutius inhærerent, & horarum spatia defluerent, E
reverendus Pater præfatum Hunaldum ad suum sacerdotem misit, quatenus celebrationem mysterii differre deberet, quoadusque peracto colloquio ipse adesse potuisset. Qui veniens ad hominem sanctum, amari cordis asperitatem, qua intus contra eum tumuit, foris ostendit; illi durum ac turbulentum signum, quod discerni non poterat, cum nimia indignatione faciens. Vir autem Dei; ut erat simplicis naturæ, quia signum non intellexit, indutus veste sacerdotali Missam exorsus est celebrare, existimans videlicet, quod Abbas aliis occupatus negotiis non posset interesse. Quo viso, reversus nuntius, eum coram extraneis, quasi paternæ jussionis contemptorem accusat, verba multiplicat, causam nimis exaggerat, patremque spiritalem, si possit, ad gravem indignationem commovere laborat. Sed prudens magister discipuli innocentiam secum considerans, animo lenis, vultu tamquam iratus apparuit: & & qualiter & ignotos, qui aderant, in illo ædificaret, & suis patientiæ ejus exemplum proponeret, solerter intra se tractare F
cœpit.

satis dure?

36 Veniens itaque ad subjectum suum, jam divinis obsequiis instantem, ab altari eum repulit, ac casulam ei abstraxit; & sic Missam, quam usque ad consecrandam oblationem perduxerat, finire coegit. At ille, quoniam signum monachi in tentationibus apparet, qualis semper fuerit in tranquillitate, palam ostendit imminente tentatione: nam reliquis indumentis cum tanta mansuetudinis lenitate seipsum spoliavit, ut nec vultum quidem pro illata sibi contumelia mutaverit, [Ascensis igitur equis cœptum iter acceleravant.] Tunc prudens Pater, ut demonstraret, quod tam severa discipuli correptio non irascentis furor, sed amantis esset probatio, rursus eum mysteria jussit celebrare: quod & ille cum omni mentis explevit devotione. O magnæ humilitatis indicium! o invictæ patientiæ salutare documentum! Talis tantaque tolerantia discipuli, gloria est magistri, aliorum ædificatio, delatoris confusio, ipsius meritorum non parva augmentatio.

37 Ad-

Digitized by Google

A 37 Addatur & aliud patientiæ ejus exemplum, [quod audienti virtutis præbeat incitamentum.] Solebat Vir Deo carus dulces ac salubres litterarum suarum admonitiones notis suis tam Abbatibus quam monachis privatim dirigere; religiosos & honestos confortans, deviantes vero ad viam veritatis revocans: quam piam & caritativam sancti Viri præsumptionem prædicti ejus æmuli moleste nimis tulere, dolentes, illi amplius, quam ipsis, aut concedi aut licere. Quibus crebra clamationum importunitate aures spiritualis Patris aliorumque seniorum ob id pulsantibus monachis, [de his graviorie culpæ districtioni addicitur, &] pro lege talis correptionis in conspectu conventus præsentatur. [Nec ibi, Domine, famulum tuum deseruisti,] cui per sancti Spiritus gratiam, tantam æquanimitatis constantiam subministrasti, ut cunctis exemplo fuerit & admirationi. Sed & Abbas discretissimus, qui magis aliorum improbitate, quam propria voluntate ad hæc fuerat perductus, facile culpam ignovit, quam non elationi, sed caritati

B deputavit.

a se ipsum.

CAPUT IV.

Patientia in infirmitate oculi; secessu in locum solitarium; hydropica & daemoniaca sospitati; calumniator ad frugem reductus.

CUmque his, aliisque tribulationum aculeis, superno Opifice ordinante, diligenter examinatus, fidelisque fuisset inventus, cœlestis agricola, qui suos palmites, ut fructum plus afferant, paterno verbere purgat, hunc electum suum palmitem, jam virentem, jamque fructificantem artificiosius purgare disponebat.] Missus etenim ad locum, qui dicitur Marcigniacus *a*, ut ibi præesset sacris

C Christi virginibus, quas felicis memoriæ pater Hugo in eodem cœnobio sub jugum Domini coadunaverat, per longas vigilias noctium, per scribendi laborem continuum, gravissimum capitis dolorem incurrebet. Ipse autem non hoc divinitus pro sua examinatione, sed casu existimans sibi accidisse, aliquoties caput lavit absinthio, ut a tali liberaretur incommodo. Contigit itaque, ut ajunt, festucam absinthii ejus oculo infigi, quæ exinde quia nullo consilio erui potuit, oculus sancti Viri per sex mensium spatia guttatim effluxit.

Oculi Sancti gutta tim fluentis,

animam ipse profecit patientiam.

39 Sed monachus Dei tam exemplo fortium virorum, quam etiam divinarum consolationibus Scripturarum roboratus, ut Job vel Tobias, virtutem patientiæ est assequutus. Et quia scriptum scivit: Beatus homo, qui corripitur a Domino, non est contristatus pro exterioris luminis detrimento: [quia quanto carnalis visus obscurior, tanto mentis acies ad contemplandum supernæ luminis claritatem fuerat perspicacior.] Infirmitate igitur compellente, Cluniacum revertitur, & misericordiam petens a commisso sanctimonialium regimine absolvitur. Cui clementissimus pater Hugo quam benignus extiterit; qua ex MSS.
caritate cum foverit, quam pie, quam prudenter ejus infirmitatem consolatus fuerit, cujus sermo explicare poterit? Præcipuo etenim illius congregationis membro infirmante, merito compatiebatur ipse pater, qui quasi caput omnium cognoscebatur esse.

40 Eodem tempore præpotens quidam, nomine Lutoldus, de castello, quod dicitur Rumelingen *, lata quidem prædiorum aliarumque divitiarum locupletatur possessione, sed dulci filiorum carens successione, ex consensu suæ conjugis ad Cluniacense cœnobium perrexit, & prædiis suis ad altare beatorum Apostolorum Petri & Pauli liberaliter traditis, Filium Virginis pro eterna hereditate adipiscenda suum heredem constituit. Quo petente monachos secum dirigi, beatus Udalricus, incolumitate jam recepta, & vir venerabilis, nomine Cuno, a Patre monasterii cum eo mittuntur, quatenus per eorum industriam congrua monachis habitacula construerentur. Postquam perventum est, E
considerato locorum situ, elegerunt Montem-Rotgeri, in quo ædificia cœnobitarum mansioni idonea perspexerunt aptius posse fieri. Sed quoniam hiemalis inclementia ædificationem impediebat, reverendi seniores, sæcularium hominum cohabitationem declinantes, in speluncam quamdam, a prædicto monte duobus milliaribus distantem, sese contraxere, ibique instantis Quadragesimæ dies, pane & aqua solummodo contenti, cum spirituali gaudio deduxere.

*Discedit cum suis in locum solitarium; * al. Limlingen.*

41 Ibi ergo dum vellent secretius latitare, ut divinæ contemplationi arctius possent inhærere, in abdita solitudine turbam patiuntur, dum a multis frequentantur. Nam primo quidem paucis, magis novos homines videndi admiratione, quam suæ salutis causa ad se venientibus, beatus Udalricus prædicavit verbum vitæ; & exinde innumerabiles hominum turbæ ad eos certatim confluxere: Sed prudentissimus Vir sibi solerter prospexit, Missarum solemnia, psalmos, & hymnos ex monastica traditione constituere, necnon psalterium ex ordine decantans. Post hæc, tamquam sibi animæ suæ Sponsum dicentem audiret: Surge, sonet vox tua in auribus meis; de dulcissimo quietis suæ thalamo foras processit, & erroneo populo, adhuc rudi, adhuc animali, & solo nomine Christum confitenti, viam salutis ostendit. Sic acuto prædicationis suæ vomere agrestium hominum corda scindens, ac peccatorum spinas, audita eorum confessione, eruens, remedia pœnitentiæ illis indixit: sicque per ejus eruditionem plebi, eatenus in umbra mortis habitanti, lumen veritatis oriri cœpit.

sed latere non valens; a pluribus frequentatur ac rudes instruit.

Mulier hydropica

44 Cumque ex diversis partibus, utriusque sexus & ætatis copiosa multitudo, tam pro corporum quam & animarum salute recuperanda, catervatim ad eos concurreret. Venit inter reliquos mulier quædam miserabilis, a parte cinguli usque ad ima pedum inflata morbo hydropis & commaculata lepræ contagiis, quæ infirmitatis suæ miseriam servo Dei aperiens, consilium simul & auxilium illius flebiliter expetit, ita inquiens: O serve Dei venerande, o infirmantium fidelis medice, infelici mihi, quia pe-

Digitized by Google

EX MSS. tes, celeriter succurre. Omnia, quæ habere potui, in medicos erogavi; amissi rerum substantiam, nec adhuc evasi in firmitatis molestiam. Tu ergo calamitatis meæ miserus, fer opem, quam exspecto: quia desiderii mei votum per tuæ sanctitatis meritum impleri posse non diffido. Hæc & his similia quæ doloris acerbitas suggessit, illa cum gemitu proclamante, vir Dei, misericordia motus, lacrymis ora rigantibus, aquam benedixit, infirma ægrotantis membra humiliter lavit, ac Domini clementiam pro illa suppliciter deprecans, a se in pace dimisit. Hanc per ejus orationem, integerrimam post paucos dies recepisse sanitatem, narravit prædictus venerabilis vir Cuno, veridicus videlicet testis, qui eam vidit post adeptionem optatæ incolumitatis.

43 Hujus igitur miraculi fama longe lateque se per populares aures diffundente, tanto amplius cœpit homo Dei frequentari, quo * prædicationis ejus verba signorum splendore videbantur illustrari: cum interea quidam immundo spiritu possessus adduceretur; ut pro ejus ereptione ad januam divinæ misericordiæ pulsaret, Jesu Christi famulus, exoratur. Victus itaque tam supplicantium prece, quam miseri hominis vexatione, Salvatori nostro, vivificatricem passionis suæ hostiam pro illo immolaturus, ad altare accessit; perceptaque sacrosancta communione, arrepticium, ut & ipse salutare sacrificium sumeret, adduci præcepit. Sed sævissimus inimicus, dolens se suæ habitationis subsellium sub celeritate relictum fore *, tam variis, tamque horrendis vocibus non cessabat intonare, ut multarum bestiarum greges coadunatos crederes; tantaque fortitudine, ne adduceretur, reniti cœpit, ut illum tam viri Dei præsentiam, quam sacram hostiam exhorrere, patenter intelligeres.

44 Jamque ductorum manu deficiente, præfatus Cuno accedens, lassis auxilium tulit, rebellem ante altare statuit, & ore illius vi aperto, dandi Eucharistiam locum dedit. Qua data, totis collectis viribus, quasi leo ferox concepto furore, ruptisque vinculis prosilit de cavea, ita de manibus se tenentium erupit infelix homo cum terribili insania, qui nisi a prænominato monacho, perniciter post eum currente, retineretur, de ipso prærupti montis præcipitio, impulsu dæmonis elidendus corruisset, utpote qui totus in præceps ferebatur. In eodem loco, dum coactus subsisteret, superna gratia largiente, & beati Udalrici oratione suffragante, inimicus fugatur, & sui sensus compos effectus homo sibi redditur. Hujus miraculi prædictus Cuno exstitit relator, vir sanæ theoricus, justitiæ & veritatis amator. Nam Sanctus Domini cetera quidem vitæ suæ instituta, quæ huc usque pro nostro posse digessimus, quibusdam familiaribus suis rogantibus, immo compellentibus, simpliciter est locutus. Miracula vero quæ per eum Dominus operatus est, non ipsius relatione, sed probabili discipulorum ejus comperta sunt assertione: dum enim laudes hominum fugit, suorum gestorum prædicator esse noluit.

45 Ut ergo ad id, unde paululum digressi sumus, manum reducamus, ubi jam tristi algoris asperitate discedente, læta vernalis temporis amœnitas blande cœpit arridere, venerandi patres ad propositum opus redierunt, & officinas, monasticæ quieti competentes, pro loco ac rerum facultate, construere curarunt. Quorum operi perficiendo, dum prompto animo circumpositarum plebium devotio auxilium præberet, eosque cum magno venerationis amore coleret; duo presbyteri, in vicinitate positi, sui quæstus jacturam meruentes fieri, contra famulos Dei gravissimis invidiæ facibus sunt accensi. Quorum unus dum in cujusdam diei solemnitate ad populum sibi commissum, sermonem faceret, quasi in ænigmate loquens, ait inter alia, herbam quamdam pestiferam in illis regionibus germinare, quæ suæ perditionis veneno omnem illam terram infunderet, si contigisset eam fructum proferre.

46 Cuncta plebs, quæ aderat, his auditis, pavore & admiratione vehementi concutitur, & si tam periculosi germinis herba offendi vel eradicari posset, solicite scisci-tatur. Rursus perversus prædicator, virulenta suæ malitiæ seminaria cordibus illorum infundens. Monachi, inquit, isti a Cluniacensi cœnobio in has partes venientes, simulatione, avaritia & invidia pleni, vestræ saluti omnino sunt contrarii; qui si inter vos coaluerint, suæque prædicationis nociva semina in cordibus vestris crescere fecerint, quidquid boni operis mea solicitudo in vobis plantavit, citius perderis, nec ullarum virtutum fructus proferre poteritis. Fusis ergo ad Deum precibus, ut eos divina bonitas a vobis alienare dignetur, supplicate attentius, ne eorum subdola doctrina & ficta sanctitas vestrum sensum decipiat, &, quod absit, vestræ salutis statum pervertat.

47 Hæc & his similia cum dixisset, quibusdam minus peritis abominabiles preces pro illorum alienatione fundentibus; prudentioribus vero rem tacite secum considerantibus, præcurrens fama, servos Dei edocuit, quæ & quanta malignus presbyter adversus eos rabido ore protulerit. Contigit exinde, ut idem sacerdos iter per prædictum montem ageret, &, diei circulo terminante, superveniens caligo noctis reditum ad sua prohiberet; unde nimis anxius, quid agere posset, quia cæcitas noctis tenebrosæ, viæque dispendium reversionem ejus impediunt, animo inter spem & metum posito, ad monachos Dei, quibus invidiose detraxerat, coactus divertit. Beatus vero Udalricus, cum æmuli sui adventum cognovisset, ne malum pro malo redderet, obviam ei processit, hilari vultu eum suscepit, susceptum, ut monasticæ religionis consuetudo deposcit, primum ad orationem duxit. Cum post impensa orationis suffragia, ut filius pacis pacem obtulit in amplexu & osculo caritatis, dulci illum demulcens alloquio, omnique humanitatis refovens obsequio. In crastinum vero caritative dimissus, divina compunctus inspiratione, pertractare secum presbyter cœpit, quam benigne, quamque officiose ab his susceptus fuerat, quos ipse gravissimis verborum jaculis impugnare non timuerat.

48 Pro tanto igitur reatu pœnitentiam intra se agens, odium dilectione, detractiones laude, inimicitias pace commutavit. Ad propria etenim reversus, cum in proximo Do-

ad domesticos

* *supple magis.*

B

* *al.* relicturum.

Suspirantur.

C

Sacerdotem,

postmo S. Udalrici, ejusque sororum fama detrahentem.

E

ad se hospitii gratia digressum,

F

benigne hospitalitate sibi devincta & ad frugem reducit.

A Dominicæ diei festo Missarum solemnia in conventu plebis celebraret, monachos Christi, quos publica voce prius diffamaverat, magnis laudum præconiis extollebat; sese in eorum detractione reum protestans, culpæque sum vinculum popoli oratione relaxari sibi a Domino humiliter deprecans. Deinceps itaque firma ac sincera dilectione, benignissimo suo susceptori, ipsiusque fratribus connexus, patientiæ caritatisque eorum constantiam suis omnibus commendavit; ipseque cum parochianis suis ad Cellæ opus consummandum prompto animo illis auxilium præbere studuit. Sic hominis Dei pietas, sic patientia ejus & humilitas meruit remunerari, qui inimicum propter Dominum diligens, melius illum amando, quam adversando superavit: cui etiam, cum oportunitas se obtulit, benefacere non distulit.

ANNOTATA.

B a *Non procul ab oppido Semure ac Ligeri amne, in episcopatu Augustodunensi situm esse, jam pridem notatur in Comm. prævio Vitæ S. Hugonis, tom. 3 Aprilis, § 3, pag. 632; ubi de fundatione hujus loci agitur, allato ejus fragmento e Bibliotheca Cluniacensi, aliisque huc spectantibus.*

CAPUT V.

Obloquia, quia fatagebat Burchardum Episcopum corrigere; construitur utriusque sexus monasterium; sanatio puellæ a cancro.

Construit monasterium Paterniacum tendit;

COnstructo igitur cœnobio, cunctisque rite dispositis, sanctus Pater, relinquens cum fratribus, qui jam illic coadunati fuerant, sæpe nominatum Cunonem, Cluniacum revertitur, ibique in grata mentis suæ solitudine aliquamdiu quiescens, secum commorabatur. Sed quia fluvius iste magnus, qui jam plurimorum arentia corda irrigaverat, virtutumque fructus proferre fecerat, intra ripam sui alvei diu non fuerat includendus, ad alia rursus terrarum spatia infundenda est emissus. Nam Paterniacensium c monachorum curam, jubente suo Abbate, suscepit, quos suæ eruditionis fonte perfusos, perfectæque vitæ exemplo informatos, in bonis operibus florere fecit. Et quia non solum illos, sed & cunctos homines, quantum in ipso erat, salvos fieri cupiebat, Burchardum b Lausannensem præsulem, in cujus diœcesi præfatus locus est situs, Salvatori suo laborabat lucrifacere, quem omnem viam carnis ingressum, nec ad Jesu Christi, sed ad sua lucra cognovit prona mente intendere. Cujus opera dulci ac salubri litterarum suarum admonitione sæpius conveniens, adhortabatur eum, ut religiosæ vitæ instituto demonstraret, quid saluti, quid officio, quidve dignitati suæ congrueret: cujus correctioni tanto instantius imminebat, quanto in personarum acceptione minime judicabat.

50 Sed Episcopus, suæ saluti inimicus, admonitiones pii Patris non attendit, auditum a veritate avertendo, & spatiosas mundi vias ambulando. Susceptum interea in eodem cœnobio Clericum quemdam Pontifici notum, beatus Udalricus convenit, eumque si suus Antistes resipiscere vellet, scisciatus, multa super illius aversione est conquestus. Clericus vero pie simpliciterque loquentem patienter quidem, sed non simpliciter audivit, reversusque ad Episcopum, dulcia viri Dei verba perverteus, ac aspera quæque de suis commentis adjiciens, graviter illum accusavit. Dumque homini per pravam adulationem studuit placere, Deum in suo famulo, non veritus est offendere. Nam ad majorem suæ iniquitatis cumulum, animum Pontificis ad eam immanem commovit furorem, ut milites suos, præmiorum pollicitatione, ad servi Dei accenderet persecutionem: qui pecuniæ cupiditatem innocentiæ præferentes, diu innocentiæ justitiæque amatori insidias moliuntur, domnum Cunonem, cujus sæpe meminimus, Cluniacum pergentem comprehenderunt, hunc Episcopi sui reprehensorem existimantes, in quo ob satiandam crudelem Domini sui voluntatem, nimiam impietatis suæ sævitiam exercuere, rebusque omnibus denudatum reliquere.

Ex MS. ubi, dum Burchardum Episcopum corripiet frugi reddere satagit.

51 Ille vero, ut vir timens Deum, flagellantis Domini judicium patienter sustinuit, ipsiusque provinciæ defensorem expetens *, quis sit, quid pertulerit, quove pergere velit innotuit. Cujus adjutorio recepit sua, suisque persecutoribus pro sceleris sui errato veniam postulantibus, prompta affuit indulgentia. Videns itaque memorabilis pater Antistitem ad tam apertas tamque crudeles inimicitias erupisse, cessit, locumque dedit iræ, ne injuriæ, siquæ sibi accessuræ erant ad gloriam meritorum, persecutori suo fierent ad perpetuæ confusionis opprobrium. Reversus etenim ad Cluniacensis cœnobii arcem, diversis munitam virtutibus, protegente Deo, insidiatorum suorum evasit manus. [Quid illi eo tempore ad suæ sanctitatis indicium, & Abbatis sui tutelam divinitus sit concessum, breviter puto intimandum.]

Nihil promovet. * al. accedens.

E

F

52 Illis etenim diebus beatus Hugo pro monasterii sui utilitate, communi fratrum decreto, exteras nationes decreverat expetere, quod ne fieret, Beatus iste sancto Spiritu edoctus, beato magistro humiliter suasit; nec illum, licet aliorum votis contrarium esset, ad consentiendum sibi difficilem habuit. Ea nocte cum dormitum esset *, vidit in somnis sanctus Abbas, rejectis vestibus, totum se denudari, &, hoc superveniente, nuditatem ipsius honeste cooperiri. Mane itaque facto, consiliarium suum accersiri jussit, illique visionem ex ordine narravit, gaudens, se per ejus prudentiæ consilium, periculum evasisse, quod se incursurum non dubitabat, si aliorum suasionibus voluisset acquiescere. Qualiter vero beatum virum ad Alamannorum Brisgaugiæ videlicet partes, ad multorum salutem, per divinam providentiam contigerit pervenisse, cum omni gaudio & exultatione mentis libet commemorare.

Visionem habet S. Hugo de sancto Udalrico.

* al. iisset.

53 De-

EX MSS. *Conſtruit monaſterium in Briſgoia, * al. Haſſo.*

53 Degebat in Briſacenſi provincia miles quidam glorioſus, *Heſſo* * nomine, genere nobilis, ſed nobilior fide, moribus animique devotione. Hic, divina gratia inſpirante, veræ religionis amator effectus, prædia ſua ſanctæ Cluniacenſi eccleſiæ delegavit, atque in ipſis divinæ ſervitutis ſcholam ad congregandos inibi theoricæ vitæ ſectatores conſtrui poſtulavit. Suſceptis itaque in ſua poſſeſſione monachis, cum habitatio monaſtico propoſito minus idonea videretur, aliorſum vertit religioſam intentionem mentis. Locus igitur quidam, in eadem regione ſitus, qui etymologiam ſui nominis ex adjacentium camporum ſilvarumque virenti amœnitate oſtendens, Gruningen *c* dicitur, legitimo concambio facto cum duce Bertholdo, cujus ditioni ſubjacebat, ſtudio & induſtria clariſſimi viri Heſſonis, monachorum juris efficitur. [qui quomodo regulari cuſtodiæ aliquantulum aptior videbatur, conſtructis manſionibus, monachi illuc ſunt tranſlati; nec ibi, ut B poſtea clarebit, ſtabiliter manſuri.

c

54 Sed ſit plerumque ut ſacrorum locorum ſtabilitas & religio, quæ in ſui primordio pauliſper retardari videtur, procedente tempore, per Dei gratiam, & prudentium virorum induſtriam, in ſuo ſtatu ſtabilius perfectiuſque ſolidetur. Quod manifeſtius probabimus, cum ſequentium rerum effectus deſcripſerimus.] Nam tandem poſt aliquot annorum curricula, venerabilis pater Udalricus, in omni norma cœnobialis vitæ ad unguem edoctus, a ſancto Hugone ad præfatum locum dirigitur, quatenus per ejus ſtudium atque laborem vinea cæleſtis Agricolæ inibi plantaretur. Qui commiſſi gregis curam ſolicite cœpit agere, monitis & exemplis oves Chriſti inſtruens, qualiter ſe ab inviſibilis lupi rabie poſſent defendere.

eui præficitur S. Udalricus.

55 Non poſt multos itaque dies feliciſſimi adventus ejus, bono virtutum illius odore jam ſe per regionem diffundente, offertur ei inter filiorum ſuorum manus matrona quædam nobilis vexata furore ſæviſſimi dæmonis, qua ſub ipſis vinculorum nexibus, quibus ob immanitatem furoris ſtringebatur, in conſpectu viri Dei pavendo fremitu variiſque conatibus perſtrepente, ut patenter intelligeres inimicum ejus præſentiam expaveſcere; frater quidam, Warinherus nomine, de meritis ſancti Patris pie præſumens, ſuas preces adſtantium votis ſimpliciter adjunxit, ita inquiens: O Pater ſancte, qui omnibus in afflictione poſitis auxilium orationis tuæ clementi compaſſione impendis, cur ſuper graviſſima hujus miſerrimæ mulieris vexatione ſolita pietate non moveris? Huic vel benedictionis tuæ munus largire, quatenus ab infeſtantis inimici liberari valeat invaſione.

Oblata ſibi exorcizandam,

C

56 Quibus auditis, vir humillimus vehementer obſtupuit, fratremque quaſi ſimpliciter locutum, quod talis de ipſo præſumeret, gravi indignatione coarguit, dicens; ſe hominem peccatorem, nullius meriti dignum eſſe, per quem divina miſeratio ſpiritatem illi dignaretur conferre. Salutem tamen illi a vero medico Jeſu Chriſto, ſed non in ſua præſentia adipiſcendam, imprecatus abſceſſit: ac ſecreto ingreſſus eccleſiam, corde contrito, ſpiritu humiliato, lacrymis uberrimis Domino pro illa ſupplica-

pro eadem mulierea ſe non exorandam referens; Deum pro ea, laborauit.

vit. Nec diu diſtulit ſuperna clementia vota ſupplicantis amici, quem ob ſuæ humilitatis cuſtodiam, declinare vidit laudem favoris humani. Comitibus etenim miſerandæ mulieris cum mœrore eam reducentibus, ipſa ſubito de manibus eorum in terram corruit, ac quaſi per unius horæ ſpatium, uſu loquendi ſubtracto, moribunda jacuit. Ibi itaque ſuperbo hoſte, per humilitatem ſervi Dei adhuc precibus incumbentis, de vaſe, quod poſſederat, ejecto, matrona ſurrexit incolumis, ac revereſa cum ſuis, gratias egit Deo, ejuſque fideli famulo, per cujus meritum receperat gaudia optatæ ſanitatis. Hoc miraculum, prædicto fratre Warinhero referente, cognovimus, qui adhuc ſuperſtes vivit in domo Dei, ſanctæ ſimplicitatis & innocentiæ monachus. D

Judicium Viri ſancti

57 Cum ergo in præfato loco ſervus Dei aliquo tempore manſiſſet, anxiari cœpit, quod ovium ſuarum caulas nequaquam in tuta manſione, ſed quaſi in mediis luporum faucibus, vidit conſtitutas. Idem etenim locus, licet ſui amœnitate ſpectantium oculis grate arrideret, licet ubertate fructuum labori cultoris reſpondeat, patet tamen undique acceſſibus viarum, circumfunditur frequentia ſæcularium hominum, arctatur penuria multarum rerum monaſticæ quieti neceſſariarum. Quæ omnia Vir altioris ingenii ſolicite perpendens, plurimum obſiſtere ſpirituali profeſſioni; filios adoptionis, quos a carnalium hominum vita & moribus alienos voluit exiſtere, etiam loco ab illorum viſu & auditu ſatagebat ſegregare. Cujus rei cura, diverſos anfractus eremi, Briſacenſi pago adjacentis, perluſtrans, invenit tandem locum ex antiquorum traditione, Cella nuncupatum, a ſæcularium turbine longe remotum, nemoroſa arborum denſitate conſertum, irriguum aquarum fluentis, florigeris amœnum pratis, & per omnia opportunum cautelæ vitæ monachilis. E

Locum prioren bene ſatis a ſæcularibus remotum, ad eum pergit:

58 Hunc igitur omni deſiderio amplexatur, Burchardum *d* Baſileenſem antiſtitem, ad cujus jus ſpectabat, cum nobilibus viris convenit, & ſub multorum teſtimonio probabili recompenſatione facta, fratribus ſuis eorumque ſucceſſoribus perpetuo jure habitandum acquiſivit. Transferens igitur athleta Chriſti vineam de Ægypto, & velut alter Moyſes ducatum præbens Dei populo, introduxit eum in eamdem ſolitudinem, ut per duros & aſperos labores patienter exercitatus, intraret tandem terram lacte & melle manantem. Conſtructurus autem monaſterium, cum religioſis fratribus, prælato ſanctæ Crucis ſignaculo, locum futuræ fabricæ perluſtrat, ac precum vota ſuppliciter perſolvens, ipſum aqua ſanctificationis conſecrat. Ipſe quoque ad fundamentum ponendum primus ſarculo terram aperit; deinde exemplum magiſtri diſcipulorum devotio ſubſecuta, terram certatim egerit. [Hæc idcirco commemoravimus, ut præſentes & ſubſequentes ſemper habeant in memoria, a quanta ſanctitate & religione præfati loci ſurrexerint primordia.] Cum tandem ſub magna rerum penuria ejuſdem eccleſiæ ædificium eſſet conſummatum, in honore ſummorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſtat eſſe dedicatum. F

59 Hu-

A *ubi condit monaſterium.*

59 Hujus igitur ſanctiſſimi Patris ſtudio atque meritis poſt Deum præcipue eſt adſcribendum, quod primum in ea eremo militiæ cæleſtis Regis quoddam gymnaſium noſcitur eſſe conſtructum, vel quod inibi Deo ſerviens fidelium populus merito & numero eſt adauctus. Accenſa etenim hac ſplendidiſſima lucerna, & bonorum operum exercitiis ſuper candelabrum eminenter poſita, multi in tenebrarum caligine conſtituti gaudebant ſe illius claritate illuſtrari. Nonnulli etenim de magno & ſpatioſo hoc mari cupientes emergere, ejus ſanctitatis conſilium non dubitabant expetere.

magnis in illud viris adfabilis.

60 Sed vir beatus, licet ad fratrum ſuorum ſuſtentationem terrenarum rerum valde indigeret ſupplemento, nullum tamen ſibi attraxit ſermone compoſito. Nam magnis quoque viris, divitiarum gloria fulcis, gratia converſionis eum adeuntibus, propoſuit loci paupertatem, diſtrictionem Regulæ, propoſiti laborem; ſuadens, ut alia expetererent monaſteria, ubi non conſtringerentur tam
B grandi rerum inopia. Quia Deum non ficte ſed veraciter quæſierunt, [ſponte] ſe dura quæque & aſpera propter ſpem vitæ æternæ patienter ſubituros [promittentes], ſub tali magiſtro jugum Chriſti ſuſceperunt. Hi non ſolum rebus, quas reliquerant, loci indigentiam plurimum ſupplevere, verum etiam ſeipſos relinquentes, per religioſæ vitæ converſationem, nominis ſui profeſſionem ornavere. Venerandi etenim Patris monitis inſtructi, moribus ædificati, meritis adjuti; de peccatoribus juſti, de carnalibus ſpirituales, [de terrenis cæleſtes] ſunt effecti.

In monaſterio a ſe condito

** al.* Bolpsweiler *videtur ſcribi.*

61 Cum itaque totius religionis amator lucrandis animabus propenſius* invigilaret, ſolicitus fuit, ut etiam muliebrem ſexum faucibus antiqui hoſtis ſubriperet. Unde in villa, quæ Boleſwiler * dicitur, diſtans a monaſterio fere milliario uno, non ſolum eas
C collegit, quæ maritales delicias poſtponerent; verum etiam, quæ virginali decore candentes, cæleſtis Regis ſponſæ vocarentur, & eſſent. Hæ ſub utraque conditione ſæculo renuntiantes, cum nitore caſtitatis, accenſiſque lampadibus in adventum Sponſi ſui ſeſe ſatagebant præparare, quatenus cum eo cæleſtis aulæ thalamum mererentur intrare. [Ad quas, quia ſecundum narrationis ſeriem pervenimus, miraculum quoddam, quod apud illas Vir Dei, dum in eadem villa conſiſteret, perpetravit, ſilere non debemus]

quemdam filium cancro laborantem, ſanitati reſtituit.

** al.* Wancha.

62 Quadam etenim vice ſpiritualis Pater eaſdem filias ſuas, quas Chriſto genuerat, more ſuo exhortationis gratia viſitabat: Cui una ex ancillis Dei, Vinnecha * nomine, filiam ſuam virginem ſacram, quam ſecum de mundi naufragio ad monaſticæ quietis portum adduxerat, benedicendam offerebat. Nam invaſerat faciem illius cancer, morbus letalis, jamque miſerando modo nares corroſerat uſque ad confinium labii ſuperioris, ſuper cujus plagam cum ea vice, ſecundaque adveniens, medicinalem Omnipotentis miſericordiam ſupplicirer invocaſſet; ut in tertio adventu ſuo malum morbi latius creviſſe conſpexit, ſolita pietate commotus, erumpentibus lacrymis, puellæ inquit: Quid eſt, filia, quod antiqui hoſtis invidiam adeo tibi prævalere video, ut orationibus ſervorum Dei non valeas liberari de hujus paſſionis incommodo: nam in virtute Jeſu Chriſti confidebam, te jam incolumitati eſſe reſtitutam. Hæc dicens, locum vulneris ex omni parte ſanctis manibus ambiendo, appoſito ſimul orationis antidoto contrectat, ac ſic eam dimittens, in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis imperat, ne amplius ex illa infirmitate ullam moleſtiam ſuſtineat. Quod Viri Dei præceptum celer effectus ſubſequitur. Nam eadem hora puella cum naris purgatione vermem adinſtar parviſſimæ teſtudinis projecit, cunctiſque, qui aderant, gaudentibus, ſanata * Dei magnalia ac beati Viri merita non tacuit. Hoc geſtum ejuſdem venerabilis feminæ, matris videlicet ſanatæ virginis, aliorumque teſtimonio ad nos conſtat eſſe perlatum, quorum fides & devotio virtutis præbet incitamentum.

* *al.* ſancta.

ANNOTATA.

E a *Situm eſſe in diœceſi Lauſannenſi liquet e verbis proxime ſequentibus. Notat Mabillo ibidem ex decreto capituli generalis anno* 1326, *debuiſſe eſſe* 30 *monachos.*

b *Percuſſum pridem anathemate a Gregorio VII, quia contra hunc Pontificem adhærebat Henrico Imperatori, narrat Baronius ad an.* 1076; *alii, teſte Mabillone, ad annum præcedentem.*

c *Germanice*, grun, *Belgice* groen, *Latine* viridis.

d *Burchardus ab Hoſenburg ponitur in Baſilea ſacra, anno* 1658, *a Collegio S. J. Bruntrutano edita, inter Baſileenſes Antiſtes vigeſimus nonus, ſignato anno* 1072: *ubi plura.*

CAPUT IV.

Præclaræ Viri ſancti virtutes.

Quam magna pariarum virtutum ornamenta ſuum ex-ordiente exhauſerit.

F OPeræ pretium eſſe exiſtimo, præconiis ſignorum illius pauliſper intermiſſis, laudabile vitæ ejus converſationem texere, [poſito fundamento, miraculorum ædificationem aptius poſtmodum videamur exigere. In primordio quidem converſationis ejus pauca de morum illius qualitate perſtrinximus; hic vero qualiter ſuſcepto hujus loci regimine vixerit, qualiter docuerit, ob multorum utilitatem pro noſtris viribus breviter evolvendum putamus. Nam in hujus noſtræ fragilis, jamque ad occaſum vergentis ætatis tempore, deficiente jam Sancto, ut ita dicam, mirabilius eſt ſancte & innocenter vivere, quam exteriora miracula, quæ cum electis & reprobis communia ſunt, perpetrare.] Erat igitur Beatus iſte fide firmus, ſpe certus, gemina caritate refertus, mundus corde, pius voluntate, diſcretus in ſimplicitate. Erat etiam in conſilio circumſpectus, in ſermone diſertus, in omni actione ſua compoſitus; conſtans in adverſis, humilis in proſperis, nec nimis in ſeveritate rigidus, nec in hilaritate remiſſus: ſed honeſta gravitate temperatus, juſtitiam dilexit, iniquitatem odio habuit, ſupernique Arbitri voluntatem in omnibus ſectari ſtuduit. Miſericordiæ pietatiſque viſceribus plenus, mira manſuetudine & invicta patientia præditus, [egregiisquoque ſtudiis floruit, velut ſequentis ſeries narrationis declarabit.]

64 Nam

A EX MSS. *quanto disciplinam monasticam studio promoverit,*

64 Nam circa salutem fratrum, sum providentiæ commissorum, valde fuerat solicitus, omnimodis ad hoc invigilans, ut sub ipsius magisterio nullus vel religionis vel animarum utilitatis subreperet defectus. Unde ipse primus ordinem regularis disciplinæ in eodem cœnobio servandum statuit, qui ipso auctore ac doctore in augmentum religionis excrescens, hodie quoque, Dei gratia, meritisque ipsius opitulantibus, salvus consistit. Nam cum adhuc pauci numero essent fratres, qui sub ipsius regimine Domino serviebant, tam exemplo ejus & admonitione, quam propria voluntate perfectioriſque vitæ desiderio, traditiones Cluniacensium Patrum Ordinisque districtionem observare satagebant: in tali namque tantoque magistro sese quasi in lucidissimo speculo considerantes, formamque, cui imprimerentur, ante oculos habentes, de virtute in virtutem studebant proficere, ut tandem Deum deorum in Sion mererentur videre. Ipse quoque secundum Apostolicæ institutionis regulam, prout cuique competebat, in omni patientia & doctrina arguebat & obsecrabat, non piger in solicitudine, ne remissio ullum in propositi fervore negligentiæ torporem posset generare.

B

65 Ipse primum, petente Willelmo *a* Hirsaugiensis cœnobii reverendissimo abbate, Alemanniæ monasteriis consuetudines Cluniacensis ecclesiæ invexit: quas plerique monasticæ religionis amatores, tanto studio tantaque veneratione observant & amplectuntur, ac si opes regias se habere gratulentur. De quibus duos libellos luculento sermone composuit; quorum conscriptio tam per Alemanniæ, quam & aliarum regionum monasteria longe pervolavit: quos si forte leges, quasdam divinæ servitutis aliorumque officiorum, nec non obedientiæ, humilitatis, fraternæque caritatis leges conscriptas in eis reperire, studium, ingenium quoque, sapientiamque viri inibi manifeste poteris cognoscere. Erat enim homo iste doctus patersamilias in regno cælorum, proferens de thesauro suo nova & vetera, unde multos ad scientiam erudivit: ideoque sicut stella in perpetuas æternitates fulgebit.

a invitatus ab ipso primum in Alemanniam Consuetudinibus Cluniacensium.

C *Ejus fama ad circumpositos monachos propagata; austeritas vitæ in illis*

66 Quoties ad circumpositorum Abbatum, sive monachorum cœnobia visitationis gratia veniebat, non ut hominem, sed ut re vera magni consilii Angelum, conctorum devotio cum omni eum reverentia & alacritate suscipiebat. Cujus dilectio illorum cordibus adeo insedit, ut eum Ordinis sui Patrem ac doctorem appellarent, hodieque nomen & sanctitatis ejus merita in benedictione commemorent. Qua vero austeritate Athleta Christi corpus suum castigarit, ne aliis prædicans, ipse reprobus efficeretur, fragilitas nostra vix referre valet. Primo anno quo divina dispositione populum Dei regendum suscepit, quadragesimales ipsius anni dies in panis & potus, [qui ex aquæ hordei sive avenæ permixtione confectus,] vulgo cervisia dicitur, perparco sumptu exegit: sicque suam devotionem familiæque Christi salutem, cui speculator positus fuerat, summo rerum Speculatori commendavit. Alioque tempore, cum naturalis necessitas poposcisset, tam tenuiter ab eo cibus sumebatur, ut potius cogi quam velle * videretur. Plerumque ad principalem mensam sedens, circumvallante se fratrum corona, prægustatis paulisper escis, refrænans edendi appetitum, spiritualibus epulis animam suam delectabiliter pascebat; psalmis orationibusque vacans, cælo totus intendebat.

** alibi velle refici.*

D

67 Nonnumquam etiam præ nimia lassitudine somno superveniente correptus, communi refectione completa, ab aliquo fratrum facto signo surgere est admonitus. Quid dicam? Quod numquam lautiores epulas, nisi summa infirmitate cogente, quæsivit. Quid? Quod nec saporem quidem, vel in simplici cibo attendit. Quod apponebatur ei, non in concupiscentia, sed ad necessitatem corporis simpliciter & cum gratiarum actione sumebat; nec dulcia avidius, nec minus sapida gustans despectius. Vigiliæ ejus, vigiliæ longæ & laboriosæ, & quæ pene ipsam naturam debitis obsequiis viderentur defraudare. Nam cum sessos artus repausandi gratia lectulo collocasset, ubi parum somni prægustavit, excussis membris de somno, ecclesiam intravit, crebrisque suspiriis psallendo & orando seipsum holocaustum medullatum Domino in ara cordis mactavit. Nonnumquam etiam in * stratu * suo jacens vel residens, animam suam in conspectu Domini effudit, & secundum Psalmographi sententiam, laborans in gemitu suo, lavansque per singulas noctes lectum suum, lacrymis suis stratum suum rigavit.

lautiores epulas aversatus; vigilia,

E

** al. strato.*

68 Cumque vero ad magnam illam cælestis Agni mensam accessisset, ut sacrosancta passionis ipsius mysteria celebraret, mox totus lacrymarum undis fluebat, totus in Deum, fontem vivum, sitiebat. Tantam siquidem compunctionis gratiam habebat, ut aliquoties cum hæc vocem ederet, nec labia moveret; quasi divino examini assistens copiosa fletuum effusione, totam faciem rigaret. Anima quippe ejus, omniaque ejus interiora nomen sanctum Domini benedicebant. Quem cum quidam discipulorum ejus pane lacrymarum die ac nocte pasci perpenderet, admiratus super jugi illius afflictione, cur se tam inconsolabili luctu attereret, præsumpsit inquirere. Cui servus Dei humiliter respondens: Primo, inquit, delictorum meorum maculas abluere cupio. Secundo exilii mei ærumnas & labores defleo. Tertio, nos qui monachi censemur, multos numero, paucos esse merito, lacrymando perdoleo. O beatum virum! o beatas lacrymas! quas & rationabilis causa produxit, & humilitatis commendatio in audientiam superni Arbitri admisit. Vere, inquam, felicem! qui cum beatis in hoc sæculo languentibus *, divinæ consolationis exspectavit repromissionem.

F

donum lacrymarum i

** al. lugentibus.*

69 Silentii quoque tam diligens custos fuerat, ut a mane usque ad signum primæ horæ precibus & contemplationi sæpissime incumberet, & sic demum oris claustra ad doctrinæ ædificationisque verba referaret. Sed & omni tempore, aut utiliter tacere, aut fructuose loqui studebat; sicque cum Psalmista orabat: Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis. Nam ut fratribus quoque suis certas silendi vel loquendi metas poneret, mystico sacroque jejunii tempore, tertiæ horæ laudem horologio constituit significandam, ut determinatam taciturnitatis seu necessariæ locutionis

arcta circumstantia.

Digitized by Google

A tionis regulam obſervantes, ſacris diebus debitam impenderent reverentiam. Jam vero, ut brevi locutionis cingulo * ſpecialia ejus commprehendendam ſtudia, orationi lectio, lectioni ſalutaris doctrinæ admonitio, admonitioni ſcribendi vel dictandi crebra ſucceſſit exercitatio.

*al. ſummatim.

vita contemplativa cum activa conſociatis hoſpitalitas

70 Si quid autem pro monaſterii vel fratrum utilitate tractandum erat, id cum moderata gravitate fiebat. Sæpius tamen altius ingemiſcebat, ſeſe ex ſuſcepti officii cura temporalibus vitæ negotiis vel ad modicum implicari: cum Maria potius pedes Domini inceſſanter cupiens exoſculari, quam cum Martha exterioris miniſterii ſolicitudine occupari. Utriuſque tamen vitæ typum rebus expreſſit, quia ſpiritualem quietem dulciter amplectens, activę etiam vitę adminiſtrationem non deſeruit. Operibus enim miſericordię cum omni ſtudio & hilaritate inſiſtens, omnes ſuperuenientes hoſpites, ut Chriſtum ſuſcipere, illiſque humanitatis * officia ſumma cum devotione curabat impendere: quos non ſolum carnalibus beneficiis fovit, verum etiam dulciſſimo exhortationis ſermone veluti ſaluberrimis quibuſdam ferculis, animas æque refecit.

B

* *al.* humilitatis.

miſericordia erga pauperes; miſerſica;

71 Illius quoque membris, qui propter nos egenus factus eſt, cum dives eſſet, Chriſti videlicet pauperibus, hic pauper Chriſti maxima cura, ſanctaque intentione, ut revera ipſorum capiti ſervivit: quos etiam patronos ſuos, ſuoſque dominos appellavit. Hos ipſe jejunus pavit, horum in ſinum eleemoſynam abſcondit; his pedes lavit, capillis extерſit, ſancto ore oſculari non deſpexit; quorum ut nuditatem contegeret, ſe plerumque non erubuit denudare, ne carnem proximi ſui videretur deſpicere. Aliquoties in itinere conſtitutus, ſi pauperem nudum obviam habuit, a via ſecretius divertens, lumbare indumentum, quo inferiora corporis tegebantur, latenter eductum, nudo tradidit induendum, reputans ſecum, laneum veſtimentum, quo utebatur propter ſuam aſperitatem, pauperi minus eſſe acceptum.

C

ex qua donatur mulieri fecit ipſius Sancti vox petenti.

72 Venit aliquando ad eum quædam pauperula, veſte religionis induta, cupiens tam largitate ipſius perfrui, quam verbo conſolationis recreari. Hæc ut in pedibus ſancti hominis ſoccos piloſos contra algoris violentiam valde commodos conſpexit, dari ſibi eos ſupplici voce rogavit. Nec mora, ſanctus Pater exutos ſoccos petenti libens tribuit, quia Chriſtum in paupere & attendit & honoravit. Parva quidem hæc & relatu indigna viderentur, ſi muneris quantitas potius, quam caritas & affectus dantis a ſuperno cordis inſpectore penſarentur. Nec illud prætereundum eſt, quod fidelium oblationes ad aliorum neceſſitates ſæpius tranſmiſit ſublevandas, amplius in hoc diligens proximum quam ſeipſum, cujus indigentiæ magis quam ſuæ voluit eſſe conſultum: his bonorum operum exordiis præcurrentibus, dilectus Deo & hominibus eſt effectus.

Omnibus amata fellas, multos Chriſto lucratur.

73 Honorabant illum Principes, diligebant eum multi nobiles ac divites, & ut patrem colebant illum pauperes. Quanti prægravati mole peccatorum ejus prudentiæ quæſierunt conſilium, & ſanctæ intercеſſionis auxilium! Quanti ſalutari illius compuncti exhortatione, correctionis vitæ inſtituta aſſumentes, de tenebris ad lucem, de vitiis ad virtutes tranſire! Erat enim Vir iſte omnibus conformis * omnibus affabilis, nullius perſonam deſpiciens * *al.* ſecundum Apoſtolum, omnibus omnia ſeipſum commodaciens. Hæc de imitabili illius converſatione datus, ſuccincte tranſcurriſſe ſufficiat.

D

RR MSS.

ANNOTATA.

a *De Willelmo agit Comm. prævius.*

CAPUT VII.

Patrata a Sancto miracula.

Quidam ex prægrandi eſſe, gutture laborans;

NUnc ad deſcribenda miraculorum ejus inſignia ſermo recurrat. In vico, qui Amparingen dicitur, plebejus quidam carnium uſus edulio, infixo gutturi ſuo oſſe prægrandi, intolerabili addictus eſt ſupplicio. Cumque dolor adeo vehemens eſſet, ut ſibi hujus vitæ ſpiraculum intercipi putaret; remedium, quod medicinali arte conſequi non potuit, per beati Udalrici orationes ſibi a Domino conferri poſſe non dubitans, ejus conſilium ſimul & auxilium expetiit. Cui cum calamitatis ſuæ miſeriam lamentabiliter aperuiſſet, vir miſericordiæ afflictioni ejus ex intimis viſceribus compaſſus, dulcibus eum verbis conſolans monet, ut habeat patientiam, & flagellum corripientis Domini peccatis ſuis attribuat. Deinde locum doloris conſignat Sanctorum reliquiis, potatque eum aqua ſanctificationis. Conſilium quoque dedit infirmo Romanæ urbis mœnia, ſummorum Apoſtolorum glorioſiſſimo triumpho inſignita, cum primum opportunitas accidiſſet, adire, ipſorumque patrocinia pro corporis & animæ incolumitate devote expetere.

E

amittens S. Udalrici liberatur.

75 Cujus conſilio voluntario acquieſcens, redit ad propria, injunctum ſibi negotium exſequi cupiens prompta obedientia. Ea nocte cum ſeſe miſerabilis homo ſopori dediſſet, prorumpente ſanguine, ſæviſſimus ille gutturis aculeus quadam vi evellitur; quia dolor ibi locum diu habere non potuit, ſuper quem homo Dei Sanctorum pignora, adjuncto patriter ſuæ orationis medicamento, tetendit *. Ereptus igitur de faucibus mortis, inopinata ſua ſanitate amicos & affines ſuos lætificat; remeanſque ad beatum Udalricum, ſuæ ſalutis patronum, gratiarum actiones pro adepta ſoſpitate referre non ceſſat. Vir autem Domini, ob ſuæ humilitatis cuſtodiam, non ſuis meritis, ſed ſanctorum Apoſtolorum poteſtati ſanitatem ipſius docens adſcribendam fore, ad quorum limina eum deſtinabat dirigere, monet illum ſolicite, ne injuncti itineris laborem negligat aſſumere.

F

* *al.* collocavit.

Brumali frigore algens *al. Egino.*

76 Beatus pater egreſſus eſt aliquando pro monaſterii utilitate, quodam fratre viro nobili, cui nomen erat Egeno *, qui ejus ductu mundum vicerat, quique hæc, quæ ſubſcribenda ſunt, retulit, ſecum patrem comitante. Erat tunc frigoris aſperitas nimia, ſolitoque gravius inhorruerat hiemalis inclementia. Sanctus autem Domini pſal-

mis

Digitized by Google

A mis & eanticis ſpiritualibus, quoties erat in
EX MSS. itinere, ſemper intendebat, nec unquam gravitatem ſilentii, niſi magna urgente neceſſitate, ſolvebat. Dum ergo pſalmis & orationi more ſuo vacaret, intuſque in amore Dei totus flagraret, frigore foris contra ſe invaleſcente, in corpore adeo obriguit, quod vix vel vocem edere, vel labia movere potuit. Quod videntes, qui in comitatu ejus aderant, illico mente conſternati, qui, ne id fieret, prævidere inertes fuerant & incauti, feſtinato curſu quamdam villam intrabant, ejuſque neceſſitati copioſum ignem præparabant: quos præeuntes, ſenior, uno cliente ſecum comitante, ſubſequitur, ac domum intrans, ab obſequentibus ſibi juxta foci incendia collocatur.

77 Cumque tacitus ſedens, pſalmos ſecum ruminaret, & ſeniles artus ad igneum calorem refoveret; flamma ſurſum evolans ligni faſciculos ſupra ignem ad ſiccandum poſitos raptim invaſit, altiuſque conſurgens, teſti altitudinem apprehendit. Hinc familiæ
B clamor attollitur, a vicinis ad extinguendum ignem undique concurritur: domus ſubſtantia certatim ejicitur; jamque acrius ſæviente flamma, venerabilis pater domum exire rogatus, ne ab ignis violentia læderetur; immobilis perſtitit, expanſiſque ad cælum manibus, hujuſmodi precem ad Dominum fudit: Domine, inquit, Jeſu, Domine Jeſu, adjuva nos. Quo dicto, ſignum ſanctæ crucis flammis oppoſuit, manus intra veſtem reduxit, ipſamque ſupra focum, cui adſtabat, expandit. Dum ergo orat, dum Sanctus Dei ſuppliciter invocat, non ſolum ignis, quem veſte cooperuerat, in carbones redigitur, verum etiam flamma, totam domum jam devaſtans, ac ſi valida imbrium abundantia perfuſa, ſubito extinguitur.

78 Ipſe ab incendio nec corpore nec veſtimento læſus liberatur. [Quis, Deus æterne, omnipotentatus tui magnalia dignis laudum præconiis valet extollere? Ecce iterum antiqua magnitudinis tuæ miracula non dedi-
C gnaris renovare: ſicut quondam tres Hebræos juvenes, Chaldæis incendiis pro tui nominis confeſſione deputatos, illæſos eripuiſti; ita nunc famulum tuum velut in æſtuanti fornace ſtantem, teque invocantem in mediis flammis ita intactum conſervaſti, ut nec fimbria veſtimenti ejus ulli pateret læſioni. Sicut tunc medium fornacis quaſi * roris flantem, Angelo in eam deſcendente, feciſti; ita nunc per merita fidelis tui, voracem flammam, omne illud ædificium deſtruentem, cæleſti virtute compreſſiſti.] His ita geſtis, ſanctus Pater populares, qui ad extinguendum ignem convenerant, dulci ſanctaque prædicatione recreat; monens, ut omnem ſpem ſuam in ſummo rerum Ordinatore conſtituentes, ſic vivere ſtuderent, quatenus ab æternis gehennæ incendiis, Deo propitio, liberari valerent. Qui omnes læti & alacres, Deumque in mirabilibus, quę viderant, glorificantes, ad propria ſunt reverſi.

79 Inter hæc tacendum non eſt, quantam Deus tentationem famulo ſuo, ipſiuſque diſcipulis immiſerit, & quam mira clementia eum cum ſuis de imminenti auguſtia liberaverit. Enimvero cum quidam in Briſgaugia finibus fluprum cum noverca ſua illicite com- D
miſiſſet, & ſcelere diffamato, oculos civium ſuorum præ contumelia ferre non potuiſſet; adiit venerabilem Conſtantienſis eccleſiæ pontificem Gebehaldum a *, ab illo pro commiſſo crimine pœnitentiæ accepturus remedium. Qui miſit eum ad cognitam ſibi beati Patris ſanctitatem, petens, ut in numero fratrum, qui vulgo Barbati b dicuntur, ſuſciperetur: quatenus ſub ejus regimine per duros obedientię labores, delicti ſui veniam adipiſci mereretur. Suſcepta legatione Pontificis, Vir Dei rem ad fratres detulit; ſed quia locus in proximo erat, ubi idem vir tam nefandam rem commiſerat, voluntati ejus minus annuendum putabant: verentes, ne aut culpam ex loci propinquitate iteraret, aut opprobria hominum ſuſtinere non poſſet. Qua propter miſerabilis ille, incertus, quo ſe vertere poſſet, invento tandem conſilio, ſuis ignorantibus, Hirſaugienſe cœnobium expetiit, ſęculo renunciavit, correctioris vitæ diſciplinam aſſumpſit.

80 Hinc igitur callidus omnium bonorum adverſarius, materiam ſęviendi in Dei famulum ejuſque diſcipulos ſe inveniſſe gaviſus, qui proptios conatus in eoſdem diu fruſtra exercuerat, novos hoſtes in eorum perſecutionem excitabat. Ipſius etenim, ut putatur, inſtinctu, miraque Dei permiſſione, hujuſcemodi fama totam ſubito pervolat regionem, [cunctis dicentibus,] hominem illum ſuis oculis ſubtractum, ad illius loci monachos converſionis gratia perveniſſe, & arundine ori ejus impoſita, ſubterraneo ſpecu, quaſi pro pœnitentia obrutum fuiſſe, arundine vero caſu remota, inventum poſt triduum mortis ſubiſſe ſupplicia. Hinc furor totius populi contra eos accenditur, hinc ſervi Dei ſpectaculum & opprobrium cunctis habentur. Erat tunc tempus meſſis triticeæ, quando hæc infortunia Viro Dei ſociiſque ipſius obviavere. Adduntur ſuſpicionibus ſuſpiciones, blaſphemiis blaſphemiæ, maledictiones maledictionibus. Nam ea tempeſtate ex occultis terræ finibus, imbrifera nubes circa cœnobium aſcendens, paulatimque ſeſe per totam regionem ſpargens, pluviarum inundationes comproviocialibus ingerebat; unde nec meti nec fœnum colligi poterat. F

81 Tum vero filii tenebrarum filios lucis multo acrius maledictis & blaſphemiis infectantes, ajebant: Ecce quanta mala, quantas calamitates a peſtiferis illis patimur! Ecce enim, ecce nubium denſitas & imbrium tempeſtas de execrabili illo conſurgit loco, ubi defuncti cadaveris obruta jacet corruptio. Iſtos non monachos, ſed ſimulatores homicidas & perverſores *, cur ſinimus inter nos vivere, quorum nefas nec cæleſtis indignatio ſuſtinet inultum eſſe? Iſtos de noſtris finibus ſtudeamus expellere, ut nos cum noſtris ſalvi poſſimus conſiſtere. Inter hos turbines ſpiritualis Pater, ſuper quem præcipue totum pondus tribulationis incumbebat, oves ſuas, quas a luporum dentibus lacerari vidit, fortiſſima patientiæ arma aſſumere monebat, dicens: Omnes in Chriſto Jeſu pie volentes vivere, oportere perſecutionem ab iniquis ſuſtinere.

82 Sin-

a *al.* Gebhardum

b

exorta, dum ſe calefacit, incendio,

eſſet ſuperpoſitione extinguis.

* *addit* ventum

exorta turba e maledictis.

* *al.* ſeductores

A 81 Singulos quoque nunc publice, nunce privatim monebat, obnixius insistere orationi; quatenus per summi Patris consolationem, ab imminentibus anxietatum fluctibus citius mererentur liberari. Hinc ergo preces multiplicant, psalmos cum gemitu cordis decantant, pauperes reficiunt, Dominumque, quasi in navi dormientem, ut imperet ventis, & tranquillitatem faciat, excitare contendunt. Cum vero inter hæc nullatenus sedari posset tumultuantis populi fremitus, nec ulli monachorum liber e cella concederetur egressus, beatus Pater legatum suum misit ad Ducem Bertulfum *, statuens, ut si ipsius judicio placeret, monachum suum per exstructi ignis rogum, ad comprobandam ipsorum innocentiam, transire juberet. Constituitur itaque dies, & examinis sententia adhuc suspensa. Ille, pro quo tota tempestatis procella fervebat, Dei nutu ex insperato supervenit, & viva adventus sui præsentia monachos de impositi criminis opprobrio exemit. Sic omnipotens Deus, qui est adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, famulos suos, quos utiliter ad tempus probavit, probatos misericorditer liberavit, & B apud omnes, apud quos diffamati fuerant, magnifice glorificavit. [Adhuc aliqua de miraculis beati Viri paginis sunt inferenda, quæ sanctitatis ejus præclara quædam sunt indicia.]

sed mire modo fodata-

** al. Bertholdum cum addit, ut videtur, de Zaringen.*

ANNOTATA.

a *Gebehardus, vel, ut scribit Bruschius, Gebhardus, hujus nominis tertius, dum Zeringensi & monachus Hirsaugiensi, creatur Episcopus anno 1082; & sedem suam tenuit difficillimis temporibus usque ad an. 1116. Hæc & plura dicta Bruschius in Catalogo Epp. Constantiensium.*

b *De fratribus Barbatis seu Conversis egimus in S. Wilhelmi Hirsaugiensis Comm. prævio, die 4 hujus, pag. 152, a num. 19.*

CAPUT VIII.

C *Infanti impetrat gressum; cæcitate affligitur; obitus; apparitio & miracula illunc confecuta.*

QUodam tempore contigit beatum Udalricum ad villam, quæ Walchiretha * dicitur, devenire, uno monachorum secum pariter comitante. Ubi dum ob sanctæ opinionis reverentiam a quorumdam devotione in hospitium honorifice fuisset susceptus, monachus ejus valida infirmitate subito est prægravatus. Mane itaque discessurus, cum infirmus ejus comitatui nulla virtute posset adjungi, sequestratus ab aliis, cum gemitu, & lacrymis Dominum pro fratris incolumitate precabatur; ac venerandam virginem Margaretam, cujus in eadem villa memoria est, inter alias sic affatur:

** al. Swaldiers. Comitem suum infirmum,*

84 Num, inquit, tibi placet, Margareta, quod monachus meus, quem ad tuæ ditionis locum incolumem adduxi, tanta debeat infirmitate detineri? Redde eum, redde sospitati, quem sanum in tuo loco suscepisti. His dictis, ad infirmum fratrem festinanter regreditur, scienſque omnia possibilia credenti: surge, ait, in nomine Domini, ut quemadmodum simul huc venimus, ita pariter hinc discedamus. Nec mora, ad vocem jubentis, monachus, acsi divinitus imperatus, nulla debilitatis vestigia in se ostendens, sanus surrexit; iter senis comitatur, Deus in his glorificatur.

opem implorans S. Margaretæ, sanitati restituit;

85 [Cum passim fama sancti Patris percrebuisset; Basilea quoque, civitas populosa, a miraculorum ejus gloria nequaquam exstitit aliena:] quam vice quadam ingressus, a prædivite quodam, cui nomen erat Anno, devotissime est susceptus. Cui, posteaquam idem paterfamilias hospitalitatis jura cum omni caritatis officio impenderat, filium suum egregiæ indolis flore adornatum, benedicendum sanandumque illi offerebat. Qui cum jam id ætatis esset, ut naturali pedum officio, firmis gressibus uti deberet, sine incessu tamen remansserat, omnemque spem ambulandi parentibus suis abstulerat. Quod cum Pater ipsius servo Dei mœsto sermone retulisset, nihil diffidens de meritorum ejus dignitate, dulce pignus gremio reverendi senis imponens, una cum matre infantis affatur eum supplici voce:

uti pariter infanti

86 Rogamus pietatem tuam, Pater venerande, quatenus pro hoc infante divinam misericordiam digneris exorare, ut omnipotens Deus, qui nobis eum concedere dignatus est, ipse ei naturale gradiendi munus largiendo, corda nostra lætificet. Quorum precibus vir Dei commotus, ut erat misericordiæ visceribus plenus, ad infantem adhuc in gremio suo sedentem mitissimos dirigens obtutus: Almæ, inquit, Mariæ virginis Filius clementer annuere dignetur, ut in tuo profectu * parentum tuorum animus lætificetur. His dictis, parvulum in terram statuit, statimque ille longiuscule deambulans, post paucos dies firmis vestigiis innitendo, quo voluntas tulit, incedens, nullius egebat adminiculo. Is nunc robustæ vir ætatis, perpetrati in se miraculi causa testisque existit, in quo homine pulcra manus Omnipotentis pulcræ excellentisque statuæ plasma confinxit.

gressum impetrat;

** al. proceſſu.*

87 Hæc de beati Viri vita, sive gestis multis, [quæ scribi possent, brevitatis studio omissis] fidelium memoriæ tradidimus. Hinc qualiter ad æterni Regis palatium, velut miles emeritus immarcescibilis gloriæ diademate coronandus, intraverit commemoremus. Cum ergo Dominus Electum suum, post decursa hujus vitæ stadia, bravio æternæ beatitudinis remunerare decerneret, ad labores & tentationes ejus labores addidit & tentationes, ut & gloriam meritorum ejus copiosius augeret, patientiæque ejus exemplum posteris proponeret. Nam ademit illi usum alterius luminis, quo solo utebatur per spatium longi temporis. Ipse vero viriliter agens, ac Dominum patienter sustinens, cum Apostolo dicebat: Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Tunc ergo orationi, psalmorumque decantationi, nec non auditioni sacrarum lectionum, tanto studiosius ac liberius adhærebat, quanto nullius alterius administrationis cura occupari poterat, talibus studiis facile consolans damna ablati luminis.

cæcitatem patienter fert;

Digitized by Google

A *fidem novimus, a Francis captum & flammis prope abſumptum eſt anno* 1553. *Annis poſt novem & viginti, ſcilicet* 1582, *a populabundo Cameracenſi præſidio expilatum dicitur, & ab eo abhinc diebus a principe d'Eſpinoy, provincia gubernatore receptum. Excentiora ſunt quæ patrum noſtrorum memoriageſta audivimus de Mareſcalli Gaſſionis anno* 1647 *obſidione, in qua læſus, Atrebati extinctus eſt; uti & de inſigni victoria, ibidem anno proxime ſequenti a Gallis reportata ducente Condæo; a quo tempore, ſaltem a pace Pirenæa anni* 1658, *ipſorum dominio ſubditum remanſit. Collegiata iſtic dicata eſt* S. *Vulganio, de quo agetur ad* 11 *Novembris, exſtatque PP. Minorum cœnobium, quod primum toto Belgico exſtructum fuerit, ab eo, quo de agimus,* B. Pacifico, *ſub annum, ut volunt,* 1219.

diverſur eſt ab aliis ſynonymis

2 *Eo loci ſepultum fuiſſe præfatum Beatum, teſtantur ſcriptores omnes, tum Minoritæ, tum externi Belgæ, exceptis paucis, ab Arturo citatis, qui neſcio unde decepti,* B. Pacificum *volunt Venetiis aut Ripæ ſepultum, quod Arturus aliique refellunt. Rem propono uti eam* VVaddingus *expreſſit ad an.* 1212, *num* XL, *ubi præmiſſo Beati elogio, ſic proſequitur:* Ubi autem ſepultus ſit, ſe neſcire fatetur Marianus. Monet Rodul-
B phus, Venetiis in æde Minorum Conventualium ſupereſſe adhuc ſarcophagum, in quo repoſitum fuit corpus ejus cum ſubjectis verbis: IN HOC SEPULCRO DEPOSITUM FUIT CORPUS B. PACIFICI, ORDINIS FRATRUM MINORUM, ANNO DOM. MCCCCXXXII, DIE XXI JULII. Idem etiam Rodulphus in cuſtodia Veronenſi, in loco Ripæ eumdem conditum fuiſſe aſſeverat, ejuſque opera non longe a Fratrum cœnobio emanare fontem aquarum. At Franciſcus Gonzaga tumulatum ait in conventu Lenſenſi in Belgio in ſaxo marmoreo ..... Rem confirmant Ferreolus Locrius in ſuis Chronicis Belgicis, & Joannes Molanus in Natalibus Belgicis, qui & monumenti exſcripſerunt epitaphium hujuſmodi: SUB HOC LAPIDE RECONDITA SERVANTUR OSSA SACRA B. PACIFICI ORDINIS MINORUM, QUI IPSE PRIMUS FUIT PROVINCÆ FRANCIÆ MINISTER.

quidquid porro de eo ſuperſit.

3 *Anceps hic hæret* VVaddingus, *unumne an geminum admittat* Pacificum; *an potius cenſeat partem reliquiarum ex Belgio Venetias aut Ripam*
C *translatam; quaſi ignoraſſet alium* B. Pacificum *Ceredanenſem in Inſubria ex ſuo Ordine, de quo in Actis ad* IV *&* VI *Junii. Verum quidquid ſit de inſcriptione illa Veneta, ſatis manifeſtum exiſtimo, eam* B. Pacifico *noſtro, totis duobus ſeculis ſenieri, aptari haudquaquam poſſe; ut proinde extra controverſiam ſit, illum qui a* S. *Franciſco in Galliam miſſus eſt, Lenſi mortalitatem exuiſſe, cujus ſepulcro olim jam dicta epigraphe inſcripta fuerit, ex qua pro antiquo ejus cultu certant quotquot ferme hactenus de hoc Beato locuti ſunt. Id vero accurate notandum, non eodem loco, quo hodie viſitur, exſtitiſſe olim Patrum Minoritarum Lenſi cœnobium, ſed* III, *ubi circa ſuburbia monſtratur fons, ab eo cognominatus* fons B. Pacifici, *quem adverſus febres aliaque incommoda ſalutarem memorant, adeo ut etiam hoc tempore a piis fidelibus frequentetur, quemadmodum me docuere litteræ nuper inde acceptæ; quamvis de ſingularibus beneficiis non tam diſerte teſtentur. Modo prata ſunt, ubi olim cœnobium fuit, tranſlatum præterito ſeculo in oppidum: illud vero ad-*

verſis caſibus jactatum, memoriam loci, ubi Beatus depoſitus fuerit, hodie penitus amiſit.

D

ADCT. J. B. S. *monumentis omnibus pridem amiſſis.*

4 *Ita equidem ſentire cogor, nam rogati non ſemel illius loci Patres, candide reſponderunt, de loco ſepulturæ* B. Pacifici *nullam prorſus ſupereſſe notitiam; ut ſæpe miratus fuerim, ſcripſiſſe Gonzagam (cujus opus editum eſt* 1587) corpus B. Pacifici in ſuxo marmoreo prope majus templi altare reconditum eſſe; *quod cum de hodierno templo aſſeri nequeat, conſequens eſt, ut verba illa intelligenda ſint de eccleſia veteris cœnobii extra oppidum, cujus nec rudera modo apparere dicuntur. Petieram quoque inter alia, nihilne in ipſorum archivo reliquum eſſet, quo probari poſſet, factam aliquando fuiſſe legitimæ auctoritate ſacri corporis elevationem aut tranſlationem. Verum & ad hoc reſponſum eſt, nullam ejus rei exſtare memoriam; ut plane in animum inducam, magna incuria ſervatum fuiſſe theſaurum, qui Patribus illis majori in pretio habendus erat. Lubens tamen fatebor, in adverſos caſus, quibus non ſemel forteſſe diruta fuit vetus cœnobium, ea facile refundi poſſe, ut recte obſervavit laudatus Gonzaga his verbis:* Multa & graviſſima damna & injurias ſuſtinuit hic conventus ex bellorum incommodis, & Gallo-
E rum hoſtium excurſionibus, qui bis hunc conventum incenderunt & ſpoliarunt; ſemel adhuc vivente Imperatore Carolo V; iterum anno MDLXXXII, cum per inſidias oppidum invaderent. Quibus incendiis fere tota ſupellex cum omnibus litteris Pontificiis & veteſtatis monumentis & reliquiis abſumpta fuit.

Dubium fuit an numerari poſſet;

5 *Scio etiam, varias mutationes eo loci inductas, quod modo Gallis ſubfuerint prædicti Patres, modo Hiſpanis, in diverſas proinde provincias tranſlati, ſic ut monumenta diſtracta fuerint, Duacum & Inſulas comportata, quæ haud dubie neglecta jacuerint, fortaſſe hoc tempore plane deperdita. Atque hæc cauſa fuit, cur diu dubitaverim, ſatiſne tutum eſſet,* Pacificum, *ut vere Beatum, & pro tali habitum, Actis hiſce noſtris inſerere, de cujus rebus geſtis, obitu, elevatione, tranſlatione & cultu tam pauca litteris conſignata eſſent, ut ad ſolum fere* Beati *nomen & ſepulturam, Lenſi olim magis quam hodie celebrem, res tota recideret; quidquid catalogum bene longum texuerit Arturus ſcriptorum, qui de ipſo ut* Beato *mentionem fecerint. Accedebat & illud, quod ipſo in loco (Lenſi) tam exigua ipſius ra-*
F *tio haberetur, ut vix ulla hodie exſtarent Catholicæ venerationis veſtigia, ſive in aris ibi erectis, picturis, reliquiis aut aliis id genus exterioris cultus decoramentis; uſque adeo, ut nec ipſa feſta ejus luce ulla in Officiis eccleſiaſticis fieret commemoratio, uti ingenue faſſus eſt* R. P. *Felix de Sailly Lenſienſis cœnobii Guardianus, in ſuo ad me reſponſo, dato* XX *Decembris* 1720.

ſed oleis populi veneratio

6 *Verumtamen, rite perpenſis omnibus, vicit vox populi & conſtans ejus a tot ſeculis in Beatum reverentia, quam ea regione vulgatiſſimam mihi teſtati ſunt ii, de quorum fide dubitare non potui. Notabilis quoque viſa eſt tabula, aliquousque ſculpta & Lenſi ſervata, cui jam dicta epigraphe inſcripta eſt; addito quidem anno* 1591, *ſed accepta haud dubie ex multo antiquiori, quæ veroſimillime monumento ipſi olim inſculpta fuerit. Confirmat cultum, ſaltem olim Beato exhibitum, dimidiata ſtatua lignea, Minoritam referens, cujus pectori inſerta eſt maxilla inferior integra, cum calvariei partibus, quæ in ſupplicatione circumferri ſolebat, re-*

Digitized by Google

A *mine ferme dubitante, quin ea statua* B. Pacifi-
AUCT. cus *repræsentaretur. Testis mihi est laudatus proxi-*
J. B. S. *me* R. P. *Lensensis Guardianus, fratrem laicum popularem ibidem supervivere, qui priusquam religiosus fieret, sæpe a sacrarii præfecto, & ipso Lensensi origine, offensa sibi viderit ossa aliqua, seu mirabiles reliquias capitis, quibus adscripta schedula, fidem faceret, eas esse* B. Pacifici *sacras exuvias, quam rem paratus est juramento firmare. Utrum vero per dictas vicissitudines & migrationes, reliquiæ aliquæ non perierint, nullius modo est, qui explorare certo possit, uti nec a quo tempore statua illa per urbem deferri, & publicæ venerationi exponi desierit. Arculam ibi etiamnum exstare novi, qua plerumque ossa continentur, eademque esse existimo, de quibus frater iste locutus est.*

7 *Præter hæc pro Beati cultu stant Martyrologia, tametsi paulo recentiora, quorum auctoritas sufficiens visa est, ut suus hic* Pacifico *locus daretur. Molanus abstinet quidem* Beati *titulo, tum in additionibus ad Usuardum, tum in Natalibus Sanctorum Belgii; at non frustra ipsum, ex antiquioribus monumentis acceptum, inter Sanctos collocavit. Sic habet in prima sua editione anni* 1568: Gallis oppido Lens, obiit Pacificus, primus Minister Fratum Minorum in
B Francia. In *aliis editionibus, pro* Gallis *legitur* In Artesia, *additurque*, cujus meminit Bonaventura. *Encomium in Natalibus rem magis explicat, præmisso compendio elogii, quod inferius ex ipsa S. Francisci vita dabimus. Ait igitur multos conventus a Beato erectos*, inter quos Lensensis, Atrebatensis, cujus postremi initium multa virorum nobilitate fuit decoratum. Fuit vero inter eos nobilissimus Judocus de Maternes, ante conversionem gubernator Montensis, qui cognatum suum ad eumdem Ordinem trahens, fundatorem vidit cœnobii Gandensis. Obiit autem Pacificus Lensii sive Lendii, ubi in suburbio tenue est sed pervetustum, atque primum harum regionum cœnobium Franciscanorum, in cujus ecclesia extra chorum vetustissimum cernitur monumentum, cum hujusmodi inscriptione. SUB HOC LAPIDE RECONDITA SERVANTUR OSSA SACRA BEATI PACIFICI, ORDINIS MINORUM QUI IPSE PRIMUS FUIT PROVINCIÆ FRANCIÆ MINISTER.

C 8 *Ex hac* Molani *observatione intelligitur, ejus ætate adhuc monstratum fuisse vetustissimum illud monumentum cum prædicta inscriptione sepulcrali, non* prope majus tempi altare, *ut ajebat* Gonzaga, *sed* extra chorum, *procul dubio in ambitu, vel in anteclori templi parte, sic ut inde conjici possit, Beati corpus, saltem integrum, e terra levatum non fuisse. Colliges etiam, per id tempus adhuc exstitisse in suburbio tenue illud & pervetustum cœnobium, cujus destructio & excidium referri debeat ad oppidi spoliationem, & nisi fallar, cœnobii incendium anno* 1582. *Turbati quidem ea calamitate Fratres, at monasterium non plane deseruere, sed ad locum suum reduces, procul dubio in sepulcralis prioris istius inscriptionis memoriam, tabulam illam, hodie superstitem, sibi efformari curarunt anno* 1591, *reliqua omni supellectile*, litteris Pontificiis, vetustatis monumentis & reliquiis *igne pridem absumptis. Accessit notabilis mutatio PP. Recollectorum qui aliis successerunt, & anno* 1609 conventu funditus everso, *novum conventum & templum in oppido exstruxerunt, ubi vetustiorum omnium memoria facile perierit; ut mirum adeo videri non debeat, si hoc tempore plurima, ad* B. Pacificum *spectantia, longa ferme sesquisæculi oblivione sepulta sint.*

9 *De cetero antiquior est* B. Pacifici *commemoratio in Martyrologio Germanico sub nomine Canisii, siquidem ea inserta fuerit editioni anni* 1582, *cujus Molanus in præfatione meminit, sed quæ nobis visa non est. In posterioribus annuntiatur ipsius fere Molani verbis, ex prima ejus Usuardi editione nuperrime adductis. Brevior est Ferrarii annuntiatio in Catalogo gen.* Lensii in Artesia, beati Pacifici, Ordinis Minorum. *Miræus in Fastis Belgicis habet*, B. Pacificus ex Ordine Minorum, *ubi sic pergit*: Inter Belgica Franciscanorum monasteria, quæ plurima sunt, ceteris antiquiora censentur Lendiense, Atrebatense & Valentianense, quæ constructa fuere temporibus B. Pacifici, primi in Francia ministri Provincialis. Fuerat is per S. Franciscum mundi fluctibus extractus, & post præclaram Ecclesiæ & Ordini Seraphico navatam operam, obiit in monasterio Lendiensi in Artesia, ubi monumentum ejus visitur E
cum hac inscriptione &c., *ut satis manifeste perspicias, ipsos non dubitasse, quin* Beati *titulus* Pacifico *in tam recepto scriptorum consensu, tribuendus esset, tametsi nihil in medium adducant, quo constans ejus cultus magnopere probetur.*

10 *Interim usque adeo in Gallicana etiam Flandria invaluit Beati gloria & sanctitatis ac miraculorum fama, ut* Guilielmus Gazetus *in historia sua ecclesiastica non sit veritus* Pacifico *addere titulum* Sancti, *cum elogio Gallico, quod infra melius ex ipso fonte referemus. Perreolus Locrius in Chronico Belgico Molanum imitatus est. Liceat adjungere nostrum Balduinum Vvilet, in Belgico Martyrologio Gallice scripto, ex quo verosimiliter transiit in additiones Flandricas ad Martyrologium Romanum. Ut Kalendaria præteream & recentiora alia, sufficiat Saussaji in Gallicano suo Martyrologio breve hujusmodi elogium*: Item in monasterio Lendiensi in Artesia, pio fine decessit beatus Pacificus, primus Provincialis minister Fratrum Minorum in Francia, qui per S. Franciscum sæculi fluctibus extractus, post præclaram Ecclesiæ & Ordini Seraphico navatam operam, sitiens æterni fontis pocula, Christique Regis gloriæ ardens conspectum, votis feliciter tandem pro meritis potitus est. Cujus ossa in dicto cœnobio, magna cum sanF
ctitatis opinione condita servantur: elogia vero præclara sanctus Bonaventura celebravit in historia S. Francisci, quam perscripsit. *Atque hæc sunt, quæ pro aliquali* Beati *cultu adduci potuere.*

11 *De ætate, obitu, verum ab cogestarum serie aut tempore, frustra quæritur. Ex ejus conversione a S. Bonaventura vita S. Francisci cap.* 4 *descripta, id solum patet, celebrem poetam tum fuisse, dum se Seraphico Patri socium adjunxit circa annum* 1212, *aut paulo citius, in ætate procul dubio jam virili & forte satis provecta. Paucis annis post missum esse in Franciam, ac deinde in Belgium, tradunt omnes, ubi primum Ordinis sui monasterium exstruxerit Lensii anno* 1219 *vel* 1220, *annisque proxime sequentibus Atrebati & Valencenis, adjutus a Belgis nobilibus, quorum aliqui sacræ familiæ adscripti fuerint, ut ex* Vvaddingo *fusius narrat* R. P. Benignus Fremaut *in sua Sanctorum Ordinis Legenda Belgica ad hunc diem. Quid porro hac inter gesserit* B. Pacificus, *quo præcise anno ad laborum*

præmium

& plurimorum scriptorum

& quamvis recens in Martilii memoria

satis unanimis consensus;

tametsi de gestis in Belgio & obitu nihil sciatur.

item effortum epitaphium

Digitized by Google

A *premium evocatus fuerit, nusquam traditum reperi. Quod superius more nostro apposuerim annum obitus circiter* 1230, *id inde conjicere visus sum, quod paucis post sanctissimum Patrem annis viuisse dicatur. Cum vero is ad cœlestem gloriam evolaverit anno* 1226, *alios vero S. Francisci socios in Belgium a potentibus Bertholdis adductos docuerim in Corollario ad Acta S. Rumoldi seorsim edito, cap.* 3 *pag.* 118. *tum verosimiliter cum jam priores aliqui e vita migrassent, non videtur* B. Pacificus *diu ultra annum* 1230 *suam produxisse. En modo elogia ad ipsum spectantia.*

ELOGIUM

Ex vita S. Francisci cap. 4 *apud Surium.*

Mira Pacifici conversio ex visione.

CRescentibus quoque virtutum meritis, in parvulis Christi odor opinionis bonæ circumquaque diffusus, ad præsentiam S. Patris videndam plurimos e diversis mundi partibus attrahebat. Inter quos quidam sæ- B cularium cantionum curiosus inventor, qui ab Imperatore fuerat coronatus, & inde rex versuum dictus, virum Dei contemptorem mundialium adire proposuit. Cumque ad castrum sancti Severini eum prædicantem reperisset in monasterio quodam, facta manu Domini super se, vidit eumdem Crucis Christi prædicatorem Franciscum, duobus transversis ensibus, valde fulgentibus, in modum crucis signatum, quorum unus a capite ad pedes, alius a manu in manum per pectus transversaliter tendebatur. Non noverat facie servum Christi; sed tanto monstratum miraculo, mox agnovit. Subito stupefactus ad visum, incipit meliora proponere: tandemque verborum ipsius compunctus virtute, tamquam si esset gladio spiritus ex ore procedente transfixus, sæcularibus pompis omnino contemptis, beato Patri professione cohæsit. Propter quod videns ipsum C vir Sanctus, ab inquietudine sæculi ad Christi pacem perfecte conversum, fratrem Pacificum appellavit. Hic postmodum in omni sanctitate proficiens, antequam fieret Minister in Francia (siquidem primus ibidem ministerii gessit officium) meruit iterato magnum Thau in fronte Francisci videre: quod colorum varietate distinctum, faciem ipsius miro venustabat ornatu. Hoc quippe signum vir Sanctus magno venerabatur affectu, frequenti commendabat eloquio, & in eis, quas dirigebat litterulis, manu propria subscribebat, tamquam si omne ipsius studium foret signare Thau, juxta dictum propheticum, super frontes virorum gementium & dolentium, ad Christum Jesum veraciter conversorum.

virum altera ad ipsum spectat.

a *Et hunc quidem articulum de B. Pacifico intelligendum esse, patet quam manifestissime, at non ita constat, referenda ad ipsum quæ de visione alia prædicantur capite* 6, *quamvis id aliqui asserant. Unde fit, & eum paragraphum hic describendum censui. Ita habet*: Et quoniam humilitatem, tam in se quam in subditis, cunctis præferebat honoribus, amator hominum Deus altioribus ipsum dignum judicabat fastigiis, secundum quod uni fratri, viro virtutis & devotionis præcipuæ, visio cælitus offensa monstravit. Cum enim esset D in comitatu viri Dei, & una cum ipso in EX VA- quadam ecclesia deserta ferventi oraret affe- RIIS. ctu, in ecstasi factus, vidit inter multas in cælo sedes, unam præ ceteris digniorem, pretiosis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem. Miratus intra se præcelsi refulgentiam throni, anxia cœpit cogitatione perquirere, quis ad illum deberet assumi. Audivit inter hæc vocem dicentem sibi: Sedis ista unius de ruentibus fuit, & nunc humili servatur Francisco. Reversus demum frater ad se ab orationis excessu, virum beatum exterius prodeuntem solito fuit more secutus. Cumque incedentes per viam de Deo invicem loquerentur, frater ille, visionis suæ non immemor, soleiter ab eo quæsivit, quid de seipso sentiret. Ad quem humiliter Christi servus: Videor, ait, mihi maximus peccatorum. Cui cum frater diceret ex adverso, quod non posset sana conscientia dicere, nec sentire, subjunxit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia prosecutus, arbitror sane, quod multo, quam ego, Deo gratior esset. Confirmatus fuit frater, ex tam ad- E mirabilis humilitatis auditu, de veritate visionis ostensæ, Euangelio sacro testante cognoscens, quod ad excellentiam gloriæ, de qua superbus ejicitur, vere humilis exalteretur. *Hæc ex vita S. Francisci, auctore, ut diximus, S. Bonaventura.*

EX FRANCISCO GONZAGA

De origine Seraphicæ religionis part. 3, *in provincia S. Andreæ, conventu* IX, *pag.* 1073.

COnventus B. Francisci in suburbiis oppidi Lensensis, loco peramœno & saluberrimo, fontibus irriguo, constructus fuit circa annum Domini MCCXX, a beato Pacifico, socio beatissimi Patris nostri Francisci, primi Franciæ Ministri, opera & largissimis eleemosynis generosi Domini a F Novavilla, equestris ordinis viri. Multa & gravissima damna & injurias sustinuit hic conventus ex bellorum incommodis, & Gallorum hostium excursionibus, qui bis hunc conventum incenderunt & spoliarunt; semel adhuc vivente Imperatore Carolo V, iterum anno MDLXXXII, cum per insidias oppidum invaderent. Quibus incendiis fere tota supellex cum omnibus litteris Pontificiis & vetustatis monumentis, & reliquiis absumpta fuit. Nisi quod remansit ex tam crudeli fortuna corpus beati Pacifici, in saxo marmoreo prope majus templi altare reconditum. Claruit Sanctus hic multis miraculis, & adhuc claret; nam ex ejus tumulo suavissimus odor procedens, fratres hic commorantes non raro recreat, tametsi nondum sit canonizatus. Vita ejus, sicut & alia hujus conventus scripta omnia perierunt. Fons in hoc loco scaturit beati Pacifici nomine & miraculis clarus, qui a multis religionis & sanitatis recuperandæ causa visitur. Nam aqua ejus epota febricitantibus præsentissimum affert remedium. Fuerunt etiam olim in hoc conventu litteræ obedientiales ejusdem

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Sancti Marciani *seu* Martiani *nomen in omnibus codicibus Hieronymianis apud Florentinium hoc die bis positum est; primum* In Syria Marciani: *tum vero,* In Mauritania, civitate Cæsarea, Marciani. *Sine idem cum* Marciano *Iconiensi, de quo hoc die agimus, mihi quidem compertum non est: at sive idem sive diversus sit, cum nihil aliud de ipso sciatur præter solum nomen, satis sit, ejus hic meminisse. Major circa alterum difficultas, cum plane videatur esse transformatum nomen, & pro* Martiani, *scribendum* Martianæ, *de qua hoc die loquitur Usuardus, qui ipsam ex* IX *Januarii huc transtulit, ut videre est utroque die in nostris Observationibus, quas juveniliter hinc inde vellicavit ruperus Usuardi ad Sanctum Germanum editor; hoc loco Usuardinam transpositionem admittere coactus. At ibi femina est, hic viri nomen, fatear; at utrobique eumdem Martyrem indicari cuilibet. Quod si malis diversam personam esse, haud multum refragabor: sed hujus nudum nomen notum erit, de altera jam actum est, & demum agendum erit in Supplemento* IX Januarii

S. Scholastica translatio *in variis codicibus Usuardinis conjungitur cum translatione Sancti Benedicti fratris, sed quæ ad ipsam spectant illustrata sunt* X Februarii

S. Gregorii primi Papæ *translatio apud urbem Suessionis celebratur in Florario Ms. Vide proprium ejus festum* XII Martii

S. Benedicti translatio *relata hoc die ab Usuardo & tot aliis Martyrologiis, satis illustrata est in Actis ad diem natalem: videri etiam potest nostra ad Usuardum observatio, ut nihil hic dicendum superfit* XXI Martii

S. Macarii *Patriarchæ Antiocheni* translatio *pluribus ornatur a Florario Ms., utpote qui populum Gandensem ab inguinaria pestè liberaverit &c. sed Acta ejus pridem illustrata sunt ad* X Aprilis

S. Norberti *depositio hoc die inscripta est Martyrologio Gallicano Saussaji, qui & aliis diebus de sancto Patriarcha Ordinis Præmonstratensis locutus est. Eamdem festivitatem, utpote in Ordine celebrem, pluribus hoc die prosequitur Chrysostomus vander Sterre; at omnia ad sanctum illud Magdeburgensem Archiepiscopum spectantia, diligenter eruderata sunt tomo 1 & 6 Junii ad diem* VI Junii

S. Theobaldus *presbyter & confessor, huc perperam a Florario Ms. intrusus, is est, opinor, de quo agimus* XXX Junii

S. Dathi *Ravennatis episcopi meminit hoc die Galesinius*, ex tabulis *illius ecclesiæ, sed quas haud dubie non satis consuluit. Colitur Sanctus iste Ravennæ, eo die quo refertur in Martyrologio Romano, quando & nos de eo egimus* XII Julii

Sancta Amalberga virgo *hoc die alicubi male signata est, de ea egimus die præcedenti* X Julii

Sabinum *nobis hodie annuntiat Saussayus in Supplemento pag.* 1144; in Vasconia apud Convenas, ut Martyrem ibi coronatum: a quo alius est, *inquit*, ille cujus sacrum corpus in sui nominis monasterio apud montes Pyrenæos omni religione servatur, & depositio celebratur die IX Octobris: *ut quid igitur, postremi hujus adventum in territorium Pictaviense commentus est hoc die in suo Martyrologio? Sed condonetur ei confusio: quæro unde nobis* Sabinum *illum* martyrem *protruserit, omnibus aliis ignotum, etiam Castellano, Gallicorum Sanctorum diligentissimo refossori? Hic tantisper erit Sancti istius qualiscumque memoria, donec aliunde certiores notitiæ accesserint. Sufficiat* Sabinus *sive* Senonensis *sive* Pictaviensis, *de quo hoc die agitur.*

Speciosa *virgo* in civitate Mantuæ *primum mihi innotuit ex codice Usuardino Reg. Suec. qui fuit Ursini a Rosemberg, in multo alio Martyrologio, quod sciam, usquam signato. Refugium itaque fuit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, apud quem eam reperi notatam in indice,* Specioſa virgo Mantuæ XI Julii; *verum nec loco proprio nec in appendice vel verbum occurrit, quod ad speciosam Mantuanam pertinat. Reliquum erat ut hifaricum Mantuanum consulerem Hippolytum Donesmundum, cujus etiam indicem primi tomi evolventi exhibet se* Specioſa virgo Mantuana magnæ sanctitatis, *quærenda pag.* 61, *ubi de ipsa æque altum silentium: percurri additiones omnes marginales totius voluminis, sed nec ibi* Specioſa *comparet, neque in ipso Ferrarii generali catalogo. Restat igitur, ut suspicer, eamdem esse* S. Specioſam *quæ Mantuæ colitur, cum Papiensi, de qua actum est* XVIII *Junii: si fallor, velim nos doceant Mantuani, quæ & qualis sit ipsorum* Specioſa, *quæ in citato codice Usuardino coli dicitur sub ritu duplici 2 classis.*

Stephanus & Leontius *Romani martyres, sive soli ipsi, sive aliis junctis in auctariis Usuardinis, ad eam classem pertinent, de qua hoc die ex Hieronymianis suo loco agitur.*

Joannes *monachus Cisterciensis*, discipulus Sancti Roberti abbatis, non minus virtutum gratia clarus quam miraculorum gloria, *inter Pios etiam locum habet apud Saussayum, ab Henriquez & Chalemoto longiori elogio ornatus, & quidem in Kalendario recensitus, sed absque* Sancti *aut* Beati *titulo, quem ei sufficienti auctoritate assertum necdum novimus.*

Albericus *Saviniacensis inter venerabiles hoc die collocatus est a Saussayo his verbis:* Hodie ad Christum migravit beatæ memoræ Albericus, primus Saviniaci in Normannis abbas, vir Charismatibus divinis ornatus, omnique testimonio sanctitatis illustris. *Plura de eodem Alberico suggerit Henriquez, in eorum laboremus, ut salvet titulum primi abbatis Saviniacensis: at hæc melius a Chalemoto emissa sunt, qui solum Alb-*

A *Albericum novit, de quo majores noſtri egerunt* XXVI *Januarii, ut die præcedenti inter Prætermiſſos ſatis dictum eſt. Et certe Albericum iſtum non reperiri inter abbates Saviniacenſes, docent egregia monumenta, ad hiſtoriam iſtius cœnobii & vitam S. Vitalis ſpectantia, quæ magno numero nobis non ita pridem procuravit, operis noſtri ſtudioſiſſimus & verum antiquarum diligentiſſimus ſcrutator Stephanus Chamillart Societatis noſtræ, cui præclarorum anecdotorum theſaurum acceptum refero, cum vita S. Vitalis ad diem* XVI *Septembris illuſtrandum.*

Albini & Lyſiæ *memoriam Martyrologii ſui Supplemento pag.* 1144 *inſeruit Sauſſayus his verbis:* Item in Pictavenſi territorio, depoſitio ſanctorum Confeſſorum Albani & Lyſiæ, ſeu Lyſiani, ſacris Catholicæ Eccleſiæ tabulis inſcriptorum; *nempe auctuariis quibuſdam Uſuardinis, quæ videri poſſunt in noſtra editione, ubi non uno modo expreſſa ſunt nomina. Cod. Aquicinct. legit*; Et S.
B Albani confeſſoris & Liſiani. *Altempſian. tres conjungit:* Item Liſani, Savini & Cypriani martyrum. *In edit. Lubecce-Col. habet:* In territorio Pictavienſi, ſanctorum Albini, Luciani & Seviani confeſſorum: *In Greveno:* Luciani & Savini. *Molanus ſolius* Luſiani *meminit*; *Cod. Reg. Suec. ſub nota nu.* 428, *ſolius* Albini, *quem* Pariſius *collocat. Vides ſola nomina tabulis iſtis inſcripta, ſed & ea valde confuſa. De veris Sabinis hoc die ſuo loco agitur:* Albinum & Luſianum, *fateor mihi non magis notos, quam fuerint Caſtellano. Si conjecturi liceat, dicam ambo nomina alio reducenda, & quidem* Albinum *hic accipi debere vel pro* Albino Andegavenſi, *de quo* 1 *Martii, vel pro aliquo alio Synonymo:* Lyſiam *autem ſeu* Liſianum *ſictum nomen eſſe ex* Luciano *aliquo, forte Bellovacenſi, qui* 8 *Januarii colitur. Ut ut ſit, ſola iſta tabularum tam imperfectarum inſcriptio non faciet ut Sanctos iſtos a Sauſſayo adoptemus, donec major alicunde notitia acceſſerit, quam fruſtra hactenus quæſivimus.*

C Ulrici glorioſi confeſſoris *feſtivitatem refert hoc die* Senonis *Martyrologium Gallicanum Sauſſayi, nullo alio adjuncto oſtendens, quem Sanctum hic intinuet. Accepta hæc opinor ex Breviario Senonenſi, in quo vere hoc die ponitur* Ulrici confeſſoris memoria, *ſed æque obſcure, cum in Kalendario & in ipſo corpore eadem duntaxat verba reperiantur. Vix dubito quin ibi indicetur memoria alterius ſancti* Ulalarici (*gallice* Ulric, *unde fluxerit* Ulricus) *vel Auguſtani de quo egimus ad* XV *Julii, vel monachi Cluniacenſis, in Briſgoia depoſiti, de quo die præcedenti. Si tertium aliquem, tamquam ſuum, vindicare ſibi velint Senonenſes, documenta exhibeant e quibus de diſtinctione conſtare poſſit.*

Hugo abbas Marchianenſis *Ord. S. Benedicti Beati titulo donatur ab Arnoldo Raiſſio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, ad diem* XI *Junii*, ex manuſcripto quodam Anonymo, qui exſtat apud Marchianenſes. *Eumdem ipſum Anonymum reperi inter manuſcripta a Majoribus noſtris collecta pro hoc die* XI *Julii, qui expreſſiſſime in titulo appoſitus eſt manu Heriberti Roſweidi, tametſi* D *ſub finem diſertis verbis notetur*, tertio Idus Junii de ſæculo migraſſe ad Dominum. *Fatendum eſt, id non obſervaſſe Henſchenium, qui procul dubio de venerabili Hugone ad eum diem meminiſſet, ſaltem in elencho Prætermiſſorum, in quo ipſum collocandum hic cenſeo. Quamquam enim Vita a Synchrono ſcripta multas eaſque præclaras Hugonis virtutes enumeret, quas paucioribus complexus eſt Raiſſius, attamen neque apud hunc, neque apud Anonymum ulla occurrunt veſtigia, ex quibus conſici poſſit, aut olim aut modo Marchianenſes monachos Hugonem ut Sanctum venerates fuiſſe. Scribit Anonymus, in dextera parte templi, quod ibidem ipſe incepit, & majori ex parte vivens complevit, honeſtiſſime tumulatum anno Domini* 1158; *verum de elevatione corporis, cultu aut miraculis alium ubique ſilentium.*

Andream *monachum monaſterii* Debralibanos *in Æthiopia Martyrologio ſuo univerſali inſcripſit Caſtellanus, acceptum, procul dubio, ex Faſtis ſacris eccleſiæ Æthiopicæ apud Ludolphum: nobis tantum non videtur ex talibus tabulis Sanctos adoptare, qui alibi noti non ſint.* E
Januarii Auguſtodinenſis epiſcopi *meminit Florarium Ms., verum nec nomen alibi reperio, nec ſanctitatis titulum.*

Jacinctus martyr *ibidem ſignatur, ſed quis iſte ſit, nemo facile divinaverit.*

Bertinus martyr; Marcialis in Syria; Maria virgo apud Cæſaream Mauritaniæ, *nomina a Greveno hoc die notata, vel nulla ſunt, vel corrupta. Unde* Bertinus *profluxerit, vix divino*; Marcialis *pro Marciana ponitur, de quo vide quæ hoc die dicuntur.* Maria *eſt* Marciana *de qua agitur* IX *Januarii & etiam hoc die*

Eulogius *ita hoc die a Greveno ſignatus eſt, ut quid velit, aut quem* Eulogium *indicet, prorſus neſcias. Ferrarius in Catalogo generali lucem affundere voluit ſcribendo:* Alexandriæ, S. Eulogii monachi presbyteri; *citans Petrum de Nat. lib.* 6, *cap.* 84. *Recta eſt citatio, nam eo loco &* Eulogium *iſtum refert Equilinus, aſſeritque feſtum ejus agi hoc die* V Idus Julii. *Quæro, ex quibus eccleſiaſticis tabulis hoc uſquam hauſire potuerit? Et ſuſpicari audeo, diem pro arbitrio ſelectum, & eadem auctoritate decretos Eulogio iſti Sanctorum honores, quos nullus alius ipſi, quod ſciam, tribuit hactenus: quod ſi ei debeantur, per me licet, eos habeat, quidquid de eo narrari poteſt, jam ſatis traditum eſt in vita S. Antonii cap.* 7 *pag.* 146 & 147. *Cur autem in hac parte Equilino non fidam, facit alter Eulogius citato libro cap.* 83 *ab eodem præmiſſus his verbis:* Eulogius cum aliis tribus, martyres apud Cpolim paſſi ſunt, quorum dies triumphi recolitur V Idus Julii, ut ex Martyrologio Adonis ſcriptum habetur. *Nec verbum habet citatus Ado, quod Eulogium hoc die vendicet. Aliquem poſuit* 3 *Julii de quo paucis eo die egimus, tamquam patria Cpolitano; qualem alterum Xenodochum habes* 27 *Aprilis: at Equilianum illum, cum tribus ſociis Cpoli martyrem necdum novimus; quemadmodum nec Alexandrinum inter Sanctos collocandum hactenus cenſemus, niſi eadem jure gaudeant quicumque*

F

in

A *in Vitis Patrum cum aliqua ſanctitatis commendatione memorantur. Siquid alibi certius occurrat, poterit de ipſo agi, die quo debite ſignatus inveniatur.*

Demetriam *virginem Romanam & martyrem ſub Galieno Imperatore, nobis hoc die protulit Felicius; verum alia auctoritate opus eſt, ut Demetria illa Sanctorum Faſtis adſcribatur.*

Benedicta *Tamayi, priori non multum abſimilis eſt, de qua ipſe ex Luitprando & aliis multa congeſſit facilius neganda, quam ab eo unquam probari aut verſimilia reddi queant. Ut paucis ex tanto locorum agnoſcas, audi præclarum elogium:* Romæ, natalis S. Benedictæ virginis & martyris, quæ cum e patribus Hiſpanis ex Cæſarauguſta oriundis, nomen & votum Chriſto dediſſet ſtrenua; a Nerone propter hoc comprehenſa, & varie cæſa, ita ut nudo corpore per urbem adduceretur invicta, etiamſi a nullo viſa, quouſque ſuppliciis cedens, victrix coronam, quam optaverat, agoniſta promeruit.

Turketulum abbatem Crulandenſis cœnobii, de cujus origine in Actis ſancti Guthlaci, B initio ſeculi tertii egimus, hoc loco præterire religio- , utpote præcipuum ſui ſeculi ornamentum. Ejus geſta deſcripſit Ingulfus abbas Crulandenſis, ex quo ſequentia carptim delibavimus. *Verba ſunt* Mabillonis *ſec. 5 Sanctorum Ord. Benedict. pag. 502. Elogium admittimus, ut viri venerabilis & ſeculo x celebris; at quamdiu de Catholico cultu ei legitime exhibito non conſtat, locus ei inter Sanctos non competit.*

Colmanus *filius Cronani*) *ſolo nomine*
Gabhthena *virgo*) *referuntur a*
Lonanus de Ard-cruinn) *Sirino.*

Berranus patronus *dicitur apud eumdem Sirinum* eccleſiæ Kill-Berrain in diœceſi Laonenſi & Ormonia inferiori, ubi annua feriatione & vigilia colitur, ſed v Maji, ut notant tabulæ ejuſdem diœceſis. *Cur igitur hoc die adducitur? Aliis catalogis ignotus eſt; ſi res magis pateat, facile alio die locum in Actis invenire poterit.*

B. Olgæ, principis Ruſſiæ, dictæ in baptiſmo Helenæ, *memoria ſignatur in Menologio Ruſſico, in quo refertur* avia fuiſſe S. magni C principis Wlademiri, & uxor Igoris, ducis totius Ruſſiæ, quæ genere nata Pokovitico, baptizata eſt anno 952 ſub Conſtantino VIII: mortua autem anno 978 ſub Baſilio & Conſtantino tyranno. *Verum cum eam uſquam alibi in ſacris tabulis Græcis aut Latinis reperiamus, hac die locum ipſi non damus in Actis Sanctorum, illum daturi, ſi certiora proferantur documenta de ejus catholico cultu.*

Angelica Cademoſti *Venuta, Ordinis S. Dominici ſanctimonialis, multis virtutibus emicuiſſe dicitur in Diario Marchefi, atque hoc die in Domino obdormiviſſe anno* 1541.

Randiſius *Caſinenſis monachus* venerabilis *titulo donatur a Bucelino in Menologio Benedictino, ut qui cæleſti muſica recreatus emiſerit ſpiritum.*

Fidelis *martyr in Germania*)
Bonitius, *tertiarius in Tuſcia*) *Memorantur*
Nicolaus *confeſſor Bevanie in Umbria*) *ab Arturo in*
Petrus a Carnoca *conf. in Luſitania*) *Marlio Fran-*
Joannes Munnus *in territorio Civi-*) *ciſcano; &*
tatenſi) *ultima etiam*
Maria a Jeſu *in territorio Cordubenſi*) *in Gynæceo.*

Beatricem Ateſtinam *Andreæ Hungariæ regis vi-* D *duam; & poſtmodum Gemmulæ apud Ateſtinum monaſterio, diœceſis Patavinæ ſanctimonialem cum titulo beatæ refert idem Arturus in ſuo Gynæceo, citans inter alios Arnoldum Wion libro 4 Ligni vitæ cap. 14, ex quo mirum eſt* Sanctæ *appellationem non eduxiſſe Arturum, quam ibi Wion diſerte expreſſerat. Id magis miror, nempe Lucam Caſtellinum Catalogo Sanctorum canonizatorum* Beatricem *inſeruiſſe, nulla alia auctoritate adducta præter locum Scardeonii lib. 3, claſſe 14, de claris mulieribus Patavinis, ubi ipſam quidem prædicat Scardeonius ab* humilitate, & caſtitate, & ſanctitate vitæ, *at uſquam ſanctam, vel unum canonizatam ſcribit, non magis quam claras alias feminas ibidem laudatas; ut merito ſuſpicer, omnem prætenſæ canonizationis rationem ex ſolo Wione profluxiſſe: certe ab omni hujuſmodi titulo recte abſtinuit Odericus Raynaldus Annal. eccl. tomo 13, ad annum 1335, num. 27, ubi de Beatricis conjugio, & receſſu in virginum cœnobium loquitur. Binas alias Sanctas ſynonymas, Eſtenſi itidem ſanguinis, ſeu Ateſtinas in Actis illuſtravunt Majores noſtri, alteram tomo 2 Januarii pag.* 1136, E *nonnihil ſubtimide, alteram vero* 10 *Maji, tomo* 2, *pag.* 598 *ambas quoque ſanctimoniales, quibus hanc tertiam accedere cupimus, modo de religioſa veneratione ei unquam exhibita, aut hodie exhiberi ſolita probe edoceamur: nec dum quæ conjicere, cur hic potius quam alibi eam Arturus collocarit, cujus Ferrarius in neutro Catalogo meminit, nec Wion ipſe aut alius quiſquam certum obitus diem hactenus deſignavit.*

S. Amabilis Virgo, Rothomagi &c. *Vide Append. tom. 7. Julii* pag. 865.

Joel & Eſdras *Prophetæ habentur hoc die in Matricula Carthuſiæ Ultrajectinæ; in Uſuardo & Romano ſignati ſunt* XIII Julii

Baſini abbatis depoſitio Pictavis civitate *adjecta eſt latercula Hieronymiano Lucenſi, ut recte obſervavit Florentinius, procul dubio legendum eſſe* Sabini, *quem a Sauſſayo hoc die poſitum exiſtimat; qui natalem recolit* VIII *Idus Octobris, hic autem* adventum *ejus in territorium Pictavienſe. De S. Sabino, ut ab Uſuardo poſitus eſt, paucis hodie & quantum licet agitur, remiſſo totius rei examine ad* IX *Octobris. S. Baſini nomen accipiendum cenſueris, non alius reperitur, quam qui ut Martyr celebratur Trunchinii non procul Gandavo* XII Julii.

Argius epiſcopus Nivernenſis, *inter varias alias confuſiones ponitur hoc die in Florario Ms. neſcio unde acceptus; verum nomen* Arigius *vel* Aridius, *qui juxta Caſellianum remittendus eſt ad* XVI Auguſti.

S. Euphemiæ, *virginis & Martyris celeberrimæ, ſub Diocletiano Imperatore & Priſco Proconſule paſſæ memoria hodie agitur apud Græcos; ſed cum in Martyrologio Romano differatur ad diem* XVI *Septembris, quo die Græci quoque eam repetunt, cum & nos differimus ad dictum diem* XVI Septembris.

S. Marcus *cum ſociis* Cordubæ in Hiſpania ſub Arabibus *paſſus refertur primo loco in Ferrarii Catalogo generali, qui explicationis gratia, adducit Tab. eccl. Cordubenſis. Paſſi ſunt, inquit,* cum Abundio, de quo hac die in Martyrologio Romano. *Sed hic fallitur & fallit Ferrarius:* S. Abundius, *de quo hoc die agitur, nullum martyrii ſocium habuiſſe legitur, ut ex S. Eulogii Memoriali diſcere poteſt.*

A *vat. Noſter Martinus de Roa, de Martyribus Cordubenſibus* Habundum *aliquem cum Marco & ſociis conjungit, non hoc die: ſed ſub finem Septembris, ut ibi dicetur. Itaque remittendus eſt S. Marcus & ſocii ad .*

XXIX vel XXX Septembris.

Failbeus *ſeu* Failveus, filius Conlaci de deſerto, *ut* lucerna ardens & lucens *celebratur hoc die apud Sirinum ex Æneuſſio, Kalend. Caſſel. Germano, Meguir, & Martyrologio Dungallenſi, at de ejus geſtis nec verbum. In Menologio Scotico Dempſteri, ſynonymus reperitur 25 Januarii, 3 Junii & 6 Octobris. Primo die in Prætermiſſis eſt ex Ferrario 13 Junii ex Dempſtero, ubi remittitur ad 9 ejuſdem menſis, tamquam qui* ſcripſerit Acta S. Columbæ; *at ibi de eo nihil: ſiquid certi inveniatur, poterit referri ad diem* VI Octobris.

Maturianus *Galeſinii non magis probatus eſt: fictionem non obſcure fatetur in notis*; alias, *inquit*, Mariani: *hunc probe novimus ex Hieronymiani*. Sed Martiniani reperimus (*verba ſunt ejuſdem Galeſinii*) ex lib. 1. Victoris, qui illius & Maximæ conjugis egre-
B gia pro fide Catholica certamina perſcribit. *Quid eſt negari, ſi hoc non eſt? Et ea tamen tranſferunt ad Ferrarium in Catalogo generali. Memor eſſe debebat Galeſinius eorum quæ ſcripſit* XVI *Octobris*; *ubi rurſus nomen corrumpit: illic* Maxima *non conjux ſed virgo eſt. Videatur hiſtoria Wandalica & Martyrologium Romanum, eo quo de ipſis agemus, jam dicto die* XVI Octobris.

S. Quintiani *epiſcopi Claromontani tranſlationem hoc die exornat Sauſſayus; addere poterat quo die recolatur natalis. Eſt hic qui primum Rutbenenſis, poſt fratrem S. Amantium, deinde Claromontanus epiſcopus, non* XIV *Junii, ut recte obſervavit Henſchenius, ſed eo die ſignandus eſt, quo & Sauſſayus ipſe eum poſuit* XIII Novembris. D

S. Maclovii *epiſcopi & confeſſoris in Britannia Armorica memoriam hoc die annuntiavit Grevenus, de qua etiam meminit Sauſſayus, & alii; ſed hæc omnia referenda ſunt ad diem quo colitur* XV Novembris.

Richardi, *cognomento* ſacriſtæ, *commemoratio hoc die adſcribitur a Joanne Wilſono in Anglicano Martio ſecundæ editionis anni* 1640, *tamquam* ſancti confeſſoris, *Angli origine, monachi Ordinis Ciſtercienſis, qui in Friſia prope Groningam magna ſanctitate claruerit. Citat vero Joannem Piſeum in appendice de ſcript. Illuſtr. Angliæ Centuria* 3. *addere poterat numerum* 93, *ubi ſcriptor ille ex Lelando nonnulla valde confuſe colligit de* ſancto iſto Richardo, *ut ipſum vocat, cujus ætatem ignorat, multo magis diem obitus aut cultus, quem Wilſonus fingere debuerit. Ex adjunctis colligitur, indicari hic Richardum monachum in cœnobio B. Mariæ de* Aldmert *prope Groningam, de quo Molanus in Natalibus, Henriquez & Chalemotus agunt* 30 *Decembris cum titulo* beati, *qui ei fortaſſe* E *ſuo tempore dabitur, ſi vere cultum olim habuiſſe ſatis probetur. Notandum vero, confuſa hic nonnulla a Wilſono, dum Anglum hunc genere & cognomento* ſacriſtam *appellat, cum nec de patria nec de officio alii meminerint. Facile crediderim, vel nomina ipſa a Wilſono & aliis confuſa, nam eodem die* 30 *Decembris alium Richardum refert Molanus, qui patria Anglus, monachus fuerit Ord. Præmonſtratenſis in* Arinſberg, *qui libros multos ſua manu conſcripſit, & forte ſacriſta fuit. Hæc obiter hic dicta ſufficiant, pluribus diſcutienda ad dictum diem* XXX Decembris.

DE SANCTO PIO PAPA I

ROMÆ.

I. S. B. SYLLOGE

C De cultu, ætate & geſtis. F

ANNO CLVI. ILluſtrem S. Pii I *Papæ memoriam, mirum eſt in antiquioribus Faſtis negectam & præteritam fuiſſe, a ſolo Adone ejuſque deſcriptore Notkero ſignatam, & quidem diverſo die; nam in il-*
Ab Adone ſignatus eſt, *lo hoc* XI *habetur, in iſto die ſequenti, niſi forte amanuenſium negligentia ea tranſpoſitio in Notkerum irrepſerit. Codices Hieronymiani ſaltem majores, Beda, Romanum parvum, Wandelbertus, Rabanus & Uſuardus de* S. Pio *altum ſilent, in poſtremi nonnulla auctaria tranſiit ex Adone, cujus verba hic primum deſcribo:* Romæ in Vaticano, S. Pii Papæ, qui ſedit in epiſcopatu annos octodecim. Sub hujus tempore Hermes librum ſcripſit, qui appellatur Paſtor, quia in habitu paſtoris ei angelus apparuit. *Accepta hæc ſunt ex Pontificalis ſeu Catalogi Romanorum Pontificum, ſub nomine Damaſi, cap.* 12, *apud Anaſtaſium, Henſchenium & alios paulo longiori elogio, in quo vix quidquam reperias, quod non pridem in controverſiam vocatum ſit, ut infra patebit. Uſuardi auctaria conſulere poteſt, qui voluerit; mihi non videtur operæ pretium ea omnia hic tranſcribere, uti nec longius elogium Hagenoyenſis codicis, nec illud, quod ex pleriſque non ſatis indubitatæ fidei ſcriptis concinnarunt Galeſinius, Ghinius & alii. In Hieronymiano parvo Auguſtano ſimpliciter legitur:* Pii Martyris. *Sacrum corpus in Vaticano ſepultum, ibidem remanſiſſe videtur, cujus pars aliqua ad S. Pudentianæ tranſlata fuerit, uti & aliqua Bononiam, ſi Maſinio credimus. Sed hæc de cultu ſatis dicta ſint: quo ritu hodie in Eccleſia feſtum ejus celebretur, docet Breviarium.*

2 *Quæri poteſt, an pro confeſſione fidei violenta morte ſublatus, atque adeo vera & ſtricta martyrii laurea donatus ſit S. Pius? In Adone abeſt omnino* titulus Martyris, *aberat & a prima Molani editione, atque ab aliis Uſuardinis codicibus auctis, ſed in aliquibus Sancto tribuitur: verum recentioris notæ ii ſunt, quam ut ex ipſis certi quidquam deduci poſſit, in veterum omnium ſilentio. Simplex eſt Belini annuntiatio;* Romæ B. Pii Papæ & martyris, *cui Baronius ſuperaddidit,* qui in perſecutione Marci Aurelii Antonini *ſed abſque titulo martyris.*

Digitized by Google

A tonini martyrio coronatus est. *De hac epocha mox videbitur: pro martyrio certat Baronius tum in Annalibus, tum in Notis ad Martyrologium; sed quod cum bona Eminentissimi viri venia dictum sit*, vetera ecclesiastica monumenta, Missales, Breviaria & Martyrologia cuncta, *quæ ibi rotundius appellat, alii ante me frustrà quæsierunt. Jam dixi, nullum Martyrologum Adone antiquiorem de* S. Pio *meminisse, & eum quidem e* Martyris *titulo abstinuisse. Breviaria & Missalia, quam antiquitatem sapiant, vulgo notum est; vellem Kalendaria aliqua, vetera aut Sacramentaria determinate allegasset, ex quibus certius quiddam statueremus, pro vera martyrii palma, quam miram esset, ignorasse S. Irenæum; ut eo demum recurrendum sit, quo sæpe alias; nonnullos scilicet e primis summis Pontificibus ideo martyres appellari, quod si non sanguinis effusionem, certe alia multa passi sint sub ethnicis Imperatoribus, etiam piis & pacificis. Ceterum non hoc solum dubium est, quod circa* S. Pium *occurrit; nam ætas, tempus Sedis, gesta, scripta, & quid-*
B *quid ferme ad ipsum spectat, jam pridem controversum est.*

3 *Catalogi Romanorum Pontificum ita implexi aut potius corrupti sunt, ut ex ipsis haberi plane nequeat certa hujus sancti Pontificis ætas aut successio. Irenæus, Hegesippus, & alii auctores vetustissimi ipsum Hygini successorem faciunt, sive ascendendo sive descendendo cum decessoribus aut successoribus componatur: ut Anicetum præcessisse debeat. Contra vero Optatus, Augustinus, & qui ipsos sequuntur, cum jam dictis catalogis* S. Pium *Aniceto postponunt, ut videre est in Diatriba præliminari Henschenii ante tomum* I *Aprilis, pag.* 23; *ubi nodos varios, eosque intricatissimos solvere conatur, quos etiam expedire, seu quodammodo scindere voluit Papebrochius, eo successu, ut candide dicam, quo ferme solent ἀσύνετοι inter se connecti. Ego me fateor necdum plane perspicere, quo pacto ea omnia, sæpe hypothetica, cum veritate historica, tam diserte a priscis scriptoribus asserta, conciliari satis queant. Recte videtur sentire Baronius ad annum* 158 *num.* 3, *dum adductis antiquis illis scriptoribus Eusebio, Epiphanio & aliis, sic*
C *subdit*: Ut jam plane pro stultitia habeatur, iis non acquiescere, qui eodem tempore, quo iidem Pontifices *(Hygimus, Pius, Anicetus &c.)* in Ecclesia claruere, ut Hegesippus, Irenæus, quique his proxime accedit, Tertullianus: *qui omnes, ut dicere cœperam,* S. Pium *Aniceto postponendum testantur; quorum auctoritate fulti, erroneos putamus Consulares Catalogorum calculos, quoties ab his historiæ patribus discrepare deprehenduntur.*

Controversa est successio.

4 *At quis* S. Pii *pontificatus annos nobis definiet? Laudatus jam non semel Baronius, ut Pium ad Marci Aurelii tempora perducat, facitque adeo verosimilius, Sanctum martyrio coronatum fuisse, initia ejus figit prædicto anno* 158, *exitum vero anno* 167, *quo pacto non inveniuntur anni* X *completi, quos neque Labbeus reperit, orsus ab anno* 156 *ad* 165, *in quo ei subscribit Bruttius, Chaconius, Henschenius, Oldoinus, Papebrochius aliique ita discrepant, ut vere hic dici possit, quot capita, tot esse sententias, quas omnes de integro discutere, seu crambem recoquere mihi non libet. Post devorata in vanum tædia, & horas bonas frustra insumptas, demum cum Pagio ad annum* 165 *(* Baronius 167 *) fateri compellor,* quoto Pius Papa anno ad cælum migrarit, prorsus *esse* incertum. *Hic vero, ut Aniceti pontificatum temporibus Antonini Pii totum impleat, cogitur* S. Pii *exordia retrahere ad annum* 141, *obitum vero inducere an.* 151, *post Sedis annos* X *& menses aliquot, Catalogis contra cum Eusebio communius asserentibus, annos* XV *pontificatum protraxisse; idque mihi adeo magis placet, quod mihi ducforem Eusebium nancisco, ab eo non tam facile dimovear, ut toties testatum feci in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis ante tomum* V *Junii. Male quidem in Chronico notatur annus ordinationis Aniceti* CLIV, *sed id plane corrigendum est ex annis* XV, *quos ei diserte adscribit Eusebius, tum in ipsomet Chronico, tum in Hist. eccl. libro* 4, *cap.* 11: Romæ cum pius, anno episcopatus ejus quinto decimo, vitam cum morte commutasset. *Chronicon non semel depravatum esse, jam alias sæpe monui. Id nobis itaque verosimilius apparet,* S. Pium *in Petri Cathedram Hygino suffectum an.* 142, *eamque tenuisse usque ad annum* 157.

Hæc omnia incertum tempus quo sedit & obiit.

5 *Primorum plurium Pontificum res gestas in obscuro manssse a Baronio variis locis observatum est, quod* S. Pio *æque ac ceteris convenit. Catalogi ab Henschenio recensiti hæc summatim memorant.* Pius annis XV, mensibus IV, D
diebus XX. Fuit temporibus Antonini Pii, a consulatu Clari & Severi, usque duobus Augustis. Sub hujus episcopatu frater ejus Hermes librum scripsit, in quo mandatur contineturque, quod ei præcepit angelus, cum venit ad eum in habitu Pastoris. *Hæc vero apud Anastasium paulo fusius*: Pius, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de civitate Aquileia, sedit annos XIX, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Antonini Pii, a consulatu Clari & Severi. Sub hujus episcopatu Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu Pastoris; & præcepit ei, ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur. Hic constituit, hæreticum venientem ex Judæorum hæresi suscipi & baptizari; & constitutum de Ecclesia fecit. Hic fecit or- F
dinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros XIX, diaconos XXI, episcopos per diversa loca numero XII: qui etiam sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano V Idus Julias, & cessavit episcopatus dies XII. Hic ex rogatu B. Praxedis dedicavit ecclesiam Thermas Novati in vico Patricii, in honorem sororis suæ S. Potentianæ, ubi & multa dona obtulit; ubi sæpius sacrificium Domino offerens ministrabat; imo & fontem Baptismi constitui fecit, manu sua benedixit & consecravit, & multos venientes ad fidem, baptizavit in nomine Trinitatis.

Dubia item sunt, quæ de ipso narrantur

6 *In lectione Breviarii Romani* S. Pio *aptata, id singulariter observatur;* pœnam nempe tum
ta, id singulariter observatur; pœnam *nempe* gesta,
statuisse in sacerdotem, cujus negligentia de sanguine Domini aliquid stillaverit. Pœnitentiam enim, inquit, agent quadraginta diebus si in terram aliquid decideris; si super altare, tribus diebus; si super linteum superius, quatuor: si in inferius defluxerit, novem diebus; si usque ad quartum, viginti diebus. Ubicunque ceciderit, si recipi

Digitized by Google

A poceſt, lambatur; ſin aliter, aut lavetur, aut radatur: quidquid lotum aut raſum eſt, comburatur, & cinis in ſacrarium reponatur. AUCT. I. B. S.

Atque hæc quidem hactenus de S. Pii geſtis ſcripta novimus, a Claconio & Oldoino paulo ordinatius digeſta, quæ pluribus locis antea explicuerat Baronius, præſertim ad annum 167, nihil quidem de ſacerdotum pœnitentia memorans, ſed alia addens, quæ ab eruditis non magis admittuntur, ſive ex Decretalibus, ſive ex Catalogis ſeu Pontificalibus accepta ſint. Et horum quidem cenſuram habes in ipſa ad Anaſtaſium præfatione: De Decretalibus vero ante Siricii Papæ tempora toties diſputatum eſt, ut ea quæſtio exhauſta hodie videatur. De S. Pii ſcriptis ſeorſim ſic habet Pagius, loco & anno ſupra citatis: Pii circumferuntur duæ Decretales, quæ viris doctis ſuppoſititiæ creduntur. Neque magis, inquit Labbeus, probantur duæ epiſtolæ Pii Papæ ad Juſtum Viennenſem epiſcopum, quos ex archivio Viennenſi deſumptas Baronius Annalibus inſeruit.

7 Qui ſcripta illa qualiacumque diſtinctius noſſe cupit, adeat Labbeum ipſum tomo 1 Conc. suum ſcripta. B *a columna 579, ubi etiam de libro Hermetis* D *ſub nomine Paſtoris, quem examinat Baronius an. 159 a num. 5; & nobis fortaſſe de eo rurſus agendum erit ad* XXVI *Julii. Ceterum S. Pii meminerunt Acta S. Concordii die 1 Januarii p. 9, &* XIX *Maji Acta S. Pudentianæ p. 300, in quibus videri poſſunt, quæ huc pertinent. Sermo iterum recurret ad* XXI *hujus menſis, quando colitur S. Praxedes, ubi & nonnulla S. Pii geſta immiſcentur. Certiora ſunt quæ tradit Euſebius, citato ſuperius libro & capite hæreſes enumerans cum quibus procul dubio ſancto Pontifici colluctandum fuerit ad tuendam catholicorum dogmatum integritatem: quænam vero adverſus eas peſtes ab eo geſta aut vere definita fuerint, Euſebium ignoraſſe oportet, nec ab ulle veterum ſcriptorum memoratum novimus. At enim inter tot peſſimorum hominum machinationes S. Pio conſolationi fuiſſe credendus eſt egregius Chriſtianæ fidei vindex & martyr fortiſſimus S. Juſtinus, de quo conſule Acta ad* XIII *Aprilis & ad 1 Junii. Atque hic brevi Sylloge finem imponimus, cum nihil aliud magnopere addendum aut illuſtrandum ſuperſit.* E

DE S. SIDRONIO MARTYRE

MISSENIACI IN BELGIO.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Cultus Sancti; Sidronius Miſſeniacenſis ac Senonenſis, idemne an diverſus? Paſſio ad trutinam revocata; apographum ejus, quod hic datur; brevis notitia monaſterii Miſſeniacenſis.

FORTE ANNO CCLXX.

Miſſeniaci in Flandria,

Miſſeniacum, Flandriæ oppidum, Flandrilis Meeſſene, *Gallis* Meſſines, *latino nomine non uno ſcriptum exhibet Sanderus in Flandria Illuſtrata, pag.* 401: *Sive enim* ex Roberti, *inquit*, Friſonis reſcripto vocas villam Miſenis; ex Meyero Meſcinas; ex Marchantio Meeſſenam, ex Oliverio Mercano Meſchinam, *ſive, ut, alibi lego*, Meſinas; *adde etiam, ut in Codice Donationum ſcribitur apud Miræum*, Mecinas; *unum eumdemque locum expreſſeris; quem præplacet nobis* Miſſeniacum *appellare* cum Sanctologo Morinenſi *apud laudatum Sanderum; ibidem paucis agentem de loci etyme. Jacet medio fere itinere Ipras inter & Armentierium; huic, quam iſti civitati aliquanto proximior. Ad rem ita memorat Meyerus lib. 3 Annal. Flandriæ in Balduino Pio:* MLXII Athela, Pii uxor, Meſcinis collegium inſtituit duodecim ſacerdotum, ac parthenonem triginta Benedictinarum virginum; eoque attuliſſe traditur ex urbe Roma corpus beati Martyris Chriſti Sidronii. *Atque hæc tranſlatio ſolenni apud Miſſeniacenſes cultui anſam præbuit.* C

& Senonis in Gallia

2 Ceterum non eodem in Martyrologiis S. Sidronius *annuntiatur loco, ac die, antiquioribus cum Romano moderno non de Miſſeniacenſi, at de Senonenſi mentionem facientibus. Uſuardus habet hoc die:* In territorio Senonico beati Sidronii Martyris. *Editio Lubeco-Colonienſis illum recenſet die* XV *Maji; prout etiam facit Grevenus. Codex Uſuardinus Luxovienſis ipſum refert die* III *hujus cum addito:* In pago Senonico S. Sidronii Martyris, fratris S. Beatæ virginis, Menrora quieſcentis vico. *Quibus adde e Breviario Senonenſi commemorationem cum oratione de communi unius Martyris, die eadem tertia poſitum: quæ cum pariter, non quidem Senonenſem, ſed Miſſeniacenſem commemorat Molanus, ſic loquens:* Natalis S. Sidronii Martyris, ſub Aureliano Principe, cujus corpus e Roma Meſſenas tranſtulit Adela, uxor Balduini Pii, Comitis Flandriæ. *Faſtis Belgicis & Burgundicis etiam ipſum intexuit Miræus. Romanum vero modernum annuntiat* S. Sidronium *hac die* XI; *quæ ratio vel ſola ſuffecit, ut eum, die* III F *hujus inter Prætermiſſos poſitum, huc tranſferremus.*

3 Neque abs re erit, audire, quid de ſancto Martyre dicat Sauſſayus, palæſtram paſſionis Romam, cultus autem locum, Miſſeniacum aſſerens: Ipſo die (*tertio Julii*) Natalis S. Sidronii Martyris, cujus Romæ hodie ſub Aureliano Cæſare laureati, ſacra oſſa, Adela, Balduini Pii, Flandriæ Comitis uxor, ex urbe ipſa, orbis principe, Meſſenas attulit: quo loco canonicorum collegio inſtituto, in Benedictinarum monialium cœnobio, quod condidit, poſt mariti obitum velamen ſacrum ſuſcepit, vitæque religioſæ egregie decurſa palæſtra, tandem fine pio quievit. *Raiſius in Hieroguzophylacio Belgico pag. 353 de* S. Sidronio *Miſſeniacenſi etiam meminit, recte obſervans*, da nullo Sidronio Martyre agi in Martyrologio Romano, niſi de Senonenſi, XI Julii. *colitur S. Sidronius;*

4 E loco diverſo annuntiationis, quo Martyr refertur, dubites, *ſicut notatum die* III *hujus inter Prætermiſſos*, an duo ſtatuendi ſint Sidronii. *Controverſia hæc, ibi, tacta, ſed huc remiſſa manet,* *idemne ſit, an diverſus.*

A *mente, nos in proprium locum incidisse, ut, quoad fieri poterit, hanc difficultatem explanemus.* S. Sidronius *Senonensis, in quo apud Martyrologes classicos fundetur, praeter Usuardum, novi neminem: qui fortasse ex Actis antiquioribus eum acceperit; cum hic a suo ductore Adone desitum sit, nullam hujus Sancti memoriam faciente.* Dixi ex antiquioribus Actis: *nam ea, quae supersunt, & quae hic dantur, nomen tale non merentur, saltem quoad maximam sui partem; multis utique rebus infarta, quae videntur prorsus a genuina veritate & sinceritate aliena, ut pluribus ostendetur paulo post, proinde vel nullius vel exiguae auctoritatis censeri debent. Missiniacensis autem non alia, quod sciam, nititur auctoritate, quam quod Adela, ut modo retulimus, Balduini PII conjux, Romam profecta, domo Alexandri II PP., ipsius corpus acceperit, illudque in Belgium reduxerit, Missiniacum detulerit anno, ut signat Malbrancus lib. 8, cap. 56, pag. 782, post Christum natum* MLXIX.

5 *Quod si corpus istud vere fuerit corpus S.* non prompt. Sidronii, *& non aliud, e catacumbis desumptum sub nomine* Sidronii; *quis statim combinet, quomodo ille Martyr sub Aureliano in territorio Senonensi interemptus, deinde Romae sepultus, postea ab Alexandro II e sepulcro erutus, Adelae dono datus, atque ex Italia Missiniacum in Belgis delatus fuerit? Stante igitur annuntiatione Usuardi cum Martyris palaestra,* territorio Senonensi, *ibidem expressa, & admissis eo usque ejus Actis, quamquam, ut supervius innuebam, cetera pleraque perquam suspectis, dicendum videtur, e duobus Martyribus, eodem* Sidronii *nomine appellatis (si quidem ambo isti vere extiterint in rerum natura) Missiniacensem aut non fuisse* Sidronium, *sub Aureliano passum; sed* Sidronii *tantum nomine baptizatum, ut vocant, postquam e catacumbis exceptus est; vel, si vere* Sidronius *fuerit, tunc convenisse ipsius martyri palaestram effingere non territorio Senonensi, sed urbi Romae, in qua mortuus, sepultus, e sepulcro erutus ac demum in Belgium delatus sit. Certe ad duplicandum S. Sidronium non facile adducar ego, donec praeter saepe dictam translationem, ab Adela factam, aliud aliquod monumentum videro* C *(quod, si recte suspicor, visurum me despero) e quo talis duplicatio aliqua ratione suadeatur; Senonensi Sidronio, ab Usuardo asserto, manente in sua possessione pro Missiniacensi, donec melius aliquid discere licuerit.*

Certe ex Actis. 6 *Jam vero quam vel nullius vel certe pervigil sint valoris Acta sancti hujus Martyris, explioratum fiet e paucullis punctis, quae subjicio; nam omnia proferre, non necessarium. Itaque ne attingam auctoris hallucinationem, in ipso Passionis exordio perperam combinantis annum Christi* CCLII *cum imperio Aureliani, qui tantum juxta saniorem chronologiam ponitur sceptro tuitionis potuisse anno* CCLXX; *parum credibile apparet id, quod habet num. 7; de missis 190 militibus ab Aureliano ad S. Sidronium, quem conspicati erant, mox cum eo simul orasse dicuntur: Et num. 8 habes judices septuaginta in consistorio; num. 10 repentinum militum decem & octo conversionem, arma projicientium, & Aureliano, aurum & honores pollicito, si deos colere voluissent, respondentium:* Pecunia tua tecum sit in perditione. *Nec minus credibile videri possit, quod occurrit num. 13, ubi Aureliano diris tormentis affici jubenti sandum Pugilem nostrum, eggerunt tres e consulibus:* Beatus fueras, Aureliane, si natus non fuisses: qui talia tormenta justisti fieri D famulo Dei. Et iratus Rex jussit eorum capita amputari. *Quid multis moror? Cui non* AUCT. J. P. *displicebit* Imperator, *viso Martyre a flammis illaeso,* decidens in faciem suam a timore magno ab hora prima usque ad horam nonam; *sicut refertur num. 15. Rursum num. 18 fabulose sunt sagittae, quibus impetitur Martyr,* suspensae a vento, a dextris, & a sinistris; a quibus nec una quidem corpus ejus tetigit, *quarum una, ut sequitur num. 19,* exilivit; & ingressa est in oculum *Aureliani,* excaecavitque eum.

perquam suspectis nihil fere omnino solide potest. 7 *Adde num. 20 obcaecatos milites, & fractas catenas: num. 21 revelationem, quam rogat Sanctus, ut perveniat ad locum, in quo baptizatus fuerat; factum fluvium, velut lapidem; num. 22 sanguinem Martyris, jussu suo collectum, & ad Aurelianum Imperatorem deferri jussum; qui, ut habetur num. 23, oculo ejus applicitus, ipsum sanavit a vulnere, a sagitta illato, voce magna exclamantem:* Quam magnus & glorioſus est Dominus Deus Christianorum, qui non deserit sperantes in se; sed gubernat eos inter truces persecutores, & facit voluntatem E suam in his, qui custodiunt mandata ejus. *Clamor vero carnificum:* Sancte Sidroni, intercede pro nobis, parcendo peccatis nostris: quoniam baptizati sumus de sanguine tuo sancto, *cui non apparebit suspectus? Quibus accedit gestatio sui capitis, jam gladio amputati, ad pedes unde quinquaginta. Quae omnia spirant veram Metaphrasteam, vel certe alterius, quisquis ille fuerit, magis affectantis ex farragine rerum mirabilium exhibere pium drama, quam sincera Martyris Acta: de quo viu aliud certe constat, quam solus cultus,*

Quaedam notantur de apographo. 8 *Apographum, quod hic damus, desumptum fuit e Ms. Missiniacensi, & eodem quidem, quantum e manualis characteribus, utrimque inter se convenientibus, colligere licuit, quod, Missiniacum transiens anno 1686, mense Julio, notavit Castellanus, exaratum fuisse e pergameno, jam tum ab anno 1000, conscripto; utinam satis digno illa aetate ac sancti Martyris gestis. At qualequale illud apographum contulimus cum alio, transcripto e Ms. codice Trecensi; & ambo deprehendimus convenire, si paucula excipias, quae omissa aut mutata forte fuerint exscribendo.*

Brevis dictae notitia 9 *Quandoquidem hoc coenobium monialium, S. Benedicti regulam profitentium, inter alios Flandriae partheniones non postremum nominis celebritate locum tenet; atque hic commode se offert opportunitas, forte nunquam alias aeque commode offerenda, de eo in Actis nostris agendi, visum est ipsiori exhibere brevem ipsius notitiam, qua plus, quam nomine tenus, dignoscere queat statum florentissimae hujus abbatiae. Ad quam personam, & ad quod tempus referenda sit loctorigo, dedimus num. 1. Ceterum immunitatibus, privilegiis ac donationibus non parce dotatum fuisse, liquet e Codice Donationum piarum apud Miraeum. Ibi cap. 56 Drogo, Teruanensis Episcopus, anno 1065, talem dat libertatem ecclesiae Missiniacensi, qualem Bertefridus, Episcopus Ambianensis circa annum, ut ibidem dicitur, 652 dederat ecclesiae Corbejensi, quae, in quo consistat, ibidem exponitur; nec est hujus instituti pluribus describere.*

partheniae 10 *Ibidem cap. 57 Philippus, Franciae Rex, praedia per Balduinum Insulanum seu Pium, ejusque conjugem Adelam Missiniacensi monasterio attributa, anno 1066 confirmat. Denique Robertus*

A AUCT. J. P. *Frisus, Flandriæ Comes, sæpe dicti monasterii, ab Adela matre sua conditi, possessiones, anno* 1080 *confirmat*; tum, *inquiens*, quia ossa matris meæ sepeliuntur in eadem ecclesia ... quia visis tot miraculorum signis in eodem loco, placere evidentissime *refert*, *se* comperisse aliquid ibidem omnipotenti Deo. *Atque hinc conficitur, locum hunc jam tum ab ipsis incunabulis non obscura nominis fama claruisse. Quid memorem, quod, ut legitur apud Sanderum pag.* 402, dominatus oppidi & parvo circuitu terreni, donatione Adelæ Comitis spectet ad virginum Vestalium, *ut ipse nuncupat*, ibi Antistitem, quæ ex more Iprensium & Guidonis Comitis decreto, rem publicam & justitiam administrat per magnum puta Balivum (quo *tum* munere fungebatur D. d'Authin, toparchus de Baillon) porti Balivum, & Scultetum perpetuos, scabinos septem annales, archangeli Michaelis festo recurrente solitos innovari.

11 *Laudatus etiam auctor sæpe memorati parthenonis abbatissarum elenchum attexuit, ducto exordio a Frisilde, quæ mortua ponitur anno* 1075, *usque ad Annam d'Authin, eodem etiamnum anno* 1640, *quo Auctor scribebat, ejusdem monasterii regimini præfectam, in quod, sicut tradit idem Sanderus*, virgines, nisi claris ortæ natalibus, vix recipiuntur. *Præterea tacitus tragicas ejus vicissitudines, quibus, uti in rebus humanis lætis tristia succedere solent, alternantis sortis casus varios sensit*; *ut videri ibidem potest. Sed de his modo satis. Restat, ut ad sanctum Martyrem redeuntes, nunc ipsum Passionis exemplar exhibeamus.*

Missen. B

PASSIO

Ex Ms. Missenisensi, collato cum alio Trecensi.

C *S. Sidronius plures ad Christum convertit; immaniter cruciatus, capite truncatur mulier ad ejus sepulcrum illuminatur.*

S. Sidronius salutis animarum instans.

ANno Dominicæ Incarnationis ducentesimo quinquagesimo secundo, regnante impiissimo Aureliano *a*, cum esset beatissimus Sidronius in Samon *b* civitate natus ex patre Serenio, & matre Beatia, & esset in oratione solicitus, in jejuniis promptus, in eleemosynis largus; enarraretque omni volenti gloriam, quæ est in fine præparata Sanctis videlicet retributionem æternæ mercedis; exiit sonus in universum orbem, nuntiatumque est Aureliano Imperatori quod beatus Sidronius in Angelica revelatione perduraret, & gloriosissimis vocibus prædicaret populum incredulum, ut converteretur ad eum, qui habitat in cælis; hoc est in Dominum Jesum Christum.

a *b*

Fraus Christianis exitium machinantis Aureliani Imp.

2 Hæc audiens Imperator Aurelianus, commotus in ira magna, dixit Crispino præsidi: Exeat currus in furore suo, & milites veredarii per omnes fines diffluant, & ubi invenerint Christianos, destruant eos. Præcepitque eis dicens; Ubicumque eos inveneritis, & non sacrificaverint diis nostris, has pœnas consternite super eos, quæ sunt rotæ æreæ, & uncini ferrei, & capita amputate. Cum hanc relationem, audissent multi, qui se olim profitebantur fore Christianos, abierunt retro, Dominumque abnegare cœperunt. D

martyrii cupidus alio peregrinatur.

3 Sanctus vero Sidronius non desperabat patrocinium clementiæ Dei, sed jejunabat & orabat jugiter, & dabat escam elurientibus. Tunc exiit homo, nomine Julianus, & dixit ei: Sacratissime Sidroni, numquid ad bellum præparare vis animam tuam, aut non audisti quod est Christianis præparatum? Defere hos inimicos nostros, ut in laudem Christi, Filii Dei, laus tua *loquatur**. Tunc beatus Sidronius humili corde & absoluto animo, pedibus cupiditatem calcavit, & visitavit regiones, multis precibus deprecans justum Dominum, quatenus mereretur invenire sibi locum, quo coronam posset suscipere martyrii.

* *al.* loquetur.

Senonas venit: unde digressus. E

4 Post paucum vero temporis, orando, jejunandoque provocatus, venit Senonis civitatem, lustravitque eam aliquamdiu; & cogitans in corde suo, quod illic non esset ei congruum habitare, recessit inde, circuiens provinciam. Cumque perveniset ad vicum, qui vocatur Hebrola, super fluviolum, qui dicitur Orbanus *c* *, invenit sibi locum præparatum pretiosissimum habilemque. Et gratias egit Deo. Prostravitque se super faciem terræ, & hanc orationem fudit, dicens: Domine Jesu Christe, qui multa genera posuisti in Arca Noe & constituisti eos in laqueos * aquarum, lavasque mundum sordibus inquinatum: Da mihi servo tuo baptismi gratiam, ut abluantur peccata mea. Et cum orasset, nubes de cælo descendens, illuxit super eum, pariterque vox de cælo venit dicens ad eum:

* *al.* Urbanus.

* lacus

vocem e cælo audit:

5 Sidroni, serve Dei excelsi, inveniti gratiam Domini tui, & ab eo diligeris, eo quod voluisti in mandatis ipsius permanere: nam & baptizatus es in nomine Domini & F sanctæ Trinitatis, & per te multi baptizandi erunt in nomine sanctæ Trinitatis. Sanctus autem Sidronius hæc audiens, repletus gaudio magno dixit: Gloria tibi Christe, qui cunctos convertis ignorantes, & ad viam veritatis eos adducis. Cum ergo baptizatus fuisset, apprehendens arundinem manu, fixit eam in terram, & hanc orationem fudit ad Dominum dicens: Domine Deus, in quem credo, fac virgam istam florere, & ramos producere, foliaque pulcherrima generare, ita ut credat populi istius multitudo per nomen sancti filii tui in te.

miraculo plures convertit ad Christum.

6 Et statim virga ipsa floruit, ramosque produxit & folia. Multi autem videntes virgam illam floruisse & ramos produxisse & folia, crediderunt in nomine Domini Jesu Christi, exorante beato Sidronio: & fuit numerus eorum decem & octo millia, & credentes baptizati sunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, de manu ipsius Sancti. Erat autem Aurelianus Imperator illo in tempore in Vienna civitate: & audiens, quod magna pars populi per prædicationem sanctissimi Sidronii veniret ad fidem Christi, jussit Crispino Præsidi cum nonaginta militibus ad illum

Digitized by Google

A lum ire, & eum vinctum ad se exhibere. At ubi venerunt Hebrola vico ad S. Sydronium, invenerunt eum orantem; videntes autem eùm orantem, timuerunt appropinquare ad eum.

frustra a Præside observetur: qui mittit milites duo, deinde Sanctum interrogat.

7 Audiens denique Aurelianus Imperator, quod nihil prævaluerunt nocere famulo Dei Sydronio, iterum misit alios centum nonaginta milites ad eum, & venientes ad ipsum, viderunt stantem & orantem eum, cum quo & ipsi orare cœperunt; complens autem ipse sanctus orationem suam, surrexit & locutus est ad eos. Crispinus Præses dixit: Sydroni, numquid ejectus es, de patria tua, ut quid in hoc loco versaris? Respondens S. Sydronius, dixit: Non sum ejectus de patria mea, sed Dominum quæsivi, cujus virtutem agnovi, & gratiam inveni. Milites vero dicebant ad eum: Sydroni, Dominus noster Aurelianus desiderat te videre. Respondit eis S. Sydronius: Si Dominus voluerit, ibo; sin autem, non venio; tamen vobiscum vadam. Commendavit autem Deo petitionem B suam, & ad Imperatorem perrexit.

Ducitur Viennam ad Imp. Aurelianum.

8 Cumque venisset in civitatem Viennam, ingressus est palatium. Ac ubi vidit eum Aurelianus Imperator, quoniam magnus & Christianus esset, timuit & statim corruit de consistorio, ubi sedebant septuaginta duo Judices, ad quorum consilia recurrebat, & quorum flagitiis mala hæc perpetrabat. Et post paululum surgens, sedit pro tribunali. Tum interrogavit eum Rex, dicens. Quis es, aut unde es, aut quod est nomen tuum? Respondit ei S. Sydronius. Ego sum de civitate Samon, ex patre Serenio genitus, & matre Beatia, suaviter educatus, & ex nativitate mea Sydronius vocor. Ait autem Imperator ad eum: Fera mala, & facies turpis, non sacrificas diis meis in quocumque loco versaris? Respondit S. Sydronius; Bene locutus fuisti Aureliane, quia tu es pars mortis, & conjunx patris tui diaboli; dii autem tui, quibus me sacrificare dicis, vani sunt: oculos habent & non vident, aures habent, & non audiunt; nec ipsos, qui adorant, C eos adjuvare possunt: quoniam aurei, argentei que & lignei sunt: dii vero, qui non fecerunt cælum & terram peribunt. Tu autem tamquam stultus adoras eos. Utinam audires me, & adorares Deum, qui fecit cælum & terram, qui habet potestatem liberare te de igne, & dimittere omnia peccata tua.

Injungit militibus in carcerem.

9 Ipse autem tamquam stultus Rex cogitans intra se dicebat: quomodo possum istum, qui inter feras nutritus est, vincere, si non inveniam ei plus, quam arena sit maris, inexquisita tormenta. Tunc jussit Imperator S. Sydronium in carcerem mitti, & decem & octo militibus custodire eum. Milites autem fecerunt, quemadmodum eis imperatum fuerat.

Milites vita Sancti confabulantur cum eo.

10 Et ecce, ubi viderunt S. Sydronium constanti animo esse, venerunt ante consistorium Aureliani, & projecerunt arma sua in terram, dicentes; Et nos credimus in Deum S. Sydronii, & adoramus eum. Dixit vero Imperator ad eos: Numquid & vos malefici estis, quod ipsum vultis sequi? Venite & adorate Deos meos, & dabo vobis aurum argentumque, & in honore magno constituam vos.

11 Milites autem dicebant ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditione: nos enim simul baptizati sumus, & credimus in sanctam Trinitatem. Ipsi vero gaudentes propter gratiam Dei, quam erant consecuti, & beati Sydronii, magistri eorum, compleverunt martyrium. Iratus denique Rex dicebat in corde suo: Si non perdidero maleficum istum a facie terræ, in maleficiis suis totum sæculum ad se trahere habet, ut omnes in illum credant. EX MSS. *ac martyrio affecti.*

Rursum Martyr sistitur tribunali;

12 Tunc jussit Rex S. Sydronium ante conspectum suum venire, & ait ad eum, Fera mala, facies turpis, usquequo in hac pertinacia fidei perseveras, & quamdiu quivero te sustinere? Sacrifica diis meis. Ad hæc respondit S. Sydronius: Ego te volo adducere in fide bona, ut derelinquas dæmonia, adoresque Christum meum, qui in potestate habet vitam & mortem tuam. Et dixit Rex ad eum: Adhuc in hac stultitia stas? Respondensque S. Sydronius ait: Ego non sum stultus, sed servus Domini mei Jesu Christi; tu autem stultus & insipiens es, qui non confiteris Deo meo, sed confiteris satanæ patri tuo. E

ac tormentis afficitur.

13 Iratus vero Imperator jussit ligari manus ejus & pedes, & cædi eum virgis ferreis, & mitti in caput ejus cassidem igneam. Tunc dixerunt tres ex consulibus ad eum, Beatus fueras, Aureliane, si natus non fuisses, qui talia tormenta jussisti fieri in famulo Dei. Et iratus Rex jussit eorum capita amputari: ipsi quippe propter gratiam S. Sydronii, & miserationes Christi sublevati, ad cælestia regna sunt perducti.

quos enumerat.

14 Tunc dixit S. Sydronius ad eum: Si amplius mihi tormenta poteris facere, fac: quia mihi vita sunt, & dulciora super mel & favum. Tunc jussit Imperator fieri scamnum ferreum, & caminum secundum staturam ejus. Venerunt denique artifices, & tulerunt mensuram corporis ejus, & fecerunt secundum jussionem Imperatoris, & posuerunt eos in medio civitatis, & jussit F ibi S. Sydronium ligari, & venire multa ligna & cooperire eum, ignemque supponi. Et jussit exhiberi quadraginta horcas d olei, d & mitti super flammam ignis.

inter flammas triumphans.

15 S. autem Sydronius jactavit se in medio flammæ dicens: Hæc tormenta, quæ mihi infers, non timeo: sed tu in tua turpitudine, & in insidiis tuis consummaberis. Ego jam tibi dixi, quoniam non timeo tormenta, nec iram tuam. Et cum hæc dixisset, præ magnitudine flammæ, scamnum illud factum est tamquam cera liquescens. Veniens quippe Rex vidit S. Sydronium in medio flammæ stantem & orantem, & erat facies ejus tamquam lilium, vel sicut rosa de cælo descendens. Cumque intendisset in eum Imperator & vidisset eum, decidit in faciem suam a timore magno, ab hora prima usque in horam nonam.

a tyranno increpatur

16 Postquam vero surrexit, dixit ad Sanctum Dei: Mala fera, non tibi sufficiunt peccata animarum, quas errare fecisti; & ne non permisisti sacrificare diis meis magnis, sed & omnem populum traxisti post te. Respondit S. Sydronius, dicens: Adhuc multæ animæ credere habent in Dominum,

ex mss. per meam prædicationem, & tu ipse. Et blasphemavit eum tamquam stultus Imperator, dicens: Numquid & me in tuis maleficiis perducere vis? Sic mihi sufficiant dii mei, & sic addant, si non crastino die, ea, quæ nunc est, hora perdidero animam tuam, ut ad exemplum omnium faciam te perire. Altero vero die jussit eum adstare ante tribunal suum. Cumque adductus fuisset ante conspectum ejus, dixit ad eum: Jam sacrifica diis meis, & intellige verba mea, ut non tibi ampliora addam supplicia.

17 Respondens homo Dei: Ego, inquit, *sed leviter tamen.* tibi dixi, quia non timeo tormenta nec minas tuas, quoniam fidem meam habeo in Christo, per quam baptismatis gratiam adsecutus sum. Tunc jussit lignum magnum exhiberi Imperator secundum staturam ejus, & poni ante palatium. Et vocati sunt milites, præcepitque famulum Dei Sydronium ibidem ligari. Jussit etiam ternas sagittas jactare super eum, quatenus lacerato corpore B ejus, citius animam exhalaret.

18 Dixitque Rex: Videamus si potest *Sagittis impetitionem frustra.* Deus ejus liberare eum de manibus nostris. Et sagittaverunt eum ab hora prima usque ad horam duodenam. Et putabat Imperator, quod omnes sagittæ in corpore ejus figerentur. Sagittæ autem suspendebantur a vento a dextris & a sinistris, ex quibus nec una quidem corpus ejus tetigit. Et post solis occasum jussit eum a militibus custodiri, ne subito a Christianis nocte solveretur, quoniam quidem multi expectabant Christiani tollere corpus ipsius, videreque virtutem Dei. Alia autem die ait Rex. Eamus & videamus maleficum illum. Veniens autem Imperator, vocavit eum & dixit: Sydroni, ubi est Deus tuus? Veniat & liberet te de manibus meis & de sagittis his.

19 Et dum hoc dixisset Rex, statim exi- *Datur custodiendus militibus* livit una de sagittis ipsis, & ingressa est in *90.* oculum ejus, excæcavitque eum. Tunc dixit ei sanctus Sycronius: O stulte & tyranne Imperator, qui deseris creatorem & adoras idola, tamen si credis in Deum meum, vi- C debis lucem Domini. Iratus denique Rex jussit milites nonaginta, quatenus eum in carcerem mitterent, catenisque ferreis adstringerent corpus ejus, & diligenter observarent, ut in crastinum caput illius abscinderetur. Dum quippe S. Sydronius ad carcerem duceretur, hanc orationem fudit, dicens: Domine Jesu Christe, qui eduxisti populum tuum de mari rubro, liberastique eum de ergastulo Pharaonis: erue me servum tuum de compedibus istis, & ad ipsum locum fac me pervenire, quo gratiam baptismi consequi merui.

20 Dum hæc orasset, obcæcati sunt mi- *Quæritur ad mortem* lites confractæque catenæ ferreæ, & ocius iter carpens, pervenit ad locum, qui dicitur Calosenagus super fluvium Igone a milliario octavo de Hebrola, quo baptismi gratiam perceperat. Audiens hæc Imperator, jussit multitudinem, ut persequeretur eum, & dixit: Quocumque inveneritis magum ipsum, decollate eum. Et exeuntes milites obviaverunt homini seni, se non Christiano cui talia fantur: O homo, numquid tibi aliquis Christianorum exstitit obvius? At ille dixit ad eos: hesterno die hora quarta D visus est homo Orientem versus instar ventorum currere callem. Milites autem non desistebant persequi eum.

21 Sanctus itaque Sydronius cum venisset *& cum Deo annuente pervenisset ad locum, ubi fuerat baptizatus,* ad fluvium Igone, quemadmodum supra diximus, & vellet transfretare illum, respexit retro & ecce inimicorum multitudo appropinquabat ei. At S. Sydronius in orationem se prosterneos ait: Domine Jesu Christe, quia [video] congregationem malignantium, quibus enarravi virtutem tuam, consurgere in me: præsta mihi famulo tuo secretam revelationem, quatenus ad illum locum pervenire merear, ubi gratiam baptismatis, te largiente, percipere merui. Dum hæc orasset, factus est fluvius velut lapis, & pedibus superambulans venit ipse Sanctus ad locum sibi demonstratum. Videntes autem milites pelagum magnum eum transire, timuerunt & conturbati sunt. Videns autem hæc S. Sydronius prostravit se in orationem dicens: Domine Jesu Christe, qui me gubernare dignatus es, ab adolescentia mea usque ad E præsens, ostende virtutem tuam, & nunc me celerius jube, quemadmodum libet, coronari, & concede mihi servo tuo, ut quicumque in loco, quo me ad coronam tradideris, orationem fuderit, invocaverintque nomen meum, pro reverentia nominis tui in suis orationibus exaudiri, & salvus esse mereatur.

22 Cum hæc orasset, levavit oculos suos, *obtruncatur, & fert caput amputatum:* viditque quosdam milites citius extractis gladiis currentes decollare eum; sed timebant appropinquare ad eum. Tunc beatus Sydronius sic eos allocutus est dicens: Venite, & ut vobis est imperatum, facite. Colligite ergo de sanguine meo & ligate in linteo, & portate Aureliano Imperatori, ut videat virtutem Dei. Cumque decollatus fuisset, guttæ sanguinis ceciderunt super carnifices, & ipsi conversi sunt, clamaveruntque voce magna dicentes, sancte Sydroni, intercede pro nobis, parcendo peccatis nostris, quoniam baptizati sumus de sanguine tuo sancto. Sydronius denique sanctus apprehendens caput suum, Christo gubernante, gestavit pedes quadraginta novem. Milites itaque videntes F hæc mirabilia, stupefacti sunt. Collegeruntque de sanguine beatissimi Sydronii, & attulerunt Aureliano Imperatori.

23 Et misit Rex de sanguine illo, qua *Aureliani oculi sanantur applicito Martyris sanguine.* sagitta fixa fuerat, meruitque intercessione illius lucem recipere pristinam, & exclamavit voce magna dicens: Quam magnus & glorioſus est Dominus Deus Christianorum, qui non deserit sperantes in se, sed gubernat eos inter truces persecutores & facit voluntatem suam in his, qui custodiunt mandata ejus. Audiens autem hoc miraculum mulier quædam, vocabulo Syria, quæ septuaginta transactis annis sine oculis sedebat, vocavit propinquos suos, & dixit illis: Ducite me ad inæstimabile miraculum gaudiumque, ubi meruit sacratissimus Sydronius cælestem gratiam acquirere. Propinqui vero illius dimiserunt illam, & noluerunt pergere cum illa: dum ipsa quippe in mœrore persisteret, exiit quidam parvulus de genere ejus, & introivit ad eam, apprehendensque manum illius ait: Surge, ego venio tecum,

&

A & docam te, quo desiderat cor tuum.

eunt mulier ad sepulcrum S. Sidronii illuminata.

24 Exierunt autem in viam, sed non sciebant, ubi prædicabatur passio ipsius Sancti. At ubi venerunt ad locum, in quo S. Sydronii corpus humatum jacebat, affixi pedes eorum non valebant longius iter carpere; quoniam in loco sancto pervenerant. Illa vero hæc intelligens, prono humilique corde fixis genibus in eodem loco, hanc orationem fudit, dicens: Domine Deus Christianorum, qui dedisti sancto tuo Sydronio coronam pretiosam, ex lapidibus ornatam, ostende virtutem tuam per ejus intercessionem in me. Cum hæc itaque oraret, eadem hora aperti sunt oculi ejus, viditque lucem Domini & sepulcrum S. Sydronii: Multus autem populus confluebat, quatenus videret virtutem Dei. Tunc Syria sic locuta est ad eos: Diligamus sepulcrum beatissimi Sydronii, qui vitam non deposuit, sed mutavit; & fabricemus ibi cellulam. Acta sunt D hæc sub Aureliano Imperatore, die quinto Nonas Julias, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu Sancto Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Regnare cepit Aurelianus Imperator* 270, *de quo Comm. prævius, num.* 6.

b *Puto hic designari Samum (quæ* Same *vulgo dicitur) metropolim insulæ Sami vel Cephalleniæ.*

c *Quid hoc fluvii sit, vagum quærere: nisi forte velit auctor indicare fluvium, qui Narbonem interfluit, vulgo dictum* Ourbion.

d *Est vas olei vel speciis amphoræ. Plura Cangius.*

e *Alibi est Icona. Forte mendose pro Jonna vel Tonna, vulgo* Yonne, *alluente Senonas.*

B

DE S. MARCIANO MART. E

ICONII IN CAPPADOCIA.

Cultus ex Martyrologio Romano & Synaxariis Græcis. J. P.

FORTE ANNO CCXLIII

Annotationes J. Martyris

MEnæa bibliothecæ Ambrosianæ, Menæum Chiffletii, Supplementum ad Menæa excusa in Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii celebrant memoriam hujus sancti Martyris; hoc postremo loco sic annuntiati: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Μαρκιανὸς μαχαίρᾳ πλ. Eadem die undecimo Julii S. Marcianus gladio martyrium consummat: cujus triumpho accinuntur illi versiculi:

Τ' ἅπαρχε θήκη, Μαρκιανέ, σὸς φάρυγξ,
Χωρῆσα τὴν μαχαίραν ἣν κατηνρίθης.
O Marciane, theca guttur extitit
Tuum machæræ, qua necem punctus subit.

a *Subsequitur brevis narratio martyrii in hac verba; quam ex præfixo nomine Sirmondi colligo in eius Synaxario desumptam esse:* Οὗτος νίος ὢν προσήχθη Περεννίῳ τῷ ἄρχοντι ἐν τῇ Ἰκονίων πόλει· ἣν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ξύεται, ἣν ἐπὶ ἐχάρας πίπτει καταμεσὶς τίθεται, ἐ μαχαίραις τὴν γλῶτταν κατακεντεῖται, ἣν τὸ πλάσμον τὴν κεφαλὴν ἀποκόπτεται. Hic, cum juvenis esset, ad præsidem Perinium ductus est in civitate Iconii, & ob Christi confessionem raditur, ardenti foco superimponitur, gladiis linguam compungitur, ac tandem capite truncatur. *Hisce consonant excerpta ex Menæis bibliothecæ Ambrosianæ. Eadem fere habet Sirletus: e quo in Romanum adscitus est sanctus Martyr, hic illum annuntians*: Iconii S. Marciani Martyris, qui sub Perennio præside per multa tormenta pervenit ad palmam.

cum elogium

3 *Prolixius elogium habet Synaxarium Basilianum, cujus mensi Julius ad calcem tomi primi ejusdem mensis editus; quod sic verte Latine:* Marcianus, Christi Martyr, e civitate Iconii extitit. Cum autem juvenis esset, Christique fidem edoctus ac baptizatus, veram fidem prædicavit, & idolorum falsitatem & imbecillitatem redarguit, atque idololatriæ os obturavit. A quibus comprehensus, traditus Præsidi, & ad quæstionem ductus, nunc quidem promissis caduci & falsi honoris; nunc vero minis Christum abnegare, & idolis sacrificare cogebatur. Ad P quod cum Præsidis sermonibus adduci non posset, sed potius coram populo Christum confiteretur, postquam cæsus esset, in carcerem concluditur. Et post hæc vinctus, & e carcere egressus, cum ante Præsidem staret, & eidem confessioni inhæreret, veltam fero rasus, nervos præcisus, cultro linguam excisus, & in foco ardente positus est. Et tandem ense caput obtruncatus, martyrii cursum complevit.

& observationes de tempore martyrii

4 *Observa obiter, hic supprimi nomen Præsidis Perennii: qui idem fortasse est, qui apud Baronium ad annum* 243, *num.* 4; *quo posito, habes unde de tempore agonis S. Marciani judicium feras. Atque hæc de sancto Martyre dicenda occurrunt; plura nos latent.*

A B

DE S. CINDEO PRESB. ET MART.

SIDÆ IN PAMPHILIA.

J. P. Ex Martyrologio Romano & Græcis Synaxariis.

SUB DIOCLETIANO. Natus S. Cindei, Cindæi *aut etiam* Syndei *memoria inscribitur Martyrologio Romano, sic ipsum enuntiante* : Sidæ in Pamphilia S. Cindei presbyteri, qui sub Diocletiano Imperatore, & Stratonico Præside per multa tormenta pervenit ad palmam. *Prætorat Siriotus, paulo longior* : Eodem die (*undecimo Julii*) Cindei presbyteri. Hic ex oppido Telmedia Sidæ Pamphiliæ sub Imperatore Diocletiano ductus ad Stratonicum præsidem, Christum confessus est. Quamobrem ferreos calceos, clavis defixis munitos, indutus, ad portam cucurrit. Postea in ignem injectus, evasit incolumis, & Deum precatus tradidit spiritum : cujus pretiosas reliquias Orestes quidam, Umanadensis genere, Christi diaconus, in patriam suam translatas, per manus sacerdotum more majorum reponendas curavit.

Quid de hoc Sancto Martyrologium Romanum;

Synaxarium Basilianum,

2 *Sancti hujus Martyris elogium aliter concinnat Synaxarium Basilianum* : Martyr Christi Cindæus presbyter erat in ecclesia, quæ est in civitate Sida, regnante Diocletiano. Cum autem delatus esset ad Stratonicum, quod Christum coleret, comprehensus, & ferreos calceos indutus, acutis clavis infixos, coactus fuit currere per viam, quæ ducit ad portam, quæ sacra dicebatur, verberatus a lictoribus. Mandato accepto, ut ipsum comburerent, lictores occurrerunt cuidam pauperi, onus lignorum bajulanti, ut illa venderet, & inde vitam sustentaret. Cumque vellent ea rapere, non persoluto pretio, & Sanctum comburere, pretium ipse extraxit, deditque pauperi; & lignis super proprios humero impositis, pervenit ad locum martyrii : & postquam accensa esset fornax, in eamdem ingressus est : cumque inde egrederetur illæsus, sacerdotem idolorum simul cum sua uxore ad fidem Christi perduxit. Tandem ubi orasset, spiritum tradidit. Corpus autem ejus honorifice sepultum fuit.

C

& *Supplementum ad Menæa Græca impressa*;

3 *Partim conveniunt, partim discrepant ea, quæ refert Supplementum ad Menæa Græca excusa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chifletii* : *in quo Martyr ponitur* τὸ γένος Οὐμανα δεὺς genere Umanadensis : *quo patronymico fortasse indigitatur orundus fuisse* Umana, *quem locum Cellarius Geographiæ antiquæ tom.* 2, *lib.* 3, *cap.* 23, *pag.* 295 *collocat in Galilæa. Nisi malis designari* Omanam (*Græce* Ὀμάνα *dicitur*) *Arabiæ felicis emporium Stephano & Plinio*; *Arriano emporium Persidis*, *ut tradit Ortelius in Thesauro geographico. Elige utrumvis locum*; *aut si neutrum vis*, *tertium*, *duobus prioribus convenientiorem edissere*, *frustra a me quæsitum. At pergamus in Supplemento. Ibidem pretium exprimitur*, *a sancto Martyre pro lignis datum*, φόλεις τριάκοντα, *triginta nummi*; *de quorum valore Cangius. Adde*, *Martyre ab igne illæso*, ἀέρος μετὰ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν κλονουμένου, *ἀιθρία πολλὴ καὶ διαυγασία*, aere turbato per fulgura & tonitrua, magnam serenitatem & tranquillitatem factam esse. *Ibi quædam singularia narrantur.*

D

4 *Sacerdos idolorum*, *& ipsius uxor*, *ad Christum conversi ibidem narrantur*, *quod ἀποστείλασα τὴν θεράπαιναν αὐτῆς κυδῶσαι τὸ τοῦ Μάρτυρος λείψανον μύροις καὶ σινδόσι*, *καὶ ὅπως ἐτύγχανε ἀμφότεροι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος*. *Quod*, *inquam*, miserint ancillam ipsius (*uxoris*) ut sancti Martyris corpus honoraret aromatibus & linteaminibus mundis : & *quod* sic ambo sanctum baptisma consecuti sint. *Singularis pariter est historiola*, *quæ ibidem sequitur* : Ὀρέστης δέ τις, τὸ γένος Οὐμανα δεὺς, διάκονος τοῦ Χριστοῦ, λαβὼν τὸ λείψανα μετὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ κεφαλῆς τοῦ Ἁγίου, καὶ ἀρθεὶς κατὰ τὸν Ἀβακοὺμ διὰ μιᾶς ἡμέρας ἀπὸ τῆς Παμφιλίας ἦλθεν εἰ Οὐμανάδοις εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, & θήσας τὸν σορὸν, κατέθετο τὰ ἅγια λείψανα διὰ χειρῶν Ἱερέων, καθὼς τόπος ἐστὶ τοῖς Ἁγίοις κατατίθεσθαι. Quidam vero Orestes, genere Umanadensis, Christi diaconus, cum accepisset corpus cum capite ipsius Sancti, & sublatus esset, una die, quasi alter Abacuc, e Pamphilia venit in partes Umanadensium, patriam ejus, & constructo sepulcro, sepelivit corpus ipsius per manus sacerdotum, ut decet Sanctos sepeliri. *Hæc ibi*; *quorum fides sit penes scriptorem*, *qui ea tradit.*

5 *Interea non omittemus versiculos*, *dicti Supplementi elogio præfixos* :

Οὐκ ἄξιόν τι καυχήσεως ὅλως ἔχων,
Σωθεὶς πυρὸς πήρωσιν ἀπὸ Κινδαίου.
Nihil ultione quod foret dignum tenens,
Ab igne sospes, morte, Cindæe, occidis.

Dantur de iis versiculi cum nostra correctione.

F

In Ms. nostro scribitur καυχήστως, *mendose sine dubio*; *cum* καύχησις *significet gloriationem*: *adeoque tam sensus esset* : nihil gloriatione quod foret dignum habens &c. *quod sane in subjecta materia ἀπόκοπον est*, *ne dicam ἄτοπον*, &, *si leges carminis jambici species*, ὑπέρμετρον, *uti versum metienti patebit*, *redundante una syllaba. Substitui itaque* καύσεως; καῦσις *enim ustionem significat. Et vero quam facile in exscribendo apographo* καυχήστως *pro* καύσεως *intrudi potuit? Eidem Supplemento fere verbatim consonant ea, quæ excerpta habemus ex Menæis bibliothecæ Ambrosianæ*, *in quibus tamen nulla fit mentio de occursu pauperis*, *de quo supra.*

DE

A D

DE SANCTIS MARTIRIBUS ROMANIS

STEPHANO, LEONTIO, MAURICIO, DOMNO, MILITONE, ACHILLEO, DANIHELE, DIOMEDE, CYRICIO, ANTONIO, JASONE, JOANNE, SISINNIO, EUSTASIO, OCTAVIO, EMILIANO, AVITETO, THEODOLO, CESSIO, CANDIDO, GORGONIO, ARCHELAO. ITEM ARCHELAO, CIRINO, APHRODISIO, GOGIANO, CLERICO, ANTONIO, GAGIO, AUXENTIO, VALENTINO, FLAVIO, NICAONE, THEODOTO, FAUSTASIO, AURELIO, GORDIANO, CIRIONE, CYRILLO, CASTRICIO, SANCTO, EUTYCHIO. ET FORTE MAJOLO ET SILVIO.

Ex Hieronymianis. J.B.S.

XI JULII. B *Haud facile fuit, hoc die latereulum conſtruere, quo Romani bodierni Martyres recte numero & ordine diſponerentur, cum codices omnes inter ſe differant, atque excedant aut contra excedantur, aut interpolati ſint. Corbejenſe in ſuis adjecit* Majulum *ſeu* Majolum & Silvium, *qui in aliis noti non ſunt. Lucenſis in media Martyrum ſerie intruſam exhibent annuntiationem* adventus & exceptionis corporis S. Benedicti abbatis; *Epternacenſi vero inepte inſuta ſunt aliqua, quæ forte antiquarius in margine perpera adſcripta invenerat, ſic ibi legitur:* Romæ Stefani, Leonti, Pelagiæ, Maurici, Domni, Militonis, Depoſitio Idonei cum filiis. Auguſtoduni depoſitio Achellei, Danihel. Romæ Diomedis &c. *Verum vel modice in biſce attento ſtatim apparet,* Idoneum cum filiis *huc minime ſpectare, utpote de quo idem codex expreſſe egit ad diem* 1 *Julii; unde etiam accepta ſunt verba* Auguſtodu- ni depoſitio; *nam* Achilleus & Daniel *ad claſſem Romanorum certiſſime pertinent.*

His itaque, & male repoſito Pelagiæ *nomine e latercule illo ſublatis, exurgit textus a nobis diſpoſitus, qui, exceptis aliquot minutiis in nominum diverſitate aut varia eorum effermatione,* C *convenit cum Lucenſibus & Corbejenſi, in quibus nomina magis diſtorta ſunt, & præterea omittitur repetitio nominis* Archelai, *quæ per particulam* item *ſatis aperte indicatur. Numerum autem Martyrum recte hic a nobis ſubductum, probat codex Hieronymianus parvus Reginæ Suecia, in quo ad* XV *Idus Julii ſic habetur:* Romæ, natalis ſanctorum Martyrum Stephani, Leontii, Mauritii cum aliis numero XXXIX; *ut proinde tota cohors conſtiterit pugilibus* XLII, *quos ſuperius enumeratos ſunt; pro quibus Notkerus poſuit:* Romæ, paſſio Sanctorum Stephani, Leontii, Mauritii & aliorum multorum.

DE S. EUTYCHIO

MARTYRE ALEXANDRINO.

Ex Hieronymianis. I.B.S.

XI JULII. *Hunc Martyrem iiſdem terminis hoc die memorant codices Lucenſes & Corbejenſis:* In Alexandria, Eutici: *differt ab aliis Epternacenſis, quod adjiciat* Euſemiæ. *Verum quo hæc celeberrima virgo & martyr Chalcedonenſis ſpectet, jam diximus in Prætermiſſis.*

DE TRIBUS VIRGINIBUS ANTIOCHENIS

PRODOCIA, VERONICA ET SPECIOSA

Ex Hieronymianis. J.B.S.

XI JULII. *Virgines fuiſſe ſuppono, tametſi id in codicibus non exprimatur. In Lucenſibus lego:* In Antiochia, Perdiciæ, Veronicæ & Speciſæ. *Epternacenſe ſolam* Prodocium *exhibet, pro qua Corbejenſe ſcribit* Prodixæ. *Ex Hieronymiano parvo Reg. Suec., olim Senonenſi ſanctæ Columbæ, confirmatur noſtra lectio, tametſi ibi referantur* XV *Idus Julii: forte ex mera librarii tranſpoſitione.*

DE

A

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRICANIS MARIANO ET JANUARIO.

I. B. S. Ex Hieronymianis.

XI JUL. HI *duo Martyres primo loco annuntiantur in textu Florentini*; In Africa, Mariani & Januarii, *quibus in Corbejensi adjungitur* Julianus, *ab omnibus aliis præteritus. Confusior est Epternacensis lectionis, sic incipiens:* In Africa, Mariani. In Alexandria, Euticii, Eusemiæ: & in Africa Januarii: *quod hic adnotandum non est, cum & sequentia diserta ostenderimus. Dubitaveram primum, an ii duo vepotii non essent ex classe bestiena Martyrum quatuor Africanorum* Januarii, Marini, Naboris & Felicis; *ceterum cum & loco alio positi sint, & alio ordine, & numero alterum non conveniat, in sua ipsos possessione relinquendos putavi; idque adeo proclivi, quod in plerisque Hieronymianis parois, eadem ferme nomina, licet quandoque inverso ordine exprimantur.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS JANUARIO ET PELAGIA.

B B

NICOPOLI IN ARMENIA.

J. B. S. Notitia ex Martyrologiis.

SUB LICINIO. DE *pluribus sanctis Martyribus Nicopolitanis actum est die præcedenti non semel, cum dubium videretur, utrum iidem essent, qui a diversis diversimode annuntiabantur: neque modo mihi satis perspectum est, an hodierni duo ad eamdem sectorum quadraginta quinque classem non pertineant. In observationibus ad Usuardum notavimus, eorum nomina in aliquibus Hieronymianis non nihil deformata esse, quæ clarius exprimuntur in Lucensi, & in parvo codice Reginæ Suecie, omisso* Turmoris, *qui nescio unde in Epternacensi accesserit. In Romano parvo solus* Januarius *appellatur, sed* C *conjuncti sunt ab Adone, cujus hæc est annuntiatio ab Usuardo & tota ejus progenie adoptata:* Eodem die in Armenia minore, civitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum Januarii & Pelagiæ, qui in equuleo, ungulis & testarum fragmentis diebus quatuor cruciati, martyrium impleverunt. *Verbis, non sensu differt phrasis Rabani, qui præmisso seorsum aliquo* Januario, *in Epternacensi a socio suo Mariano divulso, sic pergit:* In Armenia, civitate Nicopoli, item Januarii & Pelagiæ, qui cormentis subditi, non solum ungulis, sed & testa corpora eorum usque in diem VI Idus eamdem passionem habuerunt; *quæ ferme codicis Blumiani verba sunt, in hac parte ab Hieronymianorum fyle deflectentis. Neque ab his differunt, quæ vetulis Petrus in Catalogo lib. 6 cap. 85; neque alibi vepevi, quæ distinctius eorum gesta aut passionem explicent. Inter sacras Progensis reliquias, quarum elenchus datur tomo 1 Januarii pag. 1084, numeratur* S. Januarii martyris Armeni corpus. *Wandelbertus utrique Martyri versiculum suum attribuit:*

Martyrio quintum sancit Januarius, æque
Consimili decorat Pelagia sancta nitore.

DE S. MARTYROCLE MART.

I. P. Notitia ex Fastis Græcorum.

XI JUL. NOtatur *hic Martyr in Supplemento ad Menæa excusa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chifletii, usquam fortasse, quantum suspicor, alibi reperiendus: nisi forte* Τυροκλῆς, *quem Martyris pariter titulo insignitum lego in Menæo Chifletii, coincidat cum nostro* Martyrocle, *expuncta, ut satis proclive est, prima syllaba. In dicto itaque Supplemento ita annuntiatur:* Ὁ ἅγιος Μαρτυροκλῆς τοξεύθεὶς τελ. S. Martyrocles sagittis ictus agonem consummat. *Habet duo hexametra, quibus ibidem honoratur:*

Ὁ Μαρτυροκλῆς μαρτύρων ἄρι κλέες
Μάρτυρ φανεὶς ἄεισος ἐκ τοξεύματων.
Bene Martyrocles martyrum invenit decus,
Se per sagittas martyrem summum probans.

Digitized by Google

A D

DE S. LEONE CONFESSORE;

Notitia ex tabulis Græcis. L. P.

XI Julii. *Sanctum* Leonem *nobis exhibent Menæum Chiffletii ac Supplementum ad Menæa impressa ex Synaxario Sirmondi ac Ms. Chiffletii, appositis sequenti annuntiatione:* Ὁ ὅσιος Λέων ἐν τῇ Μανδρᾳ ἐν εἰρήνῃ πλ. S. Leo in Mandria in pace obiit. *Applauditur ipsi duobus hisce versiculis:*

Ἐκ γῆς ἀπελθὼν εὐτρυφῆ περιττοῖς Λέων,
Ὧν εἶχεν ἐν γῇ πίς ἀπορροίας πάλαι.

Terram relinquens affluit lætis Leo,
Quorum fluentia biberat in terris agens.

Mandra, *quod hic occurrit, duplex habet significatum, alterum appellativum, alterum proprium. Primo enim significat* monasterium *quodlibet, metaphora sumpta a caulis ovium seu caprarum, quæ* mandræ *appellantur; secundo templum S. Symeoni Stylitæ juxta Antiochiam dicatum; de quo Evagrius lib. 1, cap. 14, & pluribus agit Cangius in Glossario media & infimæ Græcitatis. Atque ego hic per* Mandram *intelligo monasterium seu locum, dicto templo proximum aut vicinum: sicut* Mandram *peculiari vocabulo appellari voluit Rogerius Siciliæ Rex archimonasterium S. Salvatoris Messanense, ut est in illius diplomate apud Rocchum Pirrum, in Notitia prima Archimandritatus Messanæ pag. 4.*

DE S. SABINO CONFESSORE

B E

IN TERRITORIO PICTAVIENSI IN GALLIA.

Notitia ex Martyrologio Usuardino. J. P.

SEC. VI. *Quam certus & antiquus est jam inde a multis retro lapsis seculis hujus Sancti cultus, tam sunt ignota omnia, quæ ad ipsum spectant. Enimvero nihil hactenus de illo reperire mihi apud Martyrologes classicos licuit præter hæc paucula, quæ subdo. Novit ipsum* Usuardus, *ita annuntians eum hæc die:* In territorio Pictavensi natale S. Sabini Confessoris. *In genuini Adonis textu, accurante nostra Rosweydo vulgati, nulla ullpiam Sancti ipsius fit mentio. Additur tamen ignota manu sequens annuntiatio, desumpta e codice Morinorum:* In territorio Pictavensi natale S. Savini confessoris. Hic fuit ex discipulis magni patris S. Germani Episcopi: tradunt enim hunc eumdem fuisse Savinum, quem Mamertinus C obvium se habuisse commemorat, quando cultui dæmonum frequentius insistebit: cujus prædicatione viam veritatis agnoscens, relinquens iter, quod ceperat, beatissimum Germanum expetiit, atque ab eo, secundum quod ei S. Sabinus promiserat, non solum animæ, sed & corporis sopitatem percipere meruit.

Certe quidem sed satis obscura est

Cujus Sancti natalis

2 *Inter Usuardina Auctaria codex Burdegalensis habet:* In territorio Burdegalensi S. Sabini confessoris; *at hic haud dubie designatur* Sabinus *ille, cujus elogium refert Saussayus ad* VII *Idus Octobris, hoc die ejus adventum in territorium Pictavense memorans, quod ad dictum diem* IX *octobris accuratius erit examinandum, dum eum* Sabinum Levitanicum *vocat* Castellanus, *ab altero ipsum non obscure distinguens. Codex Usuardiens Centulensis annuntiationi, quam ex Usuardo genuino supra dedimus, adjungit eum codice Morinorum:* hic fuit ex discipulis magni patris Germani: *unde satis ostendit, iis verbis hodiernum* Sabinum *indicari. E recentioribus Martyrologis* S. Sabinum *commemorat Galesinius, Usuardinam annuntiationem secutus.*

3 *Obscurioribus hisce tantillum lucis addidit* Antissiodoro non nihil explicato. *vir in rebus Autissiodorensibus versatissimus, alibi a nobis laudatus, R. D. Joannes le Beuf, ecclesiæ istius canonicus & succentor, litteris suis ad me datis* XXV *Aprilis an.* 1721, *in quibus S. Sabinum, ut S. Germani discipulum, sibi, seu dioecesi Autissiodorensi vindicandum existimat, quamvis fateatur se ignorare, quæ causa sanctum in agrum Pictavensem deduxerit. Hunc nimirum adducit verba vetusti ecclesiæ istius Martyrologii, quod ex adjecta tabula Paschali scriptum censet circa annum* 1007, *cujus hæc est annuntiatio:* In territorio Pictavensi, natalis S. Savini confessoris. Hic fuit discipulus S. Germani Autissiodorensis episcopi. F *Asserit præterea, in Martyrologio Nevelonis, in cœnobio Corbejensi asservato, reperiri textum prorsus similem ei, quem ex Adone Morinorum jam dedimus. Quinimo observat, sanctum eumdem Sabinum, non incongrue dici posse discipulum fuisse S. Amatoris Autissiodorensis episcopi, dum in Orientem profectus est, id quod negavit Papebrochius* XVI *Junii pag.* 21, *num.* 19; *& successive S. Germani. Certe annorum septingentorum traditio abunde confirmat, Autissiodorensem, vel saltem S. Germani Autissiodorensis episcopi discipulum fuisse S. Sabinum, quidquid apud Pictones sepultus dicatur & cultus. Utinam de gestis ejus & miraculis paulo uberior exstaret memoria!*

Digiti

DE SANCTIS MARTYRIBUS SAVINO ET CYPRIANO.

BRIXIÆ IN ITALIA, AN ANTINIACI IN GALLIA?

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

Cultus; Acta suspecta; an Brixiæ, an Antiniaco asserendi.

DIE XI JULII.

TErritorium Pictavense in Gallia fluvius rigat non ignobilis, nomine Vartimpa, (la Garempe) in cujus confinio visitur locus, vocari solitus Antiniacum (Antigny) in quo coluntur SS. Sabinus & Cyprianus (qui posterius, teste Castellano in Vocabulario Hagiologico, solo Cypriani nomine in civitate Pictavensi gaudet) uterque fratris, uterque martyris titulo donatus. Illos sibi vendicant Brixienses in Italia: quis cui præstet jure in præsenti materia, pluribus discutietur per decursum.

Cultus horum sanctorum Martyrum Antiniaci in Gallia; B

2 Nulla, quod sciam, apud Martyrologos antiquiores horum Sanctorum memoria; quin imo, quod mireris, ne ullum quidem apud Maurolycum & Galesinium, Martyrologos Italos, de illis extat vestigium. Signates reperio in Auctarii Usuardini. Codex Ado-Usuardinus simpliciter illos memorat: SS. Savini & Cypriani; sequente eum codice D. du Cheval, signato C. Codex autem Lubecæ Coloniensis plusculum addit, dicens eos martyres & fratres extitisse: Beatorum martyrum Sabini & Cypriani fratrum. Nulla hic mentio palæstræ aut territorii, in quo colantur. Unde mireris eos a Romano moderno Brixiæ asseri. Saussayus in Supplemento ita Sanctos annuntiat: In finibus Pictonum, passio sanctorum martyrum Savini & Cypriani, qui apud oppidum Confluentium sub Maximo præside fidem Christi asseverantes glorioſum pro ejus confessione martyrium compleverunt. Fuit alius Savinus, alias Sabinus, confessor eodem in tractu, meritis gratiæ conspicuus, in cujus honorem conditum est antiquum cœnobium ad Garempam amnem, novem leucis ab Augustorito Pictonum, ubi colitur proprio natali, VII Idus Octobris. Eodem die Octobris S. Sabinum exhibet laudatus Castellanus Levitanicum (de Lavedan) in Bigerritanis (en Bigorre.) Item die secunda hujus mensis Julii habet SS. Sabinum ac Cyprianum martyres, tribuens illos Brixiæ. Præfatus Saussayus die XII hujus duos præterea martyres Savinum & Cyprianum annuntiat his verbis:

eorum notitia ex Martyrologiis.

C

3 In monasterio Casæ Dei festivitas sanctorum Martyrum Savini & Cypriani, qui Brixiæ nati, & in Christo renati, cum doctrinam ejus salutarem disseminarent, a Lodicio præfecto cruciati, quod abduci a Servatoris præconio non possent, patria sua expulsi sunt, a qua excedentes, in Gallias monente Angelo pervenerunt; ubi cum divinæ veritatis semen spargere non cessarent, jussu Maximi Proconsulis, qui nullis tormentis constantiam illorum flectere potuit, capite plexi, coronam immarcescibilem, ex tam nobili agone reportarunt. *Quanta hic Sanctorum confusio, varie a variis asserta: de qua ex instituto dicemus paulo post; postquam præmiserimus prius disquisitionem criticam de Actis, SS. Savinum & Cyprianum ex urbe Brixiensi accersentibus, tamquam hæc eorum patria extiterit, tam gloriosis natalibus condecorata.*

non sine magna confusione.

4 *Quam vero Acta ista male cohærent, narrationibus fabulosis atque ultra verosimilitudinis speciem vagantibus loco non uno infarta, planum, ut puto, fiet, si quis sequentes observationes æquo animo & a præjudiciis vacuo expendere voluerit. In apographo nostro præmittitur sequens inscriptio:* In antiquo Ms. cœnobii S. Catharinæ habetur totum extensum Officium eorumdem Sanctorum, quod Petrus de Monte, Episcopus *Brixiensis*, ex Gallia huc exisi matur attulisse; cum exinde, peracti apud illos Reges sua Apostolica legatione, ad suam remeavit ecclesiam; in qua Officium & festum horum instituit, plaudente civitate: unde hic rescripsimus tantum lectiones, in ternis Nocturnis partitas, prætermissis psalmis, & propriis antiphonis, ne nimia & supervacanea prolixitate damnemur. *Hæc ibidem præmittuntur; quorum deinde ad finem hujus Commentarii juverit meminisse. In prologo dictorum Actorum significantur eorum auctores esse* Asclepius & Valerius presbyteri, salutem *dicentes* sanctissimo præsulum Domino, *eaque conscribentes*, quibus ad calcem usque interfuisse *se memorant*, Deo teste verissima scribentes: *quæ vestræ, ut ajunt*, Sanctitati offerre dignum putavimus. *Sed prologus iste, auctorum synchronorum, & historiæ, quam vulgant, testium oculatorum, fidem mentitus, gravem suspicionem movet falsitatis. Fallit enim, quando* sanctissimo Præsulum Domino *dicta Acta inscribit, non expresso ipsius nomine: illud sane ab Asclepio & Valerio non diu erat quærendum; eidem* sanctissimo Præsulum Domino *contemporaneis, ut aperte indicant, dum addunt, Pontificem, cui dedicant sua Acta, Sanctos, de quibus scribere instituunt, sua* benedictione formasse, *atque adeo par esse, ut eorum* certamina *sua* nunc iterum auctoritate vulget. *Itaque si Asclepius & Valerius, prætensi Actorum auctores, Pontificis nomen ignorare non poterant, quomodo illud suppresserunt? Etenim si locus usquam accommodatus occurrit exprimendi nominis proprii, is certe occurrit in inscriptionibus ejusmodi, quibus alicui personæ libri aut scripta dedicantur; ut per se liquet. Jam vero an* Deo teste verissima scribant *prætensi auctores, seu potius fabulator aliquis, eorum nomina mentitus, discutiamus.*

Acta Sanctorum Savini & Cypriani E

F

5 *Initio capitis primi* Amphipolim, civitatem Italiæ *occurrentem, studiose quæsivi apud Cosmographos; sed non reperi urbem, hoc nomine dictam,*

tamquam suspecta

præter-

Digitized by Google

A *praterquam in Syria & Macedonia. Dicere, prout notatur in margine noſtri Ms.*; hæc civitas erat hic in Longobardia, ſed fuit multis jam ſæculis bellorum deſolata ruinis; *eſt gratis aliquid fingere: nam mirum foret, nullam uſquam apud antiquos ſcriptores hujus civitatis, ſiquidem unquam fuiſſet in rerum natura, mentionem fieri; præſertim cum, juxta dicta ſæpius Acta, debuiſſet extitiſſe medio circiter ſæculo quinto, aut aliquanto citius, ut patebit quam mox ex num. 7. Ad hæc, non pauca martyrii adjuncta fidem Actorum infirmant: qualia ſunt conglobota pene ſupra modum, ne dicam ſupra fidem, tormentorum congeries, ut habes num. 14; Laodicius proconſul, igne Sanctos torquere volens, una cum ſexaginta aliis eodem igne non ſine miraculo combuſtus, Sanctis intactis, ut dicitur num. 15; egreſſus e carcere ab Angelo patefactus, quo Sanctis eſſet integrum, in Galliam proficiſci, num. 22; quo pergunt, adſcitis duobus presbyteris Aſclepio & Valerio, Actorum, ſi Superis placet, conſcriptoribus, de quibus ſupra, uti habes num. 23.*

B *& rebus falſis infarta* 6 *Quid? quod nulli homini, veltantillum perito in rebus iſtiuſmodi, veriſimile, nedum probabile apparere poſſit, quod Proconſul gentilis, nomine Maximus, ducentis comitatus militibus, relicta Italia, Martyres in Galliam profugos*, per quæcumque loca perquirens, ubi hoſpitii gratia devenere, eos perſecutus eſt, *ſicut expenitur n. 27; apparente illis, dum orarent, navi in littore:* unde Deo gratias referebant, ipſamque intrepide ingredientes, intuentibus Italis, ſine nauta & remige incolumes in alteram ripam pervenerunt. *Adde, quod* Maximus Proconſul, & qui cum ipſo erant, natabundi de periculo emerſiſſe *ſcribantur*, & Sanctos Dei velocius perſequentes, apprehendiſſe eos ſuper fluvium Gartimpe, *ut refertur num. 29; addito die, loco &c. Ne ſingula conſecter; unum pro multis ſufficiat ad elevandam dictorum Actorum fidem. Num. 31 narrantur ſancti Pugiles noſtri curſum martyrii conſummaſſe* ſub Imperatore Martiano, qui *Maximum* Proconſulem direxerat ad occiduas partes in Chriſtianorum perſecutionem: qui C ultione divina etiam ſubſequente, ut par erat, amiſit vitam cum ſpiritu. *Ubi adſtruuntur duæ apertæ & abſurdæ falſitates. Altera, quod religioſiſſimum Imperatorem faciat idololatram aut gentilem, Chriſtianorumque perſecuterem, plane ignarus de egregiis optimi Imperatoris in adminiſtratione imperii dotibus ac immortalibus in Sedem Apoſtolicam, univerſamque, quæ latiſſime patet, rempublicam Chriſtianam meritis nihil ſatis dignum dici poſſe; ut qui a Patribus Synodi Chalcedonenſis nuncupatus fuerit* novus Conſtantinus; *vide Baronium an. 451. Proin ſecunda falſitas, quæ ultione divina adjungitur, ſponte corruat neceſſe eſt. Atque hinc liquet, quam parum fidei habendum ſit Actis, tam palpabiles falſitates obtrudentibus. Martyrologium Ms. eccleſiæ Brixienſis, quod habemus, perperam quoque Martyres paſſos ponit ſub Marciano Imperatore.*

& non credibilibus 7 *Deinde, qua veri ſpecie ſit credibile, Italiam medio ſæculo quinto idolorum cultui ſubjectam fuiſſe, ut idololatras Præfectos haberet, Brixiamque nec non Amphipolim, civitatem, ut volunt, quondam ei vicinam, eo ſuperſtitionis proceſſiſſe, ut Bacchо ſacra peragerent? Adi num. 3, 4 & 5. Nec difficultatem ſolvis dicendo cum Ferrario in Annotatione*: Videndum eſſe, ne pro Maximiano, Martiano ſcriptum fuerit. *Fac enim aliud pro alio ſcriptum, orto ſphalmate ex ſimilitudine* D. AUCT. J. P. *vocum: quæro tunc, quo pacto Maximianus combinari queat cum S. Germano, Antiſſiodorenſi Epiſcopo, vita functo anno 448 aut proxime ſequenti? ad quem referuntur ſancti Martyres acceſſiſſe, prout habes num. 25: qui cum* B. Lupo, Trecaſſinorum Epiſcopo, de Hibernia trans oceanum, mare Scotorum vel Britonum ulteriore inſula, ubi ad reprimendum Pelagianorum hæreticorum perfidiam a ſummo Romanæ Sedis Apoſtolico directus fuerat, eodem tempore revertebatur. *Non enimvero tempora Maximiani & Pelagianorum ſatis prope conjuncta ſunt, ut ſimul componi poſſint.*

diſcutiuntur. 8 *Longum foret, commemorare dialogiſmos identidem recurrentes, preces ad Deum continuas, ac locos Scripturæ, quibus Acta infarciri & amplificari aſſolent, in quibus pro primæva, ſincera ac genuina veritate relucet character oratorius & vena Metaphraſis. His itaque matura judicii trutina expenſis, conſiderandum lingua lectori bagiophilo, an non inepte dicant prætenſi horum Actorum ſcriptores, ſeu, ut verius dicam, mendax aliquis eorum compilator, ac nugivendulus, Aſclepium & Valerium rebus geſtis, quas deſcribunt, interfuiſſe, Deoque teſte vera ſcribere, non ſine animadvertenda impudentia. Reſtat igitur ut aſſeramus Scriptorem præſentium Actorum ſua, quæ ſcripſit, aliunde non ſine plagio mutuatum fuiſſe, eaque, quæ convenire judicabat ſanctis Martyribus, applicuiſſe ſubjectæ materiæ vel omnia vel pleraque ſaltem, adjectis fortaſſe etiam nonnullis rerum adjunctis, prout ſuggerebat particularis affectus, biſce ſanctis Brixiæ aſſerendis accommodatus. Et vero quam facundus ſuaſor potenſque orator ſit amor patriæ, ut Sanctos ad ſe trahat, ſibi non debitos, notius eſt, & experientia magiſtra, compertius, quam ut probari neceſſe ſit. In memoriam revoco, quot machinis & ambagibus actum ſit in Sanctis duodecim Umbriæ aſſerendis, de quibus in Tractatu prælimnari, menſis hujus tomo primo præfixo.*

Non videntur ſancti Martyres F 9 *Enimvero vix adducor, ut credam, ſanctos* Savinum & Cyprianum *ad Brixienſes pertinere cum nemo ex antiquis Martyrologis, quod ſciam, eos Brixiæ tribuat. Annuntiationes Martyrologiorum dedimus num. 1, in quibus Sancti ſimpliciter referuntur, celato loco patriæ aut paleſtræ. Unde vero Romanum modernum annuntiet eos Brixiæ, non obſcure, ni fallor, colligitur e Baronii Notationibus ad idem Romanum Martyrologium: ubi citat quidem Tabulas eccleſiæ Brixienſis, dicens eis adſtipulari vetera Mss.; verum quam ſæpe ſolent fallere Tabulæ eccleſiæ particularis, quam annoſam non raro mentiantur antiquitatem, non antiquiores videlicet quam uno altervove ſæculo, puta decimo quinto aut decimo ſexto, argumento erunt ea, quæ contra prætenſam vetuſtatem Actorum de Sanctis Umbriæ tractantium, in dicto tractatu diſcutiuntur. Similis reſponſio quadrat Ferrario, qui poſt breve, quod habet, de Sanctis noſtris compendium, aſſerit illud eſſe deſumptum ex monumentis eccleſiæ S. Afræ, & Martyrologiis antiquis eccleſiæ Brixienſis.*

Brixienſes appellandi patria. 10 *Proinde non eſt, quod hic Brixienſes jure nobis ſuccenſeant: cum ſatis clare vel ipſi Brixienſes ſcriptores mentem hic ſuam indicent. Patritius Spini, Brixianus, Canonicus Regularis S. Salvatoris lib. 4 Hiſt. Brixienſis Italice editæ, non auſus eos Brixiæ attribuere, ſic fatur*: Petrus de Monte, tum temporis noſter Epiſcopus, credens illos fuiſſe noſtros cives, juſſit eorum

A rum festum ab incolis nostris celebrari. Alii
AUCT. nihilominus contendunt, hosce Martyres ci-
J. P. ves nostros non fuisse. *Tum decisione hujus controversiæ in medio relicta: dicit se allaturum rationes eorum, qui illos Brixiæ abjudicant; quod sic exequitur:* Dicunt itaque hosce Sanctos e nostra civitate oriundos non esse, sed e castro Transalpino, dicto Bresse, haud procul a fluvio Rhodano: id quod clare habetur & ex historia eorum & ex nova tabula Franciæ, Tolomæo adjuncta. Quia clarum est, in ipsa historia Martyrum fieri mentionem Rhodani, fluvii Transalpini, aliorumque locorum, ipsi contiguorum, & nullam fieri nostrorum; tametsi in dicta historia vocentur Brixienses: id quod porro evenire dicunt non a Brixia civitate nostra, sed a Bresse, castro, ut dictum, Transalpino: sicut etiam demonstrant Tabulæ supradictæ. Et vero nostet ille Episcopus affirmavit, hosce Martyres fuisse cives nostros. Sed discernat prudens judicium vestrum, quid in tali facto debeat teneri. *Hactenus ille, satis indicans nihil certi se habere de præsenti controversia, fortassis etiam rotundius suam expressurus sententiam contra Brixienses, si, salva eorum offensione, ausus fuisset.*

B

11 *Itaque si sancti* Savinus & Cyprianus *non sint Brixienses patria, unde ergo Brixienses potuerunt nominari? Non utique quod Brixia ipsis præbuerit locum palæstræ: id quod asserere non audebunt Brixienses ipsi, reclamantibus Actis, nec non Fayno in libro, qui inscribitur Cœlum Brixianæ ecclesiæ, ubi in Catalogo quarto, qui habetur pag.* 337, *ponit illos quidem in S. Aphra, Martyres Brixiæ, in Gallia apud Trevitos: sed id postea in additionibus ad Martyrologium Brixianum anno* 1665 *edito correxit, corripiens Ferrarium in Vitis Sanctorum Italiæ, tamquam* perperam Brixiæ apud S. Aphram eorum corpora jacere tradat ex Indiculo forsan Sanctorum ad calcem Brixiani Calendarii posito, qui postea in hac parte correctus est; cum apud Andream Saussayi Martyrologium Gallicum legatur, coli apud monasterium Domus Dei in eodem oppido Confluento. *Quisnam primus Sanctos hosce Brixiæ adscripserit, non habeo in promptu, unde determinem. Quid si tota confusionis ratio orta fuerit ex cognomento castri, vulgo* Bresse *nuncupati, de quo supra ex Patricio Spinæ? Cujus nomen cum fere coincidat cum Brixia, Italiæ civitate, imo prorsus coincidat cum nomine* Bresse, *quo a Gallis vocari solet; non mirum foret, hinc ortam fuisse primam causam sanctos Martyres trahendi ad hanc urbem, castro, unde juxta opinionem prædictam dicuntur oriundi, prorsus cognominationem consimilem. Sive igitur illam confusionem primus induxerit Petrus de Monte, Episcopus Brixiensis, quem Ughellus ponit vita functum anno* 1457, *ab Eugenio IV PP. in Brixiensem Episcopum adlecto anno* 1442, *& deinde in Galliæ legatum: de quo vide laudatum Ughellum tomo* 4 *Italiæ sacræ col.* 554 *&* 755; *sive, inquam, illam confusionem primus induxerit prædictus Episcopus, sive alius aliquis; cum tota Martyrum historia videatur unice niti Actis apocryphis ac fabulosis, restat, ut nihil certi nobis relictum esse videatur præter solum ipsorum cultum Brixiæ in Italia, & Antiniaci in Gallia: de quo postremo loco constat ex Castellano, eos commemorante in Additionibus ad suum Martyrologium Romanum die* XXV *Junii in hæc verba:*

C

non loco palæstræ.

12 Antiniaci (*a Antigny*) ad Vartimpam (*Gartempe*) in agro Pictaviensi S. Cyvranus (*S. Cyvran*) confessor, Ticularis ecclesiæ unius abbatialis Pictavii, ubi vocatur S. Cyprianus, & ubi honoratur tamquam martyr & tamquam frater S. Savini. *Apud Labbe loco infra citando pag.* 666 *mentio fit translati corporis* S. CyprianI *ad urbem Pictaviensem*, [ad] quam juxta monasterium Ordinis S. Benedicti in honorem S. Cypriani a Froterio Pictavorum Episcopo positum est anno Domini CMXXXVI: qui eidem monasterio donavit castellum suum, nomine Ludriacum, vulgo Luray cum ecclesia in honorem S. Fercintæ dicata, villam S. Maxentii prope Betinas, nec non alodium suum & ecclesiam S. Severini de Mille. *Nec plura de ipsis dicenda suppetunt. Exspectavimus quidem, prout dicitur in Supplemento tomi secundi mensis Junii, ad diem* XIV *ejusdem mensis, ut laudatus Castellanus nos doceret*, quidquid de *S. Cypriani seu Cyrani* vita, ætate ac cultu sciri per scripturam vel traditionem posset, *pollicitos* in Supplemento totius mensis Junii dignum ei locum tribuere: *quod cum ibidem factum non legam, nec postea factum resciam, signum est, novas notitias non supereste: quæ si exstarent, haud dubie submissæ fuissent a diligentissimo & indefesso Sanctorum Galliæ præsertim indagatore & refossore, sexcentis locis a nobis laudato Claudio Castellano. Suspicionem movimus superius, quando agebamus de S. Sabino, quem habet Usuardus, an non ex uno solo conflatus esset duplex, addito eorum alteri titulo Martyris: cum sit idem nomen* (Savinus enim & Sabinus satis coincidunt) *idem territorium Pictaviense, in quo honorantur. Verum cum Savinus unus colatur Pictavi tamquam Martyr, & Sabinus Usuardinus ibidem coli asseratur tamquam confessor, neque aliquid solidi occurrat, e quo probari possit, aliquam confusionem hic intervenisse; censeo relinquendum tam Martyrem quam Confessorem in sua possessione, atque adeo alteram Sanctum ab altero distinguendum esse.*

D

Eorum cultus.

13 *Præter Acta Latina, proxime recensenda, habemus alia Mss., idiomate Italico exarata, non minus antiqua, quam Latina, quæ per se patent, e præmissis ejusdem temporis vitis ex hoc solo, quod preces ad Deum a Sanctis directæ, & variis locis in Actis Latinis insertæ, ne mutato quidem idiomate Latino, Actis Italicis inserantur. Alia nonnulla, quæ huc pertinent, jam dedimus in antecessum num.* 2. *Ejusdem juris sunt Acta Mss. quæ ad nos misit P. Chiffletius, a cepta e parochia S. Savini prope Dunense. In Thesauro novo Anecdotorum, non ita pridem edito ab Edmundo Martene, tomo* 1, *col.* 151, *datur Gauberti Abbatis præfatio in Vitam SS. Cypriani & Sabini Martyrum, ex Ms., hoc notatur in margine, S. Cypriani Pictavensis: ubi nihil reperio, quod huc transcribi mereatur, quam forte unicum, quod dicit Auctor:* Rogatu tamen impulsu fratrum cœnobii laureati Martyris Cypriani Pictavorum, propter memoriam hujus, ejusdem agonistæ præclarissimi ac ejus ipsius germani certaminum gesta Savini, protensiotis quasi narrationis, animum duximus colligere scriptis.

Alia Latina & Italica, & quæ pollicet.

E

F

14 *Labbe tomo* 2 *novæ Bibliothecæ manuscriptorum librorum pag.* 665 *exhibet breve compendium Passionis ex veteribus, uti adscribit, Legendariis Lemovicensibus; sed quam non sit optimæ notæ, observat laudatus Auctor, ad calcem ita scribens:* Atque hinc patet, ab imperitis temporum scriptori-

A ptoribus aut confecta aut saltem vitiata in plerisque fuisse Martyrum acta. *Ibidem subsequitur Passionis alterum compendium, nihilo etiam melioris notæ, sed ejusdem fere argumenti. Observat idem Auctor, horum etiam Sanctorum mentionem facere chronicon Ms. Julii Flori anno* 450 *his verbis*: Claruit eo tempore Germanus, Savinus, Cyprianus fratres, Asclepius, Valerius, *cum aliis, quorum nomina ibidem videri possunt. His animadversis, nunc Acta ipsa accipe.*

ACTA SUSPECTA,

Ex Lectionibus Mss. Officii proprii, in cœnobio S. Catharinæ Brixiæ asservati.

PROLOGUS.

LECTIO I.

SAnctissimo Præsulum Domino Asclepio: & Valerius presbyteri Salutem. Sancte Pater, quæ digna sunt imitari, & alteri quoque sæculo prodesse, Sanctorum trophæa, stylo vel rustico qui digesserit, sibi mercedem a Deo mereri volentibus, salubrem conferet medecinam. Victorias igitur pretiosorum Martyrum Savini, & Cypriani, fratris sui, quibus ad calcem usque interfuimus, nos loqui par est; quia memoria dignæ sunt, licet plebeo nos uti calamo; ut vulgaribus prosit. De pluribus pauca; sed tamen, Deo teste, verissima scripsimus. Quæ vestræ Sanctitati offerre, dignum putavimus: ut qui illos vestra benedictione firmastis, eorum certamina vestra nunc iterum auctoritate vulgetis *a*.

Aliorum fides in conscribendis horum Martyrum gestis.

a

CAPUT I.

Sanctorum in fide constat constantia ac tormenta.

C ANno Incarnationis Dominicæ CCCCLVIII Laditio *, & Maximo in Amphipoli civitate Italiæ consulibus anno sexto, tumultus gentilium in eadem provincia in idolorum culturis repentinus exoritur: Nam cum pene omnes simulacris sacrificarent idolorum, tamen in Amphipoli *b* urbe Dionysii simulacro immolabant: credentes, se ab ipso vitam, & adjutorium accepisse, dæmoniaco errore seducti. Erant igitur duo fratres, stemmate nobilitatis insignes, sapientia, sanctitate, fide, ac pudicitia præcipui, de Brixia oriundi *c*, quæ vicina erat Amphipoli, Savinus videlicet, & Cyprianus; qui quotidie pro defendenda sanctæ Trinitatis fide, quam in idolis annullabant; se ipsos murum, quamvis laicali militia cingerentur, omnibus opponebant; salutarem Trinitatis tramitem prædicando, dicentes: Videte, & intelligite, quia non sunt dii, qui manibus fiunt: dimittite idolorum insanias, dæmonumque seductionem, & revertimini ad Deum vivum, Jesum Christum, Dominum nostum, qui omnia ex nihilo cum Patre condidit, sicut Psalmista testatur, dicens: Quia verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

* Laodicio. *in quos*,

b

c

3 Qui in fine temporum per semetipsum hominem apprehendens, nos misericorditer redemit. Nam idola surda, & muta, & vana sunt: quæ sibi prodesse non possunt, sed cultores suos surdos, mutos ac vanos reddunt, & ad inferni claustra perducunt. Christus enim unigenitus & primogenitus æterni Patris Filius consubstantialis, & coæternus, lux inaccessibilis nostras tenebras illuminat ignorantiæ, & infidelitatis. Talibus ergo, & tam salutiferis admonitionibus non cessabant monere populum, tam in Brixia civitate domestica, quam in Amphipoli, quæ ipsi, ut diximus, erat vicina Brixiæ. Sed populus his admonitionibus invidus, & contrarius anniversaria jam præfati execrandi idoli *d* Dionysii festa, more consueto, sacrificare studebant, laudabantque ipsum tripudiantes, & bacchantes ante idolum. ex Mss. *idolorum cultui ipse apponet*

d

4 Quinto autem mense ab execrabili proscripti Dionysii festivitate, Ladicius Proconsul venit Amphipolim Dionysio sacrificaturus. Sequenti vero die nunciatum est illi, quod Savinus, & Cyprianus fratres, [qui] venientes de civitate Brixia, dicunt se Christi milites fore, exturbabant, & seducunt populum, afferentes novas doctrinas, afferentes Christum Jesum mortuum hominem, & crucifixum, esse filium Dei verum, verum hominem, & verum Deum, & ob id plurimi ab idolorum culturis exturbantur. Insuper etiam adamantes Proconsulem deprecabantur, si hoc illi indulseris, ut multi peragant, quod cœperunt, Domine Proconsul, omnes credent in Christum, & nostra vana reputabunt sacrificia, omnisque religio Dionysii nostri peribit. *insurgunt gentiles*

E

5 Nimis autem accensus, furore Proconsul, sedens pro tribunali in eminentiori loco urbis, jussit milites Christi sanctum videlicet Savinum*f*, & Cyprianum adduci ad se, & dixit ad eos: Dicite mihi: unde estis, & quibus vocamini nominibus? ut vestra prius cognita generositate, facillius magicæ artis vestræ secreta pandantur. Non solum enim non sacrificatis Dionysio, verum etiam, qui illi sacrificare volunt, seducentes illos, avertitis, & nescimus in qua fide, potestateve hoc facitis. S. Savinus respondit: Tu expers veritatis, virtutisque divinæ cur interrogas nos, cum omnem veritatem execrare contendis? Sed compone prius mentis tuæ cognitionem, & recogita, quis composuit te ex anima, & corpore, & intelliges veritatem: nam ego, & frater meus didicimus sacras litteras, in quibus invenimus; quia simulacra gentium, opera sunt manuum hominum, & nec sibi prodesse possunt, nec alios adjuvare; & quod patrocinia, quæ in ipsis manere videtis, cum ipsis semper vana peribunt. LECTIO II. *Proconsulis interrogatio*,

F

6 Ladicius dixit: Video, quia in multiloquio vestro quid didicistis: sed tamen mendacio fiditis. Sanctus Savinus respondit: Multiloquium nostrum verum est, & ut veritatem agnoveris, attentius audi, quæ dicimus. Re vera fidelibus suis per semetipsum Dominus promittit, dicens: Cum veneritis ante reges & præsides, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini. Ego enim dabo vobis *& Martyrum*

Digitized by Google

EX MS. vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri: ideoque quia de Deo loquimur, multiloquium nostrum non ex nobis, sed ex Deo est: deos quos colitis, sunt metalla, idola dæmonibus consecrata, surda, ut diximus, muta, & vana. Laditius dixit: Lucrabitis vobis vitam vestram, si sacrificaveritis. S. Savinus respondit: Lucrum nostrum est mori in Christo. Tunc conversus Laditius ad B. Cyprianum, dixit illi: Et tu, o juvenis, quare non sacrificas diis meis? Respondit S. Cyprianus: Ego tibi ex toto corde confiteor, quia non sacrificabo diis tuis, sed adoro Deum meum, Jesum Christum, qui sedet in cœlis ad dexteram Patris.

ad eum responsa: ac tormenta.

7 Dixit Laditius: Suspendantur, & exungulentur, & vapulentur * a capite usque ad talos, quousque denudentur eorum ossa, & sic doceant ex se omnes non blasphemare deos, sed ut sacrificetur illis humiliter. Milites vero Proconsulis Laditii, impiis parentes jussionibus, exungulant eos: at illi, dum exungularentur, referebant gratias Christo, B clamantes voce magna, ac dicentes: Domine Jesu Christe, qui regnas cum Patre sine fine, & radix justitiæ emicas ubique, ostende nobis servis tuis misericordiam tuam, & affer tolerantiam passionis, & animi constantiam da nobis in certamine præsenti in tuis sanctis præceptis. Hæc autem illis dicentibus, & jam pedibus exungulatis, & graviter tortis, ita ut lictoribus eorum carnes fere usque ad ossa pessumdarentur, intererant ad hoc spectaculum duo Presbyteri, Asclepius scilicet, & Valerius, qui immania cernentes Sanctorum supplicia, non audentes palam, qui essent, ostendere, diu latuerunt.

* Vapulent.

a quibus laxati

8 Inter hoc autem, quamquam minime vellent a suppliciis cessare carnifices, jussit tamen execrabilis Laditius, etiam nolentibus Sanctis, eos a tormentis laxari. Post vero alacri vultu glorificando Deum adducti sunt ante conspectum Laditii, quibus Laditius dixit: Jam nunc sacrificate Dionysio, ut liberemini a multis tormentis. Dixit ei B. Savinus: O stulte! Sculptile æneum, arte C hominum fabricatum, deum putas esse factum, sine sensu immobile? Patrator sceleris, non poteris nos a via veritatis avertere. Nonne jam vides, quia immutatum est corpus meum de pœnis tuis; & non sentimus dolores tuos durissimos? quippe inanis est virtus tua: Deus namque optimus, a nemine factus, omnia fecit: deus vero tuus æneus, quem colis, ab homine factus, nihil facere potest, nec fecit. Tunc dixit Laditius ad B. Cyprianum: O tu juvenis Cypriane, quare non habes misericordiam de te ipso? Sanctus Cyprianus respondit: O Laditie impudicissime hominum, quare non credis, & recognoscis deum tuum?

frustra ad idolorum cultum solicitantur.

9 Audiens hæc Laditius, jussit fornacem accendi stuppa, & adipe, ita ut videretur flamma ascendere usque ad cubitos sexaginta; sicut quondam apud Babyloniam ad comburendos Dei pueros, Sidrac, Masac, & Abdenago, fecere Chaldæi. Videns itaque Laditius validam fornacis flammam, jussit Sanctos Dei ad se abduci, & dixit ad B. Savinum: Sacrifica Deo Dionysio. Iterum D autem dixit ei: Savine in ea cœpisti pertinacia mentis tuæ, & duritia cordis, in ea perduras. Adest tibi parata pœna, ut videas, & in te ipso experiaris, in ea magnam Dei nostri Dionysii ultionem.

ANNOTATA.

a *Quid de hoc prologo sentiamus, docet Commentarius prævius num.* 4.

b *De hoc loco nonnulla præfati sumus nu.* 5.

c *Quam debili ratione dicantur Brixia oriundi, prævie monuimus a num.* 9.

d *Nulli veri specie asseritur, Italiam tunc temporis, puta medio sæculo quinto post Christum natum, idololatria infectam fuisse: de qua re videsis Comm. prævium.*

CAPUT II.

Idolum prostratum; frustra tentata novis tormentis Martyrum constantia. E

LECTIO III. *Sanctus ad idolum ducitur.*

DEinde conversus Proconsul dixit: Acquisce, o juvenis, consiliis meis, & eris secundus in regno meo. S. Cyprianus respondit: Jam enim tibi diximus, nos nullatenus diis tuis surdis, & mutis sacrificaturos. Si diis tuis sacrificaverimus, animas, quæ nobis ex divino collatæ sunt præcepto, cum quibus in cœlis regnare debemus, penitus amittemus; nam regno tuo omnimode devotius carere optamus; quia mortale quod est, cum diis tuis pariter interibit; nam quidquid æternaliter moritur, pro certo perit, & transit. Sanctus vero Savinus prosecutus fratris sui orationem, dixit ad Proconsulem: Vis scire certissime, Proconsul, quia, quem dicis Deum esse, Deus non est, sed sculptile, manu factum. Laditius dixit: Maledictum non est sculptile, & idolum, quod non manu hominis, sed virtute Dei compositum est; virtus enim, quæ in F isto habitat, & sacrificia nostra suscipit, & duo confert; nam nobis adjutorium tribuit, & salvationem.

oratione facta

11 Sanctus Savinus respondit: Vis ergo, ut accedamus, & sacrificemus, ut per nostrum sacrificium omnis virtus Dionysii dei tui coram manifestetur? Laditius respondit: Volo ego, ut adoretis, & sacrificetis & agnoscatis magnam ejus virtutem. Ingredientes igitur Sancti Dei templum, in quo erat idolum, muniti, & armati signo sanctæ crucis, quo diabolus vincitur, dixerunt: Deus omnipotens, qui omnia tenendo imples, & implendo tenes, & omnia gubernas, nec loco contineris: qui diabolum a tua veritate alienum, in abyssum ignis æterni religasti, & Angelos sanctos, timentes tuæ potentiæ magnitudinem, ne ullo modo usquam labi possent, in perpetua tui luminis claritate solidasti; qui apud Babyloniam clandestinum Beli idolum per Danielis prudentiam, vanitatem patefaciens, revelasti; qui somnium Regis per eumdem Danielem typice propalasti; qui obcæcatum Pharaonis furorem in profundum maris demersisti; qui Moysem servum tuum

orantem

Digitized by Google

A orantem exaudisti, & per virgam, tuæque justionis signum, fontem aquarum de petra produxisti.

Illud invocans

12 Tu qui es, qui eras, & qui venturus ad judicium credèris extremum, Rex æternus, te deprecamur, veni invocatus in adjutorium nostrum, & ostende eis lumen justitiæ, qui veritatem tuam mendacium autumant, ut veritatem tuam agnoscant, sciantque quia tu es, qui in æternum vivis, & sempiternus ubique ades; per Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum exterge caliginis errorem, quem homines in hoc idolo patiuntur, & absterge.

Prosternunt;

13 Hæc autem cum dixissent, convertentes se contra idolum, voce magna clamabant: Infructuose, cæce, inanis, mute, surde Dionysi, adjuramus te per magnum, & glorioſum Christi nomen, qui in altis habitat, ubique regnans, ut corruas de solio, in quo constitutus appares, & ad terram prosternaris: quatenus per hoc homines agnoscant, qualis, &
B quantus in te error occultus inhabitat. Statimque factus est terræ motus, & cecidit idolum, quod erat sculptum in honorem Liberi patris Bacchi, id est Dionysii; & versum est in pulverem, ita ut omnes, qui aderant, infideles fugerent, ac territi, quod factum fuerat, mirarentur. Tunc dixit B. Savinus ad Laditium: Ecce idolum tuum, quod homines in sinceritate mentis suæ (qui a Deo conditi sunt) vivere naturaliter cupientes, incredulitatis errore demergebat; quia terreum est, ad terram corruit. Descende nunc, & collige pulverem ejus, qui vel modo cognosces in quantis ignorantiæ demersi eratis antea tenebris.

Ideo in fornacem immittuntur,

14 Contristatus vero Laditius propter statuam Dionysii erutam, jussit eos in fornacem ignis ardentis, quam paraverat, introire. Cum vero ingressi fuissent S. Savinus, & Cyprianus fratres caminum ignis ardentis, in medio eorum visus est tertius, cujus vultus candorem solis exsuperans, fulgore proprio fulgorem flammarum omnium offuscabat. In medio vero fornacis quasi vernanti in gramine constituti,
C uno ore dicebant: Gratias tibi agimus Domine Deus patrum nostrorum, qui nostri reminisci dignaris, ut cognoscat Proconsul, quia non sunt dii, qui manibus fiunt, & quia tu potens es de camino ignis ardentis nos eripere, sciantque, qui astant, quia tu es Deus verus in cœlis habitans, & per sæcula regnans.

Flamma tyrannum cum suis comburens, & Martyres non tangens.
* *Alibi* creatum sexaginta.

15 Dum autem hæc perorassent, statim exundans flamma fornacis arripuit Laditium Proconsulem, eosque, qui cum eo astabant, infideles viros circiter sexaginta *, & ita penitus exussit, ut corpora eorum nullatenus recolligerentur, quoniam ira Dei consumpserat eos. Cumque hoc factum fuisset, omnes exterriti sunt per circuitum, & videntes Sanctos Dei illæsos de fornace exisse, in tantum, ut nec indumenta eorum odor ignis attingeret, laudabant, magnificabantque Dominum in commune, dicentes: Nunc cognoscimus; quia magnus est Deus, quem Sancti prædicant Savinus, & frater suus Cyprianus; qui eripuit eos de Camino ignis ardentis. Thelarius vero quidam princeps, furoris ardore succensus, jussit eos retrudi in carcerem.

16 Post igitur diès viginti sex venit Proconsul, nomine Maximus, audiensque a militibus Laditii, qui evaserant de flamma, quæ per orationes beatorum Virorum gesta fuerant, atque cognoscens perditionem Laditii Proconsulis, valde indignatus est. Altera die consilium cum suis egit militibus, ut eos perderet. Erant enim Sancti magnificantes, & glorificantes Deum intrusi in carcerem. Deinde post dies tres adventus sui accessit Maximus Proconsul ad perdendos eos, sedensque in throno judiciario, in loco, qui dicitur, Forus, jussit sibi Sanctos Dei exhiberi, & ait ad B. Savinum Proconsul: Dic mihi, qui & ætatis tempore, & prolixior es corporis quantitate, quo censeris nomine? (erat nempe B. Savinus statura procerus, terribilis visu, venusta & acerrima facie, decenti corpore, & mente benignissimus.)

Ex Mss. Proconsul Maximus fit;

a quo interrogatus animis frustra terretur;

17 Sanctus Savinus respondit: Si nomen meum meque ipsum volueris agnoscere; prius [cognosce] quia pater, nomine Magnus, & mater mea Tacia, me habentes, vocaverunt Savinum, sicque ab ipsis educatus crevi, nu-
E tritus sic, & ab ipsis cunabulis, sacris litteris, utpote carissimus filius eruditus. Deinde dicit Maximus ad B. Cyprianum; Et tu quo nomine diceris? Qui respondit: Cyprianus vocor: sumus namque fratres de uno patre, & de una matre geniti. Audiens hæc Proconsul, ait: Quali vos de genere dixistis esse in vita? S. Cyprianus dixit: Jam tibi dictum est; quia pater noster Magnus ter consul, de sacrata, & magnifica civitate Brixis peragens præfectoria dignitate consulatum. Mater autem nostra æque consulari de matre sua Logadia orta est. Ad hæc Maximus dixit: Animadvertite enim, quia de insigni propagine fratres estis: verumtamen si non adoraveritis deum Apollinem, ambo estis diversis pœnis, & cruciatibus puniendi: exhibeam namque vos ad devorandum feralibus bestiis.

Lec. IV. Idolum contemnunt.

18 Tunc dixit ei B. Savinus: Non timemus minas tuas. Rursum ad eos inquit Proconsul! Quare non timuistis comminuere magnum deum Dionysium? Nam simulacrum dei Dionysii comminuistis: & insuper consuetudinem sacrificiorum evacuastis. Sanctus
F Savinus respondit: Nos non idolum Dionysii comminuimus, neque amicum Imperatoris Procosulem igne consumpsimus; neque etiam idolorum sacrificia evacuavimus; sed Christus suis triumphans in Sanctis, qui nos de camino ignis illæsos eripuit, per orationes servorum suorum inimicos veritatis ad nihilum redoxit. Iterum blanda cœpit proconsul Savinum voce mulcere, inquiens: Savine, quare non adoras Apollinum, qui omnia nutrit? Ut vivas, te hortor. S. Savinus respondit. Et tu, o Maxime, quare non credis, & adoras Dominum tuum, qui quarto die creavit Solem, & lunam, & fecit te? Tunc Maximus inquit ad Cyprianum: Obliviscere vel tu stultitiam, o Juvenis, & accede, ut sacrifices Deo Apollini, ne pessime crucieris, & pereas. S. Cyprianus respondit: Male enim exceſſero, si oblitus fuero benignitatis, & protectionis Dei mei, & adhæsero illis, qui non sunt dii. Deinde dixit B. Savinus. O incredule, putasne illum ideirco seducere; quia vides in

XX MSS. junioribus annis? Ego tibi pro illo affero, quia frater meus non adorabit dominum tuum, nisi prior adoravero ego. Noli insanire, Maxime, & noli reminisci priscorum malitiam consulum.

Tyrannum ad frugem reducere volunt;

19 Proconsul dixit: Et tu noli confidere in tuis magicis artibus, sed age more antiquorum prudentum, & sacrifica patienter deo Apollini. S. Savinus dixit: Non tu potius insanis, Proconsul, per artem diaboli, quando illud nos adorare jubes, quod nec se movere potest, nec sentit? Ne memineris incircumcisę mentis Laditii, perditi per exacerbationem suæ atrocissimæ mentis. Attende autem ad perfectionem Dei, quam super nos factam abunde recognoscis, & effugies pœnas illorum, quos perditos in igne novisti, & deinceps cave, ne male puniaris, cum de hac vita exieris, in tormentis. Maximus vero audiens hæc, in furore rursum invectus, jussit
B eos super rotas extendi, & vinciri, ut dum rotæ volverentur, eorum corpora dissecarentur. Sanctus autem Savinus, in rota extensus, dicebat: Quam dulcis est dilectio tua, Domine, qui etiam malignas hominum mentes non respuis; sed ad plenitudinem protinus admittis. Faciat immensa pietas tua, ut per rotarum, quæ perferimus, in carne supplicia, pervenire mereamur ad animarum remedia nostrarum, sitque merces nostra ante te in cælo reposita.

sed lr, in rubrica adest, nobis suppetit nil ex addicis.

20 Tunc ait ad Proconsulem: Festina, Proconsul, perduc nos per hunc semper desiderabilem nobis martyrii triumphum ad superorum consortium Angelorum. Perage voluntatem patris tui diaboli: nam nobis vivere Christus est, lucrum vero est mori in confessione ejus. Volventes autem rotas carnifices, membra eorum se dividere posse putabant; sed dolores in Sanctorum membris, ut cogitabant, minime prævaluerant. Sanctus vero Savinus, in certamine adhuc constitutus, conversus ad Dominum, dixit: Omnipotens Christe, pudicæ mentis largitor, adjutor, &
C liberator, ac redemptor noster, gratias tibi agimus, & ut obstrictos in ligno, de ligno nos recipere digneris oramus: Da nobis constantiam certandi contra diabolum; quia tu es Deus, qui mentes sanas solus agnoscis, ne prævaleat in nos mens Proconsulis impudica; quoniam magnum est nomen tuum timentibus te. Hæc cum dixisset, illico soluta sunt rotæ, Sanctique Dei incolumes pariter evaserunt.

CAPUT III.

Liberatio e carcere; profectio in Galliam; mortuus vitæ redditus; cæci illuminati; plurimorum conversio; martyrium.

LEC. V. *Sancti Martyres*

MIrantibus autem pluribus tantæ illorum passionis toleranciam, Christumque laudantibus, Maximus Proconsul acerrime tristabatur, eo quod illos vincere non posset, se victum ab illis considerans, jussit eos recludi in carcerem. Post dies denique tres jussit sibi eos de carcere exhiberi, præcepitque, ut D ante amphitheatrum, ubi bestiæ decubabant, apponerentur. Erat autem lęæna miræ magnitudinis in parte amphitheatri clausa cubiculo, & in parte altera duo leones, qui jussi sunt per tres dies, & noctes sine pabulo custodiri, ut Sanctos Dei fame rabidi celerius devorarent. Adducti autem ante amphitheatrum, sedente Maximo pro tribunali, in porta civitatis Amphipoli coram omni populo ejusdem civitatis jussi sunt, ut ingrederentur amphitheatrum, qui tranquilla mente, & alacri vultu summa celeritate, utpote incolumes, ultro euntes ad palmam ingressi sunt amphitheatrum.

feris ejiciuntur; quæ pedes Sanctorum lambunt;

21 Tunc dixit Proconsul: Nonne videtis, quam hilari vultu viri illi currunt ad mortem, quod etiam omnes alii, qui aderant mirabantur. Duo itaque venatores magistri bestiarum, facto silentio, ad devorandos Dei Sanctos, dimiserunt primo lęænam; quæ dimissa vehementer rugiens, nimia fame turbata, quasi prædam, quam desiderabat, captura, magno impetu e cubiculo egressa est, inventsque Sanctos Dei, omni amissa ferocitate, cecidit ad vestigia Sanctorum & blandimento caudæ omnem se famis furorem deposuisse gaudebat. Accedensque per unam fere horam non cessavit sudores pedum Sanctorum perlingere. Videntes autem magistri leonum, quod nullatenus illos invadere præsumit, post lęænam dimiserunt duos similiter jejunos leones per tres dies fame maceratos, qui ovibus etiam mitiores prostrati solo, Sanctorum pedum sudores eodem modo, sicut lęæna, lingere non cessabant.

similiter e carcere divinitus liberantur;

22 Intelligentes ergo magistri bestiarum, quod nequaquam a lęæna, neque a leonibus lęderentur, ipsos leones revocare cœperunt, utque intra caveas suas sese reciperent hortati sunt. At illi, adoratis Sanctis, pariterque conquiescentes, ad voces venatorum adhuc jejuni, cubicula sua repetierunt. Quod vigilanti intuitu conspicientes astantium catervæ, more vulgarium insanientes, confusis vocibus
F clamabant, dicentes: Si isti malefici, & magi, bestiarum incantatores interfecti non fuerint, non solum dii, quos orbis terrarum colit, sed etiam omnis nostra provincia peribit. Et dicebant ad Proconsulem: Jube iterum in carcerem illos recludi, qui tamdiu ibi serventur, quousque fame deficiant. Itaque jussit eos rursus in carcerem mitti, præcipiens cæmentariis, ut calce insolubili carceris ostium obserarent: qui jussa percipientes, inclusis in carcere, maceria ostium obstruxerunt. Igitur cum per tres dies, & noctes temporali pabulo jejuni, sed Spiritus sancti cibo refecti essent, Deum in carcere deprecantibus exemplo illis Angelus apparuit, & exhortans eos dixit: Egredimini fecuri de carcere, & pergite pariter in partes Galliæ, ubi æternæ quietis gaudium, quod meruistis, a Domino accipietis. Moxque divisus paries in dexteram scilicet & lævam exeuntibus aditum patefecit.

in Galliam pergunt;

23 Egressi sunt ergo S. Savinus, & S. Cyprianus in initio Kalendarum Junii ad præceptum, & votum Angeli, de carcere, accersitis duobus presbyteris Asclepio veluti, & Valerio; in partes Galliæ perrexerunt.

Se-

Digitized by Google

A Secuti sunt eos autem prænominati duo presbyteri ; ut non tam longa itinera , quam etiam passiones illorum imitarentur. Venientes itaque ad Cisalpes Penninos , super Rodanum fluvium rapidum , refectionis causa , more itinerantium consederunt. Tanta denique virtutum , & miraculorum fama Sanctos Dei præcellebat , ut ex vicis , & oppidis , urbibus , & pagis ad requirendos , & visendos eos , undique semper ingens hominum multitudo concurreret. Unde accidit , ut mulier quædam , Emixenia nomine , adhuc gentilis , cujus filius unicus paulo ante defecerat , arrepto mortuo , permixta turbis ad ripam Rodani , ubi indultu corporum Sancti considerant , convenerit : & provoluta illorum pedibus , immensis ploratibus clamare cœpit , & dicere : Scimus & vos excelsi Dei amicos fore , & precibus vestris apud ipsum multa impetrasse. Deprecemur , obsecro , pro totius meæ spei unico meo filio . Si mihi ipsum precibus vestris restituerit ; Deo vero ipsum , meque dicabo. Prostravit- B que se solo cetera hominum multitudo , & ut fletuum mulieris misereretur , expectabant.

ubi Savinus Deum precatus, filium mulieris mortuum, mœsti vivum restituit.

24 Beatissimus igitur Savinus , tenerrimis mulieris , ac turbarum fletibus motus , verbum faciens ad populum , ut Dominum Jesum toto cordo perquirerent , prostratus in terra , aliquantisper oravit dicens : Tu Deus optimus , qui cælum & terram omnipotentia sua solidasti , & singulariter cælum syderibus decorasti , terramque ad gloriam nominis tui hominibus adornasti , tuam immensam clementiam deprecor , resuscita hunc mortuum , & per hoc tuum miraculum in hac provincia tibi populus , qui per divina * errorum curcit , cumuletur multus. Hæc dicens erexit se , & in defuncti ora conversus , apprehensa ejus manu dextera , allevavit eum vivificatumque unicum matri suæ puerum reddidit : quæ statim cum puero baptismum consecuta , Dominum Jesum felici devotione sicut promiserat , majorique affectu sequebatur : tantam enim gratiam Dominus contulit servis suis , ut per eorum orationes in conspectu omnium , qui aderant , tres ibi illuminarentur cæci a nativitate , & duo claudi C erigerentur.

* de via.

Profectio eorum ad S. Germanum, Ep. Antissiodorensem,

25 His ita , tribuente Domino , peractis , ne diu de imperata , & annunciata Domini jussione per Angelum tardarent , cœptum exequentes iter , transeuntes apud Lugdunos , tandem Burgundiæ ulteriorem peeutrentes , ad civitatem Antisiodorum pervenerunt , admodum beatissimum Germanum *a* Episcopum visere cupientes. Erat autem tunc temporis eadem in urbe gloriosissimus Antistes Germanus , qui cum B. Lupo *b* Trecassinorum Episcopo de Ibernia trans oceanum mare Scotorum , vel Britonum ulteriore insula , ubi ad reprimendum Pelagianorum Hæreticorum perfidiam , a summo Romanæ Sedis Apostolico directus fuerat , eodem tempore reversebatur. Dei igitur providentia , dum eumdem quærebant , in itinere obviantes , retulerunt omnem sui certaminis agonem , quem a Laditio pertulerant. Qui eos confortatos , ut in proposito , quod Domino promiserant , permanerent voto , beatissimum Savinum secum retinere volebat ; quem cum ad id flectere non valeret , fratrem ejus exorabat Cyprianum , quatenus secum perseveraret.

D EX MSS. *inde Turones versus* ;

26 Sed B. Savinus potius Domini , quam solius hominis parere jussionibus felicius fore reputans , quemadmodum , ut in partes Galliæ tenderet , a Domino admonitus esset per Angelum , B. Germano familiarius enodavit. Tunc B. Germanus eorum acquiescens voluntatibus , per tria fere milliaria cum eis est profectus , & eis sanctificatis suis felicibus benedictionibus , regressus fuit. At illi undique per beatissimum Germanum solidati , benedictionibusque firmati , ac Spiritu sancto repleti , viam , quam cœperant , peragebant. Et transito Ligeris fluvio in partem ulteriorem pagi Turonici pervenere.

inde varie alia ;

27 Comperiens igitur infelicissimus Proconsul Maximus, mirabiliter illos exiisse de carcere , & quod , fama vulgante , partes Galliæ expeterent , nec non reminiscens diminutionem Dionysii dei sui , ac intrinseco dolore tactus , videlicet pro extinctione agnati sui Laditii Proconsulis , per execrabilia deorum suorum numina testatus est ; se eos judicaturum , & quod numquam Amphipoli in partes rediret , nisi prius Sancti Dei ab ipso capitibus plecterentur. Cum ducentis igitur armatis viris , per quæcumque loca perquirens , ubi hospitii gratia devenere ; eos persecutus est : Jam enim prædicti duo fratres cum duobus illis Presbyteris in pagnum Pictonum pervenerant , ad locum videlicet , qui dicebatur Confluentium *c* , ubi fluvius Gartimpe in fluvium defluit Choroſæ * , nunc vero ipse locus nuncupatur Exuentium , qua longa fatigatione lassi , resederant haud longe ab eodem confluentium fluminum loco , uno videlicet tantum milliario.

E

c

* Croſæ, *vulgo* Creuſe.

Proconsul Maximo in Galliis eos insequenti ;

28 Tertius fluvius , dictus Ingla *d* , influit superius in Gartimpam , ad quem ex supradicto loco , in quo quieti indulserant , venientem viderunt Proconsulem Maximum cum ducentis satellitibus Italicis sese prosequentibus *e*. Beatus autem Savinus , & Cyprianus , frater suus, suis recognitis hostibus , per quod transire flumina valerent , ingeniti * extemplo terræ , Dominum deprecabantur dicentes : Domine Jesu Christe , qui liberasti filios Israel de manu Pharaonis , & adduxisti illos per medium maris sicci , da nobis auxilium hæc flumina transeundi , ut eripi mereamur ab his hostibus , & ad loca , quo nos pervenire jussisti , perveniamus. Cum hæc autem fortius peroravissent , surgentes ab oratione , nova contra illos navis in littore apparuit , unde Deo gratias referebant , ipsamque intrepidi ingredientes , intuentibus Italis fine nauta & remige incolumes in alteram ripam pervenerunt.

d e

F

* flexis genibus.

29 Maximus vero Proconsul , & qui cum ipso erant , natabundi de periculo emerserunt , Sanctos Dei velocius persequentes , apprehenderunt eos super fluvium Gartimpe *f* VIII Kal. Junii , in loco , vel villa , cui prisca vetustas indiderat nomen Ciresicus * , ab Antiniaco villa videlicet vel vico , uno milliario. Comprehensos vero perduxerunt in unam ipsius fluminis insulam contra prædium , quod dicitur Pfellis *g* , ubi eos diversis affecere tormentis. Accidit autem dum torquerentur , ut quidam energumenus , quem

a quo comprehensi, cruciantur Savinus vero, dum energumenum liberat,

* Lobb Cerchem

A Spiritus nequam invaserat, insaniens affuis- ex mss. set. Dixit ergo Maximus ad S. Savinum: Savine, quare non operaris virtutes, quas in Ausonia operabaris, ut ejicias in nomine tui Jesu Christi dæmonem, qui hunc hominem inhabitat, ipsumque crudeliter sauciat? Tunc S. Savinus elevatis parum oculis ad cælum dixit: In nomine Christi crucifixi, quem prædico, & prædicavi, & quem fideliter adoro, semperque adoravi, quem desidero, & pro ejus nomine mori exopto, tibi præcipio immunde Spiritus, exi ab hoc homine, qui ad similitudinem Dei factus est, & amplius ne præsumas invadere illum. Moxque spiritus nequam egrediens, sanum hominem, locum vero spurcissimum fœtore reliquit, qui statim baptisma consequens, sanus abscessit.

comites Proconsulis Maximi baptizantur; ipse autem capite truncatur una cum duobus comitibus.

30 Videntes vero comites Maximi, statim promptissima devotione venerunt ad fidem, & ut in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizarentur, B. Savinum humiliter coram omnibus flagitabant. Cum ergo B. Savinus in his baptizandis intenderetur, a Maximo Præside quinto Idus Julii capite plexus est, ipsique, qui baptizari deprecabantur, decem viri a suis commilitonibus pariter decollati sunt: nec dubium, quin sanguine proprio baptizati sint, qui redemptionis baptismum in nomine sanctæ Trinitatis fideliter exquirebant. Reliqui igitur tenentes beatum Cyprianum, & duos Presbyteros Asclepium, & Valerium, perduxerunt illos transfluvium in vicum, qui dicitur Antiniacus. Sed duo Presbyteri, nocte eadem erepti de manibus eorum, Asclepius videlicet & Valerius, venerunt nocte ad corpus B. Savini Martyris, & transportaverunt illud ab insula, ubi jacebat, quæ erat contra villam Prosellis *, in montem, qui nuncupabatur ad tres Cypressos *b*, ubi fuerat olim ecclesia, in tempore pacis constructa, in honorem S. Vincentii martyris, sed jam tunc VVandalica persecutione deserta apparebat. Ibi ergo sepelierunt glorioſissimum corpus S. Savini.

Prosellis.

Martyrium S. Savini, ejus adversariorum pœna.

31 Beatissimus vero Cyprianus Martyr diversis pœnis, & exquisitis cruciatibus tentus, in præfibata Antiniaci villa, & vico, capitali sententia pridie Idus Julii hominem exuit, sicque victor, & Martyr ad Christum migravit, & felicem pervenit ad palmam sub imperatore Martiano *i*, qui hunc Proconsulem direxerat ad occiduas partes in Christianorum persecutionem, qui ultione divina etiam subsequente, ut par erat, amisit vitam cum spiritu. Cui Leo successit in regimine major, ipse vero Maximus Proconsul, & quicumque cum ipso remanserant, de exercitu suo, arrepti a dæmonibus, quidam fluminibus, quidam lucis, ac saltubus se ipsos insanientes dederunt, alii se ipsos propriis mucronibus confoderunt; sicque factum est, ut nec ipse Maximus, nec de ejus comitatu remanserit vel unus, qui in parte Hesperiæ regrederetur. Loca vero, quæ S. Savinus, & frater suus Cyprianus Domino jubente expetierunt, & quæ de propriis corporibus, Domino tribuente sacrificaverunt, creberrimis nunc usque ad gloriam nominis sui Dominus, per intercessionem eorumdem Martyrum exornat miraculis, in quibus recipiunt cæci visum, claudi & paralytici gressum, mundatiam energumeni, diversisque immorbati infirmitatibus, salutem excipiunt. Ægri enim corde, ægroti vero corpore mundantur, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui semper suis glorificatur in Sanctis, & vivit cum Patre, & Spiritu sancto per infinita sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Obiit* 448 *aut* 449, *de quo Martyrologium Romanum die* 31 *Julii.*

b *Agi de illo poterit die* 19 *hujus cum Martyrologio Romano.*

c Confluentes *vulgo* Confoulens, Conflans, *oppidulum Galliæ in Marchia provinciæ ad Vigennam fluvium in limite Pictaviensi, sive ut est apud Labbe tome* 2 *Bibliotb. Mss. pag.* 663, *vicinus est prope oppidum de la Rochepozay, quod Brosa fluvio adjacet.*

d *Vulgo* l' Anglin.

e *Non esse hoc credibile prævie monuimus num.* 6.

f Vartimpam *scriptum habet in Comm. prævio, num.* 11 *&* 12.

g *Hodie* Seaux, *inter oppidum S. Savini & Antiniacum, ut dicitur apud Labbe.*

h Tresscypressi, *hodie* Mont Saint Savin, *ut legitur apud Labbe, parum distat ad oppido* S. Savini.

i *Ea procul amovimus a religiosissimo Imperatore supra num.* 6.

DE S. DROSTANO CONFESSORE

IN SCOTIA.

J. B. S.

Ex monumentis Scoticis.

CIRCA AN. DC.

Ex Menologio Scotico

THomas Dempsterus, *alibi in hoc opere nativis suis coloribus depictus, de* S. Drostano *meminit in Menologio Scotico ad diem* IX *Novembris his verbis*: Drostani monachi, regis Eugenii avunculi; *& rursus* XIV *Decembris*: In Scotia ad S. Andream, Drostani monachi, *nulla usquam reddita ratione, cur diversis illis diebus & diversa phrasi Sanctum ita annuntiet; sine anus, an gemini synonymi. Crediderim ego, virum multarum rerum conservatorem, hæc omnia pro suo ferme arbitrio dispositisse: & ea tamen Ferrario digna visa sunt, quæ Catalogo generali iisdem prope verbis inferrentur, quod & alibi parcius ab ipso factum optaremus. Aliter censuit Camerarius, nescio an majori fultus auctoritate, quam hic sequimur, dum* S. Drostanum *hoc die collocavit, male eum vocans* Drastanum. *Ejus verba sunt*: Sanctus Drastanus, abbas & confessor: de quo plerique, præsertim Leslæus lib. 4 historiæ, & Major lib. 2; *sed qui constanter* Drostanum

A flauum *ſeu* Droſtanum, *non* Draſtanum *legant*; *quemadmodum & ceteri qui de ipſo loquuntur, tamquam de vero Sancto, qualem non videtur agnoviſſe Wion ipſum inter* filios regnum monachos *connumerans*, quorum locus profeſſionis ignoratur, *Ligni vitæ lib.* 4, *cap.* 26, *quamvis de cetero in profundendis Sanctorum ſtipulis ſatis munificus*.

a *Hæc dubium ingeſſere, tutumne eſſet, Sanctos non uſquequaque indubitato, locum hic tribuere; verum cum, Sirino teſte, memoria ejus habeatur in ſæpe alias citato Breviario Aberdonenſi, ex quo brevem hiſtoriam ipſe refert, infra ſubnectendam; Dempſterus vero in hiſtoria eccleſiaſtica gentis Scotorum num.* 375 *conſenſum eccleſiarum Scoticarum appellet; poſtremorum in utraque editione Martyrologii Anglicani, auctore Wilſono, ad hunc ipſum diem conſignetur; putavi hæc ad cultum* S. Droſtano *aſſerendum utcumque ſufficere. Sic habet Wilſonus, per Sirinum latine redditus*: In Scotia, commemoratio S. Droſtani confeſſoris, qui in eodem regno natus e regio ſanguine, & Aidani regis avunculus exiſtens, in juvenili ætate ſprevit mundi vanitates, ibidem
B monaſterium ingreſſus, Benedicti habitum ſuſcepit; in quo ſtatu adeo in humilitate & perfectione excelluit, ut in Scotia Albienſi & Hibernia celeberrimæ famæ fuerit, donec plenus ſanctitate & miraculis, diem clauſit circa annum Chriſti DC; ubi multa fuere antiquitus altaria & ſacella in ejus honorem dicata. *Mirum eſt, poſtrema hæc verba abeſſe in poſteriori Wilſoni editione anni* 1640.

alliſque monumentis cultum habuiſſe oſtenditur.

3 *Ridet Sirinus. Ordinem Benedictinum hic a Wilſono ſec.* VI *in Scotia repertum, ubi conſtat recte alt, maxime floruiſſe regulam ſancti Columbæ Hienſis; & certe inter Benedictinos* S. Droſtanum *non agnovit Mabillonius. Ceterum ad ſanctitatis commendationem accedunt populariorum ſcriptorum teſtimonia: ac primum Joannis Majoris lib.* 2 *de geſtis Scotorum cap.* 7, *ſic loquentis*: Aidanus Scotorum rex ſic de morte S. Columbæ doluit, quod parum ſupervixit: cui Eugenius in regno ſucceſſit. Hujus temporibus S. Droſtanus, regis avunculus, monaſticam vitam ducens, miraculis claruit. *Dubium reliquit Major, fueritne* S. Droſtanus *Aidani, an Eugenii avunculus, in quo ſuperius Dempſterum ceſpitantem vidimus: Verum id clarius explicat Leſlæus pag.* 152: Droſtanus quoque, Aidani
C regis avunculus, rebus hujus mundi fluxis nuntium hoc tempore remittens, monaſterii ſe terminis incluſit, multoſque ſuæ ſanctitatis exemplo ad bonam frugem traduxit. *Hiſce non inferiora ex Hectore Boethio recitat laudatus Sirinus; titulum porro Breviarii Aberdonenſis, jam dictis lectionibus præfixum, ex eo redarguens, quod* S. Droſtanum *velit*, Achaii regis ex matre avunculum *fuiſſe, ubi tamen clare exprimit*, claruiſſe *Sanctum* anno DLXXXVII, *cum Achaius iſte, ex Buchanano Scotis primum imperaverit ad annum* DCCCIX.

4 *In eo conſentiunt ſcriptores Scoti jam enumerati floruiſſe* S. Droſtanum *ſub finem ſæculi ſexti, & initium ſeptimi, Dempſtero felicem ejus exitum innuente anno* DCVI, *Wilſono, ut jam vidimus, rotundius ſignante annum ſexcenteſimum. Et hæc quidem Scoti unanimi plane conſenſu; ut principio miratus ſim, cur Sirinus, de ſolis popularibus ſuis agere ſolitus, hujuſmodi Sanctum Hibernis aggregaſſet. Facili rationem ex ipſo intel-*

A Sirino Hibernis aſſeritur, & quo titulo.

ligi: Non eſt, *inquit*, *hic* prætereundus (*nempe* S. Droſtanus) quia ortus & educatus in Hibernia, uti & ejus ſoror Fedhelmia, Aidani regis mater, filia vero Fethelmii viri nobilis e regio Connacienſium genere deſcendentis, ut habetur tum in libro de matribus regum & virorum illuſtrium Hiberniæ, tum in vita S. Cornaci abbatis, ad XXVI Martii videnda. Unde verosimile eſt, hunc Droſtannum in Hibernia potiſſimum degiſſe; & eſſe cui dicata cenſetur parochialis eccleſia diœc. Elfinnenſis in Connacia, vocabulo Kill-Droſtin, ſeu cella Droſtani.

Conditus dicitur apud Aberdonenſes.

5 *Non habeo unde hæc in dubium revocem, aut aliunde magis confirmem, quamquam diſſimulare poſſim, in Hibernicis, qui apud nos ſunt; Sanctorum Catalogis, per noſtros Henricum Fitzſimon & Stephanum Vitum ſatis diligenter, collectis, nullam* S. Droſtani *memoriam occurrere. Valeat tamen Sirini argumentum, modo Scoti non reclament; gloriaturque gens utraque* S. Droſtano *pro variis titulis, jam a laudato ſcriptore adductis. Neque de ætate aut rebus geſtis in tanta*
E *Actorum penuria ſcrupuloſius quidquam inveſtigare eſt animus: id paulo accuratius edoceri voluiſſem, quo loco aut qua in eccleſia ſepultus olim, aut peculiari venerationis cultus fuerit Sanctus noſter, cum generalior ille conſenſus, a Dempſtero aſſertus, per moditæ apud me fit auctoritatis, non magis quam recitata ſuperius ejus annuntiatio*; In Scotia ad S. Andream. *Recte an perperam* S. Droſtanum *celebret eccleſia Aberdonenſis* XIV *Decembris, fruſtra inveſtigaveris, id diſertiſſime in ejus Breviario* (*quod* (at mendoſum *ait Sirinus*), *ſub finem dicitur*: Oſſa vero ſanctiſſimi confeſſoris Droſtani apud Aberdon in tumba reconduntur lapidea; ubi multi diverſis morborum languoribus prægravati, ejus meritis reſtituuntur ſanitati. *Habe modo reliqua, quæ in præfato Breviario deſcripſit Sirinus*.

Majoris & Leſlæi de ipſo teſtimonia.

qui brevem vitæ compendium in Breviario recitant.

6 Beatus Droſtanus, regali progenie Scotorum ortus, cum ad maturam perveniſſet ætatem, audito Dominicæ Incarnationis & paſſionis myſterio, in ipſis puerilibus annis repletus ſpiritu ſancto, omnipotenti Deo, toto mentis affectu, ſervire ſtuduit. Agnoſcentes ergo parentes, puerum Droſtanum ſummo deſiderio Deo deditum, ipſum tradiderunt beato Columbæ avunculo ſuo, in Hi- F
bernia converſanti, liberalibus ſtudiis imbuendum. Cumque poſtea apud Dal-quongale * habitum religionis ſuſcepiſſet, defuncto ejus abbate, ejuſdem loci beatus Droſtanus electus eſt in abbatem; ubi aliquamdiu commorans, monachis, quibus tum præfuit, exemplo vitæ & doctrinæ multum prodeſſe ſtuduit. Aliquanto tempore elapſo commiſſi ſibi gregis curam non deſerens, ſed ſummo paſtori Chriſto committens, ad ſecreta eremi in partibus Scotiæ ſe tranſtulit; ubi vitam eremiticam ducens, in loco, qui dicitur Glenu Eske, eccleſiam conſtruxit. Omnia pro Chriſto, ſecundum Euangelium reliquit, qui de dignitate terrena, ſive honore regio, quibus jure hereditario potiri potuit, non curavit [&] terreno renuntians regno, humanum renuit principiatum, ut ad Chriſti fugeret famulatum. Sacerdos quidam, nomine Sion, viſu privatus, meritis Droſtani illuminatus eſt. Factus eſt hic ſpretor ſeculi, aſſecla Chriſti, cultor eremi, triumphator

* Dal-Coogaile

hoſtis

A hoſtis antiqui; adverſus inimici latentis inſidias divinum ſemper invocavit auxilium; cui tamen ad alta tendenti callidus hoſtis laqueos tentationum tetendit. Durum in corpore & corde pertulit compunctionis & macerationis martyrium, ne umquam diabolo præberet aſſenſum. Et quia per viam vitæ præſentis D æternæ vitæ ſecutus eſt præmia largientem, ad vitam ingredi meruit permanentem, qui in omni ſanctitate & puritate curſu conſummato, migravit ad Dominum.

AUCTO J. B. S.

DE SANCTO JOANNE MART.

EPISCOPO BERGOMENSI IN ITALIA.

L. P.

SYLLOGE HISTORICA.

§ I. S. Joannis cultus; elogia; labores apoſtolici.

CIRCA AN. DCLXXXIII.

BErgomum, *antiqua Italiæ urbs, uti jam prídem ad diem* IX *Junii dictum eſt, occaſione ſanctorum conjugum Lupi & Adelaidæ, ibidem loci cultorum, in Gallia olim Tranſpadana, tum temporis Langobardorum Regibus ſubdita, nunc Reip. Venetæ adjuncta, ſubjectaque, præter alios Sanctos complures, quorum huic noſtro operi inſeritur memoria, publico cultu proſequitur* S. Joannem, *dignifſimum olim ſuum epiſcopum; hujus nominis ſecundum; nec minus apoſtolicis laboribus, quam martyrii laurea, fuſo pro tuenda fide orthodoxa contra pervicacem Arianam ſanguine, ſpectabilem.*

B S. Joannes Bergomi celitus,

2 *Nomen ejus fruſtra quæras apud Martyrologos claſſicos ſeu antiquos. Inter recentiores, Galeſinius ipſum ſic refert:* Bergomi S. Joannis, Epiſcopi & Martyris, qui ob doctrinam & ſanctitatem a Regibus & Principibus, ſingulari honore affectus, pro fide & religione ab Arianis injuriosius tractatus, denique occiſus, in eccleſia cathedrali a piis honorifice ſepultus, divina miraculorum virtute eluceſcit. *Ferrarius ipſum intexuit Catalogo Sanctorum Italiæ cum compendio Vitæ; ac Martyrologium Romanum modernum, hac die* XI *ita eum annuntiat:* Bergomi S. Joannis Epiſcopi, qui ob tuendam catholicam fidem, ab Arianis occiſus eſt. *In Officiis propriis eccleſiæ Bergomenſis, typo editis, celebrandum præſcribitur ejus feſtum ritu duplici cum hac oratione propria:* Deus, qui per beatum Joannem, Martyrem tuum atque Pontificem, multorum animas ab hæreſum errore ad catholicæ fidei lumen revocaſti; præſta populis tuis, ut ejus ſuffragantibus meritis, & in eadem fide ſemper inveniantur ſtabiles, & in opere efficaces. Per Dominum. *Reliqua de communi, exceptis lectionibus ſecundi Nocturni, quæ ſunt propriæ. In tertio autem Nocturno homilia in Evangelium:* Ego ſum paſtor bonus *&c. de communi unius Martyris. Lectiones haſce proprias hic prætermitto; quæ deinde paulo poſt ex manuſcripto-*

ab antiquis Martyrologis prætermiſſus, a recentioribus annuntiatus.

C

Bene meritus de rebus ad S. Joannem pertinentibus, Martinus Ant. Guerrinius.

3 *Martinus Antonius Guerrini, ſacræ theologiæ & juris utriuſque doctor, Canonicus Cathedralis eccleſiæ Bergomenſis, de* S. Joanne *aque ac de nobis non ſine eruditionis atque officii laude optime meritus eſt, quando ſpicilegium collegit quod huc tranſmiſit, ſcribens in litteris, datis Bergomo Kal. Januarii anni 1711 ad Januingum noſtrum,* Addere *ſe aliis documentis, ad Sanctos Bergomenſes pertinentibus,* antiqua Acta ejuſdem S. Joannis cum ſylloge auctorum, de tanto Præſule agentium, vel ſaltem honorificentiſſime memorantium. *Proinde pleraque, quæ hic damus, laudato ſpicilego tamquam præmonſtratori, in acceptis referre volentes, ipſius opera adjutrice non ſemel hic utemur, qui profitetur,* E opportunum *ſe* duxiſſe, hic colligere, quæ poſt tot patriæ clades, archiviorum incendia, barbarorum incurſiones ſuperſunt veluti rudera & fragmenta: & ſunt de eodem ſanctiſſimo *ipſo* Antiſtite & Martyre plurima patria, & plura externa teſtimonia.

4 *Non vacat laude, pia, modeſta atque orthodoxa ſubſcriptio, qua* S. Joannes *ratam habuit epiſtolam Agathonis PP., & Romanæ Synodi centum ac quatuor ſupra viginti Epiſcoporum, anno* 680 *convocatæ pro debita inſtructione legatorum in Orientem, ad celebrandam ſynodum* VI *contra Monothelitas: in qua Romana ſynodo, ſeu potius apparatu CPolitani Concilii* III *œcumenici; loco quinquageſimo quarto poſt prædictum Pontificem ita ſubcribit:* Joannes, indignus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Bergomatis in hanc ſuggeſtionem, quam pro apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. *Hæc ſubſcriptio habetur Græce & Latine Actione* 4, *poſt epiſtolam a dicti Concilii CPolitani* III, *apud Labbe, tom* 6, *col.* 700.

Subſcribit Sanctus ſynodo Romanæ ſub Agathone:

5 *Honorificum pariter & ſua antiquitate venerandum teſtimonium producimus ex Paulo Diacono, lib.* 6 *de Geſtis Longobardorum, cap.* 8; F *quod in Bibliotheca Patrum impreſſionis Colonienſis, tomo* 8, *pag.* 187 *lege ſequentibus verbis:* Per idem quoque tempus Johannes, Epiſcopus Bergomatis eccleſiæ, vir miræ ſanctitatis extitit; qui cum Regem Cunibertum in convivio, dum ſermocinarentur, offendiſſet; Rex ei, ad hoſpitium revertenti, equum ferocem & indomitum, qui immenſo fremitu ſuper ſe ſedentes terræ allidere ſolebat, præparari fecit. Cui cum Epiſcopus ſuperſediſſet, ita manſuetus extitit, ut eum blando inceſſu uſque ad domum propriam deportaret. Quod Rex audiens, & Epiſcopum ex eo die honore debito coluit, & ei ipſum equum, quem ſua ſeſſione dedicaverat, dono largitus eſt.

Elogium ex Paulo Diacono:

6 *Quod ſi ad auctores recentiores gradum faciamus, non illiberalem in laudes Sancti ſymbolam contulit Bartholomæus de Peregrinis in Vinea Bergomenſi, anno* 1553 *typis excuſa; ubi parte* 1, *pag.* 3 *verſa ſic edidit:* Poſt ipſos *vineæ Bergomenſis Epiſcopos, Dominatorem, Stephanum, Claudianum, Simplicianum, Babianum, & Quintianum, de quibus proxime egerat,* cœperunt plerique latrones, id eſt Ariani, hanc vineam lacerare, ſed anno Chriſti DCLIV ſurrexit

& recentioribus Bartholomæo de Peregrinis.

Digitized by Google

A rexit in vinea ipſa magnus ille colonus, & beatus paſtor, Joannes Epiſcopus noſter, qui ſanctiſſime hanc per annos viginti novem gubernavit, hæreticoſque Arianos ejecit. Tanta nempe erat ejus ſanctitas & doctrina, ut ei Reges & Principes honoris gratia aſſurgere conſueverint. Præter cetera Faram oppidum, Ariana hæreſi infectum, ad fidem convertit, ſacellumque ibidem divo Martyri Alexandro conſtruxit; & hoc ut memoret auſpicium illud dicti Martyris, cum deficientibus navigiis Bergomum Mediolano fugiens, ſiccis pedibus flumen Abduæ tranſiviſſet, ubi aliquando rem ſacram peragebat; Inſubriam quoque percurrens, Arianos utroque gladio acriter inſequebatur.

In Vinea Bergomenſi;

7 Cujus rei auxilio, ubi res poſtularet, Joannes Bonus, Mediolanenſis Præſul trigeſimus octavus, ei militum turmas mittebat. Hic ſanctiſſimus Paſtor numerum canonicorum ac proventus mirum in modum auxit, & quidquid ex victu honeſto ac veſtitu ſupererat, in eccleſiæ ſuæ beneficium dabat. Una denique eademque menſa communis omnibus, unus habitus, una regula, atque unus ordo apoſtolicus in canonica divi Martyris Alexandri jugiter ſervabatur. Tandem vero ab Arianis erudeliter occiſus eſt, anno ſalutis DCLXXXIII, quinto Idus Julii, & in dicta eccleſia Cathedrali divi Alexandri tumulatus eſt. *Deinde fontes allegat, unde ſua hauſit, Pauli Diaconi hiſtoriam, privilegia trium Imperatorum Caroli III, Arnulfi, ac Berengarii, Chronicon Bartholomæi de Oſſa, &c.*

B

Item ex Joſepho Ripamontio in hiſtor. Mediol.

8 *Non anguſta præterea in laudes* S. Joannis *area panditur in Actis S. Joannis Camilli Boni, noſtro ſynchroni, de quo facta eſt mentio die X Januarii: quo etiam data fuit ejus Vita ex hiſtoria Mediolanenſi Joſephi Ripamontii; unde nonnulla delibo, omiſſis aliis, de quibus in ſuperioribus elogiis egimus. Itaque ibidem num. 3 ſic habet:* Joannes erat alter Bergomenſium antiſtes, altitudine animi & ſtudio religionis incorruptę, recte cum Joannis Boni moribus & ſanctitate compoſitus: acer idem ac vehemens ingenio, & quamcumque in partem incubuiſſet, ad finem utque deſtinatis inſiſtens.

C

Ubi de ejus magnitudine animi in confutandis Monothelitis;

9 Cum hoc Joanne, quia præclaris illius adjumentis ad rem gerendam animoſque perſanandos indigebat, amicitiam familiaritatemque contraxit Joannes Bonus. Neque ille partem laboris abouit: præbuitque ſe comitem ad confutanda Monothelitarum dogmata, quæ quotidie magis invaleſcebant. *Tum num. 4 exponit miraculum de calcato pedibus Abdua flumine; de quo ſupra, num. 6. Et num. 7 commemoratur Grimoaldus Rex, ſancti Præſulis opera ab Arianiſmo ad veram Chriſti fidem converſus. De quo cum alias ſit dicendum, hoc loco agere ſuperſedeo. Plures alii auctores recentiores vel in commemorando vel in laudando* S. Joanne *operam poſuere; quos videſis apud Ughellum tomo 4 Italiæ ſacræ, col. 590. Quibus adde laudatum Guerrinum in Synopſi rerum ac temporum eccleſiæ Bergomenſis, edita anno 1696, a pag. 31; & Baronium in Notationibus ad Martyrologium Romanum, uti etiam in Annalibus; hujus poſterioris loci verba proferemus, quando habebitur ſermo de laboribus apoſtolicis* S. Joannis.

10 *Tametſi vero de illis abunde conſtet ex dictis, non tamen ſupervacaneum fuerit, hæc adjungere ex diplomatibus (verbis Spicilegi pluries laudati utor) adhuc vigentibus in membranis archivii fui capitularis, inter quæ præcipuum illud Caroli III Imperatoris, ſignatum Bergomi apud Murgulam monogrammate cæſareo, III Kalend. Auguſti ab Incarnat. DCCCLXXXIII. Idem illud diploma legitur apud Ughellum, dicto tomo 4, a col. 592; ubi cum præmiſſum fuiſſet, eccleſiam in honorem Alexandri dedicatam* in loco nuncupato Fara, juris Bergomatis Epiſcopi fuiſſe a tempore Grimoaldi, Regis Longobardorum, qui eamdem eccleſiam cum omnibus poſſeſſionibus ditioni prædicti epiſcopatus B. Alexandri ſtabilivit, *ſubditur:* Et merito; eo quod quidam ipſius loci epiſcopus, nomine Joannes, a ſchiſmate Ariano eamdem eccleſiam ad fidem catholicam quondam converterit; ideoque eccleſiæ ſuæ eccleſiaſticis ſanctionibus deberetur.

AUCT. J. P. *denique ex diplomate Caroli 3 Imperat.*

Quid de laboribus apoſtolicis ſcripſerit Baronius.

11 *Non minus magnifice, quam vere de ſtudio apoſtolico, quo in propugnanda propagandaque fide orthodoxa egregie contra luem Arianam excelluit ſanctus noſter Epiſcopus, prædicavit Baronius, ad annum 659, num. 6 ita loquens:* Porro adhuc Longobardorum Reges Ariana peſte affecti cum eſſent, catholicis Epiſcopis haud parum negotii faceſſebant; qui ſeſe pro muro Iſrael domus opponebant. Inter quos præcipue enituerunt Joannes, cognomento Bonus, Mediolanenſis, & Joannes Bergomatis eccleſiæ Epiſcopi. Hi enim, ut olim Paulus & Barnabas, ad fidem catholicam tuendam ac propagandam, manus ſimul junxere: verum eorum alter, Bergomenſis ſcilicet, eo gloriæ progreſſus eſt, ut ea pugna ſibi martyrium luctaretur: *de quo recurret mentio paragrapho ſequente; ubi de compendio vitæ; inventione ac translatione corporis.*

E

§. II. Vitæ compendium; inventio ac translatio corporis.

Vitæ compendium quando ſcripſerit;

SPicilegus *ſæpe memoratus miſit huc Acta ſancti Martyris, prout ea vocat, ſed quæ verius vitæ compendium dixeris,* deſumpta, ex Paſſionali Sanctorum Bergomi antiqui characteris, in codice in folio Ms. in membranis; *cui titulus:* Amalthea Caneparia Cathedralis Bergomi, in quo leguntur ex folio 14 hic extracta fideliter Acta. *Ætas ſcriptoris clare liquet e notis characteriſticis, in ſuo appoſitis eccleſione alabaſtri, martyris capiti ſuppoſiti, & poſt elapſa quinque ſæcula ſuaviſſimo odore fragrantis; cujus rei teſtes proferuntur* Dominus Alexander de Clementis, eccleſiæ S. Alexandri Præpoſitus, ejuſque canonici ac religioſi, & multi religioſorum Prælati, & ego, qui ſcripſi: *quæ translatio contigit anno 1391, ut videbitur paulo poſt.*

F

ejus cum originali conſonantia judicis comprobata.

13 *Ceterum ne cui dubitare contingat de apographi, quod typis mandamus, cum ſuo originali, unde deſumptum eſt, conformitate, infraſcripto teſtimonio illud munitum reperi:* Ego Quintilianus q. D. Gaſparis de Cucchis, civis & V. A. notarius publicus Bergomi, præſens exemplum cum præmiſſo antiquo codice, ut ſupra deſcripto, concordatum & conſonans pro fide ſubſcripſi & tabellionatus mei ſolito ſigno roboravi. *Apponit teſtimonium, quod dictus*

Quin-

Digitized by Google

AUCT. J. P. *Quintillianus fit notarius publicus*, Petrus S. Adriani miseratione divina S. R. E. Diac. Cardinalis Prioius, Episcopus Bergomensis Comes. *Et additur ejus sigillum. Infra subscribunt Vicarius & Cancellarius Generales: quæ juridica eorum testificatio annectitur etiam duobus proxime secuturis apographis, lectiones proprias, & translationem Martyris complectentibus. His animadversis, sequitur ipsum manuscriptum.*

S. Joannes mundo mortuus

14 Joannes martyr, & Pergamensis Episcopus, cujus nomen interpretatur: in quo est Dei gratia, recto præsagio futuræ sanctitatis tali nomine prænotatum: quia vere fuit Spiritus sancti gratia præditus, & in ipso per effectum patuit amor divinus, qui, teste Gregorio, operatur magna, si est; si autem operari desinit, amor non est. Non enim propter Episcopalem dignitatem in gloriam est elatus humanam: ut in sella & fræno, vel in veste propria fulgeret aurum, nec sibi grandia fuere palatia, vel delicata ciboria, vel servorum
B multa copia, sed communibus, & vilibus contentus, magistrum sequebatur Christum; qui non venit ministrari, sed ministrare: nec fuit sibi locus corpori vel inertiæ deditus, sed in prædicatione discursus, & semper custodiens propter alios vias duras, ut prædicaret, ac ad Christum perduceret dura Paganorum corda, sua austera vita & eleganti doctrina.

amore sodali perfecte parere implet

15 Quia magister suus prius facere cœperat, & postea docere; quia longum iter est per verbum, breve & efficax per exemplum. Ipse nempe pavit populum suum verbo, exemplo, temporali subsidio, & supererogationis præsidio, suo glorioso martyrio: nam talis pastor fuit iste, qui non curavit tondere oves, sed bene regere, & pascere. Non lanam, sed animam quærebat sibi creditam; non quærebat mulsum, sed spiritualem gratiam, animæ fructum; non pinguia, sed implere animas divina gratia procurabat. Iste mori non timuit, ut Deo lucraretur animas, quas Christus sua passione redemit: nec etiam vivere recusavit, cujus vita tota non gaudium,
C sed potius martyrium fuisse describitur: Quia, ut ait Gregorius: si secundum Euangelium vivere volumus, tota vita nostra crux, & martyrium est.

Equum indomitum mansuefacit;

16 De isto etiam sancto Joanne martyre, sive Pergamensi, in historia Lombarda per idem quoque tempus scilicet Cuniberti, regis Lombardorum dicitur: Joannes Episcopus Pergamensis ecclesiæ, vir miræ sanctitatis extitit, qui regem Cunibertum in convivio, dum sermonizaretur, offendit: Rex vero indignatus, ei, ad hospitium revertenti, equum ferocem, & indomitum, qui immenso fremitu superfedentes terræ allidere solebat, Episcopo præparari fecit: Cui cum Episcopus insedisset, ita mansuetus extitit, ut cum blando incessu usque ad propriam domum deportaretur. Quod rex audiens, tantam in equo mansuetudinem exstupuit, & ex eo die Episcopum honore debito, & maxima reverentia coluit, & ei ipsum equum, quem suæ sessioni ad malum dedicaverat, dono largitus est.

Arianus conversis;

17 Ipse vero Joannes Episcopus habitatores cujusdam terræ infideles, quæ Fara nuncupatur, juxta fluvium Abduæ in sui Episcopatus diœcesi adjacentis, tempore Grimoaldi D regis ab infidelitate, & Ariana hæresi ad fidem Christi convertit, suique Episcopatus ditioni munificentia & dono ejusdem regis per Christianæ militiæ dignitatem acquisivit.

omisso Missæ ex necessitate divinitus approbatur;

18 Fertur etiam de eodem sancto Episcopo venerabili insigne miraculum, qui devotus Missarum solemnia, si quando ei licitum erat, celebrare consueverat. Quadam vero die dum agere in ecclesia beati martyris Alexandri destinasset, [&] aliquibus impeditus curis, tardius solito, jam hora diei nona pene transacta procederet, in ipso urbis ingressu, erectis in cælum oculis, attentisque auribus subsistit, ac sic demum suis conviatoribus dixit: Revertamur, fratres, quia jam tanti mysterii hora præteriit celebrandi: sicque tota die jejuniis, & orationibus vacans, & deputans suæ negligentiæ, quod tam tardus in Dei laudibus extitisset, a tanti celebratione mysterii abstinuit. Tandem admirantibus suis clericis, & admodum percontantibus intonuit, se in cælo voces E audivisse dicentium Angelorum: Ite missa est: & respondentium: Deo gratias. Et in fide credendum, [quod] dum in hac vita mansisset, non omisit.

ador lapidis per multa sæcula conservatur, super quo caput ejus positum fuerat.

19 Commendatur ex prædictis vita activa in eo, quam habuit, prædicando, & contemplativa in hoc, quod tales voces Angelorum in cælo audivit. Ostensa sunt etiam nobis de ipso istis diebus novissimis quædam signa suæ reverendæ & admirabilis sanctitatis: quia in translatione de sanctis ossibus facta, inventum est [quod] caput ejus super lapide alabastri reverendissime conditum erat, quod quidem alabastrum cum suppositum capiti dicti martyris per quingentos annos & ultra stetisset, in nullo fœtebat, sed fragranti, & aromatico odore lapis ille fragrabat, & ita aromatico, quod infinitarum specierum compositionem redolentissimam odorantibus præsentabat, ut experientia pluries, ac pluries probaverunt, qui testimonium perhibuerunt fide digni, Dominus Alexander de Clementis ecclesiæ S. Alexandri Præpositus, ejusque Canonici, ac religiosi, & multi Religiosorum Prælati, & ego, F qui scripsi. Omnia enim ossa præfati martyris tanto tempore inhumata, inventa sunt incorrupta, sed solida, & relucentia, veluti argento commixta: & cum simili prædicti lapidis alabastri odore fragrantia: sic etiam testimonium perhibent omnes suprascripti. Passus est autem, & capite truncatus. propter Christum beatus Joannes martyr, & Episcopus Pergamensis.

Lectiones propriæ

20 *Sed suas quoque lectionibus propriis locus detur, depromptis, sicut ibidem præmittitur, ex* antiquo codice archivii cathedralis Bergomensis in folio characteris Gotici, cooperto corio obscuro cum filis auri: in quo habentur legendæ sive lectiones antiquorum Officiorum Sanctorum plurimorum ecclesiæ Bergomensis. *Lectiones hasce non esse adeo antiquas, indicio est vox* divus *pro* sanctus *vel* beatus, *plus semel recurrens; id quod in rebus ecclesiasticis olim inusitatum, & in Breviario Romano non legitur, nisi forte in recentissimis lectionibus. Atque hæc prius observata volui: nunc eas subnecto:* LECTIO I. Beatissimus Joannes, Bergomensis Episcopus, & martyr sanctissimus, auctoritate, doctrina, & sanctitate floruit, non ob-

A obſcuris parentibus natus. Is ab ineunte ætate Jeſu Chriſti veſtigia totis præcordiis imitatus, viam ſanctitatis tenuit, & in ipſis teneris annis perfectionis gradum aggredi ſtuduit; ſicque totus in religionis operibus ſe continens, quamquam hominis naturam excedens, in cæleſtem & angelicum, mirum in modum evadere videbatur. Quantum ipſa patiebatur ætas, & ingenium, & memoriam mirifice excoluit: adeo ſedulus operam dabat, ut brevi ab ipſa ineunte ætate liberalium artium elegantiſſime doctus evaſerit.

Hic dantur: LECTIO II. Nec mirum, ſi tanta adhuc in puero præſagia coruſcabant; nam cum a ſcholis cum ſociis reverteretur, & illi, ut aſſolent, conſocii jocis, vaniſque diſſenſionibus intenderent, ſolus ipſe ad eccleſiam martyris Alexandri ſurtim rapido curſu convolabat, & ſic orationi, piiſque ad Deum precibus mirabiliter vacabat: ita puerilia, ac lubrica ſpernens, veluti Spiritus ſancti gratia penitus afflatus, ſub annis teneris
B Joannes ſanctus (in quo propria ſui nominis interpretatio Dei gratia elucebat) viam celibem ſanctamque actitabat, & quia Jeſum interno ſuſceperat domicilio, maximis delectamentis honeſtarum paſcebatur voluptatum.

deſumpta *obſcœni.* at LECTIO III. Præterea ex parentum diligentia non mediocriter eruditus ac moribus educatus, non laſcivis aut obſcenibus*, ſed ſacris litteris intentus, divinis contemplationibus inhærebat. Nam ut primum ex pueris exceſſit divus Joannes, atque aliter artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe ad eorum ſtudium repente contulit, quæ animi corporiſque integritatem ab omni labe præſervarent. Eo aſpirans nova plantatio cæleſti irrigata doctrina, quo ad rectam, & perfectam religionem facillime tenditur, primum clericus, invitis parentibus, (qui per eum poſteritatem propagari exiſtimabant) in æde divi Alexandri eſt ordinatus.

e codice Bergomenſi, LECTIO IV. Quantæ humilitatis, & obedientiæ fuerit, non eſt facile dictu; ut magnum aliquid atque mirabile de eo ſperandum fore, uno omnium ore diceretur, ta-
C lemque evaſurum, qualem poſt acta vita mox comprobavit. Porro in his, quæ ad Deum pertinent, puro & ſincero famulatu, deſpectis calcatiſque terrenis illecebris, forti animo ad deſideratam divini amoris ubertatem elevari procurabat. Erat poſtremo illi cura optima, ſtudiumque cunctis prodeſſe, nemini nocere; ut fidem, religionem, pietatem eamdem, vel multo meliorem alii quoque conſequerentur, ad quam ipſe pariter properabat.

non tamen, ut videtur, LECTIO V. Admirantes Canonici Bergomenſes de Joannis ſanctitate, inter Canonicos [eum] aſſumpſerunt, ubi quale ſanctitatis ſpecimen, qualis ei religionis cumulus inerat, cunctis oſtenſum eſt. Ornamentum patriæ, ac decus, tam Canonicis, & prælatis, quam aliis concivibus exemplum perpetuum: ut illud merito de eo dici poſſet: Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Joannes. Felix in apoſtolica religione principium aſſecutus eſt, feliciori jam medio ſubſequenti, feliciſſimum denique meruit exitum obtinere. Procedente demum tempore, gradatim ſacris ordinibus, ab Epiſcopo pientiſſime recipitur, &, quamvis adhuc ætate juvenis, ſeniles tamen annis mores præferebat. AUCT. D

aa LECTIO VI. Non propterea vir ille J. P. ſe a divinis ſolemniis [aut] ceremoniis, *valde anxque:* quam die noctuve ſubtrahebat, quin eis (niſi arduo detineretur impedimento) ſemper intereſſet. Qua quidem virtutum mole, & geſtorum congerie totius ſacroſanctæ Bergomenſis eccleſiæ viri permoti, eo quod paſtore carerent, ipſum potiſſimum unanimiter in Epiſcopum omnes elegerunt. Is tanto indignum honore ſeſe arbitrans, rogabat omnes excuſationem ſuam uti honeſtam admittere, addens oneri tanto ſuos humeros haud ſubire poſſe. Contra vehementius illi inſtabant: quibus tandem acquieſcens beatus Joannes, munus illud piiſſime, ac reverenter ſuſcepit.

LECTIO VII. Ordinatur Bergomenſis *in quibus quoad durationem epiſcopatus:* eccleſiæ epiſcopus tempore Vitaliani Pontificis Maximi, quam ſanctiſſime per annos ſexdecim rexit. Vir utique ille ſemper eruditione, fide, converſationeque, ac moribus omnibus ornatus, cui propter egregias ejus II virtutes etiam principes cuncti honoris gratia aſſurgere conſueverunt. *Ea, quæ hic ſequebantur de indomito equo, a ſeſſore* Joanne *manſuefacto, eique a Rege Chuniberto dono dato; de Parra reſtituta; omiſſoque ſacrificio Miſſæ ob impedimentum, divinitus quaſi approbato per voces Angelorum; ſatis intelliguntur ex præcedentibus. Quare pergo ad lectionem* 9.

LECTIO IX. Tandem beatus Joannes ab *error eſſe deprehenditur.* Arianis poſt multos labores crudeliter interemptus eſt. Nam Alachis dux ex improviſo fines Bergomi occupat, manu magna invadit, ædificia incendit, & execrandum conſilium in religionem convertit. Pharrenſe cœnobium a Chriſtiano dogmate in Arianum attrahit. Sacerdotes Dei quocumque perſequitur. In qua perturbatione etiam divus Joannes epiſcopus interfectus eſt, qui martyrii palmam accipere meruit, & in eccleſia majori divi Alexandri Bergomi a Clericis ſuis devote tumulatus eſt. *Ita lectiones: in quibus videtur corrigendum ſpbalma chronologicum quoad determinationem durationis epiſcopatus, quod fiet paragrapho proximo; ubi prius expedita fuerint ea, quæ inventionem & tranſlationem* S. Joannis *ſpectant.* F

§ III. Inventio ac translatio corporis, duratio epiſcopatus; tempus martyrii.

Datur bic CODEX *idem Bergomenſis, e quo erutæ ſunt lectiones propriæ, modo datæ, ſubminiſtrat nobis præterea lectiones proprias translationis* S. Joannis, *nec non* SS. *Projectitii, Jacobi, & Heſperiæ. Hujus argumenti pars a deceſſoribus noſtris impreſſa legitur tomo* 7 *Maji, pag.* 578, *occaſione S. Jacobi martyris Bergomenſis, ex Italico Mutii translata. Inventio autem prædictorum corporum hic contigiſſe fertur anno* 1190; *translatio vero anno ſequenti; pro quo, tomo Maji eodem & pagina citata, ſcribitur* 1190: *ſed annum* 1191 *indicant notæ hic ſub finem translationis ſignatæ, nimirum* dies Jovis XXVI Aprilis, *Paſcha tum incidente in* XXII. *Diem quidem eumdem menſis expreſſit Mutius, ſed nullum hebdomadis. Porro multum fallor, ſi hiſtoria pluribus viſionibus adornata, fidem mox apud omnes inveniat abſque ulla formidine falſitatis: quarum approbationem*

vel

Digitized by Google

AUCT. J. P. *vel reprobationem nos in medio relinquentes, satis habemus hic typis subjicere, quæ accepimus.*

LECTIO I. Translatio Sanctorum martyrum Hesteriæ, Projectitii, Jacobi, & Joannis celebrata fuit hoc ordine. Permanserunt autem præscriptorum martyrum corpora in Cathedrali ecclesia sancti Alexandri Bergomi, per multos annos minus decenter latentia, ita ut Bergomeus populus Sanctos illos vix sciret, locum vero penitus ignoraret, qui tamen Canonicis illius ecclesiæ ex quadam lapidis vetusta inscriptione manifestus erat. *Inventionis historia,*

LECTIO II. Cumque ibi longo temporis decursu sine debito cultu, aut reverentia stetissent, anno tandem MCCXC, cum multi Deum timentes, devotique homines tam nocturnis, quam diurnis horis intenti essent divinis officiis in æde sacra divi Alexandri, placuit Deo devotis suis spiritualem thesaurum revelare.

B 24 LECTIO III. Eo itaque in loco, ubi quatuor Beatorum istorum corpora quiescebant, viderunt homines illi noctu splendorem magnum, ac si cereorum adsuissent multitudo ardentium. Viderunt & Sanctos illos ex eo loco exire, ubi sepulta erant sua corpora, duos quidem clericali habitu, unum vero pontificali indutum, & mulierem albis vestimentis, qui palmarum ramulos manibus tenebant, transeuntes per confessionis locum magna cum reverentia.

LECTIO IV. Cernebant insuper eos totum templum circumdantes, magno splendore fulgentes, qui tandem ad locum pristinum redeuntes, ab eorum oculis se abstrahebant. Hanc visionem cum homines illi sæpius vidissent, iniere invicem consilium, ut rem hanc illius sacræ ædis Præposito, & Canonicis notam facerent. Ille vero Præpositus, Alexander nuncupatus, istud manifestavit Bergomi Episcopo Roberto de Bongis.

LECTIO V. Hic autem reverendus Episcopus una cum Alexandro Præposito simul & fratribus suis Canonicis, accensi omnes venerandorum Sanctorum desiderio, volentesque summum Deum in Sanctis suis glorificari, *uti & translationis*

C nullo pacto passi sunt Sanctorum illorum corpora in abscondito amplius morari.

LECTIO VI. Invocata igitur Spiritus sancti gratia, maxima cum reverentia, & gaudio ad invenienda corpora fideliter laborarunt. Reperta autem sunt quasi sub spectaculo, seu pulpito, olim a prædicto sancto Projectitio ibi constructo, ubi ordinatim erant eorum capita in alabastricis odoriferisque vasibus posita, ossa quoque integra, velut argentum lucida viderunt, e quibus emanabat optimi odoris fragrantia. Has reliquias omni cum diligentia, debitaque reverentia sublatas in ejusdem sacræ ædis sacrario reposuerunt, quoad usque locus aptus construeretur, ubi honorabilius collocari possent.

25 LECTIO VII. Delecto itaque loco, statutoque die transferendis Sanctorum corporibus, episcopus prædictus cum Præposito, omnibusque Bergomensis ecclesiæ Canonicis sanctorum Alexandri, & Vincentii, & aliorum clericorum multitudine, nec non Joanne XII Abbate sancti sepulcri de Astino, cum monachis suis, aliisque religiosis viris, dictas reliquias ex sacrario ad dexteram ædis prædictæ alam transtulerunt; ibique in altari, D ad eorumdem honorem noviter fabricato, in eodem & lapideo sarcophago, ubi olim divi Alexandri corpus longo tempore quieverat, decenter, & cum maxima prædicationis, officiorumque solemnitate collocarunt, numerosa virorum, mulierumque astante caterva.

LECTIO VIII. Illud denique Altare in *e codice Bergomensi.* eorum Sanctorum honorem consecratum est: atque ita, quæ longissimis temporibus corpora Bergomeis incognita penitus & subterraneis occultata fuerant, nunc ad fidelium devotionem sublata, veneranterque collocata sunt. His mediantibus summus Deus aliquando potentiæ suæ signa ostendit. Celebrata fuit hæc translatio die Jovis, XXVI die Aprilis, anno a partu Virginis MCCXCI, sedente in Romana Ecclesia Nicolao IV, summo pontifice, & in Mediolanensi ecclesia Othone XCIV Archiepiscopo, imperante Rodulpho, annoque a restauratione Bergomi CCCLV. *De hoc Othone agit Ughellus tomo 4 Italiæ sacræ, a col. 282; apponens ei non numerum 94, sed 98, quo Mediolanensem cathedram rexerit.* E

LECTIO IX. Dum in nocte ejusdem anni parasceve pernoctarent tres mulieres in eodem divi Alexandri templo, una ex iis sopita, aliæ duæ viderunt splendorem magnum circa locum, ubi sancta corpora fuerant antea posita, earum mulierum altera cum ad videndum iviset, vidit circa locum illum cereos multos accensos. Nocte fortassis eadem, dum quamplures innocentes juvenes essent in eodem templo, viderunt puerorum multitudinem, albis vestibus indutam, qui cereis accensis sacrarium versus proficiscebantur, ubi deposita erant illa Sanctorum corpora, donec alibi commodius transferrentur.

26 *In determinanda duratione episcopatus sancti Martyris haud convenit inter auctores recentiores; nonnullis eam ad plusculos annos extendentibus; aliis vero contra aliquantulum contrahentibus. Marius Mutius in Sanctis Bergomensibus pag. 166 versa ei assignat 29 annos; totidem ei attribuit Synopsis ecclesiæ Bergomensis supra memorata; totidem Guarnerius, præsens* F *argumentum ita deducens:* Joannem anno DCLXXXIII, V Idus Julii cæsum esse, inter omnes scriptores convenit. Sed cum Platina Joannis V summi Pontificis Acta, Joannis Episcopi Bergomatis dignitate honestata refert, in temporum ratione erratum esse puto: nam Joannem V anno DCLXXXV Pontificem renuntiatum, scriptores produnt. Quare si huic pontificatui is Episcopus decori & ornamento fuit, Episcopi vitam longius productam esse necesse fuit: quod si opinio mea interponenda est, non eo anno, sed aliquanto post interfectum esse crediderim; atque eo magis, quod Alahis, a quo Cunipertus est pulsus, Joannes Episcopus circumventus, & Antonino, Joannis successori Fara adempta & ad Arianos aversa, non anno DCLXXXIII, sed DCXCII reterrimum hunc superbissimumque dominatum orsus est. *Duratio Episcopatus*

27 *Lectiones propriæ, supra datæ, tempus vario a episcopatus contrahunt ad annos duntaxat sedecim; contra ac faciunt lectiones aliæ impressæ, Romæ in typographia reverendæ Cameræ Apostolicæ anno 1614. quæ communiori auctorum memoratorum calculo conformes, eidem tribuunt annos novem supra viginti.* *variis statuitur.*

Digitized by Google

A ginti. *Ughellus plures annos ipſius epiſcopatui concedit*; S. Joannem *ſucceſſiſſe ſcribens Quintiano in cathedra Bergomenſi*, *anno* 640, *& quidem* juxta veriorem temporis calculum: *cumque idem auctor adjungat, quod & nos ſupra diximus, & negari non poteſt, eumdem Sanctum* interfuiſſe ſub Agathone Pontifice, Romano concilio, anno DCLXXX, *ſequitur, ipſum ſediſſe annis circiter xl minus quadraginta, ſecundum epocham inchoati epiſcopatus, modo ab Ughello determinatam*; *pro qua*, tamquam veriori temporis calculo, *utinam aliunde ſolide ſpondere queam*!

xl & tempus martyrii.

28 *Habemus itaque in dictis hoc unum certi*, S. Joannem *vixiſſe anno* 680: *quamdiu autem vitæ tempus ultra produxerit, vellem ſolide poſſet determinari, auctoribus hic rurſum aliis aliud tempus aſſignantibus. Mutius in dicta hiſtoria anno* 1610 *edita, ponit annum circiter* 683: *ſed idem auctor in Hiſtoria ſacra Bergomenſi, excuſa anno* 1621, *pag.* 209 *martyrium innexit anno circiter* 691. *Si Guerrinum audiamus*, martyrium ejus incidit *in annum* DCLXXXIII; alii ſupputant in annum DCXCII ex variis patriæ memoriis. *Denique Ughellus, citatis variis auctoribus, ita concludit*: Quibus omnibus haud una ſententia eſt de tempore cædis hujus Sancti, quam alii volunt incidiſſe in annum DCLXXXIII, alii DCXCI: alii in annum DCXCII. Mihi ſane conjectura Cæleſtini arridet. *Conſulat Cæleſtinum*; *ſed quænam ejus ſit conjectura, hactenus haud reperi*: *nec vero tanti eſt, operoſius eam indagare*: *cum æque ſemper incerta manerent, quæ conjecturis nituntur. Adde Sigonium libro* 2, *de Regno Italiæ, editionis Francofurtenſis, qui anno* 683 *occiſum refert. Verum modica adeo temporis differentia, ut moveatur nos diutius, non eſt operæ pretium*; *ſufficiat nobis, martyrium contigiſſe verſus finem ſæculi ſeptimi ſeu circiter* 681; *quo determinato anno, diſcem lubens, ſi quis e documentis fide dignis illud definierit: id quod nobis præſtare E. ob eorum defectum non licuit.*

B

DE S. HILDULFO CONFESSORE,

PRIMUM ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI, DEINDE ABBATE MEDIANI MONASTERII IN VOSAGO.

Item de ſancto ejus diſcipulo Spinulo, & duobus aliis germanis fratribus Joanne & Benigno.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Auctore Reverendo admodum Patre Dom. Humberto Belhomme, ejuſdem monaſterii abbate.

PRÆFATIO EDITORIS. J.B.S.

JAm ab annis octoginta ſolicitum fuiſſe reperio operis noſtri parentem Bollandum, ut ea tempeſtive colligeret, quæ ad celeberrimum Archiepiſcopum Trevirenſem, deinde Mediani monaſterii (Moyen-moutier) conditorem *S. Hildulfum* ſpectarent, idque adeo majori ſtudio, quod facile advertiſſet, ejus Acta ſeu Legendas, ex variis locis acceptas, & a ſe perluſtratas, tot chronologicis tricis implexas, ut jam tum cum noſtris Franciſco Laherio, Joanne Gamanſio, Alexandro Wilthemio aliiſque eruditis amicis ſuis conſilia contulerit, ut ea ſenſim tollerentur, quæ Vitas illas, aut Sanctorum aliorum cum ipſis connexas, ſuſpectæ fidei redderent. Præſtitit id non ſegniter laudatus Wilthemius, iſque jam ab anno 1648 ad Bollandum ſcribere non dubitavit in hæc verba: *Ex Vita S. Deodati facile cenſebit Rev. V. duos admittendos eſſe Hildulfos Trevirenſes archiepiſcopos, quod ego jam antea pro indubitato habebam*. Hanc Wilthemii opinionem non facile quis hodie admiſerit, poſtquam pleraque eruderata ſunt, quæ *S. Hildulfi* hiſtoriam inexplicabilem reddere videbantur. Variorum ſcriptorum in hanc rem collatam operam exponet commentarius eruditiſſimi hodierni abbatis Mediani monaſterii, cujus occaſionem & quodammodo geneſim hic præmittendam cenſui.

Difficultates in Acta S. Hildulfi a nobis Bollandi.

F

C

2 Bollandi curam ac ſolicitudinem non intermiſit Henſchenius, rem ipſam pro argumenti ſui ſcopo aggreſſus in Diatriba de tribus Dagobertis lib. 4, cap. 5 a pag. 224, ibi fundamenta jaciens, quæ ad præcipuum nodum diſſolvendum, circa *S. Hildulfi* ætatem potiſſimum collimabant, quæque rurſus confirmat in annotatis ad Vitam S. Maximini XXIX Maji pag. 24, & ad Vitam S. Deodati XIX Junii; ut candide fatetur eruditiſſimus Commentarii, quo de agimus, auctor, verba non recitans, quæ ad indicata ab ipſo loca in opere noſtro facile reperiuntur. Satis pronum eſt cogitare, vigentibus ſenſim in reformata congregatione ſanctorum Vatoni & Hildulfi, Ordinis S. Benedicti, vigentibus, inquam, in ea congregatione, quemadmodum & in altera S. Mauri bonarum litterarum ſtudiis animum ab annis aliquot

Henſchenius: ſuam diſſolvit

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. adjeciſſe Medianenſes, ut ſanctiſſimi patroni ſui *Hildulfi* geſta illuſtrarent, occurren- D teſque in iis graviores difficultates diſſolverent, viam commonſtrante Mabillonio in Actis Sanctorum Ordinis ſui ſæculo 3, parte 2, a pag. 468 edito anno 1672, ubi cum Vita S. Gundeberti plures alias compendioſe commiſcet, quæ aliarum deſiderium non plane ſuffollunt.

Medianenſes poſtmodum ad eorum explanandas ſe accinxerunt,

3 Quandonam ſerio res agitari cœpta ſit, mihi non conſtat; at jam dictum Mabillonii exemplum animos addidiſſe, ut per abrupta & invia ad veritatis adyta penetraretur; haud obſcure me docent non minus officioſæ quam eruditæ litteræ R. A. P. Dom. Hyacinthi Alliot, Medianenſis abbatis, Belhommei deceſſoris, datæ ad Papebrochium pridie Nonas Martii anno 1697, e quibus fragmenta aliqua huc ſpectantia non pigebit deſcribere. Agens ibi de Voſagi monaſteriis, ſic loquitur: *Qui ad hunc uſque diem illas tractarunt hiſtorias, in chronologia ſanctorum Hildulfi, Deodati, Gundeberti putidiſſimos pene ubique nævos ſparſere, quos ex Mſs. Sandeodatenſibus, & noſtris exortos non diſſiteor. Sandeodatenſis chronographus (quem labente x, incipiente xi ſæculo ſcripſiſſe compertum eſt) S. Deodatum in Valle Galilææ anno* DCLXIX, *Hildulfum* DCLXX, *hoc in loco monaſteriorum fundamenta poſuiſſe: illum anno* DCLXXIX, *hunc* DCCVII *mortem obiiſſe, diſertis verbis profitetur: ac S. Deodatum ſedente Gisbaldo, Hildulfum Jacobo Tullenſium epiſcopis, in noſtras uſque regiones penetraſſe; Malonique Trevirenſium epiſcopo ſucceſſiſſe docet S. Hildulfi Vitæ, in ſæculo xi ſcriptor anonymus; ſed quam falſo, noverunt qui quartum librum Diatribæ de tribus Dagobertis veſtri, numquam ſatis laudandi Henſchenii deliberarunt: ille enim &* B *erroris hujus fundamenta mihi perſpicue retexit, & viam quam tuto ſequerentur, qui ea de re poſt ipſum ſcriberent, demonſtravit. Eo ipſo fundamento uſus ſum, ut intricatæ adeo hiſtoriæ momenta pleraque revolverem: & ut novis quibuſdam argumentis jam recantata confirmarem, & obſcura quæque illuſtrarem, neque curis neque impenſis peperci.* E

præripuus ab eo Hyac. Thos Alliot

4 Pergit vir eruditus varia monumenta undequaque collecta enumerare, unde enormes illi parachroniſmi emendandi ſint, inter quæ ea plane reperio, quibus diligentiſſime uſum ſe ſatis oſtendit Belhommeus. Deerat illi libellus Ms. de ſucceſſoribus *S. Hildulfi* in Voſago, in laudata Diatriba ab Henſchenio citatus, qui codici noſtro Paderbornenſi Sancti Vitæ ſubjungitur, quemque adeo ſumptibus ſuis deſcribi, & ad ſe tranſmitti impenſiſſime flagitat, pollicitus in antiquorum ad nos dirigere *Joannis ſui de Bruyn apographum, & quæcumque ad illuſtrandam hiſtoriam in manus ejus devenirent*. Amicis poſtulatis promptiſſime obſecutus eſt Papebrochius: non item Abbas ampliſſimus, a quo nihil acceptum eſt. Unde non ſemel poſtea conquerentem audivimus, nihil eorum, quæ promiſſa erant, ad nos devenille; ut merito ex tunc ſuſpicatus ſit, Abbatem ipſum Dom. Hyacinthum, de dubiis iſtis & intricatiſſimis nodis per ſe ſuoſque explanandis, ſerio cogitaſſe, quod ſibi gratiſſimum fore, non ſemel teſtatus eſt. Defuncto ſubinde Dom. Allioto ſucceſſit noſter hic *S. Hildulfi* ſtrenuus illuſtrator Belhommeus, in eruderanda antiquitate deceſſore haudquaquam inferior, idemque quod ille meditans; ſic ut ſenſim apparuerit, conceptam ſpem Papebrochium non fefelliſſe. F

tum vero Abbas mediomo,

C 5 Si recte conjicio, quamdiu menſe Junio nos occupatos ſcivit Belhommeus, donec ad Julium perveniremus, nihil properandum putavit, intentus fortaſſe in occaſionem, qua mentem noſtram certius exploraret. Evocato interea ad laborum præmium, uti confidimus, magiſtro noſtro Papebrochio, in ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli pervigilio an. 1714, paulo clariora rei indicia mihi perſpicere licuit. Etenim cum triennio poſt eruditiſſimus ſacrarum Litterarum interpres, Commentariis ſuis Gallicis, non ita pridem editis notiſſimus R. P. Dom. Auguſtinus Calmet, ejuſdem Ordinis ſancti Benedicti & jam prædictæ congregationis ſanctorum Vatoni & Hildulfi, Antverpiam anno 1717 ad nos excurriſſet, & Muſeum noſtrum perhumaniter inviſeret, inter alias quæſtiones mox ad *S. Hildulfum* ſermo delapſus eſt, o lenſiſque, quæ apud nos exſtarent, monumentis ad ipſum ſpectantibus, cum ea evolveret, nihil tergiverſatus, omnia in ipſorum obſequium obtuli; rogatuſque, ſeorſim deſcribi curarem ſecundam, quam vocant, Sancti Vitam, eamdem ipſam paulo poſt ad R. A. P. Dom Humbertum Belhommeum abbatem, hujus commentarii auctorem, deſtinare non prætermiſi, ut ipſe ſub operis ſui principium gratanter agnoſcit.

auctor ſequenti commentarii,

6 In amico eo congreſſu facile intellexi, paratam eſſe diſpoſitamque nonnihil apud Medianenſes materiam illuſtrandis *S. Hildulfi* Actis opportunam, ipſumque jam laudatum abbatem, ab ejus digerendæ provinciam ſatis propendere. Non potui non opere maximo zelum pro ſancti Patroni ſui gloria diligentiamque laudare, utpote qui ex Majorum noſtrorum mente, nihil ardentius me deſiderare ſæpius

pro

A profeſſus ſim, quam ut communitates omnes Catholicæ, tum ſæculares tum aliæ, Sanctorum ſuorum tantum curam ſuſcipiant, ut ipſemet auxiliatrices nobis manus conferant, ultro & libentiſſime ſuſcepturis quidquid ad vaſtiſſimi operis complementum producere dignati fuerint. Hujuſmodi reſponſis, ſinceriſſime expreſſis, exhilaratus Calmetus, rem omnem eruditiſſimo abbati Belhommeo ſignificare non diſtulit; iſque tali invitatione magis etiam incitatus, manum continuo operi amovit, & biennio poſt, nempe XV Octobris 1719, abſolutum a ſe Commentarium ad me direxit, qui poſt menſes aliquot huc demum pervenit. Ultimæ auctoris litteræ cum paucis correctionibus ad me datæ ſunt XII Februarii anni 1721, cum deſignatione majoris operis, a ſe elaborati, de hiſtoria Mediani monaſterii, cujus partem primam conſtituit jam ſæpius dictum de *S. Hildulfo* commentarium. D AUCT. J. B. S.

7 Datam fidem libero, opuſque totum, quale mihi commiſſum eſt, integerrime reddo: & quamvis non ſemel proteſtatus ſit modeſtiſſimus auctor, ſeſe laborem omnem arbitratui meo reliquiſſe, ut porro mutarem & corrigerem, quæ mutatione aut correctione opus habere cenſerem; intacta ſervavi omnia, tam operoſe & erudite diſcuſſa, ut nec addendum quidquam nec demendum exiſtimaverim: præſertim cum monumenta ab Allioto collecta, omneſque auctores ipſe in fonte conſuluerit, quibus ego mihi utendum ſtatueram, ſi forte operam ſuam deſiderari paſſus fuiſſet. *opus integrum & immutatum tradimus;*

Ad lucubrationis ejus commendationem accedit, quod vir jam ſeptuagenarius & in B cœnobii ſui hiſtoria, tum ſacra tum profana, verſatiſſimus; rerum plurimarum, E ſcriptorum domeſticorum, aliorumque adjunctorum compertiſſimam habuerit notitiam, quæ non niſi difficillime a nobis acquiri potuiſſet; unde multa, præſertim quæ ad ipſum cœnobium ejuſque ſitum, & ad Sancti cultum pertinent, diſtinctius explicata ſint. Non diffitebor, aliter in nonnullis ſentire auctorem, quam ſcripſerit olim Bollandus, & notanter de *S. Hildulfi* patria: aſt idem ego pridem obſervaveram, & *S. Hildulfum*, æque ac fratrem S. Erardum, de quo ad VIII Januarii, Hibernis aut Scotis accenſendum non eſſe, perſuaſum habui.

8 Hæc intelligi velim de tota ſubſtantia hiſtoriæ, quam etſi meam non adoptem, *tametſi hinc aliter ordinari potuiſſet.* tam veroſimiliter diſpoſitam exiſtimo, ut nihil magnopere hactenus invenerim, quod reprehendi mereatur. Aliqua occurrere, quæ aliter ad modum noſtrum ordinata voluiſſem, idque imprimis, ut ſub ipſum Commentarii principium data fuiſſet lectoribus loci totius, in quo ipſos tantiſper divagari oportet, aliqualis deſcriptio, quæ hic ad paragraphum 5 dilata eſt: tum vero de vero de Sancti cultu antiquo & moderno actum eſſet, ac ſucceſſive de nomine, patria, genere, ætate, muneribus; de Vitis ipſis eorumque auctoribus ſecuta fuiſſet diſcuſſio, quæ opportunius Legendis ipſis præmittitur, niſi alia quandoque cogant de ipſarum pondere & pretio diſſerere, quod mihi ſemel atque iterum alibi neceſſe fuit; ſed hic paulo aliter ordinari poterat. Qui rebus noſtris aſſueti ſunt, forte libentius primo loco legent § 5, tum 6, deinde 1, 2, 3 & quartum, primumque denuo evolvent priuſquam ad Vitas ipſas accedant. Moris etiam nobis eſt ſcriptorum teſtimonia non negligere; quæ hic frequentius ſolum C indicantur, in ipſis fontibus quærenda; verum cum auctores plerique ſatis noti ſint, hodieque eruditis quibuſque ad manum, ſatius mihi viſum eſt, operis ſeriem integram ex auctoris ſenſu exhibere; uti ad oculum patebit, dum laudata jam Medianenſium hiſtoria, publici juris aliquando facta, in omnium manibus verſabitur. F

9 Id non ægre feret Belhommeus, quod operis ſui nec fidei nec auctoritati detrahere quidquam poteſt; id, inquam, patienter feret, quod paragraphos ejus, contra operis noſtri methodum, nimis inæquales, ad aliquam uniformitatem reduxerim, tertium præcipue in partes ſecando, quod is præ ceteris triplo longius extenſus ſit. Addidi numerorum ordinem, qui commentarii paragraphos omnes apud nos decurrit, quæ ferme eadem eſt Vitarum ſectio. Notulæ marginales totius tractatus compendium paucis repræſentant, quas proinde non putavi negligendas. Ab uſu noſtro alienum eſt, ut margines citationibus onerentur, aut additamentis, ſive ea textui conſona ſint, ſive contraria; excepis dumtaxat pauculis quandoque variantibus, quæ aſteriſco deſignantur: alia quæ hic paulo longiora erant, ſuis ego locis opportune inſerui. Statueram etiam tertiæ, ceteris longe prolixioris, capita more noſtro ita dividere, ut ex quatuor & viginti ad tria aut quatuor reducta fuiſſent, ſignato ad marginem priorum capitum numero; at cum poſtmodum pleriſque iſtis adjecta annotata perſpicerem, ne perturbanda eſſent omnia, conſulto nihil immutatum eſt, quod ſuis quoque locis curſim ſubmonui. *Quid a nobis præſtitum ſit.* *& quid ab iis ſteri cupiamus, qui exemplum imitari voluerint.*

10 Hæc igitur omnia ad normam noſtram, quantum fieri potuit, exacta ſunt, ſervatis interim & ſenſus & verbis auctoris, ea fide & integritate, qua major requiri omnino nequeat; quod in omni alia id genus occaſione a nobis perſancte ſervatum iri polliceor,

A polliceor, modo nihil admiſceatur, quod fabulam aut exotica placita redoleat. Ha- D
AUCT. J. B. S. bebunt hic Hagiophilj exemplum patentiſſimum ſinceri, quo flagramus, deſiderii, ut ſinguli religioſi Ordines, abbatiæ, monaſteria, capitula, paſtores, communitates & quævis ſodalitia ſymbolam ſtudioſe conferant, quo immenſa operis noſtri moles facilius promoveri, & ipſi Sanctos ſuos tanto citius in eo contemplari poſſint. Id monitos velim, quos forte voluntas inceſſet, nos in hac parte juvandi, ſedulo obſervent, in ipſo commentario prævio diſcutiendas eſſe enodandaſque difficultates omnes quæ ad hiſtoriæ Sancti ſubſtantiam attinent, & lectorem alicubi remorari poſſet; ceteris, quæ mere occaſionaliter quandoque adſtruuntur, variantibus item, grammaticalibus onomaſticis aliiſque in annotata rejectis; id quod a Belhommeo etiam obſervatum vellem, cujus annotata in Vitam primam, textum ipſum prolixitate adæquant aut excedunt, ubi pleraque omnia ad ipſum commentarium reduci commode poterant.

Cur S. magiſtro adjunctus ſit in titulo diſcipuli.

11 Id ſolum hic reliquum eſt, ut verbo inſinuem, in titulo noſtro modicam a Belhommeano occurrere diverſitatem, quod *S. Hildulfo* ſuperaddiderim dilectum ejus alumnum *S. Spinulum*, quem Majores noſtri ex XI Maji & XI Junii huc remiſſum voluerunt, ut ſancto inſtitutori conjungeretur; ea potiſſimum, opinor, gratia, quod de ipſo nil ſcriptum ſuperſit, præter id quod *S. Hildulfi* Legendis inſertum legitur; neque certus alius dies nobis innotuerit, quo potius quam hoc ipſo colatur, quidquid in nonnullis auctariis Uſuardinis relatus ſit ad dictum XI Junii ſub nomine *Spinali*, alibi autem coli dicatur Kalendis Auguſti. Eadem quoque ratio me movit, ut alios
B binos diſcipulos, germanos fratres *Joannem* & *Benignum* attexerem, cum ipſorum E geſta, pius obitus & miracula in prædicta *S. Hildulfi* Legenda, præſertim tertia, paulo fuſius & diſtinctius memorentur; neque dubitem, quin & ipſi apud Medianenſes venerationem conſecuti ſint, tametſi de ipſa nihil notarit Belhommeus. Ne interim plus ipſis tribuam quam forte mereantur, a Sancti aut Beati titulo abſtinui, quemadmodum Mabillonium feciſſe memineram. Hæc a me prænotanda fuerunt: qui modo ſubſequetur jam ſæpe laudatus Commentarius, non ex noſtra, ſed ex ſola auctoris fide & auctoritate æſtimandus eſt.

§. I. De triplici S. Hildulfi Vita.

ANNO DCCVII. *Tres diverſæ S. Hildulfi Vitæ*

TRes reperiuntur S. Hildulfi *Vitæ. Prima hactenus inedita, incipit ab hi verbis:* Quicumque baptizati. *Illius varii reperiuntur manuſcripti codices, quorum duos treſve poſſident eruditiſſimi Socii Bollandiani, & unum ſervant Sammaximiani Trevirenſes. Exſtat inſuper unus in Mediano noſtro monaſterio, ſed in fine mutilus. Hic, teſte R. P. Edmundo Martene, ſtudioſiſſimo antiquitatis indagatore, in Theſauro Anecdotorum tom. 3, annos ſeptingentos attingit. Secunda* S. Hildulfi *Vita ea eſt quæ habetur apud Surium ad diem* XI *Julii. Hanc non eſſe niſi epitomen longioris & copioſioris ejuſdem Sancti Vitæ merito ſuſpicatus eſt*
C *Jacobus Moſander, qui ſtylum illius modice elimavit. Duos brevioris hujuſce Vitæ manuſcriptos codices penes ſe habent præfati Socii Bollandiani, & apographum alterius ex illis ad me humaniſſime tranſmiſit R. P. Joannes Baptiſta du Sollier Societatis Jeſu Theologus, iiſdem Bollandianis aggregatus. Solo ſtylo tum a ſe invicem tum a Suriana editione diſcrepant bi duo codices.*

unde potiſſimum accepta,

2 *Tertia denique* S. Hildulfi *Vita nihil aliud eſt quam ipſamet prima Vita crebris ac prolixis aucta interpolationibus, ut attente legenti utramque perſpicuum ſit. Plures quoque reperiuntur hujus tertiæ Vitæ manuſcripti codices, quorum tres dumtaxat mihi noti ſunt. Primus eſt Paterbornenſis; cujus apographum anno 1697 Reverendus admodum Pater Dominus Hyacinthus Aliot prædeceſſor meus a doctiſſimo ſimul & humaniſſimo P. Daniele Papebrochio accepit. Secundus eſt Epternacenſis, cujus varias lectiones ego ipſe excepi. Tertius vero Medianenſis noſter qui ſæculo duodecimo deſinente, aut certe decimo tertio incipiente conſcriptus & in plures lectiones divinas eſt pro Officio Matutinorum diſtributus, ſeſtis & Octavarum S. Hildulfi. Paterbornenſi & Epternacenſi codicibus ſubnectitur libellus de ſucceſſoribus ejuſdem Sancti in Voſago; qui in noſtro Medianenſi deſideratur.*

& qualis ſit.

3 *Tertiam hanc Vitam, ante hac ineditam, ex apographo noſtro Paterbornenſi deſcripſit ac publici juris fecit idem laudatus R. P. Dominus Edmundus Martenius in theſauro anecdotorum Pariſiis impreſſo 1717 to. 3; & exiſtimavit eam eſſe primam & antiquam* S. Hildulfi *Vitam*, a Mabillonio multum exquiſitam & deſideratam, nec obtentam. *Verum fallitur vir eruditiſſimus; nam primo, Mabillonium latere non potuit codex Paterbornenſis, cujus exemplar jam inde ab anno 1697 obtinuerat præfatus R. P. Dominus Hyacinthus Aliot, Mabillonii uſque ad*
F *mortem amiciſſimus, & quem honoris cauſa nominans ipſe Mabillonius ait:* Cujus in nos benevolentiam & in hiſtoriam noſtram ſtudium indefeſſum ſatis pro merito commendare non poſſumus. *Secundo, eamdem omnino* S. Hildulfi *Vitam Mabillonius anno 1696. (Annal. Bened. tom. 1 lib. 15 n. 15, & tom. 2 lib. 19 n. 37) cum Medianum monaſterium ſecunda vice inviſeret, jam viderat, legeratque in manuſcripto illo codice qui noſtris olim pro Lectionario erat; nullum enim, ſi variantes lectiones perpaucas excipias, inter utrumque hunc codicem diſcrimen aliud intercedit, niſi quod Paterbornenſi adjunctus ſit libellus de ſucceſſoribus ſancti* Hildulfi *in Voſago; Medianenſem vero noſtrum ſubſequatur invectio in depravatos ſæculi mores, & exhortatio ad beatiſſimi Patris noſtri* Hildulfi *ac ſanctorum diſcipulorum ejus imitationem. Codicem hunc Medianenſem non tantum vidit Mabillonius, ſed etiam citavit ſub nomine Anonymi cœnobitæ Medianti monaſterii & pleraque ex illo deſumpta retulit Annal. Benedict. tom. 2 pag. 17.*

4 *Quod*

A *Antiquiſſimo manuſcripto carebio periit,*

4 *Quod autem tertia hæc* S. Hilduſi *Vita non ſit prima illa & antiqua quam Mabillonius* multum exquiſivit ac deſideravit, nec tamen obtinere potuit, *duæ ſequentes rationes aperte demonſtrant. Prima eſt, quod eadem hæc tertia Vita tempore poſterior ſit illa, quam primo loco repoſuimus; auctor enim hujus tertiæ Vitæ primam illam non tantum interpolavit, ut ſupra dictum eſt, ſed etiam emendavit, & explicavit; ut patet ex cap.* 3; *ubi quod in prima Vita dicitur de Pipino Caroli magni genitore, intelligendum eſſe aſſerit de Pipino Heriſtallo Caroli Martelli genitore. Secunda eſt, quod Mabillonius altum procul dubio,* S. Hilduſi *Vitam non exquiſivit ac deſideravit, niſi primam illam & omnium antiquiſſimam, de qua Joannes a Bayona ſic loquitur in prologo hiſtoriæ Medianæ noſtri Monaſterii:* Prædictum cœnobium Medianum cuidam Comiti, Hillino nomine, jure beneficii traditur poſſidendum, qui Pipino abbate expulſo, Canonicorum ordinem inibi inſtituit, ſub quorum regimine codex Vitæ beati Hildulfi, qui pro ſui magnitudine proprio continebatur corpore, a-

B mittitur. Poſt temporum autem multos decurſus rurſus reperitur, ſed quia pro ſua quantitatis magnitudine legentibus tædium ſubminiſtrabat, adhibitis ſcholaſticis breviatur, ſed ob fratrum negligentiam rurſus a Medio cœnobio, factione quorumdam elabitur; *atqui ut idem auctor poſtea narrat, hiſtoriæ nimirum libro* 2, *cap.* 16, 25, *&* 27, *Canonici ab Hillino comite in Mediano monaſterio conſtituti ſunt circa* 897, *& amiſſa ſub illorum regimine Vita* S. Hildulfi, *circa annum* 964 *reperta eſt; conſequens igitur eſt, ut eadem Vita non tantum decimo ſed etiam nono jam ſæculo extiterit.*

ex qua primam, quæ bodie exſtat,

5 *At certum eſt Vitam illam, quam Paterbornenſis codex exhibet, undecimo dumtaxat ſæculo conſcriptam ac compoſitam fuiſſe; idem enim eſt auctor illius ac ſubſequentis Libelli de ſucceſſoribus* S. Hildulfi *in Voſago, ut conſtat ex ejuſdem Vitæ cap.* 21, *ubi ſic loquitur:* Reſtant ſane quam plurima Deo digniſſimi Patris noſtri Hildulfi ſucceſſorumque ejus acta, meritis illius condita, quæ propter fidio lectoris interim differenda, ac alio opuſculo judicavimus deleganda. *Et in fine ejuſdem Vitæ ſubditur:* Explicit vita S. Hildulfi Trevirorum Archiepiſcopi. Incipit libellus alius de ſucceſſoribus ejus in Voſago. *Quod*

C *autem hic auctor undecimo dumtaxat ſæculo ſcripſerit, inde patet, quod geſta ſequentium Medianæ monaſterii abbatum ad idem medium ferme ſeculum undecimum proſequatur, ut Martenius ipſe obſervare non omiſit.*

contra-xiſſe dicamus

6 *Adhuc ſupereſſe illam* S. Hildulfi *Vitam, quam circa annum* 964 *Medianenſes noſtri* adhibitis ſcholaſticis, *id eſt litteratis viris, breviare fiduxerunt, & hanc eſſe illam ipſam cui primum hic locum dedi, non tam veriſimile, quam verum ac certum mihi videtur. Nam primo, hæc Vita non eſt niſi compendium quoddam primævæ illius* S. Hildulfi *Vitæ, quæ in volumine non parvæ molis continebatur, ut conſtat ex ejus tum initio quod tale eſt:* Incipiunt quædam de vita viri Dei Hildulfi Treverenſis Archiepiſcopi: *tum etiam fine, qui talis eſt:* Hæc paucis dicta ſunt de geſtis Deo digni antiſtitis, quibus admirabilis huic mundo & acceptabilis ſuperno Regi exſtitit, dum humanis rebus interfuit. Ceterum ab his, quibus contigit ejus ſedulitate tunc temporis perfrui, veraci ſtylo digeſta ſunt ipſius acta in volumine non

parvæ quantitatis, quod præ incuria adeo vetuſtas conſumpſit, ut vix hæc minima, quæ promiſimus, excerpi exinde potuerint. D AUCTO. H. B. *S. holaſtici, ſeu ſui litterati,*

7 *Secundo, hæc eadem prima Vita non eſt ſimplex ac nuda narratio præcipuorum geſtorum* S. Hildulfi, *ſed opuſculum a Scholaſticis, hoc eſt, ut dixi, litteratis viris, quales rude & indoctum illud ſeculum ferre potuit, diligenter elaboratum. Tertio, quo tempore Joannes a Bayono primam brevilatam fuiſſe aſſerit antiquam* S. Hildulfi *Vitam, eadem prorſus, hoc eſt ſub finem ſæculi decimi, primam hanc Vitam adornatam fuiſſe neceſſe eſt, cum manuſcriptum illius codicem habeamus, qui ſeptingentos annos attingit ac forte ſuperat, neque tamen primigenium ejus exemplar eſſe videtur, quandoquidem aliis quibuſdam Sanctorum Vitis in uno eodemque codice permiſtum reperitur; & in fine nullo pagina poſt abſolutam S. Hieronymi vitam ſubjungitur hoc modo:* Explicit vita beati Hieronymi presbyteri. Incipiunt de vita viri Dei Hildulfi Trevirenſis archiepiſcopi.

chronologia imperiti. 8 *Ceterum dicere vix queo, quam proclive mihi ſit credere, illos decimi ſæculi* Scholaſticos, *qui priſcum Vitæ* S. Hildulfi *volumen breviarunt, in chronologia Regum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum minus, quam par erat, eruditos fuiſſe, & nihilominus, ut eruditionem aliquam oſtentarent, nominibus communibus & appellativis Regis, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quæ ſola (quantum conjicio) in antiquo reperiebantur codice, nomina propria Pipini, Milonis & Jacobi adjeciſſe, ex quibus inſuperabilis illa orta eſt difficultas, Vitam & geſta* S. Hildulfi *cum additis hujuſmodi notis chronologicis conciliandi, quæ poſteriores tantopere torſit auctores.* F

§. II. De nomine, genere, & patria S. Hildulfi.

Non multum de nomine, ſed de genere & patria diſceptatur. S. Hildulfus, *alias* Hidulfus, Idulfus, Hildulphus, Idolfus, Ildolfus, & Hildolfus *nominatur, ſed in antiquioribus Vitæ ejus manuſcriptis codicibus conſtanter* Hildulfus *legitur, a Voſagiensis autem patria ac vulgari lingua vocari conſuevit* Saint Idou. *Ex claro genere* B. Hildulfum *ortum fuiſſe, omnes ſcriptores perhibent, verum quænam fuerit illius patria non omnes pariter conveniunt. Quidam enim illum Hiber-*

num cum Brunnero *Annal. Belcor. part.* 1, *lib.* 5 *ad an. Chriſti* 746. *Alii Scotum, cum* Velſero *Rerum Boiar. lib.* 5 *ad an. Chriſti* 743, *&* Hundio *in Metropoli Salisburg. tom.* 1, *fuiſſe tradunt: ſed levi potius conjectura, quam gravi aliqua auctoritate dicti: neque horum illorumve ſententia ſtare poteſt cum manuſcriptis Vitæ illius codicibus; licet enim in ſecunda Vita, utpote compendioſiore, nulla Sancto aſſignetur patria, attamen in prima, quæ amplior eſt, diſertis verbis dicitur,* claro ex Nerviorum genere ortus; *in tertia vero, quæ interpolatoris alicujus manu auctæ & identidem emendatæ fuit, legitur quidem* claro Nerviorum genere ortus, *ſed mox ab eodem interpolatore ſubjungitur:* circa illius temporis ætatem Garibaldus regebat eamdem Noricorum hoc eſt Bajoariorum gentem: *ex quibus ultimis verbis evidenter apparet vocem* Nerviorum, *primo loco poſitam, ex ipſius interpolatoris mente, non niſi pro mendo habendam eſſe, neque* Nerviorum *ſed* Noricorum *legi debere. Fuit igitur* S. Hildulfus *patria vel Nervius vel Noricus;*

Digitized by Google

AUCT. H. B.

sed uter fuerit, reſtat inquirendum, nec res careret difficultate; nam primo cum maxima ſit inter Nervios & Noricos diſcrepantia, certe non potuit, quaſi parum aut nihil intereſſet, B. Hildulfus indiſcriminatim modo Nervius modo Noricus appellari.

Ex Nerviorum deſcriptione?

10 *Nervii ex Strabone lib. 4, & Cæſare Comment. 6. Treviris jungebantur: illorum autem fines Cluverius Germaniæ antiquæ lib. 2, cap. 22. ſic deſcribit:* Terminus Nerviis a Septemtrionibus idem qui Atvaticis a meridie; ab ortu Moſa flumine primum a quinque illis populis, qui uno nomine antea Germani, mox Tungri dicti fuere, deinde a Treviris ſeparabantur. A meridie Rhemos attigiſſe inde colligo, quod Cæſar Commentar. 5 Arduennam ſilvam per medios fines Trevirorum, a flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinere aſſeverat; Commentario autem 6, eamdem ab ripis Rheni finibuſque Trevirorum ad Nervios pertinere ait: ab occaſu ipſo B Scalde ad Camaracum uſque Ambianis; hinc vero ad Scarpæ confluentes ab Atrebatis dirimebantur. Continentur hodie regiones his finibus iſtæ: Namurcenſis comitatus pars inter Moſam & Sabim, deinde Hannoniæ maxima pars, nec non e Picardia Tiraſſienſis ducatus portio; item Cameracenſis agri pars. *Hæc Cluverius, a quibus non recedit Jacobus Carolus Spener in Notitia Germaniæ antiquæ lib. 7, cap. 5. num. 32 & 33, quamvis num. 34, hos Nerviorum limites ſeriore ævo plurimum turbatos atque confuſos fuiſſe aſſerat, cum in mapa littoreve notitia imperii Romani & paſſim auctores Nervios nobis oſtendant; Nervicum littus & Nervicanum tractum cum Armoricano conjungentes, atque ad oceanum ponentes.*

Patria etiam Noricorum, oſtendit Sanctus

11 *Noricos vero veteris Illirici partem occupaſſe, certiſſimum eſt, ſed quam & quotam ut clare definiatur; diſtinguendum eſt inter priſcum & recens, hoc eſt medii ævi Noricum. Priſcum ſic deſcribit Ptolomæus Geographiæ lib. 2. cap. 14.* Noricum terminatur ab occaſu OEno fluvio ad Cetium montem: ab ortu ſolis ipſo monte Cetio; a meridie vero, parte Pannoniæ ſuperioris, quæ ſub dicto eſt monte, *quam deſcriptionem variis auctoribus confirmant & illuſtrant tum Philippus Cluverius, tractatu ſingulari de Vindelicia & Norico; tum Jacobus Carolus* C *Spener in Notitia Germaniæ antiquæ lib. 6, cap. 11, ubi alt* quod continetur hodie veteris Norici tractu magna pars Auſtriæ & Archiepiſcopatus Saltzburgicus cum omni Styria & Carinthia ducatibus. *Recens vero ſeu medii ævi Noricum longius verſus occaſum protendebatur, & præter priſcum Noricum; Vindeliciæ ſive Rhetiæ partem, Lyco fluvio tenus; hoc eſt omnem Boicam ad dextram danubii ripam complectebatur, ut expreſſe aſſerit Marcus Velſerus Rerum Boicarum lib. 3, ubi addit quod cum Boii partem veteris Norici, recens vero totum ad ipſum Lycum tenerent, plerique auctores Boicorum Noricorumque appellationes habuere promiſcuas. Vide eumdem Velſerum Rerum Auguſt. Vindel. lib. 3.*

Poſſremi, ſeu Bavarie recentiores,

12 *At ſive priſcum ſive recens Noricum attendamus; Nervios a Noricis longe diſſitos fuiſſe, manifeſtum eſt. Minime igitur confundi aut pro iiſdem haberi unquam poterunt, quemadmodum Noricis & Boiis ſeu Boiariis contigiſſe videmus. Quapropter ſi* beatus Hildulfus *fuit patria Nervius, nullatenus potuit patria Noricus eſſe aut dici. Hunc nodum ut ſolvent aliqui* S. Hildulfum *genere quidem, non autem patria, & forte* D *etiam tam genere quam patria Nervium fuiſſe, ſed aut parentes ejus, priuſquam naſceretur, e Nerviis ad Noricos tranſmigraſſe, aut ipſum jam natum eo deportaſſe, ſeu deportandum dediſſe; aut denique ipſummet, adhuc puerum ſeu adoleſcentulum, eodem profectum eſſe & Ratiſponæ litterarum ſtudiis operam dediſſe, ibidemque clericali militiæ adſcriptum fuiſſe opinantur. Verum hæc omnia gratis ſibi fingunt, cum in nulla ex tribus Vitis S. Hilduſi vel minimum extet veſtigium tranſmigrationis, deportationis aut profectionis hujuſmodi. Deinde quamvis in omnibus manuſcriptis codicibus primæ Vitæ mihi notis, legatur* beatus Hildulfus claro ex Nerviorum genere ortus, *tamen vix dubitari poteſt, quin exemplar quo interpolator illius Vitæ uſus eſt,* Noricorum *non* Nerviorum *habuerit: hoc enim manifeſte ſupponit mox ſubdens:* Circa illius temporis ætatem Garibaldus regebat eamdem Noricorum, hoc eſt Baioariorum gentem.

rejectis, quæ in contextum pro Scotis & Hibernis addocta.

E

13 *Conſimilibus exemplaribus uſi videntur, tum Richerius Senonienſis, tum Joannes a Bayono Mediolanenſes hiſtoriarum ſcriptores, quorum ille circa annum 1260, hic vero anno 1326 hiſtoriam ſuam adornavit. Nam Richerius lib. 1, cap. 11. Sic loquitur:* In Bavariorum Territorio, in civitate quæ Renesborch dicitur, duo viri fratres extiterunt ex nobilibus illius terræ genitoribus procreati, quorum unus Erardus, alter vero Hildulfus vocabatur. *Joannes vero de Bayono lib. 1, cap. 18, de* S. Hildulfo *agere incipiens ait:* Qui claro Noricorum, id eſt Bavariorum proceſſit ſtemmate. *His accedunt complures graves Auctores, & imprimis Aventinus Annal. Boiorum lib. 3, cap. 7, ubi de* S. *Emmeranni monaſterio ſcribens, teſtatur, divum Arionardum &* S. Hildulfum *fratrem ejus Noricos fuiſſe. Adlzreiter Annal. Boior. parte 1 libro 7, num. 34, ubi hæc habet:* Per id temporis D. Erardus, qui & Eberhardus vel Arionardus, Epiſcopus Ratiſponenſis, ejuſque germanus, nomine Albertus, Boicam magnis virtutibus exornarunt. Habuere tertium fratrem Hildultum, quem Trevirenſis eccleſia coluit antiſtitem. Fuerunt illi claro Boicorum ſanguine, non Scotico aut Nervio, uti viſum eſt recentioribus. *Et Chriſtophorus Brouverus Annal. Trevirenſ. lib. 7, num. 157, ſic dicens:* Fuit Hildolphus claro ortus Noricorum ſeu Boiorum genere, non Scotico vel Nervio, ut viſum eſt recentioribus, fratremque habuit Erhardum, quem alii Eberhardum dicunt & Arionardum. P

§ III. De ætate ſancti Hildulfi.

PARS I.

Exponitur graviſſima difficultas ex prioribus Vitis S. Hildulfi & ex Vita S. Othiliæ.

Capitalem difficultatem creavit

CIrca ætatem S. Hildulfi *maxima eſt difficultas; non enim de paucis annis, ſed de integro ferme ſeculo inter Auctores diſceptatur; alii* ipſum ejuſque geſta *ad ſeptimum, alii ad octavum ſeculum referentibus, utriuſque ſententiæ fundamenta deſumuntur ex triplici ejuſdem Sancti Vita;*

A te; nam in qualibet illarum legitur ipſum Milonem in archiepiſcopatu ſucceſſiſſe, & abdicato poſtmodum dignitate, locum ſeceſſui aptum, a Jacobo Leucherum Epiſcopo ſibi deſignatum, petiiſſe. Certum eſt autem, neque Milonem ante medium ſeculum octavum interiiſſe, ac ſedem Trevirenſem reliquiſſe, neque Jacobum, ejuſdem nominis unicum illorum temporum Tullenſem Epiſcopum, ante idem tempus eccleſiæ Tullenſi præfuiſſe. Præterea tam in prima quam in ſecunda S. Hildulfi Vita legitur, Pipinum rempublicam Galliarum tunc gubernaſſe, cum clerus & populus Trevirenſis eumdem Sanctum in ſuum Antiſtitem unanimiter poſtularunt.

14 Nec quemquam morari debet, quod idem Pipinus, qui in ſecunda Vita expreſſe dicitur Rex & pater Caroli Magni, in prima Vita, omiſſo Regis titulo, dicatur duntaxat genitor Caroli Magni; five enim id evenerit cum Pipinus adhuc Major domus erat, ſive cum Rex jam evaſiſſet, parum intereſt, cum paucorum annorum inter utrumque ſit diſcrimen, maxime quoad Auſtraſiam, in qua Pipinus etiam tamquam Major domus principatum non tenuit, niſi poſtquam Carolomannus ejus frater rebus ſecularibus nuntium remiſit, hoc eſt poſt annum B 746. Contra vero in prædictarum vitarum qualibet duo narrantur præclara S. Hildulfi opera, quorum alterum Archiepiſcopus Trevirenſis jam factus, alterum autem, dimiſſo jam archiepiſcopatu & Vosagi ſolitudinem inhabitans geſſit.

ſcholaſtici illi Vitæ 2 ex vetuſtiori compilatore,

15 Primum eſt quod corpus S. Maximini, præſulis olim Trevirenſis, a loco quo eum ſanctus Paulinus Aquitanus ſepelierat, in alium tranſtulit; Secundum vero eſt quod Ethicenis alias Ethici ſeu Adalbici Ducis filiam, a nativitate cæcam baptizavit, quam ſanctus Erardus carne quidem beato Hildulfo germanus, ordine vero coepiſcopus, mente ſimul & corpore illuminatam de ſacro fonte excipiens nominavit Othiliam. Atqui hæc tranſlatio corporis S. Maximini multo ante obitum Milonis Archiepiſcopi Trevirenſis, qui Pipino regnante, aperiente percuſſus interiit, peracta eſt, ut ex ordine relationis Servati Lupi, qui res divi Maximini anno 839 ſcripſit, recte colligi cenſuerunt tum Godefridus Henſchenius in annotatis ad vitam S. Maximini die XXIX Maji cap. 2, tum Alexander Wilhemius in manuſcriptis annalibus celeberrimi C cœnobii ejuſdem S. Maximini, tum denique Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom. 3, lib. 15, num. 37. Poſtquam enim Servatus Lupus elevatas a beato Hildulfo S. Maximini reliquias narravit, miracula deinde conſecuta ſic recenſet, ut temporis ordine incedat.

quorum errores probat,

16 Exorſus igitur a nobili quadam Franca, Rodoara vocabulo, quæ diu deſideratam ſalutem ad S. Maximini memoriam recuperavit, progreditur ad Carolum principem (quod de Carolo Martello interpretandum, verum ſeries & conſequentia demonſtrat) qui longa febrium moleſtia gravique cibi ac potus faſtidio, quo laborabat, ibidem ſanatus eſt. Tum ſubdit recepta a duabus feminis & quodam Albone, ejuſdem Sancti interventu beneficia. Et tandem Regis Pipini, magni Caroli genitoris, quemdam clericum nec non ejuſdem Pipini ex filia nepotem Cuthbertum a dæmone liberatos narrat. Cum igitur exuvia S. Maximini loco motæ fuerint priuſquam Carolus Martellus ejus ejuſdem Sancti convulſiſceret, conſequens eſt B. Hildulfum, qui illas factus jam Epiſcopus movit, eſſe regno Pipini, qui Caroli Martelli filius fuit, longe anteriorem, ſeriique minime poſſe, ut eodem Pipino jam regnante Trevirenſem cathedram adeptus fuerit.

S. Maximini tranſlatio & S. Othiliæ baptiſmus

17 Confirmatur hoc argumentum ex antiquiore S. Maximini Vita, quam ex pervetuſto S. Victoris Pariſienſis codice depromptam edidere Socii Bollandiani, ad XXIX diem Maji; in hac quippe Vita tranſlatio S. Maximini S. Hildulfo non tantum adſcribitur, ſed etiam ſubſecuta miracula eodem prorſus ordine recenſentur ab anonymo Sammaximianenſi, qui ut auctor prævii ad eamdem Vitam commentarii alit, Pipini Regis ætate vixiſſe & ſcripſiſſe videtur, cum ultra eam haud quidquam referat, adeoque integro ferme ſeculo ſenior Lupo fuit. Similiter baptiſmus S. Othiliæ non modo præceſſit obitum Milonis regnumque Pipini, ſed ab utroque tantopere diſtitit, ut ad ſæculum ſeptimum omnino referri debeat. Probat id antiqua ejuſdem S. Othiliæ Vita, tom. 2. Actorum SS. Ord. S. Bened. edita, pag. 486, cujus auctor Anonymus diſerte aſſerit, non ſolum ſanctam Othiliam eſſe filiam Illuſtris Ducis Adalrici, qui alio nomine Ethichin dicebatur, & Berehſindæ uxoris ejus, quæ, ſicuti aſſertione plurimorum didicerat, affinitate S. Leodegarii redimita, ſoror beatiſſimæ Sigrandæ, matris ipſius ſanctiſſimi Leodegarii erat, verum etiam Ducem Adalricum ſeu Ethichin, qui & Etbico & ex voce Adalricus contracta, Aticus dictus eſt, temporibus Hildetici Imperatoris ſeu Regis, (quod de ſolo Childevico, Chlodovei ſecundi filio intelligi poteſt) eidem Berehſindæ, quæ etiam Bereſwinda dicebatur, matrimonio jam conjunctum fuiſſe, ex illiſque natam eſſe filiam, a nativitate cæcam, quæ paucos poſt annos baptizata viſum recepit. E

AUCT. B. H. ex quibus manifeſte evincitur

S. Hildulfum non ſæculo 8,

18 Idem confirmat fragmentum hiſtoricum quod Alberti Argentinenſis chronico præfixum, & ab Andrea Chеſnio recuſum eſt tom. 1 Scriptorum hiſtoriæ Francicæ, pag. 782. Ait quippe hujus fragmenti auctor pariter anonymus, Athicum ſeu Adalricum, patre adhuc ſuperſtite & Hilderico regnante, uxorem duxiſſe Bereſwindam nomine, & filiam ſororis S. Leodegarii & genuiſſe Othiliam, quæ ab ſancto Erardo Ratiſponenſi Epiſcopo & Hildulfo Trevirenſi baptizata, in ſacro fonte viſum recepit. Diſſentit quidem, ut patet, hic anonymus a ſuperiore circa Bereſwindam Athici ducis uxorem, quam ille ſororem beatiſſimæ Sigradæ matris ſanctiſſimi Leodegarii, hic vero filiam ſororis S. Leodegarii fuiſſe tradit. Verum F hæc diſſentio in præſenti quæſtione parvi pendenda videtur, maxime cum non repugnet, neptem & amitam ſimul eademque tempore vitam ducere. Potiorem tamen fidem anonymo ſcriptori Vitæ S. Othiliæ, quam anonymo auctori fragmenti Urſitianæ habendam eſſe arbitratur Mabillonius, qui in obſervationibus ad Vitam S. Othiliæ, poſtremum hunc auctorem deceptum fuiſſe ait, loco male intellecto Vitæ S. Leodegarii, in qua idem Sanctus Childericum regem arguiſſe perhibetur, quod Reginam, quam habebat conjugem, filia ſui eſſet avunculi, id eſt avunculi Childerici, quod tamen auctor fragmenti de S. Leodegarii avunculo perperam interpretatus eſt.

§. III. PARS ALTERA.

Urgetur res eadem ex diplomatibus & ex tertia S. Hildulfi Vita.

IDipſum evincunt pleraque vetera diplomata. Primum eſt ipſius Childerici II Regis, qui Valedio abbati S. Gregorii Monaſterienſis in Alſatia

quæ-

ſed ? maxime ſtrenue ſe.

A AUCT. H. B. *quædam ad fiſcum pertinentia conceſſit; & confectum ea de re præceptum inſcripſit Athico Duci. Meminit hujus diplomatis Mabillonius Annal. Bened. lib. 15, num. 6, & integrum illud ſuo loco dare propoſuerat, ſed cum id ab eo præſtitum non inveniam, idem ex veteri, & eodem ferme tempore quo autographum ipſum confecto exemplo, quod in archivo ejuſdem monaſterii aſſervatur, ſumma fide deſcriptum hic attexere non gravabor, ubi lectores præmonuero, de mira veterum in ſcribendis nominibus propriis varietate, deque litteris c & h quibuſdam vocabulis ob eis præter communem uſum appoſitis, nec non de illorum ſtyli barbarie, vitiorum orthographia & litteras permutandi licentia videndum Mabillonium de re diplomat. lib. 2, cap. 1 & Supplement. cap. 3 & 12. Sic habet diploma:*

Diploma Childerici,

20 Childericus Rex Francorum vir illuſter, Chadico Duce Rodeberto comete. Illud nobis ad ſtabilitate regni noſtri procul dubium credimus pertinere, ſi petitionibus ſacerdotum in quo noſtris fuerit auribus prolate perducemus ad effectum. Ideo cognoſcat magnitudo ſedulitas veſtra, quia nos homines illos qui commanunt in Moniſenſishaim & B Onenhaim quantumcumque ipſi ad partifiſco noſtro retebant, tam freda quam reliquas functiones Valedio Abbate ad monaſteriolo confluentis, hoc plena & integra voluntate viſi fuimus conceſſiſſe. Quapropter jubemus ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſoreſque veſtris idem ex hoc contrarie non exiſtetis, niſi ſicut diximus quantumcumque homines qui in ipſas dequas villas commanere videntur, totum & ad integrum ipſius Valedio abbate omnes functiones reddere debeant. Et ut hæc præceptio pleniorem obtineat vicorem, manus noſtras ſubter ſcriptionibus ſubter decrevimus roborare. Childericus Rex recognovit. *Subſequitur ſignum variis calami ductibus implexum.* Datum ſub die quarto quod fecit menſis Martius anno decimo tertio regni noſtri.

Item Theoderici

21 *Secundum eſt Theoderici Regis, fratris videlicet & ſucceſſoris præfati Childerici, in favorem Ebersheimenſis ſeu Novientenſis monaſterii datum inſcriptumque* Athico Duci & Adalberto comiti ceteriſque fiſci exactoribus. C *Hoc diploma refert Wolfgangus Lazius lib. 8 de Suevis, ſed prætermiſſa illius data, quam ſupplevit Mabillonius Annal. Bened. tom. 1 pag. 488, ex veteri ejuſdem monaſterii Chronico, ubi legitur datum menſe Februario, die nona anno decimo regni ipſius Theoderici. Tertium eſt Lotharii Imperatoris, quo prima monaſterii S. Stephani Argentoratenſis fundatio ac donatio, ab Adalberto Duce Athici Ducis filio facta, confirmatur augeturque. Nam in hoc diplomate, quod integrum edidit Franciſcus Guillimannus in ſuo de Epiſcopis Argentinenſibus commentario, idem Imperator ſic loquitur:*

& Lotharii

22 Omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtrorum præſentium videlicet & futurorum comperiat induſtria, quod dilecta cognata noſtra venerabilis ſanctimonialis & abbatiſſa ſancti protomartyris Stephani Ruadrut majeſtatem noſtram adiit, offerens obtutibus noſtris auctoritates & munimenta chartarum illuſtris parentelæ noſtræ progenitoris Ducis Adalberti, qui fundavit jam dictum locum in parte ſuæ hereditatis, quæ ſibi pertinuit inter ruinas veteris Argentorati, & dotavit eum prædiis ſuis large, pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum, ibidem attributis, & Attalam ſanctiſſimam virginem Abbatiſſam præſidere ordinavit. Et quemadmodum in eiſdem inſertum continebatur auctoritatibus, eumdem locum per pragmaticam regis Childerici conſtitutionem prærogativa emunitatis libertate communiri impetravit. Data Idus Maji anno Chriſto propitio imperii Domini Hlotarii in Italia XXVI, & in Francia VI. Indictione VIII. Actum publice in palatio regio argentoraco cum iremus in Italiam feliciter. Amen. D

idem tema Francor.

23 *Childerici nomen Chilperici loco in hoc diploma irrepſiſſe, contendit Colvitius Annal. Eccleſ. Francor. tom. 4, ad an. 712, quod inficiari nolim; at ex infra dicendis manifeſtum fiet, erraſſe Ulricum Obrechtum qui in Prodromo rerum Alſaticarum cap. 9, pragmaticam conſtitutionem, de qua hic eſt mentio, ad alium quam Childericum tertium referri debere negat. Quartum eſt Theoderici Caleſis Regis* Liutfrido Duci & Eberhardo domeſtico, ac venerabili in Chriſto Domino Benedicto Abbati *inſcriptum, quo idem Rex monaſterii Honangienſis, recens conſtructi, regimen prædicto committit Benedicto, quem etiam Tubanum vocat. Hoc diploma refertur a Jodoco Coccio in Dagoberto pag. 132. Sed in eo deſideratur annus, quem ex charta ſequente facile erit colligere.* E *His diplomatibus adſtipulatur charta, a Mabillonio edita, donationis facta per Liutfridum Ducem & Eberhardum Comitem, Adalberti ducis filios, monaſterio Honangienſi in hunc modum:*

Tum charta a Mabillonio edita

24 Sacroſancto monaſterio quod dicitur hohenaugia, in honore ſancti Michaelis ſuper fluvium Rhenum conſtructo, ubi Dominus Benedictus Abbas præeſſe videtur, Liutfridus & Eberhardus cogitantes pro animabus noſtris, vel pro æternæ retributionis venia, propterea complacuit nobis animus, ut de ipſa inſula quæ dicitur hohenaug & Rhenus circuit, de parte noſtra, quantumcumque genitor noſter Adalbertus Dux nobis moriens dereliquit, ad ipſum monaſterium condonare deberemus. Ideoque hæc omnia ſupra jam dicto monaſterio vel agentibus veſtris, a die præſenti, in veſtram tradimus dominationem ad poſſidendum. Datum tertio Idus Decembris anno III regni Domini noſtri Theodorici Regis. Signum Liutfridi Ducis qui conſenſit. F S. Eberhardus domeſticus hanc epiſtolam teſtamenti a me factam relegi & recognovi. S. Ego Eugenia acſi indigna abbatiſſa quæ conſenſi. *Erat hæc Eugenia abbatiſſa neptis B. Othiliæ ejuſque in Hohemburgenſi Parthenone immediata ſucceſſrix.*

unde ſequitur & evidens

25 *Ex quibus omnibus monumentis certum ſit & evidens, primo, Athicum Alſatiæ ſeu Allemanniæ ducatum tenuiſſe Childerici II Regis tempore. Secundo, eumdem Athicum adhuc in vivis extitiſſe, Adalbertumque comitem, ejus filium ac B. Othiliæ fratrem, perfectæ jam ætatis virum fuiſſe, cum ambobus*, hoc eſt Athico Duci & Adalberto comiti ceteriſque fiſci exactoribus *præceptum ſuum inſcripſit Rex Theodericus frater ac ſucceſſor Childerici ſecundi, anno decimo regni ſui, id eſt anno Chriſti 683 vel 684. Tertio, in Alſatiæ ſeu Allemanniæ ducatu Athico ſucceſſiſſe Adalbertum, qui monaſterium ſancti Stephani Argentoratenſis condidit, eique præfecit ſanctiſſimam virginem Attalam (quam omnes auctores filiam ejus, & neptem D. Othiliæ fuiſſe tradunt) ac inſuper eumdem locum, impetrata a Rege Childerico pragmatica conſtitutione communivit; qui profecto Rex Childericus nul-*

Digitized by Google

A *latenus esse potuit Childericus III, ad cujus regnum non pervenit praefatus Dux Adalbertus, qui anno tertio Regni Theoderici Calensis, hoc est anno Christi 724 jam obierat, ut ex praellata charta pro monasterio Honaugiensi liquido constat. Unde vel Childericum II, vel saltem Chilpericum II, ut Colvitio placet, fuisse necesse est.*

26 *Quarto, Adalberto Duci successisse Luitfridum, alias Leutfredum, vel Leudefredum, filium ejus, proculdubio natu majorem, qui ducatu jam potiebatur ante praedictum annum 724, ut ex eadem charta, ultimo loco a nobis relata patet, sanctam vero Otbiliam eodem anno 724 jam vivere desisse, ejusque locum in Hebenhörgensi parthenone tunc obtinuisse Engeniam ejus neptem, quae donationi a Luitfrido Duce & Eberhardo comite fratribus suis Honaugiensi monasterio factae, anno 111 regni Theoderici Calensis subscripsit & consensit sub hac forma:* S. Ego Eugenia acsi indigna abbatissa quae consensi. *Unde apparet, B. Otbiliam vitae suae partem maximam saeculo septimo traduxisse, & baptismum, eo durante accepisse, nec non a vero longe aberrasse Guebwilleram, Colvitium Annal. Eccles. Franc. an. Christi 690, num. 52, Peltreum in Vita S. Otbiliae & alios, qui hanc Sanctam annis non minus centum tribus vixisse & anno duntaxat 760. vel 765, sub Pipino rege e vivis excessisse tradunt. Cum igitur translatio S. Maximini & baptismus S. Otbiliae, quae inter praeclara S.* Hildulfi, *jam facti Archiepiscopi Trevirensis, gesta memorantur, ad septimum saeculum referri omnino necesse sit, contra vero obitus Milonis Archiepiscopi Trevirensis, cui successisse* B. Hildulfus *dicitur, & praesulatus Jacobi Episcopi Tullensis, a quo secretum habitationis locum, dimissa dignitate, petisse fertur, non nisi saeculo octavo saltem mediante contigerint, & nihilominus in omnibus* S. Hildulfi *Vitis haec & illa simul connectantur, mirum videri minime debet, si circa ejusdem Sancti aetatem auctores tantopere discrepent,*

& tempora connectuntur;

27 *Verum in tertia Vita, quae ut prolixior ita etiam explicatior est, plura insuper reperiuntur, quae* B. Hildulfi *ortum, praesulatum, & secessum in Vosagum saeculo septimo adscribi debere comprobant. Primo enim tempus illius ortus sic ejusdem Vitae auctor designat.* Circa illius temporis aetatem Garibaldus regebat eamdem C Noricorum hoc est Baioariorum gentem..... Ea quoque tempestate Austrasiis imperabat Theudebertus. *Atqui Garibaldus, quisquis ille fuerit, sive pater Theodelindae, quem hic auctor cum nonnullis rerum Boicarum scriptoribus in regnum quasi postliminio rediisse fortitan existimavit, sive Thassilonis filius, quem Paulus Diaconus lib. 4, cap. 4, Velserus Rerum Boicar. lib. 3, Brunnerus, Annal. Boicae gentis part. 1, lib. 6, Adelreitter Annal. Boicor. part. 1, lib. 4, & alii patri successisse asserunt, causam ex eorumdem omnium auctorum opinio, hunc Garibaldum (seu primus seu secundus fuerit) non regnasse ultra duodecimum saeculi septimi annum, in quo ipse etiam Theodebertus Austrasiorum Rex regnum ac vitam amisit. Consequens igitur est,* ut B. Hildulfus *eodem saltem anno hoc est Christi sexcentesimo duodecimo natus sit.*

quae ex tertia Vita

28 *Secundo, narrat hic auctor ejusdem Vitae capitibus 2 & 3, qualiter* B. Hildulfus *post expleta litterarum studia,* moribus ecclesiasticis jam assuefactus, Reginoburgi clericatus honore donatus est, ac tandem exemplo fidelis Abrahae, terra, cognatione, domoque parentum egressus, iter arripuit Sicambriam versus, subiitque civitatem Treviricam, quam tunc incolebat copiosus monachorum numerus ... quibus, spem saeculi irridens, imperterritus Agonoteta Christi sociatus, monasticam normam professionis explevit & actibus ... Eratque (*inquit*) in illis diebus in regio palatio Angisus, Arnulfi filius, administrans principatum sub nomine Majoris domus, cujus quoque aetatem attigit Heraclius Romanae reipublicae Augustus, qui revexit sanctissimae Crucis lignum a Chosroe tyranni partibus ... Pipinus post multum temporis patri Angiso decedenti succedens, rempublicam Galliarum gubernavit florentissime ... Hic & alios filios habuit, sed ex his praecipuus Carolus extitit, qui ei in principatu successit. Quod idcirco fortassis plus justo visum est prosequi, ne similitudo nominum decursioque temporum in sequentibus injiciat scrupulum lectori: nempe praefatus Dux Carolus, primi ex Francis magni Imperatoris Caroli extitit avus. *Tum subdit:* E Publicis igitur utilitatibus invigilante Angiso jam dicto, Milone Archiepiscopo rebus humanis exuto ... tunc subito Hildulphi nomen per ora omnium sonuit, quod vir esset nobilis, scientia eruditus, lingua urbanus, vita Deo hominibusque placita, ac moribus clero & plebi proficuis congruisque compositus. Mox sermo in aula Regis pererebuit, atque exiit edictum ut vir talis ac tantus pastorale subiret ministerium. *Atqui tum Heraclius Imperator, tum Angisus, S. Arnulfi filius, ad saeculum septimum omnino pertinent; obiit enim Heraclius anno 641: floruit vero Angisus potissimum sub Regibus Sigeberto & Childerico, nec excessit annum 687, immo necem ejus longe citius contigisse plerique arbitrantur: restat igitur, ut perperam huc intrusum & demortuo tunc temporis Trevirensi Archiepiscopo male affictum fuerit Milonis nomen.*

non pauca locis citandis.

29 *Tertio, idem Auctor expresse asserit cap.* 20 quod emicuit ab ærumnabili incolatu hujus nostri exilii piissimus pastor S. Hildulfus quinto Idus Julii, cum ageretur annus ab Incarnatione Jesu Christi septingentesimus septimus consulatu Justiniani junioris Augusti, a Leone *seu Leontio*, contra eum rebellante, narium detruncatione deformati, F *iterumque imperantis*, quinta Indictione, anno trigesimo sexto habitationis suae in hujus terribilis eremi vastitate, quadragesimo vero a gloriosa Domini pontificis Maximini translatione. *Errat tamen auctor dum subdit hanc mortem contigisse* sub Sergio venerabili Papa *qui sex annis prius e vivis excesserat. Quarto denique adjungit ipsemet auctor ejusdem Vitae cap.* 21, *quod* post gloriosi pontificis Hildulfi transitum, Reimbertus vir spectabilium ornamentis decenter praeditus morum, concordi voto fratrum, regiminis subiit officium, quodque illius tempora & opuscula sub Regibus Theoderico atque Childerico juniore Pipinoque filio Ducis Caroli sunt decursa. *Praefuit enim ut inferius dicetur idem Reimbertus Medianae monasterio non minus quinquaginta annis.*

loci; moritis

§ III.

Digitized by Google

AUCT. H. B.

§ III. PARS TERTIA.

Aliis argumentis evincitur, in Vitis S. Hildulfi tempora confusa fuisse.

Accedit ita S. Deodati

VArIis *præterea hæc de* sancti Hildulfi *ætate sententia confirmatur argumentis, aliunde petitis. Primum petitur ex Vita S. Deodati Nivernensis Episcopi, quæ, cum anno* 1049 *ad summum Pontificem Leonem* IX *delata, & in provinciali synodo sanctæ Romanæ Ecclesiæ recitata fuisset, ab eodem Pontifice decretum fuit, ut in Ecclesia legeretur, unde in lectiones verbotenus digesta fuit, & in choro ad Officium per multos annos a Canonicis Sandeodatensibus deinceps recitata, ut constat ex Legendario in illorum Archivio etiamnum servato, de quo vide commentarium prævium in eamdem Vitam die* XIX *Junii. In hac quippe Vita dicitur primo, quod* beatissimus Hildulfus dignissimos sancti Maximini artus transtulit quando ab incarnato Domino sexcentesimus sexagesimus septimus annus volvebatur. *Secundo, quod* decurrente sexcentesimo
B septuagesimo primo anno, semper imitandus pater Hildulfus, archipræsulatu Trevirorum abrenunciato, semet ad commoriendum Christo addicens, huic aridæ eremo dulcissimus vicinus, & pacatissimus affinis accessit suo Deodato. *Tertio, quod* cum divina miseratio emeritum militem suum Hildulfum a nimio labore decrevisset in æternum requiescere, per dilectissimum sibi Deodatum dignatus est eidem transitus sui diem denunciare, & ut satageret ambas eorum cellas (sicut res poscebat) disponere. Itaque fratribus suæ cellæ designato abbate domno Reimberto, valli autem Galileæ domno Marciniano, emicuit ab hoc exilio ab Incarnatione Jesu Christi anno septingentesimo septimo.

ejusque cum S. Hildulfo societas,

31 *Secundum petitur ex mutua inter* B. Hildulfum *& S. Deodatum in Vosago jam commemorantes amicitia & societate. Exinde enim necessario consequitur,* B. Hildulfum *fuisse S. Deodato coævum, at certum est, sæculo septimo S. Deodatum floruisse & monasterium Vallis Galileæ construxisse; nec non eamdem vallem cum omni integritate a rege Childerico* II, *&* C *privilegium, pro monachorum ibidem existentium quiete, a Nemoriano Archiepiscopo Trevirensi impetrasse; ut videre est in ejus Vita ad prædictam diem* XIX *Junii. Constat autem hæc amborum Sanctorum amicitia & societas non solum ex eadem S. Deodati Vita, in qua graphice describitur, sed etiam ex ea quæ inter illorum discipulos, Sandeodatenses nimirum & Medianenses monachos continuavit, societate ac necessitudine; maxime vero ex pia, & usque ad medium circiter sæculum decimum septimum servata consuetudine, ad se invicem singulo quoque anno deferendi primum tunicas, deinde corpora sanctissimorum suorum patronorum.*

quæ tanta fuit,

32 Charissimi Pontifices, *inquit anonymus auctor vitæ S. Deodati cap.* 3, statuerunt semel in anno, dum in hac vita manserint, alter alterius cellam invisere, atque ibi sub noctem commanere, quam insomnes totam in sanctis colloquiis & divinis laudibus solebant expendere, diluculo autem ad suam redire ... Et Dominus quidem Hildulfus non procul a cella cum suis discipulis occurrebat venienti ad se Domino Deodato & suis, quem data manu ducebat ad orationem, se- D
cundum antiquorum patrum consuetudinem & institutionem S. Benedicti abbatis, sicque pariter, oratione fusa, salutabant se invicem cum spirituali gaudio, & tum demum sociabantur sibi in Sancto illibatæ pacis osculo & in reliquo caritosæ affectionis officio. Idem piissimus pater Deodatus faciebat carissimo suo Hildulfo, cui cum suis occurrebat, Mortha flumine transito; nam quoad vixit, cellam priorem apud S. Martini oratoriolum non deseruit.

ut multis post sæculis

33 *Post obitum vero sanctissimorum amicorum* a devotissimis discipulis, *pergit auctor*, observatum fuit, quod a piissimis magistris recolebant traditum, videlicet ut semel in anno & isti inviserent cellas eorum, & illi istorum, tamquam præcipua pignora præferendo tunicas magistrorum; quibus cum tanta devotione occurrebatur, & tanta veneratio exhibebatur, ut dulcissimi patres ad filios rediisse post longa sæculorum volumina crederentur ... Ergo hæc consuetudo tam pia & religiosa integerrime conservata est inter hæc
E duo cœnobia, donec sancta corpora, plurimis miraculis declarata, sublevarentur de terræ gremio, divina disponente gratia. Tunc quod consueverant facere in tunicis Sanctorum usque ad nostra tempora, conservarunt in corporibus eorum cum eis invicem se visitando, aut sibi complacito loco dulciter occurrendo, ubi inter se pias commutando sarcinas, aliquamdiu velut proprios Dominos gestare amant.

in sibi piissime ravenit;

34 *Perseveravit hæc eadem consuetudo ad medium circiter (ut dixi) sæculum* XVII, *convenientibus hujus rei gratia singulo quoque anno, feria* V *post Pentecosten ex una parte Canonicis S. Deodati, & ex altera parte monachis Mediani monasterii, ad sacellum media inter utrumque cœnobium via erectum, in loco satis amœno, qui Bellus campus dicitur, & grandævis ac præaltis fagis consitus est; verum anno* 1635, *grassante in Lotharingia sævissimo bello, & capsa S. Deodati cum magna parte sacrarum ejus Reliquiarum luctuoso concremata incendio, intermitti cœpit, nec deinceps restituta fuit, quamvis illam renovare Lotharingica pace facta, hoc est post annum* 1661, *Medianenses nostri non semel tentaverint, eoque consilio ad prædictum* F *sacellum, die solita, invitatisque prius Sandeodatensibus Canonicis cum capsa S.* Hildulfi *aliquoties accesserint; præfati enim Sandeodatenses hanc provinciam sibi rursus imponere detrectarunt.*

suscitatis nonnisi supplicationibus

35 *Ritus in hac mutua Sanctorum pignorum delatione & comutatione servari solitus, sic describitur ad calcem Officii proprii* S. Hildulphi, *Tulli Leucorum anno* 1668 *recusi.* Feria quinta post pentecostem. Hac die sic persolvi debet Officium, ut hora saltem sexta mediata discedi possit. Dicta prius antiphona, *Exurge Domine*, & reliqua de more, ut in processionali habentur, statim a choro per navim disceditur, cantando Responsorium *de Jerusalem*. Tunc quatuor Laici capsam S. Hildulfi, in sacello ejusdem Sancti præparatam, accipiunt deferendam post Religiosos. Finito Responsorio supradicto, dicitur hymnus *Veni Creator*: Deindo canrantur Responsoria sequentia &c. Cum autem perventum fuerit ad crucem proximam capellæ, capsa deponitur super lapidem ad id deputatum, ibique omnes

rema-

A remanent, si nondum venerabiles Canonici S. Deodati advenerint; si vero jam adfuerint omnes, eis statim occurrunt hoc ordine: Primo Cantores intonant Responsorium *Cum discipulis*. Tum cruces nostras præcedunt, quas subsequuntur vicarii nostri; deinde fratres per ordinem, duorum vel trium ad minus passuum inter unumquemque eorum interjecto spatio. Tunc capsa ipsa sequitur Religiosus, quousque a venerabilibus Canonicis assumatur deferenda, quam intortiva nostra tam in exitu quam in reditu hinc inde comitari debent; post hanc vero populus incedit.

in quibus utriusque Sancti utuntur

36 Cum autem tantillum progressi fuerint fratres, quatuor ex illis deputati paulisper a latere ceteros Religiosos cum modestia & gravitate bini incedentes præcedunt, capsamque S. Deodati adeunt, quam cum reverentia suis humeris imponunt, ibique remanent usque dum ceteri Religiosi ad prædictam sancti Deodati capsam, cum cantu deducendam, B ad sacellum itidem accurrentes, ad illos pervenerint, quos subsequentur. Transeuntes autem fratres e religione Canonicorum, capitibus nudatis, mediocri cum reverentia illos salutant: ubi vero perventum fuerit ad locum, depositis utrimque capsis ante sacellum; propter nimiam sacelli angustiam, universo populo foris remanente, fratres post Canonicos illud ingrediuntur, ipsius partem dexteram occupantes, genibus flexis e regione altaris toto Missæ tempore permanent. Dicitur Missa: post offertorium celebrans exhibet brachium sancti Hildulfi deosculandum Canonicis & nobis. Antiquior canonicorum primus deosculatur, (licet honestatis causa inviret antiquiorem ex nostris) quem sequitur præfatus antiquior ex nostris, sicque alium Canonicum alius frater pro numero Canonicorum ibi existentium ... Finita Missa post Canonicos egredimur.

solenni ritu adversum deferuntur.

37 Tum duo ex nostris intonant Responsorium *Ex locorum* ut infra; illi autem quatuor fratres nostri, qui capsam sancti Deodati detulerunt, iterum eam accipiunt ac per eamdem viam, qua venerant, in locum in quo acceperant, eam referunt præcedentibus itidem Religiosis, dantque hominibus ad id C deputatis, seseque fratribus statim conjungunt. Responsorium, Ex locorum vicinia & antiqua notitia Deodato charissimus Hidulphus erat inclitus alleluja. ℣. Qui Primas Trevirensium nuper intrarat Thalamum * Deodato charissimus. Gloria Patri & Filio. Deodato charissimus. *Quæ omnia paulo fusius hic enarrare operæ pretium esse duxi, quia constans & perpetua hac consuetudo statim ab obitu sanctorum Deodati & Hildulfi exorta, ad ætatem scriptoris Vitæ S. Deodati integerrime conservata, & ad hæc nostra ferme tempora religiose continuata locupletissimum mihi videtur præbere testimonium de amicitia & coætaneitate utriusque Sancti.*

Abbatum Medianensium

38 *Tertium petitur ex Libello de successoribus* S. Hildulfi *in Vosago, hoc est in Mediano, quod condidit monasterio; si enim obitus ejus ad finem sæculi octavi differatur, ut differri necesse est ab auctoribus oppositæ sententiæ, non relinquetur locus qui tribus primis ejusdem Sancti successoribus tribuatur. Certum quippe est, Fortunatum, qui quartus a dicto obitu Mediani monasterii extitit abbas, administrationem suscepisse a Carolo Magno initio sæculi noni, dissidentibus de eligendo abbate Medianensibus Monachis. Contra vero cum* sancti Hildulfi *obitus ad initium sæculi octavi revocatur & anno Christi 707 constituitur, assignati primis illis ejusdem Sancti successoribus anni integrum sæculum octavum perficunt, & usque ad imperium Caroli Magni perveniunt ut ex sequenti serie patebit.* AUCT. H.B.

successio ordinari non potest

39 S. Hildulfus *obiit anno Christi 707. Regimbertus alias Reimbertus*, S. Hildulphi *immediatus successor, præfuit annis non minus quinquaginta, ut est in Vita, illiusque tempora & opuscula sub Regibus Theoderico atque Childerico junxerit, Pipinoque filio Ducis Caroli sunt decursa 30. Sindrabertus, Regimberti successor*, post viginti & eo amplius annos *vel potius* post triginta & eo amplius annos ut *testatur Joannes de Bayono, qui posteriorem numerum legisse videtur in ea præfati libelli* de successoribus sancti Hildulfi *codice, quo in conscribenda historia Medianensi usus est, quique hoc* triginta & eo amplius annos *conjici ait ex chirographis illius temporis, quæ Sindrabertus vixit hist. Median. lib. 2, cap. 10. Dentur ergo Sindraberto regiminis anni 32. Madalinus, Sindrabertigermanus & successor, vixit annis 12. Qui omnes anni simul junctiefficiunt 801.* D E

& ultra annum 707 S. Hildulfus vixit

40 *Non equidem diffiteor, Fortunatum illum, qui Madalino successit, Gradensem potius quam Hierosolymitanum fuisse Patriarcham neque in Franciam venisse, aut ad Carolum Magnum accessisse ante annum Christi 803 ut ex Ughello, Ital. sac. tom. 5, Colutio, Annal. Eccles. Franc. tom. 6, & Mabillonio Annal. Bened. tom. 2 lib. 26, colligitur. Quo posito, consequens est, illum non fuisse primus institutum Mediani monasterii abbatem. Sed primo, nihil obstat quin Sindraberto qui* triginta & eo amplius annos *vixisse dicitur, triginta tres quatuorve regiminis annos concedamus. Secundo*, facile, altercantibus inter sese de eligendo abbate Medianensibus monachis, electio ad id tempus protrahi potuit, *inquit Mabillonius.*

nec in opposita opinione

41 *Quantum petitur ex eo quod oppositæ sententiæ funditus evertit ac destruit totam* sancti Huldulfi *historiam. Nam si hic Sanctus Miloni in archiepiscopatu Trevirensi, Pipino jam regnante transactoque jam medio sæculo octavo successit, certe nec S. Maximini reliquias transtulit, nec sanctam Othiliam baptizavit, nec B. Deodato, F cœnobii Vallis Galilææ conditori, amicus fuit, nec denique Medianum construxit monasterium, in quo jam inde ab initio ejusdem sæculi florebat Reimbertus abbas, quem secuti sunt Sindrabertus, Madalinus & Fortunatus, qui tempore Caroli Magni eidem monasterio præfuit. Longe autem credibilius est, Auctores Vitarum sanctorum Hildulfi & Deodati, qui hæc omnia accurate recensent, exactam principum & Episcoporum chronologiam ignorasse, quam veram præcipuarum rerum ab his Sanctis gestarum historiam nescivisse. Unde ex hujusmodi rebus ab eis gestis, certoque tempori alligatis, emendanda potius venit haud satis comperta prædictis auctoribus chronologia, quam ex ejusdem chronologiæ repugnantia rerum ab ipsis relatarum veritas denegenda.*

constans sibi potest tamen vitæ historia,

42 *Quam vero ignota fuerit illorum temporum scriptoribus prædicta chronologia, evidenter patet exemplo interpolatoris tertiæ* S. Hildulfi *Vitæ, qui licet obitum ejusdem Sancti expresse assignet v Idus Julii anni 707, & Papinum qui in prima Vita Galliarum rempublicam florentissime gubernasse dici-*

Digitized by Google

A ADVT. J. B. S. *dicitur, non fuisse Pipinum Caroli Magni genitorem multis offendat, attamen tanta laboravit inscitia chronologiæ Archiepiscoporum Trevirensium & episcoporum Tullensium, ut B. Hildulfum & Milonì Archiepiscopo Trevirensi successisse, & paucos post annos, relicta Trevirensi Cathedra, Jacobum Episcopum Tullensem de secreto habitationis loco consuluisse asserat, sicque obitum Milonis & præsulatum Jacobi, quos non nisi post medium sæculum octavum contigisse certum est, ad medium circiter sæculum septimum necessario revocet.*

quam tamen vindicat eruditorum consensui.

43 *Quintum denique petitur ab auctoritate gravissimorum ac doctissimorum virorum qui quæstione de ætate* S. Hildulfi *superiore sæculo accuratissime discussa, hanc sententiam tamquam veriorem ac certiorem sequuti sunt, ac præsertim Godefridi Henschenii in sua de tribus Dagobertis Francorum Regibus Diatriba lib. 4 § 5, & in annotatis ad Vitam sancti Maximini Trevirensis die XXIX Maji cap. 2; Caroli Cointii in Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad annum Christi 667 n. 34, & ad annum 676, n. 23; Joannis Mabillonii in Annalibus Benedictinis lib. 15, n. 18, & lib. 16, n. 87; Francisci Riguetii insignis ecclesiæ collegiatæ S. Deodati præpositi, in suis memorialibus historicis & chronologicis ad Vitam*

B *ejusdem sancti Deodati, nec non in suo systemate historico & chronologico Episcoporum Tullensium cap. 15 & 17. Quibus jure merito accensendus R.P. Alexander Wilhelmius Societatis Jesu presbyter in manuscriptis Annalibus Sammaximianis ob eo adornatis. Quamvis enim hic auctor pro conciliandis oppositis de ætate* sancti Hildulfi *sententiis, duos Hildulfos statuendos esse opinatus sit, unum scilicet qui Numeriano, alterum qui Milonì in Archiepiscopatu Trevirensi successerit, nihilominus late, probat* Hildulfum, *Numeriani successorem paulo fuisse sancti Maximini translatorem, sanctæ Othiliæ baptistam, B. Deodati amicum, & Medianì cœnobii auctorem: quæ omnia sæculo septimo contigisse indubitanter affirmat.*

explosa S. Ludgeri ad Rixfridum epistola.

44 *Opponi quidem hic nobis potest epistola sancti Ludgeri ad Rixfridum Trajectensem Episcopum, a Surio Vitæ sancti Switberti adjuncta ad primam diem mensis Martii, in qua legitur, sanctum Stephanum Papam ad petitionem* Christianissimi Regis Pipini *anno 755, commisisse* vices suas ad experiendum actus, virtutes & gesta ac miracula sancti Switberti, ad

C canonizandum ipsum sanctum vice ipsius, venerabilibus patribus & Pontificibus sancto scilicet Hildolfo Trevirorum & Bonifacio Moguntinorum Archiepiscopis &c. *verum suppositiam esse hanc sancti Lutgeri Epistolam & contentam in ea de Canonizatione sancti Switberti narrationem merum esse figmentum, jam pridem viri docti quamplures ostenderunt, omnium vero eruditissime (inquit Mabillonius Ord. S. Bened. sæculo 3, part. 1, in elogio hist. sancti Switberti) Socii Bollandiani in Commentario prævio ad Vitam sancti Ludgeri die 26 Martii.*

§. IV. De Archiepiscopatu sancti Hildulfi.

Catalogi Episcoporum

NOn *est hic quæstio de nomine sed de re, hoc est de pontificatu Trevirensi; fueritne* S. Hildulfus *illo decoratus vel non; Cum enim Archiepiscopi nomen serius usurpari cœperit, prædictum pontificatum nisi sub Episcopi nomine procul dubio obtinere non potuit. Episcopis Trevirensibus* B. Hildulfum *omnes auctores accensent, sed duo sunt quæ recentioribus nonnullis aliquem dubitandi locum dederunt, utrum verus ac proprius ecclesiæ Trevirensis Episcopus fuerit, an vero Chorepiscopus tantum, hoc est Episcopus vicarium dumtaxat habens in civitate vel diœcesi Trevirensi administrationem. Primum est quod in uno aut altero veteri Episcoporum Trevirensium catalogo nulla* Hildulfi *mentio facta reperiatur. Secundum vero est, quod ab omnibus Vitæ ejus aliisque posterioris ævi scriptoribus Milonì in Episcopatu Trevirensi substitutus fuisse dicatur; quod nullatenus fieri potuisse ex mox dictis liquido apparet. Verum hæc tanti non sunt momenti ut nos ab antiqua & communi de episcopatu* S. Hildulfi *sententia dimoveant, nam primo certum est, plures in diversis ecclesiis reperiri imperfectos Episcoporum Catalogos, in quibus non pauci desiderantur, quos aliunde constat earumdem ecclesiarum episcopatum gessisse.*

D

imperfecti sunt,

46 *Secundo,* B. Hildulfus *sedem episcopalem Trevirorum longe ante mortem dimisit & in Median, quod condiderat, monasterio diem clausit extremum. At frequens occurrit in veteribus Episcoporum Catalogis omissio illorum, qui in sua sede defuncti non sunt, uti se observasse per litteras ad me datas testatus est, in hoc genere versatissimus R. P. D. Edmundus Martenius,* E *qui & sequentia suppeditavit exempla. In veteri Archiepiscoporum Remensium Catalogo consignati non reperiuntur, nisi manu recentiore, quatuor Archiepiscopi, videlicet Abel, Hugo Viromandensis, Gerbertus & Manasses, qui omnes sede sua pulsi aut sponte cedentes alio recesserunt. In nullo etiam ex antiquis Ebredunensium Archiepiscoporum catalogis reperitur Chramlinus, qui Theoderici regio tempore in conventu Episcoporum Marlaci (ut ex ejusdem regis diplomate Mabillonius conjicit Annal. Benedict. tom. 1, lib. 16, n. 89) habitu destitutus fuit.*

præsertim in omittendis iis, qui sedem deseruerunt,

47 *Consultone an casu fieret hæc talium Episcoporum omissio, judicent eruditi antiquitatis investigatores. Crediderim, ex diptychis & necrologiis ecclesiarum cathedralium plerumque conflatos fuisse catalogos Episcoporum, in hisce vero diptychis & necrologiis ut plurimum inscripta non fuisse nomina Episcoporum, qui e sede sua vel dejecti fuerant, vel alia ex ratione, etiam pia, recesserant. Certe supra nominatus Abel Rhemorum Episcopus fuit vir Sanctus, deque ecclesia Remensi bene meritus, nec tamen in ejusdem ecclesiæ diptychis nomen illius extabat; Nam de illo hæc habet Fulcuinus abbas Laubiensis:* de Abel quoque tale quid F comperimus. Remis nuper cum fuissemus & cum viro venerabili & illarum partium eruditissimo Adalberone archiepiscopo confabularemur, inquirentibus nobis originem ejusdem urbis & in ea Episcoporum successiones; prolati ejusdem civitatis pontificalibus gestis, in eis inventum est, quod in eadem civitate Abel quidam fuerit Episcopus, qui in ea plura acquisierit vel ornaverit: finis vero ejus quis fuerit scriptor gestorum ejus aut nescivit, aut omnino tacere voluit. Nos collatis undecumque temporum numeris, hunc eumdem Abel & nostrum fuisse & Scottum, & Episcopum facili ratione probavimus: sed quia scriptori ejus incertus extitit finis, longinquitas forte fecit itineris, & viri religiosi voluntaria privatio & amor patriæ cælestis. Dixit etiam Episcopus supra nominatus, prædecessorum suorum ductam usque ad se consuetudinem, ut inter Missarum solennia, in ea speciali commemoratione defunctorum, quæ supra diptycha dicitur, quotidie in aurem presbyteri

reci-

A recitante silenter subdiacono, omnium ipsius sedis nomina vicitim recitentur Episcoporum satisque mirari se, quod in ea commemoratione iste non inveniatur. *Haec Fulcuinus in lib. de gestis abbatum Lobiensium cap. 7, apud Dacherium Spicilegii tom. 7 (volui dicere vt, pag. 551.)*

quod exemplis probatur

48 *Tertio ex veteribus Episcoporum Catalogis nonnulli eo insuper vitio laborant, quod inscripti in illis Antistites perturbato interdum successionis ordine recenseantur. Nec certe mirum id videri debet, quantum ad illos spectat Episcopos qui amisso dimissove episcopatu, a suis ecclesiis recesserunt, & extra sedem defuncti sunt. Cum enim post illorum obitum, qui saepe etiam iisdem ecclesiis ignotus erat, in diptychis mortuorum & necrologiis non inscriberentur, facile accidit, ut in Catalogis ex hujusmodi diptychis & necrologiis forte depromptis omitterentur; deinde vero a posterioribus illorum Catalogorum conditoribus seu correctoribus adjicerentur quidem ejusdem sedis Episcopis, sed male interdum servato successionis ordine quem nescirebant.*

Postea quandoque addita nomina, B

49 *Hac (ni fallor) ratione factum est, ut & in veteri illo Trevirensium Episcoporum Catalogo qui, teste Mabillonio Annal. Bened. tom. 1, lib. 15, num. 57, extat in Bibliotheca monasterii sancti Gisleni in Hannonia, Trevirenses pontifices illorum temporum, de quibus hic agitur, nudis nominibus (ut in diptychis fieri solebat, recenserentur hoc ordine: Modoaldus, Numerianus, Basinus, Liutwinus, Milo, Wiomadus (omisso nempe S. Hildulfo) & postmodum a recentiore aliquo chronologiae ac successionis Episcoporum Trevirensium haud satis gnaro, eidem Catalogo sanctus pontifex jure quidem merito inditus, sed Miloni perperam substitutus fuerit. Inciderunt fortasse in hujusmodi catalogum Scholastici illi, qui vitam & gesta S. Hildulfi seculo decimo breviario finduerunt, cumque in eadem Episcoporum Trevirensium chronologia nihilo peritiores essent, Sanctum hunc pontificem Miloni successisse facillime crediderunt, & in breviore quam adornabant illius vita tradiderunt, unde ceteri postea scriptores in errorem inducti.*

sed locis non suis restituta. C

50 *Ut ut sit, fatendum quidem est, Miloni in sede Trevirensi succedere minime potuisse* B. Hildulfum, *qui longe ante Milonem, abdicatoque pridem Episcopatu, obiit; sed inde consequens non est, ipsum nulli alii successisse, atque Episcopum Trevirensem numquam extitisse; contrarium enim probant innumera diversi generis monumenta. Et primo quidem, illum ad episcopalem Trevirensis ecclesiae dignitatem evectum fuisse, docet tam vetus quam nova Antistitum Trevirensium historia. Secundo, Lupus Servatus idipsum aperte innuit in Vita sancti Maximini cap. 11, dum translationem sancti Maximini narrans ait:* Igitur venerabiles Episcopi Hildulfus, Clemens atque Gothbertus convenientes in unum, & quod evenerat diligenter examinantes, transferendæ B. viri ossa ex memorata crypta & in loco, ubi nunc sunt sita, judicavere ponenda. *Primus inter hos Episcopos nominatur* Hildulfus, *haud dubie quod praecipuam in ecclesia Trevirensi dignitatem & auctoritatem obtineret; nec certe decebat aut licebat ad examen & judicium illud procedere absque consortio Episcopi Trevirensis, ad quam maxime cures spectabat. Tertio, sanctus Petrus Damiani opusculo 19, disertis verbis testatur,* S. Hildulfum *Trevirensem Archiepiscopum extitisse.* Pocro *inquit,* Hildulfus Trevirensis Archiepiscopus quantæ sanctitatis quamque mirificæ vitæ vir fuit, spaciosus occidens non ignorat. AUCT. B. H.

51 *Quarto, idem produnt omnes* S. Hildulfi *Vitae, quarum prima ad illius aetatem quodammodo pertingit, cum circa annum 964 excerpta sit* ex Actis veraci stylo digestis, volumine non parvæ quantitatis, ab his quibus contigit ejus sedulitate tunc temporis perfrui; *ut conceptis verbis profitentur adhibiti ad hoc Acta brevianda Scholastici. Quinto, accedit antiqua S. Deodati Vita, in qua non tantum asseritur,* B. Hildulfum *Trevirorum Archiepiscopum extitisse, relictoque postea episcopatu in Vosagum secessisse, sed insuper annotatur, ipsum sanctum Pontificem S. Deodato concessisse privilegium, quod a duodecim Episcopis subscriptum fuisse dicitur. Qui vero tale privilegium concedere potuisset, si vere Trevirensis episcopus non fuisset. Sexto denique, idem confirmant omnia Kalendaria, Breviaria, Missalia, tam antiqua quam nova, ecclesiae Trevirensis, Mediani monasterii omniumque aliarum ecclesiarum* S. Hildulfi *memoriam colentium, in quibus omnibus constanter Trevirensis Episcopus vel Archiepiscopus nominatur.* Pro episcopatu Trevirensi sunt Vita omnes,

sed non facile dispositur E

52 *Restat igitur investigandum, quo tandem ordine ac loco inter Episcopos Trevirenses* B. Hildulfus *sit reponendus. Illum Modoaldi successorem, Numeriani vero decessorem existimavit Mabillonius, Annal. Bened. tom. 1, lib. 15, n. 58 & lib. 16., num. 16, sed ab hoc ejus sententia discedere cogimur; nam Numerianus unus est ex Episcopis per quorum consilium sanctus Sigebertus Rex privilegium concessit pro Stabulensi & Malmundariensi monasterii, ut constat ex Childerici II Regis, idem Privilegium confirmantis, diplomate, quod integrum exhibent Socii Bollandiani in Analectis ad Vitam ejusdem S. Sigeberti 1 die Februarii. Praerat igitur Numerianus Ecclesiae Trevirensi jam a tempore S. Sigeberti regis, qui anno 656 vita defunctus est. Nec obstat quod in dicto S. Sigeberti privilegio,* Nemoriani *loco legatur* Attalenus. *Quamvis enim Childericiani diplomatis perscriptor seu Notarius in hoc forte nomine erraverit, fieri tamen minime potuit, ut Episcopis, quorum consilio S. Sigebertus usus fuerat, Nemorianum annumeraret, nisi initia episcopatus ejusdem Numeriani, aetatem sancti Sigeberti attigisse aut datum hujusce diplomatis quibusdam saltem annis praecessisse constitisset, quod ad praesentem quaestionem sufficit.*

F

ordo successionis,

53 *Pervenit procul dubio Numeriani episcopatus ad inchoatum Childerici II, regnum. Id probat privilegium ab ipso datum pro monasterio sancti Deodati, quod integrum vulgavit Mabillonius in appendice altera tomi primi Annalium Benedictinorum num. 25. Licet enim in hoc privilegio annus non exprimatur, indultum tamen dicitur:* quatenus monachi, qui solitarii nuncupantur, de percepta quiete valeant juvante Domino per tempore exultare & sub ipsa sancta Regula viventes, beatorumque vitam Patrum sectantes, pro statu ecclesiæ Catholicæ & pro desiderabili salute Childerici gloriosi principis plenius Dominum valeant exorare. *Datum fuisse hoc Numeriani privilegium anno 664 putavit Riguetius, sed si (ut annotarunt Socii Bollandiani in annotat. ad Vitam S. Deodati die XIX Junii)*

variis variorum adstruentibus

54 *Tota ratio ipsum hunc anno adscribendi Riguetio fuit quod Gisleado Episcopo Virdunensi, sicut & Ubildulfo Metensi & Eberino Tullensi com-*

A AUCT. H. B. *provinciabilibus Episcopis inscriptum est, idem vero Gisoaldus juxta Vasseburgium obiit anno 665, inde solummodo probatur, serius quidem concessum non fuisse illud privilegium, sed nihil obstat, quin prius concedi potuerit, cum & Childericus regnare ceperit anno saltem 600 & tres illi comprovinciales Episcopi jam pridem ecclesiis suis præsiderent. At sive anno 664, sive aliquo priore datum sit hocce privilegium, certum est, Numerianum in sede Trevirensi non excessisse annum 666 siquidem anno 667, quo S. Maximini reliquias B. Hildulfus transtulit, eamdem ipse sedem jam conscenderat, quo deinde relicta anno 671 in nostram solitudinem se recepit, ut constat tam ex tertia ejusdem Sancti quam ex antiqua S. Deodati Vitis. Modoaldo itaque non S. Hildulfus, sed Numerianus, Numerianus vero S. Hildulfus successit, cujus sententiæ primus Auctor fuisse videtur Godefridus Henschenius, in Diatriba de tribus Dagobertis Francorum regibus lib. 4, num. 5, quem secutus est Franciscus Riguetius in systemate Chronologico hist. Episcoporum Tullensium cap. 27, sect. 3.*

B *quæ utrumque compensantur.* *55 Nec quemquam morari debet, quod multo longiorem Numeriano Pontificatum tribuat Masenius, in epitome Annalium Trevirensium lib. 7, ad an. Christi 657, ubi narrato Modoaldi exitu, sic ait:* Ad Numerianum deinde, ut sanctimonia excellebat, quæ tunc dabat præcipuum in electione suffragium, pontificalis cura translata est, cujus licet regendi tempora Browerus metiri se posse neget, constat tamen anno Childerici Regis octavo, quem Christi 670 facimus, etiamnum superfuisse ex diplomate ejusdem Stabulensibus concesso: Unde mirari desinet qui me ultra Browerum ejus vitæ tempora extendere videbit. *Evidens enim est, Masenium in eo deceptum fuisse, quod integrum non viderit Childerici Regis diploma, in quo quamvis Nemoriani mentio fiat, non tamen ait Childericus, se per consilium Nemoriani illud concessisse, sed solummodo, B. Remaclum ab ipso confirmationem petiisse præcepti quod bonæ recordationis patruus ejus Sigebertus, quondam Rex, pro Stabulensi & Maimundariensi Monasteriis, per consilium pontificum ipsius temporis, id est Humberti, Nemoriani, Gisoaldi, ... dederat. Ex quibus verbis tantum abest ut sequatur, Numerianum anno Childerici Regis 8, superfuisse, ut contrarium potius inferendum videatur.*

C

§ V. De monasterio S. Hildulfi.

Descriptio Vosagi montis

RElicto itaque episcopatu Trevirensi, B. Hildulfus secessit in Vogesum seu Vosagum montem, qui juga sua longe expandens, Lotharingiam ab Alsatia dirimit, & in occidentali ejusdem montis latere (quod hodie Lotharingiæ ditionis est) subsitit, juxta fluviolum a rapido cursu corrupte Rabodenem (R-bodeau, dictum, ad radicem asperrimi montis, e cujus cacumine præcelsa rupes eminet, quæ, teste Joanne de Bayono, olim Balma dicebatur. Extat hic locus media fere via, ab urbe Nanceiana Lotharingiæ metropoli, ad urbem Colmariensem in Alsatia superiore percelebrem, inter Sandedatense (saint Diez) & Ravonense, (Ravon) eidem viæ superstrata oppida, ab hoc quatuor, ab illo sex, a Morta (la Meurte) vero amne, in quem prædictus fluviolus Rabodo influit, duobus dumtaxat milliaribus distans.

57 Perpetua tunc montis Vosagi superfusa erat silva, feris quidem abundans sed hominibus plane deserta. Hanc tamen intercidere, subjectamque terram sparsim colere in ejusdem loci confinibus jam cœperant tum S. Gundebertus, Senonum Episcopus, Senonienssisque cœnobii ab oriente conditor, tum beatus Deodatus, Nivernensis Episcopus, & monasterii Junctiurarum, aliat Vallis Galilææ, a meridie Auctor, tum denique primus ecclesiæ Styvagiensis abbocasus institutor, quisquis ille fuerit. At sive ob nimiam convallis angustiam, sive ob circumsistentium montium asperitatem, inculta ac deserta eo usque remanserat media illa regio quam B. Hidulfus, occultioris solitudinis amore captus, elegit. Creditur in iis monasteriis

58 Neque tamen in hac latebra vir sanctus diu latere potuit, sed mox plerisque ad ejus magisterium concurrentibus discipulis, illorum pia desideriis ac deprecationibus permotus, de ædificando ibidem monasterio cœpit cogitare. Et quia congruens huic operi perficiendo spatium non habebat, eo quod, ut Richerius Chronici Senonienssis lib. 2, cap. 12 asserit, confinia Senonienssis Ecclesiæ & monasterii Styvagiensi ibidem jungebantur, impetrata ab utraque ecclesia aliquanta terræ portione, *susceptum consilium prosecutus est & ad optatum finem perduxit. Satis amplam ac spatiosam fuisse portionem illam, quam* B. Hildulfus *ab ecclesia Senonienssi impetravit, colligitur ex vulgato a Mabillonio, Annal. Bened. tom. 3, in append. altera num. 22, Childerici II Regis præcepto pro eadem Senonienssi ecclesia, in quo concessi ab eodem Rege territorii Marchiæ termini & confinia describuntur; sed longe minorem & angustiorem esse portionem illam, quam a Monasterio Styvagiensi idem Sanctus obtinuit, inde patet, quod ex eodem latere locum qui nunc sanctus Blasius dicitur cum nemoribus, & montem, qui „ Fulcodi rupes appellatur, cum multo terræ spatio adjacente Beggo, vir nobilis & opulens, B. „ Hildulfo ad monasterium suum ampliandum „ contulit, ut idem Richerius exoresse testatur, Chronic. Senon. lib. 1, cap. 12; & in omnibus ejusdem Sancti Vitis legitur.* quorum medium fuerit id quod ex. stranei Sancto E

59 Exstructo monasterio, quod (inquit ipsemet Richerius) de nomine loci, qui antea nomen non habebat, B. Hildulfus anxius erat, consideratæ ejus positione, quia ab oriente Senonienssi Monasterium, ab occidente Styvagium, a meridie Junctiuras, quæ nunc sanctus Deodatus vocatur, a septemtrione autem Bodonis monasterium habebat, illum suæ habitationis locum Medianum monasterium appellavit, quod nomen usque hodie perdurat. Crescente autem multitudine tam Clericorum quam Laicorum ad B. Hildulfum *confluentium, quia tot monachi in tam arcto & angusto loco simul habitare nequibant, diversas cellas in concessis sibi circumjacentibus locis idem Sanctus (teste eodem „ Richerio ibid.) exstruxit, nempe ad septem „ abietes, ad sanctum Joannem de Hurimonte, „ apud Orbacum, apud sanctum Projectum, apud „ Visivallum, ad Altam petram, quæ monasterio „ supereminet, ad locum in summitate montis, „ qui Roberti fons dicitur, denique ad Begonis „ cellam, quæ nunc sanctus Blasius vocatur. Fratres vero, qui in prædictis cellis sub regimine „ S. Hildulfi habitabant, æstimantur quasi numero trecenti.* additis subinde cellis a viis F

60 Quam in easdem cellas illarumque monachos tum clericos, tum laicos potestatem & auctoritatem B. Hildulfus *vivens exercuerat, eamdem, ipso*

quæ postmodum in parœciæ ordinem fue

A *ipſo defuncto, retinuerunt poſteriores Mediani monaſterii abbates, cumque extricatis & ſubactis ſilveſtribus agris, illuc villici aliique ſenſim accolæ conceſſiſſent, factum eſt ut monachorum cellæ in parœcias, illarum oratoria in eccleſias parochiales converterentur, & in illas abbatum Mediani monaſterii juriſdictio ſimul extenderetur. Quo pacto concretum & coalitum eſſe crediderim, proprium & ſeparatum earumdem parœciarum diſtrictum, in quo prædicti abbates omnimodam in clerum & populum juriſdictionem hactenus exercuerunt. Præter has in Mediani monaſterii diſtrictu conclusas cellas, extiterunt aliæ alibi, eidem monaſterio poſtea additæ ſubjectæque cellæ, ſed ab eo ſucceſſu temporis detractæ, inter quas primum locum obtinet Cella Bella vallis, quæ a Gerardo Comite Vademontano, Theoderici Ducis Lotharingiæ fratre defuncto ſæculo XI fundata, & Nanceium auctoritate Apoſtolica ineunte ſæculo XVII translata, quibuſdem factis bonorum acceſſionibus, initio hujus*

B *XVIII ſæculi, in præpositum & abbatiale monaſterium erecta & commutata eſt.*

62 *De primævo monachorum Mediano-monaſterienſium vivendi modo nullus hic mihi videtur dubitandi locus; nam cum ſæculo ſeptimo omnia fere monaſteria ſub ſanctorum Patrum Benedicti & Columbani regula condita & ad eam ordinata ſint, ut probat Mabillonius in præfatione ad Acta Sanctorum Ordinis noſtri ſæculo 1, eamdem, proculdubio, B. Hildulfus ſuſcepit, & diſcipulis ſuis ſervandam tradidit. Sed maximum hujus rei argumentum eſt tam arctiſſima, quæ inter eumdem Sanctum & B. Deodatum illorumque diſcipulos ſemper interceſſit animorum conjunctio, tum ſuſceptum a ſancto Hildulfo, poſt B. Deodati mortem, regimen monaſterii Vallis Galilææ. Qui enim hoc regimen illi convenire potuiſſet, ſi idem inſtitutum eamdemque vivendi regulam cum ſancto Deodato & Vallis Galilææ monachis non teneret? At ex privilegio Numeriani Archiepiſcopi Trevirenſis, pro monaſterio Vallis Galilææ, conſtat, hoc idem monaſterium a ſancto Deodato conſtructum fuiſſe* ſub Regula B. Benedicti & ſancti Columbani abbatis: *Eamdem igitur* B. Hildulfus *ſibi ſuiſque Mediauenſibus Monachis præſtituerat. Creſcente autem deinceps Regulæ ſancti Benedicti exiſtimatione & auctoritate, hanc ſolam Mediauenſes in hodiernum*

C *uſque diem retinuerunt ac profeſſi ſunt.*

63 *Inſigne ſemper habitum eſt Mediauum* ſancti Hildulfi *monaſterium & in celebribus ſacri Ordinis Benedictini cœnobii computatum; ſed inde celeberrimum evaſit, quod anno 1604 ſacra cum illuſtri ſancti Vitoni* (vulgo S. Vanne) *Virdunenſis monaſterio ſancita ſocietate, Reformatæ congregationi ſanctorum Vitoni & Hildulfi, nomen & initium dedit, ex qua deinceps congregatione, quaſi ex ſcaturiente fonte, omnis monaſteriorum Lotharingiæ, Franciæ & Belgii Reformatio prodiit.*

63 *Non admodum ampla ſed ſatis venuſta & ad pietatem excitandam congruenter inſtructa eſt eccleſia Mediani monaſterii, quæ a* B. Hildulfo *primitus conſtructa, & ſub invocatione Beatiſſimæ Virginis Mariæ dedicata, a poſterioribus deinde abbatibus auctior eſt reddita, & nunc ipſiuſmet* S. Hildulfi *titulo decorata. In ea plures aſſervantur inſignes Sanctorum reliquiæ, nempe ſacrum ejuſdem* S. Hildulfi *corpus, nec non venerandi ſanctorum diſcipulorum ejus Jonnis & Benigni confeſſorum, ſanctique Bonifacii Martyris ex Thebæa Legione corpora. Item corpus (capite ac paucis aliis oſſibus exceptis) S. Maximini Trevirenſis*

Epiſcopi, quod Sammaximulenſis ablatum & ad D
hanc eccleſiam translatum olim fuiſſe, antiqua fert AUCT.
ejuſdem Mediani monaſterii traditio. Præterea S. H.B.
Spinuli confeſſoris, S. Hildulfi diſcipuli maxilla, reliquo corpore ad cellam Bellæ vallis olim translato, Clauſtrum, dormitorium, officinæ ceteraque Mediani monaſterii ædificia ſunt egregia & monaſticis exercitiis commodiſſima. Selecta eſt illius bibliotheca, nec tamen voluminum numero cuiquam ex illis quæ in Lotharingiæ partibus exiſtunt, inferior. Eidem monaſterio ampla olim fuerunt dominia & prædia, quorum magnam partem variis cauſis & modis amiſit, ſed hodieque ſuperſunt illi facultates triginta monachis juxta Regulam alendis ſufficientes, illiuſque conventus hoc anno ſalutis 1718, totidem conſtat, quibus ego, licet indignus, præſum, utinam & proſim!

§ VI. De Cultu ſancti Hildulfi.

Quam olim regulam profeſſi fuerint Mediamenſes.

Conſentibus ad Sancti tumulum miraculis

B

UT certum eſt, *Mediauenſes ac Sandredatenſes* B. Hildulfi *diſcipulos, de illius ſanctitate ac beatitudine numquam dubitaſſe: ita etiam conſtat, peculiarem ab iis aliquem cultum ei ſtatim ab obitu impenſum fuiſſe. Hinc ſumma illa veneratio tunicæ ejus adhibita, quam Mediauenſes ſingulo quoque anno cum Sandredatenſes invitarent, tamquam ſacrum pignus præferebant, & cui cum tanta devotione a Sandredatenſibus occurrebatur, ut ſuperius annotatum eſt. Verum cultus* B. Hildulfi *non diu ſtetit amœnum, quibus vivens præfuerat, cœnobiorum terminis circumſcriptus, ſed brevi clarefcentibus ejus miraculis, longe lateque diffundi cepit. Quamobrem ſacrum ejus corpus ex oratorio ſancti Gregorii, in quo ab initio humatum fuerat, in majorem Mediani monaſterii baſilicam, beatiſſimæ ſemper Virgini Mariæ dicatam, illatum eſt. Rem ſic narrat tertiæ ejus Vitæ Auctor cap.* 20. Tandem officioſe curato cadavere ſemper reminiſcendi Patris, humaverunt illud in baſilica B. Papæ Gregorii, a dextris altaris . . . verumtamen cum lux meritorum B. Hildulfi crebris clarefceret miraculis, relatum ab eccleſia ſepulturæ ſuæ mirabile corpus, devotione ac ſtudio fratrum, templo B. Mariæ Virginis eſt illatum, in quo dextrorſum eleganti curvato fornice, aliquanto delituit tempore.

F

eruitur tranſlatum corpus, ſub finem ſæc. 9.

65 *Quo Chriſti anno quove ſub abbate facta ſit hæc ſacri corporis illatio, hic non tradit tertiæ illius Vitæ auctor, ſed id ipſum in adjecto libello de ſancti Hildulfi ſucceſſoribus non obſcure indicat, cum de Madelmino, tertio poſt tranſitum beatiſſimi Viri abbate hæc ait:* Decedenti Sundraberto ſucceſſit Germanus ejus Maldauinus, qui . . . . arcam ſuper beatos patroni noſtri artus fabricari inſtituit, quam etiam honorifice auri argentique metallis adornavit. *Nihil enim aliud, precul dubio, his* arcæ ſuper beatos S. Hildulfi artus fabricatæ *verbis, quam quod ſuperius* elegantis curvati fornicis *vocibus idem Auctor ſignificare voluit. Arcam autem iſtam Mabillonius* (*Annal. Bened. tom.* 3, *lib.* 25, *num.* 60) *interpretatur ædiculam, pro more illius temporis, ſuper* B. Hildulfi *corpus exſtructam. Peracta igitur fuit hæc ſacri corporis illatio tempore Maladuini abbatis, qui cum Sundraberto fratri ſuo circa annum ab obitu* S. Hildulfi *octogeſimum, a Chriſto autem nato 787 ſucceſſerit, & duodecim dumtaxat annis Mediauum monaſterium rexerit, ut ſuperius oſtenſum eſt, reſtat, ut*

Quis ſit hodie monaſterii ſtatus.

A *hæc eadem illatio extremis ſæculi octavi annis* AUCT. *adſcribatur.*

H. B. *& rurſus tranſlatum mi d oſcenlo 10*

66 *Sub eadem arca ſeu eodem curvato fornice ſacra pignora in lapideo tumulo recondita manſerunt uſque ad tempora Adelberti abbatis, qui reſtituta in Mediano cœnobio monaſtica religione, de elevando & ex hoc lapideo tumulo transferendo* B. Hildulfi *corpore cogitare cœpit, tranſacto jam medio ſæculo decimo. Hujus translationis occaſionem & hiſtoriam ſic tradit Auctor libelli de ſucceſſoribus B. Viti in Voſago cap.* 8. Poſt hæc oratorium gloriosæ Virginis & Matris Dominæ Mariæ, crebro fragore ruinam ſui minitans, idem abbas cupiebat diruere, alterumque illo auguſtius reſtaurare; ſed quia conatibus ejus plurimum obviabat quod venerabile S. Hildulfi corpus uſque ad illud tempus ibidem arca ſaxea ſervabat, concto abbatum & vicinorum clericorum religioſorumque concilio, decrevit levare tumulo, ac apparato locare in ſcrinio. Quod cum omnibus placuiſſet, conſilii fuit, ut ſi
B ſacros artus, ceu velle habebant, recondere quiſſent, monaſterio devotionis gratia circumferrent. At quoniam minaci nubilo pendente, ſolis ac ſiderum facies denegabatur, terris jam menſurni imbris vehementia reſolutis, nec valebant cum eccleſiaſticis ornamentis ſecedere tectis, annuit abbas ut ſolis circumferrentur clauſtris. Ubi tamen ad tumbam Sancti cum cereis & thimiamateriis ventum eſt, & operculum illi ſubductum eſt, pariter quoque gravida madidi aeris palla diſcinditur ridente ſereno, & terrigenis lux diu ſuſpirata redditur continuo, quatenus cunctis liqueret, quanta meritorum claritate in vivorum regione fulgeret, cujus exuviis arridebant in terris aera . . . quantum lachrymarum gemituumque dulciter ex intimi animi medullis prorumpentium ibi fuſum ſit, digne proloqui carnis lingula nequit. Tandem ſacras reliquias nitido involventes palliolo, ligneo recondidere ſcrinio, quod imponentes ſcapulis, intulere in oratorio B. Apri (*paræcialis eſt Eccleſia Mediani loci*)
C Confeſſoris Chriſti, indeque mox efferentes, altera regreſſi via, invexere monaſterii clauſtris ſeptimo Idus Novembris, tanto funeri inſperatum obſequium aere præbente & poſt ejus collocationem non nullis diebus idem conſervante. Qua de re communi cunctorum voto hunc diem celebrem haberi placuit annuo recurſu.

67 *Annum hujus translationis non aſſignat hic Auctor. In antiquo eccleſiæ noſtro Lectionario, quod decimo quarto ſæculo conſcriptum videtur, annus notatur* ab Incarnato Verbo nongenteſimus quinquageſimus quartus. *Eumdem aſſignat Mabillonius (Annal. Bened. tom. 3, lib. 45, num. 74) hujus Lectionarii haud dubie fidem ſecutus; ex quo pariter hauſiſſe videtur, translatum tunc eſſe ſacrum corpus* ex oratorio S. Gregorii, ubi primitus humatum fuerat, in majorem B. Petri (*dicere voluit B. Mariæ*) baſilicam; *quod minime verum eſſe conſtat ex antedictis. Eamdem translationem Richerius, lib.* 2, *cap.* 10 & 11, *differt uſque annum* 956. *Illius vero non meminit Joannes a Bayono, niſi forte in illa hiſtoriæ ſuæ parte quæ excidit, aut ſaltem deſideratur in noſtro Ms. codice, qui ſolus, ni fallor, jam ſupereſt. Non omiſit tamen hic chronographus factam ab Adalberto abbate templi beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ inſtauratio-*
nem, quam anno demtanat 964 *inceptam fuiſſe* D *tradit his verbis*: Anno Domini CMLXIV Kalendis Aprilis, Adelbertus Mediani cœnobii abbas, vir per omnia perſpicuus & venerabilis, diruto oratorio ſanctæ Mariæ matris Domini, alterum auguſtius ædificare ſtuduit. *Quod ſi verum eſt, veriſimillimum quoque ſit, non niſi* VII *Id. Novembris, ſuperioris anni* 963, *translatum fuiſſe corpus beatiſſimi* Hildulfi.

(cujus memoria agitur 7 Id. Novembris)

66 *Poſt hanc ſacrorum ejus artuum ex arca* quando *ſaxea elevationem, & in ſcrinium ligneum tranſ-* facta ſue *lationem (quo ſimplici ritu Sanctorum tunc tem-* eis ipſius *poris canonizatio fieri ſolebat) certum eſt, tam* temporis *ejuſdem translationis quam & depoſitionis ſanctiſſi-* canoni- *mi Viri feſtum diem ſingulo quoque anno celebra-* zatio. *tum fuiſſe. Id aperte probant tum præcellatus ex libello de ſucceſſoribus ſancti* Hildulfi *locus, tum edita ſub initium ſæculi* XI *miracula, ſive in gratiam illorum, qui feſtos hos dies religioſe obſervabant, ſive in animadverſionem quorumdam, qui ſervilia in eis opera exercere præſumebant: ut legere eſt in eodem ſæpe citato libello cap.* 13, 14, E 15 & 16. *Circa annum* 1028, *teſte Joanne a Bayono, lib.* 11, *cap.* 48, beati Hildulfi corpus Valli Galilææ, quæ nunc eſt ſancti Deodati (ut moris erat) *inquit*, pro gravi aere illatum eſt; quod cauſa litigii fuit, quia eadem Vallis violenter conata eſt reverendos artus ſibi vindicare, & ideo deinceps curatum eſt, nullatenus illas in partes illos exponere.

69 *Anno* 1044, *Humbertus, tunc Mediani mo-* *Rhythmi* *naſterii monachus, poſtmodum vero rebus geſtis &* & metrica *cardinalitia dignitate inſignis,* B. Hildulfi & *quo-* reſponſoria *rumdam aliorum Sanctorum laudes, quæ reſponſo-* ſac. II *ria vocantur, Rhythmice ac metrice compoſuit, &* compoſita. *Brunoni, tunc Leucborum Epiſcopo, muſicæ artis peritiſſimo, qui poſtea factus eſt Leo Papa, hujus nominis nonus decantanda ſeu modulanda obtulit. Id ex æquo aſſerunt, tum Joannes a Bayono, lib.* 11, *cap.* 30, *tum Richerius, lib.* 11, *cap.* 18; *qui tamen fallitur, cum eumdem Humbertum Mediani monaſterii abbatem vocat. Extant adhuc in proprio* S. Hildulfi *Officio illa reſponſoria, & in omnibus* F *ejuſdem Sancti feſtivitatibus hodieque decantantur. Anno* 1139, B. Hildulfus, *inquit Joannes a Bayono, lib.* 11, *cap.* 96, poſitus fuit in ſcrinio novo; *quod ſcrinium dubitari vix poteſt, quin ſimul eodemque tempore illis fuerit contectum tabulis argenteis, quibus nunc ornata conſpicitur ejuſdem* S. Hildulfi *theca. Sunt enim hæ tabulæ, teſte Mabillonio (Annal. Bened. tom.* 2, *lib.* 16, *num.* 15, & *tom.* 3, *lib.* 35, *num.* 74) *antiqui operis & duodecimi ſaltem ſæculi ætatem referunt.*

Veteſta theca deſcriptio.

70 *In his expreſſæ ſunt imagines tum Athici ducis filiam ſuam ſanctam* Othiliam B. Hildulfo *ſiſtentis, tum ipſiuſmet* Hildulfi & *Erardi Epiſcoporum eamdem baptizantium; tum amborum mutuo ſeſe complexu & oſculo excipientium, nec non quamdam eccleſiam dedicantium. Ad hæc Regis, haud dubie Childerici,* Hildulfo *Epiſcopale vel abbatiale pedum offerentis. Denique ejuſdem* Hildulfi *non Erardum, ut mendoſe ſcripſit idem Mabillonius, Annal. Bened. tom.* 2, *lib.* 19, *num.* 35, *cujus hic verba refero, ſed Deodatum, extremo morbo decumbentem, inviſentis, & funeris ipſius* S. Hildulfi, *vel quod magis placet,* Deodati, *quæ omnia, eodem teſte Mabillonio,* Hildulfi & *Erardi, addere poſſum & Deodati, hiſtoriam non parum confirmant. Anno* 1618 *renovata fuit* B. Hildulfi *theca, & iiſdem rurſus contecta tabulis*

argen-

A *legentes, sed (quod non nisi ægre ferri ac dici potest) resectis, & ad novi hujus operis formam decurtatis, unde factum est, ut perierint nonnulla superioribus olim adjecta imagines.*

Sancti memoria in Missalibus ac Mollitis.

7 *In Mediano monasterio ad Trevirensem ejusque successive ecclesias cultum sancti Hildulfi fuisse paulatim extendisse haud dubium est. In pervetusto Ms. Missali, quod in S. Simeonis Trevirensis templo asservatur, festum S. Hildulfi Episcopi Trevirensis notatur* v *Idus Julii. Idem habet consimile Ms. Missale monasterii Epternacensis, quod duodecimo saltem sæculo conscriptum fuisse perhibent, in hoc tamen postremo Missarum codice* B. Hildulfus *non simpliciter Episcopus, sed Archiepiscopus Trevirensis nominatur. Illius depositionis mentionem faciunt* v *Idus Julii sequentia Martyrologia Usuardi, Luxoviense:* Depositio S. Hildulfi Archipræsulis, Mediano monasterio quiescentis, gloriosæ sanctitatis viri. *Lubecense Coloniense:* Treviris B. Hildulfi episcopi & confessoris. *Greventianum:* Hildulfi Archiepiscopi Trevirensis & confessoris, fratris S. Erardi episcopi Ratisponensis. Hic pondus curæ pastoralis, quod ægerrime ferebat, deponens, in saltu Vosago eremiticam vitam duxit, conversatione pariter & miraculis præclarus; multos in eodem proposito magnæ sanctitatis viros imitatores habere meruit. *Molanianum:* Trevitis, S. Hildulfi episcopi & confessoris egregii. *Adonis a Mosandro editum:* Treviris, S. Hildulfi, ejus urbis episcopi & confessoris. *Arnoldi Wion monasticum Benedictinum:* Treviris, S. Hildulfi episcopi & confessoris, qui cum gregem sibi commissum sanctitate vitæ & sapientiæ doctrina rexisset, tædio hujus vitæ episcopatum abdicans, in saltu Vosagi multorum pater effectus monachorum, clarus miraculis, quievit in pace. *Denique Saussayi Gallicanum:* Treviris S. Hildulfi episcopi & confessoris &c. *Meminerunt etiam translationis ejus* VI *Idus Novembris, tum Luxoviense, tum Grevenianum, tum denique Molanianum, ut videre est in auctariis Martyrologii Usuardi, a Joanne Baptista Sollerio Societatis Jesu Theologo nuper editi. Hic jam diversæ Vitæ subsequuntur, de quibus supra egit Commentator* §. 1.

C

VITA PRIMA

Ex primigeniis ejus Actis circa annum Christi CMLXIV deprompta, & ex manuscripto codice Mediani monasterii, septingentis abhinc annis exarato, descripta, hoc principio:

Incipiunt quædam de vita viri Dei Hildulfi Trevirensis Archiepiscopi.

A gelo sanctis præmia duplicis eximii.

QUicumque baptizati Christum induti sunt, & hereditatem animo suspirarunt æternæ salutis, ut aliquando illam valerent consequi, usi sunt lumine charitatis, per quam unicus Dei filius, cum solus esset in regno Patris æterni, ut coheredes haberet, homines sibi fratres adoptavit, quos * in domo patris sui mansione collocaret. Ad hanc ergo festinantes viros Dei, solos venire puduit, cum scirent eos, qui secum alios traherent, certam manere mercedem, adeo ut quo plures veherent, eo majori præmio cumularentur; sibi illa attestatione, qua servus ille Evangelicus, talentum sibi creditum cum lucro referens, gaudio Domini sui donatus est. Ad hujus itaque gaudii ineffabilem dulcedinem ille summe bonus pater familiæ omnes volens introducere, missis in mundum servis suis, cunctos præcepit invitare, & ne in via deficerent aut errarent, tritico vitæ & lampade caritatis geminæ sustentare. Cumque hoc omnipotentis divinitati diu agere placuisset, ut servis suis suo in tempore cibi * mensuram erogaret, ad laborem præsentis vitæ, futurorum pastorem populis, Hildulfum nomine, jussit prodire.

EX MSS. * *alios* quibus in domo Patris sui mansiones collocaret. *Sic legisse videtur interpolator tertiæ Vitæ in manuscripto quo utebatur.*

* *alias* tritici *ut habet interpolator tertiæ Vitæ.*

S. Hildulfi genus & virtutes describuntur.

2 Qui claro Nervjorum genere ortus, inter scolares alas sacræ militiæ alitus fuit, & mox futurus Christianæ Religionis defensor ac doctor, studiis litterarum traditus, divina gratia cooperante, in brevi efficacissime claruit, atque unde multi per abrupta vitiorum defluunt, & in cœno superbiæ devolvuntur, videlicet si de mundi scientia quidpiam attigerint, inde est, adhuc bonæ indolis puer, omnibus excellentior factus, indies proficiebat, integer ab iis vitiis, quibus juvenilis ætas implicatur. Dum enim multi talium controversiis forensibus, alii ludis multiplicibus, aliqui, licet admodum rari, in investigandis sæcularium nodis disciplinarum intenti obstupescant, hic pervigil in orationibus, assiduus lectioni erat, atque ultra vires operibus misericordiæ intentus, succurrere laborantibus, opem ferre egenis, miseris assistere diligebat. Talium ergo virtutum incrementis quid futurus pastor Ecclesiæ faceret præmonstrabat. Interea moribus ecclesiasticis assuefactus apud urbem vulgo Regenes buorch * dictam clericatus honore donatus est.

* *Regensburgum urb. Germaniæ in Bavaria, quæ sæpius Ratisbona dicitur.*

3 Pippinus *a* itaque tunc temporis, vir magnæ pietatis, genitor videlicet magni Caroli, rempublicam Galliarum florentissime gubernabat, & Milone *b* Archiepiscopo Trevirensium rebus humanis exuto, Trevirenses præsule indigebant. Grex itaque Domini pastore destitutus, conversus ad Dominum, totis precibus incumbit, & ut Ecclesiæ suæ, turbine sæculi fluctuanti, rectorem tribuat, exposcit. Tunc subito Hildulfi nomen per ora omnium sonuit, quod vir esset nobilis, scientia eruditus, lingua urbanus, vita moribusque compositus. Mox sermo in aula Regis percrebuit, atque exiit edictum, ut vir talis ac tantus pastorale subiret ministerium. Quo comperto, vir Dei in diversa nitens, fugam paravit, nam heremum concupierat, nisi populi devotio præcavens obstitisset. Ab Histria *c* igitur raptus, Galliam Belgicam usque deductus est. Fit conventus totius regni, accurrunt principes cum Episcopis, cœtus clericorum monachorumque cum populorum turbis, una omnium acclamatio, Hildulfum esse honore episcopali dignissimum; cum vir Dei e diverso se omnino reclamaret indignum: Nam propriæ fragilitatis robustus perspector, semetipsum in se metiendo, sibi timebat; quia qua & qualis sit ratio

F

a

ab quo ad Colendrum Trevirensem evectus sit.

b

c

EX MSS. tio animarum reddenda cogitabat. Quod si nunc homines perpendere vellent, dum liberi & quieti vivere possunt, regimen ecclesiasticum, ad quod viri Sancti vix cogebantur, nequaquam tam prompte pecuniis mercatum irent. Sed tandem vicit fidelis populi acclamatio, atque communi omnium voluntate Trevirorum confirmatur Antistes.

ubi singulari sanctitate claruerit,

4 Qualis vero jam fuerit, & qualem cunctis se præbuerit, quia difficile explicabitur, attemptare veremur. Igitur beatus Vir non modo aliquo de boni operis proposito semel arrepto * aliquid imminuit, sed velut centuplicatum augmentavit. Enimvero, quasi puer aut adolescens, quidquid ubique jacet scelerum perpetrasset, sic in pœnitudinem conversus se contra se erexit. Videres hominem exesum jejuniis, vix ossibus hærere, ad Sanctorum memorias indefessum jacere, inundantia lacrimarum fedulo madere, noctes insomnes ducere. Quid enim dicemus eum pauperes, mediocres & divites summo studio omnique diligentia curare? Quidquid sibi erat, B omnibus commune faciebat, divitibus & egenis mediocribusque * idem semper erat. His præcipiebat, non superbe sapere, neque in incerto sperare divitiarum; sed in Domino, qui dat omnibus omnia affluenter, & ut eorum abundantia pauperum inopiam suppleret, quatenus in futuro pauperum abundantia divitum inopia fieret supplementum. Pauperiores autem rebus ammonebat, ut scirent spiritu pauperes esse & in humilitate gratias Domino agere, dicente ipso Domino *Beati pauperes* &c.

** in Ms. legitur erepto.*

** deest hæc copulativa, sed eam legisse videtur interpolator in manuscripto quo usus est.*

solidius egregie instituit,

5 Perquirebat quotidie, quem Sanctorum in aliquo bono imitari valeret. Eum diem se perdidisse querebatur, quo parum aliquid non profecisset in actibus seu mandatis Domini. Sacrificium pro salute totius mundi & requie defunctorum nullo offerre Domino prætermittebat die, sciens scilicet Deo * dicere *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo*, &, *Voluntarie sacrificabo * nomini tuo Domine; quoniam bonum est*. Quidquid igitur vir Beatus sibi fieri volebat, juxta præceptum Evangelicum, nulli negabat, sed omni petenti se libentissime tribuebat, portum scilicet laborantibus, consolatorem mœstis, nudis coopertorem, susceptorem viantibus. Quis eum umquam expetiit, & ejus bonitatem expertus non est? Cotidiana illum solicitudo omnium animarum, aliquo pereunte, compellebat gemere, quamquam tantæ esset pietatis, ut, quovis scandalizante, se crederet offendisse. Et quoniam incolam & peregrinum se hic noverat, ubi non habere se manentem civitatem sciebat, ostium suum viatori numquam clausit, neque buccellam suam solus comedit. Ceterum omnibus omnia se faciebat, ut omnes salvos faceret, & ut bonus pastor, quidquid C gregi dicebat agendum, operum exhibitione monstrabat.

** in Ms. habetur se. * hic additur tibi sed male delet.*

sed post translatum S. Maximini corpus, secessum meditatur,

6 Cumque plurimis virtutum generibus Episcopi impleret dignitatem, omnium mira colebatur veneratione. Vir enim erat nobilitate generosus, Religione præcipuus, consilio cautus, operibus famosus. Inter magnifica namque opera quæ multiplicia gessit, corpus beatissimi Maximini ex cripta, ubi illud beatus Paulinus præsul magni meriti, ex Aquitania revectum tumulaverat, in domum, quæ nunc veneratur, transtulit. Et post tam multiplices pro Christi grege labores, licet in omni vita sua nil possidere voluerit, quidquid illud erat, quod habere videbatur, relinquens, ut olim animo concupierat, heremum petere destinavit. Siquidem reputabat actus suos sibi minus posse sufficere ad salutem, cum Dominus dixerit; Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. D

populi nuncii quam dispares.

7 Quod cum primum rumor ad aures vulgi detulit, quasi barbaris insequentibus, omnis ætas, omnisque sexus in urbem ruit, visoque viro Dei, clamor in cælum collitur, & quasi omni provinciæ exitium immineret, unus omnium ferebatur luctus. Cui, Pater, gregis tibi commissi custodiam derelinquis *? Quare tantarum animarum futurum discrimen non metuis? Putas qui erunt hujus ecclesiæ sævissimi vastatores? namque dilaniabunt gregem tuum lupi rapaces. Talibus itaque Vir sanctus lamentationibus commotus (ut erat pietate plenus) in lacrimas resolvitur; conversusque ad plebem, hoc tantum profatur: Vos populus Dei, & oves pascuæ ejus; ipse [vos *] custodiet, qui vobis promittit dicens; Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi; nam custodia mea hactenus nulli profuit, qui meipsum minus caute circumspexi; si quid autem mihi deinceps superest temporis, finite ut expleam, quo mihi & vobis prosit. E

** legebatur derelinquit.*

** Deest hæc vox quam legit aut supplevit interpolator tertiæ Vitæ.*

d Locum Vosagi Jac. Tull. ep. abbatis

8 Jacob *d* itaque, vir conversatione moribusque ammirabilis, Leucham regebat urbem; qui cum pro sui sanctitate in ore omnium penderet, Regibus quoque stupendus erat; ad quem cum vir Dei Hildulfus misisset, ut caritate mediante, secretum illi provideret locum, libentissime collaboravit. Siquidem a prædecessore ejus quondam pontifice, Garibaldo *e* nomine, viro æque sanctissimo, Deodatus, vir summæ sanctitatis, olim Nevernensis Episcopus, renuntians sæculo, in saltu Vosago locum obtinuerat, ubi sanctissime conversatus, monasteria statuit, atque post diutinam in Christi agone militiam, vitæ senatum laureatus intravit. In quo etiam saltu F virorum sanctorum cellulæ inerant, inter quos Athleta Dei Hildulfus, prædicti viri Dei Jacob consultu amminiculante, locum habitationis elegit, quem videlicet locum, montibus undique septum, fluviolus quidam, ob validum cursum Rapido nomine, præterfluit, super quem, Spiritu sancto dictante, ecclesias fundavit.

e

ubi ecclesiam construxit, monasticum exercuit,

9 Primam videlicet nomini Beatæ Dei Genitricis & semper Virginis Mariæ, quam & dedicavit, eamque Medium monasterium appellavit. Aliam vero ex nomine B. Petri Apostolorum principis omniumque Apostolorum honore consecravit. His ita statutis, Deo sibique vivere cœpit: cumque præconium sancti nominis ejus fama multorum longe hacque deferret, viri potentes & nobiles, visitationis gratia, ad eum sæpius confluebant. Cumque e diversis partibus multi accurrerent, aliquanti ad vitæ iter accensi, cum viro Dei manere decreverunt: unde non satis post in militia Christi accreverunt. Quod cum vir

Deo

A Deo plenus videret, a Domino id fieri arbitratus est, & quoniam ipse olim professus monachum fuerat, habitationes monachis utiles coepit edificare. Id vero populus cum comperisset, devotione crescens, plus solito confluebat; nam per merita Viri sancti sibique subjectorum, cæci illuminabantur, claudi convalescebant, dæmones fugabantur. Unde turbas confluentium ferre vix valens, extra claustra ecclesiam S. Joannis Baptistæ edificans dedicavit, atque domos in quibus supervenientes reciperentur constituit.

& Sanctos sociat aggregat.

10 At vero cum numerus fratrum ibi necresceret, inter reliquos vitæ cælestis amatores, tres advenerunt, quorum primus Spinulus, reliqui vero duo, qui carne & spiritu germani erant, prior Joannes, alter Benignus vocati sunt: qui a viro Dei benigne susceptí, paterne instructi, ipsique devote conversantes, ad viam vitæ cotidie anhelabant, & quamquam omnium virtutum negotiis se vicissim præcedere vellent, humilitate tamen
B & obedientia se alterutrum vincere festinabant. Assidue in ore illorum Christus, jugiter vitæ æternæ præconia resonabant, utque monachos decet, juxta præceptum patris omnia exercebant. Et quoniam invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum, sciens athleta Dei Hildulfus, se suosque quandoque Adæ debitum reddituros, sepulturæ locum quærere destinavit; sed quia, ut in convallibus solet, circa monasterium aquarum erat habundantia, minime aptum cimiterio locum judicavit. Ad austrum vero collis monasterio imminet, super quem vir sanctus ecclesiam construens, ex nomine sancti Gregorii Papæ consecravit, atque circum hanc cimiterium benedixit.

Baptizatus cum fratre Berardo S. Othilia,

11 Fama interea præconii ejus circumpositas terras transvolans, remotiores quoque penetraverat, cumque e diversis partibus multi ad virum Dei venirent, Hairardus, vita æque sanctissimus, carne quidem beato Hildulfo germanus, ordine vero coepiscopus *f*, nomine hujus excitatus accurrit. Diu itaque quæsitum cum invenisset, labori ejus congratulans;
C Ecce, inquit, frater, desiderium cordis tui tribuit tibi Deus, & voluntate tua non te fraudavit; quem enim diu concupisti, locum tuæ conversationis habilem invenisti. Tu ergo sta viriliter in fide & confortare in Domino, & in potentia virtutis ejus; certus quia qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Per dies igitur aliquot secum manentes æternæ vitæ vicissim monitis resonabant. Ad emborum vero merita ostendenda, renovantur a Domino stupenda miracula. Heticonis enim ducis filia, cæca nata, ad viros Dei defertur, utque ejus miserentur a mœstis parentibus humili prece poscuntur *g*, quam cum
E adhuc gentilem esse resciscent, more Ecclesiastico catechizaverunt, atque ad orationem prostrati pro salute puellæ clementiam Domini precabantur. Monitis itaque catholicæ fidei edoctam sanctus Hildulfus baptizavit, eamque de sacro fonte, mente & carne illuminatam, beatus Hairardus exoscit, & dato nomine Othiliam vocavit.

crescit fama, & facultates augentur.

12 Quæ res in tantum valuit ut non modo mediocres, verum etiam potentes personæ virum Dei Hildulfum venerarentur ac diligerent, eique ad augmentum loci auxilia porrexerunt. Unde quidam vir, Bego dictus nomine, sancti viri necessitati communicans, rerum suarum aliquid usibus fratrum tum sub beato viro Dei militantium, delegare statuit, atque locum qui hodieque Begonis cella dicitur, & partem Vosagi, quæ Folcholdi rupes appellatur, destinavit. Denique vir Dei Hildulfus in cella jam dicta, honori scilicet sanctæ Crucis dicata, virum summæ humilitatis & obedientiæ Spinulum nomine, constituit; in qua idem homo Dei, fideliter Deo serviens, post multiplices in Christi agone labores ac numerosa miraculorum insignia, vitæ æternæ consecutus est præmia, quem omnipotens Trinitas apud se glorificatum in terris, glorioſum ostendere volens [in * cælis] per ministerium angelicum beato Hildulfo notificat, ut glebam Sancti ad monasterii tumulum revehat. Nec mora senex imperanti obediens, cinere quo fatigatos artus collocaverat, excutitur, convocatisque fratribus hominis Dei nuntiat obitum, qui licet tanto fratris auxilio destituti mœrerent, tamen gloriæ ejus congaudebant, accensisque cereis ad beati exequias properant.

* *hic desunt duo illa verba sed leguntur in tertia Vitæ.*

13 Vis itaque ventorum plus solito inhorruerat, adeo ut non modo fructices verum etiam annosas quercus excelsasque abietes eradicaret. In tali ergo turbine ante Sancti glebam ardentes cerei usque ad locum sepulchri delati sunt. Sepultum igitur terris ut apud se vivere Deus demonstraret, omnibus infirmantibus, ad Sancti [tumulum *] venientibus, voluit subvenire. Quanti ibi paralitici venis redintegratis soliditati sunt, aut verbo aut scriptu non facile explicabitur. Omnis cæcitas clarificata lumine, diem mirata obstupuit; universa debilitas, ibi recuperatis usibus, robur amissum persensit, unde turbis irruentibus reperta est aqua falsissima. Cupiditate itaque salutis, habilitate loci, aquarum abondantia, populi confluentes forum ibi statuere temperaverunt. Quam inquietudinem vir Dei Hildulfus sentiens indoluit &, ut ei moris erat, ecclesiam B. Gregorii oraturus intravit. Deinde oratione expleta, surrexit & baculo artus regente, ad tumulum S. Spinuli venit, atque
F ut erat piæ mentis, ora perfusus lacrimis; Gratias, inquit, frater Spinule, Deo agimus, quod te in pacis regione quiescere credimus, & apud omnipotentem Dominum posse plurimum confidimus, nosse te etiam scimus, quomodo & quare nos, relicto tumulto populorum, in hanc solitudinem devenimus.

Exorta post oblatum S. Spinuli tempestas

** omissum est hoc verbum quod in tertia Vita legitur.*

14 [Tu igitur] *hic terminatur & mutilus est codex Mediani monasterii. Quæ sequuntur desumpta sunt ex pervetusto ejusdem vitæ manuscripto codice qui in monasterio Sanmaximiano Trevirensi asservatur.* Tu ergo in tranquilitate positus, nostri, qui in via mortis adhuc fluctuamus, miserere oramus. Si enim hac populorum confluentia pressi fuerimus, non parum a proposito declinabimus: licet enim Domino cooperante, subsidia nostro conferantur loco, tamen animarum timemus pericula, unde concurrentium comprime turbas & hilarem [datorem *] Dominum pro nobis implora, ut benedictionis ejus sentiamus gratiam, quatenus, necessitatibus expulsis, impleamus vota nostræ professionis. Tunc ergo videres spiritum carne solutum & vita potitum

Mire a S. Hildulfo sedatur.

** deest hoc verbum quod in tertia Vita supplevi eram eſſ.*

EX Mss. tum obedire mortali, acsi idem * teneretur adhuc vinculo mortis; nam signis cessantibus, frequentia quoque defivit; & precibus beati Spinuli mox subsecuta est benedictio Domini; multi nempe nobilium juris sui prædia præfato loco contulerunt.

* *legitur inde sed emendum ex tertia Vita hic emendatum.*

15 Jam vero beatus Erardus, constructa Ecclesia ex nomine sancti confessoris Christi Apri, non procul a monasterio, fratri suo viro Dei Hildulfo valedicens, & in Christi militia exhortans recesserat, sanctus autem Hildulfus ab opere Dei non deficiebat, sed jejuniis & laboribus fatigatos artus spiritui servire cogebat, fratribus sibi subjectis & maxime Joanni & Benigno, quos cotidie ad meliora tendere gaudebat, pro statu ecclesiarum Dei, pro pace Regum & salute populi orare studebat, viam vero vitæ æternæ, quam semel arripuerant, fideiter currere & bravium supernæ remunerationis scienter anhelare. Ajebat enim: Fidelis Deus & mentiri nescit. Cumque jam effeto laboribus corpore, spiritu ferventior esset, pius Dominus eum vocare voluit ad coronam justitiæ.

Discedente S. Erardo.

B

16 In vigiliis itaque constitutus, febre est correptus, qua per dies ingravescente, fratres turbati, ad lectum senis accurrunt, qui namque utcumque poterat, semper Christum annuntiabat; qui cum mœsti flerent & se desolari dolerent, una erat omnium vox plangentium precantiumque, ne pastor oves desereret. His querimoniis lacrimisque commotus, ut erat ex tertia parte corporis præmortuus, in extrema lectuli parte resedit, & circumspectis fratribus, Pax, inquit, vobis: deinde manu elevata his eos verbis benedixit: O Deus omnipotens humiles benedicito clemens, præsentesque tuos conserva in sæcula servos. His ita finitis, cæli capitolium coronandus intravit quinto Idus Julii.

febre correptus, famille curatur.

17 Hæc paucis dicta sunt de gestis Deo digni Antistitis, quibus admirabilis huic mundo & acceptabilis superno Regi extitit, dum humanis rebus interfuit. Ceterum ab his, quibus contigit ejus sedulitate tunc temporis perfrui, veraci stylo digesta sunt ipsius acta in volumine non parvæ quantitatis, quod pro incuria adeo vetustas consumpsit, ut vix hæc minima, quæ præmisimus, excerpi exinde potuerunt *b*. Verum his quisquis pie pensaverit ejus conversationem, mundo crucifixum plenius animadvertere quibit, auxiliante gratia sanctæ Trinitatis. Translationis ejus festum sexto Idus Novembris celebratur. Explicit vita S. Hildulfi.

Unde hæc accepta sint.

C

b *Mss. *habet* pulsaverit *sed non dose.*

ANNOTATA.

a & b *De intrusis hac nominibus propriis Pipini genitoris Caroli magni, & Hilonis Archiepiscopi Trevirensis satis superque dictum est in Commentario prævio §. 1, num. 8, & §. 3, per totum.*

Historia, vel potius Isara

c *Godefridus Henschenius & Daniel Papebrochius, in suis annotatis ad vitam S. Dodati 19 Junii* nulla verosimilitudine dici *potant* ab Histria raptum fuisse B. Hildulfum, qui natus in Bavaria, a Ratisponensibus scholis, *inquiunt* immediate Trevires *transferat. De hoc transitu quamvis nulla mentio fiat in hac prima S. Hildulfi Vita, dubitari quidem nequit; alioquin quo pacto præclara illius dotes Trevirensibus perspecta fuissent, quove ratione apud illos tanta existimatione floruisset, ut illum ex æquo clerus & populus in Episcopum expeteret? Verum nihil obstat, quin S. Hildulfus, comperto Regis edicto, quo Trevirensium electio confirmabatur, mox sese civitati subducens, in patriam remeaverit, explenturus num tali recessu Trevirenses a sententia dimoveret, & ad alium sibi præsulem deligendum adigeret. Rem sic gestam indicat interpolator tertiæ Vitæ cap. 3, ubi ait:* Quo (*Regis edicto*) comperto, vir Dei in diversa nitens, versus nativitatis sum, solum fugam arripuit, siquidem anxiabundus suspecto honore sublimari in peregrinis, quasi ignobilem se posse indeliteiscere suspicabatur in propriis. *Et cap. 16, ubi de sancto Viro sic loquitur:* Honorari verens in propriis, commisit se peregrinis, in quibus se glorificari postquam intellexit, fugæ consuluit, sed tandem insecutum gloria flentem & reluctantem violenter sibi retinuit. *Idem confirmat Cardinalis Humbertus in primo Responsorio Officii propriis S. Hildulfi, quod sic habet:* Præsulatum Trevirorum fugiens elabitur, sed reductus, velit nolit, antistes efficitur. Plebs devota fugientem ardenter insequitur. Sed *reductus, velit nolit &c. Cum igitur in hac prima Vita dicitur, quod* vir Dei in diversa nitens fugam parasset (nam heremum concupierat) nisi populi devotio prævalens obstitisset; *id intelligendum videtur de fuga in exoticas & longinquas regiones, seu in vastam aliquam eremum, quæ virum Dei Trevirensium desideriis & conatibus omnino subtraxisset.*

D

Verum quidem est Histriam inter exoticas & longinquas illas Regiones computari posse, si sumatur pro illa Italiæ provincia quæ Reipublicæ Venetæ dominio nunc subest: sed longe aliter hic sumi debere, colligitur ex præallatis ejusdem Interpolatoris verbis, & expresse traditur tum ab Adriatico Annal. Boicæ gentis part. 1, lib. 7, num. 34. Tum a Browero, Annal. Trevir. lib. 8, num. 158, qui Histriam hic interpretantur Tractum Danubii, *alio nomine Ister seu Hister dicti.*

quomodo ab Istro vel Danubio

F

Quamvis enim, ut annotavit Jacobus Carolus Spener in nuper edita Germaniæ antiquæ notitia, lib. 11, cap. 2, principi illi fluvio antiquum
„ *constanter a Græcis Romanisque servatum sit*
„ *nomen* Danubius, *quousque a Germaniæ par-*
„ *tibus & ultra currit; ex quo vero diversas*
„ *provincias perlustrare incipit, tunc vocabulo*
„ *mutato, Ister consueverit antiquitus adpellari;*
„ *tamen fines terminique nominis utriusque sem-*
„ *per manserunt inter eruditos disputabiles, &*
„ *succedente ætate, promiscuus utriusque nominis*
„ *usus fere obtinuit.*

dencminari potuerit.

Per Histriam igitur hic intelligi debet tractus Istri seu Histri continens illam Bavariæ partem, quæ huic fluvio adjacet, ac civitatem Ratisponensem complectitur; quem Istri tractum auctoribus hujus primæ S. Hildulfi Vitæ Histriam ab alienato Histro placuit appellare.

d *De* Jacob *Episcopo Tullensi hic perperam intruso, vide Commentarium prævium §. 1, num. 8 & §. 3, per totum.*

e *Garibaldum Ecclesiæ Tullensi præfectum non fuisse nisi multis post obitum S. Dodati annis late probat Riguetius in systemate Chronologico-Historico Episcoporum Tullensium. Episcopatus ejus initium*

A *tum ad annum 707, refert R. P. Benedictus Capucinus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica & politica civitatis & diœceſis Tulenſis.*

Qualis epiſcopus fuerit S. Erardus.

S Beatum Alvardum ſeu Erardum B. Hildulfi *fratrem & in Epiſcopali ordine ſocium fuiſſe, omnes utriuſque Sancti Vitæ ceteriquæ ſcriptores communiter tradunt, ſed in aſſignanda illius epiſcopali ſede nequaquam conſentiunt. Illum Reginoburgenſem ſed Ratiſponenſem epiſcopum fuiſſe auctor tertiæ* S. Hildulfi *Vitæ, Richerius & Aventinus fideuter affirmant, quibus ſuffragantur plerique in Actis Sanctorum Bollandianis citata Martyrologia (in vita S. Erardi 8 Januarii.) Verum, ut annotavit Mabillonius, Annal. Bened. tom. 3, lib. 15, num. 62, apud Ratiſponam ſerius inſtituta fuit ſedes epiſcopalis, quæ Bonifacium Moguntinum antiſtitem fundatorem agnoſcit. Accedit quod, eodem teſte Mabillonio, in Actis SS. Ord. S. B. ſæculo 3, part. 2, pag. 470, nemo veterum Erardum adnumerat Epiſcopis ejuſdem Eccleſiæ.* Id conſtat, *inquit Broverus*, Illum, Epiſcopatus Ardahadenſis (Ardahg urbs Hiber-

B nia Epiſcopalis) onere ſponte poſito, peregrinari inſtituiſſe. *At unde id conſtet non aperit, neque hæc ſententia conciliari poteſt cum iis quæ ſuperius de patria ſancti Erardi dicta ſunt in Commentario prævio § 2. Ipſum in Baioaria prædicationis munus obiiſſe, remque Chriſtianam procuraſſe, ac demum Reginoburgi obiiſſe narrant illius vitæ Acta ad diem 8 Januarii relata a Sociis Bollandianis, cum quibus & Mabillonio noſtro ibidem crediderim, beatum Erardum non proprium alicujus ſedis antiſtitem ſed Regionarium potius Epiſcopum exſtitiſſe, atque hoc titulo in Bavaria ipſaque Ratiſponenſi civitate Epiſcopalia munia exercuiſſe.*

Narratio Vitarum S. Hildulfi de baptiſmo S. Othiliæ

g Hæc de B. Othiliæ baptiſmate ac mirabili illuminatione brevis ac ſimplex narratio multis nominibus anteponenda videtur illi quam Anonymus ſcriptor Vitæ ejuſdem Sanctæ tradit. Et primo quidem hæc S. Hildulfi *Vita antiquiores & graviores habet auctores, illos nimirum Scholaſticos qui circa annum 964, illam ex antiquiſſimis ejuſdem Sancti Actis*, ab iis quibus contigit ejus ſedulitate tunc temporis perfrui veraci ſtylo digeſtis *excerpſerunt. Anonymum autem illum vitæ*

C *ſanctæ Othiliæ ſcriptorem ante medium quidem ſæculum 12, ut obſervavit Mabillonius, Act. SS. Ord. S. Ben. in obſervat. ad Vitam S. Othiliæ, ſcripſiſſe apparet, at quot annis prius, quove ex fonte quæcumque hac de re narrat, hauſerit, prorſus incertum eſt. Secundo, nihil continet hæc eadem narratio rectæ rationi non apprime conſentaneum: nam vix unius diei itinere a Mediano monaſterio diſtant tum Habemburgum Caſtrum tum ſuppoſitum oppidum Ebenöcim, hodie Obernbeheim, in quibus commorabatur Dux Athicus cum uxore ſua Bereſwinda. Quo vicinitate mediante, religioſiſſimi conjuges haud dubie in primis fuerunt ad quos pervenit fama ſanctitatis* B. Hildulfi, *& adventus fratris ejus Erardi, viri æque ſanctiſſimi, in eumdem locum. Quid igitur mirum ſi talem nacti occaſionem, Othiliam filiam ſuam, cæcam natam, ad vitos Dei deferri curaverint, ipſique ad eoſdem ſimul acceſſerint, illorum opem in acerbiſſimo, quo verſabantur mœrore, imploraturi? Anonymus autem vitæ S. Othiliæ auctor plerasque narrat omni veriſimilitudine carentia, & inter ſe pugnantia, quibus adſtruendis dum incumbit, non parum fidei ſuæ detrahit.*

Talia ſunt quæ de Atico Duce Othiliæ parente tradit, quem nobis exhibet hinc tanquam virum juſtum in laicali habitu vitam religioſam ducere cupientem, inſperante Dei gratia monaſterium ædificare ſatagentem, illinc vero tamquam impium & crudelem patrem, qui filiam ſuam Othiliam, cæcam natam, occidi jubet, & poſt religioſiſſimæ conjugis Bereſwindæ piiſſimam admonitionem, in tam atroci propoſito pertinaciter perſeverat.

D *Præterea, ſi huic Anonymo credamus, idem Aticus, quem virum Dei nominat, beatam Othiliam filiam ſuam quam naturali cæcitate liberatam, tam per cæleſte monitum quam per certum nuntium, ſibi a ſancto Erardo miſſum acceperat, non tantum cum ſummo gaudio (ut par erat) complexus eſt, ſed ne videre quidem voluit, & ſpreta ejuſdem S. Erardi interceſſione, qui illum obteſtabatur*, ut diſſenſionem quæ inter ſe & filiam ejus, diabolo incitante erat, Deo opitulante diſcumperet, *illam paterna domo ut prius exulare juſſit.*

EX MSS. præſertim Actis ipſius Sanctæ, *in quibus multa incongruenter digeſta*

E *Denique juxta hunc Anonymum, cum B. Othilia ab invidis quibuſdam Balmenſis cœnobii ſanctimonialibus odio haberi cepiſſet, & ad fratrem ſcripſiſſet ut ſui recordari dignaretur, ipſeque patrem flectere fruſtra tentaſſet, & nihilominus Othiliam miſſo curru accerſiſſet, mox ut eam venientem Aticus pater proſpexit & a filio accerſitam fuiſſe cognovit, ipſummet filium ſuum*, quem valde, *inquit*, diligebat, *baculo, quem manu gerebat, tam violenter percuſſit, ut ex eodem ictu interierit.*

Aticum pœnituit quidem tam immanis facinoris, & deinceps (ait Anonymus) uſque ad obitum ſuum in monaſterio perſeveranti, Deum ſibi placare nitebatur dignis pœnitentiæ fructibus: At quæ ejus animi erga Othiliam immutatio? Tunc inquit idem Anonymus, ſuperna diſponente clementia, recordatus eſt abjectionis filiæ ſuæ, & aliquid mitius erga eam agere volens, conſtituit ei dare quotidie ſtipendium unius ancillæ. Ipſa autem cum gratiarum actione hoc ipſum accipiens, in ipſo monaſterio multo permanſit tempore, nihil aliud habens quam quod una ancillarum habere conſuevit.

reflexio-nes,

Quæ omnia quam incongruenter & inepte dicantur, nemo non videt, unde mirum non eſt, ſi a Lazio, de Suevis lib. 8, Ryrio Antiquit. Veſag. part. 2, lib. 4, cap. 2, Act. SS. Ordinis S. Bened. ſæc. 3, in notis ad Vitam ſanctæ Othiliæ, F *& aliis viris doctis communiter rejiciantur, nullis tamen ea conciliare ingrato ac vano labore tentantibus.*

Tertio, huic narrationi ſuffragatur perpetua & conſtans Mediani monaſterii traditio, optimis ſuffulta monumentis. Primum habetur in Reſponſoriis ac laudibus ab Humberto Cardinale anno 1044 compoſitis, de quibus actum eſt in Commentario prævio § 6. In his enim legitur hæc Antiphona: Amborum meritis meruit proles Eticonis baptiſmum & lumen, genitrix quam fuderat oculum. *Item hoc Reſponſorium:* O Hildulfe tuum tibi germanum aſſocia, & caterva famulanti conferte præſidia; huc beata, quam curaſtis, occurrat Othilia.

Secundum extat in antiquo Lectionario quo ſæculis præteritis Mediavenſes noſtri utebantur, tam in feſto S. Hildulfi *quam per octavas illius; nam hoc Lectionarium, ut in Commentario prævio § 1 dictum eſt, non differt a tertia* S. Hildulfi *Vita quæ ſub initium ſæculi 11 adornata, in Lectiones ad uſum Chori diviſa eſt. In hac autem tertia*

Vita

Digitized by Google

A *Vita inferius exhibenda, tota baptiſmatis D. Othiliæ ejuſque miraculoſæ illuminationis hiſtoria eodem plane modo refertur quo in hac prima.*

EX MSS.

Tertium conſpicitur in argenteis illis tabulis quibus, initio ſæculi 12, contecta fuit theca S. Hildulfi; in his enim expreſſæ ſunt imagines tum Adici Ducis & Bereſwindæ conjugis Othilium, filiam ſuam S. Hildulfo ſiſtentium, tum ipſiuſmet Hildulfi & fratris ejus Erardi eumdem in epiſcopali habitu baptizantium. Fatendum tamen eſt, quantum ad Bereſwindam attinet, ſolam illius manicam et manum dexteram, verſus B. Hildulfum *in modum deprecantis extenſam, hodie ſupereſſe, ob decurtatam anno 1618, tabulam, ut in Commentario prævio § 6 obſervatum fuit.*

Quartum denique manifeſtatur in feſto S. Othiliæ, quod in Mediano noſtro monaſterio a pluribus vetro ſæculis celebratum eſt & etiamnum celebratur ſub ritu duplici; nulla enim alia hujus feſti ratio reddi poteſt, quam patratum a ſancto Hildulfo *in perſona ejuſdem Sanctæ miraculum.*

Non diſſimulandum eſt, hic nobis adverſari celebrem Annalium Eccleſiaſticorum Francorum Auctorem Carolum Cointium ad an. 690, 2 num. 52,

B *ad finem, qui in iis quæ ſpectant ad baptiſmum S. Othiliæ ſtandum exiſtimat ab Anonymo Vitæ ejuſdem Auctore, qui hunc baptiſmum B. Erardo tribuit, nulla S.* Hildulfi *facta mentione. Verum præterquam quod non viderat vir eruditus hanc primam S.* Hildulfi *Vitam, mirum ſane quam levibus hic ducatur argumentis.*

Eſto enim (quod in primis obſervat) Paulo ſeu Paululo, Vita ſancti Erardi ſcriptori ita viſum fuerit, tantæne auctoritatis eſt ille ſæculi undecimi deſinentis ſcriptor, ut nulla ſententiæ ſuæ adductæ rationi antiquiorum & graviorum Auctorum teſtimonium elevet?

uti & multa Cointii argumenta

At, inquit Cointius, ſtare debemus potius ab auctore, qui totus in conſcribenda ſanctæ Othiliæ Vita fuit, quam ab eo qui ſemel tantum in S. Hildulfi *Vita mentionem ejuſdem ſanctæ Othiliæ fecit. Quaſi vero Auctores Vitæ* S. Hildulfi *in ea conſcribenda teſti pariter non fuerint, aut ad illorum inſtitutum ex æquo non pertinuerit, baptiſmum ab eodem Sancto divæ Othiliæ collatum, & patratum ſimul miraculum recenſere! Ideoque illis unicus credendum ſit, quod nullam exinde habuerint occaſionem ejuſdem Sanctæ mentionem faciendi.*

C *Addit Cointius, privata non deeſſe argumenta, quibus oppoſita nobis ſententia fulciatur. Primo, inquit, locus ubi Othilia baptizata eſt, in Vita* S. Hildulfi *perperam dicitur fuiſſe Medianum monaſterium. Quare perperam? Nimirum quia in Vita S. Othiliæ & in Vita S. Erardi monaſterium, in quo baptizetur Othilia, non Medianum vocatur ſed Balma. At potiorne fides adhibenda eſt Anonymo Vitæ S. Othiliæ ſcriptori, qui non niſi populares & male digeſtam ſecuius videtur opinionem, quique tot a ratione aliena & inter ſe pugnantia ſequitur, quam veteribus illis Scholaſticis qui Vitam* S. Hildulfi, *ex antiquiſſimis ejus Actis adornarunt & nihil non rectæ rationi congruens tradiderunt?* uti

Quod autem ſpectat ad Vitam S. Erardi, obſervandum eſt, eam eſſe triplicem. Primam conſcripſit ſupra nominatus Paulus ſeu Paululus ſub finem ſæculi 11; ſecundam edidit Conradus a Monte puellarum medio circiter ſæculo 14; tertiam vero; ex prima contractam, ſuppeditavit Anonymus quidam, de cujus ætate nihil aliud determinari poteſt, niſi quod paulo poſterior, Conrado autem anterior fuerit. At neque in prima neque in ſecunda vitæ certus aſſignatur baptiſmi S. Othiliæ

D *locus. In prima namque dicitur dumtaxat quod* in partibus Bavariæ celeſtibus intento B. Erardo, revelatum eſt ut ad Rheni fluminis partem repedaret, puellam baptizaret, ac cæcam illuminaret, qui jubentis vocem obedientiæ pede ſecutus ad deſtinata pervenit loca. *In ſecunda vero pars illa Rheni fluminis Alſatia quidem nominatur, ſed nullus ejuſdem provinciæ determinatur locus. In ſola igitur tertia Vita vocabulum Palmæ reperitur: quod cum Anonymus in Pauli Vita quam contraxit, non legerit, ex Vita S. Othiliæ procul dubio deſumpſit.*

Ex hac triplici S. Erardi Vita colligit Cointius, quibus eadem *B. Othiliam baptizatam fuiſſe eis Rhenum, in Alſatia; intra fines diœceſis Argentinenſis, ubi tunc, inquit, ſtrum puellarum monaſterium, cui nomen Palmæ. Sed hoc ultimum illi probandum incumbebat, videlicet, extitiſſe olim intra fines diœceſis Argentinenſis aliquod hujus nominis monaſterium, quod cum nullatenus præſtiterit, inanis eſt ejus ratiocinatio.* E

Verumtamen fatendum eſt, Cointium ad verum baptiſmi beatæ Othiliæ locum, Medianum ſcilicet monaſterium, propius acceſſiſſe omnibus illis qui Balmenſe virginum monaſterium diœceſis Veſontionenſis, eidem baptiſmo aſſignant. Medianum quippe monaſterium & eis Rhenum ſitum eſt, a quo duodecim circiter Leucis diſtat, & Alſatiæ vicinum, & diœceſi Argentinenſi finitimum, vixque dubitari poteſt, quin tunc temporis a pluribus & potiſſimum a popularibus Palma ſeu Balma vocitatum fuerit, ob ingentem videlicet ipſi ſupereminentem rupem, quæ nunc quidem Alta petra, olim vero, teſte Joanne a Bayono, lib. 2, capp. 30, 67 & 74, Balma dicebatur. Neque id cuiquam mirum videri debet, cum Balmæ vocabulum veteri lingua Gallica ediram vapem ſignificet, ut obſervat Mabillonius agens de Balmenſi apud Sequanos virginum monaſterio, quod redactum eſſe ait in prioratum ſancti Romani De rupe appellatum.

Secundo (pergit Cointius) in Vita S. Hildulfi *meri conatur.*

„ *Othilia a nativitate cæca defertur a parentibus*
„ *qui ſanctos patres* Hildulfum, & *Erardum, ut*
„ *ejus miſereantur rogant. At ſi filiam ambo pa-* F
„ *rentes Athicus & Bereſwinda ſupradictis Epi-*
„ *ſcopis curandam obtulerunt, cur illam baptiza-*
„ *tam & ſanatam pater domum ſecum non reduxit?*
„ *Recte quidem. Sed unde probatur non reduxiſſe, niſi ex Anonymo Vitæ ejuſdem S. Othiliæ auctore ejuſque ſequacibus Vitæ B. Erardi ſcriptoribus? Quam vero fidem meretur Anonymus ille Vitæ ſanctæ Othiliæ auctor, qui, ut ex antedictis patet, hiſtoriam nativitatis & baptiſmi ejuſdem Sanctæ tot ridiculis commentis deturpavit, ut anilibus fabulis quam ſimillima videatur. Senſit hic Cointius ipſe difficultatem conciliandi res oppoſitas ac repugnantes, quas conjungunt ſcriptores Vitæ ſancti Erardi, dum eamdem nebrant hiſtoriam & quod illi de Athico B. Othiliæ patre certiſſime dicunt, hoc ipſe de Erardo Epiſcopo perperam interpretari coactus eſt.*

Tertio denique (ait Cointius) in Vita S. Hildulfi *Othilia dicitur gentilis, illiuſque parentes*
„ *moſti ſanctos Epiſcopos* Hildulfum *& Erardum*
„ *non rogant ut eam baptizent, ſed ut ejus mi-*
„ *ſereantur, id eſt, ut cæcitatis miſereantur qua*
„ *laborat. In Vita autem S. Othiliæ parentes ejus*
„ *ob Chriſtianos mores plurimum commendantur.*
„ *Reſpondeo, Othiliam non ideo dici gentilem, quod ex parentibus gentilibus nata eſſet, ſed quod baptiſ-*

mum

A *mum nondum ſuſcepiſſet; unde non ſimpliciter gentilis*, ſed adhuc gentilis, *hoc eſt nondum baptizata dicitur. Evidens eſt autem, Chriſtianæ eorumdem parentum pietati minime repugnare, quod ſanctos Epiſcopos non rogant ut filium ſuum baptizent, id enim promptum illis erat a quocumque ſacerdote impetrare, ſed ut ejus miſereantur, hoc eſt eum a cæcitate liberent, quod per ſanctorum Virorum merita fieri poſſe animo ſpeque confidebant. Quibus omnibus Coimii argumentis ita dilutis & everſis, cum intacta remaneat tradita nobis in hac prima ſancti* Hildulfi *Vita narratio de baptiſmo ſanctæ Othiliæ, certo credendum videtur, nobiliſſimam puellam a piiſſimis parentibus ad Medianum monaſterium adductam fuiſſe, ibique a ſanctiſſimis Epiſcopis* Hildulfo & *Erardo baptizatam & ſanatam, ſtatimque demum ab ipſiſmet parentibus maxime cum gaudio reductam fuiſſe. An vero ad Balmenſe virginum Monaſterium poſtea deducta & in eodem educata fuerit,*

B *ut quibuſdam placet (* Gebuvillier *cap. 4) non eſt hujus loci diſquirere.*

Quo loco S. Othilia verſimiliter baptizata fuerit.

Unum dumtaxat hic adjiciam, nempe veriſimillimum eſſe, ſanctam Othiliam in Eccleſia beatiſſimæ Virginis Mariæ, quæ fratrum erat oratorium, & juxta impoſitum ſibi a B. Hildulfo *nomen, Medium monaſterium proprie appellabatur, baptizatam non fuiſſe, ſed in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, quam idem S. Pater, turbas confluentium fere non valens, extra clauſtra monaſterii ad radicem montis Balmæ, bodie Altæ petræ, ædificaverat, & juxta quam domos, in quibus ſupervenientes reciperentur, conſtituerat: hincque enarrem eſſe ſingularem illam devotionem qua prudens & grata virgo erga hunc ſanctum Domini Præcurſorem uſque ad obitum affecta remanſit; nam eccleſiam in ſua Habamburgenſi monaſterio, ſub ejus invocatione, conſtruxit, in quam orationis gratia frequens ſecedebat, & cum mortem ſibi imminere perſenſit, non ad eamdem pervenit, ſacraque communione præſumpta, ibidem & animam exhalavit, & corpus ejus ſepulturæ traditum eſt.*

h *Ex hoc loco plurimum commendatur hæc prima ſancti* Hildulfi Vita.

VITA SECUNDA.

C Deſcripta ex Manuſcripto Ultrajectino cura Heriberti Roſweydi, cum titulo

a *Vita ſancti Hildulfi Trevirenſis Archiepiſcopi.*

HIldulphus claro genere ortus, a juventute litterarum ſtudiis traditus, in brevi efficaciſſime claruit, de die in diem in virtute proficiens: & integer ab his vitiis, quibus talis ætas ſolet implicari, perſiſtens. Interea moribus eccleſiaſticis affectatus, apud urbem Regeneburg * clericus ordinatus eſt. Tunc Milone Trevirenſi Archiepiſcopo defuncto, Trevirenſes Hildulfum eo quod vir eſſet nobilis, ſcientia eruditus, lingua urbanus, vita & moribus compoſitus, in Epiſcopum unanimiter poſtularunt. Mox ſermo in aula Regis Pipini, patris Caroli Magni, percrebuit, atque ex ejus edicto vir tantus ac talis Archiepiſcopus fieri definitur. Tunc

Ob magnam ſanctitatis famam Epiſcopus poſtulatur.

* Reginoburgum *alias* Ratiſpona.

vir Dei, qui heremum ſemper concupierat, fugam paravit, ſed raptus a devoto populo Galliam Belgicam uſque deductus eſt, atque Trevirorum conſecratus Epiſcopus. Igitur in tali honore quam ſancte vixerit, non eſt facile recitare; quaſi enim quidquid eſt ſcelerum perpetraſſet, ſic pœnitentiæ vitam ducebat, prædicationibus & miſericordiæ operibus inſiſtens: pro ſalute mundi & requie defunctorum Miſſam celebrare nullo die prætermittebat, & ut bonus paſtor quidquid gregi docebat agendum, ipſe operum exhibitione monſtrabat. D ex Mſt.

S. Maximini corpus transfert ſed relicta cathedra,

2 Inter etiam opera magnifica quæ geſſit, corpus B. Maximini, ex crypta ubi illud B. Paulinus, ex Aquitannia revectum, tumulaverat, in domum qua nunc veneratur transtulit. Poſtquam igitur multiplices pro Chriſti grege labores ſuſtinuiſſet, quidquid habere videbatur relinquens, heremum (ut olim concupierat) petere deſtinavit, & ad Jacobum Leuchorum Antiſtitem miſit, ut ſibi ſecretum provideret locum. Qui Jacobus in ſaltu Voſagi, ubi Sanctorum virorum cellulæ inerant, ſiquidem Deodatus Neverenſis Epiſcopus, quondam ſæculo renuncians, ibidem habitaverat, viro Dei Hildulpho locum habitationis inſtituit. Quem videlicet locum, montibus undique ſeptum, fluviolus quidam, Rapido nomine, præterfluit, ſuper quem vir Dei Hildulfus, heremum ingreſſus, eccleſias fundavit, primam videlicet in honorem Dei genitricis Mariæ, quam Medium monaſterium appellavit, aliam in honore B. Petri & omnium Apoſtolorum conſecravit. His igitur ſtatutis, ſoli Deo vivere cœpit. Cumque fama ſancti nominis ejus longe lateque diſcurreret, viri potentes & nobiles ad eum ſæpius confluebant, quorum aliquanti, deſiderio vitæ cœleſtis accenſi, cum eo remanebant. E

In Voſago multos ſocios congregat, & S. Othiliam baptizat.

3 Cumque numerus ex diverſis partibus accurrens creſceret, Sanctus Dei, qui olim monachum profeſſus fuerat, cœpit habitationes ædificare monachis competentes. Tunc per merita ejus ſibique ſubjectorum ibidem cæci illuminabantur, claudi convaleſcebant, dæmones fugabantur, & ob hoc turbas confluentium ferre vix valens, extra clauſtra eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ ædificans, dedicavit, atque domos, in quibus ſupervenientes reciperentur, conſtituit. Cum itaque ſic de remotis partibus ad virum Dei fieret concurſus, Eraudus * vita æque ſanctiſſimus, carne quidem beato Hildulfo germanus, ordine coepiſcopus, nomine ejus excitatus occurrit, a quo gratanter ſuſceptus, per aliquot dies ſimul manentes, æternæ vitæ viciſſim monitis reſonabant. Ad amborum vero merita oſtendenda defertur eis Heſtinonis Ducis filia, cæca nata, utque ejus miſereantur, a mœſtis parentibus humiliter requiruntur; quam cum adhuc gentilem eſſe cognoviſſent, catechizaverunt, & proſtrati pro ipſa oraverunt. Tunc B. Hildulphus eam baptizavit, quam de ſacro fonte, mente & carne illuminatam, beatus Eraudus excepit & Odiliam nominavit. Quæ res in tantum valuit, ut potentes perſonæ ſanctum Hildulphum maxime venerarentur, eique ad augmenta loci auxilia præberent. F

* *alias* Erardus.

4 Un-

Digitized by Google

EX MSS. *S. Samuli discipuli ossuaria & beata, meritisque obitus.*

4 Unde quidam nomine Begho, locum qui usque hodie Beghonis cella dicitur, & partem Vosagi, quæ *Falcodi* rupes appellatur, Sancto tradidit. In qua Beghonis cella, in honore sanctæ Crucis dicata, virum summæ humilitatis, Spinulum nomine, constituit, ubi idem homo Dei post multiplices labores ac numerosa miraculorum insignia, transivit ad requiem; cujus meritum Deus declarare volens, per angelum nunciavit B. Hildulfo, ut glebam Sancti ad monasterium referret. Nec mora Sanctus cinere, quo jacebat, excutitur, & fratribus convocatis, obitum viri Dei eis denunciat. Accensis itaque cereis, ad exequias viri Dei properant. Vis itaque ventorum plus solito inhorruerat, adeo ut annosas quercus & abietes eradicaret. In tali igitur turbine, ante corpus Sancti ardentes cerei usque ad locum sepulchri delati sunt. Omnes autem infirmi venientes ad sepulchrum illud sanati sunt a quacumque infirmitate detinerentur. Unde populi
B concurrentes, comperta habilitate loci, forum ibi statuere temptaverunt. Sed beatus Hildulfus ad tumulum S. Spinuli accedens, dixit ei quasi viventi: Frater Spinule, propter animarum pericula, concurrentium comprime turbas. Tunc signis cessantibus, frequentia quoque cessavit. Tandem beatus Hildulphus plenus sanctitate, correptus febre, cœli capitolium coronandus intravit quinto Idus Julii *.

* *in Ms. legitur* Junii *sed mendose.*

D *Ad apostoli Petri imitationem*

patris æterni, ut coheredes haberet homines, fratres sibi adoptavit, quibus in domo Patris sui mansiones collocaret. Ad hanc ergo festinantes viros Dei, solos venire puduit, cum scirent, eos, qui secum alios traherent, certam manere mercedem; adeo ut quo plures veherent, eo majori præmio cumularentur; fisi illa attestatione, qua servus ille Evangelicus, talentum cum lucro referens, gaudio Domini sui donatus est. Ad hujus itaque gaudii ineffabilem dulcedinem ille bonus Pater familias omnes volens introducere, missis in mundum servis suis, cunctos præcepit invitari, & ne in via deficerent aut errarent, tritico vitæ & lampade caritatis geminæ sustentari.

2 Cumque hoc omnipotentis divinitati dignum placuisset, ut conservis suis suo in tempore tritici mensuram erogaret, ad laborem præsentis vitæ, futurorum pastorem populis, Hildulfum nomine, jussit prodire. Qui claro Nerviorum genere ortus, inter scolares alas sacræ militiæ alitus est. [* Circa illius temporis ætatem Garibaldus regebat eandem Noricorum, id est Baioariorum gentem, cujus filiam, nomine Teudelindam, Agilulfus Rex Longobardorum fortitus fuerat uxorem. Hujus etiam Agilulfi, ad obsidionem Urbis festinantis, præcellentissimus Dominus Papa Gregorius in Commentario Ezechielis mentionem facit. Ea quoque tempestate Austrasiis imperabat Theudebertus, ex Childeberto Brunechildis filio procreatus, cujus in aula educabatur beatus Arnulfus Buorgisi *b* illustris viri filius, ex Majore domus postmodum Mediomatricæ urbi pontifex destinatus, quique ad extremum renuncians apici tanti pontificatus, anachoreticæ vitæ sectator effectus est devotus.

Declaratur a Deo S. Hildulfus

E

* *() His omissis clauditur quæcumque hujus Vitæ interpolator adjecit ad primam sancti Hildulfi Vitam.*

b

3 Verum puer Dei ab ipso conditore præelectus misericorditer Hildulfus] mox futurus Christianæ defensor religionis ac Doctor, studiis litterarum traditus, divina gratia cooperante, in brevi efficacissime claruit, atque unde multi per abrupta vitiorum defluunt & in cœno superbiæ devolvuntur, videlicet si de mundi scientia quidpiam attigerint, inde iste adhuc bonæ indolis puer, omnibus excellentior factus, indies proficiebat, integer ab his vitiis quibus juvenilis ætas implicatur. Dum enim multi talium controversiis forensibus, alii ludis multiplicibus, aliqui, licet admodum rari, in investigandis sæcularium nodis disciplinarum intenti obstupescant, hic pervigil in orationibus, assiduus lectioni erat, atque ultra vires operibus misericordiæ intentus; succurrere laborantibus, opem ferre egenis, miseris assistere diligebat. Talium ergo virtutum incrementis quid futurus pastor Ecclesiæ faceret, præmonstrabat.

a dolescens in litteris & pietate profecit.

F

ANNOTATA.

a *Brevis hæc sancti* Hildulfi *vita non differt ab ea quam edidit Surius ad diem* XI *Julii, nisi in terminis. Ejus abbreviator primam ejusdem Sancti vitam superius traditam contraxit, non vero tertiam mox subjiciendam. Id constat ex multis. Primum quod eosdem prorsus chronologiæ nævos continet quam prima illa vita, & de Pipino Rege ac patre Caroli Magni indubitanter affirmet, quod de Pipino Heristallo intelligendum esse tertia vita monet. Secundum est quod annum mortis* B. Hildulfi *non assignet, qui tamen in tertia vita disertis verbis dicitur* annus ab Incarnatione Jesu Christi septingentesimus septimus. *Tertium denique quod ex multis & prolixis interpolationibus in tertia vita contentis nullam perstringat.*

A quo & qua ætate confecta fuerit hæc prima sancti Hildulfi *vitæ epitome, incertum. Verumtamen Anonymus illius auctor, quisquis ille fuerit, ante editam aut certe vulgatam tertiam vitam scripsisse videtur, cum ex ea nihil deprompserit.*

C

VITA TERTIA. a

Ex Ms. Medianensi, cum Epternacensi & Paderbornensi Mss. collato, descripta.

CAPUT I. a

* *Paderborn. Ms. habet* Quoniam quicumque.

QUicumque * baptizati Christum induti sunt & hereditatem animo suspiraverunt æternæ salutis, ut aliquando illam valerent consequi, usi sunt lumine caritatis, per quam unicus Dei filius, cum solus esset in regno

a *Non extat in Medianensi codice, quem sequimur, hæc capitum divisio, sed illam usurpamus ut & facilior evadat ejusdem codicis cum Epternacensi & Paderbornensi codicibus super capita divisis collatio, & annotatis nostris commodior ubique tribuatur locus. J. B. S. Hanc jam in principio dixi confusam fuisse, quo minus hanc totam Vitam ad solitum capitum nostrorum normam reduxerim,*

A *reduxerim, quæ mihi magis placuisset. Notavit præterea Belhommeus, in Mediolanensi codice nullum Vitæ præmitti titulum: in Epternacensi legi;* Incipit Vita S. Hildulfi Archiepiscopi Trevirorum, miræ sanctitatis viri: *In Paderbornensi vero;* Incipit prologus in Vitam *&c.; quæ differentiæ ad rei substantiam nihil magnopere conferunt.*

b Buotgisus *qui &* Boggus *dictus est, vocabatur alio nomine Arnoaldus seu Arnoldus. Unde nihil mirum si in Paderbornensi codice sic appellatus reperiatur.*

CAPUT II.

* *In Epitern. legitur* Regensbuorch. *In Paderbornensi* Regensborch.

INterea moribus ecclesiasticis assuefactus, apud urbem, vulgo Renesvorch * dictam, clericatus honore donatus est. [Quia vero semen rectæ intentionis semel jecerat omnipotens agricola in bono arvo pectoris illius, paulatim assurgebat in eo robustæ operationis culmus. Attonitus nempe & avidus, nec surdus

B auditor existens Euangelii, non remissus obauditor ardebat fieri, illud Dominicum sine intermissione ingerens sibi: *Qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Ta-

* *In Paderborn M. legitur* quæ lia enim quia * videbat sibi adesse, plurimum suæ arbitrabatur perfectioni obesse. Uxoris vero filiorumque causa non ejus animum stimulabat, quibus hactenus carebat. Non denique per illud tempus tam indifferenter distribuebantur Ordines ecclesiastici, sicut cernimus hac nostra ætate distribui, sed perpetuæ professoribus castimoniæ aut virginitatis. Sed vir iste beatus, Spiritus sancti gratia præventus, a cunabulis illibatum a corruptione carnis servavit pectus, in cujus latebris mentem suam informabat & alebat.

Reliquit deinde facultatibus & patria,

fugit Treviris monachus ab Episcopo in formam adigitur

; Præmissis & aliis Euangelicæ institutionis verbis prudenter advertens, non solum Sanctis hæc dicta ac donata Apostolis, verum etiam cunctis in unitate fidei Apostolica suggestione fundatis: tandem exemplo fidelis Abrahæ, terra, cognatione domoque parentum egressus, iter arripuit Scambriam versus, subiitque civitatem Treverim *a*; quam tunc copiosus incolebat populus, monachorum etiam bonæ opinionis odorem circumcirca spargentium decorabat conventus, quibus spem sæculi irridens, imperterritus agonotheta Christi sociatus, monasticam normam pro-

C

a

b fessione explevit & actibus *b*; ideoque frixura sancti zeli circa monasticam perfectionem exussit cor ejus, ut terrori & exemplo minoribus, venerationi vero & amori fuerit majoribus. Itaque Milo *c*, Reverendi Luitwi-

c

* *In Ms. Paderborn. legitur* Lutwini. ni * filius, tunc Archiepiscopus, perpendens hunc sanctum virum scientia fultum, discretione maturum, conversatione angelicum, diversarumque virtutum tendere gradibus ad perfectionis cumulum, cœnobio abstractum, secum retinere voluit, atque secundam a se sedem ei indulsit, quatenus vice ipsius pastorale subministraret officium, sarcinam perferendo sibi creditarum ovium, sanis & debilibus consulendo, secundum quod senserat congruum. Quod quam pie, quam strenue exe-

cutus fuerit, sequentis series lectionis declarabit. D

XX Mss.

ANNOTATA.

a *Hinc patet, beatum* Hildulfum *Trevirim* veniſſe ibidemque conſtitiſſe, ac monachum induiſſe *pluribus annis priuſquam ad pontificalem ejuſdem civitatis cathedram eveheretur. In prima & ſecunda Vita dicitur quidem* olim monachum profeſſus, *ſed locus in quo hoc vitæ genus ampleſus fuerit, non notatur.*

b *Haud dubie apud ſanctum Maximinum.*

c *Obiit ſanctus* Hildulfus *etiam juxta hanc Vitæ ejus Interpolatorem anno* 707 *& pluribus dumtaxat annis poſt, præſulatum Trevirenſem uſurpabat Milo. Non potuit igitur hic pſeudo-Archiepiſcopus beato* Hildulfo *vices ſuas committere. Auctores primæ hujus Sancti Vitæ bona fide ſecutus eſt hic Anonymus illorum interpolator, & cum in chronologia Epiſcoporum Trevirenſium haud magis verſatus eſſet, in nomine antiſtitis qui B. Hildulfum in partem ſuæ ſolicitudinis advocavit,* E *pariter lapſus eſt. Expungendus erat Milo & in ejus locum ſubſtituendus Numerianus, ut oſtenſum eſt in Commentario prævio §. IV.*

CAPUT III.

SUb hoc tempore apud Gallias, Francorum regibus a ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, hi qui Majores domus regalis eſſe videbantur, adminiſtrare regni potentiam, & quidquid regibus agere mos eſt, cœperunt; quippe cum cælitus eſſet diſpoſitum, ad horum progeniem Francorum transvehi regnum. Eratque illis in diebus in regio palatio Angiſus, Arnulfi filius, de nomine Anchiſe, quondam Trojani, ut putatur, appellatus, adminiſtrans principatum ſub nomine Majoris domus; cujus quoque ætatem attigit Heraclius Romanæ reipublicæ Auguſtus, qui revexit ſanctiſſimæ Crucis lignum a Choſroæ tyranni arcibus. Pipinus poſt multum temporis patri * Angiſo decedenti ſuccedens, rempublicam Galliarum gubernavit florentiſſime, vir magnæ potentiæ miræque pietatis & audaciæ, qui hoſtes ſuos ſtatim aggrediendo contrivit ſæpiſſime. Nam ſuper quemdam ſuum adverſarium Rhenum tranſgreſſus, cum uno tantum ſatellite ſuo irruit, eum in ſuo cubiculo reſidentem cum ſuis trucidavit; bella quoque multa cum Saxonibus & maxime cum Rathbodo Freſonum rege fortiter geſſit. Hic & alios filios habuit, ſed ex his præcipuus Carolus extitit, qui ei poſt in principatu ſucceſſit.

qui, tempore Pipini Hersfalli e vivis erepto,

* *In Paderborn. M. legitur* prædicti F

7 Quod idcirco fortaſſis plus juſto viſum eſt proſequi, ne ſimilitudo nominum decurſioque temporum in ſequentibus injiciat ſcrupulum lectori. Nempe præfatus Dux Carolus primi ex Francis magni Imperatoris Caroli extitit avus. Publicis igitur utilitatibus invigilante Angiſo jam dicto *a*] & Milone Archiepiſcopo Trevirenſium rebus humanis exuto, Trevirenſes præſule indigebant. Grex itaque Domini paſtore deſtitutus, converſus ad Dominum, totis precibus incumbit, & ut eccleſiæ ſuæ, turbine ſæculi fluctuanti, rectorem tribuat, expoſcit. Tunc ſubito Hildulfi nomen per ora omnium ſo-

poſtulantes omnes ſe populo Sanctus in Cathedram ſuſcipitur a

Digitized by Google

EX Mss. nuit, quod vir eſſet nobilis, ſcientia eruditus, lingua urbanus, vita [Deo placita, hominibus approbata, ac moribus clero & plebi proficuis congruiſque compoſitus.] Mox ſermo in aula Regis *b* pererebuit, atque exiit edictum, ut vir talis ac tantus paſtorale ſubiret miniſterium. Quo comperto, vir Dei in diverſa nitens [verſus nativitatis ſuæ ſolum *c* fugam arripuit, ſiquidem anxiabundus, ſuſpecto honore ſublimari refugiens in peregrinis, quaſi ignobilem ſe poſſe delitescere ſuſpicabatur in propriis.]

b Nam heremum concupierat, niſi populi devotio precavens obſtitiſſet. Ab Hiſtria igitur raptus, Galliam Belgicam uſque deductus eſt [cujus ſanctum deſiderium licet fuerit dilatum, non tamen eſt ablatum.] Fit conventus totius regni, accurrunt Principes cum Epiſcopis, cœtus clericorum monachorumque cum populorum turbis, una omnium acclamatio, Hildulfum eſſe honore epiſcopali dignissimum; cum vir Dei e diverſo ſe omnino reclamaret indignum. Nam propriæ * fragilitatis robuſtus proſpector, ſemetipſum in ſe metiendo, ſibi timebat, quia quæ & qualis ſit ratio animarum reddenda cogitabat. Quod ſi nunc homines perpendere vellent, dum liberi & quieti vivere poſſunt, regimen eccleſiaſticum, ad quod viri ſancti vix cogebantur, nequaquam tam prompte pecuniis mercatum irent. Sed tandem vicit fidelis populi devota acclamatio, atque [Apoſtolicæ per omnia conformatus vitæ, poſt beatum Eucharium, Petri Apoſtoli diſcipulum, triceſimus tertius *d*] communi omnium voluntate Trevirorum confirmatur Antiſtes. Qualis vero jam fuerit & qualem ſe cunctis præbuerit, quia difficile explicabitur, attentare veremur.

b fuga in patriam revocatus.

B * *In Paderborn. Mſ. legitur* pertinge.

C

ANNOTATA.

a *Animadverterat interpolator, præſulatum ſancti* Hildulfi *cum regno Pipini conjungi non poſſe, ideoque quod in prima ejuſdem Sancti vita de prædicto Pipino rege dicitur, id præmiſſa ad majorem intelligentiam ejuſdem regis genealogia, expreſſe aſſerit de Angiſo illius Avo: verum, relicto ſemper Milone, parum aut nihil proficit interpolator, cum inter Angiſi ætatem & Milonis obitum non minor ſit diſcrepantia, quam inter ſancti* Hildulfi *præſulatum & Pipini regnum.*

b *Haud dubie Childerici II.*

c *Cum hic* B. Hildulfus *verſus nativitatis ſuæ ſolum fugam arripuiſſe, inferius vero ab Illiria, id eſt Danubii ſeu Iſtri tractu, raptus & reductus fuiſſe dicatur, conſequens eſt, illum patria Nericum, non Nervium fuiſſe.*

d *Supponit interpolator,* B. Hildulfum *Milonis ſucceſſiſſe, & hinc eſt quod infra cap.* 4 *ait, eumdem ſanctum S. Maximini ſucceſſorem fuiſſe vigeſimum nonum. Cum itaque triceſimus tertius poſt beatum Eucharium hic numeretur, reſtat ut ante Maximinum plures non fuerint Epiſcopi Trevirenſes quam quatuor.*

CAPUT IV.

Quam præclaris virtutibus

IGitur beatus Vir non modo de boni operis [ſeu monaſtici rigoris] propoſito ſemel arrepto aliquid * imminuit, ſed velut centuplicatum augmentavit. Enim vero quaſi puer aut adoleſcens quidquid obique jacet ſceleruin perpetraſſet, ſic in pœnitudinem converſus, ſe contra ſe erexit. Videres hominem exeſum jejuniis vix oſſibus hærere, ad Sanctorum memorias indeteſtum jacere, inundantia lacrymarum ſedulo madere, noctes inſomnes ducere: Quid enim dicemus, eum pauperes, mediocres & divites ſummo ſtudio omnique diligentia curare. Quidquid ſibi erat, omnibus commune faciebat, divitibus & egenis mediocribuſque idem ſemper * erat. His præcipiebat non ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Domino, qui dat omnibus omnia affluenter, & ut eorum abundantia divitum inopiæ fieret ſupplementum. Omnino autem pauperes rebus admonebat, ut ſcirent ſpiritu pauperes eſſe, & in humilitate gratias agere Deo, dicente ipſo Domino: *Beati pauperes ſpiritu*. Perquirebat, quem Sanctorum in aliquo bono imitari valeret. Eum diem ſe perdidiſſe querebatur, quo parum aliquid non profeciſſet in actibus ſeu mandatis Dei. Sacrificium pro ſalute totius mundi & requie defunctorum nullo offerre Deo prætermittebat die, ſciens ſcilicet * Domino dicere, *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo. Et voluntarie ſacrificabo nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt*. Quidquid igitur Vir beatus * ſibi fieri volebat, juxta Euangelicum præceptum nulli negabat, ſed omni petenti ſe libentiſſime tribuebat, portum ſcilicet laborantibus, conſolatorem mœſtis, nudis coopertorem, ſuſceptorem viatoribus.

D * *Malim legere nihil.*

* *In Paderborn. Mſ. legitur ſæpe.*

E

* *in Mſ. habetur ſic.*

* *In Paderborn. Mſ. legitur vir Dei.*

10 Quis eum umquam expetiit, & ejus bonitatem expertus non eſt? Quotidiana illum ſolicitudo omnium animarum, aliquo pereunte, compellebat gemere, quamquam tanta eſſet pietatis, ut quovis ſcandalizante, ſe crederet offendiſſe. Et quoniam incolam ſe & peregrinum hic noverat, ubi non habere ſe manentem civitatem ſciebat, oſtium ſuum viatori numquam clauſit, neque buccellam ſuam ſolus comedit. [Ut dulciſſimus pater, filios ſpirituales dulciter admonendo, quatenus cæleſtis patriæ hereditati inhiarent, non deſiſtebat. Divinæ legis gratiam in pectore geſtabat, ex cujus fale ſermonem ſui oris condiebat. Vanitatem mundi ſic horreſcebat, ut crederet ac profiteretur, miſeros eſſe amatores ejus. Eleemoſynis maxime inſudabat, hoſpitalitati largiſſime, acſi hanc ipſi Chriſto exhiberet, inſiſtebat. Quem videbat triſtem & dolentem conſolationis verbo, & ſubſidio neceſſario exhilarabat. Diſcordantes ad concordiam reducebat.] Ceterum omnibus omnia ſe faciebat ut omnes ſalvos faceret, & ut bonus paſtor, quidquid gregi docebat agendum, operum exhibitione monſtrabat.

in epiſcopatu ſuſcepit.

F

CAPUT V.

CUm hujuſmodi ceterarumque virtutum eminentia Antiſtitis * congrueret, omnium mira colebatur venératione. Vir enim erat nobilitate generoſus, religione præcipuus, conſilio cautus, operibus famoſus. Inter magnifica namque opera, quæ multiplicia geſſit, corpus beatiſſimi [atque glorioſiſſimi præſulis] Maximini [cujus ipſe ſucceſſor

* *In Paderborn. Mſ. legitur* Antiſtiti. *Tranſfert & decanias exemplo ſuæ ſedis S. Maximini.*

Digitized by Google

A cessor habebatur jam tum vicesimus nonus a.] a ex crypta, ubi illud beatus Paulinus, presul magni meriti, ex Aquitania revectum tumulaverat, in domum, qua nunc veneratur, transtulit. [Quis enim crypta insolitas evomebat aquas, quæ tribus altiores cubitis superficiem totius pavimenti ejus occupaverant, nec tamen mausoleum reverendorum arcendi invadendi licentiam habebant, sed solido sicut murus hinc inde illud cingebant, perpendens vir beatus, tam signo hoc quam pluribus aliis revelationibus, se admoneri, quatenus ædificata basilica, corpus sanctum inde transferret, omni vigilantia perficiendam id curavit. Ergo maximis impendiis constructo oratorio *, adest clerus cunctus cum populo. Nec mora, venerabilis antistes cum duobus coepiscopis suis Domno scilicet Clemente & Chotberto, enormis magnitudinis coperculo manus admovet, quod tanta celeritate sublatum est, ceu pondere careret. Ipsum tamen coperculum post a trecentis viris & quadraginta boum paribus tentatum, mansit immotum. Tandem venerandis artubus honorifice, ut decebat, in arca reconditis cypressina, & sic in marmoreo, quarto Kalendas Junii oratorio intulit, quod a fundamentis inceperat. In quo pariter impositæ sunt trecentorum Martyrum Thebeæ legionis corpora, quem locum sic nobilitavit supellectile ac fundis b, replevit cœnobiis, ut ex tunc nullatenus inferior videatur episcopio ipsius urbis c.]

* *In Paderb. Mi. hic additur*: vigilantique studio ad unguem perducto.

B

b

C

ANNOTATA.

a *Vide notam d. cap.* 3.

b *Beatum* Hildulfum *erga sanctum Maximinum Hlinsque cœnobium infigniter propensum fuisse, fatentur Sammaximinenses, sed fundis ab eo auctum idem cœnobium negant. Vide Zyllesium in defensione abbat. sancti Maximini pag.* 74 *&* 75. *Edit. Colon.*

c *In fine hujus capitis tam in Epternacensi quam in Paderbornensi Mss. codicibus addantur sequentia:* Circa quem locum dum vir beatus de die in diem nimio insudasset pietatis affectu, providens futura sagaci spiritu, veritus superfluas tyrannides successorum, prædictum locum regio jure nobilitati tradidit, ut haberur in præsenti. *Quæ sicut & alia nonnulla inferius suo loco annotanda, cum non reperiantur in Ms. nostro codice Medianensi, & Trevirensi sancti Maximini monasterium fere spectante, a posteriore aliquo interpolatore, ejusdem monasterii monacho adjecta esse videntur.*

CAPUT VI.

ET post tam multiplices pro Christi grege labores, licet in pontificatu positus, nihil possidere voluit, quidquid tamen illud erat quod [occasione seu prætextu regiminis] habere [vel præsumpsisse sibi] videbatur, relinquens, ut olim animo conceperat, eremum petere destinavit, monastici siquidem non immemor voti, reputabat actus suos sibi minus posse sufficere ad salutem, cum Dominus dixerit: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [oculati

Prioris instituti desiderio incensus,

quippe cælestisque animalis circumspectionem retinens, non revertebatur incedens, ac eorum quæ retro sunt oblitus, in anteriora se rebatur extensus. Equidem noverat, plurimos ante humana judicia interim stantes videri per bonorum operum executionem, sed ante omnipotentis Dei oculos corruisse per meliorem deliberationem, eoque * bonum opus talium minus Deo fore placitum, quo per mentis deliberationem in meliori gradu inconstanter est positum.

D EX MSS.

* *In Mi. Epternacensi quo hic supplentur nonnulla verborumque in Mi. Medianensi desiderantur.*

13 Ne ergo postmodum frustra quereretur hujusmodi detrimentum sibi mentis subrepsisse noxiam deliberationem, quam sibi suspirabat adhuc deesse, accelerabat perficere.] Quod cum primum rumor ad aures vulgi detulit, quasi barbaris insequentibus, omnis ætas omnisque sexus in urbem ruit, visoque viro Dei clamor in cælum tollitur, & quasi omni provinciæ exitium immineret, unus omnium sonabatur luctus. Cur, Pater, gregis tibi commissi custodiam derelinquis? Quare tantarum animarum futurum discrimen non metuis? Ecce, qui erant hujus ecclesiæ sævissimi vastatores? Namque dilaniabunt gregem tuum lupi rapaces. Talibus itaque Vir sanctus lamentationibus præcipue piarum supra dicti loci ovium commotus, ut erat pietate plenus, in lachrymas resolvitur, conversusque ad plebem hæc tandem profatur: Vos populus Dei & oves pascuæ ejus estis, ipse vos custodiet qui vobis promittit dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Nam custodia mea hactenus nulli profuit, qui me ipsum minus circumspexi; siquid autem deinceps mihi superest temporis, finite ut expleam, quo & mihi & vobis prosim.

E

in felicissimum sæculum cedere statuit.

14 [Obfirmatus igitur adversus lugubres querelas gregis se profecturis, quasi tenacioribus vinculis, quæ libertatem animi ejus sibi subigere tentabant, disruptis, Weomadum a*, sibi successorem, ovibus vero suis designans pastorem, post ultimum vale, animum, oculos ac pedes cœpto itineri restituit, per spiritum sanctum elevatus scientia, assumptus vita, in indignatione spiritus sui amarus abiens, pennas sibi dari columbæ gemebundus expetebat, quibus volando requiesceret, & quibus elongando fugiens in solitudinem maneret. Quemadmodum enim Deo dignus Papa Gregorius ait: Dulce est esse in rebus humanis, sed ei qui adhuc de cælestibus gaudia nulla gustavit; at siquis jam cordis ore gustaverit, quæ sit illa dulcedo cælestium præmiorum, huic quanto illud dulce sit quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur quidquid foris sustinet. Rixatur secum de rememoratis iniquitatibus, reprehendit se de cogitationibus, insequitur de verbis, & punit flendo de factis. Itaque nisi hoc modo Spiritus sanctus mentem viri hujus in amaritudinem temporalium & delectationem æternorum commouisset, terram desertam & inviam tanto affectu cordis non quæsisset.

a

* *In Paderb. Mi. legitur* Nicomadum

F

ANNOTATA.

a *Error dimanans ex intrusa superius nomine Milonis.*

Digitized by Google

A

EX SM. 1

CAPUT VII.

PEr illud tempus] Jacob *a* vir conversatione moribusque admirabilis, Leucham regebat * urbem, qui eum pro sui sanctitate in ora omnium penderet, Regibus quoque stupendus erat, ad quem cum vir Dei Hildulfus misisset, ut caritate mediante, secretum illi provideret locum, libentissime collaboravit, siquidem a prædecessore ejus quodam pontifice, Girbaldo *b* nomine viro æque sanctissimo, Deodatus vir summæ sanctitatis, olim Niverœnsis Episcopus, renuncians sæculo, in saltu Vosagi locum obtinuerat, ubi sanctissime conversatus, monasteria statuit, atque post diutinam in Christi agone militiam, vitæ senatum laureatus intravit. [Denique Stivagium * jam tunc erat spirituali monachorum exercitio institutum. Porro Dompnus Gundelbertus, olim Senonum præclarissimus Archiepiscopus, circa tempus illud Senonicnse cœnobium, in Grandiavio a se constructum, ex relictæ urbis vocabulo denominavit primus. Bodo etiam, jam dicti Jacob decessor, Leuchæ bonus pastor, virgineis catervis, quibus locum, studio suo ad unguem perductum, repleverat, quemque suo de nomine nuncupatum iri censuerat, præesse voluit Christi famulam Tietbergam, quam ante pontificale decus susceperat, ex debito conjugii, filiam.] Inter hos ergo Athleta Christi Hildulfus, prædicti viri Jacob consultu ammiiiculante, locum habitationis elegit.

a

** In Paderborn. Mſ. legitur* ecclesiarum urbem. *Nam ipſe assignat Jacobus Tull. epiſc.*

b

** In Paderb. Mſ. legitur*, Santivagum.

B

ANNOTATA.

a & b *Vide Annotata ad primam Vitam litt.* d & e.

CAPUT VIII.

ENimvero est locus in Vosago, montibus undique septus, quem fluvius quidam ob validum cursum, Radabo nomine, præterfluit. Super quem vir sanctus, Spiritu sancto dictante, ecclesias fundavit; primam videlicet nomine B. Dei Genitricis & semper Virginis Mariæ, quam & [VIII Kalendas Martii] dedicavit, eamque Medium monasterium appellavit. Aliam vero ex nomine beati Petri Apostolorum Principis omniumque Apostolorum honore * [XVII Kalendas Novembris] consecravit. His ita statutis, Deo sibique vivere cœpit. Cumque præconium sancti nominis ejus, fama multorum longe lateque deferret, viri potentes & nobiles visitationis gratia ad eum sæpius confluebant. Cumque e diversis partibus multi accurrerent, aliquanti ad vitæ iter accensi, cum viro Dei manere decreverunt. Quod cum vir Deo plenus videret, a Domino id fieri arbitratus est, & quoniam ipse olim professus monachum fuerat, habitationes monachis utiles cœpit ædificare. Id vero populus cum comperisset, devotione crescens, plus solito confluebat. Nam per merita viri Sancti sibique subjectorum, cæci ibi illuminabantur, claudi convalescebant, dæmones fugabantur. Unde turbas confluentium vix ferre valens, extra claustra ecclesiam sancti Joannis Baptistæ ædificans, dedicavit *, atque domos in quibus supervenientes reciperemur instituit.

Vosagi eremum excolit;

C

** In Paderb. Mſ. legitur* B. Petri principis omnium Apostolorum honore

D

** In Paderb. Mſ. deest verbum* dedicavit.

CAPUT IX.

[CErnens interea fidelis Domini servus hujusmodi solicitudinis partem non minimam, adventus sui occasione, paulatim exultam, ac velut novellis olivarum spiritualibus filiis in circuitu suo vestitam, anima ejus, super Domini salutaris sui præsentia, delectationem concipiebat maximam. Cum vero dudum deserta & impexa eremus aleret Christi pauperes, singulorum annorum proventibus, ne deficerent in via sæculi istius, etiam juxta litteram compleri gaudebat, quod olim Prophcta de veteris legis mysteriis & novi populi refectione prædixerat: *Deserta in ubertatem versa advenæ comedent*. Frequens quoque vulgus fidelium, sedulo virum Dei invisentium, numerosa construxerat habitacula circa cellas Sanctorum, propter vicinitatem eorum vel habilitatem locorum. Sed vir Dei, quoniam jam gustarat & viderat suavem esse Dominum, nil dulcius habebat, quam vacare & videre quam ineffabiliter esse Dei præcellit nostrum *. Itaque accrescente ibi numero fratrum, Sanctus ille, ut semper circumspectus custos sui metuens erat, cura eorum aut frequentia sæcularium a dilecta quiete suæ contemplationis quoquomodo divelli. Quapropter Dompnum Leubaldum venerabilem virum abbatem designavit, quem divinarum & humanarum rerum notitia haud parva præditum intellexit, quatenus fratribus pastorali vigilantia præesset, & adventantium sese negotiis impertiret. Qui quam devote, quamque strenue id officii administravit, auctoritas promoventis credulis mentibus satisfacit; quoniam sanctus Antistes hunc nequaquam tantæ catervæ monachorum præponeret *, nisi præ ceteris ad hoc dignum judicasset.]

atque ibidem multos discipulos colligit;

E

** In Paderb. Mſ. legitur* numerum

** In Paderb. Mſ. legitur* præponeret.

CAPUT X.

INterea illo, inter reliquos vitæ cælestis amatores, tres * advenerunt, quorum primus Spinulus, reliqui vero duo, qui carne & spiritu germani erant, prior Joannes, alter Benignus vocati sunt *a*, qui a viro Dei benigne susceptl, paterne instructi, ipsique devote conversantes, ad viam vitæ anhelabant. Et quamquam omnium virtutum negotiis se vicissim præcedere vellent, humilitate tamen & obedientia se alterutrum vincere festinabant. Assidue in ore illorum Christus, jugiter vitæ æternæ præconia resonabant, utque monachos decet, juxta præceptum patris omnia exercebant, [absque pusillanimitate, amaritudine vel rancore, subjecti in timore & amore Christi, jejuniis & vigiliis semet macerantes, orationibus contriti, humilitatique cordis indefesse instantes, malebant quidquid usquam putatur intolerabile perferre, quam Christum in aliquo offendere.] Et quoniam invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum, sciens Dei athleta Hildulfus, se suosque quandoque Adæ debitum reddituros, sepul-

F

** In Paderb. Mſ. hoc verbum desideratur quod inter tres præcipui Spinulus, Joannes & Benignus.*

A sepulturæ locum quærere destinavit. Sed quia, ut in convallibus solet, circa monasterium aquarum erat abundantia, minime aptum cimeterio locum judicavit. Ad Austrum vero collis monasterio imminet, super quem vir sanctus ecclesiam construens, ex nomine beati Gregorii Papæ consecravit, atque circum hanc cimiterium benedixit.

ANNOTATA.

a *Hic in Epternacensi & Paderbornensi codicibus a posteriore illo Interpolatore, quem Sammaximianum esse suspicamur, adjecta sunt sequentia quæ in Mediolanensi desiderantur*: Qui ex cœnobio beati Maximini, quod prædictus pater fundaverat, advenisse referuntur, statueruntque penes virum Dei degere, quod ejus conversatione & charitate nimium delectarentur. Horum vero miracula in subsequentibus ex multiplicibus quædam explanabimus, ut quanti sint meriti apud Deum fiat luce clarius. *Vide notam* C *ad cap.* V
B *supra*.

CAPUT XI.

A S. Erardo fratre invisitur;

FAma interea præconii ejus circum positas terras transvolans, remotiores quoque penetraverat. Cumque e diversis partibus multi ad virum Dei venirent, Erhardus vita æque sanctissimus, carne quidem beato Hildulfo germanus, ordine vero coepiscopus, nomine hujus excitatus accurrit. Diu itaque quæsitum cum inveniisset, labori ejus congratulans, inquit: Ecce, frater, desiderium cordis tui tribuit tibi Deus, & voluntate tua non te fraudavit; quem enim diu concupisti, locum tum conversationi habilem inveniisti. Tu ergo sta viriliter in fide & confortare in Domino, & in potentia virtutis ejus, certus quod qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Per annos a igitur aliquos continuos secum
a manentes æternæ vitæ vicissim monitis resonabant, [fratribusque congregatis utrique vitæ necessaria providebant & tabernacula eri-
C gebant.

ANNOTATA.

a *In prima & secunda Vita legitur*: per dies aliquos.

CAPUT XII.

cum quo S Othiliam baptizat & a cæcitate liberat,

AD amborum vero merita ostendenda, renovantur a Deo miracula stupenda [viris etenim Dei ibi adhuc pariter conversantibus] Eticonis Ducis Elisacii filia, cæca nata, defertur, utque ejus misereantur a mœstis parentibus humili prece poscuntur. Quam cum adhuc gentilem esse resciissent, more ecclesiastico catechisaverunt, atque ad orationem prostrati, pro salute puellæ clementiam Domini precabantur. Monitis itaque catholicæ fidei edoctam sanctus Hildulfus baptizavit, eamque de sacro fonte, mente & carne illuminatam, beatus Erhardus excepit, & dato nomine,
a Othiliam vocavit a. Quæ res in tantum valuit, ut non mediocres, verum etiam potentes personæ virum Dei Hildulfum venerarentur ac diligerent, eique ad augmentum loci auxilia BX MSS.
præberent, [erat enim totius honestatis decore compositus, æqualiter se affabilem exhibens omnibus.

ANNOTATA.

a *Hic in loco nova occurrit posterioris Interpolatoris additio in hæc verba*: Quæ in sanctimoniæ sanctitate permanens, boni rectique imitatrix non mediocriter existens, nunc jam cum Christo regnans dat in terris innumera signorum miracula dietim.

CAPUT XIII.

In obitu S. Spinuli ejusque sepultura

QUidam enim vir, Bego dictus nomine, sancti Viti necessitati communicans, rerum suarum aliquid usibus fratrum *, sub beato viro Deo militantium, delegare studuit, atque locum, qui hodie usque Begonis cella dicitur, & partem Vosagi, quæ Fulchodi rupes appellatur, destinavit. Denique vir Dei Hildulfus in cella jam dicta, honori sanctæ Crucis dicata, virum summæ humilitatis & obedientiæ, Spinulum nomine, constituit, in qua idem homo fideliter Deo serviens; post multiplices in Christi agone labores, ac numerosa miraculorum insignia, vitæ æternæ consecutus est præmia. Quem omnipotens Trinitas, apud se glorificatum in terris, glorioſum ostendere volens in cælis, per ministerium angelicum beato Hildulfo notificat, ut glebam Sancti ad monasterium tumulandam revehat, [licet ipse Beatus adhuc vivens fratribus cum multa prece mandaverat.] Nec mora, senex imperanti obediens, cinerem, quo fatigatos artus collocaverat, excutit, convocatisque fratribus, hominis Dei nuntiat obitum. Qui licet tanto fratris auxilio destituti mœrerent, tamen gloriæ ejus congaudebant, accensisque cereis ad beati Viri exequias properant.

* *In Paderborn. Ms. legitur* : aliquam usque bos formam
E

CAPUT XIV.

F

quam mirande acciderint

VIs itaque ventorum plus solito inhorruerat, adeo ut non modo fructices, verum etiam annosas quercus excelsasque abietes eradicaret. In tali ergo turbine ante sancti Viri glebam ardentes cerei usque ad locum sepulcri delati sunt. Sepultum igitur terris, ut apud se vivere Deus demonstraret in cælis, omnibus infirmantibus, ad sancti viri tumulum venientibus, voluit subvenire. Quanti ibi paralitici, venis redintegratis, solidati sunt, verbo aut scripto non facile explicabitur. Omnis cæcitas clarificata lumine *, diem micata obstupuit. Universa debilitas, ibi recuperatis usibus, robur amissum persensit. Unde turbis irruentibus reperta est aqua salsissima.

* *In Paderborn. Mr. legitur*: clarificata est cum limine.

CAPUT XV.

& quo modo salarium frequentiam

CUpiditate igitur salutis, habilitate loci, aquarum abundantia populi confluentes, forum ibi statuere tentaverunt. Quam inquietudinem vir Dei Hildulfus sentiens indoluit, & baculo artus regente, ecclesiam beati Gregorii, ut ei moris erat, oraturus

Digitized by Google

EX MSS. intravit. Deinde oratione expleta, surrexit & ad tumulum S. Spinuli venit, atque ut erat pia mentis, ora perfusus lachrymis, inquit: Gratias, frater Spinule, Deo agimus, quod te in pacis regione quiescere credimus, & apud omnipotentem Deum posse plurimum confidimus. Nosse te etiam scimus, quomodo & quare nos [scilicet desiderio liberius vacandi orationibus ac deserviendi Deo] tumultu populorum relicto, in hanc solitudinem devenimus. Tu igitur tranquillitate potitus, nostri, qui in via mortis sumus & inter ejus pericula fluctuamus, miserere oramus, [quia etiam si fas est exigimus, illa ipsa virtute præclaræ maximæque obedientiæ, quæ in te refulsit dum temporaliter viveres, cujusque merito æternaliter, ut evidentibus & quotidianis signis liquet, gaudes, ne popularibus negotiis religioni monasticæ indicibilis periclitationis procellam suscites.]

probitatis S. Hildulfi. * *In Padebrun. Mss. legitur* quia

24 Si enim hac populorum confluentia pressi fuerimus, non parum a proposito declinabimus, [quoniam * paulatim sæcularium jurgiis & causis, acsi nimio pulvere infecti atque fœdati, omnium mundissimo minime inhærebimus creatori; quodque absit, ordo monasticus, hic jam Deo propitio stabilitus, pessum dabitur funditus.] Licet enim, Deo cooperante, subsidia corporum nostro conferantur loco, tamen animarum timemus pericula. Unde concurrentium comprime turbas & hilarem [affluentemque] datorem Deum pro nobis implora, ut benedictionis ejus sentiamus gratiam; quatenus [penuria necessarii victus ac vestitus expulsa, occasioneque laqueos deceptionis aptandi invidissimo diabolo sublata] impleamus nostræ professionis vota. Tunc vero videres spiritum carne solutum & vita potitum, obedire mortali, acsi idem teneretur adhuc vinculo mortis. Nam signis cessantibus, venisque cohibitis salinarum, frequentia quoque desinit populorum. [ad confutandum tamen imprudentem garrulitatem invidorum & incredulorum, datur ibidem usque hodie prospici evidentissima indicia trium quondam puteorum. Denique Sanctus, finita prece ac querimonia, alacer ac fidens se jam consecutum optata, ad fratres regressus, solicitos vigilesque orationi insistere hortatur, quo repressa concursante turba, ab Omnipotente consolatio voluntariæ paupertatis aliunde eorum dirigeretur.]

CAPUT XVI.

Auctis cunctis scripturibus,

* *In Padebrun. Mss. legitur:* bereni *sed mendose.*

PRecibus namque beati Spinuli meritisque beati viri mox subsecuta est benedictio Domini. [Nam nondum septem diebus decursis, Hagio vir illustris, qui & Hariulfus solebat cognominari, affuit, ac cujusdam nobilis prædii, Bercheim * dicti, maximam partem contulit loco sancti Petri; cujus traditio solemniter acta extemplo est litteris innodata præfatoque Leuthbaldo, tunc temporis abbati, est credita, quibus convinceretur, si aliqua quandoque hinc machinaretur violentorum controversia.] Multi deinde nobilium juris sui prædia præfato loco contulerunt. [Nec multo post aliqua portio villæ, Hundinisheim nuncupatæ, eidem loco cessit jure possessoris. Perpendat digne qui valet, quam profunda vir iste mortificatione sui Deo vitæ suæ inhæsisset. Apostolo equidem, quodque est excellentius, ipsi Christo videtur crucifixus, potens dicere veris animi vocibus: *Mihi mundus crucifixus est & ego mundo*; & *Vivo jam non ego; vivit vero in me Christus.* Crucifixus quippe ipsi fuerat mundus in maligno positus, qui nec adversa pertimescebat, nec prospera appetebat: ipse deinde mundo, quem abominabatur mundus ex parte diabolo; cujus blandientis viscum vitavit, sævientis impetum non horruit: honorari verens in propriis, commisit se peregrinis, in quibus se glorificari postquam intellexit, fugæ consuluit; sed tandem insecutum gloria flentem & reluctantem violenter sibi retinuit:

in loco magis ardua fodere fontis:

26 Qua tamen se non multo post excutiens, hanc heremi habitatricem fore diffidens, inviasque exploravit sedes. Illuc etiam nec tunc quidem gloria ab insecutione tam laudabilis fugitivi fatigata, quasi saltem egentissimo totius opis facilius persuasura, & quod majus erat, subjectorum penuria, qui nequaquam movebatur sua: suo quoque non fat confisa paratu, subrepere illi quæsivit sub divinorum signorum amictu, quatenus vereretur vir ille se culpatum iri, si repudiaret quasi divinitus procuratis interim fulciri. Quis quæso religiosorum hac nostra tempestate non ambiat negotiis sæculi res suas augeri, adventantium concursibus extolli? Quis porro talia sibi suppetere videns, non credat se cælitus honorari, enumerans sibi vel potius fingens de se quædam maxima, quæ jam apud Deum constant minima aut nulla? Verum Deicola iste, instar beati Abrahæ, non casurus tentabatur a Domino, sciente vel quid ipse esset facturus, vel quid lateret in famulo suo, quatenus nobis aperiretur nimium intima ejus mortificatio. Sed jam calamus reddatur operi cœpto.

CAPUT XVII.

Sed a fidi. redire compellitur.

DOminus tandem Leuthbaldus, fideliter atque prudenter administrato dispensationis sibi creditæ officio, ex hujus vitæ subtractus lubrico, artus solo, spiritum reddidit cælo, perenniter inhæsurum Domino, cui nihil prætulit in mundo. Mox monachorum anxia turba, idonei pastoris provisione temporali destituta, ad pietatis pontificem recursitat, & eum luctuosa flectere * prece quæritat, ne dedignaretur ovium resumere farcinam, pro quibus pastorum pastor probrosæ mortis amplexus est injuriam. Verum vir docibilis Dei, cedere gnarus pietati, non autem emeritæ jam senectuti, haudquaquam judicavit refutandum, quod animadvertebat Christum jubere de suorum præcordiis pauperum *. Pastoralis itaque gratiæ onere denuo suscepto, tribus solummodo annis, quibus superstes fuit in sæculo, instanter porrexit fratribus virgam correptionis cum sustentationis baculo. Eo siquidem ad emetiendum curriculi pauxillum, quod restabat, reddebatur alacrior, quo correpto spatio cœperat bravio fieri vicinior.]

* *In Padebrun. Mss. legitur:* reflectere.

* *In Padebrun. Mss. legitur:* pauper.

CA-

Digitized by Google

A

CAPUT XVIII.

Post sancti fratris Erardi discessum,

INde beatus Erhardus constructa ecclesia ex nomine sancti confessoris Christi Apri, [non procul a monasterio ad lævam scilicet jam dicti fluminis, fratri suo viro Dei, post exhortationem, in Creatoris militia dixit: Dominus providit tibi locum, affuturus omnibus quæ ageris; tamen moneo & peto, ut novissimorum jugiter nostrique memor sis. Me sane oportet separari a te, aspectu non corde, facie non mente: angelus autem Domini bonus, juxta beneplacitum ejus, comes fiat meæ peregrinationis sedem propriam revisere
a disponentis a. Tandem dulces in amplexus ruentes ac mutuis multisque fletibus se perfundentes, oratione pariter fusa, non sine maxima cordis contritione, mutua visione caruere. Beatus autem Erhardus, Rheno transvadato, Regensborg civitatem, suam videlicet sedem, tam sancto præsule celebrem fu-
B turam, subiit, in qua non post plurima temporum curricula sexto Idus Januarii de morte ad vitam transiit.] Sanctus vero Hildulfus ab opere Dei non deficiebat, sed jejuniis & laboribus fatigatos artus spiritui servire cogebat.

suos ad omne virtutum genus sedule hortatur.

29 Fratribus sibi subjectis, ac meximè Johanni & Benigno, quos quotidie ad meliora tendere gaudebat, [quos etiam non solum publica exhortatione, sed interdum privata ac amicabili collocutione sui memores fore monebat,] pro statu Ecclesiarum Dei, pro pace Regum & salute populorum orare suadebat: viam vero vitæ, quam semel arripuerant, fideliter currere & bravio supernæ remunerationis scienter anhelare, [illud Dominicum solicito corde assidue replicando: *Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei.*] Ajebat enim: fidelis est Deus, & mentiri nescit: [bonis moribus consuefieri studerent, victu ac vestitu mediocri contenti esse discerent; obedientiam humilem mutuo sibi ac solerter exhiberent;
C Christi vestigiis ante omnia insisterent; institutioni beati Benedicti alacriter insudarent. Discretioni per omnia docebat invigilare, quam sæpius inculcabat matrem virtutum esse; murmurationis, animositatis, verbositatis, detractionis, ociositatisque malum nec in plebe fidelium dicebat deprehendendum, quanto minus in claustris monachorum. Sic beatus Senex per ordinem cunctis disponens, plusque exemplo quam verbo fratres instruens, ad omne opus bonum promptos reddebat & alacres. Namque manuum suarum labore cibum sum sanctæ senectuti erat conquirens, jugiter tam sibi quam aliis illam Apostolicam sententiam ingerens: Qui non vult operari, nec manducet.

ANNOTATA.

a *Ibi ab Interpolatore Sanmaximiano in Paderborn. & Epternac. codicibus additur*: Cui econtra frater beatus Antistes inter cætera secretorum cælestium colloquia, fratres quos Deo venerabilique patrono Maximino aggregarat, attentius committit, ut eis pro posse intra & extra fidele jugeque præsidium sit; quod vir
D Deo plenus libentissime annuit. EX MSS.

CAPUT XIX.

Viri primarii & nuoris ejus conversio.

CUmque luculentæ conversationis ejus speculator * jubare veri solis trajectum, quaquaversum evibraret, lucet virtutum ad arguendum noctem mortalium; nonnulli sæcularium fallaciter sibi arridentem deridentes mundum, ne ipsi veraciter a mundo irriderentur, post modicum facultates suas pauperibus jurique sancti Petri tradidere, atque stultæ sapientiæ edomita cervicositate, sapientem stultitiam Christi, sub beato viro militaturi susceperе. His diebus quidam vir, nomine Theodoaldus, inter regni proceres illustris habebatur, qui tenax glutinum mundi, molliter sed exitiabiliter pretiosas animas inescare quærentis, prudenti declinans oculo, consensu uxoris, jam initiatæ sanctimoniæ proposito, depositoque militari cingulo, beati viri se subdidit magisterio, cum suo naturali filio nomine Ab-
E bo. Hic inter cetera collationis suæ xenia, contulit etiam huic cœnobio basilicam, honori perpetuæ Virginis Mariæ dicatam, in jam dicto prædio Bercheim sitam, multiplicitate redituum primam.

* *specular dicebatur lapis viri inde pellucidus.*

CAPUT XX.

HUic negotio eximius pater insistens *, nec omnino annis proprioque corpori parcens, magnopere satagebat tam præsentium quam etiam futurorum ibidem cœnobitarum necessitati & quieti providere, ne cujuscumque rei indigentia se minus regulari actioni posse inservire, excusationem * quantulumcumque valerent ostendere, quod maxime desidiosis, & arctam viam remisse tenentibus, est familiare.] Cumque jam laboribus effeto corpore, spiritu ferventior esset, pius Dominus eum vocare voluit ad coronam justitiæ. In vigiliis itaque constitutus, febre est correptus, qua per dies ingravescente, fratres turbati ad stratum senis accurrunt, qui namque,
F utcumque poterat, semper Christum annunciabat. Qui cum mœsti flerent & se desolari dolerent, una erat omnium vox plangentium precantiumque, ne pastor oves desereret. His querimoniis lachrymisque commotus, ut erat jam ex tertia * parte corporis præmortuus, in extrema lectuli parte resedit, & circumspectis fratribus: Pax, inquit, vobis. Deinde manu elevata, his eos verbis benedixit: O Deus omnipotens humiles benedicito clemens, præsentesque tuos serva per sæcula servos.

* *In Paderborn. Mr. legitur*: existens. *Extremo senio febri correptus.*

* *In eadem Mr. legitur*: executionem.

* *In Paderborn. Mr. legitur*: extrema.

post salutaria ad suos monita sancte moritur,

32 His igitur finitis, [humillimus prece humillima fratres exoravit, continuatim ad altare Christi in omnique divino officio memoriam retinere sui nominis, ne contingeret, eum suosque quos hic temporaliter rexit, almi patris Benedicti abesse contuberniis, atque supra dicti milleque solatiis aliis quieti ovicularum suarum hactenus impigre provisis, virtutum plenus atque dierum, mundo, qui jam talem habere non merebatur, subtrahitur Pater venerabilis, sessurus in porta regni cum senatoribus terræ, inter quos no-

bilis

EX MSS. bilis habebatur * Chriſtus vir ſanctæ Eccleſiæ. Iſte denique vir beatus Hildulfus quoniam exemplo Dominicæ parabolæ, in arvo contriti & humiliati cordis ſparſerat ſemen rectæ intentionis, quod ultro fructificans primum herbam tenere actionis, dein ſpicam provectionis, pervenerat ad frumentum perfectionis, falce divinæ ſententiæ temporali ejus vita deſerta, ut granum a palearum recrementis ſelectum, inducitur in æternæ vitæ horrea. Emicuit autem ab erumnabili incolatu hujus noſtri exilii piiſſimus paſtor ac nutritor noſter ſanctus Hildulfus quinto Idus Julii * cum ageretur annus ab incarnatione Jeſu Chriſti ſeptingenteſimus ſeptimus; conſulatu Juſtiniani junioris Auguſti a. A Leone contra eum rebellante narium detruncatione deformati; quinta indictione; Sergio b venerabili Papa, cujus duo proximiores ſucceſſores nomen Joannis poſſederunt, Romanam Eccleſiam regente, qui invenit miram portionem Ligni ſalutaris in ſacrario beati Petri (hujus diebus Theudoaldus Rex Anglorum qui multa in ſua patria bella geſſerat, ad Chriſtum converſus properavit Romam, qui per Cuninepertum Regem Longobardorum veniens mirifice ſuſceptus eſt.

* *Hic deſunt prima S. Hildulfi Vitæ. Cætera quæ ſequuntur ab Interpolatore adjecta ſunt.*

a
b
B

33 Is cum Romam perveniſſet a prædicto Papa baptizatus Petruſque appellatus, adhuc in albis conſtitutus ad cæleſtia regna migravit *) quin etiam hac tempeſtate Dompnus Beda vir monaſticæ religionis præcipuus in doctrina & arte calculatoria florebat magnificus, & floruit diu poſt obitum patris noſtri hujus. Illico videres diſcipulorum examina hinc inde certatim confluxiſſe, piique patris & magiſtri funus pio cum gemitu conſtipaſſe. Qui licet pie gauderent tam præclari inſtitutoris ſibi non defore cælitus patrocinia, tamen pie deflebant humanitatis ejus conſueta ſibi ſubtracta ſolatia. Tandem officioſe curato cadavere ſemper reminiſcendi patris humaverunt illud in baſilica B. Papæ Gregorii, a dextris altaris, adulta jam luce ſecundæ feriæ c, anno trigeſimo ſexto habitationis ſuæ in hujus terribilis Eremi vaſtitate, quadrageſimo vero a glorioſa Domini Pontificis Maximini tranſlatione, quæ extitit ſub hoc noſtro Archipræſule, Pipino d ſuperius dicto, jam tunc Gallias gubernante.

c
d
C

Verumtamen cum lux meritorum beati Hildulfi crebris clareſceret miraculis, relatum ab Eccleſia ſepulturæ ſuæ mirabile corpus, devotione ac ſtudio fratrum templo beatæ Mariæ Virginis eſt illatum, in quo dextrorſum eleganti curvato fornice aliquanto delituit tempore. Cujus in præſenti laudibus occupari, meritis ſublevari, veſtigiis informari & in futuro gaudiis valeamus copulari, præveniente ac ſubſequente efficaciſſima miſericordia & miſericordiſſima efficacia factoris refectoriſque noſtri potentiſſimi ac benigniſſimi qui crucis nudæ expeditos ſequaces præ filiis hominum glorificat, cum eos ſecuros non modo ſuorum meritorum actitat, ſed Judices alienorum habendos denunciat.

*) *Hæc defunt in Mss. Pederborn. ſolitum in ejus exemplo quo utimur.*

ANNOTATA.

a *Id eſt Juſtiniani ſecundi, poſt illatam ſibi a Leone, alias Leontio, injuriam, iterum imperantis.*

b *Hic fallitur Interpolator; nam anno 707, Romanam Eccleſiam regebat Joannes VII, non vero Sergius, qui jam ab anno 701, obierat.*

c *Anno 707, littera Dominicalis fuit B. & V. Idus Julii incidit in feriam ſecundam. Humatum igitur fuiſſe oportet corpus* S. Hildulfi *eadem in die qua efflaverat animam, nec ſerius quam ſub meridiem ut conſtat ex his verbis:* adulta jam luce. *Quod cum difficile ſit credere, ſuſpicari mihi liceat, loco 2 feriæ, legendum eſſe 3 feriæ.*

d *Pipinum Heriſtellium intellige, qui tamen non niſi aliquot annis poſt tranſlationem S. Maximini (quæ anno 667 peracta hic ſupponitur) dignitatem & auctoritatem Majoris domus obtinuiſſe videtur.*

CAPUT XXI.

POſt beatum glorioſi pontificis Hildulfi tranſitum Reginbertus *, vir ſpectabilium ornamentis decenter præditus morum, concordi voto fratrum, regiminis ſubiit officium. Hujus tempora & opuſcula ſub regibus Theoderico atque Childerico juniore, Pipinoque, filio Ducis Caroli, ſunt decurſa a. Reſtant ſane quamplurima Deo digniſſimi patris noſtri Hildulfi ſucceſſorumque ejus acta meritis illius condita, quæ pro faſtidio lectoris interim differenda & alii opuſculo judicavimus delegenda b: præclariſſimum vero invictæ charitatis, in vita, in morte ac poſt mortem inextinguibiliter conſervatæ, experimentum non videtur in præſentiarum differendum, omnibus ſui dilectoribus caſtis dulce omnino ac proficuum. Duo quidem diſcipuli laudabilis magiſtri Joannes & Benignus, quos prædictum eſt germanos extitiſſe carne ac ſpiritu, quorum prior presbyteratu, alter vero fungebatur diaconatu, vicinius jugiter ſoliti aſſiſtere obſequio tanti ſacerdotis, cotidianas Domino hoſtias redemptionis noſtræ & mortificationis ſuæ mactantes, laudabili initio laudabiliorem jungentes finem, ad cæleſte regnum ſecuti dilectum inſtitutorem, a Kalend. Auguſti ad Chriſtum pariter migravere; videlicet poſt migrationem Sancti viceſimo primo die; quod indultum fuiſſe nimiæ caritati trium, non vero extitiſſe fortuitum nemo refragabitur fidelium; cum legamus fratrem inter alios; non vocatum, precibus Reverendi Anaſtaſii obitu ſuo præveniſſe ejus diem ſeptimum. Hinc jam calamum dum animium inhiat mente, minime pigeat enucleatius percurrere ſeriem rei geſtæ c.

* *In Pederborn. Mſ. legitur:* Reymbertus

a
E
b
F
c

35 Beato atque ſemper reminiſcendo magiſtro Hildulfo mortali vitæ ſubtracto, præfati duo germani, parili languore depreſſi, mox decubuerunt lectulo; quo per dies augmentum capiente, diſſolutioni corporum ſe ſenſerunt propinquare; cum repente ſanctus Joannes, qui & major natu erat, unum e fratribus direxit, ſciſcitaturum, qualiter ſe haberet ſeorſum decumbens dilectiſſimus frater. Quantocius ergo perficiens imperata monachus, reperit Dei famulum, ſacramentis Dominicis communitum, evaſiſſe nexus mortalitatis hujus. Cucurrit, renunciavit. Beatus vero ille quem ſolicitabat adhuc ſuſpectus exceſſus junioris & dilecti fratris, ſi poſt obitum ejus contigiſſet aliquamdiu intereſſe rebus humanis, audito jam diſceſſu illius,

eodem die mortuus.

Digitized by Google

illius lætabundus inquit: Maximas tuæ pietati, piissime formator hominis ac reformator, gratias rependo, quod fratrem meum ad regnum tuum ante me mittis, & jam securus & gaudens hinc post eum ad te vado.

et in eodem sepulcrum inferuntur.

36 His expletis, interrogatus a fratribus, an, singillatim essent tumulandi, adjecit: absit, Domini mei, ut separemur ab invicem & in futuro & in præsenti; unius enim genitricis nos in hanc lucem effudit uterus; una & sub uno instructi sumus monasticis actibus; unus nos uni Deo commendat ab hac luce exitus; unus omnimodis pero recipiat & claudat terræ matris omnium nostrum sinus, quousque veniens nos excitet Dominus. Tandem ubi hunc finivit sermonem, pariter * etiam lucem temporalem, subsecutus sanctum suum fratrem, ut utrique dilecti dilectum præceptorem, olim cœlestibus inhiare monentem, nunc promissis majora exhibentem. Verum quid multis diu hic hærebimus? Uno decenter reconditi mausoleo sepulturæ suæ mandati in beati Gregorii oratorio. Quod sociale decus adhuc nostris datur & dabitur futuris prospici diebus *d*.

* *forte perdidit.*

ANNOTATA.

a *Hinc innotescit vera* S. Hildulfi *ætas.*

b *Ex hoc loco liquet, Interpolatorem hujus Vitæ esse etiam auctorem libelli de successoribus* S. Hildulfi *in Vosago.*

c *Hic quædam intexuit Sammaximianus exscriptor seu Interpolator, quæ in Epternacensi & Paderbornensi codicibus mendose consignata, sic meo quidem judicio legi debent:* Beatus ac semper reminiscendus magister Hildulfus ex lubrico hujus vitæ, senatum regni ingressurus, in commune charissimos filios præmonens fraternitatis societatisque sanctæ congregationis almi præsulis Maximini (ut decebat) tam spiritualiter quam corporaliter meminisse sub Christi Ecclesiæque testimonio, his duobus germanis se securos ad cœlestia gaudia innotuit spiritu prophetico. Qui extemplo utrique languore depressi, decubuerunt lectulo cum agno victuri.

d *Hodieque sacræ amborum exuviæ, in una & eadem theca reconditæ, asservantur in ecclesia Medianti monasterii.*

CAPUT XXII.

Sanctorum miracula in sanatione manus aridæ.

INnumeris post mortalitatis hujus evasionem Sanctos istos omnipotens majestas nobilitavit miraculis, quibus pateret quam bonus thesaurus in agro cordis eorum, dum advixerunt, latuit: sed sufficiant pauca subjecta de plurimis. Sub eodem tempore extitit sanctimonialis quædam, Himeldrudis nomine, tenuis quidem facultate, sed optima fide, quæ sive peccatis exigentibus, sive ut merita horum amicorum suorum in ea manifestaret cælica virtus, naturalis succi subductione destituæ gestabat inutile & cruciabile pondus manus aridæ. Hæc sedulo excubans erat in præfato oratorio, ubi advoluta tumulo eorum, subveniri sibi petebat prece, fletu, ac gemitu importuno. Igitur mulierculæ isti, nullatenus ab inceptis quiescenti, nocte quadam vir astitit fulgidus habitu monachili, inquiens ei: *Himeldrudis*, adsit tuæ incommoditati medicina cœlestis, verumtamen cave de cetero aliquibus implicari flagitiis, ne pereas cum eis. Et manu ejus contrectata, sanavit eam ope præstantissima. Idem autem vir asseverabat se Johannem esse, penes quem alter junior illo videbatur pulcherrimus stare, qui una protestabatur velle se inde exire.

CAPUT XXIII.

Item alibi, ut melioris cæcitatis,

ALiud autem miraculum huic ostendum, ne alicui forte videatur obrepsum, succincta narratione est aggrediendum. Non longe a monasterio quasi curriculo milliarii vix dimidii, degebat nomine Agnes anicula, multorum decursione annorum visu mulcta, quæ gestatorio asellulo & ductu suorum adire ecclesiam illam erat solita. Die quadam igitur, de more advenientes, seque post expletionem Missæ tumbæ Sanctorum prosternens, orationi diutius erat insistens. Exstudiatis tandem ejus comitibus precis prolixitate, aggressi sunt a loco eam dimovere, asserentes horam regressionis præteriisse: Quæ surgens profitetur, se suos præsentesque cunctos optime perspicere. Gratulantibus igitur omnibus grateque Deo referentibus, ipsa per se tunc & deinceps repetivit sua, magis magisque æstuans lætificatori suo placere actione recta.

CAPUT XXIV.

** aliter caci,*

TErtium nihilominus secundo subnectitur miraculo, poeta quo Dominum cecinit gaudere numero. Quaquaversum pervagante horum justorum fama, quos semper habebit æterna memoria; ex prædio sancti Stephani, Danorum opus solito vocitari, quod corrupte nunc Danubrium * vocitant cuncti, Mortæ fluvii adjacente littori, quidam cæcus se immiscens frequentiæ populari huc properanti, excitus gravi incommodo sui, & spe beneficii, affuit cum munere manuali. Nocte igitur precibus impensa, nec speratæ exhilaratus medelæ, facto mane: obnixe satagebat revisere propria. Sed quid ageret miserabilis? Quibusque festinantibus se reddere propriis, hic stupidus hærebat alienis, & duplici anxius modo, sive quod carebat sperato beneficio, vel quod familiari cognorio, vecordium objectus ludibrio. Quidam tamen fratrum manum illi porrigens, secum Visivallem * usque deduxit, ubi tandem homo erumpens in querimoniam, miserabiliter detestari infelicitatem suam his verbis cœpit: Heu pudet ac piget me miserum has attigisse partes, & adeo diffamatos adiisse patronos ac patres! Divulgabitur cunctis, me infeliciissimum & nequissimum mortalium esse, sicut nunc experior & fateor integre. O quot & quanti, parili vehementiorique infortunio detenti, per Sanctos illos optata suos adepti. Nunc me unum, uti perspicuum est infeliciorem infeliciissimis, redire contingit absque effectu voti.

* *galliæ* Denuvre.

* *In Paderborn. Mf. legitur:* ad locum qui dicitur Visevallis usque medium deduxit. *Hic locus gallice dicitur:* Veseval.

40 Hæc

Digitized by Google

A 40 Hæc atque hujuſmodi plura animoſis cum proſequeretur querelis, obtinente præſantiſſima ubivis præſentia amicorum Dei, unum effectorum * cum illo & in illo, qui ubique præſens & potens exiſtit, in loco, ex proventu genuino Coriletum vocitato, deterſa caligine cęcitatis, ſe ſibi liberum ducem itineris reddicum ex inſperato ſenſit, ac oblitus querelę jugis, verbis effectibuſque mutatis, repente duci ſuo gratulabundus inquit: Video te ſilvaſque hinc inde & in cunctis me ſentio compotem vię. Totis itaque animis ingentes gratiarum actiones divinæ omnipotentiæ efficacibuſque Sanctorum, quos miſerrimus adii, meritis refero, quod nunc * mihi donatum agnoſco. Lætus ergo frater lætum dimiſit ad ſua, ipſe cœnobii repetens clauſtra, utrique lætos efficientes, hic monachos, ille populos, ubi narrarunt geſta in via. His innumeriſque aliis miraculis hactenus locus idem, divinæ dignationis opitulante munere, claruit, quæ pro ſui copia, ſcriptorum quoque inopia ac lectorum ſocordia, prior ætas aut funditus attingere exhorruit, aut vix alicujus inculti argumentationis exemplari, notificare ſaltem extrema poſteris voluit vel volnit. Ipſe vero manus dare inobedientię veritus, qualicumque lectione mihi comperta, latere futuros minime ſum paſſus. D

41 *Hic deſinit in Mediolanenſi Ms. tertia ſancti* Hildulfi *Vita, quam immediate conſequitur ſermo ſeu concio quædam Interpolatoris, in depravatos ſæculi ſui mores invehentis, & Mediolanenſes monachos, haud dubie confratres ſuos, ad beatiſſimi Patris* Hildulfi *& Sanctorum illius diſcipulorum imitationem exhortantis. In Epternacenſi vero & Paderbornenſi codicibus deeſt illa concio & breviter terminatur eadem tertia ſancti* Hildulfi *Vita his verbis*: Si quis vero librum miraculorum ſuper hæc tranſcurrere ſtuduerit, evidentiſſimis agnoſcere indiciis poterit, quantus hic beatus Pater noſter Hildulphus extiterit, qualeſque viros dictante Spiritu ſancto, ſanctæ Eccleſiæ educaverit. *Tum ſubditur in Epternacenſi Ms.* Explicit Vita ſancti Hildulfi Trevirorum Archiepiſcopi. Incipit liber miraculorum ejuſdem. *In Paderbornenſi autem Ms.* Explicit Vita ſancti Hildulphi Trevirorum Archiepiſcopi. Incipit libellus alius de ſucceſſoribus ejus in Voſago. *Ceterum unus idemque eſt liber miraculorum & libellus de ſucceſſoribus, ut ex iiſdem manuſcriptis liquido patet.* E

Varius codicum Mſ. ſtatus.

ex Mss. *nimium quieitanſis.*

* *forte* ſuumef. fectum.

* *In Paderb. & Epternac. Mſſ. legitur*: me mihi.

B

DE SS. PLACIDO MARTYRE ET SIGISBERTO CONFESSORE

IN TERRITORIO CURIENSI IN RHÆTIA.

J.B.S. Sylloge ex Breviario Curienſi & Ferrario.

SEC. VII VEL VIII *Martyrologis omnibus ignoti fuere Sancti illi duo, de quibus modo agimus, præterquam Ferrario in Catalogo generali, ad hunc diem ita ſcribenti*: In territorio Curienſi Placidi martyris & Sigisberti confeſſoris: *citat autem tabulas eccleſiæ Curienſis, ut quæ illos ſolenniter hoc die celebret. Tabulæ iſtæ ſunt ipſum Curienſe Officium proprium, ex quo lectiones olim deſumpſerat Colganus, a Kemeto cum Bollando communicatas, quas hic ſua manu deſcriptas reliquit, Patricius vero Flemingus Commentario ad Vitam S. Columbani num. 8 s inſeruit. Strirus, prædicti Commentarii editor, in ſæpe a nobis laudatis Mss., quæ Lovanii in conventu PP. Minoritarum Hibernorum aſſervantur, citat veterem auctorem Vitæ S. Galli in cœnobio Selegenſtadienſi ad Mœnum in Germania hæc memorantem*: Columbanus cum beatis Gallo & Sigeberto tempore Gregorii Papæ patriam ſuam Scotiam propter Chriſtum relinquens, venit in Urſariam (quæ urbs eſt in Helvetia, etiam Urſella & Urania dicta) & conſtruxit ibi eccleſiam, quę uſque hodie S. Columbani dicitur. Ibi reliquit Sigebertum eremi amatorem. Columbanus vero & Gallus propter prędicationem in Sueviam veniunt, adjunctis quibuſdam ſociis. C

Ad Ferrarii primum compoſitum ſunt.

2 *Non videtur ſcriptor iſte S. Columbani iniuria appoſite diſtribuiſſe, neque in reliquis ſatis accuratus; unde recte ſubdit Strirus*: Quę ut plene vera ſint, accidiſſe oportet quod S. Columbanus, ſedente S. Gregorio, iſtac Romam ibat, aut in Franciam redibat: nam longe ante pontificatum Gregorii ex Hibernia egreſſus fuerat; & ſex anni a morte S. Gregorii fluxerant, quando Luxovio pulſus, Italiam petebat. *Hæc ille, veriſſime obſervans profectionem S. Columbani ex Hibernia S. Gregorii pontificatum diu præceſſiſſe; at neſcio ubi legerit, eumdem Sanctum ſæpius ex Gallia* Romam iviſſe, *aut inde* in Franciam rediiſſe. *Reſtota commodius intelligitur, ſi cum communi opinione ſupponamus, relictum ab eo in Rhætiæ partibus diſcipulum* S. Sigisbertum, *quando ex Gallia profugus, & a S. Gallo ſejunctus, in Italiam pervenit ad locum, quem favore Agilolfi Longobardorum regis obtinuit ad exſtruendum celeberrimum Bobienſe monaſterium circa annum Domini* 612, *ubi poſt annos circiter quatuor ſanctiſſimæ vitæ curriculum abſolvit, ut plenius dicetur in ejus Actis, ad* XXI *Novembris illuſtrandis.* F

S. Sigisbertus an a S. Columbano relictus

3 *Ut ad* S. Sigisbertum *redeamus, non erit abs re, loci ſitum intelligere ubi monaſterium ſuum conſtruxit, quem nobis exhibet Franciſcus Guillimannus de rebus Helvetiæ lib.* 4, *cap.* 2, *ubi Rhætiæ fœderatas communitates recenſens, ſic loquitur pag.* 425: Prima & antiquiſſima eſt Diſertini monaſterii & vici, ampla & locuples, cujus parœcię ſunt quinque; Diſertinum ipſum, Tremiſium (Trums) Bregallia (Brigell) Aquatium (Taverſch) Medullum (Medels.) Sunt & vici plures, ut Camoſſum (Kemps) ſummus vicus (Summitz.) Monaſterii

in vico Diſertino qui deſcribitur.

Digitized by Google

A ſterii conditor S. Sigebertus, S. Columbani diſcipulus, opibus & auxilio Placidi, nobilis ea regione viri, cujus ſedes Tremiſii, eaque tenebat omnia, quæ nunc Diſertinæ regionis nominantur: cum interea Victor I, uti notavimus, toti Rhætiæ imperaret. Is cum Diſertini incrementa cerneret, illud ſibi vindicare cœpit; cui cum Placidus, tamquam fundator obluctaretur, ab eo captus, & XI Julii, tamquam rebellis, capitis damnatus eſt, multis poſtea clarus miraculis. Monaſterium ſitum ſiniſtra Rheni, ubi prior mediuſque confluunt.

Plaſcula narrans lectionis Breviarii Curienſis.

4 Atque hæc locum abunde deſcribunt, qui ex ipſis tabulis geographicis haud difficulter dignoſcitur, circa Rheni ſcaturiginem 30 *circiter* p. m. *Curia in Occidentem diſſitus. Jam hiſtoriam ipſam, prout a Flemingo edita eſt, paucis expendamus; ad quam idem obſervandum eſt, quod ſupra diximus, de tempore egreſſus S. Columbani ex Hibernia, ut taceam regem Longobardorum* Arnolphum *appellari, qui alius eſſe non potuit quam*

B *Agiloifus, S. Gregorio magno ſynchronus. Sic habet:* Tempore Arnolphi regis Longobardorum, præſidente beato Papa Gregorio, Columbanus cum Gallo & Sigisberto, patriam ſuam Scoticam propter Chriſtum relinquens, venit Urſariam, & conſtruxit ibi eccleſiam, quę Columbæ dicitur. Ibi reliquit Sigisbertum eremi amatorem; Columbanus vero cum Gallo, propter prædicationem in Sueviam ivit: Sigisbertus vero in Alpibus vaſtæ ſolitudinis, quæ Deſertina nuncupatur, B. Virginis oratorium conſtruxit; ubi ipſe vitam eremiticam duxit, imitator Eliæ & Joannis Baptiſtæ; ubi multi ad eum cauſa doctrinæ veniebant. *Monet Flemingus, nonnulla hic interſeri de crudelitate ac impietate cujuſdam in ea provincia tyranni nomine Victoris; poſt quæ ſubjicit immane crudelitatis ejus exemplum, ſancti videlicet* Placidi, *ipſius* S. Sigisberti *diſcipuli, glorioſum martyrium, in hunc modum:*

ubi de S. Placidi martyrio a Victore tyranno.

5 Quadam die Victor Placidum fecit decollari: decollatus vero Placidus, ſicut Felix

C & Regula, ſurgit, & ſuffragantibus angelis, in ſuis manibus proprium caput accepit, & ad locum ubi Sigisbertus erat, deportavit. Tunc mulier ſibi occurrit, a qua velamen, quod fuit in ejus capite, ad involvendum ſuum caput petiit. Tunc illa nimio terrore perterrita, velamen ſibi projecit, & fugit. Igitur martyr Dei Placidus, glorioſo ſui triumphi ſigno refulgens, ad locum deſtinatum, & a Deo ſibi præparatum, miro & inuſitato greſſu pervenit; quem ſervus Domini Sigisbertus admirans, deſiens gaudenſque ſuſcepit, & cum pſalmis & hymnis collaudans mirabilem Deum in Sanctis ſuis, digno cum honore juxta oratorium S. Martini, quod ad latus baſilicæ Dei Genitricis fuerat, ſepelivit; aſſidue ſuper eum orans ad Deum. Poſt paucos deinde dies tyrannus, non victor ſed victus, Rhenum fluvium cum tranſire vellet, de alto ponte cecidit & mortuus eſt. Filius vero ejus, nomine Tollus, cum eſſet Curienſis epiſcopus, tyrannidem patris arguens, exitum pertimeſcens, memoriam ſancti Martyris diligenter excoluit, & de ſuo patrimonio largiter honoravit.

6 Quæ de abſciſſo & manibus deportato capite hic leguntur, valeant, quantum ea fide auctoris valere poſſunt: pridem & ſapius explicuimus, quo ſenſu exponenda ſint hujuſmodi prodigia, quæ de pluribus martyribus capite plexis commemorantur. Felix & Regula huc adducuntur, quod in iis patribus notiores ſint; ut vide apud Murerum in Helvetia ſancta pag. 55, *ubi coli dicuntur cum Exuperantio* XI *Septembris. Aliam difficultatem non ita facile eſt explanare, niſi fateamur, in latiſſima acceptione intelligenda eſſe, quæ hic narrata videmus de* S. Sigisberto, *quaſi is* S. *Columbani diſcipulus fuerit. Etenim ſi vere Victoris tyranni filius fit* Tollus, *ſeu* Thelio *vel* Thellus, *Curienſis epiſcopus, cum hic apud Bruſchium dicatur vixiſſe octavo ſæculo, & quidem anno* 784 *e vita migraſſe; quis nobis ſatis perſuaſerit, diſparata adeo tempora connecti poſſe, ut nempe* S. Sigisbertus *cum* S. *Columbano in Rhætiam venerit circa annum* 612, *jam provecta utcunque ætate, utpote qui cum* S. *Magiſtro viginti & amplius annis Luxovii monaſticen exercuerit; is vero ſupervixerit uſque ad ſæculum octavum ad finem vergens, quo tempore Thellum ipſum epiſcopum fuiſſe diſertiſſime tradit laudatus Bruſchius.*

AUCT. J. B. S. *cujus filius Cur. ep. ſanctitatem fateatur.*

E *ſed cujus tempore cum S. Sigisberti ætate coniungi nequeant.*

6 *Verba ejus ſunt:* Thello Victoris Rhetici tyranni, qui S. Placidum apud Diſertinam interfici fecit, filius; vixit Pipini Galliarum regis temporibus. Condidit & exſtruxit cathedralem eccleſiam Churienſem, quæ ad hæc noſtra uſque tempora illæſa manſit ac duravit. Dotavit Diſertinenſe monaſterium: obiit autem anno Chriſtianæ redemptionis DCCLXXXIV. *At enim non uſque adeo rari ſunt id genus parachroniſmi apud imperitos Legendiſtas, ad eos minime advertentes, quibus id familiare imprimis, Sanctos ſuos ad illuſtriſſimam originem reducere, ſic ut libenter primorum patriarcharum ſeu fundatorum Ordinum diſcipulos faciant, quod alibi me etiam obſervare memini. Ad ſcopulos iſtos vitandos ea tabula unice reſtat, ut* S. Sigisbertum *Columbani diſcipulum fuiſſe eo ſenſu intelligamus, quo ii accipi ſolent, qui etiam diu poſt Magiſtri obitum, ejus nomine gloriantur. Vidit, opinor, nodum etiam haud facile ſolubilem præfatus Murerus, agens de hodiernis Sanctis in citata ſua Helvetia ſancta a pag.* 175; *verum ne temporibus iſtis inter ſe connectendis fruſtra ſudaret, totam illam controverſam circumſtantiam ſtudioſe præterlit, in toto ſuo elogio nec verbum quidem faciens de epiſcopo Thello, aut ejus in Sigisbertinum cœnobium munificentia. Audiamus modo ſequentis Officii Curienſis verba:*

F

8 Poſt non multum vero temporis ſanctus confeſſor Domini Sigisbertus de terris ad cœlum migravit, ſepultuſque eſt in tumulo ſancti Martyris, ut quorum una mens fuerat in Domino, uno amborum corpora tegerentur & loculo. Exinde ſacer ille locus tantis a Domino ſignorum miraculis eſt illuſtratus, ut ipſi reges & principes ſummo honore eum dignum ducerent, & de longinquis regionibus clariſſimi viri & matronæ confluerent, & maximis muneribus atque poſſeſſionibus ditarent. *Poſt pauca, inquit Flemingus, ſubdit deſolationem ſacri loci ab Hungaris factam.* Poſt hæc impia gens Hungarorum, de vagina ſuæ crudelitatis educta, in ſervos Dei ſanctos, qui habitabant in Deſertina, graviter eſt graſſata: nam omnes, quos in monaſterio invenerunt, gladio peremerunt; & ablatis rebus omnibus, locum prius habitabilem, deſertum fecerunt. Exinde poſt annos aliquot Francorum exercitus tranſiens, & lo-

S. Sigisberti obitus & loci deſolatio.

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. locum desertum inveniens, incaute equos infra muros ecclesiæ clausit, & in mane mortuos invenit; quo signo perterriti, venientes ad regem, quæ passi fuerant, nuntiaverunt, & regis animum, ad inquirendum de isto loco, non mediocriter excitaverunt.

Sanctorum miracula,

9 *Quid porro vox illa, quicumque fuit, egerit; quis eversum cœnobium postea restituerit; an & quomodo hodie subsistat, usquam proditum invenio. Addit Flemingus de suo, se jam descripta ex illo Breviario accepisse ad* XI *Julii; quibus ait consonare ea quæ de iisdem Sanctis leguntur in quodam ejusdem monasterii Ms. codice. Miracula autem ipsorum copiose signata dicuntur in appensis ad sacrum sepulcrum tabulis; ex quibus quanti fuerint Sancti illi apud Deum meriti, facile prudens lector intelligat. Et hæc quidem generatim & confuse; verum distincta duo miracula disertius expressit laudatus supra Murerus: alterum in cæco aliquo paupere, nomine Paulino, bonis terrenis plane destituto, sed fide & virtutibus divite, qui precibus ad Sanctorum sepulcrum fusis,* B *visum recuperaverit. Alterum vero in duobus energumenis, Fagino & Murola, qui a malignis spiritibus din & dure vexati, eorumdem intercessione liberati sint. Hæc usque nos deduxere vulgata Rhætiæ monumenta, e quibus conjici poterat, perstare hactenus in valle Disertina prædictum cœnobium, atque adeo sanctorum* Placidi & Sigisberti *in ejus ecclesia religiosum cultum, sed quæ tamen alioude magis confirmata voluissemus.*

D *& perseverasse in restaurato ejusdem cultu.*

10 *Opportune succurrit, remque distinctius elucidavit Joannes Petrus Giussanus nobilis presbyter Mediolanensis in Vita S. Caroli Borromæi, ab ipso Italice edita an.* 1614, *qui lib.* 6, *cap.* 12, *describens laboriosam Sancti illius excursionem seu missionem, in valles Rhæticas, vulgo Griseas, apostolice institutam, memorat, animum ejus incessisse desiderium, in vallem* Tisitim, *ut ipse vocat, seu* Disentim, *ad sanctorum* Placidi & Sigisberti *reliquias, in templo S. Martini istic frequentari solitas, peregrinandi; quam rem laudatus Giussanus fuse exponit, abbatis Christiani Castelbergi humanissimam invitationem, & sanctissimi Cardinalis pedestrem per ardua montium juga profectionem ordine recensens. Id ad intentum nostrum pertinet; incredibili monachorum & universi populi gaudio exceptum illic S. Carolum, occurrente solennissima supplicatione, in qua sacra pignora, pretiosis loculis inclusa, a monachis deferebantur, summa pietate & profusis lacrymis a Sancto honorata, ac denuo, inter suavissimos* E *psalmorum hymnorumque concentus, ad templum reportata; ubi die proxime sequenti, celebrato Missæ sacrificio, visitatæ a S. Carolo fuerint sacræ reliquiæ, earumque partes aliquæ ipsi oblatæ, quas alibi venerationi exponeret. Ut verbo dicam; ex tota Giussani relatione perspicue constat, eo loci & fidem Catholicam, & sanctorum* Placidi & Sigisberti *cultum constanter perseverare.*

DE S. ABUNDIO MARTYRE

CORDUBÆ IN HISPANIA.

Ex Martyrologiis & S. Eulogii Memoriali.

J. B. S.

ANNO DCCC-LIV.

C *Diverso die signatus in Martiriis*

pro hoc die laudatur S. Eulogii.

DE *sanctorum Cordubensium pugilum gloriosis adversus fœdos Mahumeti asseclas pro Christi nomine certaminibus & triumphis jam toties in hoc opere actum est, ut persecutionis istius historia, alibi sæpius explicata, hic omnino repetenda non sit. Quot inde Martyrum nomina in Galliam reportaverit suoque Martyrologio inseruerit Usuardus, jam alibi etiam locis suis non semel monuimus: cur autem a vero agonis die* S. Abundium *ad* VIII *Junii retraxerit, non divino; in observationibus ad istius diei latercululum mentem exposui, & ante me ibi notarat Henschenius in Prætermissis, signari etiam a* Bellino, Maurolyco, Molano & Canisio; *addere poterat codices alios, quotquot pro vero Usuardi textu ibidem adduxi: ceterum recte subjungit, a Martino de Roa, Tamayo aliisque cum Romano Martyrologio referri hoc die. Alios istos puta Galesinium & Ghinium, apud quos Sanctus noster elogiis ornatur; sed cum ea alioude desumi non potuerint quam ex S. Eulogii Memoriali, purius ex ipso fonte hauriemur. Sic ibi legitur lib.* 3, *cap.* 12.

a Ex hoc autem tempore (*nempe a martyrio S. Pompæ seu Pomposæ, quod incidit in diem* XIII *Kalendas Octobris anno* 853) decem mensibus interjectis, quidam presbyter, Abundius nomine, de vico Ananellos, qui est in montana Cordubensi, exortus, ibidemque sacerdotium suum peragens, [fertur] quorumdam commento, vel fraude gentilium, ad martyrium fuisse [pertractus.] Sed ille Dei famulus cum se quadam vocatione in sacrificium verum cœlitus aptari conspiceret, quo nolens ducebatur, grato animo adiit. Ac sic interrogatus a judice, intrepida responsione rationem fidei pandens, ultimo sceleroſum dogmatistem ejusque cultores veridicis assertionum objectis inculcat: ideoque sub celeri indignatione peremptus, canibus & bestiis devorandus exponitur v Idus Julii, Era DCCCXCII; *qui est annus Christi* 854. *Atque hæc sola de* S. Abundio *prædicari possunt, neque Tamayus hoc die plura invenit: quæ vero de diversitate inter Habundum cum socio Marco adduxit, jam nos paucis inter Prætermissos attigimus, pluribus ea de re suo loco acturi. Neque hic controversiam attingimus de loco martyrii aut habitationis* S. Abundii, *quam nec ipse laudatus Tamayus dirimere ausus est; ut proinde nihil hic adjungendum superest.*

Digitized by Google

A

DE S. KETILLO CONFESSORE

WIBURGI IN DANIA.

Sylloge de cultu, geſtis, ætate & profeſſione.

J. B. S.

ANNO MCLI. Viburgum, *alias* Wiburgum *civitas regni Daniæ epiſcopalis ſub archiepiſcopatu Lundenſi, ſita eſt in Jutia ſeptentrionali, prope Limicum ſinum, diſtans* 70 *p. m. Ripa in ſeptentrionem &* 40 *Arhuſia in occaſum, media ferme inter oceanum Germanicum & Codanum ſinum, quam patulo pluribus deſcribit Joannes Iſacius Pontanus in ſua Dania Chorographia pag.* 663, *dioeceſim ejus extendens ad duodecim milliaria germanica, in qua ſint eccleſiæ parochiales ducentæ octodecim. In ea urbe fuiſſe oportet congregationem ſeu capitulum canonicorum regularium Ordinis ſancti Auguſtini in quod adlectus* S. Ketillus *tanta virtutum ac ſanctitatis fama excelluerit, ut non Wiburgi ſolum, ſed & Sleſwici, quin & in metropolitana Lundenſi eccleſia religioſam venerationem conſecutus ſit, quidquid de ejus vita & geſtis nullam ad poſteros tranſmiſſam hiſtoriam noverimus, præter ſolas lectiones, quas invenimus in Breviario Sleſvicenſi, ad Acta S. Canuti* x *hujus, & alibi a nobis citato, impreſſoque Pariſiis* 1512, Cathedræ Sleſwicenſi præſidente Reverendo in Chriſto Patre Domino, D. Godſchalco de Alevelde, præſule dignißimo. *De Lundenſi etiam loquemur infra, ſed hic primum de ſuis Faſtis agendum.*

Cultum olim oſtendunt Breviar. Stefvicenſe.

2 *Grevenus in additionibus ad Uſuardum acceptam referimus primam* S. Ketilli *memoriam, haud dubie ex aliquo Danico codice deſumptam, quam ita hoc die annuntiat:* In Dacia, translatio S. Ketilli presbyteri & confeſſoris. *Molanus in auctariis ſuis, nulla translationis facta mentione, ſic legit:* Wiburgæ in Dacia, ſancti Ketilli confeſſoris; *unde ſua verißimiliter accepit Galeſinius.* C *Grevenum in ſuo Germanico deſcripſit Canißius, addens, pluribus de Sancto agendum ad* XXVII *Septembris, quo die ipſum obiiſſe recte obſervat ſupradictus Grevenus, cujus hæc ſunt verba, a Canißio iterum translata:* In Dacia, Dormitio S. Ketilli confeſſoris, regularis Præpoſiti eccleſiæ Wiburgenſis; *quæ eadem & eodem die apud Molanum leguntur. Hæc citat & ſequitur Ferrarius in Catalogo generali:* Viburgiæ in Dacia, S. Ketilli presbyteri. *Dierum obitualium ſcrupuloſus obſervator Caſtellanus Sanctum quoque retulit* XXVII *Septembris, ſed in margine* IX *ſæculum, memoria lapſus, perperam adjecit. Atque hac hactenus pro cultu ſatis indubitato: id mirum videtur, in Vita Aquilonia Joannis Vaſſovii, cui tot Sancti ex Dania inſerti ſunt,* S. Ketilli *nomen omnino prætermiſſum, nec alibi de geſtis ejus quidquam memoriæ traditum reperiri, præter lectiones ut jam dicebam, Breviarii Sleſwicenſis, quas hic deſcribimus.*

& restaurator Mariæ.

3 LECT. I. Beatus vir Domini Ketillus, ex illuſtri proſapia ortus, cum adhuc eſſet in ætate tenera, cœpit Deo devotus exiſtere, veraque innocentia, & ſimplicitate ſancta Deo hominibuſque placere. Parentes autem ejus in confinio Randuiſienſis oppidi habitantes in villa Wynghe, cum eſſent divites, inſtinctu matris, quæ Deum plus timuit & dilexit, congruum duxerunt, filium ſtudiis litterarum tradere, ac genuina inſtructum ſcientia, in miniſterio Domini mancipare. Tu. LECT. II. Traditus autem hujuſcemodi ſtudiis, non ſolum in liberalibus diſciplinis profecit, verum etiam, juxta Pſalmiſtæ vocem, de virtute in virtutem proceſſit; erat enim humilitate præditus, caſtitate præclarus, largitate conſpicuus, blandus alloquio, firmus conſilio, miſericordia inſignis, & charitate ineffabilis; qui & amicos in Deo, & inimicos dilexit propter Deum. Tu. LECT. III. In his ergo virtutibus placens Deo factus eſt dilectus, & vivens adhuc inter peccatores, transferri ad meliorem vitam deſideravit, ne forte malitia mutaret intellectum ejus, aut fictio deciperet animam illius; illud enim Dominicum diligebat attentius mandatum: Niſi quis renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quo circa non tantum ſua, ſed ſeipſum diſpoſuit pro Domino relinquere, nudusque crucem pro Chriſto bajulare. Tu.

In Sleſvicenſi laudantur ejus virtutes.

4 LECT. IV. Crebreſcente igitur glorioſa ejus fama ſanctitatis, quæ univerſo populo jam innotuit; ad aures venerabilis epiſcopi Wybergenſis Eskilli pervenit; cujus ſanctis exhortationibus, dilectus Deo amicus, quod prius mente conceperat, ad effectum citius perducere diſponebat: placita enim erat Deo anima illius, propterea properabat de medio iniquitatum illum educere, atque inter religioſos & ſanctos viros collocare. Tu. LECT. V. Unde factum eſt ut idem venerabilis Pontifex, Spiritu ſancto mediante, illum ſibi alliceret, & in eccleſia majori fratribus ſoclarer; qui ibidem ſub regula B. Auguſtini ſumma charitate congregati erant, & Regi regum Domino devoti miniſtrabant. Ubi primum magiſter puerorum conſtitutus, pueros commendabiliter inſtruxit, & pretioſa volumina conſcripſit. Attendens enim Apoſtolum dicentem; Qui non laborat, non manducet otioſus nequaquam panem comedere voluit; ſed miranda præditus gratia, duo ſimul quotidie opera implevit; pueros docuit, & a ſcribendo interim manum non retraxit. Tu. LECT. VI. In his ergo atque ceteris operibus bonis ſedulus Dei ſervus ac devotus, poſtquam miniſterii ſacerdotalis jugum, Spiritu ſancto donante, ſuſcepit; non ſolum donis ſpiritualibus multiformiter repleri meruit, ſed mirandæ ſanctitatis gratia undique reſuluit: epiſcopus vero Eskillus eum, Spiritu ſancto cooperante, ſacerdotem conſecravit. Evolutis autem aliquibus annis, dum in eccleſia B. Margaretæ horas canonicas pſalleret, in eum irruentibus Chriſti inimicis,

& adfectat martyrium.

A per martyrium occubuit. Tu.

AUCT. J. B. S. *quod ex aliis non satis probatur.*

5 *Si vera essent postrema ea verba, jam non ut* confessor *solum, in hodierna acceptione, sed ut* martyr *colendus esset* S. Ketillus, *a qua tamen laurea ipsi tribuenda prorsus abstinui, quod in nullis Martyrologiis eam expressam invenerim; ut suspicari liceat, mortem, si violenta fuit, certe si dei aut virtutis causa illatam non esse; nisi quis malit, & martyrium & alia huc aliunde accersita: neque enim de tali caede vel verbum insinuatur in toto Officio Lundensi, quod mihi ex impresso describi curavit, alias a me laudatus* R. D. *Præpositus (Provisor) ad S. Genovefæ Parisiis regularis canonicus, accurate monens, eadem esse lectiones in Lundensi, quæ in Slesvicensi; illi primum insertas anno* 1517, *cum in antiquiori Missali anni* 1514 *plane absit* S. Ketillus: *Slesvicensis autem editio, ut jam patuit, pertinet ad annum* 1512. *Jugerit & Lundensia ipsa hic adnectere, quandoquidem & ipsa non minus historica sint, quam præfatæ lectiones, multoque in Sancti laudem exhibeant, quæ in lectionibus non continentur. Mutua omnium collatio lucis aliquid addet, quo Sancti ætatem aliquousque explorare liceat. Notabis, in Lundensi Breviario Officium ritui Romano magis aptatum, cum antiphonas novem enumeret, & totidem responsoria, quæ in tria nocturna divisa existimo; ubi in Slesvicensi unde omnino Lectiones seu consequenter referuntur. Apographum vtddo, prout ad me transmissum est; in quo notatur Officium, non hoc die, sed sequenti* XII *Julii.*

Breviarium metropolitanæ Lundensis

6 *Ad Vesperas Antiphona* I. Vir Domini prudens, meritorum luce refulgens, Præclarus genere morumque micans probitate, Tempore præclari fertur Nicolai regis In lucem sanctus mundi prodiisse Ketillus. II. Sic pius ac mundus ut ei quis in orbe secundus, Vir foret aut similis, in commissoque fidelis; Mnam meruit Domino multiplicare suo. III. Vir pius ac justus, verbique lucerna Ketellus, Munere multiplici meruit Domino famulari. IV. Clarus honestate, rutilans mira bonitate, Mitis, mansuetus, humilis, pius atque modestus, Induit aigentes, satiavit & esurientes. V. O felix Christi confessor, qui meruisti, Sic de terrenis largiri rebus egenis, In permansura quo mutares peritura, Et felix fruereris eis per secla futura. *Hymnus* Alternatim sonent voces, & dulci concordia laudum melos, Regi regum concinat Ecclesia qui Ketillum immortali coronavit gloria. Cujus nutu & virtute gubernantur omnia; hunc electum sibi servum ante mundi tempora, præcognovit admiranda illustrandum gratia. A diebus juventutis pium, castum, humilem, præstiebat largum, mitem, charitate præditum, & virtute meritorum jam inæstimabilem. Qui per signa adhuc vivens renitebat varia, nunc subjectus ad superna operatur plurima, resplendensque cum electis in perenni gloria. Trino Deo in personis uni in substantia, summus honor, summa virtus, summa sit & gloria, cujus regnum & potestas per æterna sæcula. Amen.

sparsim aliquot tradit

7 *Ad Magnificat, Antiphona.* Magnificet Dominum vocis & carmine laudum, Plebs lætabunda, clerus quoque voce jocunda, Athletæ Domini recolens sacra festa Ketilli. *Collecta.* Omnipotens sempiterne Deus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hodiernæ diei sanctum Ketillum, confessorem tuum æternæ beatitudinis gloria sublimasti, præsta ut cujus merita veneramur in terris, intercessionis ejus auxilio, apud tuam misericordiam semper muniamur in cœlis. *Invitatorium.* In Sanctis Dominum trinum laudemus & unum, Qui meritis rutilum transvexit ad astra Ketillum. *Hymnus.* Festiva dies colitur, in qua migrasse traditur Christi fidelis affectu Ketillus ad cœlestia. Sonent ergo nunc tinnuli harmoniarum moduli, & collaudemus consona voce Dei magnalia. Qui coruscantem meritis, & virtutum prodigiis, conscivit Sanctum hunc sacro Sanctorum contubernio, Deo Patri &c.

quibus Sancti ipsa

8 *Prima Antiphona.* Edita nobilium proles de stirpe parentum, Ut radiis sidus, micuit virtute Ketillus. II *Antiph.* Simplex, innocuus, patiens & corpore castus, Igne calens Superum, spernit cum germine mundum. III *Antiph.* In donis crescens cœlestibus hic adolescens, Cognitus est vere Domino populoque placere. *Resp.* I. Beatus vir Domini Ketillus ex illustri prosapia ortus, vitam ornavit moribus *. Disciplinam apprehendens, & Domino in timore serviens. ℣. Dilexit enim Christi mandatum super aurem & topazium. *Resp.* II. Contemptis igitur parentum opibus, divitiis intendebat cœlestibus. * Ut derelinquens peritura, possideret permansura cum Sanctis in gloria. ℣. Ubi nec ærugo, nec tinea demoliuntur, & fures non effodiunt nec furantur. *Resp.* III. Sub jugo religionis renitens virtutum donis * sacerdos est consecratus, Christi grege sublimatus. ℣. Accipiens benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo Salutari suo.

paulo distinctius

9 IV *Antiph.* Forma gregi factus per mores atque per actus, Quos informavit, hos verbi semine pavit. V *Antiph.* Christum suscipiens, Christum per membraque pascens, A Christo pasci meruit dape spirituali. VI *Antiph.* Vir sanctus tribuit, Dominusque magis superaddita Succrescunt dona, succrescit & aucta corona. *Resp.* IV. Erat hic Dei dilectus humilitate præditus, castitate præclarus, largitate conspicuus, blandus alloquio, firmus consilio, misericordia insignis, * & charitate inæstimabilis. ℣. dilexit enim ex tota virtute Deum, & proximum sicut seipsum. *Resp.* V. Cum orasset vir beatus per Crucis signaculum * muniendo civitatem, repressit incendium ℣ Mirificavit Dominus Sanctum suum & exaudivit clamantem ad eum. *Resp.* VI. Tu vitæ speculum, mundi præclara lucerna. Nos exempla sequi tua * fac per dona superna, ℣. Ut illuminemur per eum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

sed liberius mutro,

10 VII *Antiph.* Qui populo Christi viventi forma fuisti, Moribus orrari nos & tibi fac sociari. VIII *Antiph.* Ad te clamantes famulos, veniamque precantes, Alme pater Domino Ketilla reconciliato. IX *Antiph.* Qui dono Christi virtutibus emicuisti, Hanc defende tuam pastor venerande catervam. *Resp.* VII. Servus Dei nudulum obviam habens leprosum refovit & induit * sed indutus ab ipsius conspectu evanuit. ℣. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. *Resp.* VIII. Viro sancto nocte quadam recitante humiliam per lumen interius * quod extinctum prius erat,

Digitized by

A erat, accendi in ejus manu visum est a fratribus. ℣. Mirabilis Deus in Sanctis suis & gloriosus in operibus suis. ℟. tr Gemma clara Confessorum, norma gregis, forma morum * pro salute devotorum funde preces famulorum ℣. Non recedet memoria tua, & nomen tuum requiretur a generatione in generationem.

hinc inde explicantur,

11 *Ad Laudes Antiph.* 1. Ad laudem Domini cantus promantur & hymni, Qui tribuit Sancto virtutum dona Ketillo. 2. Qui variis renitens donis signisque refulgens, Restituit visum cæcis, claudis quoque gressum. 3. Surdos ac mutos & lepra commaculatos, Sanos reddebat & opem multis tribuebat. 4. Ergo Deum cæli benedicite corde fideli, Atque pium servum facientem signa per illum. 5. Cujus erat vita morum radio redimita, Ejus nunc opera lucent virtute referta. *Hymnus.* Refulget dies annua, quæ ad festa continua, quorumdam suspirantium moret corda fidelium. Unde perdulci Domino, canamus dulci jubilo, in hac sui sanctissimi so-

B lemnitate famuli; qui de verbi dulcedine gregem consuevit pascere, in collecto pauperum cœtu collegit Dominum. Nunc Marthæ vicem exequens, cum Maria residens, per utriusque meritum, vitæ nactus est præmium. Laus, honor &c. *Antiph. ad Benedictus.* Exultans celebra melodum laude decora, Sacra patris nostri votivaque festa Ketilli, Hinc quem sublatum, felicius & sociatum Cœtibus angelicis veneratur turba fidelis. *Ad sec. Vesperas Antiph. ad Magnificat.* Magni magnifice Regis bone fideque serve, Introgredi Christi qui gaudia promeruisti, Pro nobis ora, quo perveniamus ad illa. *Hactenus Lundense Officium.*

notata etiam aliquousque etatis.

12 *Facile observat lector, hæc satis libere, & hinc inde non satis metrice, pro illius temporis arbitrio disposita esse, cujus rei exempla non pauca in opere nostro recurrunt; quando nimirum ecclesiæ particulares, pro mero suo arbitrio Officia disponebant & exornabant. Oratio Slesvicensis cum Lundensi non omnino convenit, sic enim habet:* Omnipotens sempiterne Deus,

C qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hunc diem B. Ketilli Confessoris tui solennitate consecrasti: da Ecclesiæ tuæ de sancta festivitate lætari, ut apud misericordiam tuam exemplis ejus protegatur & precibus. *Ad temporum rationem & S. Ketilli ætatem colligendam nonnihil confert prima ad Vesperas Antiphona superius recitata, in qua fertur Sanctus* tempore Nicolai regis in lucem prodiisse. *Etenim Danicorum ejus ævi Regum, saltem S. Canuti fratrum, quorum ultimus fuit Nicolaus, chronologicam seriem haud inverisimiliter ordinare conati sumus ad* x *diem Julii in Commentario prævio §.* 3, *ex qua patet, prædictum Nicolaum regem Erico fratri, in Palæstinam peregrinabundo, non successisse ante annum* 1107 *aut* 1106, *circa quod tempus supponi potest, vivere cæpisse* S. Ketillum, *qui ad sæculum* IX *cum Castellano reduci minime potest, serius in partes illas septemtrionales Evangelii luce propagata.*

Videtur obiisse an. 1152,

13 *De Sancti obitus anno ex dictis Officiis nihil prorsus eruitur, at si recte sensum citati supra Pontani expendimus, dum Rerum Danicarum hist. lib.* 6, *pag.* 281, *ad annum* 1188 *ita scribit:* Tum etiam KILIANUS, Præpositus D olim ecclesiæ Viburgensis, natus apud Cim- AUCT. bros Bandershusii, defunctus anno MCLI, V J. B. S. Kalendas Octobris, a Clemente III Pontifice Romano nova apotheosi inter Sanctos relatus est: *Dum Pontanus, inquam, ita loquitur, non videtur de alio intelligi posse, quam de nostro* S. Ketillo. *Unde ea ipse acceperit, hactenus me latet: non video tamen, fidem ei denegandam; nec canonizationem illam qualemcumque, ut iterum dicam, alio transferri ullo pacto posse existimo, cum adjuncta & circumstantiæ omnes colloqui videantur. Ex iisdem autem Pontani verbis abunde patet, recte scripsisse Martyrologos, qui Sancti obitum configurunt* V *Kalendas Octobris seu* XXVII *Septembris, quos, teste laudato Præposito, secutus est Greuber Canonicus regularis Augustianus, in opere cui titulus,* Alimenta pietatis Augustinianæ *edito* 1677, *ubi in Litaniis Canonic. Reg. jam dictæ diei adscribit* S. Ketilli *natalem; ut si recte omnia disponere velimus, dicendum sit, hac die* XI *Julii non natalem celebrari, sed elevationem, quæ ab ipso Wiburgensi episcopo, consentiente Clemente PP. III facta fuerit anno* 1188, *quæque exinde solennior evaserit, atque in Martyrologia transierit, quemadmodum supra satis ostensum est.*

E

verosimiliter ex nimia reg. & præpositi,

14 *De Sancti canonica seu regulari & religiosa professione dubitari posse non videtur, lectionibus, ut cetera taceam, tam diserte asserentibus,* properasse Deum, de medio iniquitatum illum educere, atque inter religiosos & sanctos viros collocare: *& rursus, Eskillum venerabilem Wiburgensem episcopum, ipsum* in ecclesia majori fratribus sociasse, qui ibidem sub regula B. Augustini (*ut in pluribus ibi ecclesiis factum existimo*) summa charitate congregati erant, & Regi regum Domino devote ministrabant. *Quod autem subjungitur,* primum magistrum puerorum constitutum *fuisse; per* pueros *recte, ni fallor, intelligit Præpositus, ex ævi ipsius loquendi modo, novitios seu Ordinis tirones, quos ipse* commendabiliter instruxerit. *Ad capituli istius regularis præposituram evectum fuisse, nec prædictæ lectiones memorant, nec totum Lundense Officium; verum id temere a Greveno & Pontano assertum, quis merito suspicetur, quidquid Sanctus junior adhuc fuisse videatur dum diem extremum, sive naturali morte, sive* ab irruentibus Christi inimicis per martyrium *clausit. Si enim natus est regnante Nicolao, etiamsi ad primum regni annum nativitas Sancti retrahatur, cum defunctus sit medio sæculo* XII, *nempe anno* MCLI, *ætatis quadragesimum quartum vix superavit.*

F

quæ forte aliunde magis elucescent.

15 *Paulo clarius hæc omnia patescerent, si quis justam seriem Episcoporum Wiburgensium in lucem produceret, quam frustra quæsivimus hactenus. Ex ea enim haberetur Eskilli præsulis ætas, atque inde de* S. Ketilli *temporibus & gestis securius disputaretur. Iis disquirendis intentus, incidi in Adami Bremensis lib.* 4, *cap.* 44, *ubi inter alia quæ de Adalberto, mirabili in paucis antistite suo, fusius deducit; illud etiam notat, ordinatum ab eo fuisse primum Wiburgensem episcopum Heribertum, quod paulo distinctius explicat cap.* 46, *ubi ait,* divisa Ripensi parochia in quatuor episcopatus, dono Suein regis, in Wiborg Heribertum constitutum esse, *evella verosimiliter in Cathedralem*

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. *Canonicorum regularium eccleſia, haud dubie circa annum* 1065 (*pro quo Pontanus ſcribit* 1056) *ſexennio circiter ante Adelberti Bremenſis obitum, qui contigit anno* 1072, *ut proinde Ekkillus iſte, ſub quo vixit* S. Ketillus, *non procul abfuerit a primo ejuſdem Wiburgenſis ſedis Epiſcopo: quæ utinam ab aliquo, nobis feliciore, paulo uberius elucidentur! forte & accedent nonnulla, quæ ad Sanctum propius pertinent. Ad Vitfeldium nos remittit Pontanus in citata Chorographia, verum recenſio ejus vernacula epiſcopatuum Daniæ, necdum ad manus noſtras pervenit. Plura ſuggerant qui poſſunt, iis utemur vel in hujus menſis Supplemento vel ad diem* XXVII *Septembris, vel quo die magis opportunum videbitur.*

DIES DUODECIMA JULII.

SANCTI QUI IV IDUS JULII COLUNTUR.

S Mnaſon Cyprius, Chriſti diſcipulus.

S. Hermagoras epiſcopus) MM. Aquilejæ
S. Fortunatus archidiaconus) In Italia.
S. Paulinus epiſcopus)
S. Severus presbyter) Martyres
S. Lucas diaconus) Lucæ in
S. Theobaldus miles cum ſocc.) Etruria.
S. Hæmorrhoiſſa nomine, ut volunt, Veronica, Cæſareæ Philippi in Phœnicia.
S. Proclus ſeu Proculus) Marty-
S. Hilarion ſeu Hilarius) res.
S. Nabor) MM. Mediolani,
S. Felix) & Coloniæ.
S. Divus ſeu Dius)
S. Cornius ſive Corninſius) Martyres Cæſareæ in Cappadocia.
S. Laventius)
S. Paternianus epiſcopus confeſſor Fani Fortunæ in Italia.
S. Paternianus ep. conf., idem an alius; Bononiæ in Italia.
S. Mamas martyr Conſtantinopoli.
S. Andreas miles) Martyres
S. Fauſtus) apud Græcos.
S. Menas & ſocii)
S. Michael Malinus conf. apud Græcos.
S. Viventiolus ep. conf. Lugduni in Gallia.
S. Menulfus epiſc. in finibus Bituricenſium in Gallia.
S. Ansbaldus confeſſor, abbas Prumienſis.
S. Uguzo mart., in Valle Cavernia, apud Inſubres.
S. Joannes Gualbertus abb. conf. Ord. Vallumbroſani fundator, Paſſiniani in Etruria.
S. Leo conf. abbas monaſterii Cavenſis in Italia.
B. Andreas puer a Judæis necatus, in Valle OEnana prope OEnipontum, in Tyroli.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S Marcianam *ſeu* Martianam *eamdem in Uſuardinis codicibus nonnullis bis poſitam aut transpoſitam, pridem ibi obſervavimus, oſtendimuſque, non ad hunc diem, ſed ad* IX *Januarii pertinere, fatente vel ipſo codicis Pratenſis vindice. Rem involvit Baronius eamdem Marcianam ſemel in Mauritania Cæſarienſi ſignando* IX *Januarii; tum vero iterum hoc die ſub poſitione* Toleti: *in notationibus obſervans, agi de eadem Sancta utrobique, ſed primo loco natalem, altero tranſlationem indicari; idque vel ut pugnantes Uſuardi codices componeret, vel forte ut Toletanis benigne faveret, qui Marcianam quidem aliquam colunt* XII *Julii ex antiquo Breviario Mozarabico, eſt eam cum Afra confundi nolunt. Inſurgit igitur Tamayus hoc die in Baronium, nervis omnibus contendens, aliam eſſe Africanam a Toletana; ſed levibus plane & framinels argumentis, quæ vix appellavi, nedum refutari merentur; quidquid ibi nubem teſtium adducat, quos in apocryphorum claſſem Luſitani pridem relegarunt, eruditos omnes prudenter ſecuti. Adjungit porro Acta, ſuo modo exornata, de* Calſia *uxore* C. Atilii, *ſeu* Catelli, *ut ipſum vocant Acta noſtra ad* XXIII *Maji, ubi de* S. *Quiteria,* S. *Martiana ſorore, quæ amba cum ſeptem aliis ſororibus, uno partu editæ ſint, a barbara matre necari juſſe, ab aliis nutricibus educatæ, quæ demum omnes vario martyrii genere coronatæ ſint. Acta illa*

Digitized by Google

A *illa jam merito rejecerunt majores noſtri, cum nulla prorſus fide aut auctoritate nitantur, atque ita fabulam redoleant, ut non videam, quo paſto a viris vel minimum eruditis tolerari tamdiu potuerint. Acriter ipſe exagitat Nicolaus Antonius in tomo Mſ. variarum obſervationum, a ſe relicto, ex quo Matriti multa deſcripſit ſocius noſter Guilielmus Cuperus anno* 1722, *quæ uſui eſſe poterunt in Supplemento Januarii. Ex brevi ſpecimine, quo Acta Africana cum Toletanis confert, mentem ejus facile intelliges.* Qui potis eſt, *inquit*, conſpiraſſe omnino utriuſque paſſionis momenta, ita ut inter ſe ne tantillum differrent? Credat id Bivarius, qui Dextro Julianoque omnia credit; Tamayuſve, cui nuſquam non Halus ſuus alexiacus, in deſperata quaque cauſa, præſenti auxilio opitulatur; quemadmodum hic facit putido epigrammate, inter manus novorum fabulatorum avibus infauſtis nato, ut præſtiigiis ſuis male cautos deciperet. *Ad unum itaque eumdemque Marcianam referenda eſſe omnia contra Rodyricum de Cunha aliosque aliter ſentientes, prudentiſſime cenſet Antonius; idque ex ipſis etiam Toletanis Breviariis ſeu Kalendariis, ad annum uſque* 1647 *editis, in quibus de patria Toletana altum ſiletur, ut fuſius demonſtrabitur die, quo controverſia tota de integro examinari poterit* 12 Januarii

B S. Præjecti epiſcopi & martyris translatio *notatur hoc die in Supplemento Sauſſayi. Tu vide quæ de eo Sancto ejuſque factis dicta ſunt* XXV Januarii.

S. Agatham *virginem Siculam, hoc die in Hieronymianis, neſcio qua cauſa, repetitam, non etiam eſſe celeberrimæ Catanenſium Patronæ, quicquid dubitatum ſit hactenus a Florentinio & aliis, mihi ſatis certum videtur: neque, ſi diverſa eſſet, plus de ipſa dici poſſet, quam jam diſputatum ſit aliis locis, maxime ad diem natalem* V Februarii

S. Eleuchadium epiſcopum & confeſſorem, *ut S. Apollinaris diſcipulum, hoc die, more ſuo tranſpoſuit Florarium Mſ. Colitur & de eo actum eſt* XIV Februarii.

C S. Honeſti *capitis oſſenſo Toloſæ in S. Saturnini hoc die feri ſolita, tamquam ſolennitas ſingularis notatur hoc die a Sauſſayo, ubi Sanctum facit* presbyterum confeſſorem, *cum potius Martyr fuerit, de quo actum eſt* XVI Feb.

S. Cleti Papæ *hoc die meminit Greveuus, nonnulla miſcens quæ in Auctariis ad Uſuardum explicuimus: ſed quæ ad ipſum ſpectant diſcuſſa jam ſunt*

S. Ratberti Paſchaſii, *alias* Paſchaſii Ratberti *elevatio & translatio, ut Corbeiæ in Ambianis facta celebratur a Sauſſayo in Supplemento pag.* 1144. *Verum eas qualeſcumque ſolennitates rejicere ſolemus ad proprios natales. De hoc vide* XXVI Aprilis

S. Epiphaniæ, *quæ* apud Leontinos ſub Diocletiano Imp. & Tertyllo præſide uberibus præciſis reddidit ſpiritum *hoc die meminit Martyrologium Romanum, nulla a Baronio indicata ratione cur ipſam hic ſiguet. In Martyrologio Siculo noſtri Cajetani refertur, quando apud Leontinos colitur* 12 Maii, *quæ die in Actis noſtris remiſſa ad* 10 Maii, *ubi cum Actis SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini, & plurimorum aliorum tota S. Epiphaniæ hiſtoria ex-*

D *ponitur, ut nihil hic dicendum ſupereſt. Vide igitur ad dictam diem* X Maii

S. Acti, Attonis *ſeu* Atthonis *epiſcopi Piſtorienſis* inventio, *notata eſt hoc die a Vione, Menardo, Ferrario, & aliis: ſed de ipſo, iiſque omnibus quæ ad ipſum ſpectant, actum eſt die natali* XXII Maii.

S. Theobaldus *eremita, neſcio cur hoc die referatur in Breviario Lingonenſi anni* 1604, *niſi quod coli non poſſit proprio natali die, S. Pauli Apoſtoli feſtivitate impedito. Nos ipſum ad proprium natalem diem ſignavimus* XXX Junii.

SS. Savini & Cypriani *feſtivitatem hoc die recoli in monaſterio Caſæ Dei a Sauſſayo in Supplemento, diximus die præcedenti, de quibus nihil hic dicendum ſupereſt: Vide* XI Julii.

S. Pius Papa *male alicubi hoc die notatus eſt: vide pridie* XI Julii

XLVI Martyres *apud Antiochiam* ſub Juliano Cæſare a præſide Alexandro capitali ſententia peremti *dicuntur in codicibus Uſuardinis, quos Florentinos vocavimus*; ſicut legitur, *inquiunt*, in geſtis ſanctorum Martyrum Quirici & Julittæ. *De his jam actum* E *eſt ad* XVI *Junii, ubi vide quid de Actis illis cenſendum ſit Comment. prævio* §. 1, *ubi non ſolum* XLVI, *ſed* CCCCXLIV *Martyres annumerati ſunt. Sed quidquid de illis ſit, huc certe non ſpectant, nec in ullo alio Martyrologio hoc die conſignatos invenimus.*

S. Maximi martyris *Brixiæ in eccleſia S. Afræ, qui* ſub Aureliano præſecto pro Chriſti amore animam poſuerit, *meminit hoc die Martyrologium ſanctæ Brixianæ eccleſiæ Bernardini Faini, qui in annotatione addit*, ex priſca & nobili Brixiana Ugoniorum familia ortum; *& anno necis* 55. *Fauſtini & Jovitæ ſub Adriano Imperatore paſſum, anno* 122. *Ita ille citans ſolita ſua monumenta & populares ſcriptores, ex quorum fide aut auctoritate necdum audemus Maximum illum in Sanctorum album recipere. Quid de tabulis S. Afræ cenſeamus, jam ſatis alibi dictum eſt.*

Bertam, *alias* Bertradam, *Pippini brevis, primi ex Carlovingicis Francorum Regis uxorem, Magni Caroli matrem, ut matronam illuſtrem, imo præclaris virtutibus præditam meritis encomiis prædicari probe novimus; ad Sanctorum honores publico aut privato ſaltem alicubi cultu elevatam, decreti cupimus. Obiiſſe dicitur anno* 803.

S. Vincentii Martyris *memoriam inter auctaria Uſuardina retulit Greveuus, nullo prorſus addito charactere diſtinctivo, qua ratione plures confuſiones inductas, ſæpius obſervavimus, quæ in Florario Sanctorum Mſ. aliiſque id genus collectionibus non minus frequenter occurrunt. In iſto hodie legitur, uti & in Germanico Caniſii*, In Pompeia civitate, S. Vincentii martyris: *quæ æque quidquam ſignificant. Accedit Molanus in ſuis additionibus, qui ſive ex Adone Mſ. S. Laurentii Leodii, ſive aliunde, citatis jam Florarii verbis ſuperaddidit*, cujus paſſio habetur. *Quæro* civitatem Pompeiam, *qualis præter* Laudem *(* vulgo Lodi *in Inſubribus (* nulla mihi nota *eſt; ſed talem Sanctum ibi non reperit Ferrarius: quæro alibi* Vincentium Pompeianum; *ſed pari ſucceſſu: quæro paſſionem: ſed nulla uſquam exſtat quæ tali martyri Vincentio, ut a plurimis aliis diſtincto, competere poſſit. Ad quem igitur S.*

A Vincentium, *inter tot, qui ſolo primo ſemeſtri noſtro referuntur, aut poſſmodum referendi ſunt, ea pertinuant, fatear me ignorare hactenus: utrum quid lucis aliunde acceſſurum ſit, tempus docebit.*

S. Dagilam, *ut matronam illuſtriſſimam & martyrem* ſub Hunnerico rege Ariano fuſtibus & flagellis crudeliter mactatam *hoc die Gynæceo ſuo inſeruit Arturus. Plura addit in annotatis, quæ licet negare non auſim, at Sanctos ſola ejus auctoritate declaratos necdum admitto.*

Bartholomæus *Carthuſianus, Prior Ruræmundenſis, Coloniæ vita fructus anno* 1444, *longo elogio, ſed ſolo venerabilis titulo honoratur hoc die a Raſſio, ex Chronico Carthuſianorum Derlandi atque ex Carthuſiana bibliotheca, quæ hic obiter indicaſſe ſit ſatis.*

Magdunus *neſcio quis*, ut Chriſti diſcipulus *Mediolanenſibus hoc die adſcribitur a Greveno, & ipſum ſequente Canſio. Aſt quomodocumque primam ſyllabam flectas, etiam vocales quinque*
B *decurrendo, tale nomen apud Ferrarium non invenies, neque ego alibi reperire hactenus potui, niſi* Magdunum *oppidum in Sancti nomen tranſierit.*

Fortunati apud Treverim epiſcopi & martyris *annuntiatio eſt Florarii Sanctorum Ms. in nullo alio Martyrologio hactenus reperta. An ex tali fonte in Catalogum Epiſcoporum Trevirenſium tranſierit, neſcio; certe decimum ſextum locum in Maſenii elenchо occupat, ſed abſque ullo* Sancti *titulo, quem nos ei ex iſto ſolo codice aſſerere non audemus.*

Hilarion martyr in Carmelo poſtremus *notatur in Acie bene ordinata P. Philippi Viſitantini typis edita, ſed abſque annotatione Ms., quales ferme aliis Sanctis addit; ego iſtum Hilarionem, ut a reliquis ſynonymis diſtinctum, necdum novi.*

S. Biabailum (*Gall.* Balley) *monachum*, S. VVinwaloci diſcipulum *apud Fagum* (le Fou) *diœceſis Coriſopitenſis in Britannia Armorica primus in lucem produxit curioſus Sanctorum inveſtigator Caſtellanus in Martyrologio univerſali, cujus auctoritati, ſeu teſtimonio de cultu utut plurimum deferamus, cum tamen in nullis aliis tabulis Britannicis tale Sancti nomen invenerimus, nec apud Sauſſayum nec apud Albertum le Grand; neque de ipſo, præter jam dicta, quidquam ſciamus: ſufficere cenſemus, ejus memoriam hic tantiſper collocaſſe, donec lucis pluſculum aliunde acceſſerit.*
C

Athanaſius *Clyſmæ in Ægypto epiſcopus ab eodem Caſtellano ſignatus eſt, haud dubie ex Faſtis Copticis Jobi Ludolfi acceptus, quibus ipſe æque ac b. m. magiſter noſter Papebrochius nimium tribuiſſe videntur: nobis non apparet hactenus, ſatis tutum ex corruptis ejuſmodi fontibus hauſire, niſi Græcorum ſaltem Menologiis, Menæis aut Synaxariis conformes invenientur.*

Maria in Anglia, ſoror Mechtildis *invenitur in additionibus Mſ. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, quibus magna fides habenda non eſt, niſi alia auctoritate fulciantur. Puto indicari celebriorem illam Mechtildem Scoticam, de qua in Prætermiſſis actum eſt* 12 *Aprilis: utrum ſororem ea habuerit, cui magis quam ipſi conceſſi ſunt Sanctorum honores, necdum mihi compertum eſt; certe id non evincent citatæ additiones, quas modo habemus cum ipſo Greveni exemplari, cui adſcriptæ ſunt.*

Lambertus *ut ſextus abbas Ciſtercienſis* & D
beatus *hoc die obiiſſe dicitur in Kalendario Divione impreſſo. Elogium concinnavit Henriquez; ſed longiori oratione ipſum ornat Chalemotus. Sauſſayus* Joannem *vocat; ſic tamen ut adjuncta probent de Lamberto ipſum agere voluiſſe; cui non alium appoſuit titulum, quam piæ memoriæ tametſi in jam dicto Kalendario inter* Beatos *confignetur. Negat Henriquez ſextum abbatem Ciſtercii fuiſſe, citans verſiculos non ſatis comptos ex Dunenſi Ms.* Septimus ſucceſſit toto venerandus in orbe, nomine Lambertus, redolenti plenus odore. *Utcumque ea ſint, necdum nobis videtur Sanctis aut Beatis, publico cultu donatis, annumerari poſſe.*

Deſiderius *converſus Claravallenſis, qui miſſus in Luſitaniam, ad erectionem cœnobii Alcobaciæ ſumma diligentia laboraverit, & non ſemel rapidiſſimum fluvium ſicco veſtigio, cappa ſua pro navigio utens, tranſierit, aliiſque virtutibus & miraculis claruerit, ſecundo loco refertur inter Ordinis Beatos ab Henriquez, ſequente eum Chalemoto; verum & hic deſiderantur certa cultus indicia.* E

Abbas & monachi cœnobii Novævallis in Suecia, *in aquas demerſi & ab hoſtibus Eccleſiæ crudeliter interempti, referuntur ab eodem Henriquez, a Chalemoto, ſaltem hoc die prætermiſſi.*

Joannem Charlierum, *cognomento* de Gerſon, theologum ſuo ævo præcipuum, Pariſienſiſque eccleſiæ, ac Univerſitatis Cancellarium, *venerabilis memoriæ hoc die appellat Sauſſayus, longius ei elogium texens, cum titulo, non Sancti aut beati, ſed* Doctoris Chriſtianiſſimi. *Alia neceſſaria novimus ut Sanctorum Catalogo adſcribatur. Vide de eo Raynaudum in Mantiſſa ad Indiculum Sanctorum Lugdunenſium a pag.* 448. *Obiit, teſte eodem Raynaudo, hoc die* XII *Julii anno* 1429.

Joannem *abbatem Elnonenſem & Blandinienſem, S. Amandi diſcipulum, ut* Sanctorum familiaritate & imitatione, & præclaris ſanctæ vitæ teſtimoniis conſpicuum, *in Martyrologii ſui textu collocavit Sauſſayus; ſed nullum veſtigium adducit cultus ei umquam exhibiti, cujus defectus inter Prætermiſſos a Majoribus noſtris relatus eſt ex Sandero ad diem* 7 *Martii; neque ex eo tempore ſuggeſtum eſt aliquid, quo exhibita ei umquam veneratio probaretur.* F

Translatio *ſolenniſſima plurimarum ſacrarum reliquiarum a diverſiſſimis Sanctis Apoſtolis, Martyribus, confeſſoribus & Virginibus hoc die ad templum Domus Profeſſæ Societatis Jeſu Genuæ facta notatur a Bollando, qui olim charta facies implevit enumerandis ſolis Sanctorum iſtorum nominibus & reliquiarum partibus. Ipſam illam translationem ſeu in undecim altaribus, ad id præparatis depoſitionem inſigni vernacula oratione celebravit honoravit que Illuſtriſſimus Paulus Areſius Dertonenſis epiſcopus, quam habemus typis editam, eo quo res contigit anno* 1643 *ad totas ferme quatuor & viginti paginas extenſam. Longum iſtum Catalogum aut panegyrim hic attexere, non putavi operæ pretium, cum orationis argumentum facile intelligatur, ſingulæ vero reliquiæ ad proprios Sanctorum feſtos dies opportunius referri poſſe videantur.*

Nazarius de Lieth, *qui ſcandit ad angelorum conſortium, in omni cœtu celebris,*

ut

A *ut inquit Ængussius. Germanus legit:* Nasan alienus a crimine. *Nomina patria Hiberni-ca sic Latine reddita sunt, ut ex varia inflexione facile multiplicentur. Hæc ex Strixi compilatione quæ nullum diem vacuum relinquit. Recurrit alter* Colmanus *cum addito* de Brucais. *Item* Ultanus mundus de Corcagia.

Joannes Neapolitanus *Diaconus & martyr in Syria*) *referun-*
Anonymus *confessor Nazareti in Sequanis*) *tur ab Arturo,*
Barnabas a Pistorio *confessor Romæ*) *cum titu-*
Bartholomæus de Aranda *confessor Zamorræ*) *lo beati, & ultima*
Franciscus de Constantina *Belvisi in territorio Placentino Hispaniæ*) *rursus in Gynæceo.*
Lucida *virgo tertiaria, Fuligni in Umbria*)

Matthæus Citrarius *ejusdem Ordinis sacerdos e provincia Calabriæ alibi nobis suggestus est, ut vir vitæ integerrimæ, qui sanus omnibus apparens, a Guardiano suo extremis Ecclesiæ Sa-*

B *cramentis muniri postulaverit, horam exitus sui prædixerit, qua audita pie obierit anno* 1390, *hoc vel sequenti die, ut notant diversæ litteræ, vellem æque constaret de religioso cultu ipsi exhiberi solito.*

S. Silæ martyris *meminit hoc die Felicius, tamquam discipuli S. Pauli, aut unius e* 72, quem aliqui, *inquit*, in pace mortuum volunt sub Nerone, alii aliter sentiunt. *Male hic* Silam *collocavit Felicius, qui spectat ad diem sequentem* XIII Julii

S. Anacletum Papam *hoc die mortuum volunt Grevenus & Canisii Germanicum, die vero crastina sepultum. Nos cum Usuardo de ipso agemus die sequenti* XIII Julii.

S. Bonaventura *episcopus Cardinalis a Flerario Sanctorum Ms. male signatur hoc die, notissimus est ejus natalis, quo & de eo agemus* XIV Julii.

Donevaldus, *alias* Donaldus cum novem filiabus *ex Lesleo, Boetio & Regio Kalendario Sanctis hoc die adscribitur a Camerario in Menologio Scotico.* Vitam, *inquit*, cum filiabus sanctissimam transegit in solitudine Ogiloy; ipso autem defuncto, Abernathi monasterium ingressæ sunt. *Agit de iisdem Dempsterus ad diem* 15 *Julii, at verior ut utriusque auctoritas horum omnium cultum evincat.*

C *Siquid luris accedat, plura dicemus ad dictum diem* XV Julii.

S. Euroniæ virginis commemoratio in territorio Trecensi *hoc die signatur ab Arturo in Gynæceo, quam & Aproniam vocari ait, Gall.* sainte Eure, *vulgoque hoc ipso die coli in Breviario Trecensi. Quidquid ejus sit, alios potius sequemur, eamque a S. Apro fratre, Tullensi episcopo distinguemus* XV Julii.

S. Wilgefortis V. & M. *variis diebus in Belgio & alibi colitur, atque in Ms. aliquo Ultrajectino Vitæ ejus qualiscumque*, passa *dicitur* hoc die 12 mensis Julii propter fidem Domini nostri Jesu Christi, *addens* apud quosdam servari diem 20 mensis Julii: *recte; cum ea sit receptissima ejus festivitas, signata etiam in Martyrologio Romano, cum quo de ea agemus* XX Julii.

S. Walthenum abbatem Mailrosiensem *non novit Camerarius in Menologio Scotico: at ejus vices abunde supplevit Dempsterus, annuntiationes ejus non semel repetens. Hoc die sic de*

D *eo loquitur:* Mailrosæ, elevatio sanctissimi abbatis Wakheni, cujus hortatu S. David rex frater monasteria fundarat, ut & frater alius Simon comes Albemerlæ duo monasteria Northamptoniæ in Anglia erexerat, & nepos Henricus Comes Huntindoniensis, ad augendum divinum cultum animum adjecit. *Hæc ibi; quibus demum ad* 3 *Augusti additur*: In Mailros, Walcheni abbatis elevatio: *at geminam fuisse intelligas. Eumdem ante notaverat* 22 *Maji, quo die inter Prætermissos de eo egit Henschenius, ipsum remittens ad* III Augusti.

Theodoræ virginis *hoc die scribit auctor Florarii Ms. sæpe solitus Sanctos confundere & geminare. Cum S. Willebado ad* 2 *hujus conjunxerat* Theodoram electam Alexandrinam. *Grevenus* Theodoram religiosam feminam *suggerit, quæ apud Canisium ipsissime est Alexandrina, remittenda omnino ad diem ad quem superius* Electam *remisimus & modo etiam virginem quamcumque (donec melius doceamur) referendam censemus* XI Septembris.

E B. Haduigis regina, *tamquam hoc die pissime defuncta anno* 1399, *refertur ab Arturo in Gynæceo; nos Kalendarium & Martyrologium Romanum sequimur, in quo obdormivisse dicitur Idibus; colitur autem* XVII Octobris

Mononis martyris, *tamquam* S. Remacli episcopi & confessoris discipuli *memoria agitur in solo Florario Sanctorum Ms. hoc die; quo verum quidem Sanctum produxit, sed pro mero suo arbitrio ibi collocat, cum in pluribus auctoribus Usuardinis, in Molani Indiculo & Castellano signetur eodem, quo de ipso, ex ordine, agemus* XVIII Octobris.

Sponsa virgo & martyr *e numero sociarum B. Ursulæ signatur hoc die a solo Chalemoto in cœnobio sanctimonialium abbatiæ Liberæ in Gallia Belgica seu Picardia & diœcesi Noviomensi. At sive* Sponsa *proprium nomen sit sive genericum ad Virgines omnes Ursulanas spectans, de ea cum cæteris agetur ad earum natalem* XXI Octobris.

F S. Luanus abbas, de cujus sanctitate agitur in Vita S. Malachiæ episcopi: *verba sunt Arnoldi Wion in appendice ad Martyrologium monasticum Benedictinum, continente nonnullos Sanctos, quorum dies natalitii ignorantur, aut nullos habent in Ecclesia natales. Hinc certatim ab Hibernis acceptus est, & Martyrologia Anglico etiam infertus hoc die* XII *Julii, atque item a Ferrario, his solis auctoritatibus fulto. Obiisse dicitur circa an.* 1140, *at quo die usquam proditur, ut pro mero libitu hunc diem in Martyrologio citato & Hibernicis tabulis occupet. Cultum habeat nec ne hic non disputo, huc non spectare, certum est: Cum vero res ejus gestæ ex Vita S. Malachiæ accipienda sint, multo opportunius de ipso agetur eo die quo S. Malachiæ Acta, ex professo, illustrabuntur* III Novembris.

S. Vulfinum (*Gall.* Gouffin), *aliis* Bettinus *incognitum, e tenebris eruit magnus Sanctorum cultor, eo titulo sæpe a nobis laudatus Castellanus in Martyrologio suo universali, cujus corpus asservari ait* Celtis S. Eusitii (*Saint Yfy*) *in Biturigibus. Frustra alibi memoriam ejus aut notitiam quæsiveris, cum vel ipsum Sanctuarium latuerit, atque ac Catherinum in Sanctuario Bituricensi. Nomen referunt S. Eusitii Acta, apud Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Ms.*

a pag-

A *a pag.* 371, *ad* XXVII *Novembris illustranda. Cujus igitur præter pauca ibi relata nihil præterea de sancto isto* Vulsino *proditum sit, aliunde vero merdum constet, hunc potius quam alterum diem cultui ejus destinatum; possint autem aliunde alia de ipso erui, visum est eum remittere ad diem quo S. Eusitus colitur* XXVII Novembris. D

DE S. MNASONE CYPRIO

ANTIQUO CHRISTI DISCIPULO

Sylloge historico-critica.

J. B. S.

SEC. I. *DE Sanctis quatuor, in duos sæpe confusis ab Henschenio & Papebrochio actum est* XXV *Junii, ubi recte distinctos existimamus* Sosipatrum *a* Sopatro, Jasonem *a* Mnasone; *sic ut* Sosipater & Jason *dicendi sint* discipuli & cognati S. Pauli Apostoli, *Sopater vero* Pyrrhi, Beræensis, *saltem certo* Mnason, discipuli Christi; *quidquid demum turbaverint Martyrologia, Sopatrum cum Sosipatro, Jasonem cum Mnasone confundentia, ut pluribus jam dicto die explicatum est. Quod si Tillemontius tomum quintum Junii, ubi ista habentur, vidisset, procul dubio a nonnullis abstinuisset, quæ tomo* I, *nota* 24 *in S. Paulum, pag.* 553 *non satis accurate disserit; præterquam quod aliqua Henschenio tribuat, quæ ab ipso dicta non sunt, a quibus, propter argumenti affinitatem, brevem hanc syllogen inchoandam duximus. Sic ibi loquitur:* Bollandus (*ita passim Bollandianos omnes indigitat*) asserit, Græcos Jasonem & Sosipatrum annumerare LXX discipulis, quod ego, inquit, non reperio in Menologio Græco Veneto, neque in Canisiano: Menæa vero eos aperte faciunt discipulos Pauli; atque ex Actis Apostolorum satis patet, recte hæc ibi definita esse. *Citat porro ad marginem opus nostrum* XXVIII *Aprilis pag.* 547, *nempe in elencho Prætermissorum ipsius diei.*

Quæ de Sanctorum distinctione & qualitate

B 2 *Dormitavit to loco Tillemontius, nam quæ ibi ab Henschenio dicuntur, certa sunt, ut ex ejus verbis manifeste intelliges. Non est exacta citatio; sic enim habet:* SS. Jason & Sosipater Apostoli ex LXX memorantur in Ms. Græco Synaxario Parisiensi Collegii Clarimontani: item in Menæis Cardinalis Mazarini & aliis Mss., *quorum apud nos major, quam usquam alibi copia. Satis patet erationis diversitas: frustra quæsivit Tillemontius in Græcis Menologiis aut Menæis excusis, quæ Henschenius in Mss. se reperisse diserte ibi pronuntiat. Textus ipsos referrem, si esset operæ pretium, aut res ipsa jam non satis pateret ex iis quæ ipse postmodum ad jam dictum diem* XXV *Junii accuratius discussit. Neque vera sunt quæ sub articuli citati finem adjunxit idem Tillemontius, in hæc verba:* Itaque dicendum est, Græcos non honorare nisi S. Jasonem & Latinos Mnasonem sub falso Jasonis nomine. *Poterat etiam dicere, sub falso* Nasonis *nomine, quod hic paulo pluribus ostensurus sum; at falsum est,* Græcos non honorare nisi S. Jasonem, *cum in jam dictis Mss. nostris etiam expressus reperiatur* S. Mnason. *Id primum exequar, inde ad Latinos gradum facturus.*

ab Henschenio asserta sunt, C

contra Tillemontium propugnatur.

3 *In Menæis Mss. bibliothecæ Ambrosianæ, non quidem ad* XXVIII *aut* XXIX *Aprilis; neque ad* XXV *Junii aut ad hunc diem, sed ad* XIX *Octobris sic legitur:* Ἀθλησις τῶ ἁγίου ἱερομάρτυρος Μνάσωνος ἐπισκόπου Κύπρου, & *additur nomen Modesti* καὶ Μοδέστου *absque titulo, qui paulo distinctius explicatur in Synaxario Claromontano, ubi ad prædictum diem* XIX *Octobris jam dictis verbis adjungitur S. Modesti dignitas* ἐπισκόπου Ἱεροσυλύμων, *qui iidem alibi quoque eodem die simul annuntiantur, licet festivitatis & conjunctionis causam hactenus ignorem; neque magis exploratum habeam, unde Græci isti Menæorum amplificatores Cypri episcopum fuisse* S. Mnasonem *uspiam repererint; aut cur S. Modestum, Zachariæ captivi diu vicarium, anno* 634 *mortuum, qui a Latinis* XVI *Decembris colitur, eo die* E *reponant. Utcumque id acciderit, ad rem nostram satis est, ostendisse,* S. Mnasonem *Græcis non fuisse plane incognitum. Sed hoc Tillemontio condonandum, qui nulla, uti opinor, Græca Menologia aut Menæa in fonte consuluit, præter ea quæ superius citavit, typis publicis Venetiis aut apud Canisium vulgata. Jam in Fastis Latinis* S. Mnasonem *nostrum deformatum investigemus, quem nullum Martyrologium, quod sciam, recte expressit.*

4 *In codicibus Hieronymianis frustra quæritur* Mnasonis *nomen, neque sanctos Jasonem & Sosipatrum, S. Pauli discipulos, ibidem signatos invenies; nam qui ita istic appellantur, Martyres sunt solo nomine noti, & classibus majoribus immixti, qui cum prioribus illis nullam prorsus habere possunt affinitatem: qualis etiam Jason in Usuardo occurrit ad* III *diem Decembris, frater Mauri, filius Claudii & Hilariæ, qui omnes ex Romano parvo per Adonem accepti sunt. Nec magis notus est* S. Mnason *apud Bedam, Florum, Rabanum & Wandelbertum, quibus Romanum* F *parvum videre numquam contigit. Quod tricis plurimis & implexis quæstionibus olim ansam frequentissime præbuit, satis feliciter explanatum credimus tota præfatione Usuardina, quodque huc proprie spectat, notanter cap.* 2, *art.* 4, *num.* 144, *ubi observatum & probatum est, nullum Latinum Martyrologium meminisse pleruntque aut Christi Servatoris aut S. Pauli discipulorum ante auctorem jam laudati Romani parvi, a quo sua mutuatus est Ado, ab hoc Usuardus, & ex iis demum universa recentiorum progenies. Quod autem ad* S. Mnasonem *attinet, id infeliciter accidit, ut vel auctor ipse (quod vix in animum induco) aut potius amanuensis aliquis nomen ejus converterit, sic ut Martyrologii istius descriptor Ado in Ms. suo Ravennensi pro* Mnasone *legerit* Nasonem, *atque ita annuntiatio formata fuerit:* Apud Cyprum, Nasonis antiqui Christi discipuli.

Ex corrupta lectione Romani parvi,

5 *Neque id dubium cuiquam videri potest, cum in omnibus Adonis, tum editis tum Mss. exemplaribus eadem constanter servetur lectio, ad quam notavit Rosweydus, substituendum esse* Jasonis *vel* Mnasonis *ex Act.* 21. *Verum, quod ejus*

pro Mnasonis in Martyrologio est Nasonis,

A *ejus venia dictum sit, advertere facile potuit* Jasonem *nusquam* Cyprium, *nusquam* antiquum discipulum *appellari, utpote qui diversus plane ab eo sit, civis Thessalonicensis, Pauli discipulus, & ut ipse scribit,* cognatus, *de quo rursus vide quæ dicta sunt ad* XXV *Junii. Advertere, inquam, potuit Rosweydus,* Mnasonem Cyprium *cum Jasone nequaquam confundendum, cum cheiraoteres omnes a Romano parvo expressi, ita* Mnasoni *ex Act.* 21 *proprii sint, ut nulli alteri prorsus conveniant. Rotunde igitur scribendum erat, per* Nasonem, *male confictum nomen, Sanctum ipsum omnino intelligi, de quo hæc sunt loco citato Actorum verba:* Venerunt autem & ex discipulis a Cæsarea nobiscum, adducentes secum, apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum. *Ex hoc loco acceptos esse singulos Romani parvi apices, mihi quidem, ex diuturno libelli ipsius usu, indubitatum est, quod tantisper etiam indicavi in observatione Usuardina ad hunc diem. Neque mirandum, quod* Mnaso *in Cypro collocatus fuerit, quamvis verosimilius ibi mortuus non sit;*

B *nam satis fuit hujus Martyrologii auctori legisse, quod Cyprius genere fuerit, ut inde positionem eruerit; qui de cetero plerisque Sanctis suis dies pro arbitrio adaptavit.*

6 *Ne hic longa serie Martyrologia enumerem in quibus omnibus constantissime legitur* Nasonis, *sufficiat semel dixisse, per Adonem, Usuardum & Notkerum in posteros omnes transfusum esse, apud quos restituendum sancti nostri* Mnasonis *nomen, non* Jasonis, *ut in Romano hodierno fecit Baronius, multa in notis memorans, quæ, rebus jam melius explicatis, admitti omnino non possunt. Haud equidem existimaverim, Baronio in hac parte prælusisse Molanum, cujus, ni fallor, solam primam editionem vidit, optimam illam & probatissimam, in qua purior est Usuardi textus, in posterioribus sæpe corruptus. Sed alios habuit, qui eam viam servarent, Maurolycum præsertim, Felicium & Galesinium, quem postremum tamen secutus non est in adjungendo Jasoni suo Cyprio titulo* Episcopi, *qui nescio unde a Galesinio acceptus sit, non magis quam unde Felicio constiterit, Sanctum ipsum in Cypro extremum diem clausisse. Neque vero curanda hic sunt quæ alii fortasse pro suo quique ingenio reperierunt, ut dubia dubiis aliis & æque incertis involverent, ubi rem unde considerandi evidens apparere debet proposita hic a nobis, de deformato S. Mnasonis nomine assertio. Id postremum fateri cogimur, de*

E *Sancti gestis aut virtutibus nihil memoriæ proditum esse, saltem quod fide dignum sit, præter paucula illa, quæ ex Actibus Apostolorum jam recitata sunt.*

AUCT. J. B. S. *quod per Jasonis male conversum est.*

DE S. HERMAGORA EPISC.

ET FORTUNATO ARCHIDIACONO MM.

AQUILEJÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

Cultus, hymnus, elogium; unusne an duo Fortunati Aquilejæ; Acta, translatio Martyrum.

SUB NERONE. *Aquileja, ad mare Adriaticum in provincia Forojulensi inter fluvios Alsam & Natisonem cum Turre sita, antiqua olim Patriarcharum sedes, & nominis splendore nec non insigni emporio præ ceteris Italiæ urbibus memorabilis, alteraque Roma dicta; at varias deinde vastationum vicissitudines experta, tandemque ad ignobilitatem & solitudinem redacta, de-*

C *Cultus sanctorum Martyrum Aquilejæ cumento est, quam nihil sub sole e rebus humanis sit stabile ac perpetuum. Urbs hæc habet, quod merito accenseat pristino suo splendori duorum Christi Martyrum gloriosam memoriam, videlicet* S. Hermagoræ, *seu* Hermachoræ, Hermacoræ, Hermacoris, Hermechoræ, Armagri, *primi sui saltem post S. Marcum Episcopi, & Fortunati archidiaconi; ut proxime visuri sumus.*

ex antiquis Martyrologiis 2 *In antiquissimis Martyrologiis sub S. Hieronymi nomine vulgatis ita signantur:* In Aquileja, SS. Fortunati & Armigeri. *Quin ibidem agetur de sanctis Martyribus nostris, tametsi* S. Fortunatus *ponatur primo loco, & pro* Hermagoræ *scribatur* Armigeri, *evinci puto e characterismis adjectis; quales sunt affinitas nominis, dies cultus, locus & socius: quamvis, ut notatur in Observationibus ad Usuardum, a paucis annis editum, in omnibus codicibus nomen corruptum sit; aliis* Armigeri, *aliis* Armigiri *vel* Armageri *legentibus, præfixo ubique* Fortunati *nomine. Romanum vetus seu parvum sic habet;*

Aquilejæ, Hermagoræ Episcopi, discipuli S. Marci. *Ado autem sic:* Apud Aquilejam, natalis S. Hermagoræ, primi ejusdem civitatis Episcopi, discipuli B. Marci Euangelistæ. *Usuardus paulo auctior est:* In Aquileja, natalis S. Hermagoræ Episcopi, discipuli B. Marci Euangelistæ, qui inter miracula sanitatum & prædicationis instantiam ac populorum conversionem, plurima pœnarum genera expertus, ad ultimum cum Fortunato archidiacono suo, capitali supplicio perpetuum meruit triumphum. D

3 *Et rursum die* XII *Septembris agens de* S. Hermagora *occasione SS. Cyri & Juventii, ait ipsos ad urbem Ticiuensem ab eo directos,* primo illic Christi Euangelium prædicantes, & magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas urbes divinis operibus illustrasse; ficque in pontificali honore, glorioso fine quievisse in pace. *De qua missione agitur tomo* 2 *Februarii, pag.* 153. *Præcesserat Romanum parvum eadem die* XII *Septembris:* Ticini, confessoris Syri, & Euentii, discipulorum Hermagoræ, Aquilejensis primi Episcopi. *Wandelbertus* S. Hermagoræ *accinit sequens hexametrum:* *ostenditur;*

Hermagoram quarto supplex Aquileja frequentat,
Antistes precibus populum qui fulsit & urbem:

Not-

Digitized by Google

AUCT. J. P. *Notkerus Sanctos annuntiat his verbis* : Apud Aquilejam nativitas S. Hermagoræ, vel ſicut in antiquis codicibus invenitur, Hermechoræ, primi ejuſdem civitatis Epiſcopi, diſcipuli S. Marci Euangeliſtæ : item Fortunati, de quo Fortunatus Epiſcopus *lib. 8 carminum, cap. ſive titulo 4, pag. 190 editionis Browerianæ*, & Fortunatum ſert Aquileja ſuum. *Idem Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis in Vita S. Martini lib. 4, canit in hunc modum:*

Hinc Venetum ſaltus campeſtria perge per arva
Sub montana quidem caſtella per ardua tendens:
Aut Aquilejenſem ſi fortaſſe * acceſſeris urbem, * forte.
Cantianos Domini nimium venereris amicos
Ac Fortunati benedictam martyris urnam.

Scio equidem boſce verſus die XI *Junii* B *applicari S. Fortunato martyri, fratri S. Felicis, non minus quam illum verſum, mox a Notkero productum, præmiſſo alio hoc hexametro verſu:*

Felicem meritis Vicetia læta refundit.

De qua re ſtatim tractabimus, ubi quæremus unicuſne an duplex Fortunatus Aquilejæ admittendus ſit.

uti pariter in recentioribus; 4 *Inter Martyrologos recentiores de ſanctis Martyribus noſtris mentionem faciunt Ferrarius cum elogio; ſicut etiam Maurolycus, Felicius, ac Galeſinius, ſed reſtrictiore ad modica verba elogio. Romanum denique modernum ambos commemorat verbis Uſuardinæ annuntiationi conſonis. Unde corrigi debet Florentinius, dum perperam notat,* Martyrologium Romanum non niſi Hermagoræ meminiſſe. *Eodem errore lapſus Tillemontius tom. 2, pag. 497. Obſervandum vero eſt ex Ferrario* natalem horum ſanctorum Martyrum, Aquilejenſis diœceſis patronorum, in tota Aquilejenſi provincia, ab omnibus Epiſcopis, Patriarchæ Aquilejenſi ſubjectis celebrari ex ſynodali conſtitut. anno Domini MCCLXXXII, die XIV Decembris ſub Raymundo Patriarcha. *Addit corpora ipſorum Aquileja Gradum memorari translata ab Melia Patriarcha*, citatque librum ejuſdem de ritu ſepeliendi mortuos c. 15.

hymnus ex Breviario Aquilejenſi productus C 5 *Poſt hæc ſequitur ibidem hymnus in laudem Martyrum concinnatus hujus tenoris; ex Breviario, ut additur, Aquilejenſi:*

Æterne Deus, ſolio
Cælorum ſedens rutilo,
Nunc Hermacoræ precibus
Abſolve nos ſceleribus:
Fortunatique commodis
Nos omnes reple monitis,
Qui Hermacora prævio
Succurrit ipſo populo.
Quos vinxit tui charitas
Merito colit civitas:
Quæ iiſdem paſtoribus
Erepta eſt dæmonibus.
Proinde feſta gaudii
Omnes vicini populi
Undique proni curſitant
Lætaque mente jubilant.
Nunc Deo, Paſtor inclyte,
Noſmet commenda ſedule,
Qxem præciniſti inclytum,
Ut dilnat flagitium.
Ex cujus nutu feminam D
Salvaſti Alexandriam:
Eo juvante populum
Ad cæli perduc ſolium.
Cujus amore capite
Truncatus es, ut hodie,
Sublimet Aquilejam,
Urbem fovendo Auſtriam. Amen.

6 *Quoad elogia, a Ferrario & Ugbello adornata; nihil opus eſt ea integra hic tranſcribere. Ex hoc poſtremo excerpo id unicum, quod* Hermagoræ vexillum Venetis aliquando propitium fuiſſe, *ibidem narrat dictus auctor ex Dandulo,* ejuſque feliciſſimis auſpiciis Parentum, Polam, multaque alia Iſtriæ oppida ſub ipſorum imperium conceſſiſſe; cujus etiam Divi meritis Aquilejenſis regio, inſtituto ſolenni pro infantibus ſacrificio, quod & hodie ſervatur, a vexatione dæmonum liberata creditur. *Nec aliena arbitror a præſenti inſtituto ea, quæ lego in Actis Mss. S. Syri Ep. Papienſis, quæ habemus; de quo agi poterit die* IX *Decembris:* Euangelium autem, quod *S. Marcus* rogatus a fratribus Romæ confecerat, ſecum deferens, beatum virum Hermagoram, quem ipſe edocuit, & enutrivit ordine vicis ſuæ in Italia, prudentia & ſanctitate reliquit inſignem: hujus auditores atque miniſtri venerabiles viri Syrus fuerunt atque Iventius. E

cum frumentis ad elogium S. Hermagoræ ſpectantibus

Tillemontius non habet ſufficientem rationem dubitandi an fuerit S. Hermagoras I Aquil. Ep. 7 *Ex eo, quod ſupra retulimus*, S. Fortunatum *in Hieronymianis ubique præponi* S. Hermagoræ, *non videtur præberi ſufficiens ratio Tillemontio, dubitandi aut ſcrupulum movendi, num extiterit* S. Hermagoras *primus Aquilejenſium Epiſcopus ſaltem poſt S. Marcum, & iſtius territorii Apoſtolus. Tam enim facile eſt mutari nominum ordinem, & quod prius ponebatur primo loco, poſtea poni loco ſecundo, quam nominum orthographiam corrumpi; quod factum fuiſſe in nomine* S. Hermagoræ, *ſupra ſignificavimus. Pluris certe apud me valet antiquiorum Martyrologorum auctoritas, de quibus num.* 2, *expreſſiſſime annuntiantium* S. Hermagoram *primum Aquilejæ Epiſcopum fuiſſe; quam tantilla Tillemontii obſervatio, deſumpta ex ordine nominum jam dicto. Accedit eo, quod Baronius ad an.* 46, *num.* 2, *agens de diverſis diſcipulis ad diverſas inſtituendas eccleſias a S. Petro miſſis,* Aquilejæ poſt Marcum *tribuat* Hermagoram. *Neque vurſum hic moror Tillemontium, pag.* 508 *dicentem, non eſſe valde certum, quod* S. Hermagoras *vixerit tempore Apoſtolorum; neque ſat conſtare, quod unquam Aquilejæ fuerit. Nam præter illa, quæ jam diximus, in Commentario prævio S. Marci die* XXV *Aprilis, num.* 7 *aſſeritur, S. Marcum duobus annis cum dimidio Aquilejæ fuiſſe. Adde, quod in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis, qui præfigitur tomo* 5 *Junii, in diſſertatione fundamentali dicatur, non eſſe inveriſimile Marcum Aquilejæ fuiſſe. Quid? quod Aquilejenſis ille Apoſtolatus aſſeratur ex duplici codice Ms. proxime poſt S. Marci Commentarium prævium? ad dictum diem, ubi ſic lego:* Porro ſanctiſſimum virum Hermagoram, civem Aquilejenſem, ad tantam excellentiæ perfectionem magiſterii ſui imbutum arte [S. Marcus] perduxit: quatenus dignum eum fore ſummi ſacerdotii culmine, idque in virtute ſancti Spiritus adeptuzum non dubitaret: unde & ſocium eum itineris ſui, cum Romam repeteret, idoneum adſciſcere rectiſſime judicavit;

A vit: ac deinde præſentim beati Apoſtoli Petri eum præferendum, non eſt arbitratus indignum: a quo nimirum ſancto Apoſtolo, primo ſcilicet paſtore Eccleſiæ, idem B. Hermagoras pontificatus virga ſuſcepta, & ſummi ſacerdotii indepto officio, Aquilejenſem, Domino favente, gubernandam ſuſcepit eccleſiam: in qua nimirum urbe martyrii coronam adeptus, ſummi quoque ſacerdotis Chriſti membrum effectus eſt. *Dixi ſupra ſanctum* Hermagoram *primum exſtitiſſe Aquilejæ epiſcopum ſaltem poſt S. Marcum: nam Ughellus inter patriarchas Aquilejenſes primo loco recenſet S. Marcum, tribuens ei ſucceſſorem Hermagoram: quod bene concordat cum ejus Actis. Et forſaſſe non plus volunt, qui dicunt ipſum fuiſſe primum Aquilejenſem epiſcopum.*

Duplex videtur ſtatuendus Fortunatus Aquilejenſis.

B

2 *Nimis multi ac varii in hiſce ſanctis Martyribus noſtris concurrunt characteres, quam ut* Fortunatus, *de quo hic, idem credi poſſit cum Fortunato, S. Felicis fratre ac martyrii ſorte; atque adeo duplex videtur ſtatuendus hujus nominis Martyr. Etenim alius ubique Imperator, alius præſes, alia Acta, alia martyrii dies, quid aliud ſuadere queant, quam alterius ſancti Martyris ab altero diverſitatem? Quamvis Aquilejæ martyrii paleſtra diverſa non ſit. Unde non poſſum aſſentiri Tillemontio, aſſerenti, ſatis fibi eſſe cauſæ, ut credat eum Fortunatum, qui colitur* XI *Junii, eumdem eſſe cum illo, quem hodie exhibemus: quandoquidem, ſi S.* Hermagoræ, *ut arguit, martyrium conjungi debeat cum martyrio S.* Fortunati, *Martyrologia Adonis & Uſuardi ſignant Fortunatum die* XI *Junii Aquilejæ paſſum ſub Diocletiano una cum S. Felice: ſed hoc adeo nihil obſtat, ut potius præbeat ex parte fundamentum ſtatuendi duos diverſos Fortunatos propter Imperatorum diverſitatem, ſub quo martyrium conſummarunt. Neque etiam obſtat quod Fortunatus Piſtavienſis duobus locis, quos produximus ſupra num.* 3, *loquens de S. Fortunato Aquilejenſi, non dicat duos iſtius nominis Sanctos exſtitiſſe Aquilejæ. Quæ veroſimiles characteres poſitive diverſi non debeant præponderare argumentis mere negativis in præſentis quæſtionis deciſione. Quamobrem longe mihi veroſimillimum eſt duos Fortunatos, Aquilejæ paſſos, admitti debere. Vide etiam annotata infra poſt translationem poſita, littera* kk *ubi diſtinguitur duplex Fortunatus.*

C

3 *Acta Sanctorum Martyrum traducit idem Tillemontius, tanquam non habentia* illum *characterem antiquitatis & auctoritatis. Ego vero hoc de iis pronuntio, plures genuinæ ſinceritatis notas habitura, ſi abeſſent nomina quædam propria, antiquitatem non redolentia; totque formulæ precesque, ut nihil dicam de miraculis. Tempus vero ſcriptionis & auctor nos latent.* Feruntur *quidem* conſcripta, *uti habes in notationibus ad Martyrologium Romanum*, a Gregorio, cujus filia obſeſſa a dæmone, ab eodem Sancto fuit incolumitati reſtituta: *(Apud nos e num.* 15, *ponitur non filia, ſed filius Gregorii a dæmonio liberatus.) At qua fide hiſtorica hæc opinio nitatur, non puto ſatis intelligi poſſe. Ceterum, quod ad Mſ. attinet; damus hic apographum Trevirenſe ſancti Maximini, cum aliis exemplaribus collatum variis lectionibus præcipuis in annotata rejectis, aliiſque minoris momenti prætermiſſis, ut modum excedamus. Petrus de Natalibus ſuccinctius ea commemorat lib.* 6, *cap.* 86; *meminitque* S. Hermagoræ *lib.* 8, *cap.* 29 *in Actis* 55. *Euphemiæ ac Do-*

De Actis, eorumque apographo

translatæ ac tempore martyrii.

D

AUCT. J. P.

rotheæ. In dictis notationibus ad Martyrologium Romanum citantur alii ſcriptores recentiores, Vincentius, Antoninus, Sabellicus, Volaterranus, Hier. Rubeus, & hiſtoria Aquilejæ.

10 *Nec tacitus prætervirim quædam de S.* Hermagoræ *translatione; apud Grevenum ſignata die* XII *Septembris. Typis mandamus quæ de illa ſcripſit* Petrus Calo *parte* 2, *fol.* 218, *prout notatum reperi in ſuperiore parte Mſ. noſtri, additis ad marginem ex codice* 929. *Partem illam ſecundam hactenus fortaſſe inditam eſſe, & conſtare in ſolis collectaneis Mſs., videtur indicio eſſe, quod ex Mſs. collectaneis ejuſdem Auctoris datur hiſtoria elevati corporis & miraculorum S.* Zenonis *tomo* 2 *Aprilis, a pag.* 74. *Porro fuit dictus* Petrus Ordinis Prædicatorum, *floruitque, ut refertur ibid. pag.* 76, *in annotatis littera* kk, *circa annum* 1300. *Plura Præf. Gen. Bollandi pag.* XX. *Male vocatur a Poſſevino & Voſſio* Ord. Min. *Quæ ſuper eadem translatione notamus, conjicimus ad ejuſdem finem. Tomo* 1 *Januarii pag.* 1084 *inter varias reliquias Pragam a Carolo* IV *allatas habetur* S. Ermagoræ Ep. & Martyris brachium. *Hæc præfati, ſanctorum Martyrum Acta exhibemus: quorum martyrii tempus iiſdem Actis inſtituendo, videtur determinandum circa annum Chriſti* 66; *cum contigiſſe poſt mortem S. Petri habeatur e num.* 8.

E

ACTA

Ex Mſ. S. Maximini Treviris, collato cum cod. Mſ. 13 *Reginæ Suetiæ, & editis apud Mombritium, Tomo* 2, *a fol.* 1 *verſo.*

Ab auctore incerto conſcripta.

CAPUT I.

F

A S. Hermagora Aquilejenſium Epiſcopo fides propagata; pœnarum contemptus.

S. Marcus a S. Petro Apoſtolo Aquilejam miſſus, a

POſt reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti a omnes Apoſtoli miſerunt ſortes, quiſquis in ſuam provinciam proficiſceretur ad prædicandum verbum Domini. Apud urbem vero Romam profectus eſt beatus Petrus Apoſtolus, princeps Apoſtolorum una cum beato Paulo Apoſtolo, adducentes ſecum beatum Marcum, qui & ipſe beati Petri primus fuit diſcipulus, & morabatur cum eis in urbe Roma. Tunc dicit ad eum B. Petrus: Quid hic moraris? Ecce [tu pleniſſime] eruditus es de omnibus, quæ fecit [Dominus noſter] Jeſus Nazarenus; ſurge [&] perge ad urbem, quæ dicitur Aquileja, Auſtriæ b provinciæ ad prædicandum verbum Domini. Tunc accipiens beatus Marcus primam ſortem & baculum pontificatus, arripuit iter, & veniens pervenit apud prædictam urbem, quæ dicitur Aquileja c. Veniens autem apud prædictam civitatem, invenit ibi juvenem, nomine Athulphum *, filium

b

* *al.* Anulfum.

filium Ulfi, illustris & primi civitatis, qui magna lepra detinebatur. Tunc interrogavit beatum Marcum de qua provincia iter faceret. Et ipse ei omnia enarravit, eo quod Christianus esset, & medicus ad omnes ægritudines seu infirmitates curandas. ex MSS.

sanat Ulfi filium leprosum in manu & brachio;

2 Tunc juvenis, audiens hujuscemodi sermones, ad pedes ejus provolutus rogabat eum, ut infirmitatem ejus curaret. Tunc beatus Marcus, apprehensa manu ejus & brachio, mox lepra ab eo mundata est de manu & brachio ejus. Tunc juvenis, videns hæc mirabilia, citius cucurrit ad patrem suum Ulfium, & omnia ei indicavit, quæ illi beatus Marcus fecisset. Celerius cum magna turba veniens Ulfius, inveniens beatum Marcum ad portam occidentalem residentem, rogare eum cœpit, & dicere: Fac filium meum sanum; & omnia, quæcumque postulaveris, faciam tibi. Tunc dicit ad eum beatus Marcus: si credideris in Dominum Jesum Christum ex toto corde tuo, videbis filium tuum [ex integro] sanum. B

& postquam cum baptizasset sanat illam in toto corpore eum incremento fidelium.

3 Ulfius exclamavit, dicens: Credo Dominum Jesum Christum [esse verum Domini.] Tunc beatus Marcus, accepta aqua, baptizavit juvenem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & omnis lepra ejus mundata est. Videns Ulfius [hæc] mirabilia, baptizatus est ipse, & omnis familia domus ejus, & multitudo populi baptizati sunt in illo die. Cumque beatus Marcus prædicaret [ibidem] per aliquot annos, emicuit in cor [ejus] desiderium, vultum S. Petri videre. Volens [autem] occulte dimittere populum, & ire ad urbem Romam. Tunc Dei nutu audientes populi, concurrentes diluculo, vociferabantur clamore magno, dicentes: Quid mali egimus, quid peccavimus, quia tu nos derelinquere vis? Da nobis pastorem. Tunc Beatus edidit * populo, ut eligerent sibi, quem voluissent virum christianissimum. Turba autem populi elegerunt sibi elegantem personam [& condignam] nomine Hermagoram.

* al. indixit.

S. Hermagoras Romam petit, cum S. Marco; cathedramque episcopi, vacuit Aquilejam;

4 Tunc iter faciens cum beato Marco ad urbem Romam, [ibique] a beato Petro accipiens baculum pontificatus & velamen Sacramenti [cum benedictione,] factus est protos Episcopus provinciæ Italiæ, & regressus [est] ad urbem civitatis Aquilejæ, [&] ecclesiæ suæ moderationem composuit; & seniores * & levitas [inibi,] ordinavit: & post hæc ad civitatem Tergestinam presbyterum & diaconum direxit; & per alias civitates similiter faciebat. Hæc agebat in urbe civitatis Aquilejæ, quæ est ex civitatibus Italiæ prima d. Si quis unanimitatem sanctorum Martyrum contemplatur, non solum eos pro suis passionibus contemplatur; verum etiam de fidei infirmitate * atque immobili & inconcussa eorum charitate, quam semper invicem servaverunt, se ædificat: se etiam commendare poterit: ita quoque propter Deum convenienter custodire dilectionis fidem, ut in nullo se penitus lædere arbitretur e.

C

* al. sacerdotes d

* lege firmitate

fidem propagat; f

6 Crescebat [denique] quotidie fides Christianorum; crescebat in verbo Domini; crescebat etiam & in charitate f; conjunctos semperque gubernatos, quos custodivit, ipse etiam & a passionis gloria non separavit. Qui beatissimus Hermagoras cœpit ipse prædicare verbum Domini nostri Jesu Christi, plenus Spiritu sancto, & per orationem dæmonia ab obsessis corporibus ejicere, infirmos sanare, & cæcis, facto Christi signaculo, super oculos eorum, visum reddebat. Concurrebant autem ad S. Hermagoram Episcopum omnes Italiæ provinciæ populi, videntes ejus mirabilia, quia & per eum sancta multiplicabatur fides; paganorum autem insania confundebatur. D

*idololatris commorantibus. Præsidem invenit, * al. Sebastum.*

6 Eodem vero tempore, imperante Nerone, in urbe Roma, & præfecturam g agente Agrippa b, qui fuit filius fratris ipsius Herodis. Tunc in Aquilejensem civitatem direxit Præsidem, Seuastum * nomine, ut in eadem civitate, ut diximus administraret. Qui cum ingressus fuisset civitatem, universi populi occurrentes & vociferantes clamabant; sicut est solitum quasi judicibus h. Alia autem die, sedente eo pro tribunali, postquam immundas hostias obtulerunt dæmonibus sacerdotes idolorum, ei suggesserunt de beatissimo Hermagora, dicentes: Subveni, Domine præses, quoniam templa deorum destruuntur per virum quemdam, qui per suam magicam artem, & verborum seductionem, omnem populum a diis immortalibus separavit, prædicando illum, qui a Judæorum populo a Judæa * est interfectus: quem si tu ita dimiseris, omnes separat a sacrificio deorum: & si hoc notum fuerit Principi, incipies te in magna culpa apud eum invenire. Hæc autem audiens Seuastus præses, fremuit nimis, sicut leo, & præcepit, ut plurima turba militum urbem ingrederetur, & eum cum magna admiratione ad suum præsentari auditorium k. E

g

h

* lege in Judæa.

k

orationem,

7 Hoc audito, S. Hermagoras Episcopus dixit omni clero: Viri fratres ingemiscamus ad Dominum: quoniam ecce appropinquat diabolus, qui, sicut leo, circuit, quærens quem devoret; ut elisus ac prostratus jaceat sub pedibus nostris. Cumque universi orarent ad Dominum, beatissimus Hermagoras hanc fudit orationem, ad Dominum, dicens: Domine Deus omnipotens, unigeniti Jesu Christi filii tui Pater misericors, qui non memoras iniquitatem populi tui; qui vis pœnitentiam peccatoris, ut convertatur a via sua injusta, & vivat in tua voluntate: Christe Jesu, qui duodecim Apostolos coronasti, & misisti eos in sæculum istud prædicare Euangelium, te provisorem & salvatorem animarum nostrarum: [te] deprecor, Patrem omnipotentem, & Filium [tuum] Jesum Christum, qui potens es animabus servorum tuorum, in te confidentium, opitulari; libera nos a persequentibus nos, ut non dicant: Ubi est Deus eorum? sed da Domine Jesu Christe misericordiam tuam servis tuis, ut confundantur inimici nostri, & cognoscant quoniam tu es, qui confringis cervices peccatorum. Cumque oraret ad Dominum, impetum facientes inimici, comprehenderunt sanctum Hermagoram Episcopum, & ferro vinctum perduxerunt ad Seuastum præsidem. F

8 Qui cum fuisset perductus, dixit ad eum Præses: Quæ est tua audacia? ut in injuriis deorum & dearum nescio per quam artem & seductionem verborum omnem populum a diis immortalibus separes, prædicans illis *, qui a Pilato est crucifixus: propter quem & Petrus similem accepit pœnam

* al. illum

in

A in urbe Roma. Aut neſcis, quia tale accepi præceptum, ut, ſi invenero viros ac mulieres in hac perſeverare vanitate, diverſis eos generibus tormentorum affligam? Quod ſi & tu in hac perſeveraveris inſania, in te correctionem omnium, quos ad te aggregaſti, faciam, ut per te diſcant omnes veneranda numina deorum venerari, ſicut & omnes faciunt provinciæ. Beatiſſimus Hermagoras Epiſcopus elevans oculos ſuos in cælum, facto ſignaculo Chriſti in fronte ſua, ita conſtanter reſpondit:

cui intrepide reſpondet, * *al.* creatus *al.* ordinatus ſum Epiſcopus.

9 Ego ex juſſione Domini mei Jeſu Chriſti in fronte ſum * Epiſcopus. Non quieſco prædicare, quæ mihi præcepta ſunt a Domino meo Jeſu Chriſto, ut omnes [a diabolo] detentos, per verbum Domini ad Dei revocem agnitionem: quoniam Deus magnus eſt, qui eſt in cælis; qui jubet cælo dare pluviam; qui ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos, ipſum ego prædico omnibus diebus vitæ meæ. Seuaſtus Præſes dixit: Ut video, certum eſt, quod deorum ſacerdotes dixerunt; quia per iſta verba ſtulta populum ſeducis. Ego enim non puto, quia tu hæc loquaris mente. S. Hermagoras Epiſcopus dixit: Hoc certum eſt, quod dixiſti: quia ego non mea loquor mente, ſed per me Spiritus ſanctus loquitur: ſic enim ſancta continet Scriptura: Cum ſteteritis ante judicem *l*, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim urbis in illa hora, quid loquamini: quia Spiritus ſanctus loquitur per os in Chriſto credentium. Seuaſtus Præſes dixit: Ego non verbis tecum contendere quæro, ſed ad tuam feſtino ſalutem, ut accedas, & ſacrifices diis immortalibus. Quod ſi nolueris nunc ſacrificare, dum tecum pacifice loquor, poſtea vero cum confuſione incipies diis thura offerre. Multo enim melius eſt tua bona hoc facere voluntate.

fruſtra terruit, * *al.* volueris.

10 S. Hermagoras Epiſcopus dixit: De Domini mei Jeſu Chriſti miſericordia fido, ſi qua valueris * penarum genera exercere, corpus quidem meum poteris tormentis affligere: anima autem mea a Chriſto excepta, ab ejus Angelis in paradiſo collocabitur *m*: nam diis tuis, qui ſine anima ſunt, ſine auditu, & ſine viſu, ſine greſſu, numquam deditus ero. Hæc audiens Seuaſtus Præſes, juſſit eum extendi, & nervis crudis cædi: cumque cæderetur B. Hermagoras Epiſcopus, aſpiciens in cælum dixit: Gratias tibi ago Deus altiſſime, pater Domini mei Jeſu Chriſti, quia cum ſim indignus, jubes me ad ſanctam tuam deitatem pervenire & pietatem. Tunc Præſes juſſit clamare ad eum: Accede & ſacrifica diis: nam incipies prioribus pœnis torqueri. Sanctus Epiſcopus reſpondit: Erubeſce cum patre tuo diabolo, qui ab initio confuſus, a ſervis Dei [ſemper] eſt ſuperatus. Jam ſemel & ſæpius tibi dixi, quia dæmonibus veſtris numquam ſacrifico *n*. Audiens hæc Seuaſtus præſes, palluit ex nimio frigore *, & dixit ad eum: Per deos magnos, quia ſic te interficiam, ut nec ſepulturæ corpus tuum tradatur. Tunc S. Hermagoras ſubridens ait: Verum eſt, quod in ſancta ſcriptum eſt lege: Quia in malevolam animam non introibit intellectus. Audiens hæc Præſes, is juſſit eum in eculeo ſuſpendi, & pectus ejus unD gulis [ferreis] radi. Poſtea præcepit laminas EX MSS. ferreas candentes ejus corpori imprimi, & lampades ardentes ejus lateribus applicari. Et cum hæc fierent, ſanctus Dei Martyr, pendens in ligno, hymnum Domino canebat, dicens: Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me feſtina: & confundantur [omnes, qui oſtendunt ſervis tuis mala, & conterantur] ab omnipotentia tu *, & virtus eorum conteratur. Videntes autem populi ejus magnam conſtantiam, exclamaverunt, dicentes: Magnus eſt Deus Chriſtianorum: ſine ulla cauſa tormentatur vir Dei: non quieſcit die ac nocte confortare populum ſuis ſanctis monitis; nihil inique geſſit: pro qua hæc patitur cauſa? * *al.* ſua.

ANNOTATA.

a *Codex Ms. Reginæ Sueciæ legit:* Poſtquam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, hominum redemptione peracta, reſurgens a mortuis aſcendit in cælum. *De diviſione Apoſtolorum agetur die* 15 *hujus.* E

b *Quid ſibi vult* Auſtriæ provinciæ? *Malim legere* Iſtriæ provinciæ. *Tametſi enim a temporali poteſtate Patriarchæ, ad Archiduces Auſtriacos urbs hæc tranſierit; tranſitus tamen hic nimis recens videtur, quam ut in antiquis Actis fundamentum poſſit præbuiſſe jam dictæ nuncupationi. Et forte illa ab interpolatore textui interjecta eſt.*

c *Quo anno id contingere potuerit, ordinatum habes in Diſſertatione fundamentali Patriarcharum Alexandrinorum § a, num.* 20, *ante tom. v Junii. Vide etiam Comm. prær. num.* 7.

d *Diruta nunc jacet, & prope ad ſolitudinem redacta? ut Commentarii prævii num.* 1.

e Si quis unanimitatem, *uſque ad* creſcebat *excluſive, videtur eſſe parergon. Ea non habet codex Reginæ Sueciæ, nec Mombritius; qui plura omittit; tantum pergens cum noſtro exemplari ad illa verba:* Et cum cœpiſſet prædicare verbum Domini noſtri.

f *Addit Cod. R. S.* & dilectione Domini, exercentes ſe orationibus, jejuniis, religioſiſque cultibus operam dantes, ſemper quę Domini erant meditabantur. Hęc agebant; ſi quidem prędicante aſſidue B. HermagoF ra verbum Domini. Cœpit interea B. Hermagoras: *& cum pergit cum noſtro*, per orationes dæmonia ab obſeſſis corporibus &c. *modice tamen a noſtro diſcrepans.*

g *Munus hoc a Judæo apud Romanos adminiſtratum quis credat?*

h *Deſignatur Agrippa junior, primi filius nepos Herodis, regis Chalcidis.*

i *Cod. R. S.* ſicut mos eſt judicibus: *quæ non habet Mombritius.*

k *Cod. R. S.* magno tumultu S. Hermagoram, ad ſuam præſentiam adduci præcepit.

l *Cod. R. S.* ante judices & præſides.

m *Cod. R. S.* De Domini mei Jeſu Chriſti miſericordia fidus, quęcumque in me pœnarum genera exercueris, pro Dei mei nomine patientiſſime perferam, & viriliter vincam. Corpus quidem meum poteris tormentis affligere, ſed animam meam a Chriſto ſalvatam ejus angeli in paradiſo gloriæ collocabunt. *Quæ poſtrema verba ita habet Mombritius:* animam autem meam Dominus meus Jeſus Chriſtus habet in poteſtate.

A EXMSS.

CAPUT II.

Sanctus immaniter cruciatur; Pontianum ad fidem convertit uti Gregorium, liberato a demone ejus filio; successor S. Fortunatus: cæca illuminata; Sanctorum martyrium.

TUnc confusi sacerdotes deorum dixerunt Præsidi. Vel nunc manifestissime vides, quod ante diximus: quoniam per magicam artem, omnem seducit populum a diis immortalibus. Tunc iratus Præses jussit eum de eculeo submitti, & in carcerem reduci propter populi seditionem *. Cumque reduceretur in carcerem, orationem fundebat ad Dominum dicens: Deus excelse & B bene adorande: qui filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, servili forma indutum, ad terram de cælo sancto tuo venire jussisti, ut nos de servituris jugo jubeas liberari; respice hunc agonem, & permitte mihi perseverare usque in finem [&] pro tuo nomine consummari: quoniam in te confidens, non timebo mala: quoniam tu mecum es [Domine Deus meus,] qui regnas [nunc & semper] in sæcula sæculorum Amen.

In carcerem reclusus

* *al.* seductionem.

12 Et cum orasset hanc orationem, subito lumen nimium refulsit in carcere, & odor suavis replebat carcerem. Quo viso, custos carceris, nomine Pontianus, aperta interioris carceris janua, ipse quoque orans *, procidit ad pedes ejus, & provolutus deprecabatur eum, dicens: Deprecor te per nomen tuum *, qui tantam tibi claritatem concessit in tenebris, ut miserearis mihi misero, & ad Dei tui agnitionem me perducas, ut per te liberet Deus tuus animam meam perditam. Et dixit ad eum beatus Hermagoras Episcopus: Si credis ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, omnia possibilia sunt, quæ postulas. Pontianus vero exclamavit voce magna cum lacrymis dicens: Credo ex tota C voluntate per ipsum, qui tibi tam mirabile direxit auxilium.

lumen refulget;

* *al.* ipso quoque orante

* *al.* Dei tui.

13 Tunc jussit eum S. Hermagoras triduo jejunium Deo reddere. Mediæ noctis tempore præcepit S. Hermagoras venire presbyterum cum diacone suo, qui & baptizavit eum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Postquam vero baptizatus est Pontianus, irruit in eum Spiritus sanctus, & cepit præconia voce clamare * per omnes plateas & vicos civitatis, dicens: Magnus est Deus, quem sanctus prædicat Hermagoras. Venite universi cives, & cognoscite, qualis est Deus Christianorum: nam dii, qui colunter, obdurant corda humana, lumen hominum tollunt: nam lumen præstare non possunt sicut Christus sancto suo præstitit Hermagoræ. Ad hanc vocem cucurrit ad carcerem populus, & multi clarissimi viri; videntes in carcere [cum S. Hermagora jam dictum] tale lumen, Domino Deo gratias egerunt. Quotidie autem confundebatur paganorum insania, & sancta fides conseque- D bator victoriam a.

converso ad Christum Pontianus,

* *al.* præconari.

a

14 Tunc audientes hæc sacerdotes paganorum, cum magna insania clamaverunt, dicentes Seuasto Præsidi: Quoad usque parcis huic mago? Omnem subvertit populum. Ecce hic pejorem facit subversionem, quam [fecerit] Petrus in urbe Roma. Qualiter Petrum nosti punitum; tolle & interfice [illum] magum. Nam contra te incipiemus relationem imperii * dirigere. Hæc audiens Præ- * *al.* Imperatori. ses, dixit: Triduo mihi inducias date: donec ego recogitem, qualibus eum affligam pœnis. Hoc autem dicebat, timens populorum multitudinem, qui per eum in Christum crediderant: quia frequenter magnifici viri ad eum concurrebant in carcerem, quos confortabat sanctis suis monitis. Aliquanti vero tale videntes immensum lumen [in carcere,] non recedebant ad eo, sed in carcere commorabantur: nam & omnis clerus ejus, ex quo Pontianus effectus est Christianus, ingrediebatur ad eum, quia & ipse Pontianus, custos carceris præparaverat se, ut pro E Christi nomine passionem pro eodem susciperet.

& multis aliis credentibus.

15 Quidam vero magnificus ipsius civitatis, Gregorius nomine, cujus filius a dæmonibus vexabatur, cum vidisset S. Hermagoram in nulla corporis parte læsum, qui tales coram omni sustinuerat populo pœnas, mittens se ad pedes ejus, & provolutus deprecabatur eum dicens: Miserere mihi, subveni Pater [quia filius meus a dæmonio vexatur, sed] per ipsum te peto, quem prædicas; quia confido, quod per tuas orationes possit Christus [Deus tuus] filium meum a dæmoniis salvare. Dicit ei S. Hermagoras: Si credis in Christum, videbis filium tuum salvum. Gregorius respondit: Credo Christum filium Dei, pro quo talia ista sustines: quia poteris filium meum salvare.

Filium dæmoniacum a suo patre Gregorio delatum,

16 Dicit ei S. Hermagoras: Non ego, sed Dominus meus Jesus ipse faciet, secundum suam deitatem: nam & ego peccator sum [sicut & tu:] & jussit infantem adduci: erat enim annorum duodecim; & interrogavit eum S. Hermagoras, dicens: Quantum tempus est, ex quo hæc causa ei evenit? Gregorius respondit: Hodie per triennium F non est dies, neque nox, in quo poterit * modicum [quid a vexatione] quiescere. [Porro] multotiens eum in templa deorum attuli, & hostias pro eo obtuli; & nihil ei profuit: sed credo in Christum, quem tu prædicas, quia poterit eum liberare. Audiens [hæc] Sanctus Dei, subridens ait: Modo tibi Christus ostendit, quanta credentibus præstat in eum.

atque ad se adduci jubet eum;

* *al.* potuerit.

17 Tunc S. Hermagoras flexis genibus percutiens pectus suum exclamavit ad Dominum, coram omnibus dicens: Domine Deus omnipotens pater, qui in cælis es: qui ante constitutionem mundi es; qui, sæculo in tenebris posito, verbo sancto dixisti: Fiat lux, & facta est lux: qui cælum camerasti, & terram composuisti: qui cælum item stellis adornasti: qui mare infrenasti & terminum ei posuisti, quem non transgrediatur; qui omnia elementa propter nos peccatores constituisti: qui Filium tuum erranti populo transmisisti, & nos ad veram libertatem hanc

facit orationibus

glori-

A gloriæ credentes in eum constituisti: te deprecor Patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum sanctum: qui regnas in [deitatis] unitate, fac mirabilia Domine Jesu Christe, propter nomen sanctum tuum præsta in te credentibus, ut liberes hujus innocentis animam ab immundo spiritu; quia ad tuam deitatem refugium fecerunt ad confirmanda corda, qui in te crediderunt, & credituri sunt; ut cognoscant, quia tu es Deus altissimus: qui regnas per cuncta infinita sæcula sæculorum. Amen.

Fit ut Gregorius ad Christum convertatur.

18 Et cum complesset orationem, increpuit dæmonem dicens: Tibi dico immunde spiritus, præcepit tibi Dominus Jesus Christus, ut recedas ab hac innocentis anima, quia ad ejus confugit fidem. Hæc audiens dæmon, omnibus videntibus, qui ibidem aderant in carcere, exivit ab eo. Videns autem Gregorius hæc mirabilia, procidit ad pedes S. Episcopi & Martyris, deprecans eum, ut

B baptismum promereretur. Media autem nocte occulte abiit S. Hermagoras cum clero ad domum Gregorii, & baptizavit eum cum conjuge sua, & duobus filiis suis, omnique familia domus ejus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Postea vero dum reverteretur in custodiam [B. Hermagoras, tunc] universi presbyteri vel diaconi, omnesque cleri seu ordines ecclesiæ postulabant eum cum lacrymis dicentes:

Populo petenti succedit pro eo datus S. Fortunatus: al. moriamur.

19 Tu, o Pater noster, si a nobis fueris ablatus, quem faciemus universo gregi tuo pastorem? Aut quem doctorem vitæ inveniemus æternæ, sicut te ipsum? Numquid possumus, ubi pastor non est, pascua invenire? Sin autem, & nos omnes una tecum moramur *. Beatissimus autem Hermagoras confortans animas eorum, jussit eos ordinare nomine Fortunatum archidiaconum, discipulum suum, quem ipse ab infantia cum Dei timore enutrierat b.

Mulier cæca a S. Hermagora illuminata, a S. Fortunato baptizatur.

20 Quædam mulier vidua illustris, Alexandria * nomine, timens Deum, audiens beatissimum Hermagoram sanctum Dei esse, & tantas in carcere [positum] fecisse virtutes, misit secrete ad Pontianum carcerarium, ut noctis silentio ad eum ingrederetur: erat enim oculis apertis nihil videns. Dicebat vero [apud se:] Quia si tetigerit oculos meos, invocato nomine Christi, salvabor. Quæ mulier perrexit nocte ad car-

C cerem, procidensque ad pedes S. Hermagoræ Episcopi [&] dixit ei: Sancte Dei fac me sanam. S. Hermagoras respondit: Beata est fides [tua] quia priusquam verbum audisses veritatis, mentem tuam bene fundasti. Propterea illuminabit oculos corporis tui & cordis tui Dominus Jesus Christus. Et faciens signum Crucis super oculos ejus, continuo vidit lumen; & reversa est ad domum suam gaudens & dans gloriam Deo, & jejunavit tribus diebus. Et mittens beatissimus Hermagoras Fortunatum archidiaconum suum: qui baptizavit eam intra domum suam cum suis omnibus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Cæcus hanc infligatus Præfect, utrumque ad mortem condemnat.

21 Post aliquantos vero dies audiens Seusstus Præses de B. Alexandria, quia baptizata est a beato Fortunato archidiacono, jussit eum comprehendi, & ferro vinctum ad carcerem duci. Quem cum vidisset S. Hermagoras, Domino Deo egit gratias, quia dignatus est eum cum eodem martyrium suscipere. Per dies autem plurimos multa per eos mirabilia Dominus in carcere ostendit. Concurrentes enim ad eos omnes, varias infirmitates habentes, curabantur ab eis in nomine Jesu Christi Domini nostri. Videntes autem sacerdotes paganorum, colligentes populum incredulum, unanimiter venerunt ad Seusstum Præsidem cum fustibus & lapidibus clamantes & dicentes: Civitas tota perit per te; quia facis usque nunc vivere hominum, qui per magicas artes populum alienat, & evertit mentes eorum, ut separentur a diis. Tolle magum, occide veneficum. Sin autem noluerit, te ipsum interficiemus. Tunc Seusstus præses, timens populum, quia per eum crediderant in nomine Christi, misit nocte speculatorem, &

E in carcere decollavit beatissimum Hermagoram episcopum & S. Fortunatum archidiaconum ejus, quorum corpora colligens Pontianus custos carceris, & omnem cruorem sanguinis eorum colligens, in unum collocavit locum.

Quæ ablata decessum sepelimus.

22 Audiens autem hæc Gregorius, cujus filium a dæmonio liberavit sanctus Dei Hermagoras, & Alexandria, quæ ab eo illuminata fuerat, venerunt nocte occulte cum linteaminibus mundis & valde pretiosis, & aromatibus condientes c corpora sanctorum Martyrum, sepelierunt ea foras muros civitatis Aquilegiæ in agello memorato Alexandriæ in pace. Universi autem venientes ad corpus beatissimi Episcopi & martyris Hermagoræ primi Aquileiensis civitatis, quæcumque detenti fuissent infirmitate sanitatem recipiebant in nomine Domini nostri Jesu Christi. Martyrizatus est autem beatissimus Dei Hermagoras Episcopus una cum S. Fortunato archidiacono suo, XV Idus Julii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria d in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Cod. R. S.* & sancta multiplicabatur in Domino.

b *Cod. R. S. jussit eis*, ut Fortunatum Archidiaconum, suum discipulum, quem ipse cum Dei timore ab infantia enutrierat, eligerent sibi pastorem ordinandum.

c *Membrit.* venerunt nocte occulte cum linteaminibus mundis & valde pretiosis aromatibus, & condientes. *Cod. R. S.* cum aromatibus & linteaminibus mundis.

d *Membrit. addit* & potestas. *Cod. R. S.* & potestas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

TRANSLATIO.

Ex Petri Calo Ordinis Prædicatorum part. 2. fol. 218.

Italia a variis devastata.

HErmagoræ beatissimi Translatio hoc modo facta est. Ab Hunnorum gente, Duce Attila, devastatur Italia, & Aquilegia a, tunc Venetiæ metropolis, funditus

Digitized by Google

A dissipatur. Secundo eamdem provinciam Go- XX. Mai. thorum rabies devastavit *b*. Tertio quoque
b contra Longobardorum impetum videns se
al. Pau- non posse subsistere Paulus [a], Aquilegiensis
linus. tunc temporis Patriarcha, transtulit *c* se in
c Gradensem urbem vicinam, quorumdam sanctorum corporibus ac Thesauris ecclesiæ secum sublatis. Cui defuncto successit Probinus, & Probino Helias *d*. Hic in ejusdem sedit, quam ipse fundavit, ecclesia; consulteque Pelagii, Romani Pontificis, viginti Epi-
e scoporum synodum celebravit, quæ eam totius Venetiæ Istriæque caput instituit *e* de omnium pendictorum Episcoporum consensu, eo quod Aquilegia funditus destructa Longobardorum impetus sustinere non valeret. Post Heliam hujus institutionis auctorem, sextus Gradensi sedi præfuit Cyprianus: quo
f mortuo eamdem invasit Cyprianus *f* hæreticus, qui apud Forumjulii usurpaverat sedem pontificatus, fultus Longobardorum au-
B dacia.

& Fortunato hæretico Episcopum sedem occupasse.

2 Hic invasit metropolim, & spoliavit, eisque subjacentes ecclesias baptismales provincias Istriæ ac xenodochia, & remeavit ad castrum Blenianense *g*, in Longobardorum confinio situm, ubi cathedram pestilentiæ
g docebat. Contra cujus nequitiam & hæresim Episcopi Venetiæ & Istriæ per Clericos Gradenses, id est Aquilegiensis ecclesiæ, hæc summo Pontifici per litteras intimarunt: qui providens utilitati sanctæ Ecclesiæ, Primogenium subdiaconum, & regionarium Apostolicæ Sedis, ad eamdem metropolim regendam
h direxit *h*; dans ei & Apostolicæ Sedis epistolam innodantem prædicti Fortunati hæresim, & mandantem, eum sacerdotio exui, & suadentem, ut loco illius alius fidelis & idoneus subrogaretur, scilicet Primogenius memoratus, vita & moribus, & magistratus experientia approbatus, Gradensis Præsul consecratus, devote susciperetur ab eis, & ei, ut suo capiti, fineram obedientiam exhiberent. Nuncios postea misit propere ad Regem Longobardorum, petens ut dictum Fortunatum hæreticum perfidum & rebellem, & res, quas abstulerat, expeteret sine mora.

Sufficitur Primogenius in Cathedra Gradensi, & monetur in somnis de translatione reliquiarum.

3 Insulatus igitur Primogenius & devote susceptus a populo, conversatione sancta suo congruebat officio, ideoque ejus tempore ecclesia tali beneficio aucta est; Nam est in somnis admonitus, ut BB. martyrum Hermagoræ, & Fortunati corpora de Aquilegiensi confinio Gradum transferret, tumulata scilicet in agello sanctæ mulieris Alexandriæ. Tunc ille monuit populum, ut Deo jejunium, precesque offerrent, ut apti essent & digni tantis suscipiendis muneribus. Et hoc facto, agelli planitiem invenit, & in mausoleo saxeo cælestem thesaurum. Quorum corpora inde educta, non quibant movere; & admirantes, arbitrati sunt aliquid deesse de sacris reliquiis. Mox ad aream reversi; repererunt B. Hermagoræ calciam *i* relictam. Qua suppleute, de ejus pretiosarum reliquiarum movetur nimia celeritate vehiculum. Ad ripam vero pervenientia sacra ossa suscipiuntur scapha, decenti tegmine cooperta. Unde locus ista susceptionis navis usque hodie Cessus, id est, accessus S. Hermagoræ vocatur: qui etiam virenti semper gramine decoratur ad hoc indicium. Itaque in urbe Sancti honoratissime sunt recepti.

D

qua SS. Hermagoræ & Fortunato defuncti sunt; a Venetis capta civitate

4 Anno Incarnationis Dominicæ millesimo tertio excitata inter Venetos seditione tumultuosa, Aquilegiensis Episcopus sumpta exinde perficiendi sceleris confidentia, veteroso invidiæ satisfecit; ad capiendum Gradum castra jussit pergere. Quam urbem cum firmissimus murorum ambitus muniret, adeoque hostiliter capi nequiret, castrorum Dux pugnare destitit & minari, cives tamen juramento securitatis & munificentiæ vicit, & tali conditione ingressus Episcopo nuncia læta misit. Quibus auditis ineffabiliter gavisus, ad mœnia male cupita venit gavisus & festinus; qui ingressus urbem quasi alter Antiochus est effectus.

& spolia ea

5 Altaria dirupit, veneranda pignora rapuit, quorum tamen mediam partem trepida manus reliquit; templum thesauris omnibus spoliavit, palatium omnibus vacuavit, & relicto in urbe præsidio remeavit. His apud Piranensem cohortem compertis Præsul Gradensis *k* urbis captæ
E *k*
nimio dolore consternatus, cogitatum suum in Deum transtulit, in quo firmam spem semper habuit. Et ascendens navim petiit Rivoaltum, *l* ubi Otto frater ejus, ducatum admi-
l
nistrabat, exceptusque ab eo honorifice, celitus expectabat solatium. Interea Dux ad urbem exploratores delegat, si forte ab eis modo aliquo capi queat. Post paucos dies divulgante rumore captam esse ab exploratoribus civitatem, exhilaratus cum duce Pontifex, movet densissimam classem. Quibus freta sulcantibus, obviant, qui rumorem fefellisse eos comprobant; illusi de vano gaudio, ingemuerunt fratres, sed confortati censuerunt progrediendum, & pervenientes civitatis ambitum circum obsederunt.

dein ab hostili invasione liberata.

6 Mane diei sequentis, Evangelio, in principio erat verbum, lecto a Diacono in ambone, perceptaque a Præsule benedictione, cunctus simul exercitus ter Trinitatem Dei clamosus invocat, & tertia invocatione murus, bellum inchoat, excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino; Nam hostes statim enervavit formido; deponunt pertinaciam, fatentur invasionem temerariam, supplicant Præsuli & Duci, ut donent eis recedere cum salute, & ille habeat urbem suam. Quid plura? Vellent nollent, cedunt justis victoribus: valvæ patuerunt: compotes voti sacra limina petunt: Deo largitori victoriæ gratias agunt. Deinde hostilis turba præcipitur custodire, donec de eis quid agi oportet diffiniatur. Congratulabantur autem ad invicem Contarini *m* Primates [&] erant omnes penitus collætantes.

F

m

En secessus reliquiæ S. Hermagoræ inquisitus.

7 Verum quia B. Hermagoræ corpore se putabant privatos, non poterant perfecte gaudere. Cuncta, quæ prædo abstulerat, parvipendentes, solum de hoc margaritæ dispendio condolebant. Nocte sequenti Pontifex in strato suo cœpit anxia mente revolvere, quosdam de clero vetulos sæpe dixisse, corpus B. Hermagoræ non esse in altari sibi dedicato, sed ignoto celari loco. Die sequenti ecclesiæ custos Monachus & Geronta *, fide probus, & morum maturitate compositus, super mœrore Præsulis est compassione

* senex Græce γέρων.

A fione commotus : quem cupiens conſolari, ſecundo allocutus eſt dicens, Petrum jam defunctum Venetiæ ducem, ipſius Præſulis genitorem pretioſas ſanctarum animarum exuvias occultaſſe, & tres tanti ſecreti ſocios celandi ſacramento conſtrinxiſſe, quorum ſuperſtes erat ipſe. Præſul rei cauſam conſiderans, fidelem a jurisjurandi vinculo abſolvit, & eum ducit in criptam B. Marci, locum indicans cupienti.

quæ una cum reliquiis S. Fortunati tegebat 8 Et cum locus amplus eſſet perfoſſatus, capſa una cernitur. Summota hac, ſecunda detegitur, quæ clam vocato duce cum quibuſdam optimatibus, aperta titulum habebat: Hic ſunt oſſa vel membra ſanctorum Hermacoræ & Fortunati, in dextro arcæ Hermacoras, in ſiniſtro Fortunatus. Caro, quam natura in pulverem redegerat, plene dimidium receptaculi occupabat. Cernuntur Hermacoræ oſſa majora oſſibus alterius ; quoniam & legitur elegans fuiſſe perſona. Diſſoluti artus ita compoſiti ſunt inventi, ut nec articuli invenirentur diſjecti. Sericus pluB villus mirtinis foliis ſurgens amborum capita fulciebat, atque his frondibus tota ſuperficies reſperſa erat, quibus etſi viriditatem vetuſtas abſtulit, integritatem vetuſtas minime corrupit. Talia contemplantes proruperunt in lacrymas, terramque deoſculantes agunt Chriſto gratias.

& ſolemniter tranſlatæ 9 Tunc cantantibus Clericis, candentibus cereis, fumantibus thuribulis, prævio vexillo crucis, educitur de crypta ſacer loculus, nunc gravis nunc levis portitoribus. Quo reclinato ſuper tumbam S. Euphemiæ, congregati omnes refecti ſunt Paſtoris & interceſſoris viſione, magnificantes Chriſtum pro ejus largitione. Hoſtes etiam capti de cuſtodia ad ſpectaculum tale ducti, uſque ad lacrymarum ſtillicidia ſunt compuncti, fatentes quod vere jocundetur Venetia, unde bene gloriatur Aquileia. Deinde ad cryptæ interiora reditur, & ibidem capſæ tres reperiuntur; Secundam duo præcipui faciebant inſignem ; tertiam Dionyſius decorabat & C Largus, quartam cum Hermogene Fortunatus; & erant in ſingulis monumenta, quorum unumquemque * corpus conſervaret; quæ ad eorum Inventionis teſtimonium Præſul ſuper jam dictæ Virginis tumbam manere voluit, eiſque diurnæ magnificentiæ, & honorificentiæ miniſtros adhibuit.

* quæ unumquodque.

monito in ſomnis Epiſcopo 10 Octavi poſt hoc menſis labente curriculo, quidam Epiſcopus, ſopito apparens Antiſtiti, petebat ſibi cælitus reliquias demonſtrari. Quas illo demonſtrante conſpiciens, flere videbatur, quoniam quaſi ſedis ſuæ latebris evulſas intuebatur. Poſtera nocte in ſomnis videtur Pontifici, eamdem viſionem referre ſupradicto Monacho ac Gerontæ, & illum ſibi reſpondiſſe, S. Hermacoram cuidam civium dormienti apparuiſſe; Vade & dic Patriarchæ iſtius loci, cur tamdiu inhumata patitur oſſa noſtra? Quo reſpondente, Ideo differt eorum reconditionem, donec eis ſitum provideat habilem; & quia præſtolatur interim aliquam virtutem veſtræ oſtenſionis. Ait, perge, dic illi quam cito ejus ſepulturam exhibeat artubus inhumatis. Tunc potius noſtra ſigna monſtrabimus. EX MSS.

de eorum ſepultura curanda, ſignis ſecutis. 11 Nec fuit hoc ſomnium vanum: fit hoc ſignis ſequentibus clarum. Cum igitur ſacra oſſa reconderentur, & poſtquam fuerunt recondita, aliquamdiu per totum templum templo contigua ſuavem odorem dederunt. Nocturno quoque tempore cum idem Aquilegienſis Antiſtes amiſſa mœnia obſideret, lumen ab urbe volans ſuper fuſam humi lanceam ſedit; quod cujuſdam vigilis manu properante ſumere, alia ſe poſuit in cuſpide; inde ad urbem rediens illa Dei illuminatione ſalvari eam indicat, de qua Pſalmus: Brachium eorum non ſalvavit eos, ſed illuminatio vultus tui. Et quidem obſeſſor ſanctorum patrociniis illam tueri perſentit, quando trigeſimo obſidionis die fruſtra fatigatus; diſceſſit.

ANNOTATA.

a *Anno* 452 *id contigit.*

b *Ingentes medio circiter ſeculo* 6 *a Totila Gothorum Rege excitatas eſſe in Italia vaſtationes, pervulgatum.* B

c *Hiſtoriam patriarchalis ſedis Gradum tranſlata texit Ughellus tomo* 5, *col.* 1163; *de qua etiam meminit col.* 33.

d *Hunc etiam ordinem tenet Ughellus, col.* 33 *agens de patriarchis Aquileienſibus: at col.* 1169, *agens de patriarchis Gradenſibus, primo loco ponit Hilarum, ſecundo Severum, tertio Martianum; & ſic conſequenter Candianum vel Candidianum, Epiphanium, Cyprianum, Fortunatum, Primogenium.*

e *Ughellus ponit hoc factum eſſe anno* 580.

f Loco Cypriani *ſubſtitue* Fortunatum *cum Ughello, qui & adjicit annum* 630; *ubi plura.*

g Caſtrum Cormones ſuper civitatem Aquileiam milliario XV *legitur apud Ughellum ex Chronica.*

h *Subrogatum fuiſſe in locum Fortunati anno* 630, *ut eccleſiæ Gradenſi præeſſet, tradit Baronius ad hunc annum; qui & Honorii PP. profert epiſtolam* Epiſcopis per Venetiam & Iſtriam conſtitutis *directam. Videri quoque poteſt Ughellus.* D

i Calcia *idem eſt quod tibiale ſeu cruram tegmen: de quo Cangius.*

k *Epiſcopus iſte Vitalis ponitur apud Ughellum inter patriarchas Gradenſes ordine, trigeſimus, creatuſque anno* 963, *mortuus circa annum* 1012; *quo etiam ſub præſule Petrum Urſeolum, ducem Venetiarum, reparaſſe civitatem Gradenſem & eccleſias tradit, & in crypta S. Marci corpora Sanctorum in quatuor incondita occultationibus cum inſcriptis titulis collocaſſe: in prima, corpora extitiſſe Fortunati & Felicis: in ſecunda Hermacoræ & Fortunati; in tertia Dionyſii & Largi: in quarta Hermogeni & Fortunati. Iidem haud dubie Sancti hic repetiti. Ibidem narratur, quod* idem Vitalis Joannem Ducem, præeunte plebe & clero, in Gradu ſolenni pompa receperit, & ejuſdem quoque dexteram victrici S. Hermagoræ ſigno condecoraverit anno DCCCCXCVII.

l Ripa alta, *ut puto, deſignatur*, vulgo Rivolta, *pagus Italiæ in agro Mediolanenſi.*

m *Nobilis, antiqua, & litteris armiſque inciſa* Contarenorum *familia Veneta.*

Digitized by Google

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS

PAULINO, EPISC., SEVERO PRESB., LUCA DIACONO, THEOBALDO MILITE, ET EORUM SOCIIS.

J. P.

LUCÆ IN ETRURIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sanctorum cultus; S. Paulini patria, ætas, elogium; an S. Petri discipulus?

sub NERONE.

LUca, *urbs Etruriæ antiquæ apud Auserem fluvium & Sarculum, inter Lunam, urbem exilem, ac Volaterras media, propensissimæ venerationis studio caram habet* S. Paulini *memoriam; quem suspicit tamquam primum Etruriæ Apostolum, martyrum Etruscorum primitias, primum suum Antistitem, patronum ac sospitatorem; prout pluribus dabitur intelligi ex iis, quæ hic visum est præfari. Atque ut a sacro ejus ac Sociorum cultu incipiam; quam satis certo de illo constat, tam manifestum est in antiquis Martyrologiis eum non exprimi, sed ubique tamquam incognitum tacite præteriri. Inter Auctaria Usuardino textui in codicibus Florentinis adjecta, sic legitur:* In partibus Tusciæ, civitate Lucana, natale S. Paulini Episcopi primi ejusdem civitatis & confessoris, atque Severi & Theobaldi: quorum corpora sepulta sunt in ecclesia Cathedrali dictæ civitatis. *Codici Usuardino Belini sic additur:* In Tuscia, civitate Lucana, B. Paulini, ejusdem civitatis primi Episcopi, qui sub Nerone in radice montis Pisani, post multos agones martyrium suum consummavit.

B *Sancti Paulinus Severus ac Theobaldus Lucæ culti.*

antiquis Martyrologis incognitus partim in auctariis, partim a recentioribus signati.

C

2 *De illo etiam Sancto meminerunt Grevenus & Maurolycus; quorum hic primus male cum pro* Paulino Paulum *nominat. Galesinius plusculum auctior est, ita ipsum annuntians:* Lucæ in Hetruria S. Paulini, qui viri consularis filius, Thuscus, Apostolorum discipulus, ad Christi fidem conversus, primus illius civitatis Episcopus, in Neronis persecutione varie acriterque cruciatus, martyrii denique palmam assecutus est. *Romanum denique Martyrologium Bellino consonans, sic* S. Paulinum *commemorat:* Lucæ in Tuscia S. Paulini, qui a S. Petro primus ejusdem civitatis Episcopus ordinatus, sub Nerone ad radices montis Pisani, post multos agones martyrium suum cum aliis sociis consummavit. *Socii S. Paulino in superiore titulo adjuncti,* Severus presbyter, Lucas diaconus, Theobaldus miles & socii, *commemorantur in Actis, quæ hic typis committimus. Vide num.* 6, *num* 9; *& rursum a num.* 47; *ubi* alii multi *dicuntur* decollati. *Lucas Diaconus exprimitur infra per decursum.*

De S. Paulini patria;

3 *Sicut varia & antiqua de patria Homeri fervuit controversia inter plures Græciæ civitates, ita hodiedum de patria* S. Paulini *haud satis constat. Marius Florentinus, nobilis Lucensis, Francisci Mariæ filius, anno* 1701 *Lucæ edidit opus posthumum Parentis sui, inscriptum,* Hetruscæ pietatis origines, *in quo inter alia, quæ de* S. Paulino *habet, cap.* 12 *de ipsius patria inquirit, ita edisserens:* Tuscum aliqui Paulinum constituunt; alii Antiochenum; Guilielmus Spirensis & Petrus Galesinius non modo Hetruscum fuisse perhibent, sed & consularis viri filium, *ut in Galesinio vidimus supra num.* 2; Ita & recenter Coccinio placuisse video. Vereor tamen, ne primus, ex quo reliqui, Paulinum cum Paulo Sergio, qui, ut alibi monui, Lucensibus non Lucensibus Evangelium nuntione perhibetur, unius litterulæ mutatione confundat: & fortasse Galesinius ex his sancti Episcopi antiquioribus Actis Thusciæ indigenam, non inquilinum extorsit; *his verbis Actorum num.* 3 *ipsius confusionis ansam præbentibus:* Per idem vero tempus *Neronis Imperatoris,* erat quidam vir Christianissimus in eadem provincia in civitate Lucense, nomine Paulinus.

E

an Lucensis an Antiochenus

4 *Pergamus cum Florentinis:* Dum autem *Acta* commorantem Lucæ dicunt, & neque Hetruscum neque Lucensem distinguunt, neutrum affirmant, & patris consulatum nec per ambages complectuntur. Ita sancti Præsulis patrem ac patriam sepulchralis infra ponendus titulus antiquissimus omnino silet. Verum antiquus ejusdem basilicæ codex pluries ex Antiochia & Antiochenum appellat; primumque in Actis ad ecclesiasticæ lectionis usum distinctis habet ab Antiochia Romam ductum. *Deinde e fragmento, quod citat, censet clarius rem confici his verbis:* Beatum vero Paulinum natione Antiochenum, virum utique totius prudentiæ, in sermone veracem, in judicio justum, in consilio providum, in commisso fidelem, in bonitate conspicuum, in universa morum honestate præclarum, plenum fide ac Spiritu sancto, ad hanc nostram Lucis * civitatem misit; *additque idem Auctor* iterum repeti in hymnis aut sacris cantionibus, quæ in divi Paulini solemni die præcini vel recitari consueverant, *ipsis videlicet:* Paulinus Antiochensis, Petri discipulus, ipsum secutus obedivit sedulus.

F

* Lucam

confunditur.

5 *His itaque præmissis, laudatus Auctor ita concludit:* Igitur quemadmodum ex his constare arbitror, Lucensem ecclesiam Antiochenum sanctum Virum credidisse, ita omnes alios, quotquot videre potui chronologos, & de S. Paulino scriptores Antiochenum statuisse iovenio: tam enim editi quam non editi, tam exteri, Razzius, Ferrarius, Bzovius,

A vius, Coccinius, Caracciolus; quam noſtri, Franciottus, Civitalis, Trentius, Saminiatius, Tuccius, in idem conſentiunt, ita ut, cum ſit trium ad minus ſæculorum traditio, non vulgi rumor, ab hac ſententia non eſſe temere recedendum, & Paulinum Antiochenum omnino ſtatuendum eſſe, conſtare videatur; *majore utique id conſtaret credibilitate, ſi antiquioribus monumentis opinio ipſa niteretur. Quid enim*, *enimvero*, trium ſæculorum traditio *ad tam longam naſcentis Eccleſiæ plurimum, ut puta tredecim aut quatuordecim ſæculorum intercapedinem interjectam? Idem ſtatue de fragmento incerti temporis, loci, auctoris; ſacriſque cantionibus & hymnis, de quibus ſupra; quæ quidem omnia tantum apud me habent auctoritatis, quantum antiquitatis. Deficit hæc; conſequens eſt, ut & illa deficiat, vel certe multum vacillet, fame non tam liquido de Sancti patria conſtet.*

6 *Alia, ſed minoris etiam momenti, hic ſe offert controverſia, ab eodem Florentinio propoſita atque diſcuſſa a pag.* 155; *utrum videlicet in tenériore ætate ſanctus Martyr ab Apoſtolorum Principe Epiſcopus fuerit conſecratus, an potius in adultiore. Opinionl, quæ factum hoc fuiſſe conſtet in juvenili ætate, occaſionem præbuerint pictores, qui, ut verbis Florentinii utar*, adoleſcentem Paulinum, ne dicam adoleſcentulum pingunt, & icones omnes, quotquot in ejus baſilica & alibi coluntur, imberbem. At omnes etiam a decimo quinto ſæculo non antiquiores exiſtunt; niſi forte milleſimum quingenteſimum ſuperet lignea effigies, quæ a dextro latere Paulinianæ eccleſiæ in abſidis periſtylio ſervatur. In hac, quæ ex epiſcopalis habitus more ceteris vetuſtior convincitur, ſanctus Martyr, urbis Lucenſis parvulam effigiem manu geſtans, non modo imberbis apparet, ſed dum crinitum adoleſcentem præ ſe fert, novus ſuperinductus faciei color ætatem ita minuit, ut puſionem minori quidem reverentia deſignet. *Quæ ætas in tabulis pictis expreſſe, quam parum ſit veritati conſona aut verosimilis, ſatis vel ex eo conficitur quod, uti recte arguit prædictus auctor*, nullibi in ejus Actis, quorum jam præter dictas ſyngraphas alia vetuſta exemplaria in privatis Lucenſium bibliothecis videre contigit, de Paulini ætate muſitatur.

An in tenériore ætate B

C 7 *Cauſam prætenſæ junioris ætatis ad infulas evectæ tam fuiſſe putat: aliquos ſane a ſe auditos eſſe aſſerit, qui dicerent primo quidem, quod Sanctus ſub forma juvenili fidelibus aliquando apparuerit; deinde quod ſacra ipſius oſſa teneriorem ætatem arguant*; ſed utrumque, *inquit*, nihilominus a veritate alienum puto. *Lubet itaque rem breviter cum ipſo expendere ex inſtrumento, alibi hic a nobis exhibendo de inventione corporis* S. Paulini *de qua a num.* 13: [Paulini adoleſcentiam religioſo cuidam fratri Jacobo ex divina viſione revelatam aliqui putant, quia „ apparuit ei quidam juvenis „ „ vel, ut infra additur „ juvenis pulcherri- „ mus & decorus „: Hinc profecto Paulini adoleſcentiam timui; quia ſanctus Epiſcopus juvenili ſpecie Jacobo apparuerit. At præterquam quod nihil ibi de epiſcopali habitu additur, & per angelos juvenili ætate myſtice aliquando apparentes, hujuſmodi viſiones immittere Deus conſueverit, ea, quæ ſequuntur, cœleſtem fuiſſe nuntium, non Epiſcopum, ita Jacobum docentem, appoſita verba convincunt; *quæ ita ſonant*: Erit enim vobis oſtenſum D oſtenſione divina, ubi jacet corpus Paulini Martyris glorioſi: fuit enim beatus Paulinus chariſſimus & devotus glorioſæ Reginæ cælorum. His dictis evanuit: *quæ certe a dicto Præſule pronuntiata eſſe nemo dixerit.*

AUCT. I. P.

8 *Jam vero quæ ab eodem Pagano afferuntur, in miraculo, in quo quidam a groſſatoribus detento, & precibus a S.* Paulino *liberato, ſertur apparuiſſe* quidam juvenis, qui abſolvit eum a vinculis, *ut refertur inter miracula poſt Acta*, num. 2; *nihil faciunt pro juvenili ſancti Epiſcopi ætate: Nam, recte ſubjungit Florentinius*, hæc per angelos, qui ſunt adminiſtratorii Spiritus, peragi conſueviſſe, frequenter legimus, & ſuſpicari potius liceret in alio miraculo, ibidem relato, ex viris religioſis, qui villico, minus religiose feſtivitatem D. Paulini veneranti apparuerunt, alterum ſanctum Epiſcopum fuiſſe, *dum ſic dicitur*: In illa via apparuerunt duo religioſi cum veſtimentis albis. Unus de iſtis dicit ei: Noli flere. *Et infra.* Ec ille religioſus reſpondit: Noli flere: Dominus ſanabit eum. Conſulimus tibi, quod tu numquam habeas contemptum feſtum glorioſum beati Paulini patris tui; ſed honora eum toto tempore vitæ tuæ; & ſignavit eum, & ſtatim ſanatus eſt; & diſparuerunt. *Ex quibus auctor infert*, *quod* hic, dum religioſus dicitur, non amplius juvenem, ſed ætate venerabilem colligere liceat: *ſed collectio hæc plane incerta eſt & meris fulta conjecturis; fatente hoc ipſum Florentinio*, ſe hæc conjectanea & incerta eſſe non dubitare. *Hæc certius, quod ad ſtabiliendum epiſcoparum, a S. Petro collatum Paulino noſtro in teneriori ætate, ex argumento, quod deſumitur ex apparitionibus nihil concludi poſſit, quod fidem hiſtoricam mereatur: qualem etiam non meretur alia ratio, a ſacris Sanctis ipſanis petita.*

Pro teneriore ætate nihil ex apparitionibus

9 *Enimvero debilis iſta ratio eſt, & vix refutatione digna.* Namque, *ut rurſus recte Florentinius*, etſi ex ſacrorum oſſium dimenſione D. Paulinum non proceræ ſtaturæ virum fuiſſe convinceretur, inde tamen adoleſcentiæ indicium ſumere, puerile potius, quam juvenile eſſet argumentum, ultra vigeſimum annum oſſium deſinentibus incrementis, ut vulgus etiam novit. Jam vero ſi Petrus Hieroſolymis aut Antiochia cum Paulino ſolvit, anno Claudii ſecundo, Chriſti quadrageſimo quarto, & ſub Neronis gladio uterque palmam martyrii eſt aſſecutus; id non ante annum ſexageſimam ſeptimum accidere potuiſſe ſcimus, & jam Paulinum ad viginti & amplius annos Italiam incoluiſſe dignoſcimus. Niſi ergo Apoſtolorum Princeps diſcipulum in Epiſcopum Lucenſibus præficiendum puerum adhuc advexerit, non modo vigeſimum ætatis annum exceſſiſſe dicendum eſt, ſed ad gloriam provectiori omnino ætate properaſſe patet. Quis autem, orientalibus eccleſiis florentibus, ex multorum millium fidelium numero maturæ ætatis viros ad epiſcopalia munera promovendos, Italoſque præ ceteris erudiendos, Petrum non ſelegiſſe dixerit? *Alia, quæ congeris idem Auctor, ex decreto, ſicut ipſe vocat, Apoſtolorum, canonibuſque Græcorum*, presbyteri voce, ſenem *ſignificante*, *quibus probat Sanctum in provectiori ætate epiſcopalibus infulis inſignitum fuiſſe, volens prætermitto; ſicut etiam alias conjecturas, a ſacris Martyris* E

An potius in adultiore Epiſcopi facris conſecratus?

nihil ex ipſanis conficitur

F

reli-

A *reliquiis, a se inspectis, petitas, de quibus perAUCTO. graphe proxime: cum hæc pro præsenti instituto* J. P. *videri possint esse plus quam satis. Quæ superaddit de clericali tonsura contra pilleos, S. Paulinum crinitum efformantes, longum esset referre, & vix operæ pretium. Lector ea inveniet a pag.* 160. *Aliqua ad majorem confirmationem pro episcopali ordinatione in adultiore ætate, a Florentinio prolata, habes infra num.* 21.

10 *Superest, ut dicamus de* S. Paulini *missione in Etruriam, an videlicet illa contigerit sub Apostolo Petro, Sanctum nostrum ad Lucenses mittente; & quomodo illa missio probetur. Contigisse eam mittente S. Petro affirmant recentiores, Cæsar Franciotti, Silvanus Razzi, Ughellus; quibus e Florentinio addit Bzovium, Caracciolum, Codinium cum Baronio; id evenisse asserente anno Christi* 46. Verum, *ut proxime præmittit ibidem Baronius,* quinam fuerint, qui diversis temporibus ad diversas instituendas ecclesias a Petro sunt missi discipuli, & ordinati episcopi, licet scriptorum inopia obscurum pene remanserit: aliquot tamen, quos recensitos *se* invenisse *asserit*, hic enumerasse, *inquit*, voluimus; B *non ambigue professus, obscura, dubia & incerta esse, quæ de primis hujusmodi missionibus traduntur. Vide ea, quæ damus in annotatis ad caput* 1 *Actorum litt.* d. *At ubi* recensitam *missionem ab Apostolorum Principe invenit Baronius? Nullum sane, si recte rem æstimo, monumentum antiquius proferri posse arbitror, quam Martyris Acta, inventionem & inscriptionem e codice monasterii Cavensis; cujus verba dabuntur num.* 46. *De Actorum antiquitate postea dicemus; cum interim certum sit, sæpe consuevisse obtrudi Acta pro antiquioribus, quam revera sint. Inventio corporis est seculi* 13. *Florentinius cap.* 21 *a pag.* 147, *expendit epocham adventus* S. Paulini *in Etruriam, nimirum vivente ac mittente S. Petro. At quid speres solide historici, ubi antiqua monumenta deficiunt? Parum quoque firmitatis habent, quæ congerit cap.* 13, *a pag.* 162, *an utique sanctus Antistes noster accensendus sit numero septuaginta duorum discipulorum. Tota argumentationis ejus vis eo demum redit, ut probet non pugnare,* C *quod ex dicto discipulorum numero unus ipse exstiterit: at non quæritur, quid potuerit esse; sed quid sit: pro quo desidero antiqua monumenta.*

Sancti missio per S. Petrum ad Lucenses an & quomodo probetur?

§ II. Sancti elogium; inventio corporis; præsens status reliquiarum.

Ughellus *tomo* 1 *Italiæ sacræ a col.* 841 *Sanctum honorifice ædornat elogio hujus tenoris:* S. Paulinum Antiochenum S. Petrus Apostolorum Princeps a se institutum eruditumque Romam perduxit nostræ salutis anno XLVI, eumdemque primum Lucensem Præsulem consecravit: quam civitatem cum anno eodem fuisset ingressus æmuloque cum magistro pietatis studio Euangelium disseminare statuisset, innumeram propemodum multitudinem convertit ad Christum; sociisque ac adnitentibus Antonio, Valerio, Severo, Luca & Theobaldo, septem ædificavit ecclesias, quarum princeps S. Triadi dedicata est; nempe illa, quam postea in honorem ipsius sancti Paulini, sanctique Martini honorifice consecrarunt. Paulinus igitur primus fuit, qui Lucæ tum episcopalem sedem, D tum Christianam sedem plantavit ac mirifice excoluit, innumeris exantlatis laboribus atque periculis, quæ iterum per palmam martyrii suo sanguine nobilitavit. Siquidem post Principum Apostolorum glorioſum triumphum, persequente Nerone, accusatus Paulinus apud Etruriæ præsidem Anolinum, qui Pisis toti Etruriæ jus dicebat, quod Lucæ Christi doctrinam disseminaret, ab eodem cum Severo, Lucæ diacono, ac Theobaldo milite comprehendi jussus, ducitur Pisas; ubi variis sævissimisque tentatus tormentis, cum nihilominus constantissime Christum confiteretur, tandem in monte, qui inter Pisas Lucamque exurgit, hodieque vocatur S. Juliani, sævissime verberatus, cum Severo presbytero palmam martyrii promeruit; quorum post obitum Lucas diaconus, milesque Theobaldus truncati capite occubuerunt die XII mensis Julii anno Domini LXIX.

ex Ughelli;

11 Horum sacra corpora feris devoranda jussit tyrannus insepulta relinqui, sed intempesta nocte secuta, Antoninus, Valerius, E Victor, Lucianus, aliique plures illorum discipuli illa Lucam detraxerunt ad sepulturam, ad id loci videlicet, qui olim Cellula Martyrum vocabatur; quod ibi, qui pro Christi fide fortiter occubuissent, condi solerent: ubi postea corpus B. Paulini sepelierunt tempore Henrici, Episcopi Lucensis, anno MCCLXI; quod ex divino instinctu repererunt in capsa marmorea cum hac incisa inscriptione: *quam videsis num.* 16. *Tum pergit ad translationem, de qua num.* 18. *Denique recensitis auctoribus aliquot recentioribus, qui de S. Paulino tractant, monet* extitisse plures in Italia ejusdem nominis Sanctos, diversarum ecclesiarum Episcopos: *quales fuerunt* S. Paulinus Nolanus, doctrina ac sanctimonia vitæ longe clarissimus, *quem habes in Actis die* XXII *Junii*; Paulinus Brixianus; *de quo die* IV *Martii*; Senogallienſis, IV *Maii*; Aquileiensis; XI *Januarii*: alterque Præsul Campanus; quibus omnibus hic Paulinus antiquior est, qui primus ab Apostolis haustum Lucam inculit Euangelium, F ejusdemque liberæ civitatis protector habetur præcipuus.

Antiquitas inscriptionis

13 *Ab elogio* S. Paulini *delabimur ad corporis inventionem. Idem qui supra Franciscus Maria Florentinius in prædicto suo opere Sancti sepulturam executus pag.* 198, *procedit ad narrandam inventionem sacri corporis ipsius, nec non* Severi ac Theobaldi, *sociorum ejus, ex Pagano, ecclesiæ SS. Georgii & Antonii rectore, qui* rem litteris consignavit; *& ex ejusdem ecclesiæ membranaceo codice historiam pertexit, impresso deinde ad calcem libri authentico Inventionis instrumento, omnem rei seriem complectente; quocum contulimus apographum, quod hic typis subjicimus, ab eodem Florentinio communicatum, quod ita habet*: Cum veritas occultatur, omnio credimus Deo non placere, & specialiter verum illud, propter quod possent homines hujus mundi salutem consequi animarum: idcirco ad laudem & gloriam sanctissimæ Trinitatis & beatissimæ Virginis gloriosæ, & totius cælestis curiæ de miraculis sanctissimi Paulini, primi Lucani Episcopi, quæ miracula sunt facta post Inventionem corporis glorioſi, volumus aliqua enarrare. Sed antequam alterius procedamus, dignum est, ut de ejus inven-

S. Paulini elogium

Digitized by Google

A iaventione aliquid nuncuperur. In anno Domini MCCLXI, XVII Kal. Julii, erat quidam religiosus, cujus nomen frater Jacobus dicebatur, in civitate Lucana, homo maximæ sanctitatis & honestatis, magnæ conversationis & vitæ: cui Dominus voluit revelare corpus Episcopi infrascripti tali modo.

14 Erat iste frater Jacobus homo maximæ abstinentiæ, & ab oratione diu noctuque minime cessabat. Contigit ei in quadam nocte, cum in oratione valde devotissime insistebat, oculos inclinavit, & a sopore fuit mirabiliter occupatus; in quo somno apparuit ei quidam juvenis & dixit ei: Frater Jacobe benedicte, surge velociter, & ad ecclesiam B. Antonii citius propera, quantum vales, & dicas ipsius ecclesiæ sacerdoti, ut devote & solemniter celebret unam Missam ad honorem beatæ Virginis gloriosæ, & tu esto ibi cum magna devotione & ad illam Missam: fuit enim B. Paulinus carissimus & devotus gloriosæ Reginæ cælorum. His dictis exparuit. Frater vero Jacobus surrexit, & omnia secundum admonitionem sibi factam, presbytero Pagano, capellano dictæ ecclesiæ, nuntiavit, & ordinavit, ut Missa celebraretur. Cum Missa a dicto presbytero Pagano diceretur, & esset corpus Christi gloriosum elevatum, iste frater erat in choro, & in terram velociter se projecit; & cum in terram se prostravisset, fuit sibi ex dextro latere nuntiatum & dictum: Corpus B. Paulini est juxta humerum tuum dextrum; & ibi, quia duobus brachiis est propinquum, fodietis, & ibi eum invenietis.

15 Frater vocem audivit, sed neminem vidit. Missa solenniter celebrata, frater omnia dicto presbytero Pagano enarravit. Dictus vero sacerdos venerabili Henrico Episcopo cum fratre Jacobo omnia nuntiavit: & accepta licentia ab Episcopo, jejunaverunt tribus diebus cum abstinentia & devotione, & magna oratione. Postea vero foderunt secundum admonitionem sibi factam a Jacobo supra dicto in ecclesiam S. Antonii januis clausis; & fuerunt novem inter religiosos & laicos ad fodiendum. Et sic fodiendo erant quasi juxta Vesperas. Propter nimiam lassitudinem posuerunt se ad dormiendum. Iste frater Jacobus cum magno dolore ivit ad adorandum subter pilam, ubi erat corpus B. Antonii, & cum maxima angustia sic dicebat: Domine non invenimus thesaurum promissum & desideratum: & sic orando aliquantulum obdormivit. Et in illa dormitione apparuit ei juvenis pulcherrimus & decorus; & dixit ei: Frater Jacobe, quare non foditis?

16 Et ille respondit: Domine, per totam diem laboravimus, & sumus fortiter fatigati, & nullo modo possumus invenire. Et ille juvenis dixit: Surge & fode in nomine Jesu Christi: quod quæritis, cito invenietis. Surrexit frater Jacobus, & narravit iterum presbytero Pagano visionem. Et iterum coeperunt fodere, & sic fodiendo & laborando, omnes, qui erant, in ecclesia, de odore suavissimo sunt refecti, & ab omni fatigatione quasi totaliter remoti & liberati. Post Vesperas autem fodiendo invenerunt marmoreum monumentum, & sic scriptum: Hic est corpus B. Paulini, primi Lucani Episcopi & discipuli Petri Apostoli; & Sanctorum Martyrum Severi presbyteri & Theobaldi militis. Et de tanta gloria eis concessa omnes mirabiliter sunt gavisi: & juxta monumentum tangendo odor mirabilis per totam portam S. Donati exivit. Currebant omnes de civitate gaudentes & exultantes de tanta gloria eis concessa. Presbyter vero cum dicto fratre & cum vicinis dicte contrate *, & cum omnibus nobilibus portæ S. Donati ad Episcopum velociter cucurrerunt, & omnia, quæ facta erant, cum diligentia narraverunt. Episcopus vero, habito consilio cum canonicis suis & cum fratribus Prædicatoribus & Minoribus, personaliter ipse cum Archipresbytero Alamanno, & Aldibrando primicerio, Gualtrotto canonico & Paganello, & cum multis aliis de canonica S. Martini ecclesiæ majoris, & cum fratre Aldebrandino de Cavalcantis, Priore fratrum Prædicatorum S. Romani, & de suis fratribus, & cum multis aliis venerunt ad ecclesiam supradictam, & cum hymnis, canticis, cereis & incenso aperuerunt glorioſum monumentum; & invenerunt glorioſum & odoriferum corpus B. Paulini martyris cum sociis suis supradictis.

17 Unde valde lætati sunt cum tota civitate Lucana, & lætari possunt de tanto & tali patrono, qui quotidie orat & supplicat Deum omnipotentem pro salvatione & augmentatione filiorum suorum, [&] ordinaverunt solemnissimam processionem; ubi fuerunt plus quam quingenti inter religiosos & clericos seculares; & fuerunt ibi plusquam XL * vexilla, & præsentialiter fuit D. Guala, legatus D. Papæ, & Episcopus cum omnibus supradictis. In veritate dicere possumus, quod fuerunt ibi cum D. Guiscardo de Petra sancta de Mediolano, Potestate Lucanæ civitatis. Erat enim Potestas Lucanæ civitatis illis diebus plus quam quinquaginta millia inter homines & mulieres. Audiverant enim, sicut continetur in Legenda ejus, quomodo iste venerabilis Paulinus fuit primus pater, primus Episcopus istius civitatis, discipulus B. Petri Apostoli, & a B. Petro Apostolo ad istam civitatem fuisse missum: & quomodo iste prædicavit, & fidem plantavit, & Lucanum populum fideliter baptizavit; & quomodo dulcissime istam civitatem direxit *, & pro ipsa fortiter oravit, ut Dominus populum Lucanum augeret, & in unitate sine divisione [eum] conservaret, & de hæretica pravitate eum liberaret, & civitatem de manibus inimicorum in perpetuum defenderet: unde venerandus est iste talis pater & propter infinita beneficia spiritualia & temporalia, quæ per ipsum habemus: est enim in cælo continuus Lucanæ civitatis defensor & advocatus, & animas, quæ de ista civitate salvantur, ipse Deo quotidie repræsentat, sicut fructus suæ vineæ, quam plantavit. *Miracula, quæ in Mi. nostro ponuntur, & ni fallor ab eodem Auctore conscripta sunt, opportunius de more debuntur post Acta Martyris.*

18 *His itaque tantisper intermissis, nos ducat Florentinus, ad ea, quæ festivum sacri corporis inventionem sunt confecuta, progrediamur, & quidem ipsius verbis a pag.* 201: Quapropter Dei, Martyrum merita prodigiis illustrantis imitatores, Apostolicæ Sedis legatus, *de quo supra*, & Henricus Episcopus, celebritatem diei

* vici.

* al. XL.

* al. dilexit.

Post hæc Sanctis colunt valde multi.

Digitized by Google

A diei anniversariam, quantum licuit, indul-
AUCT. gentes auxerunt; ecclesiam S. Antonii hacte-
J. P. nus nuncupatam divi Paulini nomine insi-
* gniri deinceps mandarunt; festivitatem ejus-
dem quotannis IV Idus Julii renovandam sta-
tuerunt; nomen in sacris ecclesiarum diptychis reponendum, ac in litaniis invocandum omnibus Lucensi diœcesi subjectis in posterum esse decreverunt. *Ea tibi ex eodem exemplari transcriptum diploma indulgentiarum cum hoc titulo:* Hæ sunt indulgentiæ factæ per Dominum Gualam, Legatum Romanæ Curiæ, & Dominum Henricum Episcopum Lucanum, *cujus verba sunt hæc:* Henricus, miseratione divina Lucanus Episcopus, dilectis in Christo filiis, universis ecclesiarum Prælatis, exemptis & non exemptis, civitatis & diœcesis Lucanæ, salutem & benedictionem. De consilio
*Guala. *venerabilis Patris magistri G*, Legati Apostolicæ Sedis in Thuscia, & nostrorum fratrum,
*nos. *sicut nos credimus, non latere, translationem fieri fecimus venerabilium reliquiarum sanctorum Martyrum Paulini, Severi &
B Theobaldi apud ecclesiam, quæ ab antiquo S. Antonii consueverat nominari, & quam hodie, antiquo nomine commutato, S. Paulini fecimus nominari: ordinantes de prædictorum consilio & assensu, ut prædicti S. Paulini & sociorum festivitas IV Idus Julii debeat ab omnibus nostræ civitatis & diœcesis solemniter celebrari.

19 Quare vos exemptos rogamus, ut ob
Indicit publico solemnitate quotannis die 4 Idus Julii. Dei reverentiam & Martyrum prædictorum, & aliis prælatis sub excommunicationis pœna mandamus, quatenus ex parte nostra publice in vestris ecclesiis vestros populos moneatis, ut prædictorum solemnitatem in die prædicta debeant solemniter celebrare, visitaturi cum devotione ecclesiam antedictam, ut participes fiant beneficiorum & indulgentiarum a prædicto venerabili Patre & nobis concessarum in prædictorum Martyrum devotione, venerabili loco superius nominato, celebrando nihilominus officium solemniter prædictorum, prout vobis Dominus dederit, ipsorum natalem in vestris litaniis & Kalendariis conscribendo. In ista enim die usque ad
C octavas ad laudem & gloriam Sanctæ Individuæ Trinitatis, & ad honorem gloriosæ Virginis Mariæ, & B. Paulini, Episcopi primi Lucani, & Martyris, & aliorum Sanctorum multorum, qui sunt in Ecclesia ista, Dominus Guala, Legatus Domini Papæ in Thuscia, eo existente præsente ad hoc, ut venerarentur & visitarentur gloriosi Martyres, per unum annum & quadraginta dies indulgentiam fecit.

20 Henricus vero, Lucanus Episcopus,
& concessi indulgentiis. quadraginta dies similiter concessit & fecit. De ista gloriosa Inventione Laborator notarius de mandato Domini Henrici, Lucani Episcopi, scripturas publicas fecit, & coram multis testibus, & specialiter coram prædicto Episcopo, & Domino Alamanno, Archipresbytero Lucano, & Domino Paganello de Porcari canonico, & Domino Aldobrando primicerio, & Domino Gualtrocto, & fratre Ildebrandino de Cavalcantis, Priore Fratrum Prædicatorum S. Romani, & fratre Benevenne, custode Fratrum Minorum Lucanæ civitatis, & presbytero Pagano, re-
D ctore ipsius ecclesiæ, cum omnibus convicinis suis ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi: qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

21 *De præsenti statu Reliquiarum nemo melius nos informare potest quam sæpe dictus Florentinius, oculatus earum inspector; qui a pag.* 159 *tradit sequentia:* Venerari, *inquit*, mihi aliquando licuit sancti Præsulis [Paulini] ipsana, & in inferiore maxilla incisorios præcipue dentes ab omni sæculorum injuria in suis adhuc alveolis fixos aspicere contigit; sed in suprema earumdem acie ita multorum annorum usu detritos, ut hominis jam ad senium vergentis exuvias esse negari non possit. Quia vero molares etiam aliquot dentes, non ita usu levigati, utpote solidiores, observari possunt in aurata theca, quæ ulnam sancti Præsulis seorsim a corpore continet, gravi quidem state, atque in senium præcipiti, non tamen decrepita, palmam martyrii accepisse conjicio. *Consule paragraphum* 4, *ubi agitur de postrema sepulturæ inspectione. Atque hæc quidem hactenus. Reliquum est, ut studia religiosissimæ venerationis, qua Lucenses sanctum suum Præsulem ac Patronum non sine summa pietatis laude persecuti sunt, commemoremus.* E

Status præsens Reliquiarum.

§ III. Erecta a Lucensibus in honorem Sancti ecclesia; recluſa arca; constructa nova basilica; Sarcophagus; fama posthuma.

Basilica, in honorem sancti Paulini & alterum templum;

FLorentinium, *in illustrandis rebus* S. Paulini *cumulatissime meritum, his denuo pedetentim subsequamur, ardentissima Lucensium in sanctum Patronum suum studia hoc modo referentem a pag.* 203: Invalescebat interim quotidie Lucensium in Apostolum suum pietas, & ecclesia, dudum Martyrum cellula, & antiquitus cathedralis, & majus urbis templum, vel vetustate jam labens, vel populorum frequentiæ incongruum videbatur: donec in ampliorem formam redactum, anno tandem redempti orbis MCCCXLI a Guilielmo Episcopo noviter cum quatuor altaribus extructum solemniter sacraretur. Extat & nunc in tabulario Paulinianæ Basilicæ veruſtum consecrationis monumentum: in quo cum plura sanctorum corpora & lipsana ibidem quiescentia memorentur, sacraque omnis ceremonia describatur, lectoribus meis non ingrata fore censui, si ex autographo hic integrum exhiberem: *quod neque nos hic supprimendum putavimus:* F

Instrumentum Paulini nunc primum editum

23 In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Ad futuram rei memoriam noverint universi, qualiter in præsentia mei notarii & testium subscriptorum, anno Nativitatis Domini MCCCXLI, Indictione IX, die Lunæ hebdomadæ sanctæ, secunda mensis Aprilis, reverendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Frater Guilielmus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Lucanus, ad supplicationem & instantiam circumspecti viri presbyteri Donati Rectoris, & Francisci Vinceguerræ, civis Lucani, parochiani & operarii ecclesiæ infrascriptæ, pro se ipsis & dicta ecclesia, nec non aliis omnibus & singulis convicinis & parochianis ejus-

dem

Adem humiliter ſupplicantium, cum devotione gradiens ad parochialem eccleſiam ſanctorum Antonii & Paulini, antiquitus cathedralem, & majorem eccleſiam Lucanam, noviter propter ejus antiquitatem novis ædificiis & altaribus neceſſario conſtructam; & ibi pontificales veſtes indutus cum diacono & ſubdiacono, indutis ſua ſimiliter paramenta, & venerabilium multitudine clericorum, aſſiſtentium eidem & glorificantium in pſalmis, laudibus & præconiis nomen Dei juxta modum, formam & ordinem eccleſiæ conſuetum, cœmeterium ejuſdem eccleſiæ, ipſam eccleſiam, & altaria quatuor exiſtentia in eadem eccleſia ad honorem Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, Matris ejuſdem, ac SS. Antonii & Paulini, quorum titulo ipſa eccleſia decoratur; atque beatorum Maximi præfecti, & Annæ, totiuſque Cæleſtis curiæ, benedixit, ſanctificavit & conſecravit aquam ſale miſtam, & aquam ſale, cinere & vino miſtam, ipſis aqua, ſale, vino & cinere prius conſuetis ſanctis orationibus benedictis & conſecra-
B tis, per loca prædicta hyſſopo aſpergendo, & facto de dicto cinere ſigno crucis, tenentis unumquodque caput ad angulum ſuper ipſius eccleſiæ pavimento cum baculo paſtorali litteras & alia ſigna, juxta normam, quam traduut canonicæ ſanctiones, ſuperſcribendo murum quoque ipſius eccleſiæ tredecim figuris ſanctorum XIII Apoſtolorum, ſignum Crucis in manu tenentium, interius pictum, & eadem altaria ſacro chriſmate linendo & faciendo in eis cum dicto chriſmate, ſuo pollice ſigna crucis, ac reclaudendo in eiſdem altaribus:

ſtrumentum ſuſtentatum

24 Videlicet in altari majore ſub honore B. Paulini, primi Epiſcopi Lucani conſecrato, pyxidem quamdam ligneam, ubi ſunt de veſtimentis beatæ Virginis glorioſæ, ac de Reliquiis beatorum ſanctorum Petri & Bartholomæi Apoſtolorum; Stephani, Theodori, Georgii, & Paulini Epiſcopi antedicti Martyrum, Antonii confeſſoris, & Cæciliæ virginis, ac de veſtimentis B. Joannis Euangeliſtæ, quodque ſarcophagum marmoreum
C plenum oſſibus multorum Beatorum, pro Chriſti nomine decollatorum, de quibus in Legenda B. Paulini, epiſcopi prædicti clarius enarratur; quæ omnia prius erant, & reperta fuerunt in altari veteri: & in alio altari ſito verſus ſeptemtrionem, ſuper quo reſidet in quodam ſcrinio marmoreo corpus S. Antonii confeſſoris, ad ejus honorem conſtructo, & per eumdem Pontificem conſecrato, pyxidem quamdam, ubi multorum Sanctorum Reliquiæ recluduntur; & in quarto altari, quod eſt ſitum in angulo verſus Septemtrionem, ſuper quo eſt capſa marmorea ſepulturę corporis S. Maximi Cornicularis præfecti, ſub ejus honore conſtructo, tunc per eumdem Dominum Præſulem conſecrato, reliquias S. Victoris, Dei Martyris glorioſi, cum ſacrificio & ſolemniis Miſſarum, & aliis ſolemnitatibus, conſuetis juxta formam Eccleſię in hujuſmodi conſecrandis eccleſiis obſervari.

cum indulgentiis

25 Inſuper præfatus Pater Dominus Epiſcopus Lucanus, cum eſſet in Miſſarum ſolemniis, ſequens Dei conſilium, quod eſt: Date: & dabitur vobis: remittite & remittetur vobis; & hujuſmodi conſecrationis tanto bono cupiens etiam addere bonum, ut fiat majus bonum, de miſericordia & benignitate Dei, SS. Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, & B. Martini Patroni ſui plene confiſus, omnibus Chriſti fidelibus, vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictam eccleſiam acceſſerint, vel de ſuis bonis aliquid ſecundum ſuam facultatem ibidem Deo obtuleriut, anni unius & dierum XL. in die dictę conſecrationis & anniverſario, ac dierum XL. per Octavas eorumdem veniam conceſſit, perpetuis temporibus duraturam. In quorum omnium teſtimonium prędictus Pater mandavit prędens inſtrumentum confici per me Joannem notarium infraſcriptum. Actum Lucę in dictis locis, prędentibus venerabilibus viris Dominis, Nicolao archipresbytero, Jacobo de Prato, & Joanne Martoris, Canonicis majoris eccleſię Lucanę, Sinibaldo plebano plebis de Piſcia Lucanę diœceſis, ipſius Domini Epiſcopi Vicario, & Soffredingo canonico eccleſię SS. Joannis & Reparatę de
E Luca, & Bartholomęo magiſtro ſcholarum eccleſiæ Lucanæ, & dictis prebytero Donato Rectore, & Franciſco Operariis eccleſiæ ſupradictæ, Ser Bernardo Bonoſi, Ser Jacopo Morlani de Luca, & Ser Joanne Galandi, Cancellarii dicti Domini Epiſcopi, Notariis teſtibus ad æc vocatis & rogatis; & præſentibus nobilium cleri populique multitudine ſexus utriuſque ad hujuſmodi conſecrationis officium congregatis.

publico auctoritate magistratus

26 Ego Joannes Manni de Luca, Imperiali auctoritate judex ordinarius publicus, conſecrationi & omnibus ſingulis ſupradictis una cum prænominatis teſtibus interfui, & de mandato ipſius Domini Epiſcopi, & rogatu dictorum Rectoris & Operarii ſubſcripſi & publicavi. Ego Joannes Bernardi de Sarzana Lucenſis diœceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius & Judex ordinarius, ac prætati Domini Epiſcopi ſcriba, prædictis omnibus & ſingulis factis, geſtis & habitis per dictum Dominum Epiſcopum, dum ea per ipſum agerentur, interfui, & ea de ipſius mandato ſcribenda recepi, una cum præ-
F fato Joanne Notario & me ſubſcripto: ac ſignum meum appoſui conſuetum anno, menſe, die, Indictione & coram teſtibus ſupradictis.

area Paulinae reclusa:

27 *Nec prætereundum concluſionem arcæ Paulinæ* ***octo poſt annis***, *id eſt* MCCCLXIX (*verbis Florentini hic rurſum utimur*) quo Carolus IV Imperator, id Paulino precibus, ut credere par eſt, a Deo extorquente, Lucenſes in priſtinam libertatem aſſeruit, ſanctiſſimi Præſulis arca recluditur, ipſo adſtante libertatis aſſertore Carolo, & hæc ſub eodem marmore hœdina relicta epigraphe: Hoc eſt corpus S. Paulini, primi Lucani Epiſcopi, quod noviter proviſum, & præſens monumentum apertum fuit tempore, & in præſentia ſereniſſimi Principis & DD. Caroli IV, Dei gratia Romanorum Imperatoris & Bohemiæ Regis, & venerabilis Patris Domini Guilielmi Lucani Epiſcopi, & DD. Antianorum Lucani communis, & quam plurium vicinorum dictæ contratæ, tempore Rectoris presbyteri Lippi Johannis prædictæ eccleſiæ divi Paulini ſub anno Domini MCCC. LXIX; Indictione VII, die XX Junii.

28 *Jam vero propenſiſſimam Lucenſium erga ſanctum*

AUCT. J. P. confirmatio in Sancti honorem nova basilica anno 1311.

A *sanctum Patronum suum voluntatem testatissimam facit erecta ejusque nomini dedicata ampla basilica, de qua sunt ista Florentinii pag.* 208: Amplior deinde aureacto sæculo basilica Senatus Lucensis pietate erigitur. Cum enim anno Christi MDXI Lucensis civitatis propugnacula ad recentioris oppugnationis modum aptanda essent, & ecclesia S. Donati tunc extra urbis mœnia Apostolicæ Sedis indulgentia foret removenda: placuit ex utraque augustum Paulino templum erigere, eodemque a collegiatæ ecclesiæ S. Donati clericos cum Prioris dignitate transferre. Hinc ex marmoribus, Baccio de Monte Lupo, insigni architecto, modulum exhibente, & operis præfecto excitari cœpit, quæ tunc exstat, insignis basilica, in cujus majori ara sacræ D. Paulini & sociorum in lapidea arca quiescentes exuviæ, his in altaris ablide signatis litteris, coluntur: „ Sanctissimi Martyris Pau-
„ lini Episcopi Lucensis, & hujus libertatis
B „ protectoris, Theobaldique, Severi atque
„ Lucæ corpora hic teguntur. „

Sarcophagus seu tumba marmorea creditum non esse matoto, tamesi olim fuit:

29 *De sarcophago seu tumba iterum paucis docet nos Florentinius pag. eadem* 208, Marmoreum in quo jacent sacra corpora, sarcophagum, licet aliqua fragmenta a fidelibus, dum anno MCCLXI inventa sunt, ad varias curandas infirmitates Paganus presbyter adhibita esse testetur, idem esse existimavi, in quo B. Antonius aliique prisci christicolæ sanctorum Martyrum lipsana condiderunt. Extat enim in eodem marmore pastoris in humero ovem portantis imago, antiquissimi moris symbolum, quo vetustiora Martyrum sepulcra Romæ olim signata Baronius docuit, & novissime in subterranea Roma Aringhus exhibet.

fama publica ex continuo ad Sanctum recursu illustrata.

30 *Famam sancti Præsulis posthumam illustrat non interrupta, at per temporis successionem continuata populi Lucensis ad honores sacros ei defendos conspirans studiorum consensio, firmissima de ipsius patrocinio fiducia, ac continuus in publicis necessitatibus ad ipsum recursus. Audiatur Florentinius pag.* 209: Ad sanctissimum ergo Apostolicum Præsulem nil mirum si Lucen-
C ses in quacumque urbis trepidatione effusi preces augeant, & expositum sacrum pignus per urbem circumducant. Ita tumultuante adversus Patricios plebe anno MDXXXI, die XXVI Novembris, publicis supplicationibus delatum refert Franciottus. Ita nostro tempore, pestilentia grassante, jejuniis ac triduana processione indicta anno MDCXXXI, magna marmorea arca iterum recluditur, & sacrum corpus decenter aptatum solenni ritu circumfertur. Ordinem memorabilis pompæ subtexere minutius libet ex autographo, tunc manu Bernardini de Pieronis, episcopalis Cancellarii, confecto, ne deinceps ex obsoleta memoria, mutato stylo, aliquid inconcinne accidat, ut in alia simili pompa evenisse, non sine animorum indignatione memini, & omnia sine altercationibus, ut maxime docet, imo decenter & laudabili devoti populi tranquillitate percurrantur. *Pompæ solemnis narrationem pertinet paragraphus sequens.*

D

§ IV, Fama Sancti posthuma novis accessionibus amplificata; Officium proprium; postrema sepulturæ inspectio anno 1680.

Inspectio reliquiarum tempore pestis

I Gitur die XV Junii ejusdem anni, postquam mane summus reip. Magistratus Senatusque universus in sacrario sanctissimi Vultus, Episcopi Alexandri manu sacram synaxim suscepissent, idem Episcopus in Vesperis, Primoribus ex Lucensi Clero comitantibus, ad D. Paulini ædem accessit insulatus, cupressinam arcam plumbeis laminis & coccineo bolosérico intus aptatam benedixit: deinde lapideam in suprema ara urnam referari jussit: Ea est altitudinis unius E
ulnæ mensuræ Lucensis, longitudinis vero trium ulnarum cum triente. Ablato operculo tabulisque binis marmoreis, quibus sacra ossa propius tegebantur, remotis, sacras inspexit reliquias. In dextera ejusdem sarcophagi parte sanctissimi Lucensium Apostoli Paulini ossa in plumbea capsa inventa cum hædina, quam supra retulimus, *& nos supra dedimus num.* 27, epigraphe; deinde sejunctim posita S. Theobaldi ac Severi MM. propriis titulis notata corpora; & in sinistra parte plurimorum Martyrum simul posita ossa conspiciebantur. Quibus omnibus de more veneratis, Alexander Episcopus sanctissimi Præsulis tantum pignus e sepulcro in argentea parata vasa extraxit, & diligentius lipsana rimatus, inter cineres nimirum ossium portiones, dentes, cranii insignes partes in parata cupressina urna, auratis æneis vinculis in modum crucis undique fulta, cum clavibus & sigillo & sequenti hædina inscriptione reposuit:

anno 1631 publica imperatione inspectorum

32 Anno a Christo nato MDCXXXI per urbem Lucam, & ejus Dominium Pestilentia grassante Alexander Guidiccionius Episcopus & Comes Imperialis, arca reclusa, reliquias F
S. Paulini, primi Episcopi Lucensis & Martyris, propter memoriam anni MCCCLXIX, sub Carolo quarto Imperatore ibidem repertam, & rite agnitas, & in arcula cupressea collocatas, tres assiduos dies per urbem solemni ritu, Excellentissimo Senatu cum Vexillifero justitiæ pie concomitante, circumtulit: & deinde in hoc eodem loco, quam plurimis votis, ad pestem depellandam profusis, sanctissime reposuit die XV Junii. *Hactenus inscriptio. Sequitur proxime narratio solemnis pompæ; cultusque per triduum continuati.*

& per triduum in civitate Lucana

33 Sequenti vero die, nempe ejusdem mensis XVI, Episcopi jussu, cotius cleri sæcularis & regularis, in eadem Paulini basilica generali indicto conventu, Reip. summo Magistratu, conscriptisque Patribus pie comitantibus, sanctissimi Præsulis corpore lustratur civitas, & super aram maximam templi D. Frigdiano dicati, quod diei superfuit, piorum veneration relinquitur. Exacto noctis pervigilio, mane succedentis diei, iidem, ut supra, conveniunt, indeque die sublatis lipsanis, iterum solemni supplicatione; per alias urbis vias,

vias,

Digitized by Google

A viæ, ad principem D. Martini eccleſiam deducuntur, ac Lucano capitulo conſignata, per reliquum diei noctiſque curriculum recoluntur. Tertia vero jam illuceſcente die, nempe XVIII Junii, eadem pompa ex majori eccleſia ad propriam D. Paulini corpus ſanctum reducitur, permenſis, quæ ſupererant, urbis viis; donec effuſis iterum precibus, in propria ſede, proxima ſuccedente nocte reconderetur.

ejuſdemque ambitu circumlatorum.

34 Ne quid vero etiam villicis, contagione graſſante, urbem ingredi interdictis, de ſancti Patris veneratione deeſſet, ſingulis ſolemnibus ſupplicationibus per aliquam murorum partem, ubi congeſtitia humo militares firmantur viæ, efferebantur lipſana, & per urbis ambitum in foſſæ labro mœnibus adverſo circumfuſi agreſtes, ſancti Paſtoris dextero brachio per manus Epiſcopi ter benedicentis oſtenſo, ſublatis undique ſupplicantium vocibus, non mediocri ſolatio levabantur. Nec minori animorum motu in cujuſcumque ſupplicationis publicæ fine, dum cives terna ejuſdem brachii veneratione Epiſcopus ſignaret, inter ſuſpiria & lacrymas filiorum ad patrem clamantium voces extol-

B lebantur: ut experirentur enim divi Tutelaris in brachio, quam fecit Deus, potentiam, dextera S. Paulini ulna, quæ argentea theca ſejunctim a corpore ſervatur, & quotannis feſto die omnibus oſculanda exhibetur a canonico, ante ſacri corporis urnam in eadem pompa circumferebatur; in cujus obverſa manu tres integri molares dentes etiam venerandi exhibentur, & in interiori cubiti parte hæc inſculpta leguntur, *quæ ex Italico Latina facta*: Hoc eſt brachium Domini S. Paulini, primi Epiſcopi Lucenſis, factum tempore presbyteri Lippi, dictæ eccleſiæ Rectoris, & Joannis Mingogi operarii dictæ eccleſiæ ✠ MCCCXCIV.

Iteratus in morborum contagione anno 1648 ad Sancti ipſius excurſus.

35 Noviſſime vero dum populares morbi letaliter Lucæ, & in plurima ejus ditione graſſarentur, anno nempe MDCXLVIII, iterum ad ſanctiſſimum Præſulem Lucana civitas in preces ſolvitur. Joannes Baptiſta Epiſcopus inter alia, quibus encyclica epiſtola gregem monuit, generali ſynaxi, jejuniis, aliiſque ſalutaribus operibus indictis, ſolennem cum D. Paulini corpore pompam per urbem celebrat die

C XI Septembris. Tunc etiam eadem in lapidea S. Paulini arca mihi obſervare licuit in ſiniſtra Patte jacere, quæ ſupra diverſorum Martyrum ſine nomine oſſa memorantur, quæ, ut plurium corporum eſſe non dubito, ita Lucæ diaconi, & aliorum, qui cum Paulino pugnæ Socii geminata victoria triumpharunt, cum non alibi in eadem eccleſia oſtendantur, ſine hæſitatione eſſe crederem. *Pluries memoratus Florentinius cap.* 17, *tradit* ex Paulini Apoſtolatu Lucenſis eccleſiæ conſecutum decus, *& ejuſdem eccleſiæ Epiſcopi prærogativas; quas hic non tranſcribimus.*

Patroni S. Paulini patrocinium in ſecundis Lucenſibus

36 *Marius Florentinius, perductam ad finem impreſſionem dicti operis poſthumi Franciſci Mariæ patris ſui, concludit brevi appendice, Sancti ad poſteros cum veneratione tranſmiſſum nomen novis incrementis comprobante. Accipe ipſius verba*: Inexhauſta a tot ſæculis D. Paulini beneficentia, novis ſemper miraculis comprobata, animum meum ad illud enarrandum, quod anno MDCLXIV evenit, atque [dicti] operis calci adjiciendum allexit. Id forſan a patre meo adhuc vivente peractum eſſet, ſi hunc libellum publici juris facere decreviſſet. Celebrabatur more ſolito & commemorata anno feſtus dies, dumque ſolemne perficeretur in propria ipſius baſilica Sacrum, ac bombardarum exploſione tantæ celebritati plauderetur, accidit, ut incautus librator bellicum tormentum plumbeis glandibus fœtum, & in proximum extra S. Donati verſatilem pontem directum, fortuito exploſerit, cujus ictibus tranſeuntes agricolæ, & populares a divi Tutelaris cultu redeuntes, interfecti fuiſſent, niſi admirabili portento dilaceratis tantum veſtibus, & leviſſime contuſis membris, abſque ulla noxa, parati ad necem globuli ante ipſorum pedes concidiſſent in terram.

Inſigne miraculo comprobatum.

37 Hoc prodigium ſacris prius probatum in tabulis, Sereniſſimi Senatus excitavit pietatem, ad teſtandam poſteris non intermiſſam D. Paulini tutelam, & validiſſimum patrocinium. Quare publica inſcriptione rem præclaram comprehendi & incidi juſſit in marmore ejuſdem ſancti Antiſtitis templi valvis ſuperponenda. Id munus tribus nobilibus E viris Leonello de Nobilibus, Petro Benaſſai, Franciſco Mariæ Florentinio patri meo demandatum fuit; qui variis undique collectis inſcriptionibus, eam, quæ nunc ſupra ſacræ ædis portam inſculpta legitur, partim a Jacobo Reſſio, ſeminarii Lucenſis rectore, & eloquentiæ profeſſore eruditiſſimo, & partim a Franciſco Maria Florentinio conflatam, ponendam curarunt. Fuit quoque S. C. ſtatutum, ut civitatis S. Donati porta deinceps S. Paulini quoque nuncuparetur, ac duo ex candido nitidoque marmore affabre facta ſunt ſimulacra, D. Paulino, unum, D. Donato alterum, ſupra eamdem portam ad ornatum & cuſtodiam locarentur.

exarata in perpetuum rei memoriam ad valvas eccleſiæ S. Paulini inſcriptionis.

38 *Inſcriptio ad valvas eccleſiæ* S. Paulini, *ita ſonat*: D. Paulinum laudent in portis opera ejus: qui ſuæ celebritatis die XII Julii anni MDCLXIV extra S. Donati portam ſiequenti populo tantum donavit, quantum improvidam de murali tormento exploſa grando eripere potuiſſet. Hæc prætereuntes percuſſit, veſtes diſcidit; vita ſpoliaſſet, niſi ſanctiſſimus paſtor, excuſſis in terram tormentariis globulis, omnem vetuiſſet vulnerandi licentiam. Patritia pietas non tam prodigii memor, quam beneficii, Senatus conſulto, potenti Patrono, patri amantiſſimo obſequentis animi monumentum P. *Inſcriptio a Franciſco Maria Florentinio jam delineata, ſed alienis oculis non expoſita, hujus eſt tenoris*: Agnoſce, quiſquis ades a Lucenſium Apoſtolo patria ſemper officia origini defluere. Quarto Idus Julii MDCLXIV murale tormentum librator male cautus incendit; & multis oneratum telis in hoſtem, multos diſploſit in ſuos. Sacratum ſibi diem noluit funeſtari Paulinus, & turbis ad celebritatem effuſis in porta feſtivos ignes probibuit eſſe ferales: pericli-

F tantibus tutelaris præ foribus aſtitit, & erumpentes globos coercens, diſcindi veſtes permiſit ad fidem, negavit ad vulnera. Refulgens in meridiano ſole prodigium Hetruſcæ primogenitæ lucis Lucenſes Patres hoc voluerunt monumento clareſcere S. C.

Digitized by Google

A AUCT. J. P. *Officium proprium per totam diœcesim Lucanam extensum;*

39 *His, quæ dicta sunt hactenus, de* S. Paulini *fama posthuma & publica veneratione, adjungi potest Officium proprium, per totam diœcesim Lucanam extensum; de quo sic meminit eadem appendix Marii Florentini* : Addere etiam libet ad Lucensem episcopalem sedem elati Eminentissimi Cardinalis Hieronymi Bonvisii precibus pro divino Officio in tota diœcesi recitando, S. Paulini proprias Lectiones, a sacra Rituum congregatione approbatas, & ad eamdem ecclesiam pariter electum Eminentissimum Julium Cardinalem Spinulam, humilibus Cleri Lucani petitionibus permotum, a Sanctissimo Innocentio XI impetrasse; ut quartæ lectioni, *inspecta* prius & perpensa membranacei codicis, in quo exarata erant, ideo Romam a P. Hieronymo Florentinio Congregationis Matris Dei presbytero, delati, integritate & vetustate, sequentia verba adjungerentur, *nimirum hæc* : Ac Virgini Deiparæ, cui summa pietate sinceroque affectu erat addictus, ut ex vetusto codice
B habetur, apprime charus *&c. Obiter hic observandum, Acta Sancti, prout dicetur paragrapho sequenti, adhibita fuisse pro lectionibus propriis; uti constat e numeris arithmeticis margini adjectis.*

inspicitur reliquarum forte vetustissima

40 *Nunc, quam mihi in titulo hujus paragraphi proposueram, inspectio alia forte vetustissima sepulturæ nos vocat ex pluribus dicta appendice, in qua idem Marius ita loquitur* : Neque silentio hic prætereundam duxi veterem D. Paulini & Sociorum Martyrum monumenti structuram, quam mihi sedulo perscrutari contigit, cum Eminentissimus Cardinalis Episcopus Julius Spinula, anno MDCLXXX, die XV Aprilis ad ipsius basilicam accedens, præsentibus Flaminio Nobili, Vicario Generali, & Cathedralis Canonico pœnitentiario, Jacobo Bernardinio, ecclesiæ S. Paulini Priore, aliisque sacerdotibus & nobilibus viris, Francisco Siuffarini, Carolo Parensi, Hieronymo Benaglai, Hippolyto de Nobilis, Francisco Bernardini, & me quoque Mario Florentini, eamdem marmoream arcam referari jussit. Primo intuitu in conspectum venit magnæ molis lapideum operculum, in angularem superne figuram elevatum, in cujus dextera sublimiore parte,
C levi & rudi incisione sculpta cernitur regia corona cum bis characteribus R & X, subtus exaratis; in sinistris vero crux. Eo ablato marmorea tabula duorum circiter digitorum crassitudinis, Sanctorum ossa tegens comparuit: qua pariter remota, in quatuor inæqualibus spatiis per marmoreos parietes distinctis, Sanctorum lipsana condita inspiciebantur. In primo dexteri lateris ut dicunt a cornu Euangelii spatio, plurima S. Severi ossa satis procera servantur. In proximo vero & medio cupressina includitur arcula, brachii dimidium circiter longa, & paulo minus lata & alta, quæ cineres & ossa divi Antistitis Paulini sanctissime custodit.

a Mario Florentinio anno 1. loco infra citato descripta.

41 Hanc æneis auratis vinculis munitam, & junioris Episcopi Guidiccionii sigillo signatam adaperiri noluit Julius Cardinalis Spinula Episcopus. Tertium S. Theobaldi ossa nec multa nec grandia continet. In ultimo sinistri lateris plurium sanctorum Martyrum D. Paulini Sociorum, ut credere par est, ossa servata existunt. Extracta ipsa cum sanctorum Severi & Theobaldi reliquiis, & in novis cupressinis arcis aptata, iterum in pri-
D stinum marmoreum monumentum suis locis recondita fuerunt, ac fericeo cooperta velo, telaque cera oblinita, sigillo Cardinalis Julii Spinulæ obsignata, ut debitum & consuetum populorum cultum obtineant. In extrema sarcophagi facie exsculpta visitur imago, ut a pareme quoque meo jam prænotatum fuit, pastoris, humero agnum gestantis, ad cujus utrimque pedes agni similiter effigies cum arbusculæ icone aspicitur. Eadem observaverat etiam ipse Genitor meus in translatione illius marmoreæ arcæ ex vetere ad novum altare anno MDCXLIII, die XXI Maji; sed tunc adaperta non fuit. Anterior hujus monumenti prospectus Serenissimæ Reip. impensis magnifice ornatus est. Duo!, quæ jam in argenteo brachio asservabantur cum tribus dentibus D. Paulini ossa, in argenteam eximii opificii thecam reposita, festo ejusdem Sancti die, publicæ veneration in ara tempE li maxima exponuntur. *Atque hic tandem dicta appendici finem imponit Marius Florentinus* ad omnipotentis Dei, mirabilis in Sanctis suis gloriam, & D. Paulini, Lucensium Apostoli.

§. V. Acta; Auctor Translationis; ætas Legendæ.

Acta S. Paulini

Vidimus per decursum hujus Commentarii tam Acta Sanctorum Martyrum nostrorum, quam alia, quæ scripto de iis ad nos transmissa sunt, passim antiquitatis nomine insigniri, atque adeo tamquam pura & sincera exhiberi. Verene an falso, discutiamus. Videant, qui omnia in Actis sincera & genuina prædicant, quantum eorum sinceritati derogat Comes Anolinus. *de quo in Annot. ad cap. 2, lit. d; & narratio exotica, fabulosa, ac plane incredibilis, cœli ænei, a Nerone Imperatore fabricari jussi, quod exhibetur num. 3, his verbis*: Post multum vero temporis fecit (*Nero*) fieri cælum æreum super columnas marmoreas numero nonaginta: cælum autem jussit minutis foraminibus pertundi: *reliqua tædet percensere; præsertim cum ibidem totus contextus consuli possit.*

an undequaque facere

42 *De hoc cælo quid jam pridem senserint Majores nostri, intelliges ex fragmento epistolæ Marii Florentinii ad Janningum die secunda Januarii* 1708: Non me latebat, *inquit*, neque olim patrem meum præteriit, non omnino a vobis probari, quæ in Actis D. Paulini de mirabili cæci æneo structura ibi narrantur; sed expungere, & a reliquis secernere noluit, ne eorumdem robur infringeret, & antiquam in Tuscia traditionem nihili faceret: sed potius, quomodo roborari posset, excogitabat. Sed opus, aliis studiis detentus, imperfectum reliquit; neque quidquam immutare ego ausus fui. *Et rursum in aliis literis ad eumdem datis secunda Februarii* 1716: Jam Hetruscæ pietatis Origenes, parentis mei opus posthumum, in lucem dedi, ut tibi alias notum feci, & doctissimo æternæ memoriæ Papebrochio misi; in quo D. Paulini, primi nostri præsulis, memorias congesserat. Verum quia illi non omnino probabantur, in lucem proferre distulit.

43 *Nec*

Digitized by Google

A 43 *Nec refert*, Neronem *ſæpe mirandæ machinatum ac paradoxa*; *ſicut probat exemplo ejus unæ Florentinus in notis ad acta* S. Paulini, *quæ dicto operi poſthumo adjecta ſunt. Sufficerit nobis inde unicum illud excerpere, quod refert ex Tacito Ann.* 15 *de mirandis per Neronem conſtructis*, Magiſtris & machinatoribus Severo & Celere: quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegaviſſet, per artem tentare, & viribus Principis illudere. *Et paucis interjectis dicitur* Nero incredibilium cupitor. *Quid mihi itaque, dicet, ſi Imperator iſte, qui ambulabat in magnis & mirabilibus ſupra ſe, hic etiam quædam tentaverit, quæ humanas vires, captum ac fidem excederent? At volve & revolve totam machinam; expende & perpende omnia adjuncta; fallor, ſi non faſſurus ſis parum patens eſſe commentum, & indignum, quod a cordatis viris admittatur.*

& genuina?

44 *Florentinus pag.* 217. *relictis rivulis ſe fontes vimaturum affirmat, propoſitiſque ſibi pertiſſimum duobus Mſſ. codicibus; aſſignat locum, unde prodierint:* Eſt primum magnum membranaceum volumen, quod Paſſionarium dicunt, & in Cathedralis Lucenſis chartophylacio ſervatum, in quo cum aliis plurium Sanctorum hiſtoriis D. Paulini geſta continentur. Alter in Paulinianæ baſilicæ ſacrario hædinus item codex exiſtit, qui præter ejuſdem ſancti Præſulis Acta, ad uſum eccleſiaſticæ pſalmodiæ fortaſſe olim digeſta, ſacri ejuſdem corporis inventionem, tranſlationem, miracula, & B. Antonii ejus diſcipuli hiſtoriam etiam cumulat. *Deinde de eorumdem codicum ætate nos inſtruens*, primum, *inquit*, ex forma characteris majorem redolet antiquitatem; ſecundum poſt annum ſexageſimum ſupra milleſimum ducenteſimum exaratum fuiſſe exiſtimarem, tum ex litterarum modulo; tum quia translationem, quæ circa hæc tempora accidit, non mutatis characteribus continet. Prioris codicis Acta, quamvis parum a ſecundo differant, puriora & ſinceriora exiſtimarem: nullum enim continent additamentum, ut in ſecundo licet animadvertere; in quo præter paucula ad marginem adjecta, aliqua etiam ſeorſim, ad D. Paulini hiſtoriam ſpectantia, nonnihil recentiori ſtylo conſcripta præcedunt, & aliqua ex chronicis collecta continent, quæ ex variis conjecturis exiſtimarem addita circa annum MCCC & XL.

unde acceptas

B

45 Multa etiam confuſo ordine in eodem volumine congeſta apparent cum aliis adhuc recentiori characterе appoſitis, quæ potius ad ſancti Martyris ſacra ſolemnia celebranda, quam hiſtoriam texendam pertinere patet: cum hymnos nimirum, &, ut vocant, antiphonas complectantur. Antiquiora ego tantum & ex antiquo cathedralis codice adducere malui, hoc nihilominus ordine, ut poſt eadem cum Pauliniano memorato codice differentias adjicerem, & notationes, quæ brevi ſtylo tranſigi poſſent, ibidem adderem, reliquis, quæ difuſiorem diſcuſſionem requirerent, ad propria capita reſervatis, ut ea tamquam ad primam univerſim chriſtianitatem ſpectantia, veluti cætera digererem.

unus exemplari pro altero mendoſi notæ indicia præferens

Eorum ætas & auctoritas.

46 *Sed præcipuum, quod hiſce in Actis Mſſ. præter jam dicta, deſiderari poſſit, videtur eſſe*

nomen & tempus auctoris. Utrumque ſe latere, fatetur Florentinus, dum proſequitur in hunc modum: Quo igitur auctore, quove ad amuſſim tempore hæc D. Paulini acta ſcripta fuerint, adhuc me ignorare contingit. At quamquam poſt annum M apud noſtros etiam D. Paulini memoria deperdita fuerit, non tamen ubique eamdem ſortem ſubierat. Equidem in membranaceo codice inſcripto de Vitis ſanctorum Patrum, Longobardis characteribus exarato, & in archivio monaſterii Cavenſis ſervato, de S. Leone Cavenſi abbate ad ejus vitæ calcem hæc habentur; „ Præfuit Abbas in prædicto monaſterio Cavenſi annos XXIX: obiit anno „ ſalutis MLXXIX, quarto Idus Julii: qui „ dies memorabilis eſt morte divi Paulini, „ qui fuit primus Lucenſis Epiſcopus, illuc „ miſſus a divo Petro Apoſtolo „ *Hæc ibidem; quibus ſubjungit idem Florentinus, ita haberi* in ejuſdem Leonis Vita, apud ſe authentica; *ſed ætatem valde antiqua. Sane Vitam hanc aut a recentiore auctore interpolatam, aut ſaltem non adeo antiquam eſſe, evincit vox* divus *pro* beatus *vel* ſanctus, *in tantillo verborum contextu bis quidem repetita; quod in rebus eccleſiaſticis olim inuſitatum fuiſſe, & non legi in Breviario Romano, niſi forte in recentiſſimis Lectionibus, alias obſervavi in Comm. prævio S. Joannis Epiſcopi Bergomenſis ac Martyris, die* XI *hujus.*

E

Centura de ſcriptore & auctore inventionis ac translationis?

47 *De tempore & auctore hiſtoriæ inventionis ac translationis certius liquet, de qua Florentinus*: Inventionis ac Translationis hiſtoriam a Pagano presbytero ejuſdem Paulinianæ baſilicæ rectore, ac omnium oculato teſte fuiſſe compoſitam circa annum Domini MCCLXI, eamdem cuique legenti plane conſtare poteſt. *Tum illico ad Acta regreditur*; ſanctiſſimi Præſulis ipſius ante hoc tempus per plura ſecula latuiſſe certum eſt; an vero ejus acta quoque latuerint ad illud uſque tempus, non ita affirmaturum *ſe refert*; *quod tantumdem eſt, atque in tenebris palpare*. Paganus certe dum ejuſdem anni MCCLXI. Translationis pompam proſequitur, ſub barbaro Legendæ nomine hiſtoriam D. Paulini non obſcure deſignat, dum, quæ paucis ipſe contrahit, ingenti fidelium multitudini in ipſa Translationis ſolemnitate innotuiſſe narrat. Eſt enim neceſſe vel ante Inventionem & Translationem fuiſſe cognita, vel eodem tempore cum ſacro corpore inventa fuiſſe. *Quod eſt aliquid dicere, ne nihil dicat. Idque arguit e verbis ſequentibus*: Illis diebus plus quam quinquaginta millia inter homines & mulieres audiverant; ſicut continetur, in Legenda ejus, quod iſte Venerabilis Paulinus fuit Epiſcopus iſtius civitatis. *Pro fide Legendæ ſeu hiſtoriæ adfert* vetuſtum & jam defuetum codicem pariter membranaceum in bibliotheca cathedralis Lucenſis, in quo antiquus ordo illius eccleſiæ & ſacrorum cæremoniarum pro quibuſque feſtivis diebus elenchus continetur. Hinc enim patet antiquitus D. Paulini hiſtoriam, ut Catholicæ eccleſiæ mos eſt, in divinis Officiis publice recitari conſueviſſe, & in novem, numericis in margine notis, lectiones fuiſſe diviſam: quemadmodum in ſupra dicto codice Baſilicæ D. Paulini, quam Paulinianum vo-

F

Digitized by Google

AUCT. J. P. cari libuit, adhuc conſpici poteſt. *Verum quod ſæculum præfert illis Codex? Hic iterum hæret aqua.*

quamvis Florentinus Acterum antiquitatem commendet;

48 *Actorum prædictorum antiquitatem idem ſcriptor confirmat, quod* memorantur in novo ejuſdem divi Tutelaris eccleſiæ conſecratione ſub anno MCCCXLI, *de qua ſupra*, ex veteri eccleſia tranſlatum fuiſſe ſarcophagum marmoreum, plenum oſſibus multorum Beatorum, pro Chriſti nomine decollatorum, de quibus in LEGENDA B. Paulini Epiſcopi præfati clarius enarratur. *Optat præterea, ut quæ de ſancti Præſulis* glorioſa Inventione Laborator notarius de mandato Domini Henrici, Lucani Epiſcopi, ſcripturas publicas fecit, *ut dicitur ſupra num.* 20, *& quas ſe hucuſque, tametſi eas ſedulo perquirentem, latuiſſe fatetur, in lucem aliquando prodeant. Sane ſicut in diplomate pro indulgentiis, tranſlationis ſolemnitati annexis, expreſſe de illis fit mentio*, ita ſine hæſitatione dicturas, an hiſtoria vel antiquiſſimum monumentum, B unde confecta ſit, inventa eodem tempore cum ſacro corpore fuerit. *Hic rurſum hæremus in ambiguo; adde etiam* quæ præcipue in Cathedralis magno volumine Acta extant, per-antiqua eſſe, neminem qui inſpexerit, negare auſurum; & ex hoc mutila ſaltem circa initium accepiſſe Baronium, dum in Notis ad Martyrologium ita incipere ait: Multi fuerunt Reges &c., quæ verba alia ſubſequi patet. *In noſtro Ms. legitur:* Plurimi Reges terræ; *num.* 1. *Congeſſit Florentinius pro ſuis Actis quidquid potuit; utinam ad plenum fidem ſatis! Nunc omnibus Florentinii argumentis fieret ſatis, ſi quis diceret Codicem illum eſſe quantitatis incertæ; & recentiorem forte eſſe, quam ego velim; aut ipſe probare poſſit, puta ſæculi decimi aut undecimi?*

teſtimonium noviſſimum Ms. ſuum inſeruit,

49 Porro, *quemadmodum Legendam ſeu hiſtoriam, in codice Paulinano contentam, in lectiones diſtributam fuiſſe vidimus, ita Ms., quod hic prælo commiſimus, diſpeſcitur in novem Lectiones; quod indicio eſt, olim in Officio canonico adhibitum fuiſſe: quæ ſicut & alia huc ſpectantia diſces ex ſequenti teſtimonio, ad calcem dicti Ms. noſtri manu Florentii, a quo huc miſſum fuit, exarato:* Hæc S. Paulini, primi Lucenſis Epiſcopi hiſtoria extat totidem verbis in duobus hædinis Mss. codicibus eccleſiæ C Lucenſis, ex quibus fideliter a me ipſo excerptam iterum hic exſcribi curavi ego Franciſcus Maria Florentinius in gratiam Domini mei ſpectatiſſimi Patris Joannis Bollandi. Alter ex codicibus extat in tabulario Cathedralis Lucenſis; alter in baſilica, ejuſdem ſancti Epiſcopi nomine nuncupata, & ubi requieſcit in corpore. In hoc per Lectiones ad uſum Officii eccleſiaſtici dividitur, ut in notis marginalibus indicatur, & abundat ſupra codicem Cathedralis in his verbis, quæ ſubtenta linea ſignantur. In hanc cum hiſtoria Inventionis & Tranſlationis ſancti corporis, notationes addo in opere inſcripto, Hetruſcæ pietatis origines; quod propediem, ſi Deus fuxit, lucem videbit.

notationibus a ſe illuſtratum uſui noſtro ſeruntibus.

50 *Atque hæ quidem notationes ſubſervient, ad illuſtranda Acta. Miracula, quæ differo ad calcem Actorum, ſunum in decurſu pandunt ſcriptorem per ipſa verba:* Quædam Domina de contrata S. Alexandri; cujus nomen dicitur domina Genoveſe, ſub fide ſanctæ Chriſtianitatis dixit Priori S. Alexandri, & mihi presbytero Pagano S. Paulini in illis diebus, quando fuit inventum corpus S. Paulini. *Per quas ultimas particulas in notitiam facile venies temporis, quo dictus Auctor ſcripſit, videlicet circa medium circiter ſæculi* 13, *ſecundum ea, quæ protulimus a num.* 13, *& num.* 47 *de Inventione corporis, ab eodem Pagano conſcripta; ſicut colligitur ex eo, quod de miraculis, poſt ſancti Inventionem patratis, actorum ſe poſſicetur, præmiſſis iis, quæ in corporis Inventione geſta fuerunt. Quod autem de miraculis hujuſmodi agat, ſatim planum facit ab ipſo narrationis exordio, ubi ita fatur:* Si de miraculis ſuis dicere volumus; unum de mille minime ſcribere poterimus: ſed aliqua dicemus ad confirmandam ipſius glorioſam inventionem. *Atque hæc ſunt, quæ de* S. Paulino *præfari viſum eſt. Cum autem mihi præterea occurrat, quod utiliter nos hic moretur, ſuperſit ut ejus Acta proferamus.* D

ACTA E

Ex Ms. noſtro, miſſo a Franciſco Maria Florentinio, collata cum impreſſis in opere ipſius poſthumo, inſcripto Hetruſcæ pietatis Originer, cap. 18, a pag. 222.

CAPUT I.

Labores apoſtolici S. Paulini, a S. Petro Apoſtolo Lucam miſſi: fuſtibus cæditur cum ſociis propter Chriſtum.

MIſericors *a* & miſerator Dominus de ſumma cæli arce in uterum Virginis deſcendens, ſua præſentia & glorioſa Incarnatione mundum viſitare atque illuminare dignatus eſt. Poſtmodum vero magnificus triumphator ab inferis reſurgens, in cælum cum noſtræ carnis ſubſtantia exaltatus eſt. Plurimi reges terræ & Principes fuerunt, qui Jeſum Chriſtum, filium Dei, verum Deum & ſalvatorem mundi eſſe negantes, F ejus Incarnationem, Crucis paſſionem & mortem, ejuſdemque reſurrectionem, & in cælis aſcenſionem ſubſannantes, fidem ſummæ & individuæ Trinitatis penitus annihilabant. Ex quorum impio & nefando collegio, Nero Imperator tamquam de pharetra ſatanæ prodiens, variis pœnis & cruciatibus univerſos Dei cultores cœpit mirabiliter cruciare, oſtendens eis diverſiſſima genera tormentorum, ut, quos præmiis & ſuaſionibus flectere non poterat, ſaltem pœnarum terroribus ſuperaret. *a* LECTIO I. *Gliſtema perſecutione.*

a Eodem igitur Nerone regnante, in partibus Thuſciæ, in civitate Piſana, præcepit idem ſibi templum fieri Dianæ miræ magnitudinis in ingreſſum portæ Latinæ civitatis Piſanæ, in capite pontis fluminis Auſeris *b*, & illud cum omni pulcritudine adornavit; & & juſſit, ut artifices ex auro mundiſſimo & margaritis ſtatuam Dianæ facerent, quam per ſingulos dies adorarent. Tunc facta eſt ſtatua Dianæ miræ magnitudinis, vultum & oculos habens quaſi vivens. Quam *tempore Neronis*

juſſit

A juſſit Imperator cum magna veneratione in vultu templi configi.

3 Poſt multum vero temporis fecit fieri cælum æreum ſuper columnas marmoreas numero nonaginta. Cælum autem juſſit minutis foraminibus pertundi. Et erat altitudo cæli pedes centum, & effundebatur deſuper aqua, ut videretur quaſi pluvia cadens in terra; & tunc juſſit mane lampades fieri in modum ſolis, & per cælum trahi, ut lucerent in die ad populum, qui erat ſub cælo æreo, & venientes ad occaſum extinguebantur. Et iterum hora undecima ſero fecerunt ſimiliter ſpeculum ſubtiliſſimum cum gemmis refulgens, clarum nimis in modum lunæ. Et ante horam conſtitutam cecidit & confractum eſt: ita ut nec ipſa fragmenta invenirentur. Et ſic nocte juſſit quadrigam per cælum trahi, quaſi tonans *c*. Tunc miſit Dominus ventum validum, & projecit quadrigam in flumine Auſeris, & nuſquam comparuit. Alia autem die ſedens Imperator pro tribunali & neſciens, quod factum fuerat, B dixit ad populum: Cognoſcant omnes, quia magna eſt Diana mater deorum, per quam & ego iſtas virtutes oſtendi. Et miſit edictum per univerſas provincias, ut quicumque Chriſtum colerent, vel eum nominarent, niſi magnæ deæ Dianæ thura ponerent, diverſis pœnarum terroribus & cruciatibus ſubjacerent.

LECT. II. *conſtruitur templum Dianæ*

4 Per idem vero tempus erat quidam vir Chriſtianiſſimus in eadem provincia in civitate Lucenſe, nomine Paulinus, qui a B. Petro Apoſtolo fuerat Epiſcopus ordinatus [& ab Antiochia Romam ductus, & prout in quibuſdam chronicis reperitur, ab ipſo B. Petro Apoſtolo in eadem Urbe Romana cum aliis quatuor Epiſcopis conſecratus; videlicet B. Apollinari, B. Martiali, B. Frontone & B. Maximino. Quem venerabilem patrem noſtrum Paulinum Epiſcopum glorioſus Chriſti Apoſtolus præfatus his verbis Lucam direxit, dicens: Pauline, ſerve Dei, vade Lucam, & annuntia verba Dei, ut præſſes *d* ibi omnibus Epiſcopis.] *d* Ipſe vero diebus ac noctibus, vigiliis & orationibus vacans, Chriſto quotidie ſedulum exhibebat officium.

LECT. III. *a B. Petro Apoſtolo*

C 5 Hic deſpectis hujus erumnoſæ vitæ negotiis, in eadem civitate conſtantiſſime prædicans, multorum animos illuſtrabat, & quoſcumque poterat, ab idolorum cultura ad agnitionem ſummi, veri & æterni Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti quotidie revocabat. Quid plura? Tantam ei gratiam Dominus contulit, ut per prædicationem ejus multitudo maxima virorum & mulierum Lucani populi dæmonum ſqualloribus irretita, Jeſu Chriſto Domino crederet, atque in nomine Domini beptiſmum ſalutis perciperet. In ipſa etiam civitate cum beatis presbyteris Severo & Antonio [quos quidem ipſe beatus Epiſcopus ſacerdotes conſecraverat,] *e* ſeptem eccleſias Domino dedicavit, & in eiſdem presbyteros & clericos, ne grex fidelium noviter ad Chriſtum converſus, cæleſtis verbi pane ſatiſcerent, ſanctiſſime ordinavit.

Lucam mittitur S. Paulinus.

ubi laboribus Apoſtolicis intentus,

6 Quod audiens Nero crudeliſſimus Imperator, miſit apparitores ad Lucenſem civitatem, ut invenirent B. Paulinum Epiſcopum: qui cum veniſſent ad prædictam civitatem, invenerunt beatiſſimum Paulinum Epiſcopum cum commilitonibus ſuis, ſcilicet B. Severo presbytero, & Luca diacono atque Theobaldo milite, & multis aliis in Chriſto credentibus, in hymnis & laudibus inſiſtentes in quadam cella Chriſtianorum, quam idem ſanctus Epiſcopus ad honorem ſanctæ & individuæ Trinitatis, & ſanctæ & vivificæ crucis, atque ad honorem intemeratæ Virginis Mariæ, Genitricis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Stephani protomartyris dedicavit. Qui dum tenti fuiſſent, & ducerentur ante conſpectum impiiſſimi Cæſaris, dixit B. Paulinus Epiſcopus: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui me dignatus es cum ſanctis tuis martyribus annumerare. Et ait ad ſuos: Fratres & commilitones mei, jam vitæ æternæ participes: viriliter eſtote, & minas & impiorum terrores, qui ad tempus ſunt, nolite expaveſcere, ſed magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus, invicem; inquiramus Domi- D ex mss.
num, & ex omnibus hujus mundi tribulationibus eripiet nos. E

LECT. V. *deinde ad Cæſarem Neronem ductus, & ab eo irrepiſtur fruſtra;*

7 Qui cum ducti fuiſſent ante conſpectum Neronis Cæſaris; ait ad eos: Quæ eſt iſta inſania & ſtultitia veſtra, ut colatis hominem mortuum & crucifixum? Ut invictiſſimorum deorum culturam evacuetis, quibus Reſpublica noſtra quotidie augmentatur, & creſcit? Reſpondit ſanctus Paulinus: Non eſt inſania, ſed ſana doctrina idolis manufactis, ſurdis & mutis ſine ſenſu & viſu, qui nec ſe nec alios adjuvare poſſunt, abrenuntiare, & unum Deum vivum & verum, cæli & terræ factorem adorare: qui de cælis ad terram in uterum Virginis miſericorditer deſcendens, ex ea verus homo natus, pro nobis flagellari, crucifigi, ac mori dignatus eſt, ut ſua morte nos ad vitam æternam & gloriam, quæ finem non habet, perduceret.

idolis ſacrific. cure renſet.

8 Iratus autem crudeliſſimus Imperator, ait: Noli mihi jam plures ambages inferre: ſed cito ſacrifica magnæ deæ Dianæ, ut illi, qui pro te tuo Chriſto crediderunt, grata offerant diis libamina. Cui ſanctus Paulinus reſpondit: Ego non ſacrifico dæmoni, qui te & ſuos cultores habet perdere in æternum interitum; ſed ſed ſacrifico me ipſum hoſtiam immaculatam Domino Deo meo, F Jeſu Chriſto, cui ſervit in ſpiritu anima mea, qui vitam æternam in ſe credentibus præſtat, & gloriam ſempiternam.

LECT. VI. *ideo fuſtibus cæditur cum ſociis:*

9 Tunc crudeliſſimus Imperator juſſit eos tamdiu fuſtibus & verberibus affici, quamdiu idolis conſentirent, aut ſpiritum exhalarent. Qui cum diu crudeliſſime cæderentur, defluebat ſanguis eorum in terram. Et aſpicientes in cælum beati martyres Chriſti, Paulinus Epiſcopus, & Severus presbyter cum Luca diacono & Theobaldo milite, dixerunt: Domine Deus omnipotens, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui nos ad agnitionem tui nominis venire feciſti, benedicimus te, Domine: quia dignos nos feciſti gloria tua, ut accipiamus partem cum ſanctis tuis Martyribus in ſalvatore Chriſto in reſurrectionem & vitam æternam [&] animæ & corporis incorruptionem. Tu enim es verus Dominus; ideoque laudamus te per Dominum noſtrum, Jeſum Chriſtum, dilectum filium tuum; qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum.

Digitized by Google

A
EX MSS.

ANNOTATA.

a *Edita a Florentinio in opere poſthumo legunt:* Poſtquam miſericors.

b *Tellus eſt hic fluvius num. 1 Comm. prævii.*

c *Quid ſentiamus de hac cali fractura, habes in Comm. prævio.*

d *Uncis inclusa non legit Florentinius in codice Cathedralis eccleſiæ S. Martini: quæ puto hunc intruſa ob interpolatore, non ſatis quare, quam male mereretur de hiſce Actis, aſſuendo ea, quæ de primis Epiſcopis Galliæ, adde etiam Italiæ, a S. Petro ordinatis, circumferuntur. Conſule quæ dicta ſunt die 30 Junii de miſſione S. Martialis, & primis Galliæ Apoſtolis. De ſanctis aliis, hic enumeratis ſtatui poterit, quando de illis ex profeſſo tractabitur. Joannes Villanus in Chronicis Florentinis lib. 1, cap. 49, refert a civitate Lucenſi primo præ aliis Tuſciæ civitatibus acceptum fuiſſe S. Fridianum, alias Prigidianum Epiſcopum; at qua veri ſpecie? Apud Ughellium ponitur ordine nonus, & mortuus an. 578.*

e *Habentur, quæ uncis incluſa ſunt, in editis apud Florentinium; qui nequivit ea deſiderari in codice Paulinians; ſed adjecta eſſe in margine eodem fere charactere.*

B

CAPUT II.

Beſtiæ, ad quas damnatur Sanctus, manſuefactæ; mors ab Angelo prædicta, & conſtanter obita.

TUnc impiiſſimus Cæſar juſſit beatos Martyres in ima carceris retrudi, nec cibi aliquid, vel potus ipſis exhiberi, niſi prius idolis conſentirent. Beati ergo Martyres Chriſti in hymnis & orationibus perſiſtentes, gaudentes & exultantes pſallebant Domino & dicebant [ad invicem.] Propter hoc dilatatum eſt cor meum & exultavit lingua mea; inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quia non derelinquet Dominus animas noſtras in C inferno, nec dabit ſanctos ſuos videre corruptionem.

Gaudent pati propter Chriſtum.

11 Poſt tertium autem diem ſedens Imperator pro tribunali, juſſit beatos Martyres Chriſti ante ſuum conſpectum adſtare, & dixit ad eos: Quid cogitaſtis circa ſalutem veſtram? Reſpondit beatus Paulinus Epiſcopus, dicens: Salus noſtra Chriſtus eſt; qui nos de tenebris ad lucem, de morte revocavit ad vitam: quem tota mentis intentione diligimus, venerari & confiteri quotidie non ceſſamus. Audiens hæc crudeliſſimus Imperator, nimio furore repletus, dixit: Per ſalutem deorum, niſi ſtatim magnæ deæ Dianæ ſacrificaveritis, crudeliſſimis beſtiis vos ad devorandum tradam. Cui ſanctus Paulinus reſpondit: Stultiſſime rerum, cur credis nos a cultura veri Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti poſſe revocare? Jam noli inferre minas, quas non timemus; ſed, quæcumque vis, exerce tormenta: nam corpus noſtrum paratum eſt ad omne ſupplicium. Tunc juſſit Imperator immaniſſimos urſos & pardos, valde fame cruciatos, mitti in ſanctos Dei.

LECT. VII.

Damnantur ad beſtias,

12 Quos cum vidiſſent ſancti Martyres Chriſti, omni ferocitate & crudelitate repletos, facto ſigno Crucis, aſpicientes in cælum, dixerunt: Ne tradas beſtiis, Domine, animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne oblivifcaris in finem. Et ſtatim prædictæ beſtiæ, omni ferocitate depoſita, & factæ manſuetæ, ſicut agni, venerunt, & poſuerunt ſe ad pedes Sanctorum, lingentes manus & plantas eorum. Tunc immaniſſimus Cæſar nimio furore repletus, ait ad Sanctos: Quæ ſunt iſta maleficia, ut tam crudeliſſimæ beſtiæ, neſcio quibus veſtris carminibus converſæ ſint in agnos? Cui B. Paulinus reſpondit: Iſta, quæ vides, non ſunt maleficia, ſed ſunt beneficia Dei omnipotentis, cui ſi recte credideris, & pœnitentiam de ſanguine Sanctorum, quem effudiſti, pure ipſi obtuleris, vitam adhuc poteris conſequi ſempiternam. Nam venti & mare obediunt ei. Beſtiæ, ut vides, invocato Chriſti nomine, manſuefactæ ſunt. Quanto magis, Imperator, decet [te] creatorem tuum cognoſcere, & illum ſolum adorare.

D

Quæ dejecta ferocia mitiſcunt

LECT. VIII.

Dum ad mortem eſſent damnati, orant S. Paulin.

13 Quod audiens Imperator, nimio dolore permotus, ſtatim proſiliit e ſolio ſuo, mittens eos ad Anolinum Comitem, dicens: Iſtos maleficos & deorum noſtrorum inimicos ſine audientia facias diverſis cruciatibus interire. Poſtquam Comes accepit imperiale præceptum, jubet eos in ferali carcere retrudi, donec excogitaret, quali pœna eos afficeret. Eadem nocte beatus Paulinus Epiſcopus dedit orationem Domino, dicens: Domine Deus omnipotens, qui diſperſa congregas, & congregata conſervas, auge & dem in te credentium, ut Lucanus populus, qui per me tuo ſancto nomini credidit, augeatur, & creſcat, & Eccleſiæ, quas ad tuam laudem & gloriam dedicavi, ſtabili robore & firmitate conſiſtant; per te Jeſu Chriſte, Salvator mundi, qui cum patre & Spiritu ſancto es coæternus, & vivis & regnas in ſecula ſeculorum. Amen d.

E

d

LECT. IX.

apparet angelus, & prænuntiat ipſi mortem.

14 Cumque hanc orationem compleſſet, apparuit ei angelus Domini, in ipſo carcere, nimio ſplendore coruſcans, & ait: Pauline, dilecte Dei, exaudita eſt oratio tua: Cras [enim] per martyrii palmam Regi noſtro immortali animam reddes. Corpus vero tuum in civitate Lucana in eccleſia ſanctæ Trinitatis e, quam tuis manibus conſecraſti, erit ſepultum. Per te nimirum populus Lucanæ civitatis augebitur f, & te ibi exiſtente Patrono, civitas illa manibus hoſtilibus nullo tempore deſtruetur. Et ſtatim diſceſſit Angelus ab eo. Tunc beatiſſimus Paulinus Epiſcopus egit gratias omnipotenti Domino, dicens: Gratias ago tibi Domine miſericors, Jeſu Chriſte, qui me per Angelum tuum viſitare dignatus es, & exaudire, & certum reddere gloriæ tuæ.

F

Siſtuntur ſancti Martyres Comiti Anolino

15 Mane autem facto juſſit iniquiſſimus Comes Anolinus beatos Martyres Chriſti ante ſuum conſpectum adduci: & ſedens pro tribunali dixit ad eos: Sacrificate diis immortalibus, ne male pereatis. Reſponderunt ſancti Martyres Chriſti, dicentes: Non ſunt dii, ſed dæmones, qui te & principem tuum habent perdere in æternum interitum. Tunc Comes, hæc audiens nimio furore repletus, juſſit eos ſine ceſſatione fuſtibus cædi. Sancti vero

Digitized by Google

A vero martyres Christi dixerunt ad Comitem: miserrime & sine sensu, & seductor animarum, quoniam credis nos per tormenta tua recedere a Dei nostri cultura! Habemus enim Jesum Christum filium Dei, qui præstat nobis virtutem.

rejut jussu cruciantur & necantur:

16 Tunc iniquissimus Comes fecit ei iterum triplum augere tormenta. Tunc beatissimus martyr Christi Paulinus Episcopus dedit orationem *in* ipsis tormentis [Christo] Domino dicens: Domine Deus omnipotens, creator omnium rerum visibilium & invisibilium: qui me ad cognitionem tuæ veritatis venire fecisti; deprecor te, pater sancte, suscipe spiritum meum modo; quia tempus est, ut jubeas me istud seculum derelinquere, & ad tuam misericordiam pervenire. Hæc cum diceret beatissimus Christi martyr Paulinus Episcopus simul cum beato Severo presbytero, reddiderunt spiritum Deo creatori suo. Videns hoc iniquissimus Comes Anolinus, dolore permotus, eadem hora jussit ibidem beatum martyrem Christi Theobaldum militem cum aliis multis capitalem subire sententiam & corpora eorum inhumata relinqui.

mortem ubi subierint SS. Lucas, Diaconus & Theobaldus miles.

17 Postmodum vero idem Anolinus missus Mediolanum glorioſos Christi martyres Nazarium & Celsum atque Gervasium & Protasium multis cruciatibus affectos decollari præcepit *d*. Locus autem, ubi decollati sunt glorioſi martyres Christi Lucas Diaconus & Theobaldus miles atque alii multi non multum distat a loco, qui vocatur latus Historiæ leonum *e*. Hoc audiens glorioſus Christi Confessor & presbyter senex Antonius, [qui tunc in montibus, qui sunt inter Lucam & Pisas, vitam agebat solitariam *f*] venit noctu cum beato Valerio & Victore, Luciano & multis aliis Christianis, & rapuerunt pretiosa corpora Sanctorum, & cum hymnis & laudibus sepelierunt ea noctu.

Locus sepulturæ.

18 Corpora vero Sanctorum martyrum Paulini & Severi atque Theobaldi secrete mirifice sepulta sunt in sarcophagis mundis & novis in civitate Lucana in Ecclesia sanctæ Trinitatis a meridie in parte orientis. Alia vero sepulta sunt non multum longe ab eo loco, in quo decollati sunt. Sed non post multum temporis ad Ecclesiam sanctæ Trinitatis translata sunt, & ibidem mirifice sunt collocata. Martyrizati sunt glorioſissimi martyres Christi ad pedem montis Pisani ab Anolino Comite sub Imperatore Nerone quarto Idus Julii. Translatio vero Sanctorum est die Kalendarum Aprilis. Regnante Domino nostro Jesu Christo, [cui est honor, & gloria, virtus & imperium in secula seculorum. Amen *g*.]

ANNOTATA.

a In ecclesia S. Paulini codice rubris characteribus, teste Florentinio in notis hic interpolatur continuanda lectio, insertis his verbis; Oratio beati Paulini Episcopi, *deinde* interjecta, *ut addit*, magna littera D variis coloribus picta, sequentis initium orationis: Domine Deus omnipotens &c.

b Codex cath. habet Corpus vero tuum in ecclesia sanctæ Trinitatis.

c In cod. Cathed. est: Populus illius civitatis augebitur.

d De Nazario & Celso agetur die 28 hujus: de Gervasio & Protasio actum 19 Junii; *ubi in Comm. prævio § 5, num. 43* Anolino, *utrumnam liter hic personato, larva detrahitur.*

e Codex Cathed. non recte legit: Latus Ystoria Leonum; *rectius Paulinianus*: Lacus Ystoriæ Leonum.

f Codex Cathedralis: Senex Antonius venit noctu cum beato Valerio. *In codicis Paulinia ni margine parum dissimili characteres post verba* senex Antonius *adduntur uncis inclusa.*

g Ita habet codex eccl. S. Paulini: *clausula uncis inclusa abest a codice Canonicorum ecclesiæ Cathedralis.*

MIRACULA

Ex Ms. D. Francisci Mariæ Florentinii, collata cum editis apud eumdem in opere posthumo, inscripto Etruscæ pietatis Origines.

Magna multitudo ope S. Paulini facta.

De *Auctore, qui hæc miracula scripsit, præfati sumus monumilia in Commentario prævio, sicut etiam de tempore, quo scripta sunt. Superest igitur ut, quæ huc dilata sunt, subjiciamus*: Si de miraculis suis *(id est S. Paulini)* dicere volumus, unum de mille minime scribere poterimus: sed aliqua dicemus ad confirmandam ipsius gloriosam inventionem. In die processionis suæ, sicut ipsi retulerunt nobis, in virtute Dei plus quam LX * infirmi sanati sunt de diversis infirmitatibus: erant enim positi ad balchiones *a*, & statim cum videbant glorioſum corpus cum processione, sanabantur. Inter quos fuit quædam domina Maria, quæ habebat filium paralyticum per tres annos. Posuit eum ad balchionem: & statim puer ipse * sanatus surrexit. Quædam alia, revertente processione (erat enim cæca per tres annos) lavavit se de aqua, ubi erat missum brachium S. Paulini, & statim vidit. O quanti cæci, o quanti paralytici sanati sunt! Dicendo veritatem, in virtute Dei, in anno illo plus quam quingenta corpora sanata sunt de omnibus infirmitatibus. Accipientes de marmore, ubi jacuit corpus B. Paulini, statim sanabantur.

* *al.* xx.
a
* *al* per se.

Duo captivi liberati.

2 Item duo fratres erant in Lombardia in uno carcere positi, & capti recommendaverunt se B. Paulino cum lacrymis & devotione. Nocte veniente, invenerunt carcerem apertum & exierunt. Item quidam alius de Garfagnana veniebat de Lombardia: fuit enim captus a vespillonibus: ligaverunt manus & pedes ejus, & quærebant ab eo pecuniam. Ille vero recommendavit se B. Paulino cum devotione magna. Erant illi sex, qui custodiebant eum. Sicut placuit Deo, omnes obdormierunt. Et venit quidam juvenis, & absolvit eum a vinculis, & liberatus est.

Crus inflatum.

3 Item quidam de plebe S. Stephani habebat crus suum fortiter inflatum. Medicus percussit eum cum ferro: in percussione illa vovit se B. Paulino, & promisit implere omnes lampades ecclesiæ suæ de oleo suo. Medicus post percussionem fasciavit eum. Alia vero die voluit eum iterum curare:

Digitized by Google

A rare; invenit eum sanum & nullum signum
EX MSS. incisionis habentem, ubi incisus erat.

4 Quædam domina habebat maximam in-
mulier laborans oculis; firmitatem per multos dies in oculis suis. Venit cum devocione magna ad ecclesiam S. Paulini, & lavavit oculos cum aqua, ubi fuit missum brachium S. Paulini: & statim sanata est. Benedictus Deus!

5 Fuit quidam homo, qui vocabatur Ja-
per bovis frontem curatur. cobus, de loco, qui dicitur Allemura. Contempta festivitate B. Paulini, in die S. Paulini junxit boves suos, & ibat ad laborandum. Dum iret per viam bonam & planam, unus illorum boum extorsit pedem suum dexterum, & quasi fracto, suspendit bos pedem a terra, & nullo modo valebat eum ponere in terra. Ille rusticus, ut vidit, vocife-
al. & quando amisit. rando plorabat & dicebat: O Deus! & quare * & quomodo amisit bos * pedem suum? Nescio quomodo. O Deus! mortuus sum: quia nihil aliud quasi habebat. Et cucurrerunt
al bos meus omnes de domo sua ad plangendum cum eo, & sic plangendo in illa via apparuerunt duo religiosi cum vestimentis albis. Unus de istis dixit ei: Frater, quare sic ploras? Et ille respondit: Non videtis, quoniam ego amisi pedem bovis mei? Et nescio quomodo. Et ille religiosus respondit: Noli flere, Dominus sanabit eum. Consulimus tibi, quod tu numquam habeas in contemptum festum glorioſum B. Paulini, patris tui; sed honora eum toto tempore vitæ tuæ: & signavit eum:
B & statim sanatus est. Et disparuerunt, & amplius non viderunt eos.

6 Quædam Domina de coctrata *b* S. A-
b lexandri, cujus nomen dicitur Genovese, sub fide sanctæ christianitatis dixit Priori S. Alexandri, & mihi *c* presbytero Pagano S. Paulini: In illis diebus, quando fuit inventum corpus B. Paulini, ego habebam filium unicum, qui carissimus erat mihi. Accidit, ut infirmaretur & gravaretur ad mortem de pessima infirmitate. Custodivi eum plus quam per unum mensem. Quadam vero nocte ego tristis & timida exspectabam, ut ex-
C piraret: & ego subito inspirata a Deo; post matutinum in aurora diei ita fuit mihi dictum in spiritu: Accipe filium tuum, & porta illum ad corpus illud glorioſum B. Paulini: Dominus redder eum tibi. Et statim accepi eum nudum, & posui illum in gremio meo: eram enim ego sine sensu; & sine chlamyde portabam eum ad ecclesiam B. Paulini. Cum ego fui in curia B. Alexandri, ego vidi eum finitum, spiratum & mortuum. Et fleti aliquantulum ibi; & vere inveni eum mortuum & spiratum. Et dicebam infra me: Quid faciam? Et quasi sine sensu accepi eum: & subito spiratum portavi eum apud ecclesiam S. Paulini.

b Filius unicus, primo ager, deinde mortuus, *c*

7 Sacerdos non erat in ecclesia in illa ho-
matri ad corpus S. Paulini pro ejusdem filii suspirato exanimi ra. Erat in ecclesia unus puer; & ego dixi ei: Ubi est corpus B. Paulini? Et ille indicavit mihi: & ego accepi filium meum nudum & mortuum. Et posui eum super illam pilam, ubi erat corpus B. Paulini: & dimisi eum, & projeci me cum capillis extensis in terram prostratam *; & amarissime flebam: percutiebam pectus meum & dice-
al. in terra prostrata bam: O Deus! tu bene potes reddere fi- D
lium meum, si tu vis, propter amorem istius glorioſi Martyris. Numquam me hinc elevabo: hic moriar, nisi eum mihi reddideris. Sic dicendo & flendo, stabam, & non recedebam, nec filium meum tangebam. Dum sic starem, ego accepi eum, & posui in gremio meo. Et iterum erat mortuus.

vicus reddunt.

8 Ego autem amarissime flebam & posui me juxta altare ad sedendum cum filio in gremio meo, & plorando dicebam: Numquam hinc me elevabo: hic moriar, nisi reddideris mihi filium meum, o glorioſe Martyr: & sic stando & plorando, vidi faciem suam, quæ pallida erat, rubeam venientem. Ego fortis * exclamavi: O B. Pauline, red- *al fortiter.
de mihi filium meum. Ipse statim aperuit oculos & revixit. Ego autem misi mamillam in os ejus, & accepit: & glorificavi Deum & Martyrem glorioſum: qui talem fecit mihi gratiam: ipsa enim die ivit per contradam, erat enim sexta feria, ac si nullum malum habuisset. Et omnia ista pluries interrogata, sub fide S. Trinitatis affirmavit.

E
Alius, non fallo

9 Quædam nobilis Domini Philippa, de contrada S. Paulini, cum magna devocione ad prædictam ecclesiam venit, & presbyterum Paganum, ipsius ecclesiæ rectorem vocavit, & dixit ei: Promitto Deo atque beato Patrono nostro Paulino, & votum in manibus vestris facio; quod si Dominus meritis S. Paulini filium meum Lazarium, qui Senis tenetur in vinculis, reddierit, quod ego toto tempore vitæ meæ festum faciam omni anno. Primo ejus festi vigiliam jejunabo; secundo diem festum celebrabo: ac * qua- * cum.
tuor sacerdotibus, eos solemniter reficiendo in ipsa festivitate beati Patris nostri Paulini. Et similiter ardere faciam unam lampadem F
ante glorioſum suum sepulcrum: & sic cum lacrymis voto facto recessit. Ille autem, qui devotiones cordium noscit, desiderium suum adimplevit, & antequam festum B. Paulini veniret, miraculose dictum Lazarium ejus filium de carcere liberavit.

10 Cum enim in carcere esset cum mul-
d exivit liberum. tis, ipse solus per exportellum *d* exivit; custodes carcerem custodientes, nullus eum vidit, nec impedimentum præstavit. Et cum lætitia reversus ad civitatem Lucanam, in ecclesia B. Paulini gratias multas cum dicta sua matre, & multis aliis suis parentibus Deo & B. Paulino reddidit. Et dicta Domina votum suum adimplevit ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi: qui vivit & regnat in sæcula.

ANNOTATA.

a Balchiones, balcones *sunt exedræ prominentes*; *Italis* balconi, *Gallis* balcons.

b Contrata, *quasi* conterrata, *terræ tractus, vicus.*

c *Pandi hic horum miraculorum scriptorem servavimus pravie num* 50.

d *An per hanc vocem intelligas* portellam *seu parvam portam exteriorem; an foramen majus in modum fenestræ, per quod fortasse exportabantur ea, quæ captivorum usui inserviebant?*

DE

A D

DE S. HÆMORRHOISSA EUANGELICA, NOMINE, UT VOLUNT, VERONICA.

CÆSAREÆ PHILIPPI IN PHOENICIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§ I. Cæsarea Philippi notitia; Sanctæ cultus ac nomen; elogium; confusio; statua Christo erecta.

SEC. 1. CÆsarea Philippi, Photio Codice 271, col. mihi 1508, urbs Palæstinæ, videlicet in finibus ejus versus regionem Chalcidis ad ortum B Jordanis, & radices montis Libani; Sozomeno libro 5, cap. 21, urbs Phœnices, quam Paneadem nominant, nomen olim habuit Dan ab iis, qui erant ex ista tribu, quæ prius Lais dicebatur: sic quoque legitur Judicum cap. 18, Cæsarea Philippi ad Jordanis fontes, ℣ 29. Hoc etiam observat Philostorgius Historiæ Ecclesiast. lib. 7: Paneas, inquit, antiquitus Dan vocabatur, appellationem à filio Jacobi Dan, phylarcho eorum, qui eam tunc incolebant, nacta. Dicta etiam fuit Paneas; sive antiquum nomen, cum gentiles simulacrum Panis, ut idem auctor censet, in ea posuissent, in Paneadis nomen transierit; sive quia jacet ad pedes Panii montis, ut loquitur Eusebius libro 7, cap. 17; sive, ut est apud Josephum libro 1, de Bello Jud. cap. 16, pag. 746, propter Jordanis fontem, qui locus vocatur Phanium. S. Hieronymus de locis Hebraicis col. 1418 impressionis Parisiensis anni 1609, distinguit Dan a Paneade his verbis: Dan viculus est in quarto a Paneade milliario euntibus Tyrum; qui usque hodie sic vocatur, terminus Judææ provinciæ contra septemtrionem. Quo vero occasione inditum ei fuerit Cæsareæ Philippi nomen, discimus ex Josepho lib. 18 Antiquit. cap. 3, pagina 618: C Philippus quoque Tetrarcha Paneada, sitam ad Jordanis fontes, instruxit ædificiis, indito Cæsareæ nomine: factum inuexit Labbeus anno 25 Æræ Christianæ. Eodem pariter Cæsarea Philippi nomine nuncupatur a Philostorgio loco citato: sed corrigitur a Gothofredo in Dissertationibus pag. 282, quod novum hoc nomen ab Herode Magno ei inditum referat; ut videsis in Supplementis Philostorgianis; qui non hunc, sed Cæsaream Palæstinæ ædificavit.

Cæsarea Philippi ad Jordanis fontes.

2 Nomen illud non semper retinuit; sed, auctore Josepho libro 20, cap. 8, pag. 698, hoc tempore Agrippa junior Rex, Agrippæ I filius, prolatis pomœriis Cæsaream, quæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis, tum regnantis honorem, vocavit eam Neroniada. Notat Tillemontius tomo 7, pag. 363, credi haud multo post a Romanis reductam esse in coloniam; idque deduci e variis nummis Latinis; citatque Spanhemium lib. 9, pag. 913, 914, & 891; in quibus appelletur Cæsarea sub Pasio, aut Cæsarea Panias. Eusebius autem ubi supra dicit, Phœnices Paneada nominare eam pervenisse. In Geographia sacra Caroli a S. Paulo pag. 304, sub alio nomine comparet; Paneas, inquit, Ptolomæo Cæsarea Paniæ, vulgo Belinas, Guilielmo Tyrio & Postello testibus: quam cognominationem hodieque persequerit, in iisdem, quos citat, ac Brocardo refert Baudrand. Non procul hinc Apostolorum Princeps protulit illustrem illam confessionem divinitatis Jesu Christi, qui eam clavium, & primatus Ecclesiæ prærogativa remuneratus est. Locum hunc cum Cæsarea Palæstinæ, quæ & E Turris Stratonis olim dicta, imperite confusum fuisse in Actis S. Procopii Ducis ac Martyris, monuimus in Comm. ejus prævio tomo 2 Julii, paragr. 2, pag. 554, num. 18: hæc enim altero tanto spatio vicinior est Hierosolymæ, quam illa; jacetque ad mare Syriacum, bidui circiter aut etiam minus a sancta eadem Urbe remota. De qua re videsis Tillemontium Tomo 1 in notis, pag. 569. Observa denique medio sæculo 5 sedem episcopalem Cæsareæ Philippi fuisse, ut liquet ex Concilio Chalcedonensi apud Labbeum tomo 4, col. 588; ubi subscribitur Olympius episcopus Paneadis.

aliis atque aliis nominibus appellata.

3 S. Hæmorrhoissam non scio alibi notavi in Fastis Latinis hoc die; quo apud Græcos signatur in Supplemento ex Synaxario Sirmondi, & Ms. Chifletii cum nomine proprio, prout sequitur: Μνήμη τῆς ἁγίας Βερονίκης ἡ αἱμορρόη, ἡ ἰαθεῖσα παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Memoria S. Veronices, profluvio sanguinis laborantis, quæ a Christo sanata est.

Cultus sanctæ apud Græcos ex elogio.

Οἵαν νοητῶς δράττεταί σε νῦν, Λόγε,
Ἣ πραπὶς σοι μόνον δραξαμένη,
Te nunc prehendit, Christe, totum spiritu,
Quæ prenderat tibi fimbriam solam prius.

Elogium ibidem sic sonat: Λύτη ἄρμενται πόλεως Πανιάδος. Ἣτις παρὰ τοῦ Χριστοῦ ἰαθεῖσα, F καὶ πᾶν αἴδεσμα καλῶς πεχειρησαμένη, ἵστησι πρὸ τῶν πύλης οἴκου, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖσθαι. Καλῶς δὲ καὶ θεοφιλῶς πολιτευσαμένη, τὸ ἐπίλοιπον τῆς ζωῆς αὐτῆς, εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἀπεπαύσατο. Hæc e civitate Paneadis oriunda fuit. Quæ postquam a Christo sanata esset, statuam ipsius belle & affabre fieri curatam, ante domum suam posuit, ab omnibus adorandam. Reliquo autem vitæ tempore bene ac religiose traducto, in pace apud Dominum requievit. *Sanctam cum nomine* Βερονίκη; *ubi cum modica mutatione præterea scribitur* Berenice.

Confusio ejusdem non ante expenditur,

4 Observat idem Auctor, nescire se, unde Macarius Magnesius auctor sæculi tertii, aut quarti acceperit, quod dicit; nempe eam fuisse Principem Edessanam; neutiquam hanc esse ideam, quam de illa nobis dat Euangelista. Unde ille hoc asserat, sicut non divinamus, ita asserenti auctori tam antiquo non contradicimus; nec satis perspicimus qua ex parte ipsi contradicat idea Euangelistæ, non magis quam Baronio ad annum 31, n. 74, indigitanti eam mulierem nobilissimam fuisse æque ac ditissimam: tacite quasi insinuante Euangelista magna fuisse in re, quando dicit, annis duodecim afflictam, & multa perpessam a compluribus medicis,

AUCT. J. P. medicis, erogaviſſe omnia ſua. *Adde erectam ab ea ſtatuam, de qua mox. Plura de dicto Magneſio Tillemontius tomo 4, a pag. 307; ubi pag. 308 ex ipſo refert, celebrem ad ea uſque tempora in Meſopotamia* Veronicæ *ſeu* Berenices *memoriam fuiſſe. Fallarne, ſi conjiciam inde illud nomen in Græcos feſtos tranſfuſum eſſe? Niſi malis eidem nomini præluxiſſe pſeudo-Euangelium Nicodemi, quod Hæmorrhoiſſam hanc, teſte noſtro a Lapide in caput 5 Marci Euangeliſtæ, vocat* Veronicam; *occurſu & velo, ut volunt, Chriſto ad montem Calvariæ tendente, notiſſimam: de qua die 1v Februarii; item* XXV *Martii inter Prætermiſſos, & in Reſponſionibus Papebrochii parte 1, pag. 19: ubi addubitare ſe ſignificat auctor de matronæ Veronicæ iſtius exiſtentia. Morbus, quo laborabat Sancta,* Hæmorrhoiſſæ *et nomen indidit, derivata radice a Græco* αἷμα, ſanguis, & ῥέω, fluo; *quaſi dicas* ſanguifluam. *Ceterum non putamus cum a Lapide veroſimile eſſe, eam fuiſſe Martham, ſororem Magdalenæ, vel alterius Mariæ; de qua controverſia ſuo loco. S. Ambroſius tomo 2.*
B *Operum, libro de Salomone, cap. 5 tradit,* Chriſtum largum ſanguinis fluxum ſiccaſſe in Martha: *non ideo tamen minus ab* Hæmorrhoiſſa *noſtra diſtingui debet: quæ eſt Syro-Phœniſſa, & Ceſarea Philippi oriunda, ut ſupra ex tabulis Græcorum retulimus, atque ex Euſebio mox referemus; & Baronius recte obſervavit anno* 31; *num.* 74, *aliam notam characteriſticam indigitans:* Quamobrem cum non liceret ullo pacto Judæis ſimulacrum cujuſvis quavis occaſione formare, dici non poteſt, eam fuiſſe Judæam feminam, Martham, Mariæ & Lazari ſororem. *Ad hæc Martha Bethaniæ habitabat juxta Jeruſalem, non Cæſareæ in Phœnicia.*

& explicatus. 5 *Huc faciunt, quæ ex noſtro Salmerone tomo* 10 *Commentariorum in Hiſtoriam Euangelicam tractatu* 33 *de Nicodemo in Euangelio ſuo* Hæmorrhoiſſam *vocatam fuiſſe* Veronicam, *relata ſunt tomo* 1 *Februarii pag.* 454 *occaſione S. Veronicæ matronæ Hieroſolymitanæ, ubi additur ex laudato Salmerone,* ſibi hactenus compertum non eſſe, an eadem hæc fuerit, quæ hoc officium *oblati velli* Chriſto præſtiterit. *Eadem, ut dicta pag.* 454 *habes, aſſeritur in Vita Ms. S. Amatoris, in Ms. Florario, & in Chronicis ſub nomine Juliani Petri, & Jacobi Philippi Bergomenſis;*
C *qui citantur ibidem variis locis per decurſum Commentarii Hiſtorici; ubi quoque exponitur ex eadem cauſa credi eamdem, quæ a mulieribus potiſſimum in propriis huic ſexui morbis, licet per ſyncopen appelletur* S. Venica *ſeu* Veniſa; *quæ prope Rothomagum pro quocumque fluxu ſanguinis colitur. In quod argumentum plura iſtic reperies, cum monito, eam cum* Veronica *matrona Hieroſolymitana, ne confundas, aut cum* S. Veniſa, *ſi hæc ab illa diverſa ſit, ut arbitrantur nonnulli, contra quos in re dubia nihil etiam hic ſtatuitur. Æque incertum, quid cauſæ fuerit, quod Veronicam Hieroſolymitanam cum* Hæmorrhoiſſa *noſtra confuderint. Potuit forte illa a fluxu ſanguinis ſimilive morbo divina ope ſanata fuiſſe, & ob ſimilitudinem morbi & curationis ejus, confuſionis cum Euangelica occaſionem præbuiſſe; ſiquidem unquam extiterit in rerum natura* Veronica *illa matrona Hieroſolymitana; de qua controverſia, a Papebrochio paſſ alios mota, nihil decidimus,* non invidentes, *ut cum ipſo loquamur loco ſupra citato,* ſanctæ mulieri cultum ſuum, ſed gratiſſimum habituri, ſi Sedes Apoſtolica, ad eximendam omnibus qualemcumque dubitationem, nomen ejus Martyrologio Romano reſtitui curet, ſanctitatemque ſuprema definiat auctoritate. D

Hiſtoria ſtatuæ ab Hæmorrhoiſſa erectæ ex Euſebio;

6 *Jam vero non erit alienum a præſenti inſtituto audire Euſebium, de ſtatua Servatoris ſupradicta ſic memorantem lib.* 7, *cap.* 18 *Eccleſiaſtica Hiſtoriæ, ex verſione ac recenſione Henrici Valeſii.* Sed quandoquidem hujus urbis mentionem fecimus (*de Paneade ſeu Cæſarea Philippi loquitur*) non incongruum fuerit rem quemdam memoria in primis dignam poſteris tradere. Etenim mulierem illam, ſanguinis profluvio laborantem, quam ex ſacris Euangeliis diſcimus a Servatore noſtro curatam fuiſſe, ex hac civitate originem traxiſſe ferunt; domumque ejus ibidem conſpici, & collati in eam a Servatore noſtro beneficii illuſtria extare monumenta. Quippe juxta januam domus illius, ænea mulieris effigies ſtare dicitur columnæ lapideæ impoſita, genibus flexis, protenſiſque manibus inſtar ſupplicantis. Ex adverſo autem effigies viri ex eodem metallo conflata, ſtantis, ac diploide decenter induti, manumque mulieri porrigentis. Ad cujus pedes in ipſa baſi ignota quædam naſci dicitur planta, quæ ad fimbriam uſque æneæ diploidis aſſurgens depellendis E omnis generis morbis præſentiſſimum remedium eſt. Hanc ſtatuam Jeſu Chriſti ſpeciem referre ajebant. Manſit porro ad noſtra uſque tempora; noſque adeo urbem illam ingreſſi, ipſam conſpeximus. Nec vero mirandum eſt, gentiles a Servatore noſtro beneficiis affectos hæc præſtitiſſe; cum & Apoſtolorum Petri & Pauli, Chriſtique ipſius pictas imagines, ad noſtram uſque memoriam ſervatas in tabulis viderimus. Quippe Priſci illi abſque ullo diſcrimine cunctos de ſe bene meritos gentili quadam conſuetudine tanquam ſervatores colere hujuſmodi honoribus conſueverunt. *Ita ille, ac poſt eum Rufinus lib.* 7, *cap.* 14. *Item Acta S. Artemii Martyris apud Surium* XX *Octobris, cap.* 38. *Rem geſtam etiam recenſet Philoſtorgius lib.* 7, *num.* 3; *de quo aliquoties recurret ſermo, ac Cedrenus Impreſſionis novæ Pariſinæ Regiæ tomo* 1, *pag.* 305: *Porro hiſtoriæ hujus narrationem nimis graphice conſonare iis, quæ recenſet auctor prædictus Actorum S. Procopii In eodem tomo, pag.* 564, *quam ut hic ex ipſo ſua non deſcripſerit, ibidem tomo* F *citato obſervavimus pag.* 554, *num.* 16.

cujus dejectio in Juliani apoſtatæ ſtatuæ poſita:

7 *Quid vero de veneranda iſta ſtatua poſtea factum ſit a Juliano, vel jam tum impiiſſimo ſecuturorum Iconoclaſtarum prodromo, juvat audire ex Sozomeno libro* 5, *cap.* 21, *ubi ſic loquitur:* Ex iis porro, quæ regnante Juliano acciderunt, iſtud minime prætereundum eſt; quod & potentiæ Chriſti, & divinæ adverſus Imperatorem iræ argumentum eſt maximum. Nam cum Imperator didiciſſet, Cæſareæ Philippi (urbs eſt Phœnices, quam Paneadem nominant) inſignem eſſe ſtatuam Chriſti, quam mulier ſanguinis profluvio, quo jam dudum laborabat, liberata, ibi dedicavit; ea ſubverſa imaginem ſuam ejus loco poſuit. Statim vero ignis ſumma vi e cælo delapſus, pectus ſtatuæ & vicinas pectori partes diſcidit; caputque una cum collo dejecit, & pronum humi infixit, quatenus pectoris pars dirupta erat. Atque ex eo

Digitized by Google

A eo tempore ſtatuta ad hunc uſque diem ejuſmodi ſpecie perſeverat, fuligine fulminis obſita. Chriſti vero ſtatuam tunc quidem pagani trahentes per urbem confregerunt. Poſtea vero Chriſtiani collectam in eccleſia repoſuerunt, ubi etiamnum ſervatur.

quod confundere debet antiquos ac novos iconoclaſtas.

8 Ceterum ex baſi, cui impoſita erat hæc ſtatua, *commemorat poſt Euſebium exortem fuiſſe* plantam ad omnes languores & morbos curandos potentiſſimam, cujus, *ut addit*, ſpeciem nullus ex medicis aut empiricis noverat. *Quibus omnibus, de admirabili virtute ſtatuæ & imaginis Servatoris noſtri expoſitis recte quadrat epiphonema, contra errores veterum ac recentiorum iconomachorum, quod habet a Lapide loco citato*: Julianum imitantur noſtri novatores, qui Sanctorum reliquias abjiciunt, mergunt & comburunt, cum ſuorum reliquias ſervent & venerentur. Nam cor Zuinglii combuſti, inter cineres repertum, magno cultu ſervant ejus aſſeclæ Zuingliani, ait Capito in vita Zuinglii.

B

§. II. Alia ejus elogia; veritas ſtatuæ ab Hæmorrhoiſſa erectæ ſtabilita.

Elogium ſanctæ hujus mulieris ex Evangelio.

Quod ſi de elogiis hujus ſanctæ Mulieris quærimus; tametſi nullus ſcriptorum de ea meminiſſet, plus unum omnibus, debet nobis eſſe teſtimonium vel unicum inſpirante Spiritu Sancto prolatum ab Evangeliſta Marco cap. 5; ubi ad omnem retro ſecuturæ poſteritatis memoriam & annorum conſequentium imitationem, graphice & pathetice fidem ipſius exhibet his verbis: & Mulier, quæ erat in profluvio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa a compluribus medicis, & erogaverat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deterius habebat: cum audiſſet de Jeſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum ejus. Dicebat enim, quia ſi vel veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero. Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus, & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet a plaga. Et ſtatim Jeſus in ſemetipſo cognoſcens: virtutem, quæ exierat de illo, converſus ad turbam, ajebat: Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebant ei
C diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te, & dicis; Quis me tetigit? Et circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat. Mulier vero timens, ſciens, quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te ſalvam fecit, vade in pace, & eſto ſana a plaga tua. *Res geſta etiam narratur Matthæi 9 & Lucæ 8.*

Magna ejus fides aliis virtutibus conjuncta

10 *Magna itaque* Hæmorrhoiſſæ *hujus concepta de virtute Chriſti fiducia, nec minor ipſius fides, fiducia fundamentum*! Quia vero fides, *ut docet Tridentinum Seſſ. 6, cap. 8*, eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix omnis juſtificationis, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum ejus conſortium pervenire; *ideo ad illam fidem, quæ perfectiſſime in hac ſancta excelluit, & ſuper quæ tamquam baſi ſuperſtructa fuit ingens & heroica illa fiducia de conſequenda priſtina ſanitate, quamvis jam tot annorum ſpatio fruſtrata, tentatis omnibus humanis remediis; ideo, inquam, ad illam tamquam ad primum principium, aliarum ipſius virtutum exercitia referenda ſunt; utpote ardentiſſimi amoris erga divinum ſuum ſoſpitatorem; gratiarum actionis cum perpetua tanti beneficii memoria, exacta mandatorum obſervatio, intima erga divinum ſervitium affectio, &c. quibus virtutum ornamentis inſtructa, vitam ſuam ſancte tranſactam ſancto fine clauſerit.*

D AUCT. J. P.

Egregie eum prædicat S. Aſterius.

11 *Egregie ſanctæ Mulieris, & erectæ ab illa ſtatuæ elogium contexit S. Aſterius, qui vixit verſus annum cccc, fuitque Epiſcopus Amaſeæ in Ponto. Ita loquitur de* S. Hæmorrhoiſſa *apud Photium eodem Cod. 271*: Ænea ſtatua ſanantem honoravit, hoc donum beneficio non indignum putans; & ſtatua illa per multos annos duravit ad redargutionem eorum, qui Euangeliſtis mendacium adſcribere audebant; & ſtatua ad noſtra uſque tempora ſervata fuiſſet, ut utrumque oſtenderet & Dei miraculum, & Mulieris gratum animum; niſi Maximinus ille, qui ante Conſtantinum Romanorum Imperator fuit, impius idolorum cultor, & Chriſto in ſtatua invidens, æneam ſtatuam ſuſtuliſſet; etſi rei factæ memoriam auferre non potuit. Ecce igitur
E ſtatua quidem non apparet, Euangelium vero miraculum illud ubique prædicat, & Hemorrouſa ab Oriente uſque ad Occidentem celebratur: & laboravit in vanum, qui materiam ſenſu comprehenſibilem ſuſtulit: ſtatua enim erecta, & apparens tacebat inanime miraculi monumentum, ſed fama opus cum verbo aſſumens, quotidie urbes & vicos percurrit, beneficium Domini deprædicans. *Ex elogiis inter ſe collatis oriuntur quædam difficultates; quas diſcutiemus poſthac, ut non ſupervacaneum fuerit plura verbatim hic tranſcripſiſſe.*

Gothofredus ſtatuæ veritatem infirmare nitens

12 *Statuæ hujus veritatem arrodit Jacobus Gothofredus in Diſſertationibus Philoſtorgianis pag.* 170; *donec tandem ex levuſcula conjectura eam penitus evertat, propoſitis prius ſuis rationibus. At quænam illæ ſunt?* Euſebius, omnium antiquiſſimus, imaginis ipſius ſpectator, ex vulgi tantum ore ſeu traditione, at non & de narratione certus, habet ἔλεγον (*id eſt*, ajebant *aut* inquiebant.) Quomodo & Sozomenus, etſi credulus magis, & ex eo Nicephorus, miraculoſam hanc hiſtoriam inter eas ponit, quæ ſolis indigenis per traditionem antiquam ſunt cognitæ. *Quaſi vero ea tantum nitantur hiſtorica fide, quæ hiſtorici ſcribunt ex viſu; quæ autem ſcribunt ex auditu, & multo magis quæ ſcribunt ex traditione vulgari, a temporibus, quibus ſcribunt, non nimis remota, relegenda ſint ad apocrypha. Fatear equidem, non raro obſtare plurima, quo minus populares traditiones admittantur. Quid vero hic obſtet, edifferat nobis Gothofredus. In duobus libris, inquiet, ubi de Imaginibus agitur, quos fatetur ambulaſſe ſub nomine Caroli M., dubitatur de illa hiſtoria duobus locis per illa verba bis repetita: Si tamen factum eſſe credatur. Sed futile hoc ſophiſma commiſeratione potius quam reſponſo dignum eſt. Quæro enim an poſſit prævalere auctor ſeculi noni, ſeu nullius potius, quia incerti, ſicut auctor incertus eſt ipſemet, adverſus Euſebium, S. Aſterium, Philoſtorgium, ac Sozomenum, ut omittam Cedrenum ac Nicephorum? At Euſebius hoc non vidit. Quid tum? Scribit, ſe audiſſe, famam ibi publicam & vulgarem traditionem increbuiſſe non obſcure ſubinſinuans; quaſi id proferens, quod erat in ore omni populo, & ex ore omnium loquens;*

F

Addit

A *Addit ſe ipſam ſtatuam vidiſſe, de qua hæc memorabantur. Nonne hæc ſatis? Quid vis amplius?*

AUCT. J. P. *ſed fruſtra;*

13 *Stet itaque hæc ſtatuæ veritas inconcuſſa tum ex antiquiſſima traditione, tum ex Euſebio ineunte ſeculo quarto; ex S. Aſterio, ineunte circiter quinto, apud Photium; ex Philoſtorgio & Sozomeno eodem circiter ſæculo medio, ut omittam Ruffinum, alioſque plures, qui hiſtoriam iſtam Euſebii admiſerunt, aut qui ſigillatim eam allegarunt. Meminerimus iſtius, quod narrationi hujus hiſtoriæ, de mirabilis hujus herbæ virtute, ſubnectit Sozomenus:* Neque vero mirum mihi videtur, quod nova quædam & inuſitata beneficia hominibus contigerint, poſtquam Deus in terras advenit: nam & alia plurima miracula per civitates & vicos edita, a ſolis, ut veriſimile eſt, indigenis celebrantur, qui earum rerum notitiam a majoribus ſuis traditam acceperunt: idque verum eſſe illico oſtendam; *quæ deſcribere ſuperſedeo.*

ut oſtendatur ex textu Euſebii

14 *At quoniam hujus hiſtoriæ, quatenus reſpicit hæc determinate loca, perſonas & adjuncta, præcipuum fundamentum petitur ex Euſebio; operæ pretium fuerit quædam ex ipſo periodos ad analyſin reducere, interpretatione noſtra magis ſtricte & pene ad verbum redditas: ut pateat verbum* ἔλεγον, *bis in toto iſto textu repetitum, at toto ſive ejuſdem decurſu aut ſaltem pro magna ejus parte implicite ſubintellectum, neutiquam in hiſtoria, qua de agimus, veritatis præjudicium vergere, aive obeſſe. Nam quis mihi perſuadeat τὸ* ajebant, *& ſimilia ſemper in rebus dubiis, nunquam in certis adhiberi? quæ videlicet certæ quidem habeantur in ſubſtantia, incertæ autem in adjunctis ſeu circumſtantiis; ita ut quando auctores dicunt* ajebant, *non ſtatim ſignum, eos loqui per modum dubitantis de ſubſtantia rei, ſed tantum de ipſius circumſtantiis. Idque hic locum habet in Euſebio. En textum:* Hinc (*Paneade*) AJEBANT oriundam; domumque ejus in civitate oſtendi; & Salvatoris erga illam beneficentiæ mirabilia permanere tropæa. *Facile hic admiſero Euſebium loqui non quidem per modum dubitantis, per τὸ* ἔλεγον, *ſed minus certo affirmantis non rem ipſam, ſed congeriem adjunctorum, quæ rem circumſtant.* Stare, ἑστάναι (*ſubaudi* ἔλεγον) in

C aito lapide ad fores domus ejus æneam effigiem Mulieris, in genua inclinatam, extenſis antrorſum manibus ſupplicanti ſimilem. *Loqui hic auctorem affirmatiſſime & eodem modo, ac ſi abeſſet* ἔλεγον, *hic ſubintellectum, planum non fiet; ſi excipias ſubſtantivum* ἐκτύπωμα, *quatenus idem ſignificat quod* ὁμοίωμα, *puta* ἔκτυπον, *quod* πρωτότυπον *referat; non autem quatenus ſignificat effigiem Mulieris ut ſic: quam effigiem ipſum vidiſſe probo.*

ad analyſin redacta.

15 *Narrat enim fuiſſe* ex adverſo effigiem viri, ex eadem materia, *quæ* manum Mulieri porrigeret. *Quæ quomodo intelligi poſſunt, niſi extiterit tum temporis utraque ſtatua ſeu effigies? & una quidem* ex adverſo *alterius, in eodem, ut videtur, moraliter loco; atque adeo ab Euſebio viſa, ut patebit.* Ad ejus pedes in baſi ipſa ignotam quamdam plantam naſci; eam ad fimbriam uſque æneæ diploidis aſſurgentem, omnium morborum medicamen exiſtere; hanc ſtatuam Jeſu Chriſti imaginem referre AJEBANT. *In ultimo hujus periodi membro per τὸ* ἔλεγον *minus affirmate loquitur Euſebius; & vere magis affirmate non poterat, an hæc eſſet imago, quæ ſimilitudinis Chriſtum refer-*

D *ret. In primo membro ac ſecundo habet τὸ* ἔλεγον *ſupra quæ minore cum rei affirmatione cadere poſſit, nimirum ſupra τὸ* ignotam, *& ſupra adjuncta iſta valde mirabilia* omnium morborum medicatricem: *de ſubſtantia enim ſtatuæ affirmatiſſime loquitur:* Manſit autem ad nos uſque; adeo ut ipſi ad eam urbem digreſſi ipſam conſpectu deprehenderimus, ὃ δὴ καὶ παραλαβὼν *Itaque vidit etiam ſtatuam mulieris: erat enim* ex adverſo *ſtatuæ Salvatoris: adeoque & in proximo; cum* manus ei porrigeret. *Ergo niſi facias Euſebium battologum, ineptum & ridiculum, quando refert* ſtare Mulieris effigiem, *ſubintellecto verbo* ἔλεγον, *tantumdem dicit,* ἑστάναι; *ac ſi diceret abſolute, & ſimpliciter eam* ſtare, *aliquid dicturus in præterito* ἑστακυῖαν, *eam* ſtetiſſe, *& non amplius* ſtare; *ſivet dumtaxat accepta foret e vulgi fama, loco nimirum ac tempore ſejuncta. Hic vero cum loquatur de re præſenti tam quoad tempus, quam quoad locum: non concipio quomodo utramque ſtatuam non viderit. Salvatoris quidem expreſſe aſſerit ſe vidiſſe,* Mulieris vero ſe *vidiſſe non dicit, ſed etiam non negat. Atque hæc dicta ſint ad oſtendendum verbum* ἔλεγον, *recte intellectum & diſtinctum, ne bilum quidem officere* E *textui Euſebiano; & aliquando hæc & ſimiles expreſſiones non magis infirmare textum auctoris, quam ſi non adeſſent.*

16 *Quid fide hiſtorica, credibile eſt, ſi hoc non ſit? Et tamen pro ſua ſcilicet in ſacrarum imaginum cultum propenſione, mavult nobis nugas & aniles commenta obtrudere Gothofredus. Quaſi vero utendum ſit conjecturis inanibus, ubi antiquitas loquitur. Audi ejus ineptias:* Certe ſi conjecturis locus, videatur potius ſtatua hæc civitatis ipſius Paneadis ſimulacrum exhibuiſſe; quæ videlicet afflicta caſu quodam, vel ab Imperatore vel a Magiſtratu aliquo erecta fuerit. Hoc enim habitu civitates provinciæque afflictæ, mox & erectæ olim repræſentatæ. *Tum remittit lectorem ad veteres nummos, & Gregorium Nazianzenum epiſt. 49 vel 40; & ad Baſilium epiſt. 279. Quod in genere objecit Gothofredus de nummis veteribus, derogare non poteſt caſui huic particulari, tam ſolide per veteres auctores, & veterem traditionem ſtabilito. Gregorius autem hic objectus in epiſtola aſſignata, Præfectum Olympium obteſtatur, ne ob quorumdam ſcelus civitas Diocæſarienſis ſolo æquetur; inducta ad movendam in eo commiſerationem per ethopœiam & proſopopœiam, ipſa civitate, tragica oratione ipſum alloquente. Sequitur-ne hinc: Ergo ſtatua, de qua hic agimus, fabuloſa eſt; & alias perſonas fictas, non Chriſtum & Hæmorrhoiſſam repræſentat? Enimvero ſi legit totam epiſtolam, videre ibi potuit ſtatuas ſacras apud Chriſtianos antiquitus in uſu fuiſſe; de quo ipſum conveniam paulo poſt. Baſilius autem ſcribit ad Modeſtum prætorii Præfectum, vegans, ut presbyteri & diaconi immunes eſſe pergant a tributo aut cenſu; veliteque* manum exporrigere auxiliatricem patriæ, *ut loquitur,* noſtræ in genus provolutæ. *Quid hic vel per umbram efficit ſtatua noſtra?*

Obtruſit conjecturas ſibi ſolas Gothofredus

Digitized by Goo

A

§ III. Praecipua statuae adjuncta; quo sit delata; a quo sublata.

Fabulas etiam renditat Chronicon Malelanum, dum asserit Sanctam facultatem petiisse erigendi statuam.

IMpulsu fidei, reverentiae & grati animi testificatione ab Hæmorrhoissa statuam istam fuisse erectam, satis colligitur ex Eusebio, S. Asterio Philostorgio, Sozomeno; ut Cedrenum & Nicephorum tacitus prætercam. Quod autem ipsa ad hoc faciendum facultatem petierit per libellum supplicem seu litteras a Philippo Tetrarcha Trachonitidis regionis, prout dicitur Oratione 3 de Imaginibus, S. Joanni Damasceno tributa, & narratur in Chronico Joannis Malelae, puto prorsus fabulosum; nec melioris furfuris mihi apparet epistola sive libellus supplex, verbatim transcriptus in dictis Oratione & Chronico, edito Oxonii 1691, a pag. 306; tacente Eusebio cum tota antiquitate. Neque multum nos debet movere Joannes Malela; de quo Henricus Valesius cur eum omiserit, cum ederet Excerpta Polybii, Diodori, Nicolai Damasceni, triumque aliorum, hanc rationem affert in Præfatione sua apud Vossium de Historicis Græcis pag. 380, in Commentario de Scriptoribus

B

Ecclesiasticis hoc anno, quo hæc scribo 1722 tribus tomis edito, tomo 2, col. 415. Locum ex Vossio transcribo, cum fontem ipsum videre non licuerit: Joannem Malelam (ne quis forte eum hic desideret) consulto missum feci; eo quod præter tres quatuorve fabulas de Minoe, Antiopa ac Bellerophonte, easque illepido sermone textas, nihil bonæ frugis contineret. Qui Joannes non seculo sexto, aut septimo, ut nonnullis visum, sed seculo decimo affigitur, in dicto Commentario. Unde porum refert, eum, ut asserio ibid. pag. 308, monumentum hoc invenisse in dicta urbe Paneade, apud Bassum quemdam, qui a Judaismo ad Christianismum transierat, qui in eodem etiam libro antiquorum Judææ Regum omnium res gestas conscriptas habuit. Quare, ut Baronii ad annum 31, num. 75, contra dicti Joannis chronicon verbis utar, cum in multis ejus scripti fides vacillet, & compluribus scatere mendaciis cognoscatur, indignum putavimus his nostris chartis, (dico ego nostris Actis) intexere dictum libellum supplicem.

C

Locus Eusebii in speciem durinsculus in favorem imaginum explicatur.

18 Neutiquam piis sacrarum imaginum cultoribus injicere debet scrupulum notatio frivola Gothofredi; qui verba Eusebii ἐθνικῇ συνηθείᾳ, perperam ita Latine reddit, ad similem, PRORSUS, OMNINO gentilium morem; seu consuetudine PRORSUS ethnica; pro qua ultima interpretatione citat Rosweydum, non indicato loco; quo fit, ut consuli facile non possit; sed affectata ista exaggeratio per adverbia omnino, prorsus non legitur in textu; neque enim aliud ille dicit, quam more seu consuetudine gentili; idque mitigavit Valesius gentili quadam consuetudine, quod durinscule in speciem dixit Eusebius; qui tamen si legatur animo non iconomacho, benignius explicari possit, ita fortasse locutus, quia mos ille maxime gentilibus usitatus & pene quotidianus, qui absque ullo discrimine, ἀπαραλλάκτως, de qua voce vide Valesii notas, cunctos de se bene meritos gentili quadam consuetudine tamquam servatores colere hujusmodi honoribus consueverant; cum apud nos Christianos primis Ecclesiæ nascentis temporibus id rarius contingeret vel ob metum gentilium, aut Judæorum perfidorum scandalum; Judæis enim Crux Christi, & Christiana sacra erant opprobrium, Gentibus autem scandalum. Cum itaque, sicut retulimus ex Baronio, non liceret ullo pacto Judæis simulacrum cujusvis quavis occasione formare, idque gentilibus esset adeo usitatum: quid mirum, si dicat Eusebius id Mulierem sanctam fecisse ex consuetudine Gentilium; cum ex more Judæorum non posset? Hinc ergo ne inferas, nullum fuisse imaginum sacrarum usum in exordio Ecclesiæ; testante Eusebio, ut vidimus, se Apostolorum Petri & Pauli, Christique ipsius pictas imagines, ad suam usque memoriam servatas in tabulis vidisse. Quo redarguas Gothofredum, contendentem, verba Eusebii clare ostendere nullam talem in Ecclesia non dicam adorandæ imaginis legem, imo nec figendæ quidem publice adhuc morem fuisse. Quasi vero quia Eusebius id non narrat factum, in casu Hæmorrhoissæ, obtenta prius facultate a Tetrarcha; aut de more aut exemplo Ecclesiæ; recte hinc deducatur aliquod præjudicium contra antiquissimum cultum sacrarum imaginum: sed ne falcem mittam in messem alienam; remitto ista ad scriptores controversiarum, in quibus refutatum invenies, quidquid spiritus novaturientes & morum Ecclesiæ reformationem debuccinantes, veteres iconoclastas imitati, contra cultores imaginum impie & blasphème evomere consueverunt.

D AUCT. J. P.

E

Illustratur statuæ situs;

19 Non abs re quædam pariter hic observabuntur de statuæ situ, eruta ex auctorum collatione. Eusebius hanc fuisse locatam refert juxta januam domus Hæmorrhoissæ; absque aliis adjunctis magis in individuo locum determinantibus. S. Asterius ac Sozomenus nullam loci, in quo primum posita fuerit, mentionem faciunt. Acta S. Artemii narrant, in insigni civitatis loco positam fuisse. Philostorgius vero lib. 7, num. 3, & post eum Nicephorus, eam collocatam fuisse juxta fontem, qui est in urbe Paneade memorant. At quod unus affirmat, alius, dum de eo tacet, non negat, sed facile omnes conciliabis, si supponas juxta domum sanctæ Mulieris fontem fuisse, cui apposita vel imposita fuerit ista statua: prout hodiedum in aliquibus locis apud Catholicos usus obtinet, ut statuæ sacræ fontibus aut antliis publicis spectabiles exponantur. Exemplo sit statua Deiparæ Virginis in foro piscario apud Antverpienses antliæ imposita: ut necesse non sit adire Suidam pro statuis gentilium; aut auctorem Vitæ Constantini, diversum ab Eusebio Cæsariensi, quem allegat Gothofredus pro statuis seu symbolis ad fontes erectis. Addit Philostorgius statuam sæpe dictam sub dio stetisse nudamque, pluviisque expositam, adeoque loco propatulo. Aliud, neque etiam brevi observatione indignum est, quod Asterius, Philostorgius atque Sozomenus solius Christi statuæ meminerint; Eusebius contra, his duobus ultimis uno seculo, & primo, paulo minus uno seculo antiquior, duas exprimit; alteram quidem æneam mulieris effigiem, genibus flexis protensisque manibus instar supplicantis. Ex adverso autem effigies viri &c. quas cum propriis oculis viderit, nihil est quod utraque plena fide non admittatur.

F

herba ei adnata;

20 Nec prætereunda sunt, quæ de herba, ad pedes Salvatoris adnata, veteres tradidere. Dicit Eusebius: In ipsa basi ejus ignota quædam nasci dicitur planta, quæ ad fimbriam usque æneæ diploidis assurgens, depellendis omnis generis morbis præsentissimum remedium est. Addit Sozomenus herbæ speciem nul-

Digitized by Google

A lum ex medicis aut empiricis noviſſe. Pa-
AUCT. rum momenti habet auctor libri ſub nomine Ca-
J. P. roli Magni vulgati, de quo ſupra; qui hic rurſum a Gothofredo dubitans obtruditur. *Singulare eſt, quod de hac herba narrat Philoſtorgius, dicens eam non tantum* adverſus morbos omnes *in genere; quod & alii prædicant; ſed etiam* præcipue adverſus tabem efficaciſſimum fuiſſe remedium. *Quid? quod diſerte adjungat Rufinus lib. 7, cap. 14, herbam illam* nihil omnino virium gereret, ſi, antequam æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. *Idem auctor unus ex omnibus non tantum ſalti herbæ virutem medicam tribuit, ſed aquæ etiam potui, cui prius herba hæc intincta fuiſſet, dum refert* morbum depulſum haustu exiguo madefacti graminis. *Verum non ea vis herbæ fuit perpetua; nam, teſte Philoſtorgio, poſt eruderatam ſtatuæ inſcriptionem*, planta quidem ex eo tempore haud amplius viſa eſt nec ibi, nec alibi in loco.

inſcriptio; 21 *Nunc etiam ipſa ſtatuæ inſcriptio nos vocat, ſoli Philoſtorgio, atque ex ipſo Nicephoro peculiaris:* Temporis lapſu memoria exciderat, & cujus ea effigies eſſet, & quam ob cauſam fuerat
B collocata. Quippe ſervator ſub dio ſtans, nuduſque, haud exigua corporis parte obrutus fuerat, terra continuo ex ſuperioribus locis, maxime vero pluviarum tempore ad ſtatuam aggeſta; quæ litterarum, quibus ſingula narrabantur notitiam obliteraverat. Cum igitur diligens fieret inquiſitio, pars quidem ſtatuæ, quæ humo obruta erat, effoſſa eſt; litteræ vero repertæ ſunt, quæ totam rei ſeriem indicabant. *Addit Nicephorus, hunc ceterequin locum exſcribenti, eos*, qui ea herba curabantur, ſumma diligentia cauſam tantæ efficaciæ, inquiſiviſſe: *quod paraphraſtice, non verbatim e Græco reddidit interpres. Et S. Artemii Acta habent, eam* poſt tempus cognitam ex miraculo herbæ, quæ illic naſcebatur. *Nihil autem ſimile occurrit apud Euſebium, Aſterium & Sozomenum, exaggerante id cum affectata emphaſi Gothofredo pag. 275: quaſi vero hæc* inſcriptio ſi ibi fuiſſet, procul dubio mystagogo aliquo duce eam Euſebius luſtraſſet,
C neque ſuum illud ἔλεγον ingeminaſſet, ingeſſiſſet pro omni fide, quando ex ipſomet ære id exploratum habere ſatis ſuperque potuiſſet. *Sed quorſum hæc objicit? quæ ipſemet conſcientia ductus mox cogitur ſolvere:* Niſi, *inquit*, ita jam Euſebii ævo literas illas oblimatas fuiſſe putemus, ut nec in mentem cuiquam venire potuiſſe, num aliqua inſcriptio ibi foret, credamus. *Quid autem vetat, quo minus ita evenerit? ut facile res explanari poſſit non adhibito ab Euſebio myſtagogo.*

translatio; 22 *Ad translationem ſtatuæ quod attinet; ſi-*
let de ea Euſebius; cui dixiſſe ſatis, ad ſua uſque tempora permanſiſſe. *Nihil Aſterius. Ex Philoſtorgio tranſportatam habemus, & poſitam in* Diaconico eccleſiæ; *ita etiam Nicephorus. Acta S. Artemii ajunt*, Chriſtianos eam accepiſſe, & poſuiſſe in diaconico. *Sozomenus lib. 4, cap. 21, de translatis fragmentis agens, ſolius eccleſiæ meminit, uti pariter Cedrenus loco citato: ubi tamen inter* diaconicum *&* eccleſiam, *ſi proprie & in rigore loqui velimus, tantum intereſt; quantum inter eccleſiam & ſacrarium, ſeu, ut vulgo vocatur, ſacriſtiam ejus. De quo videri poſſit Hierolexicon Marci verbo* Aſpaticon, *& Gothofredus pag. 277. Satua translatio habet difficultatem, cur non immerito ſuſpecta reddatur:* num D *vel ante tempora Conſtantini facta eſt, vel poſt, non tamen ultra tempora Juliani, a quo deſtructa narratur. Si primum; unde ſuum* diaconicum *acceperunt alii? de quo nullum verbum facit Euſebius, qui tamen omnibus antiquior eſt, & omnium optime ſcire id potuit. Sin vero poſt Conſtantinum evenerit; quomodo credibile eſt*, ſtatuam tempore illo oblivioni traditam fuiſſe, *ut tradit Philoſtorgius; poſtquam Euſebius verſus annum 325 ſcribens, annis circiter 35 ante imperium Juliani, tam graphicam de ea memoriam ad ſynchronos ac poſteros tranſmiſerat?*

23 *Porro digreſſiuncula Philoſtorgii, qua, dum* tum ob-
diviſſet ſtatuam in diaconico eccleſiæ collo- poſito.
caſſe, competentem ei curam atque obſer- ne ad
vantiam deferentes; *addit*, nequaquam tamen digreſ-
eam colentes & adorantes: neque enim, *ut ait*, ſiuncu-
fas erat æneam, aut aliam quamlibet ſtatuam lam
adorare; *digreſſiuncula, inquam, illa ne bilum quidem* Philo-
movere nos debet, tamquam cultui ſacrarum imagi- ſtorgii.
num contraria, cum prolato ſit ab eo, qui hæretico toxico infectus, ſe fuiſſe profeſſus Eunomii ſectatorem; qui *Sanctorum Reliquias explodebat; cujuſque* E
diſcipuli omnes recuſabant intrare in baſilicas Apoſtolorum ac Martyrum. Vide S. Hieronymum adverſus Vigilantium; & S. Aſterium in Auctario primo apud Combefiſium col. 193, & 208. Deinde diſplicet merito ipſius expreſſio; neque enim Catholici æneam aliamve quam materiam, *ut hic vertit Gothofredus*, adorant; *ſed in imaginibus aut ſtatuis æneis aliave ex materia factis Chriſtum & Sanctos, quos repræſentant, pio & antiquo a majoribus tradito more venerantur. Quod recte intelligi velim ab εἰκονομίσοις noſtrorum temporum, quo æquius de imaginibus, earumque cultoribus ſentient.*

Quando 24 *Nunc explananda difficultas eſt de tempore* ſtatua
quo ipſa ſtatua ſublata aut ſubverſa fuerit. Non hæc ſub-
video, qui adſtrui poſſit, cum *Aſterio*, ad *ſua* lata fue-
uſque tempora ſervandam fuiſſe ſtatuam Ser- rit
vatoris... niſi Maximinus ille, qui ante Conſtantinum Romanorum Imperator fuit,.. æneam ſtatuam ſuſtuliſſet. *Nam Euſebius, qui poſt Maximinum ſcripſit, non modo facti hujus non meminit; ſed magis diſerte & expreſſe non poſſet affirmare contrarium:* Manſit, *inquit*, ἕως μέντοι, *vel ut recte Rufinus lib. 7, cap. 14* permanſit, ad noſtra uſque tempora, noſque adeo urbem (*Paneadis*) ingreſſi, ipſam conſpeximus. F
Sozomenus clariſſimis verbis dicit Julianum eam ſubvertiſſe, *ut ex ipſo narravimus*; & ea ſubverſa imaginem ſuam ejus loco poſuiſſe *non impune*: Chriſti vero ſtatuam, (*quam*) tunc quidem pagani trahentes per urbem confregerunt; poſtea vero Chriſtiani collectam in Eccleſia repoſuerunt, ubi etiamnum ſervatur. *Dicere, quod Maximinus illam antea tolli juſſerit; & alicubi abſcondi, ubi poſtea reperta fuerit, ac Paneada velata, eſt gratis aliquid fingere. Nec fundamentum habet, ſi dixeris viſam ab Euſebio ante perſecutionem iſtorum temporum, & neſciviſſe, quid Maximinus poſt de illa fecerit, aut neglexiſſe potius Euſebium de ea loqui, quia tum non inciderat de illa re ſermo. At numquam tam belle dixeris, ut perſuadeas, S. Aſterium conciliari poſſe cum Euſebio, Sozomeno, aliiſque; juxta quos ſtatua illa viſa fuerit, & publico hominum conſpectui expoſita uſque ad Juliani tempora; ubi con-* eam con-
tra liquet, Aſterium credidiſſe poſt tempora Maxi- venit
mini non amplius apparuiſſe. inter Au-
ctor et
25 *Clare itaque pugnat cum Euſebio Aſterius,*

clarius

A *clarius cum Sozomeno, atque Philostorgio: qui postremus rem sic enarrat:* Hanc igitur statuam regnante Juliano Gentiles, qui Panedem incolebant, ad impietatem incitati, a basi sua revulsam, funibus ad pedes circumligatis, per mediam plateam traxerunt: reliquum quidem corpus distrahentes confregerunt: caput vero inter trahendum a cervice disjunctum, nonnulli id quod fiebat, ægre ferentes, clanculo abripuerunt, &, quoad fieri potuit, conservarunt; idque a se visum fuisse, testatur Philostorgius; *ut est apud Photium in Excerptis ex Historia ejus ecclesiastica: cujus tum hic tum supra interpretationem latinam ut plurimum dedimus ex Henrico Valesio, Gothofredi* editione atque interpretatione Latina mendis prope innumeris referta, *sicut habet laudatus Valesius in Præfatione in dicta Excerpta, aliosque auctores simul editos: ut qui* Græcas litteras primoribus tantum labris degustaverat; nec in pervolvendis manuscriptis exemplaribus Græcis satis erat exercitatus. *Ut rem cum Sozomeno concludamus; videtur ei, e Palæstina oriundo, & in Palæstina educato plusculum deferendum, quam S. Asterio, quantumvis aliquantulum antiquiori, qui vivebat Amasiæ in Ponto, ab urbe Cæsarea Philippi multo remotiori, non recte fortassis instructo de statua.* Herbæ *supradictæ* invidia Julianum eam deposuisse, ac *suam* posuisse, *habemus ex Cedreno. Atque hæc ad præsens argumentum sint satis.* J. P.

DE SS. PROCLO VEL PROCULO, HILARIONE SEU HILARIO MM.

B Notitia ex Synaxariis Græcis & Martyrologio Romano. J. P.

SUB TRAIANO. *Frequentissima ipsorum sanctorum Pugilum in Tabulis Græcis reperitur memoria, referentibus eos Typico S. Sabæ, Epitome excusa Menologii, Horologio, Menæis impressis, Maximo Cythererum Episcopo, diptycis Menæorum Supplemento ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii, ac Chiffletii Menæo, Menologio demum Slavo-Russico; quibus adde Menologium Sirleti; e quo in Martyrologium Romanum assumpti sunt, sic eos memorant:* Eodem die (*duodecimo Julii*) passio sanctorum Procli & Hilarionis, qui sub Trajano Imperatore, & Maximo præside, per acerbissima tormenta ad palmam martyrii pervenerunt.

Frequens horum Sanctorum apud Græcos memoria; cum merito.

Elogium ex Synaxario Basilano. a *Nec præterit illos Synaxarium Basilianum, cum insigni elogio agonem eorum recensens. Textum Græcum, editum ad calcem tomi primi mensis Julii, sic interpretor Latine:* Proculus & Hilarius, Christi Martyres, regnante Trajano e civitate Ancyra erant. Cum autem Christiani essent, Christum prædicabant & multos infidelium ad ipsum convertebant. Primus itaque Proclus ab idololatris comprehensus adstitit coram Imperatore; interrogatusque, & Christum impensius confessus, Maximino * Præsidi traditus est; & suspensus, ferro rasus, ac lampadibus ignis ventrem & latera combustus. Ac post hæc, accepta sententia, ut telis trajiceretur, nudus ad locum martyrii ducebatur: & per viam occurrens Hilario cognato suo, eumque amplexus, in causa fuit, cur etiam ipse comprehenderetur. Atque ipse quidem suspensus in ligno, sagittis ictus, tradidit spiritum; Hilarius vero, cæsus & rasus, atque ad [tria] milliaria nudus raptatus, tandem gladio caput obtruncatus est. *Similia habent Menæa excusa. Vide etiam Galesinium, qui illos in Græcia annuntiat. Supplementum prædictum hosce pangit versiculos de* S. Proclo.

C

* al. Maximo.

Καὶ γυμνὸς ὢν ἤντλησε τὸς Πρόκλος βέλη,
Ἔνδον γὰρ εἶχε Θεὸν παναπλίαν.
Quam bene tulisti tela vel nudus, Procle,
Armatus intus Numinis panoplia.

Sancto autem Hilario *ita applaudit:*

Ἱλάριος πανύμνητος ἐκτμηθεὶς κάρη·
Ἀθλητὼν πανύμνητον ἦραν στέφος.
Non indecorum Hilarius abscissus caput,
Non indecorum Martyrum fertum tulit.

Coronidis loco addo cum Menæis impressis:

Δωδεκάτῃ βέλος εἶλε Πρόκλος, ξίφος Ἱλάρεκτε.
Bis sexta Hillarius cadit ense, Proclusque sagitta.

D 3 *Nicolaus Antonius, in Mss. posthumis, officiose nobis ab amplissimo ac Reverendo ad modum Domino, Adriano de Coninck proximo ejus consanguineo Matriti communicatis anno 1721, egregie hic exagitat pseudo-Dextrum, martyrum, qui absque loco martyrii in Martyrologio Romano referuntur, Hispaniæ adjudicandorum male feriatum patronum. Horum certe Martyrum, ex sacris Fastis, ut vidimus, sub Trajano passorum memoriam innexit anno* 308. *Non divino an sciens prudens Ærum illam fignarit; an sui obitus sit, duobus sæculis extra justæ chronologiæ metas exterans. In editione Bivarii pag.* 338 *ita loquitur:* Serpæ in Bætica florent sancti Martyres Proculus & Hilarion, quos etiam Græci celebrant ob sanctitatis gloriam, qui sub Trajano imperatore, Marco Aurelio præside passi sunt. *Non moror hic ridiculum effugium Tamayi, post Roder. Caro, quem citat,* notati *jubentis*, eo anno non passionem, sed cultum adesse, quem tantum eo tempore floruisse scribit. *Sed* subductam quis non videt, *inquit supra laudatus auctor*, tyranni præsentiæ mentionem, quam cum Hispaniensi judicio male concordare haud ignorabat is forsan, qui pseudo-Dextro velificatus, Menologium non bona fide, interpretatione donatum Bivario subministravit. Cum planissimum sit ex Romanis historiis, præsertimque Dione, Trajanum, quamvis Hispanum, toto imperii tempore, a sæculari anno centesimo usque ad CXIX, quo Selinunte Ciliciæ obiit Romam rediens, ad Hispaniam numquam veniisse. *Nec juvat, commune esse multis Martyrum Actis, ut quæ sub aliquo Imperatore a præsidibus sunt facta, coram ipso facta esse dicantur; sicut observavit Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die* XXII *Junii. Nam qui tot falsitatum aliunde convincitur, id effugium hic non meretur; semper suspectus, quia fallere assuetus.* Somnio pseudo-Dextri

E

F

AUCT. J. P. *ex Mss. Nicolai Antonii refellitur.*

4 *Deinde collatis, utrimque verbis pseudo-Dextri & Galesinii, satis inter se convenientibus, sic urget*: Equis eorum transcripsit alterum? Galesinius Dextrum? Dextrum minime potuit sibi ignotum, invisum. Restat ergo ut *pseudo-Dexter* Galesinio sit usus antiquiore, Tamajoque mentem & oculos desideremus, qui stupiditatem hanc furtivæ exscriptionis, velut conformitatem, quæ observari digna sit, utriusque auctoris celebrare videatur. *Observat etiam pro* Maximo *hic* M. Aurelium præsidem *poni. Idemne homo est, vario nomine expressus? Minime, dicet Tamayus; sed Maximus M. Aurelii fuit vicarius. Verum id non concordat cum Actis ab ipso concinnatis*: Boticam, *ait*, lustrante M. Aurelio ulterioris Hispaniæ præside, Serpam illius ditionis urbem, Maximum præfectum dimisit, qui Imperatoris edicta adversus Christianos exequeretur ad unguem. *Nugæ!* Nimirum, *ut subdit Nicolaus Antonius*, ex Tamaji politia præsides præfectis tamquam vicariis aut legatis utebantur. *Ne quid non castigatum reliquat*, Serpæ, *inquit*, nomen retinent inscripti lapides, quos apud Resendium lib. 4. Antiq. Lusitanarum videre potuit; præterquam quod Antonini itinerarium meminit novicium Dexter; in qua viguisse Martyrum memoriam & cultum ex cerebro suo deprompsit, non ex vetusto aliquo rei monumento, aura & pluma levior Actorum nuperus deformator. D

5 *Porro studiosum plus æquo vindicem horum Martyrum Serpæ adscribendorum se exhibet Tamayus, cui, quæ ipse opposuit Galesinio, vetera fere possint*: Petri, *ait*, Galesinii audaciam demiror, qui nullo duce, eos in Græcia passos scribit; ea sola raptus consideratione, quod sanctorum Martyrum agones a Græcis in menologio adscriptos invenerit. *Ita ille; quæ paucula mutatis in ipsummet retorquere possis.* *Quid opponendum Tamayo, Galesinium increpanti?*

B E

DE SANCTIS MARTYRIBUS NABORE ET FELICE MEDIOLANI ET COLONIÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J.B.S.

§ I. Horum Martyrum ab aliis synonymis diversitas & vetustissima in Martyrologiis memoria.

ANN. CCCIII VEL CCCIV.

Dictum est supra ad diem X *Julii, varios recentiores post Adonem & Notkerum eo passim deflectere, ut hos binos Martyres Mediolanenses, & Mauros fuisse genere putent, & in Africa passos, indeque Mediolanum translatos; quod licet subobscure insinuare videatur Tillemontius tomo* 5, *a pag.* 267, *in notis tamen pag.* 692 *potius admittit, eos Mediolani vel Laude passos, diversosque proinde ab Africanis, cum eos S. Ambrosius* Martyres nostros *appellet.* *Horum Sanctorum cum Africanis confusio*

C *In oppositam partem inclinat Castellanus in suo Martyrologio universali, notula ad hanc Romani annuntiationem apposita*, Mediolani, sanctorum Martyrum Naboris & Felicis, qui in persecutione Maximiani passi sunt; *idque alii tacite innuere videntur, dum de solis hisce duobus omnia referunt, quæ nos diversis classibus applicamus. Audiantur Castellani verba, ex Gallico Latine reddita*: Suntne iidem qui X recoluntur? Non est hic nisi eorum translatio juxta Adonem & Notkerum; qui duobus locis asserit, eorum corpora ex Africa fuisse allata, & eosdem ipsos esse credit, de quibus X actum est: idque confirmari videtur ex Actis S. Victoris Mediolanensis, genere Mauri, qui eos concives nuncupat. Interim Acta ipsorum apud Mombritium, quæ consequenter composita fuisse oporteret, post Notkeri tempora; eorum martyrium Laude collocant, quod præcessisse debuit passionem S. Victoris, ex iis quæ hic dicere jubetur, mortuus anno CCCIV, VIII Maji. Et sane eorum nomina reperiuntur aliis immixta in Mss. Hieronymianis XII & XXIV Aprilis.

ab Adone orta videtur,

2 *Scrupulus est, ut iterum dicam, ex nominum homonymia, quæ si rigidius accipi deberet, centies in Actis nostris confundendi erunt Martyres, eadem donati appellatione. Etenim non unus est* Nabor *in Hieronymianis relatus, ut celebriorem taceam cum Cyrino & Basilide, de quo ad* XII *Junii*; Felices *autem prope innumeri. Hodiernos non agnovit Henschenius* XIV *Maji tomo* 3, *pag.* 284: *illic enim in Hieronymianis nusquam* Nabor *sed* Namor *aut* Nemor, *aliis sociis junctus est, nempe* Victori, Felici, Rustico, *& forte aliis, ut ibi explicatum invenies, rejecto iterum Notkero & additamento Adonis. Nec juvat ad dies citatos a Castellano recurrere, aut plures alios enumerare: ubi Synonymi Martyres, sive conjuncti, sive majoribus classibus immixti memorantur, cum satis pateat, eos ab hodiernis Mediolanensibus seu Laudensibus esse quam remotissimos, ut etiam hic ostendit Florentinius, fusius agens de hisce Martyribus, eaque refutans quæ Ado & Notkerus de prætensa translatione attexuerant: tum vero etiam corrigens Hieronymianorum exemplarium inversos nonnullos textus, ad veterum normam vetustissimi Epternacensis, ut mox dicemus. Sic igitur habet laudatus Florentinius*: F

3 At Nabor & Felix in Africa coronati, iidem esse non possunt cum ejus nominis Martyribus, qui in eorumdem Actis apud Mombritium & Petrum de Natalibus extra urbem Laudensem, prope fluvium Celeram, seu potius Silarum, post multa tormenta capite truncati, ibidem sepulti sunt IV Idus Julii, adhuc enim rudera pontis, & portæ veteris Laude Pompeja guttulis sanguinis illorum Martyrum, ut creditur, respersa testantur, & antiqua traditio, cum nova epi- *hæc refutata a Florentinio*

graphe

graphe renovata, docet septima differt. Italica de civitate Laudensi Defendentis Lodii pag. 311, Naborem & Felicem milites, qui Mediolani colantur, eos non esse, qui in Africa agonem perfecerunt. Mediolani ab antiquo tempore Sanctorum eorumdem corpora jacuisse docet Paulinus in vita S. Ambrosii, & ante inventionem Gervasii & Protasii apprime nota & venerata esse testatur. *Mitto reliqua, quibus Florentinius expendit verba satis implexa Mauro'sci, dubitantis utrum hodierni Martyres Mediolani an Africæ tribuendi sint. Certe a Sicilia eos excludit Martyrologus iste, cum S. Agathæ Catanensi, quæ nescio qua causa in Hieronymianis aliquibus hoc die posita reperitur.*

4 *In Beda, Flore & Rabano nullam* SS. Naboris & Felicis *Mediolanensium, nec Africanorum memoriam reperiri, jam satis diximus; toto Romani parvi progenies filii in Africanis die* x *hujus mensis, nulla in genuinis Usuardi exemplaribus hodiernorum facta mentione: auctaria meo numero in nostra editione abunde descripta sunt, cum elogio ex Actis desumpto, unde prefluxit brevior Baronii in moderno Romano expressio. Auctaria Bedæ, a Majoribus nostris edita accepta sunt ex Hieronymianis, quæ modo expendere aggredimur. In codice vetustissimo Epternacensi seu Antverpiensi distincte legitur*: IV Idus Julii, Mediolano, Naboris & Felicis. Romæ Primitivi. *Et hanc puto veram esse enuntiationem, quæ in aliis codicibus omnino turbata est. Corbejensis legit*: In Sicilia, natalis Naboris, Felicis, Primitivi, Julii. *Pejus ferme Lucense*: In Sicilia, natalis Agathæ virginis, Naboris & Felicis. In Mediolano, Nemoris & Primitive; *neque melior est codicis Blumiani lectio, ut plane admittenda sit ea quam ex vetustissimo codice dedimus, quæque ex contractioribus exemplaribus egregie confirmatur.*

5 *Rarus est in minoribus istis codicibus tam unanimis consensus: isdem quippe terminis exprimitur annuntiatio in Rhinoviensi & Richenoviensi*: Mediolanio, Naboris, Felicis. *In Augustano ponuntur loco tertio* Mediolano, Naboris, Felicis, *præcedentibus hisce verbis*: In Sicilia, Agathæ virginis, *de qua jam satis dictum est. Labbeanum tertio quoque loco*: Mediolani, Naboris, Felicis. *Codex Reg. Suecia male posuit* III *Idus, quod ad hunc diem spectat*: Mediolano, natalis sanctorum Nemoris, Felicis. *Additamentum est in Barberiniano*: Mediolano, Naboris, Felicis & Primitivi. *Habemus manuscripta nostra tomo* VI *Junii edita, quibus accedunt alia in novissima collectione Benedictina, seu Thesauro anecdotorum tomo* 3, *ubi Antissiodorense & Morbacense Labbeano plane conformia sunt*: Mediolani, Naboris, Felicis. *In alio ecclesiæ Turonensis præponitur Martyribus nostris Fortunatus, absque positione seu loco martyrii*: Fortunati, Naboris, Felicis.

6 *Atque hæc satis sint ad probandum, tum Sanctorum hodiernorum ex additis Martyrologiis antiquissimum cultum, tum ab omnibus aliis synonymis apertissimam diversitatem. De ipsorum translatione facta, ut fertur, anno* 320, *ac duplici Officio* XVIII *Maji recoli solita, egerunt Majores nostri in vita S. Savinæ ad* XXX *Januarii pag.* 1030, *& rursus in syllabo Prætermissorum tomo* IV *Maji pag.* 136; *at quale hoc Officium sit, ignorare me fateor. In Proprio Mediolanensi nullam sanctorum Naboris & Felicis memoriam reperio præterquam hac* XII *Julii, sub ritu duplici, cum duplici lectione propria; proxime referendo, quarum hoc initium*, Nabor & Felix Mauri, *quæ posteritatis seculis investigata oportet, cum de sanctorum Martyrum genere aut patria in ipsorum Actis nec verbum habeatur, contra vero S. Ambrosius supra laudatus, satis insinuet, populares fuisse & verosimiliter vere Mediolanenses, apud quos, tamquam inquilinos, summo semper in pretio & veneratione fuisse, jam paulo fusius a nobis demonstrandum est.*

§ II. Antiquus Mediolani SS. Naboris & Felicis cultus.

MAgnum Patrem S. Ambrosium singularem sanctorum Martyrum cultorem exstitisse, clamat omnis vetus antiquitas; Sanctos vero hosce nostros ab ipso laudari, jam ex Florentino patuit. Epistolam ejus ad sororem Marcellinam referunt scriptores varii eosque inter Surius & Puricellus de Ambrosiana basilica pag. 2. *Verba quæ ad Sanctos spectant, hæc sunt*: Formidantibus etiam clericis, jussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos sanctorum Felicis & Naboris. *Paulinus in ipsius S. Ambrosii vita apud Surium* IV *Aprilis num* 6. *paulo coprosus rem memorat*: Per idem tempus sancti Martyres Protasius & Gervasius se sacerdoti revelaverunt: erant enim in basilica positi, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum: sed sancti martyres Nabor & Felix celeberrime frequentabantur; Protasii vero & Gervasii martyrum, ut nomina, ita etiam sepulcra incognita erant; in tantum, ut supra ipsorum sepulcra ambularent omnes, qui vellent ad cancellos pervenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum ab injuria sepulcra defendebantur. *Quid manifestius dici potest, ut intelligamus, vel S. Ambrosii ævo in summa apud fideles venerationis fuisse sanctorum* Naboris & Felicis *pretiosas exuvias. Audi rursus Ambrosium ipsum in Luc. cap.* 13, *ubi de grano Sinapis agens* Granum Sinapis, *inquit*, Martyres nostri sunt; Felix, Nabor & Victor; habebant odorem fidei sed latebat, venit persecutio, arma potuerunt, colla flexerunt, contusi gladio, per totos terminos mundi gratiam sui sparsere mysterii.

8 *Similia passim memorant scriptores Mediolanenses, apud quos observare licet, crevisse paulatim insitam illam genti peregrinem, Sanctos quoslibet ad hodiernas familias retrahendi aut reducendi, quam non semel alibi impugnare conati sumus. Verbo superius monui, insertam propria Mediolanensi mentionem, ac si sancti* Nabor & Felix *Mauri genere fuissent, quod ex Actis depromi certe non potuit; neque ex Missali Ambrosiano, ubi in eorum Missæ præfatione solummodo (nescio qua fide) insinuatur, ex aliis terrarum finibus exules Mediolani fuisse. Ripamontius Histor. ecclesiastica Mediol. lib.* 2, *pag.* 103, *subobscure scripsit*: Nabor & Felix Mauri genus, *indicant, opinor, sancto Victori Mauro, genere aut gente conjunctos fuisse, quod qua ratione explicari possit, diximus supra, ubi de sanctissimis Africanis Martyribus actum est. Ceterum Mauri fuerint hodierni quoque Sancti, nec ne, mihi sit dignus est; at vere, quod cum bona venia dictum*

A AUCT. J. B. S. *fit, hoc periculum videtur, Paulum Morigiam in Sanctuario ſuo Mediolanenſi ſcribere auſum, Sanctos noſtros fuiſſe de caſa Morigi, ſeu ex familia ſua Morigiana; idque in Diario ſacro ejuſdem urbis anno 1668 ſpecioſe appoſitum repetiit hoc die* XII *Julii:* SS. Nabore e Felice de Morigi.

Ripamontius Mauros appellat;

9 *Apage nugas. Pergit Ripamontius breve ſanctorum Martyrum elogium ex Actis texere; ubi enim plures alios, pro Chriſto coronatos præmiſit; ſequuntur, inquit* hoſce (*Carpophorum & Felicem*) Nabor & Felix, Mauri genus, inſtituto vitæ milites, nec exitu diſpari. Quippe Mediolani cum iiſdem in caſtris haberentur, accuſantur eodem crimine, & poſtquam torti graviter equuleo ceteriſque cruciamentis, invicta perſeverabant fide, Laudem inde Pompejam adſportantur. Ibi ſecuris impacta collo, martyriumque eſt expletum. Sacra corpora Mediolanum retulit Savina matrona nobilis, haud minus pietate in Deum, quam generis claritudine. Sita ſunt in vetere Martyrum cœmeterio, qua poſtea dicatam ipſis

B eadem divi Franciſci nomen & honos occupavit. Eadem in æde condita ſervantur Savinæ ipſius oſſa, quæ mulier obiit per id tempus inſigni fine. Namque tota in Martyres divinos obverſa, ſive periclitantes inviſendo, & juvando, ſive jam extinctos tumulando, cum id officium Nabori & Felici perſolviſſet, incubans forte die quodam ei ſepulcro, ſublatis in cœlum manibus exſpiravit.

Ferrarius vero turpius confundit.

10 *Plura id genus elogia aut prolixiora colligere nil opus eſt, cum ex eodem fonte, non ſatis limpido, profluxerint omnia. Recentiſſimum eſt, quod Sanctis ſuis Italicis inſeruit Ferrarius, citans Acta apud Mombritium, de quibus infra. Obſervari obiter meretur ejus annotatio, his verbis concepta:* Horum corpora Coloniam Agrippinam, una cum corporibus trium Magorum translata fuiſſe circa annum ſalutis DCCLXIV, Sigebertus in Chronico ad eum annum auctor eſt, & Surius loco memorato. *Sigebertum non conſuluit Ferrarius dum hæc ſcriberet, eaque gratia a Mediolanenſibus merito vapulat, Sigeberti chronographi ad eum annum verba ſunt:* Chrodegangus Epiſcopus corpora martyrum Gorgonii, Naboris & Nazarii Roma in Gallias tranſtulit, & Gorgonium quidem in Gor-

C zia, Naborem vero in Hilarico cœnobio, Nazarium autem repoſuit in cœnobio Lorisham: *quæ omnia toſis ſeculis & nominibus diſtant a tranſlatione trium Regum &* SS. Naboris & Felicis *Mediolano Coloniam; de qua infra. Unde etiam reſtituas ea in quibus hoc die aberravit Sauſſayus in famoſo ſuo Martyrologio Gallicano. Verum de illis hic loqui ſuperſedeo, ne actum agam; videatur Sigebertinæ translationis hiſtoria ab Henſchenio explicata ad* XII *Junii pag.* 514. *De controverſia ſuper hodiernorum ſacrorum corporum poſſeſſione inferius diſputabitur. Eo modo quæ ad Mediolanenſem cultum propius pertinent.*

Quæ ipſis propria ſint

11 *Miſſale Ambroſianum, cujus exemplar pervetuſtum apud nos exſtat, vitæ ſuæ ad hunc diem ſic Sanctorum feſtivitatem recolit:* In Sanctorum martyrum Naboris & Felicis, INGRESSA. Salus autem juſtorum a Domino. Super populum. Benedic, quæſumus Domine, plebem tuam, & beatiſſimorum martyrum tuorum Naboris & Felicis deprecationibus confidentem, (*an non confidens?*) protectionis tuæ gratiam conſequatur. Per. *Sequitur epiſtola ad* D *Epheſios cap.* 2; Fratres, vos qui aliquando eratis longe &c. ℣. Vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine agni. *Evangelium ſecundum Lucam cap.* 9. In illo tempore aſſumpſit Dominus Jeſus Petrum & Jacobum & Joannem &c. *Poſt Evangelium:* Inæſtimabilem fidem ſævitia perfidorum ſuperare non potuit, quia lætus in illis Chriſtus, qui cum talibus ſervis pugnavit & vicit: protector fidei dat vincentibus palmas. SUPER SINDONEM. Protegat Eccleſiam tuam, Deus, oratio veneranda beatiſſimorum martyrum tuorum Naboris & Felicis: & quorum frequentia devotionem impendit, perpetuæ poſcat redemptionis effectum. OFFERTORIUM: Interrogavi angelum dicens; quis eſt iſte qui ſanctis ſuis dedit coronam? & dixit mihi: Filius Dei eſt, quem confeſſi ſunt in ſeculo ℣. In conſpectu agni ſteterunt ante thronum, & palmæ in manibus eorum; clamabant voce magna dicentes. Filius Dei eſt. SUPER. OB. Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & interceſſionibus beatiſſimo- E rum martyrum tuorum Naboris & Felicis confidenter tribue conſequi, quod ſperare donaſti. Per.

in Offic. Ambroſ.

12 PRÆFATIO. Per Chriſtum Dominum noſtrum: qui ita ſuorum fidelium corda igniſero amore ſuccendit, ut & mundi caducam contemnant gloriam, & per tormenta adeant conſortium civium ſupernorum. Ob hoc & doctiſſimi milites Chriſti Nabor & Felix a ſummis terrarum digreſſi finibus, huic terræ ſe exules tradiderunt; non ut cruento Cæſaris ſubjacerent imperio, ſed ut ad aulam Regis ætherei pergerent expediti facilius. Maluerunt ſub chlamyde terrenæ militiæ latere diutius, præſtolantes deſuper vocationem cæleſtis imperii. Qui & accepto conſtanter ſpei clypeo; ſumpta fidei lorica & galea, ſecuri incedunt in hoſtis aciem. Vincunt pœnarum tormenta ſæviſſima, carcerem & verbera, equuleum, ignem & ungulas: ſtridoribus catenarum colla ſubjiciunt; trahuntur a noxiis manibus vinculati. Ad ultimum mucrone ſanguine fuſo, triumphali gloria decorati, ad cives ſuperos cum palma victoriæ pervenerunt. POSTCOM. Pignus vitæ æ- F ternæ capientes, majeſtatem tuam ſupplices deprecamur, omnipotens Deus, ut ſanctorum Naboris & Felicis fulti patrociniis, quod in imagine contigimus, manifeſta percep-tione ſumamus. Per.

& poſtea in Romano.

13 *Ad Romanum ritum accommodatæ ſunt binæ lectiones, de quibus jam obiter meminimus, in Reque in hodierno Mediolanenſi proprio ſic habent:* LECT. IV: Nabor & Felix Mauri, quo tempore Mediolani Maximianus Imperator manſit, apud illum Chriſtianæ religionis accuſati, per aliquot dies in carcerem includuntur: ubi cum ad idolorum cultum nullis ſuaſionibus adigi poſſent, fuſtibus primum ambo ſimul cæduntur: deinde Nabor ſolus, ſpectante Felice, equuleo tortus, poſt laminis candentibus ſemiuſtulatus, tum ferreis eſt unguibus excarnificatus. Quo omni cruciatu fortiter ſuperato, is & Felix item in ignem poſiti, inde divinitus erepti, incolumes evaſerunt. LECT. V. Rurſus in carcerem detruſi, inde catenis vincti Laudem Pompeiam ducuntur, ubi tentata

A tata iterum eorum conſtantia, cum in fidei confeſſione conſtantiſſime perſeverarent, ſecuri percuſſi, præclarum Chriſto Domino teſtimonium dederant. Eorum corpora Mediolanum a Savina matrona Laudenſi tranſlata ſunt. *Libellus excuſus eſt Mediolani anno* 1642, *ſub titulo*; Lectiones propriæ & communes, a S. Sede Apoſtolica approbatæ, pro ſecundo & tertio Nocturno Sanctorum eccleſiæ Mediolanenſis, ad illorum uſum, qui ea Romano ritu utuntur. *Habemus de cultu apud Mediolanenſes, cum quo Colonienſis conferendus eſt.*

§ III. De cultu eorumdem Sanctorum Coloniæ Agrippinæ.

Colonia etiam Officio proprio

B *IN ſumma apud Colonienſes ſemper veneratione fuiſſe ſacra Sanctorum ſuorum pignora, poſſquam eo allata fuiſſe cenſentur ſeculo* XII, *haud alitunde certius evinci poteſt quam ex celebrimo eccleſiæ Breviariis, quorum apud nos vetuſta exſtant exempla, atque unum imprimis excuſum Venetiis*, arte Joannis Herſzog Alemani, impreſſorum monarchæ, anno nativitatis Chriſti poſt milleſimum quaterque centeſimum nonageſimo octavo, pridie Kal. Octobris. *Ornantur ibi ſacti* Nabor & Felix *proprio & ſingulari Officio, eccleſiaſtico, quod in aliis etiam editionibus exſtat*; *ſed nobis hic ſufficerit ex vetuſtiori ea deſumere, quæ eximiam Colonienſium erga Sanctos veneratione abunde teſtentur. Sic habent ejuſdem Officii principia*: Felicis & Naboris, ad primas Veſperas, ſupra pſalmi feriales. *Antiph.* 1. Sancti per fidem ... *Antiph.* 2. Verbera carnificum ... *ut in hodierno communi. Tertia differt*: Certamen magnum habuerunt Sancti Dei; tranſierunt per ignem & aquam, & ſalvi facti ſunt, & coronas acceperunt a Domino Deo. *Antiph.* 4. In circuitu tuo, Domine, lumen eſt quod numquam deficiet, ubi conſtituiſti lucidiſſimas manſiones, ibi requieſcunt animæ Sanctorum. *Antiph.* 5. Gaudent in cœlis *&c.*

C *15 Sequitur hymnus ad Veſperas in hunc modum*: Arcis ætheræ decus o Chriſte, diſtinguens ſingulis penſum laboris, propitius noſtris annue votis. Ecce purpurata ſanguine turma, jam certa muneris, expers doloris, vernat perſpicuo læta triumpho. Hoc de collegio igneſcunt cœlo, vere felicium cives virorum, Nabor atque Felix, pignora lucis. Hi per horrificas acti preſſuras, mutant præſentia enſe, cataſta: arens tandem humus excipit artus. Horum ſer meritis, Rex Jeſu, ſervis, ut puiſa ſupplicum labe ſuorum, tribuas felici ſede beari. Trinitati decus, honor & virtus, inſeparabili laus unitati, concors imperium omne per ævum. Amen. *Ad Magnificat Antiph.* Iſtorum eſt enim *&c.* Coll. Quæſumus, omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ feſtivitatis excipiat, quæ de beatorum martyrum tuorum Felicis & Naboris glorificatione procedit, quos eadem fides & paſſio vere fecit eſſe germanos. *Ad Completorium* ſuper Nunc dimittis, *ponitur hæc Antiph.* Omnipotens Deus, qui gloriola bella certaminis, ad immortalitatis triumphum Martyribus contuliſti; da cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione lætitiam, ut quorum hic corpora pio amore complectimur, eorum precibus adjuvemur.

a multis ſeculis gaviſi ſunt

D AUCT. I. B. S. *e quo propria aliqua*,

15 *Ad Matutinum Invitatorium*; Chriſtum Regem adoremus, cum ſanctis, qui ſub throno Dei clamant in albis. LECT. I. Regnante impio Maximiano Imperatore, cum ejuſdem edicto gravis in populum Chriſtianum perſecutio deſæviſſet, erant in civitate Mediolanenſi duo quidam viri, in re militari clari, apud ipſum Imperatorem notiſſimi, quorum unus dicebatur Nabor, alter Felix. Reſp. Iſti ſunt duo viri miſericordiæ; *ut de SS. Joanne & Paulo.* LECT. II. Hi cum occulte in Chriſtiana religione eſſent devoti, ſuggeſtum eſt Imperatori Maximiano ab executoribus ſuis, in jam dicta civitate demorantibus. Domine, inquiunt, clementiſſime Imperator, Nabor & Felix Chriſtiani effecti ſunt, & blaſphemant Deos noſtros, & dicunt, eos dæmonia *Reſp.* Exultabunt Sancti in gloria *&c. ut in communi SS. Martyrum*. LECT. III. Tunc Imperator juſſit eos comprehendi & ad ſe perduci; quibus & dixit ſingulatim: Nabor, miles noſter, E quid tibi deeſſe æſtimaſti, ut te Chriſtianum faceres? Nabor reſpondit: Non ego nuper Chriſtianus effectus ſum, ſed ab ineunte ætate mea. *Reſp.* Hæc eſt vera fraternitas, *ut de ſanctis ſupradictis Joanne & Paulo. Habemus lectiones primi Nocturni.*

& lectiones deſcribuntur.

17 *Ad ſecundum Nocturnum*, LECT. IV. Maximianus reſpondit: Ergo, ut aſſeris, manifeſte Chriſtianus es? Nabor reſpondit: Ego Chriſtianus manifeſte ſum, & Chriſtum Jeſum, Dei vivi filium, de Maria virgine per ſpiritum ſanctum natum, adoro & corde credo, & ore non ceſſo laudare. *Reſp.* Fulgebunt juſti ſicut lilium, & ſicut roſa in Hiericho florebunt ante Dominum. *Cetera de communi.* LECT. V. Tunc Maximianus Imperator, ira repletus, juſſit eum in carcerem mitti, & accerſito Felice, dixit ei: Quid tibi videtur, Felix; Nonne vis ſtulte cum Nabore ſocio tuo perire? Sacrifica diis, & eſto noſter amicus: nam ſi non ſacrificaveris, diverſa tormenta te exſpectant. *Reſp.* F Iſti ſunt Sancti, qui ſequuntur agnum, qui vicerunt diabolum propter ſanguinem, & verbum teſtimonii ejus, & non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem. Illi ſunt qui venerunt *&c.* LECT. VI. Felix reſpondit: Nam tormenta tua nihil ſunt; me etenim ſcias, verum Dei filium Dominum Jeſum Chriſtum nulla ratione negare, ſed magis meipſum ſibi offerre in ſacrificium. Maximianus Imperator iratus, juſſit eum in ipſum carcerem mitti, ubi beatum Naborem reclusit, dicens eis; Certe diverſis faciam vos tormentis ſpiritum exhalare. *Lectiones tres Nocturni, & reliqua quæ ſuperadduntur, nihil magopere a communi deflectunt.*

Elogium Eberhardum Winheim

18 *Alia religioſi cultus & conſtantiſſimæ veneravationis patentiſſima indicia ſunt, quod ſancti hi martyres* Nabor & Felix *cum tribus celeberrimis Magis conjuncti fuerint, ut teſtatur Fr. Eberhardus Winheim Carthuſianus in ſuo Agrippinæ Sacrario an.* 1607 *Coloniæ edito, ubi pag.* 28 *deſcribens auguſtiſſimum ſanctorum Magorum ſepulcrum*; Quod ſi tibi una cum contentis reliquiis ad vivum adumbrari cupis, *inquit*, ſcias SS. tres Magos in inferiori tumba, cujus

qui-

A quidem, ſed muſivo opere tam artificioſe & ſumptuoſe elaborata contineri, ut quoſcumque aurifabros tam fulgens tamque inuſitata induſtria, in ſtuporem non ſolum rapiat, verum potius divinum quam humanum quid ibi ſpectari, edicere cogat. Clauditur vero ſarcophagus hic tumba altera, in qua intermedii ſancti Felix & Nabor, cives Mediolanenſes, ſub Maximiano XII Julii martyrium paſſi, requieſcunt. *Rurſus pag. 38 poſtquam commemoravit ſanctorum Magorum corpora ſimul cum corporibus ſanctorum* Felicis & Naboris *a Reynaldo Archiepiſcopo Coloniam tranſlata, ſic ſubdit*: Atque ut tribus Magis pari numero conſociarentur & Martyres, duplicaretur-que triplex Sanctorum funiculus, opera Brunonis, ejus nominis primi, epiſcopi vero Colonienſis XXV, divinitus contigit, ut duobus illis tertius accederet Gregorius Spoletanus.

AUCT. J. B. S.

item per Ægidium Gelenium

B 19 *Ægidius Gelenius in Colonia Supplex, edita anno 1639, prædicta confirmat*: Conduntur autem, *inquit*, plane ſumptuoſa hierotheca gemina, cujus ſuperius faſtigium continet corpora ſanctorum Felicis, Naboris, & Gregorii Spoletani martyrum, eodem tempore cum tribus Magis adductorum: inferior vero ſarcophagus ipſos ſanctos tres Reges, de quibus dicebam, concludit, ſpectabiles per minutiſſimorum cancellorum texturam, ope luminis perpetui. *Porro vir idem Cl. in majori ſuo opere De magnitudine Coloniæ Agrippinenſis, lib. 3. Syntagmate 1, de eccleſia metropolitana, pag. 233 adjungit*, non ſolum SS. Magorum corpora tumbæ pretioſiſſimæ eſſe incluſa, ſed etiam ipſam tumbam includi magnificæ ædiculæ, inſcriptione tali:

Corpora ſanctorum loculus tenet iſte Magorum,
Indeque ſublatum nihil eſt alibive locatum,
Sunt juncti Felix, Nabor, Gregorius iſtis.

Quid ſecundo verſu aſſeritur nihil inde ſublatum eſſe, nihil alibi locatum, *id de ſolis ſanctorum Magorum corporibus intelligendum eſſe, ex ipſomet Gelenio manifeſte patet.*

quod explicatur.

C 20 *Is enim poſtquam ſanctorum* Naboris & Felicis *martyrium paucis deſcripſit, memorata etiam eorum cum ſanctis Magis tranſlatione per Reynoldum facta*, donata *ait* duo Felicis & Naboris brachia B. Hildegundi Marenſi comitiſſæ, & fundatrici ejuſdem monaſterii. *Narrata deinde hiſtoria qua S. Gregorius Spoletanus duobus iſtis acceſſit, monet*, horum trium martyrum Felicis & Naboris & Gregorii Spoletani ſingulos ſacros vertices, a corporibus ſejunctos, ſingulis argenteis hermis includi, *ut ſeorſim ad cultum exponantur. Demum inpiis hujus menſis Faſtis ſic ad* IV *Idus annuntiat laudatus Gelenius*: In metropolitana Colonienſi baſilica, ſanctorum martyrum Felicis & Naboris. *Notatur præterea ad* XXIII *Julii* Tranſlatio ſanctorum Regum, SS. Machabæorum, Felicis, Naboris, Apollinaris &c. ex Italia. *Verum an aliqua celebritate ea recolatur, expreſſum non invenio: neque mihi ſatis conſtat, utrum alibi expoſitæ ſint Sanctorum noſtrorum reliquiæ præterquam in Maſnili Bononiæ, quæ unde eo pervenerint, divinare non lubet; ſatis ſit hic retuliſſe, quæ in veneratione Coloniæ habeantur, ad cujus recentiora Officia progredimur.*

21 *In noviſſima Proprii Colonienſis editione anni 1718 apud Henricum Rommerskirchen obſervo, uſitari etiam hodie quæ ex antiquioribus jam dedimus, præterquam quod in primo nocturno ſumantur de Scriptura occurrente, ſervatis tamen vetuſtis reſponſoriis. Mutatio potiſſima occurrit in ſecundo Nocturno, in quo Lectiones hoc ordine & modo deſcribuntur.* LECT. IV. Nabor & Felix, Mediolani rei militaris peritia celebres, apud Maximianum accuſati ſunt, quod Chriſtum colerent, deoſque deteſtarentur. Quos cum Imperator, ad ſe adductos, ac de fide interrogatos, Chriſtianos eſſe certo cognoviſſet, deos venerari imperat; id ſi recuſarent, cruciatus & dira ſupplicia minitatur. Verum his illos nihil perterritos miſit in carcerem, ac dies duodecim cibi potuſque penuria fatigavit: decima tertia ſiſti ſibi mandat, &, quid ſtatuerint, rogat, optione data, num diis ſacrificare malint & vivere, vel in ſententia permanentes mori.

Rationi Breviarium Colonienſe

D

22 LECT. V. At illi pari conſtantia, pro Chriſti fide mori paratos, affirmant. Quin etiam Nabor: Mors iſta, quam tu nobis minaris, vita noſtra eſt. Quare variis tormentorum generibus, fuſtium, equulei, lampadum, ungularum, ignis, Chriſti virtute ſuperatis, Imperator ad Laudenſem civitatem catenis vinctos, ad Chriſtianorum terrorem, eos abducit. Illic rurſum fuſtibus cæſi, extra portam ad flumen Schelere, quarto Idus Julias, gladio cervicem ſubjecerunt. LECT. VI. Quorum corpora, noctu ſublata, & aromatibus conſperſa, matrona Chriſtiana, Sabina nomine, primum in ſuo prædio ſepelivit, deinde Mediolanum deferenda curavit: ubi magnus illis honor aliquamdiu delatus eſt, etiam tempore S. Ambroſii, ut in ejus vita Paulinus teſtatur. Tandem expugnato Friderici Imperatoris armis Mediolano, Relnoldus Colonienſis Archiepiſcopus, loco muneris obtinuit ab Imperatore, ſimulque cum ſanctorum trium Regum corporibus Mediolano tranſtulit Coloniam, ubi etiamnum metropolitanæ baſilicæ magnificum ſacellum ea religioſe ſervat, ſumma populi veneratione.

alter loquitur

E

publicis. De ſacrorum corporum poſſeſſione acris controverſia.

F 23 *Atque hic ſe aperit ſpinoſæ controverſiæ paleſtra inter binas illuſtres civitates, hanc nempe Colonienſem & Mediolanenſem difficillime componenda, quamdiu pars utraque integra amborum Sanctorum corpora ſibi zeloſius vendicat; ubi plenum eſt, fingi non poſſe inauditum prodigium, ut in ipſorum gratiam admittantur reduplicata corpora* SS. Naboris & Felicis. *Norunt eruditi multiplices contentiones, quæ etiam in Actis noſtris diſcuſſæ ſunt, circa præſentiam hujuſmodi ſacrorum corporum, quas hic fuſius commemorare operæ pretium non exiſtimo. Recentior eſt memoria litis, huic plane affinis, circa corpora* SS. Gervaſii & Protaſii, *de quibus mentem ſuam expoſuerat Papebrochius ad* XIX *Junii tom.* 3, § 9, *a pag.* 837; *poſtmodum vero vita & expenſa Joſephi Antonii Saxii diſſertatione apologetica, ante obitum ſuum per nos retractari vinis in tom.* 6 *Junii a pag.* 209, *quæ pro Briſacenſibus aſſeruerat. Ego hic candide fatebor, arbitrum me nolle eſſe, nec novæ hujus controverſiæ diremptorem. Utrique parti fecero ſatis, ſi argumenta omnia ultro citroque colligam, ex quibus lectores judicium ferre poſſint. Ordior a poſſeſſione Colonienſium per quatuor ſecula tam conſtanti, ut etiam Mediolanenſes ſcriptores eam pro indubitata habuerint. Subjiciam deinde, quæ recentius, ſeu poſt inventionem, ut perhibent, a S. Carolo Bar-*

romæo

Digitized by Goo

A *remote fallam, ab iisdem Mediolanensibus non ita pridem, & quasi postliminio oppositæ reperti.*

§ IV. Referuntur testimonia scriptorum Mediolanensium pro possessione Colonien si.

Possessionem Colonienſem

DE *antiqua sacrorum corporum apud Mediolanenses præsentia, de qua superius abunde dictum est, hic non quærimus; totius controversiæ cardo in eo vertitur, an* Raynoldus, *seu* Raynaldus Colonienſis Archiepiscopus, *quemadmodum sanctorum trium Regum corpora, (quod apud omnes hodie in confesso est) sic etiam Mediolano Coloniam transtulerit corpora sanctorum* Naboris & Felicis *anno* 1162, *quo contigit Mediolanense excidium a Friderico Ænobarbo, vel ut alii notant* 1164, *aut proxime aliquo, de qua differentia disceptare minimus; contentionis caput est, utrum eo sæculo privati fuerint Mediolanenses sacro hoc thesauro, quem exinde Colonienses constanter in hunc usque diem possederint & possidere pergant, ut pluribus demonstrare conatus est noster* Hermannus Crombachius *in historia trium Regum Magorum Evangelicorum, tomo* 3, *lib.* 2, B *variis capitibus infra citandis*: *nobis id curæ erit potissimum ut breviter, succincte & qua fieri poterit claritate rem totam complectamur, utendo potius argumentis ad hominem, ut ajunt, quam multas externorum auctoritates concervando.*

agnoscere scriptores Mediolanenſes,

25 *Fatebor equidem, scriptores Mediolanenses, qui Sanctorum suorum* Naboris & Felicis *jacturam candide admittunt, quique apud ipsos invicta auctoritate polleat, sæculo* XV *vetustiores non esse, nam Galvani Flammæ, qui sæc.* XIV *vixit, nullam hic rationem habendam censui. Tam paucos fuisse, id adeo minus mirabitur, qui ex Tristani Calchi præfatione intelliget, perparce & imperitissime memorata fuisse quæ ad res Mediolanenses spectabant, & Georgium Merulam Calchi magistrum, monumentorum penuria, totis duodecim annis non magni momenti commentarios elaborasse, quos ad incudem discipulus revocare coactus sit. Primus historiam patriæ ante Tristanum edidisse videtur* Bernardinus Corius, *cui fatebrosus fuerit* Donatus Bossius, *auctor Chronici ab initio mundi & traslatus alicujus de Episcopis Mediolanensibus, uti testatur* Vossius *de Historicis Latinis lib.* 3, *pag.* C 620, *cujus scripta ad manum non sunt, adeoque ex aliorum fide citanda. Hos sequitur laudatus modo Tristanus Calchus, qui scribere debuit vel sub finem sæculi* XV, *vel sub sexti decimi principium, licet editio, quæ apud nos exstat, facta demum sit anno* 1628. *Ea modo scriptorum verba:*

Bernardinus Corius

26 *Bernardinus Corius historiæ Mediolanensis, vulgari sermone editæ, parte* 1 *pag. præcipue* 52 *sic narrat*: Tandem infensissimus Imperator ipso solenni die Olivæ (*opinor Dominicæ Palmarum*) non imitando Servatorem nostrum (qui Hierosolymis, dum cantaretur Benedictus qui venit in nomine Domini, gloriose receptus fuit) eversam a se civitatem, inter infinitas execrationes deseruit, rediitque Papiam, secum transferendo gloriosa corpora trium Magorum, quæ S. Eustorgius, miles & vicarius Constantii Imperatoris, circa finem sui episcopatus Mediolanum adducei curavit; sed prædictus Cæsar ea ipsi dono dederat anno Christi undecimo supra trecentesimum. Mediolanenses metu sævissimi Imperatoris sacra ea corpora absconderan in D turris templi dedicati S. Georgio, in palatio nuncupati. Præterea asseri sibi etiam AUCT. jussit corpora sanctorum Gervasii & Protasii, L.B.S. Naboris & Felicis, atque inde ea in Germaniam transportavit. *Hactenus propria verba Corii, qui Mediolanensis eques, Mediolani scribebat, orator excellentissimus, scire omnino debuit, quæ esset suo tempore in patria de sacris illis corporibus opinio.*

allegans scriptum quod vocat authenticum

27 *Pergit porro, additque*: In cujus rei fidem, ponemus hic textum scripti authentici, ad me ex Germania transmissi, qui sic habet: Federicus Romanorum Imperator primus, filius Hermanni, generosi Ducis Sueviæ, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimoquinquagesimo (*alibi addidit* secundo) imperavit triginta sex annos. Anno imperii sui decimo destruxit Mediolanum, in qua destructione soror unius vicecomitis, qui erat in potestate Federici, propter liberationem fratris, ivit ad Reverendum Patrem, nomine Rodulphum, & Dominum Archiepiscopum Colonienſem, & ostendit E corpora trium Magorum, videlicet Gaspar, Melchior & Baldesar, corpora sanctorum Gervasii & Protasii & corpora sanctorum Naboris & Felicis, unde prædictus Rodulphus corpora sanctorum Gervasii & Protasii in oppido Brisaco juxta Reanum ... collocavit &c. *quæ huc non pertinent, cum ad Colonienſium intentum sufficiat, sanctos* Naborem & Felicem *cum sanctis tribus Magis ad se delatos, & eo tempore in sua Metropolitana ecclesia honoratos fuisse, ut tam diserte testatur ipsius Reynoldi (Corio* Rodulphi*) epistola inferius rectitanda, hic solos populares Mediolanenses historicos adducimus.*

tum Donatus Bossius,

28 *Quanam sint propria & genuina Donati Bossii verba, ignorare me jam fassus sum, at cum a Puricello & Saxio adducatur & impugnetur, satis patet, eum favisse possessioni Colonienſium. Nec Crombachius ipsum vidit, citat enim cap.* 43 *Melchiorem Inchofer Bossii auctoritate nitentem*: Eodem anno translata etiam esse in Germaniam SS. Martyrum Naboris & Felicis corpora, quemadmodum idem advertit Bollius. *Neque vero plura ex ipso quærere opus est, dum Puricellus de basilica Ambrosiana pag.* 312 *clare fatetur sanctos* Naborem & Felicem *æque ac tres Reges Colonienſibus asseri, non solum a scriptoribus exteris; sed & populares suos memorat*: e nostratibus, inquit, numeramus ante alios omnes, (quos quidem hactenus nos legerimus) Donatum Bossium, anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, ac Tristanum Calchum, cujus verba jam supra recusavimus, *& nos hic ex ipso fonte exhibemus.*

Tristanus Calchus,

29 *Laudatus actor sub historiæ suæ patriæ libri* 1 *finem, pag.* 24 *varios sanctos Martyres enumerans*; Item, *inquit*, Nabor & Felix, milites Imperatori notissimi, Laudem Pompeiam, & Veronam Firmus, Bergomensis ditissimus, Mediolano deducti, obtruncantur, *Tum libro suo* XI, *pag.* 227; *sic loquitur*: Auxit temporum calamitatem rei sacræ, longe omnium eminentissimæ jactura. Erant trium Magorum, qui Christum Deum recens natum adoraverunt, corpora in suburbana divi Eustorgii æde, pregrandi sepulcro, quod & extat, clausa. Quorum excellentiam admonitus Rainaldus Præsul, ea, simul & ossa

Na-

AUCT. J. B. S. Naboris & Felicis quarto Idus Junii ſuſtulit, & in ſuæ diœceſis metropolim tranſtulit, ubi adhuc ſumma populorum veneratione coluntur. *Non potuit Triſanus mentem ſuam diſtinctius exponere, unde dum poſtremum hos Sanctos appellat lib. 13, pag. 282, eadem quidem, eorum adhuc nominibus inſignitam refert, at de ſacrorum corporum præſentia nequaquam meminit.* Hoc etiam tempore, *inquit*, in urbem recepti ſunt ſectatores D. Franciſci, quos Fratres Minores vocamus, eiſque non procul Ambroſiana, conceſſa ædes Naboris & Felicis.

30 *Non recuſabunt, opinor, Mediolanenſes teſtem alium ſatis propinquum, & gente populatem Jacobum Philippum Bergomatem, inter alios a Crombachio citatum cap. 25, ex Supplemento Chronicorum lib. 12, ad annum 1162. At diſſimulandum non eſt, abeſſe ab editione Brixienſi anni 1485, quæ poſtmodum inſerta ſunt, & habentur in aliis editionibus, ſaltem in Pariſienſi anni 1535. Et quidem teſtimonium pro tranſlatione Regum ubique apertiſſimum eſt*: Mediolanum autem metropolis & regia totius Ciſalpinæ Galliæ civitas, hoc anno poſt ſeptem annorum * obſidionis, a Federico Imperatore expugnata & capta ..... jam octava vice ſolo funditus æquatur .... Rodulphus Colonienſis Archiep. huic everſioni præſens aſſiſtens & ipſe trium Magorum corpora, quæ S. Euſtorgius Mediolanenſis Epiſcopus ex Conſtantinopoli jam diu Mediolanum tranſtulerat, quæ diu in campanili S. Georgii latuerant, undecimo Julii rapuit, & ſecum in Germaniam in civitatem ſuam cum gaudio tranſtulit. Tertio autem anno poſt, Germani etiam corpora Sanctorum Naboris & Felicis ex Mediolano ſuſtulerunt, & in Germaniam tranſtulerunt.

& Philippus Bergomenſis

* annos B

31 *Poſtrema hæc verba, quæ in vetuſtiori editione deſiderari diximus, in dubium revocari poſſunt, etiam ut aliorum ſcriptorum ſententiæ non omnino conformia: nam plerique, qui ablatos* Naborem & Felicem *ſcribunt, non id tertio anno poſt Reges, ſed eodem tempore factum inſinuant; quamvis non deſint, qui non anno 1162, ſed 1164 totam rem geſtam, ſaltem* C *tranſlationem innectant; quod ita intelligi poteſt, ut in Mediolanenſi excidio rapta ſint omnia, ſed nonniſi poſt biennium Coloniam allata, de qua re vide diſputantem Crombachium cap. 41. Verum quidquid hujus ſit, ſatis conſtans apparet vetuſtiorum omnium ſcriptorum Mediolanenſium opinio, de ſacrorum corporum certa jactura, priuſquam Carolus (antea Joan. Franciſcus) e baſilica Petri, Novarienſis Epiſcopus in brevi ſua hiſtoria eccleſiæ Mediolanenſis, ubi de S. Materno Epiſcopo agit, pag. 48, inventionem & tranſlationem ſanctorum* Naboris & Felicis *Mediolani anno 1571 a S. Carolo Borromæo factam capit producere, qua relatione potiſſimum nituntur Puricellus & Saxius. Sed hæc ad §. 6 remittenda ſunt, ubi eodem, quo hic candore Mediolanenſium pro ſua poſſeſſione argumenta proponentur.*

quibus etiam, contra Novarien. epiſcopum,

32 *Ceterum ea qualiſcumque prædictorum Sanctorum Mediolani inventio aut tranſlatio, Ripamontium, ſæculi XVII laudatiſſimum ſcriptorem, haud abſterruit, quo minus vetuſtiorum patriæ ſuæ hiſtoriographorum veſtigiis inſiſteret, ut oſtendunt ejus verba ex hiſtoriarum eccleſiæ Mediolanenſis decade 2, quam mirum eſt in Muſeo noſtro non reperiri. Sed & cum ſibi adverſum ſatis fatentur Puricellus & Saxius. Verba refert* D *Crombachius jam dicto cap. 25.* Corpora, *inquit*, trium Magorum, itemque corpora Gervaſii & Protaſii, Naboris & Felicis, extra communem injuriam fuere; ſed ut auferret ſibi, non ut relinqueret nobis ea ſubſidia barbarus, *nempe Fredericus Imperator Mediolani everſor. Non agnovit itaque Ripamontius ſufficientem identitatem inter corpora a S. Carolo Borromeo reperta & ſanctorum* Naboris & Felicis, *ut a majorum ſuorum placitis recederet. Nec diſſentire videtur Beſutius, dum in hiſtoria Pontificali Mediolanenſi pag. 164, non ſolum tres Magos a Reynoldo ablatos fatetur*, ſed & alias ſanctas reliquias, *eas utique, de quibus in epiſtola ſua mox loquentem audiemus prædictum Antiſtitem. Atque hactenus ſcriptores ferme Mediolanenſes, contra patriam ſuam pro Colonienſibus teſtimonium ferentes. Tot ſunt teſtes exteri, ut ſi omnes conformes eſſent; de rei veritate dubitari haud poſſe videretur. Audiendi hic jam ſunt ſaltem præcipui.*

§ V. Alia pro eadem poſſeſſione argumenta. E

PRimum illud & tantum non decretorium cenſent Colonienſes, *quod ex ipſiſmet Reynoldi Epiſcopi ſui, pretioſiſſimi theſauri procuratoris litteris, re tum præſentiſſima & recentiſſima ſcriptis, quas in dubium revocare uſus non eſt Puricellus; Saxius vero ita approbare viſus eſt, ut ex iis ipſis, num. 61 relatis, contra Briſacenſes arguat, non eſſe apud ipſos depoſita ſanctorum Gervaſii & Protaſii corpora, cum in tota illa epiſtola nec verbo de iis Reynoldus meminerit. Qua vero ratione vim argumenti ex diſertiſſima expreſſione* ſanctorum Naboris & Felicis *eludere conetur laudatus Saxius, ſtatim patebit. Ex hac porro Reynoldi epiſtola ingens pondus accedere neceſſe eſt Colonienſium firmatæ a tot ſæculis opinioni, niſi, vulgari effugio uſi Mediolanenſes, Epiſcopum illum in eruendis ſanctorum Magorum corporibus perſpicacem fuiſſe fateantur, in aliis vero, de quibus hic agimus, omnino deluſum contendant, quæ ferme Saxii ſolutio eſt. Verum a partium ſtudiis prorſus abſtinentes, litem non dirimimus, ſed monumenta utrimque producta, in medium afferre pergimus. Jam dictas Reynoldi litteras vulgavit Crombachius tom. 3, lib. 2, cap. 28, & poſt ipſum ex antiquiſſimo Ms. codice Sigebergenſis monaſterii inter Alexandri Papæ III epiſtolas retulit noſter Philippus Labbeus tomo 10 Conciliorum col. 1186. Habe hic textum ex Crombachio:*

Pro Colonienſibus maxime facit

epiſtola Reynoldi Colon. epiſcopi

34 Reinoldus Dei gratia S. Colonienſis eccleſiæ Electus, & Italiæ Archicancellarius, Dilectiſſimis in Chriſto filiis & amicis, Hermanno Colonienſis eccleſiæ Præpoſito, Philippo Decano, cunctiſque Prioribus & univerſo clero, omnibuſque beneficiatis & miniſterialibus B. Petri, ac ſanctæ Colonienſis eccleſiæ; univerſis quoque burgenſibus almæ urbis Coloniæ ſalutem & affectuoſum obſequium, cum intimæ dilectionis plenitudine. Inſinuamus dilectiſſimæ veſtræ univerſitati, quod ex voto ardentiſſimi noſtri deſiderii, felix jam per Dei gratiam adepti ſumus initium. Benigne enim Domini noſtri ſereniſſimi Imperatoris (Friderici) accepta licentia, cum gratiæ & dilectionis ejus plenitudine, ab ipſo gaudenter dimiſſi, & egregiis

Digitized by Google

A giis ac tantis donis, quorum nulla in terris ulle poteſt æſtimatio excellentior, ſumus honorati: inter cetera enim liberalitatis ſuæ beneficia, quæ in nos affluentiſſime contulit, nempe tria nobis munera donavit pretioſiſſima; videlicet corpora inſignia beatiſſimorum trium Magorum ac Regum, qui primitiæ gentium, in typum ac præſagium futuræ ex gentibus Eccleſiæ, jacenti adhuc Chriſto in præſepi munera pretioſa obtulerunt; quorum videlicet nobiliſſima corpora, omnique veneratione digniſſima Mediolani in ecclesia B. Euſtorgii confeſſoris atque pontificis ſolenniter ac gloriose fuere recondita.

facta ea corpora ſe misisse inſtantiæ.

35 Inſuper etiam, Deo præduce, ad vos perferimus corpora ſanctorum martyrum Naboris & Felicis, ut inæſtimabili & incomparabili hoc theſauro, ſuper aurum omnemque lapidem pretioſum diligendo, ſacratiſſima eccleſia civitaſque Colonienſis feliciſſime ditetur ac perpetualiter decoretur. Nos ſiB quidem, quia ſuſpecta nobis eſt via per inimicos veſtros & noſtros, iter noſtrum per Burgundiam ac Galliam uſque ad vos diſpoſuimus, præſentemque nuntium a Vercellenſi civitate ſecundo Idus Junii præmiſimus, eo die verſus Taurinum & verſus Alpes montis Ciniſii, cum prædictis & venerabilibus reliquiis celerrime procedentes: ideoque ſinceriſſimam veſtram dilectionem intime rogamus, & commonemus in Domino, quatenus ad condignam tantorum munerum ſuſceptionem, ea qua noſtis, & qua de vobis confidimus, devotione ac ſolennitate præparemini. Dominum Deum quoque quam affectuoſiſſime pro nobis ſine intermiſſione deprecemini, ut una cum ipſis, ad gloriam & honorem nominis ſui, & ad perpetuam omnium veſtrorum ac totius patriæ ſalutem, ſalvos, incolumes & illæſos nos vobis dignetur remittere. *Hactenus Reynoldi epiſtola.*

Accedunt Ægidius Aurea vallis,

36 *Reynoldo ætate proximus ſcriptor, qui non ſolum de tribus Magis, ſed & de* ſanctorum Naboris & Felicis *ſacris corporibus Coloniam tranſlatis expreſſis terminis meminit, eſt Ægidius Aureæ vallis*
C *monachus, qui floruit anno Domini* 1230, *in Geſtis Pontif. Leodienſium, editionis Chapeauville cap.* 43, *pag.* 116, *ubi alia ad rem præſentem ſic habet:* Poſtmodum anno Domini 1164, cum Fredericus Romanorum Imperator Mediolanenſes, ſibi rebelles, ſubjugaſſet, & eſſet civitas in ejus poteſtate, mortuo in partibus illis, ut ſupra diximus, Henrico Leodienſium Epiſcopo, cui Imperator trium Magorum corpora contulerat, Reynaldus Colonienſis Archiepiſcopus ſæpe dictos beatos Reges ſibi dari petiit & obtinuit. Suſtulit etiam inde duos pretioſiſſimos Martyres Felicem & Naborium, qui in eadem urbe Mediolanenſi paſſi fuerant pro Chriſto. *Pergit deſcribere triumphum Colonienſium in tanti theſauri receptione; tum inſtitutum ab eodem Reynoldo in diœceſi Colonienſi tranſlationis feſtum;* item fabricatam capſam miræ pulchritudinis ex auro & gemmis pretioſis, in qua repoſita ſunt corpora eorum, inferius quidem Regum, ſuperius ſupra dictorum Martyrum. Demum *teſtatur, levata hæc ſacra corpora miram reddidiſſe fragrantiam, ut merito dicere poſſent illud Apoſtolicum,* Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.

37 *Ægidio ſynchronus fuit monachus alius ad S. Pantaleonis in ipſa urbe Colonienſi, nomine Godefridus, a cœnobio ſuo* Pantaleonita *dictus,* AUCT. I. B. S. *qui diligentiſſimos annales contexuit ab anno Domini* 1162, *uſque ad annum* 1237, *qui in Monachi Pantaleonis collectione Freheri ſic habent pag.* 242. *ad annum* 1164: Interea Dominus Reinoldus Colonienſis Electus, cum Imperatore in Italia degens, ſuper omnes, qui aderant, Principes fidelis ac devotus ſervivit, ... impetrata ab Imperatore licentia, cum integritate gratiæ ejus rediit, acceptis ab eo pretioſiſſimis muneribus trium ſcilicet Magorum corporibus, qui infantiam Domini myſticis muneribus venerati ſunt, duobuſque martyribus Felice & Nabore, qui cum prædictis Magis apud Mediolanum venerabiliter reconditi erant. Itaque cum prætatis & illuſtriſſimis donis, in vigilia B. Jacobi Coloniam ingreſſus, gloriose ac magnifice ſuſcipitur, maxime pro reliquiis, quas ad perpetuam Germaniæ gloriam, Coloniæ intulit. *Hæc cum modo relata ipſius Reynoldi epiſtola mirifice congruunt: ſi enim ſecundo Idus, ſeu* XII *Junii Vercellis Ciniſium montem verſus profectus eſt, directo per Burgundiam itinere, ad ſedem ſuam Colonienſem facile pervenerit* XXIV *Julii, in S. Jacobi vigilia, quam non fruſtra tam diſerte notavit Godefridus, tanto majori fide dignus, quod Coloniæ ſcripſerit, recenti adhuc verum geſtarum memoria.* E

38 *Pluribus aliis ſcriptorum textibus referendis ſuperſedeo, cum ſexcenti alii auctores, priores hoſce ſecuti, nihil magnopere auctoritatis adjungere poſſint: neque vero tam numeroſis teſtibus moveantur Mediolanenſes, ſola ferme S. Caroli Borromæi inventione ſatis tuto ſeſe exiſtimantes. Ultro admittit & citat Saxius Gothardum Hagen in Rhithm. Germanico de bellis Colonienſibus pro anno* 1260. *Facile eſſet nubem aliorum teſtium recentiorum colligere poſt Chronicon Colonienſe, Geſta abbatum ſancti Laurentii, Chronicon magnum Belgicum, & manuſcriptos libros de Epiſcopis Leodienſibus apud Crombachium tomo & libro ſupra citatis cap.* 46; *verum neque hi momenti quidquam conferrent, utpote non plus probaturi, quam fontes unde ſua hauſerunt. De lectionibus Breviarii Colonienſis, jam ſuperius abunde etiam dictum eſt. Ut rem omnem in pauca contrahamus; ex iis* F *quæ duobus hiſce paragraphis deducta ſunt, rectiſſime ſeſe concludere cenſent Colonienſes, ſacras ſanctorum Naboris & Felicis exuvias, mediolano cum ſanctorum Magorum corporibus per Archiepiſcopum ſuum Reynoldum acceptas, a ſeculo* XII *apud ſe depoſitas fuiſſe, ſumma ſemper in honore habitas, ſingulari omnium veneratione religioſiſſime cultas, & in hunc uſque diem ibidem ſuperſtites, utpote quas conſtet loco ſuo ſemotas non eſſe.*

& plurimi alii.

§ VI. Auctoritates pro poſſeſſione Mediolanenſium.

Argumenta Mediolanenſium.

Laudatus non ſemel *Joſephus Antonius Saxius,* ubi Diſſertationis ſuæ *Apologeticæ num.* 38 *auctores nonnullos ſupra citatos retulit:* qui non ſolum de tranſvectis ab urbe *Mediolanenſi* ſanctorum Regum exuviis triſtem mentionem fecerunt, ſed novam appoſuere jacturam, aſſirmantes, una cum illis Mediolano Coloniam fuiſſe tranſlata etiam ſanctorum Naborii & Felicis corpora: *id falſo aſſertum,* inquit, ex tranſlatione eorumdem, ſolenniter acta Mediolani a ſanctiſſimæ memoriæ Carolo Borromæo Archiepiſcopo, valde probat

Puri-

A Puricellus: *citatque ſcriptoris hujus Monumenta baſilicæ Ambroſianæ num. 461, unde mox dabimus, quæ pro conſtanti & non interrupta Mediolanenſium poſſeſſione adducuntur, de quorum validitate lectorum erit arbitrium. In eo potiſſimum rem totam fundari ſuper diximus, quod primas tradidit citatus etiam ſupra Carolus a baſilica Petri Epiſcopus Novarienſis, in brevi hiſtoria eccleſiæ Mediolanenſis, Novariæ edita 1615, de eadem re curſim agens in ipſius S. Caroli Borromæi vita lib. 3, cap. 6, pag. 182. Ut ad fontem accedamus, præmiſſo in jam dicta hiſtoria, ad titulum S. Materni, ſeptimi Mediolanenſium Epiſcopi, martyrii ſanctorum Naboris & Felicis compendio, ita ſcripſit ille pergit pag. 48:*

AUCT. J. B. S.

40 Eorum deinde ſancta corpora, a pia ſanctaque matrona Savina Mediolanum paulo poſt aſportata traduntur: eo certe tempore S. Ambroſii intra cancellos quoſdam ſumma celebritate coltos fuiſſe, Ambroſius ipſe in epiſtolis, & Paulinus in ejus vita commemorat; in baſilica, quæ nunc Franciſcana, prius autem horum Martyrum nomine appellata eſt, in qua hodie quoque aſſervantur. Sed non B eſt ſilentio prætereundum, quod ea nobis ablata, ut de Gervaſio & Protaſio dictum eſt, Corius noſter teſtificatur: qua in re, ut in aliis quibuſdam, non ſatis conſiderate illum ſcripſiſſe, fateri neceſſe eſt. In additamentis quoque Martyrologii Uſuardi de eorumdem tranſlatione, una cum Magis facta, mentio eſt: ſed apud illum Briſaci, in his vero Coloniæ poſitæ dicuntur: ut vel ex hac varietate appareat, quæ fides illis habenda ſit, præterquam quod de his quoque inquiſivi, cum de S. Gervaſio & Protaſio Briſaci inquiſiviſſe me, ſuperius commemoravi. Sed neque Crantzius, cum de Magis ablatis loquitur, hos nominat, neque horum feſtum in Germania celebrari aliquis dicit.

aliquatenus potiſſimum auctoritate

41 *Diſplicent hic nonnulla, illudque imprimis, quod Corium inconſiderantiæ accuſet, quaſi is ſolus ex popularibus ſcripſerit, quod tot ſeculis etiam Mediolani admiſſum fuit, ut diximus § 4. Id vero diſplicet maxime, quod falso eumdem Corium arguat, quaſi dixerit, corpora* SS. Naboris & Felicis *Briſaci fuiſſe depoſita; quod ego in ipſo non reperi, ut loco citato manifeſtum reddidi. Crantzii ſilentium nil quidquam probat; addere poterat, Dodechinum, Neubrigenſem, Siffridum & alios de tranſlatis ſanctorum Regum corporibus mentionem feciſſe, omiſſis reliquiis aliis, quas tamen eodem tempore ablatas fuiſſe, ſatis evincit citatorum a nobis ſcriptorum diſertis verbis expreſſa ſententia. Norunt eruditi, quando, quo loco, & quousque ſe extendat vis argumenti negativi. Quod autem poſtremum ait,* neminem dicere, horum (*SS. Naboris & Felicis*) feſtum in Germania celebrari; *mirum ſane a tali viro aſſeri potuiſſe, cum ſolennis cultus Sanctis hiſce, æque ac tribus Magis, ſaltem Coloniæ deferri ſolitus, a multis ante ſeculis vulgatiſſimus fuerit, in ipſiſmet vetuſtis Breviariis clariſſime relatus. Nuere profecto neceſſe eſſe totam hujus viri auctoritatem, ſi momentis firmioribus non ſubſiſteret, quæ apud ipſum ſequuntur, his verbis:*

Diſſipti Novienſis, aſſertio

C 42 Verum, quod caput eſt, eum ejus baſilicæ (*nempe Franciſcanæ, antea SS. Naboris & Felicis*) reliquias anno MDLXXI, XIV Septembris Carolus Archiepiſcopus reconderet, horum quoque Martyrum corpora recognovit, & tranſtulit a loco, ubi prius erat altare majus, antequam ii fratres chorum a D gremio baſilicæ, in poſteriorem partem reducerent ad novum altare majus quod tunc conſtitutum eſt. Invenit autem ea in arca ſilicea in terram defoſſa, experimento laminis ferreis arcæ adſtricto, & in ea præter corpora invenit vaſa quædam vitrea, quæ viſa ſunt liquorem quemdam, tunc exſiccatum, continuiſſe. Inventi ſunt etiam baculi & fragmenta chartæ viridis foliorum palmarum ſpeciem exhibentis. Ex quibuſdam baculis & charta Martyrum palmas veteres illos effingere voluiſſe, dubium non eſt. *Hactenus laudatus Epiſcopus Novarienſis, alia addens, quæ huc non ſpectant, recte tamen ſupra advertens, inventionem illam & tranſlationem, a S. Carolo Borromæo factam,* CAPUT *eſſe, quo ferme ſolo niti demum queat, ea, qua de hic loquimur, corporum* SS. Naboris & Felicis *apud Mediolanenſes poſſeſſo, quam paulo firmius conſtabiliſſet, ſi adſcripta alicubi Sanctorum nomina, eaque a S. Carolo reperta commemoraſſet; ceterum tota geſtorum relatio pridem a nobis edita eſt ad XI Junii, de S. Barnaba reliquis pag. 454 & 455. Utrum ad evidentiam quid deſideretur, obſervent alii.* E

inventio a S. Carolo corpora 1571

tranſlationem ipſam impugnat

43 *At enim, noſtrum id duntaxat eſſe voluimus, utriuſque partis argumenta fideliter referre. Citatis itaque, quæ hic ex ipſo fonte retulimus, ſic ſubdit Puricellus jam dicto num. 461, pag. 817:* Et hæc quidem, *inquit,* Carolus a baſilica Petri ſuo tempore geſta, & publicis conſentanea documentis, quæ tunc confici prudentiſſimus Archiepiſcopus juſſit: quorum mentionem facit etiam Gaſpar Triſſinus cap. undecimo. Qui quidem Triſſinus veriſſime ibidem talibus Caroli verbis, a ſemetipſo pariter e vita S. Materni recitatis, hæc ſubdit: At vero Martyrum capita, ſeorſim poſita, haud voluit in novum, quem ſub ara maxima ſanctus antiſtes Carolus tumulum paraverat, inferri, ſed thecis occluſa argenteis (hoc eſt duobus argenteis capitibus, & antiquitatis quidem multum ſpirantibus) in ſacrario aſſervari; eaque ſtatis tantum diebus, in templo publicitus exponi videmus. *Porro Triſſinum refellit Puricellus, quod male Genebrardum pro Sigeberto citaverit, qui non* SS. Naborem & Felicem *in Galliis tranſlatos dixit, ſed alium S. Naborem, ut ſuperius etiam ſuo loco notavimus. Papulas deinde Ferrarius in eumdem ferme errorem prolapſus, de quo hic plura dicenda non ſunt.* F

quibus alia adjecta Puricellus

44 *Atque hæc hactenus de inventione & tranſlatione anni 1571. Aliud argumentum profert Puricellus, hic a nobis ſubjiciendum.* Verum enimvero, *inquit,* illa (*ſanctorum Naboris & Felicis corpora*) nec anno quidem duodecimi ſeculi ſexageſimo quarto tranſlata Coloniam fuiſſe; probemus id ſane denuo quibuſdam vetibus, quos in eadem Franciſcana baſilica nobis offert marmorea tabula, ſub organo parieti confixa: in qua quidem illi juſſu fratris Gabrielis de Barleſſina inſculpti fuerunt, ex altera longe vetuſtiori, quæ in clauſtralibus ejuſdem baſilicæ foribus collocata quondam fuerat; nec multo poſtquam Franciſcani fratres hic habitare incepiſſent. Etenim nudis etiamnum pedibus, juxta primoris diſciplinæ rigorem incedebant, ac NUDIPEDES propterea tunc vocabantur, qui nunc conventuales appellantur. Hic autem habitare inceperunt anno Domini MCCXXXIII, ſicut etiam Triſtanus

Digitized by Google

A Triſtanus Chalcus in eumdem affirmat. Per ejuſmodi vero verſus ſimul etiam oſtendemus, quemadmodum unaquaque feria ſecunda conveniret huc ad concionem populus frequens, poſteaquam pias in æde Ambroſiana preces fudiſſet, ſicut nos num. 450 meminimus. Tabula porro illa hunc prorſus in modum ſe habet, excepto quod orthographiæ præcepta nos paulo accuratius ſervavimus.

Verſus, vetuſtiſſimis characteribus exarati prę foribus clauſtralibus eccleſiæ Fratrum Minorum de Mediolano.

45 Alma nitet, renovata piis cultoribus, aula:
ex verſ. hoc non adeo antiquis Tempore quam modico Fratres ſtatuere Minores.
Hortus erat quondam locus iſte domuſque Philippi,
Corpora martyrium pro Chriſto paſſa recondens:
B Hortus fœcundus dictis * domus unde repletur
** An dictæ?* Fructibus immenſis totus generaliter orbis.
Barnabam huc perhibent tranſlatum ſcripta vetuſta,
Fama refert, uſti cineres & plumbea tumba.
Hic NABOR, hic FELIX, hic Fortunatus habetur,
Et cum Materno Caius, dictuſque Philippus,
Nec non Savinæ ſanctæ venerabile corpus.
Ambroſio Paulus cælos hinc mente petenti,
Protaſium cum Gervaſio pandendo revelat.
Sanguine Sanctorum totus locus iſte ſacratus,
Multipotens factus delere piacula plebis:
Atque unum ex pueris Sanctis, quos dira necavit
Ambitio Herodis pro Chriſto, continet hujus
Sacriſtia ædis, quo tota hæc patria gaudet.
Quam bene nudipedes loca hæc ſanctiſſima ſervant,
Cernere cum Moyſe Joſueque hierarchica digni.
Perpetuo ritu, feria redeunte ſecunda,
C Plebs prius Ambroſii meritum templumque requirens,
Huc venit: & Domini verbis impleta recedens,
Læta Deum laudat, tantis dotata patronis.

Frater Gabriel de Barlaſſina Provincialis Terræ ſanctæ Miniſter fieri fecit.

Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto.

46 In *his conſiſtit totum alterum Puricelli pro Mediolanenſium poſſeſſione argumentum*, utpote, *quod eo tempore quo verſus illi compoſiti ſunt*, nempe *anno* 1464 *perſeveraret ibi apud Minoritas traditio de exiſtentia corporum* SS. Naboris & Felicis *eo loco, quo primum condita fuerant. Addit poſtremum*, exſtare apud ſe Kalendarium Ambroſianum in pergamena charta Ms. anno Domini MCCCLXXXI; in quo paſſim eccleſiæ nominantur, in quibus feſta Sanctorum celebrarentur, vel etiam ipſorum corpora tumulata conquieſcerent. In eo autem ſub XII Julii die ſic legitur: SS. MARTYRUM NABORIS ET FELICIS. JACENT AD S. FRANCISCUM. *Atque his fidem datam liberavimus, de proponendi fideliter utriuſque auctoritatibus, quibus cum Colonienſes tum Mediolanenſes pro depoſitis apud ſe ſacris corporibus decertant; uti poſtori jure, non decernimus: poſſideant uti poſſident; colere Sanctos pergant, uti colunt; quod de ſanctis Gervaſio & Protaſio, in pari controverſia diximus tomo VI Junii pag.* 215, *num.* 136 & 137 *hic plane locum ſuum habeat; neque Sanctorum præſentiam probari per miracula, neque inutiles eſſe inter Catholicos, pias de his rebus contentiones, quemadmodum ibi fuſius demonſtratum invenies, & hic diſputatis facile applicabis.* AUCT. J. P.

§ VII. Acta paſſionis apud Mombritium & in Mss. noſtris non omnio conformia, nec ſatis ſincera.

E HOdiernorum ſanctorum Martyrum Acta primus vulgavit Mombritius, *quæ eadem teſtatur Baronius, ſe habuiſſe Mss., quæque paulo longiora ſunt, atque hinc inde verboſiora, quam ipſe reperierim in ſchedis noſtris Mss., procurata olim a ſæpe in hoc opere, ob egregie navatam operam, laudato noſtro P. Joanne Gamans, deſcripta ex pervetuſto Paſſionali cœnobii Bodecenſis Ord. S. Auguſtini, diœceſis Paderbornenſis, aliasque etiam ſæpe citato. Bina eorum hic exſtant Mss. apographa, in tam paucis differentia, ut ex eodem codice accepta prorſus non dubitem. Sintne porro hæc vere antiquiora, quæ poſt modum ab interpolatore aliquo, ut ea habet Mombritius, exornata fuerint, an non potius Mombritiana quis contraxerit, non eſt adeo promptum definire: quamquam pro brevioribus ſtet præſumptio, eo magis fundata, quod quæ in paſſione iſta longiori carpi mereantur, de voce* Jovis *adhibita pro* Jupiter, *id in Bodecenſi Ms. locum non habeat; cum diſerte* Jupiter *vocetur ab Anulino præſide, qui contemptim a ſubridente* S. Felice *martyre Jovis nuncupatur, ut, ſic cetera abeſſent, Acta iſta breviora a genuina ſinceritate non uſque adeo deflecterent.* *Acta martyrii apud Mombritium*

F 48 Oppenitur *præterea* vox pagani, *ubi* SS. *Martyres in Actis Mombritianis num.* 4 *diſerte ainunt*, Nos diis paganorum non immolamus, *quemadmodum etiam legitur in Actis S. Victoris die* 8 *Maji pag.* 289 *num.* 3. *Ad quæ verba recte obſervavit Henſchenius, in Commentario prævio num.* 10, *pag.* 288, *ſimilem loquendi modum Maximiani tempore uſitatum non fuiſſe; utpote cum Jacobus Gothofredi ad editis Theodoſiani librum* 16. *titulo* 10 De paganis &c., *antiquiſſimum talis nominis mentionem, quam hactenus potuerit invenire*, referat ad initia Valentiniani & Valentis, ſive annum Chriſti CCCLXV: *nullus dubitans, quin ea phraſis originem habuerit a Chriſtianis, ita contemptim appellare Idololatras exortis, poſtquam eorum ſuperſtitio per Chriſtianos Imperatores proſcripta, ex urbibus ad pagos abiit: quod ab illo erudite diſcuſſum videre lector poterit. Mihi non videtur multis opus ad id probandum, quod ipſum nomen quaſi per ſe loquitur; & aliis ibidem exemplis, adverſus S. Victoris Acta eſſendit Henſchenius. Verum & hæc difficultas in Bodecenſibus Actis evaneſcit, cum* *plerique mavis reſpreſa ſunt;*

AUCT. I. B. S. dii paganorum *ibi nuſquam nominentur; ut proinde de pauio major dici poſſit horum ſinceritas, ſiquidem ita primitus ſcripta fuerint.*

nec ſimili. bus vocus Bodecenſis:

49 *Sed nec vos alios ſuggillat Tillemontius, citato ſuperius tomo 5, pag. 681. Et primo quidem, non ſatis verecunde cenſet, quod etiam in Bodecenſibus habetur num. 7, ubi poſtquam S. Felix Jovis crimina Anulino exprobraſſet, dicitur miniſter ejus* tunicam ſuam ſcidiſſe. *Aliud nec ipſi nec mihi placet; nempe longa illa oratio, qua Sanctus idem totam Chriſti vitam, non ſatis exacte ad Evangelii ſenſum, coram judice enarrat, quod patienter Anulinum tuliſſe, haud ſatis probabile redditur, tametſi multo brevior ſit ſancti Martyris ſermo in codice Bodecenſi quam in editione Mombritii. Nec illud facile patitur laudatus ſcriptor; cetera quæ ad paſſionem pertinent, ſatis fuſe deſcribi, ſumnum autem quod in ea contigiſſe debuit prodigium, adeo curſim delibari, acſi res quotidiana eſſet & minime inſolita.* Et ſtatim ſancti Martyres in ignem projecti, incolumes permanſerunt, & nullum uſtionis ſignum habentes, iterum in carcerem miſſi ſunt. *Vellet nempe Tillemontius, hæc, ad fidem faciendam, paulo diſtinctius & nervoſius expreſſa, ad normam vetuſtiorum Actorum, in quibus id genus miranda non adeo ſicce & perfunctorie memorantur.*

B

ut etiam hæc ſerius ſcripta ſint,

50 *Putat itaque, neque ab eo multum diſſentio, totam illam martyrii hiſtoriam, poſteriorum temporum barbarie reſperſam, non paucis poſt Sanctorum paſſionem ſeculis compoſitam eſſe, ut in eorum feſtivitate prælegeretur, aut pro concione recitaretur, dum celebriori veneratione ſolenniter a fideli populo frequentabatur: quod non de hac ſolum Legenda, ſed de innumeris prope Sanctorum Martyrum paſſionibus admittendum eſſe, nemo ignorat, qui in hiſce verſandis peregrinus non ſit, ut ſuperfluum plane exiſtimem, pluribus argumentis id hoc loco demonſtrare: ex ultimo numero non obſcure intelligitur, præconem aliquem fuiſſe, qui de ſanctorum Martyrum noſtrorum laudibus alicubi diſſeruerit. De cetero gravitatem aliquam & fuci expertem ſimplicitatem in ipſis agnoſcere oportet, quæ nihilominus ad Actorum conſularium, elegantiam, candorem & energiam non accedant. Ea vero paſſionis hiſtoria, quam ex laudato Bodecenſi codice primo loco dabimus, aliam longiorem, ut jam dictum eſt, eo titulo ſuperare videtur, quod paucioribus nævis obnoxia ſit.*

C

accepta forte ex Legenda S. Victoris; an contra;

51 *Quæſtio ſupereſt haud facile ſolubilis, utrum ex relatis ad* VIII *Maji S. Victoris Actis horum* SS. Naboris & Felicis *paſſio accepta, an potius contra, ex hac Legenda, Victoriana confiata ſit. Alterutrum contigiſſe, ſatis patet; nam ſi accurate conferantur, manifeſte apparebit, non ſolum exordium mutuo tranſumptum eſſe, ſed in multis aliis tantam occurrere conformitatem, ut dubium non ſit, quin altera alteri magna ex parte præluxerit. Ex paucis ſpeciminibus collige cetera. Sic incipiunt Acta S. Victoris:* Regnante impio Maximiano Imperatore, in civitate Mediolanenſi erat perſecutio ingens Chriſtianorum. Erat autem ibi quidam miles, Maurus genere, nomine Victor, notiſſimus Imperatori. Tunc renuntiaverunt miniſtri Imperatori dicentes: Domine clementiſſime. *Et ſic porro toto numero* 1. *Sequenti autem:* Tunc Maximianus Imperator, ira repletus, juſſit ſuſtes afferri, & in conſpectu ſuo eum extendi & cædi, & tres terniones tranſire & clamare ei: Sacrifica diis &c. *Num.* 3; Tunc iratus Maximianus Imperator juſſit eum itetum in carcerem mitti ad portam quæ dicitur Romana; & ibi cuſtodiri a militibus. Cumque ibi eſſet tribus diebus, juſſit eum de carcere educi, & dixit ad eum Imperator: Victor, immola diis iſtis, quos deos eſſe vera divinitas comprobavit. S. Victor reſpondit; Ego diis paganorum non immolo. *Ne hic diutius hæream, & hæc & reliqua a curioſis conferri poterunt.*

D

iſtius vetuſtior priſdem everſæ.

52 *Prædictæ S. Victoris Legendæ anti quitatem ex ſcriptoris, teſtem oculatum mentientis, auctoritate falſo creditam, priſdem evertit Henſchenius, loco ſupra citato, ut ex hujuſmodi vetuſtatis nota nil quidquam momenti ipſis accedat. Porro ſanctos* Naborem & Felicem *ante Victorem martyrio coronatos, id hujus Acta evincunt, ſiquid veri continent. Quid igitur miri ſi illorum geſta prius compendio litteris mandata ſint, ex quibus Legendiſta aliquis S. Victoris hiſtoriam concinnarit, ad unum ſolum referens, quæ iſtic a duobus contra eumdem Imperatorem & eumdem judicem diſputantur, aliis ſuperadditis, quæ ex longa Mediolanenſium traditione S. Victori propria acceperat, aut ſe accepiſſe confinxit. Utrum præferas, nihil magnopere intereſt: Notkerum S. Victoris Legendam aliquam vidiſſe, ſatis ipſe indicat, at ſanctorum* Naboris & Felicis *geſta ignoraſſe, ex diſcuſſa ſuperius confuſione manifeſtum exiſtimamus. S. Victoris Acta nec antiqua nec ſincera cenſuit Henſchenius, neque ego aliis charactéribus prædita, auſim aſſerere, præſertim ut a Mombritio edita ſunt: tolerabiliora videbuntur, quæ ex laudato codice Bodecenſi primo loco dabimus, ubi de martyrii tempore pauca dixerimus.*

E

Quæ tum ſeorſim poſſint SS. Martyres

53 *Difficultatem patiuntur S. Victoris paſſionis Acta ex inſerta ab auctore clauſula ſeu vaticinio, de ſecutura eodem anno Maximiani morte. Verba ſunt num.* 5 *ſub finem:* Et cum duceretur S. Victor, dixit militibus qui eum ducebant: Dicite Imperatori Maximiano, quia hoc anno morietur, & cum mortuus fuerit, nulla eum capiet ſepultura, niſi ei tibiæ frangantur: *quod falſum oſtendit Henſchenius, atque ex aliis circumſtantiis ſcriptorem arguit, quod ipſo anno* 310, *quo tyrannus male periit, eo loco minime fuerit, ut de perſequendis Chriſtianis multum ei cogitare liberet; ut proinde S. Victoris martyrium non anno* 310, *ſed potius* 303 *innectendum cenſeat. Quod ſi verum eſſet, ad præcedentem annum referri deberent, quæ de noſtris Martyribus memorantur. At pro eo non tantopere pugnat Henſchenius; facile conceſſurus, ut ad alterum annum removeantur, dicique adeo poſſit,* SS. Naborem & Felicem, *ſi vere* XII *Julii paſſi ſunt, & S. Victor* VIII *Maji; anno* 303 *coronam conſecutus, hunc ſequenti* 304 *paſſionem conſummaſſe. Si forte contendas, laicorum martyria anno illo* 303 *variora fuiſſe; reſpondebo, Sanctos noſtros paſſi potuiſſe ſub initium anni* 304, *vel ſaltem paulo ante S. Victorem, hoc autem die tranſlationem aliquam recoli, quam facile admiſero, modo ex Africa advecti non dicantur. En modo Acta ipſa, qualia jam ſatis deſcripſimus, ex Codice Bodecenſi & Mombritio: nam contractiora alia, quæ in noſtro codice Ms. notato litt.* P. 219 *exſtant, & in quibus memoratur facta ſororum corporum Coloniam tranſlatio, tanti momenti non ſunt, ut hic locum occupare mereantur.*

F

& quidem Bodecenſi paſſioni obſtet nihil.

45 *Id lectores præmonitos velim, magis mihi placiturum fuiſſe præfata Acta Bodecenſia, ſi numero* 8 *deſinerent ad hæc verba:* & ibidem condigna veneratione ſepelivit; *omiſſa tota illa clau-*

A *clauſula*; Hi ſunt milites Chriſti &c. *quibus indicari videtur, totam eam paſſionem compilatam fuiſſe, ad celebrandam Sanctorum ſolennitatem, ut verbo ſupra inſinuatum eſt: niſi forteſſe ſolus iſte epilogus recentior cenſeri debeat, a concionatore aliquo attentus, qui de cetero Acta vetuſtavit, prout ea in antiquioribus monumentis reperiebat. Neque vero quis ſatis intellexerit, quid ſibi velint poſtrema ſere verba*; Paſſi ſunt autem ſancti Martyres Chriſti IV Idus Julii ſub Maximiano Imperatore; ſed commemoratio celebritatis eorum agitur ſecundo Idus Junii in Mediolanenſi civitate. *Vehementer fallor, ſi hæc a Mediolanenſi ſcripta ſunt, cum ibi alio die, quam hujus menſis, XII cultui non ſciantur. Forte confuſum aliquod Martyrologium reperierit, qualia ad XII Junii, occaſione alterius S. Naboris relata ſunt, unde errandi anſam ſumpſerit. In Actis Mombritianis eſt & ſua concluſio, ab hac non parum diverſa, aſſ ibi de cultu pro XII Junii alium ſtemium. Sed nunc Acta ipſa accipe.*

B PASSIO

Ex cod. Ms. cœnobii Bodecenſis,

Collata cum alio apographo, in paucis mutilo.

Apud Maximianum ſcripſit.

REgnante impio Maximiano Imperatore, cum in civitate Mediolanenſi eſſet perſecutio ingens Chriſtianorum, erant ibi quidam milites Nabor & Felix notiſſimi Imperatori. Tunc nuntiaverunt miniſtri Imperatori dicentes: Domine clementiſſime Imperator, ecce Nabor & Felix Chriſtiani effecti ſunt, & blaſphemant Deos noſtros, dicentes eos dæmonia eſſe. Quibus auditis, Imperator juſſit eos ſibi præſentari, & alloquens ſingillatim, dixit Nabori; Nabor, miles noſter, quid tibi deerat, ut te Chriſtianum faceres? Nabor reſpondit: Non ego C nuper Chriſtianus factus ſum, ſed pene ab ineunte ætate mea. Imperator dixit; Ergo manifeſte Chriſtianus es? Nabor reſpondit: Ego manifeſte Chriſtum filium Dei adoro, & eum de Maria Virgine per ſpiritum ſanctum natum eſſe credo. Imperator igitur ira repletus, juſſit eum in carcerem mitti, & accerſito Felice, dixit ei? Quid tibi videtur: Num & tu deſideras cum Nabore ſocio tuo perire? Sacrifica diis & eſto amicus noſter. Si vero non ſacrificaveris, diverſis te interficiam pœnis. Felix reſpondit: Tormenta tua nihil timeo, ſed credens verum Dei filium eſſe Dominum Jeſum Chriſtum, ipſi me ſacrificium offero.

2 Tunc juſſit eum Imperator ad ſocium ſuum Naborem in carcerem mitti, dicens: Ite, tractate vobiſcum, qualiter tormenta poſſitis evadere, quæ vos fortiter habent *a* dilaniare. Cum itaque duodecim diebus manſiſſent in carcere, ita ut nec panis eis daretur nec aqua, tertia decima die juſſit Imperator ſibi tribunal in Hippodromo circi præparari, & adductis ſanctis Dei Nabore & Felice, dixit eis: Quid tractaſtis circa ſalutem veſtram, amici mei? Nabor reſpondit: Qui non timet Deum ſuum habere inimicum, ille te habere poterit, Imperator, ex inimicum; cujus amicitiæ quanto mihi ſunt amariores, tanto ſunt inimicitiæ dulciores. Imperator dixit: Tu Felix *b* quid dicis? *b* Felix reſpondit; Hoc quod Nabor dixit & ego dico, una enim nobis vita & fides. Imperator dixit: Ergo hoc vobis placet, ut præcepta mea contemnentes, moriamini? Nabor reſpondit: Mors quam tu nobis minaris inferre, vita noſtra eſt, & ideo non timemus iram tuam per quam nobis præparatur corona ſempiterna.

minatur ei blandi-tias; ſper-nit: *a*

3 Audiens hæc Imperator, præcepit Anu- *mi & tormenta* lino conſulari *c* ſuo, ut ſequenti die diverſis eos ſuppliciis in ſecretario ſuo vexaret, ſi ſacrificare nollent; ſi vero conſentirent, magnis eos donis & honoribus exaltaret. Cujus imperiis obediens Anulinus, cum & blanditias & tormenta diverſa militibus Chriſti multis vicibus exhibuiſſet, nec eos ab intentione ſua revocare poſſet, renuntiavit hoc Imperatori; qui juſſit eos iterum in carcerem mitti, juxta portam quæ dicitur Romana & arctius a militibus cuſtodiri. Poſt quinque E vero dies iterum eductos eos de cuſtodia carceris Imperator eos his alloquitur verbis: Immolate Diis noſtris, quos vera divinitas manifeſtos oſtendit. Ad hoc ſancti Martyres una voce dixerunt: Nos dæmonia numquam immolabimus, nec ante hominem corruptibilem hoc quod in baptiſmatis ſanctificatione percepimus, perdere incipiemus; Unde quod facturus es, fac citius, nam ille qui pugnat pro nobis, dignam mercedem compenſabit laboribus noſtris.

c

quibus ab Anulino ſuſpen-duntur. *d*

4 Imperator igitur & Anulinus conſularis ejus juſſerunt eos extendi, & quinque ternationes *d* cum fuſtibus tranſire ſuper eos & dicere: ſacrificate diis, quos Imperator adorat: ſed cum nec iſto modo inclinari poſſent animi militum Chriſti, juſſit Anulinus Naborem in eculeo ſuſpendi & ungulis *e* radi. Dixit autem Nabor ad Imperatorem; Nonne tibi dixi, quoniam inimicitiæ tuæ exaltant me, & faciunt me in conſpectu Regis mei amplioremgratiam acquirere? Tu tantum excogita tormenta; carnem laniare F potes, ſed animum pro veritate luctantem vincere non prævales. Ad hæc Anulinus; Quoniam, ait, video iſtum, tormenta potius optare quam timere, hunc amovete, & collegam ejus introducite.

e

S. Felicis oratio *f*

5 Cui ſtatim introducto, dixit Anulinus: Die mihi, Felix, quæ cauſa eſt duritiæ fratris tui, quod tantis flagitiis *f* attrectatus, nullo modo conſentire vult præceptis Imperatoris noſtri? Felix reſpondit: Quoniam iſta tormenta finem habent, illa autem quæ ſacrificantibus idolis parata ſunt, finem penitus non habent. Anulinus dixit; unde hoc noſti? Felix reſpondit; Verus Magiſter docuit me. Et ille, Quo, inquit, ordine docuit te? Felix dixit: Chriſtus Filius Dei, ut hominibus ſubveniret, hominem aſſumpſit, quem Beata Virgo concipiens, virgo in partu, & poſt partum permanſit. Hunc in cunabulis poſitum, angeli deſcendentes de cælo paſtoribus ovium oſtenderunt, qui confeſtim adorantes eum, quod factum circa ſe viderant & audierant, notis ſuis ſimpliciter indicaverunt. Deinde Magis per indicium ſtellæ

Digitized by Google

EX MSS. stellæ clarioris accîti, ab oriente venerunt, & ei in suis vasis aurum, thus, & mirrham offerentes, suppliciter eum adoraverunt: quod ubi Rex Herodes audivit, omnes bimolos g infantes, qui erant in Bethleem & in omnibus finibus ejus, occidi præcepit; quia timuit eum sui regni successorem, cujus regnum & potestas non habet finem.

de vita & miraculis Christi.

6 Post hæc cum per incrementa temporum crevisset Dominus & Magister noster, cœpit prædicare populo Judæorum quoniam exeuntes de corporibus animæ si fuerint Idolatræ *b*, aut sanguine humano pollutæ, æterni tradantur incendiis, si vero mundæ fuerint, deliciis perfruantur æternis. Cui talia prædicanti dixerunt Judæi; Unde hæc probare poteris? Et ille; Deferte, inquit, ad me cæcos vestros; Qui statim ut adducti sunt, illuminavit eos; similiter surdis auditum, claudis gressum, paralyticis sanitatem restituit; ventis imperavit, super mare siccis pedibus ambulavit, & quod his omnibus majus est, mortuos suscitavit. Quamvis autem his B & aliis inauditis virtutibus divinitatis suæ potentiam ostenderet, impia tamen Judæa non solum credere noluit in eum, verum etiam crucifigentes, morti eum addixerunt. Sed ille tertia die resurrexit, & per quadraginta dies prædicans eadem Discipulis, quæ ante passionem, videntibus illis ascendit in cœlum, unde venturus est in fine sæculi, ad judicandum vivos & mortuos & sæculum per ignem. Hæc fides nostra, nec tormentis vincitur, nec flammis exuritur, nec gladio sævientis inimici superatur

Inter flammas ignemque.

7 Anulinus igitur patienter audiens hæc omnia, dixit; Ut video Deus meus Jupiter verus Deus est: nam Deus tuus, teipso teste, crucifixus est; Jupiter vero numquam omnipotentiam suam deposuit, sed potius eam in imperiis ampliavit. Ad hæc subridens *i* Felix dixit: Deus tuus Jovis *i* more vixit barbarico, adulter & parricida exstitit, insuper & germanam suam violavit: hunc si tu Deum esse credideris, perpetuis incendiis exureris. Tunc minister Anulini tunicam C suam scindens, clamavit & dixit: Merito irascentur nobis dii nostri, ‖ isti non fuerint ignibus concremati, & statim sancti Martyres in igne projecti, incolumes permanserunt, & nullum ustionis signum habentes, iterum in carcerem missi sunt.

k demum capite plectuntur.

8 Post aliquantulum *k* vero tempus pergens in civitatem Laudensem, jussit milites Christi vinctos catenis ad exemplum Christianorum secum duci, ubi tum triduo mansissent, tertio die præcepit sibi sessionem extra civitatem præparari, & adductis Martyribus Christi, dixit eis: Vel adhuc artem magicam vestram relinquite, & ne sitis exemplum omnium, diis nostris libamina ferte. Sancti Martyres responderunt: Nos artem magicam nescimus, sed Jesum Christum filium Dei vivi adoramus & colimus, minasque tuas omnino nihil pavescimus. Tunc vehementer iratus Imperator, jussit eos fustibus cædi, & ita demum in eodem loco decollari. Cumque decollati fuissent, juxta portam civitatis, & jacerent prope fluvium, qui dicitur Exelera *l*, quædam religiosa femina materfamilias ejusdem urbis, furtim sublatos & vehiculo superpositos, D Mediolanum perduxit, & ibidem condigna veneratione sepelivit.

Epilogus

9 Hi sunt *m* milites Christi qui invincibilibus armis muniti, lorica fidei, & galea salutis induti, cælesti protectione circumdati fuerunt, nec ullis minis persequentium expugnari potuerunt. Celebremus itaque diem illorum, quorum meritum per orbem terrarum sicut firmamenti splendor illuxit; & odor suavitatis in universum mundum per indicia miraculorum emanavit. Passi sunt autem sancti Martyres Christi IV Idus Julii sub Maximiano Imperatore, sed commemoratio celebritatis eorum agitur secundo Idus Junii in Mediolanensi civitate, ad gloriam & laudem Domini nostri Jesu Christi, regnantis in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Hæc & id genus alia barbariem sonant, quæ Actorum antiquitatem non commendat.*

b *In altero apographo desunt hæc verba;* E Tu Felix, *usque ad* vita & fides.

c *Alias* consiliario, *uti etiam in Actis S. Victoris, sed melior videtur hæc lectio. Sic & hic constanter ponitur* Anulinus, *alibi* Anolinus.

d Terniones flagellorum *reperit Cangius apud Julium Africanum: sed hic indicantur terniones militum, qui flagris 55. Martyres contundant.* Terniones *etiam dicuntur in Actis S. Victoris. Vide ibi notam Henschenii.*

e *Male in altero apographo*, virgis radi.

f *An non* flagris?

g *Lege* bimulos, *seu duorum annorum*; a bimatu & infra.

h *Vult dicere* idololatræ.

i *De hac voce diximus supra § 7.*

k *In alio apographo est* aliquod.

l *Varie ab aliis exprimitur:* Scilera, Silara; *sed indicatur hodiernus* Silaro, *seu* Silarus, *Laudem veterem præterfluens, ab aliis synonymis distinguendus.*

m *De hoc toto numero supra quoque dictum est.* F

ACTA

Paulo ampliora.

Ex editione Mombritii.

Sanctus ad se addu-

REgnante impio Maximiano Imperatore in civitate Mediolanensi, erat persecutio Christianorum. Erant autem ibi quidam milites Nabor & Felix notissimi Imperatori. Tunc renunciaverunt ministri Imperatori dicentes: Domine clementissime Imperator & Nabor & Felix Christiani effecti sunt, & blasphemant Deos nostros: & dicunt eos esse dæmonia. Tunc indignatus Imperator, jussit eos comprehendi, & ad se perduci. Quibus dixit singillatim: Nabor, miles noster, quid tibi deesse existimasti, ut te Christianum faceres? Nabor respondit: Non ego super Christianus effectus sum: sed pene ab ineunte ætate mea. Maximianus Imperator dixit: Ergo, ut asseris, Christianus factus es? Nabor respondit: Ego Christianus manifeste sum, & Christum filium Dei vivi de Maria Virgine

per

A per Spiritum ſanctum natum adoro & credo, & ore non ceſſo laudare. Tunc Maximianus Imperator ira repletus, juſſit eum in carcerem mitti, & accerſito Felice, dixit ad eum: Quid tibi videtur? An & tu, ſtulte, deſideras cum Nabore ſocio tuo perire? Sacrifica diis, & eſto noſter amicus. Nam ſi nec tu ſacrificaveris, diverſa tormenta vos exſpectant.

2 Felix reſpondit: Tormenta tua nihil me terrent, me enim ſcias veri Dei filium Dominum Jeſum Chriſtum nulla ratione negare; ſed maxime ipſum offerre Deo vero ſacrificium. Maximianus Imperator iratus juſſit eum in eumdem carcerem mitti, ubi miſerat beatum Naborem, dicens: Certe diverſis vos faciam tormentis ſpiritum exhalare. Qui ductus eſt in ipſum carcerem juxta circum euntibus ad portam Ticinenſem: & diligenter cuſtodire eos juſſit, dicens: Ite & tractate vobiſcum, qualiter poſſitis evadere tormenta horrida, quæ vos fortiter laniabunt, ſi ſacrificare nolueritis. Miſſi itaque in carcere, fecerunt dies duodecim; & juſſit, B ut neque panis neque aqua daretur eis. Tertia decima autem die juſſit ſibi Maximianus Imperator tribunal ex alto in hippodromo circi præparari & juſſit adduci ſanctos Naborem & Felicem, & ait ad eos: Quid tractaſtis, amici mei, circa ſalutem veſtram? Sanctus Nabor dixit: Oportet eum tuum amicum fieri, qui non timet ſuum Dominum habere inimicum; nam quantum mihi amaræ ſunt amicitiæ tuæ, tantum mihi ſunt inimicitiæ tuæ dulciores.

3 Maximianus dixit: Tu Felix quid dicis? Felix dixit: quod Nabor dixit: & ego dico, una enim nobis vita & fides eſt. Maximianus dixit: Ergo hoc vobis placet, ut præcepta mea contemnentes morte moriamini? Ad quem Nabor: Mors, quam ut nobis minaris inferre, vita noſtra eſt; & ideo non timemus iram tuam, quia ex ipſa, noſtra vita perpetua & corona & palma æterna. Tunc Maximianus iratus dixit Anolino conſiliario ſuo: Cras mane in ſecretario tuo; diverſis vexentur ſuppliciis, ſi ſacrificare contempſerint; ſi vero conſenſerint, & tuo eos amori copula, & meis eos amicitiis repræſenta. Anolinus igitur conſiliarius dixit: Quare non C ſacrificatis diis, quos Imperator adorat, & quibus cervicem ſuam flectit? At ſancti Martyres reſponderunt: Nos præmia a vobis promiſſa non accipimus, nec pœnas veſtras timemus, ſed a Domino noſtro quotidie accipimus fortitudinem.

4 Tunc annunciavit Anolinus Maximiano Imperatori; & juſſit Imperator eos in carcerem mitti ad portam quæ dicitur Romana, & ibi cuſtoditi a militibus. Cumque ibi fuiſſent diebus quinque recluſi, juſſit quinta die de carcere educi, & dixit ad eos Imperator: Immolate diis iſtis, quos vera divinitas demonſtravit. Sancti Martyres dixerunt: Nos diis Paganorum a non immolamus, & turpe eſt nobis, ut quod in baptiſmatis ſanctificatione percepimus, homini corruptibili in omni neceſſitate conſtituto humiliemur: non facimus; fac quod facturus es, quia fortior te eſt, qui pugnat pro nobis. Tunc Maximianus Imperator & Anolinus conſiliarius ejus juſſerunt fuſtes afferri, & extendi eos, & quinque ternliones tranſire, & clamare eis; Sacrificate diis quos Imperator & omnes adorant. Nabor dixit: Dominus noſter Rex æternus & verus dixit: Omnis qui idolis ſacrificaverit eradicabitur. D Ex Mss.

5 Anolinus dixit: Appendatur eculeo. Cumque fuiſſet appenſus beatus Nabor, & lampadibus ureretur, & ungulis raderetur, dixit: Num tibi dixi, quoniam inimicitiæ tuæ me exaltant, & faciunt me gloriam ampliorem in conſpectu Regis mei acquirere? Tu interim excogita duriora tormenta; carnem enim laniare potes, animam vero vincere non potes, in fide & veritate certantem. Anolinus conſiliarius dixit: Quoniam video hæc rebelli animo verbera & tormenta deridere potius quam timere, amovete iſtum, & collegam ejus introducite. Introductus eſt itaque Felix, & Anolinus dixit: Dic mihi, Felix, quæ cauſa eſt duritiæ fratris tui, quod tantis verberibus & eculeo exſiccatus b & flammis aduſtus, & ungulis effoſſus, nullo modo conſentire voluit, ut ſacratiſſimi Imperatoris præcepta compleret? Felix dixit: Quoniam iſta tormenta finem habent, illa autem R tormenta quæ ſacrificantibus idolis parata ſunt finem penitus non habent.

6 Anolinus dixit, Unde hæc noſti? Felix dixit: Chriſtus filius Dei ut hominibus ſubveniret, hominem aſſumpſit, quem Virgo concepit, virgo peperit, & virgo poſt partum permanſit. Hunc primo omnium natum & in cunabulis poſitum, angeli deſcendentes de cælo, laudantes & adorantes paſtoribus ovium oſtenderunt. Item paſtores ovium adorantes eum, quod factum circa ſe viderant & audierant, notis ſuis ſimpliciter indicarunt. Item Magi per ſtellæ magnæ indicium accîti, ab Oriente venientes, aurum, thus & myrrham in ſuis vaſis offerentes, adoraverunt eum. Hæc c rex Herodes dum inter infantes quæreret & non inveniret, omnes bimulos infantes, qui erant in Bethleem civitate, fecit occidi. Hunc pater ſuus, qui regnat in cælis, cælos aperiens, manifeſtavit dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hic omnia temperamenta diaboli ſuperans, aſcendit in montem, & advocans ad ſe diſcipulos ſuos, cœpit beatitudines æternas illis oſtendere, & per quæ opera poſſint acquiri. F

7 Poſt hæc vero Judæorum populo dicere cœpit, quoniam exeuntes de corporibus animæ ſi idololatræ fuerint, aut ſanguine humano pollutæ, æternis tradentur incendiis: quæ vero ab his criminibus vel aliis iniquis operibus mundæ fuerint, a pœnis liberæ, deliciis perfruentur æternis. Tunc Judæi dixerunt: Unde hæc probare potes? Dicit eis Dominus: Deferte ad me cæcos; qui ad eum adducti cum eſſent, illuminavit eos. Similiter quoque ſurdis auditum reddidit, claudicantibus greſſum, paralyticis ſanitatem reſtituit, omnes infirmitates ſanavit; dæmonia ab hominibus ejecit, tempeſtates juſſu coercuit, imperavit ventis, ſuper undas maris ſiccis pedibus ambulavit. Mortuos ita excitavit, ut etiam quatriduanum fœtentem in ſepulchro revocaret ad vitam.

8 Qui cum hæc faceret, & hanc etiam poſſibilitatem ſuis diſcipulis traderet, dicebat judæis; Si verbis non creditis, vel virtutibus credite, Illi autem non ſolum non crediderunt, ve-

A rum etiam crucifixerunt eum, & per quadra-
Ex MSS. ginta dies cum discipulis suis conveniens, ci-
bum coram eis accepit: jussit etiam palpari se;
sed & omnia quæ eis locutus fuerat ante pas-
sionem, eadem repetiit. Post quadraginta vero
dies, videntibus undecim discipulis suis, cælos
ascendit. Quibus cælum aspicientibus angeli
apparuerunt dicentes: Quid statis stupentes in
cælum? hic Jesus qui a vobis sublatus est, sic-
ut videtis eum euntem ad cælos, ita venturus
est. Hæc fides nostra, quæ est in Christo, non
tormentis vincitur, non flammis uritur, non
gladio superatur.

9 Tunc Anolinus consiliarius dixit, ut vi-
Inter flammas illæsi, deo, Deus meus Jovis *d*, Deus verus est. Nam
d Deus tuus, quem tu ipse dixisti, crucifixus
est; Jovis vero omnipotentiam suam numquam
deposuit, quin imo imperiis ampliavit. Tunc
subridens Felix, dixit: Jovis tuus more vixit
barbarico: adulter uxorum: puerorum stupra-
tor, & parricida extitit: insuper etiam germa-
nam suam uxorem usurpavit. Hunc si Deum
B credideris, cum ipso eris perpetuis incendiis
exurendus. Tunc minister consiliarii tunicam
suam scindens, clamabat: Dii nobis irati erunt,
si isti non fuerint ignibus concremati. Tunc
Anolinus consiliarius jussit eos ignibus consumi.
Qui cum missi fuissent in ignem, incolumes
permanserunt. Tunc iterum jussit eos mitti in
carcerem.

10 Qui cum post aliquos dies perrexissent
Decollatione martyrium complent. in civitatem Laudensem, Imperator jussit
Sanctos ad exemplum Christianorum vinctos
catenis secum duci, & post diem tertium
jussit sibi sessionem parari extra civitatem.
Quibus ad medium deductis, dixit Maximia-
nus Imperator: Jam deponite superbiam ve-
stram, & artem magicam relinquite; nam
vos eritis exemplum omnium. Responderunt
beatissimi martyres Nabor & Felix: Nos ar-
tem magicam nescimus, sed habemus Do-
minum Jesum Christum filium Dei vivi, in
quem credimus, nam minas tuas non pave-
scimus. Tunc iratus Maximianus jussit eos
fustibus cædi, & capitalem subire senten-
tiam; qui decollati sunt juxta portam civi-
C tatis Laudensis, circa fluvium nomine Scilo-

rum. Et illi, licet terræ *e* se dederunt, no- D
stra tamen sinu suo suscipere & condere me- *e*
ruit terra reliquias: & sicut olim maternus
eos in hac luce edidit uterus, ita & nostra
terræ venter resurrecturos perpetuam perdu- *f*
cet ad palmam *f*. Hospita ac religiosa femina
quædam nomine Savina, mater familias Lau-
densium, furto sublatos urbe, & impositos suo
vehiculo deduxit Mediolanum pleno religio-
nis affectu, nostræque civitati donavit. Hæc
digna fuit consortio illius viduæ sanctæ An-
næ, cui religione & pari similitudine compa-
ratur.

11 Erg sicut stellæ in cælo positæ humanum *Scriptoris epilogus.*
visum latere non possunt, ita Sanctorum meri- *g*
tum per orbem terrarum eluxit & odor suavi-
tatis Dominicæ per Christi passionem in uni-
versum mundum diffusus est. Hi sunt boni mi-
lites Christi, qui propriis armis muniti sunt, qui
fidei lorica, & salutis galea, & scuto cælesti
atque spirituali protecti sunt. Celebremus ita- E
que diem illorum, ut sequamur exempla vel
imitationem ipsorum, quasi agoi incontaminati
& immaculati Jesu Christi Domini nostri. Passi
sunt Martyres Nabor & Felix, quarto Iduum
Juliarum sub Maximiano Imperatore, regnante
Domino nostro Jesu Christo, cui est honor &
gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

Quæ ad priora Acta observata sunt, huc etiam referri debent.

a *Jam alibi notavi, hæc verba non exstare in Actis Bodecensibus.*

b *Hæc brevius in aliis; sed nec satis integre, ut ibi dictum est.*

c *Melius legeretur* hunc.

d *In Bodecensibus* Jupiter.

e *Absunt hæc a Bodecensi codice, nec aliter intelligi posse videntur, quam si addas* isti, *nempe* terræ Laudensi.

f *Non opinor, hæc ita intellexisse scriptorem, ut ante resurrectionem ad palmam perducendi non fuerint 55 Martyres. Vulgo nota est hæc de re controversia.*

g *Differt hic epilogus a Bodecensi, at neuter auctoritati Actorum multum suffragatur.* F

DE S. PRIMITIVO MARTYRE

ROMÆ.

Ex Hieronymianis.

J. B. S.

xii Julii.

Luxeto hoc die Hieronymianorum codicum lacerculos agnoscere oportere, jam loco non uno dictum est: hic de S. Primitivo martyre quæritur, in Blumiano & Lucensibus male conjuncto Martyribus Mediolanensibus Nabori & Felici; pejus a Corbejensi in Siciliam ablegatus, cum socio aliquo Julio, qui nescio unde ibi accesserint: In Sicilia, natalis Naboris, Felicis, Primitivi, Julii. *Omissis igitur variis istis codicum, seu majorum seu minorum transpositionibus, rem clarius distinxit vetustissimum exemplar Epternacense; Mediolano Naborem & Felicem recte adscribens:* Mediolano, Naboris & Felicis. *Tum vero:* Romæ Primitivi; *pro quo Blumianum perperam legit* Privitivi. *Sola posterioris codicis auctoritas nomen & positionem satis vindicat; neque ad auctaria Bedæ aut Usuardi recurrendum, in quibus aut eadem aut major invenietur rerum lacerculi confusio.*

DE

Digitized by Google

A

D

DE SANCTIS MARTYRIBUS

DIVO SEU DIO, CORNIO SIVE CORNINSIO, ET LAVENTIO

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

Ex Martyrologiis. J. B. S.

XII Julii. HOrum trium Martyrum nomina, *in editionibus Hieronymianis aliisque Martyrologiis varie effornata, & diverso numero expressa, sic visum est referre, ut nullum omitteretur, quamvis non omnia in singulis codicibus reperirentur. Satis insolita sunt annuntiationes Lucensis & Corbejensis dum scribunt*; In Cæsarea sancti Divi, *ut fere nemo dubitet*, an Sancti *non sit nomen proprium æque ac* Divi, *quandoquidem sancti appellatio in Hieronymianis varius sit. In formatione secundi Martyris differunt, nam in Lucensi est* Cornilisi, *in Corbejensi* Corninsi, *quo modo etiam scribit Blumianum, a quibus non magnopere dissident Hieronymiana contracta, Augustanum per* Cornenci *& Labbeanum per* Corninse; *sic ut servaverim* Corninsii, *cum disjunctione a* Corni, *quem retinet Epternacensis*; In Cæsarea Cappadociæ Divi, Corni, Lavensi: *sed rejecto* Cornelio, *in codice Reg. Suecie, in quo tamen velle signatur positis, quemadmodum in Epternacensi,* Cæsarea Cappadocia. *Porro in hoc solo codice reperitur is, qui tertio loco ponitur est* Laventius. *Hactenus vetustiora illa exemplaria, in quibus constanter lego nomen* Divi, *nusquam* Dii, *ut non facile divinem, quem ducem habuerit Ado (nam Beda, Florus & Romanum parvum de* Dio *alium sicut) ut primus inter Martyrologos sæculi* IX, *omisso socio* B *vel sociis, simpliciter scriberet:* Apud Cæsaream sancti Dii, *quem miror, a Notkero neglectum fuisse: Usuardus certe diserte scripsit*; In Cæsarea sancti Dii. *Cur in Romano locum non habeat, dixi in Observationibus ad Usuardum. Grevenus martyrii palmam* S. Divo *seu* Dio *eripuit, dum ita annuntiavit*: Apud Cæsaream, beati Dii confessoris. *Nec mirum nec novum est, librariorum incuria variationes in Martyrologia indust.*

DE S. PATERNIANO EP. ET CONF.

FANI FORTUNÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

Sancti cultus; elogium; notitia topographica aliquorum locorum hic occurrentium; vita Ms. quæ hic datur, cum alia collata.

SÆCULO IV. VAria loca, Fani *nomine ab antiquis appellata, exhibet Cluverius scribens de Sicilia antiqua: qualia sunt* Fanum Adriani, Fanum Dianæ Faceliniæ, Fanum Veneris: *quibus accedit* Fanum Fortunæ, *seu* Fanum *absque addito, non admodum ampla, sed non ignobilis nec inamœna Italiæ civitas, prope litus Adriatici maris, Pisaurum inter & Senogalliam media, non procul a Metauro flumine ad Flaminiæ viam sita, & Ecclesiasticæ ditioni subjecta. Varia de hac civitate ex antiquis collegit idem Cluverius Ital. antiqua lib.* 2 *pag.* 606. *Quæ de ejus origine dicuntur a Gotofredo in Annal., merito tamquam fabulosa traducit Ughellus tom.* 1 *Italiæ sacræ col.* 703: *interim videtur satis verosimile, nomen traxisse a fano seu templo quod olim dæ* Fortunæ *ibi erectum fuerit. Antiquitas ejus commendatur a Claudiano de sexto Consulatu Honorii, hoc versiculo:*

Fanum, paucis hic describitur

Lætior hinc Fano recipit Fortuna vetusto.

2 *Civitas hæc solenni cultu venerator S. Paternianum, & quidem, teste Ughello, tamquam primum suum Episcopum & insignem patronum, Martyrologis quidem antiquis incognitum, sed a recentioribus aliquot celebratum. Quod primus Fanensium Episcopus extiterit, haud consentit cum vita, in qua num.* 11 *auctor non obscure indicat præcessisse ipsi alium, quando asserit, ecclesia illa* suo destituta pastore, *de eremo assumptum esse* S. Paternianum. *Agit de ipso Ferrarius die* x *hujus ex tabulis Fanensibus, quo tamquam Episcopus loci & patronus, uti etiam die* XIII *Novembris, ibidem celebratur cum Octava; citatque Tabulas ecclesiæ Forolivienſis, Senogalliæ, Cæsenatis & Cerviæ; a qua etiam ipsum refert tamquam Episcopum suum & patronum cum Octava celebrari. In Prætermissis ad diem* x *Julii diximus, cur hac rejectus sit. Grevenus hac die signat* Paternianum, Episcopum & confessorem, *uti etiam die* XIII *Novembris.*

insigni cultu prosequitur S. Paternianum.

3 *Laudatus Ferrarius elogium habet ex Actis Sancti Mss., quæ in ecclesia Fanensi asservantur, in hæc verba*: Paternianus in Diocletiani persecutione ab Angelo monitus, cum Avito, Maurontio & aliis discipulis in solitudinem haud procul a Fano se recepit; ubi varias diaboli, se suosque discipulos conantis decipere, insidias superavit. Cum vero is puellæ formosæ specie servum Dei ad libidinem solicitaret, ad orationem confugiens, & manu figni ad libidinis ardorem extinguendum, appo- elogium ex Ferrario.

A appoſita, hoſtem illico profligavit. Cum in
AUCT. ea ſolitudine cibus ſibi ſuiſque defuiſſet, Se-
J. B. S. nogallienſis civis dives in ſomno admonitus camelos rebus ad victum neceſſariis onuſtos dimiſit: qui ad locum ignotum, ubi erat Paternianus, divinitus pervenere: Pace autem Eccleſiæ data, famaque ſanctitatis Paterniani pervulgata, a Fanenſibus Epiſcopus poſtulatur: qui, Maurontio abbate monaſterio præfecto, invitus munus paſtorale ſuſcepit. In urbis ingreſſu feminæ religioſæ jam pridem [viſu] orbatæ, ſigno crucis oculorum lumen reſtituit. In urbe vero claudum in totius populi conſpectu ſanavit, multiſque præterea morbo inſanabili laborantibus incolumitatem reddidit. Plurimos ex gentilibus, ſublato inanium deorum cultu, ad fidem perduxit, multiſque exſtructis eccleſiis, plures ordinavit parochias. Senio tandem confectus, mortem ſibi inſtantem prædixit; moxque febri correptus, cum annos XLIV eccleſiæ Fanenſi præfuiſſet, clarus miraculis VI Idus Julii ceſſit e vita. Cui
B ob ſanctitatis præſtantiam multis in locis templa excitata fuere.

4 *Ughellus ibidem col.* 704, *ſic eum laudat;*
& Ughel- *Ferrario prope conſonans:* S. Paternianus, Fanenſium primus Epiſcopus, floruit ſub Diocletiani perſecutione anno conditæ ſalutis CCC; qui Angeli admonitu, cum Avito, Maurentioque candidiſſimis ſociis, in ſolitudinem quamdam non procul a Fano ſeceſſit, eremiticam vitam, donec ejus perſecutionis deſæviret procella, culturus. Ibi quam plurimos diaboli hoſtiles incurſus ſuſtinuit, hoſteque devicto, quam plurimis miraculis in ea ſolitudine coruſcavit. Eccleſiaſticis deinde cum Magni Conſtantini virtute tranquilla res foret, [&] fama longe lateque divulgaſſet Paterniani virtutes, Fanenſibus civibus exorantibus, Silveſter Pontifex agere Epiſcopum apud Fanenſes Paternianum juſſit; *pauciſque interjectis de Sancti ad capeſſendas inſulas tergiverſatione*, epiſcopale tandem onus Paternianus ſubivit, tantoque animi ardore eam provinciam amplexatus eſt, ut brevi idololatria ſtrenue expugnata, Chriſti fidem feliciſſime quaquaverſum protulerit, pluraque
C templa ad divinum numen colendum fundaverit. Ceterum Paternianus cum in bonis clariſque operibus conſenuiſſet, *ibidem fertur præcognita morte, poſt* 42 *vel* 45 *annorum regimen, obiiſſe* X *Julii, & eſſe in cathedrali ſepultus, poſtea ejus nomini conſecrata.* Hic princeps Fanenſium civium tutelaris eſt: cujus dies feſtus Fani quotannis ſolennis habetur.

5 Ægyptus, *quæ eſt in Vita numero* 3, *ne*
Elucida- *quem inducat in errorem, dicitur paulo poſt, fuiſſe*
bio topo- *in Italia*, haud longe ab urbe, qua degebat
graphica *Sanctus, puta locum juxta Metaurum flumen*, qui ob opacitatem Silvarum Ægypti ſortitus eſt nomen. *Vincentius Nolfi in Vita* S. Paterniani *pag.* 10, *hæc commentatur in hunc locum ex Italico verſa:* Erat Ægyptus Silva, proceris ubique ac denſis arboribus veſtita, hoc nomine appellata ob tenebras & opacitatem, quam rami ejus reddebant: *de quo T. Elium Victorem ita habere ſcribit*: Qui tenuit loca, quæ Majores noſtri appellarunt Ægyptum, ſilvis fuſca & opaca prius. *Pluſculum difficultatis movet locus alter num.* 12, *ex alio Ms. hic ad marginem notatus*, videlicet quædam Jutis urbs, *non* Sutis; *de qua adi annotata in caput ſecundum Vitæ*, littera b; *cujus*

cathedræ epiſcopali admotus narratur S. Paternianus. *Quid hoc loci eſt? Ubinam terrarum ſita* D
urbs Juris? *pro quo nomine ſcribit de Natalibus oppidum* Uris. *Hanc lego de loco præſenti conjecturam; nimirum per civitatem* Juris *intelligi urbem Fanenſem, ita nominatam quia in eadem, tamquam metropoli Pentapolis, de qua egit Vita in initio capitis ſecundi, ſupremus judex reſideret ac juris adminiſtrationi vacaret. Sciendum quippe eſt præter urbes aut regiones, Pentapolis nomine appellatas, hanc appellationem inditam fuiſſe illi terræ tractui, qui eſt circa Anconam, ejuſque urbes eſſe Ariminum, Piſaurum, Fanum, Auximum & Anconam.* *aliquorum interpretum, hic correctio.*

6 *Porro voces* Ægyptus & Pentapolis, *de quibus egimus, haud dubie in errorem induxerint Mauriſcum, & ſi qui ſint alii ejus duces aut ſequaces, perperam* S. Paternianum *annuntiandi in Paleſtina: per quem nullus alius videtur poſſe intelligi, quam* Paternianus *noſter, addito etiam titulo Epiſcopi. Itaque ſicubi incidas in auctorem, qui ſcribat* S. Paternianum *fuiſſe Epiſcopum in* E
civitate Juris *in Paleſtina, in Pentapoli, in Ægypto, colligo quo error iſte ſit referendus, & quo pacto corrigendus. Quid ſi Fano nomen* Juris *aut* Uris, *aut certe huic affine impoſitum fuerit idiomate barbaro, a Gothis vel Longobardis, qui ſine dubio non modicam nominum ac vocabulorum mutationem invexerunt in ea loca Italiæ, in quibus graſſati ſunt. Ex diſtis facile corrigi poteſt Petrus de Natalibus lib.* 6, *cap.* 79, *ubi in compendio vitæ refert* ſanctum Paternianum *extitiſſe* abbatem in Paleſtina.

8 *Manuſcriptum hic damus monaſterii S. Maxi-* *Notanda*
mini Treviris, quod conferre placuit cum alio, ipſi quidem ſatis conſono, de quo in titulo vitæ hic dando; niſi *de Ms.*
quod in hoc poſtremo aliqua ſubjungantur de fama poſthuma Sancti; de qua nobis quoque agere propoſitum eſt. Tertium Ms. deſumptum ex legenda C
Baſilicæ S. Petri: cum utroque etiam convenit, ſed caret appendice de fama Sancti poſthuma. Quartum apographum, Valliceliense, ut fallor, nihil habet relatu dignum, quod in proxime præceſſis non habeatur. Vitam Italicam, eratilis floſculis adornatam potius, quam ſtylo hiſtorico conſcriptam, vulgavit Vincentius Nolfius anno 1641 *cujus narratio non eſt cur nos moretur. Quæ vero occurrunt verſus finem de* S. Paterniani *fama poſthuma, inde delibavimus. Præceſſerat Franciſcus Dionyſius, qui de* S. Paterniani *rebus geſtis hiſtoriam Italice conſcripſit, & anno* 1591 *publici juris fecit: ſed ejuſdem argumenti res eſt, aliter adornata: ut non ſit operæ pretium ſimilibus immorari.* F

8 *Porro non diſſimulo indicare, magis mihi pro-* *& Vita.*
bandam Ægyptum, *de qua ſupra; ſi ſcirem eam alicubi fundari certiore in auctoritate. Simile quid cum proportione dici poſſit de Vita; quæ utinam referat omnes antiquitatis Sanctæ tam antiquæ, qualis in ea exhibetur, congruos characteres. De ejus quidem cultu certo conſtat; de geſtis non item: quæ illum ſtabiliant, jam dedimus; hæc prout accepimus dicturi ſumus.*

VITA

A

VITA

Ex Mss. S. Maximini Treviris, collato cum alio Ms. e tabulis ecclesiæ Fauensis, a R. D. Gillette, ejusdem ecclesiæ canonico exaratis:

Auctore incerto conscripta.

CAPUT I.

Præmonstratus Sancto locus solitarius; dæmonis technæ; discipulorum diffidentia; Sancti in Deum fiducia miraculo insigni comprobata.

B

Diabolo contra Christi Evangelium æmulas suos commovente.

CUm perituro mundo divina clementia dignata est subvenire, ita ut Unigenitus summi Patris ad redemptionem humani generis veniens, pasci, pati, mori, devicta morte resurgere, regnumque diaboli destruens, cum triumpho ad Patris gloriam remearet, & pollicitum Spiritum sanctum ad corda misit fidelium, cujus accensi timore, variis linguis tonantibus Apostolis, totum per orbem suum dilatatur imperium: eumque omne humanum genus suum cognosceret creatorem, relictisque superstitionibus idolorum suo plasmatori humili subderetur cervice, diabolus, per quem mors intravit in orbem terrarum, videns suas deficere vires, & crucis tropheum in signo victoriæ in mundo fulgere, cœpit suos satellites excitare, ut Christicolas ad sacrificia vana compellerent, & niterentur lumen veritatis obfuscare. Ideo Judæos, paganos, hæreticos, schismaticos nec non & tyrannos
C principes contra sacros apices instigavit: ex quibus Diocletianum & Maximianum imperatores, & eorum similes persecutionis fautores instigavit: quorum temporibus persecutio exorta, multos martyrio coronavit. Alii vero per deserta celati sunt. Verumtamen ordo monachorum per athletas Christi clarueral.

armat se per preces & jejunia S. Paternianus

2 Inter quos beatissimus Paternianus, velut lucifer inter astra, refulsit. Audiens autem edicta principum ubique palam contra Christianos sævire, & non statim mortem, cui auspicio quisque donaretur, in suos belligeratores signiferos per hostium cuneos irrumpere, inter ceteros, secus suos, victoriæ palmam obtinere non timuit, rudibus ac tenerioribus discipulis compatiens, in tristitiam incidit magnam. Quapropter Dei arbitrio, cui cuncta commiserat, etiam gregis sui commisit curam. Tunc in conspectu ejus procidens, orabat, ut ipse, qui omnium scit virtutum tolerantiam, tribuere, sibi, quid agere optimum esset, consilium condonaret. Transacto itaque dierum atque noctium interstitio, ita erupit in precem: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, qui in his Patriarchis trinam invocationem suscepisti, & confiteri voluisti; in quorum D
semine omnibus Gentibus hereditatem pro- EX MSS.
misisti: hoc est, in Jesu Christo Domino nostro; te invoco in hac tribulatione mea; ut mihi ostendere velis, qualiter me ipsum [tibi exhibeam] dignum, vel qualiter gregem mihi commissum disponam, ut inimicus, qui in nos sævit, nequaquam adversum nos prævaleat, & oves, quas pretioso sanguine [filii tui] redemisti, intemerato auxilio custodias. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in virtute Spiritus sancti Dei: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

cui apparens Angelus indicat locum solitarium, quo secedat.

3 Cumque in hac tristitia soporatus esset, astitit ei angelus Domini, dicens; Paterniane exurge: exaudivit Dominus orationem tuam. Si vis te gregemque tuum reddere salvum, est locus haud longe ab urbe, qua degis, qui ob opacitatem silvarum Egi * a fortitus est nomen. In eum confuge, ibique salvaberis. Evigilans autem sanctus Paternianus convocavit greges suos *, nec non angelicam statim prodidit revelationem, sicut erat mysticis pollens eloquiis, & tamquam favum ore tenes, euangelicum dogma aperto gutture eructabat: Fratres & conservi mei audite me. Hæc est media nox, persecutionis tempus: unde præco item in Euangelico præcepto clamitat: Ecce sponsus venit: exite obviam ei: si autem cum prudentibus virginum choris vultis habere portionem, surgite, & vestras lampades ornate. Ideo vestræ fidei interna discutite, ne forte aliquem dubietas scrupulum pariat; ne aliqua subreptio vel fœditas nos ineptos reddat: sed [humili corde &] puro corpore constantes in Christi confessione maneamus. Hoc est lampadibus ornatis obviam sponso exire. Arma spei & scutum fidei sumite, ut possitis hostem invisibilem superare.

E
* Ægypti.
a
* al. monachos suos:

F
* al. mussitarent.

4 Cum omnes nutarent *, adjunctis viris religiosis, Avito & Urbano, Maurentius præpositus dixit: Audite fratres, quæ est vita nostra? Vapor ad modicum parens; sed si volumus carnem nostram in pinguedinem ferre, vereor ne animabus nostris exhibeat detrimentum. Sed utilius est locum dare quam per molliciem fidem abnegare. Tantum adhærentes patri nostro, quodcumque præceperit, vel ubi perrexerit, pariter obediamus. Cum autem omnes uniti dicerent: Fiat, fiat; Avitus & Urbanus dixerunt: Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe, qui nos non separas a congregatione justorum. Tunc beatissimus Paternianus cœpit exponere [qualiter] ei Dominus per angelum revelasset, seu qualiter eis locum in deserto præparasset Ægypti, & quod ipsum protectorem huc euntes, illic commorantes, inde remeantes, haberent. Tunc omnes gavisi de Domini promissione, secesserunt in desertum, nihil secum ferentes nisi sarculos & horrorum semina & tres palmites vitis,

quo pervenerunt, ubi sanctissimo rore animum suum rigat.

4 Venientes autem illuc, invenerunt locum præcipuum ad habitandum, & benedictione accepta pariter lætantes & psallentes, ita dixerunt: Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob; remisisti

EX MSS. misisti iniquitatem plebis tuæ ; operuisti omnia peccata eorum : mitigasti omnem iram tuam : avertisti ab ira indignationis tuæ. Converte nos Deus salutaris noster, & averte iram tuam a nobis [& non in æternum iraſcaris nobis] His autem laborantibus & psallentibus, sanctoque Paterniano orante, tantas illic præcipuus locus producebat aromatum ubertates, ut non solum ad reficiendum sufficeret, sed etiam paradisi more indita in se suavitate redoleret. Veniens beatissimus Paternianus, gaudens & congratulans fratribus, Domino Deo nostro immensas referebat gratias, & ita exorsus est, canens : Ecce quam bonum est & quam jucundum habitare fratres in unum ! sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron; sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion : quoniam his mandavit Dominus benedictionem & vitam usque in sæculum. Cumque abbas & omnes monachi tam-
B quam in amœnis paradisi gaudiis delectarentur, & quasi eruerentur de immensis sæculi fluctibus, portumque jam possiderent quietis, & nihil aliud nisi in Creatoris sui laudibus immorari cogitarent, Maurentio præposito, cujus cura congregationis illius supererat, noctu super eos vigilanti, antiquus hostis apparuit : cui moris est in angelum lucis transferri, ita ut bona promittendo semper inferat mala.

Transformans se diabolus in angelum lucis, apparet Maurentio Præposito.

6 Et in tali simulatione sermonem intulit ei : Maurenti, angelus missus sum a Domino meo : quoniam magnum malum in Paterniano & te repertum : quia expulistis homines de humanis habitationibus & dulci contubernio parentum seu deliciis vitæ, & eos more bestiarum habitare vultis in sylvis. Audiens hæc Maurentius, sagaci suspectione motus, tale ei contra intulit responsum : Scimus, quia sæpe satanas transfigurat se in angelum lucis, & ideo tua annuntiatio suasionibus viget, ita ut manifestius cognoscaris, quis es tu, vel a quo Domino tuo mitti simularis : sed sustine me, donec ipse annuntiem
C Abbati meo : cumque omnia, quæ sibi diabolus suggesserat, beatissimo Paterniano retulisset, & qualiter ei, Apostolica admonitus voce, obviasset, immensas ipse pater gratias obtulit Deo, qui contra omnia diabolicæ fraudis tela suo nos ubique protegit auxilio. Et statim surgens, perrexit ad fratres, & cum eo ipse Maurentius.

Et animadvertens corda eorum, murmurationibus eorum S. Paternianus se opponens.

7 Properantes autem illi, jam in loco ipsum simulatorem malitiæ non invenerunt. Sed quia innumera sunt fraudis ejus ingenia, jam ad quorumdam monachorum corda migraverat. Cumque, ut erat, vultu placido semper salutasset eos, quidam ex eis fomite diaboli instigati, in murmurrio eruperunt, conquerentes ita : Numquid non nobis oratoria, imo basilicæ ? Numquid non domus, in diversis habitaculis claustra, horti, vineæ, prata, agri, panum abundantia, potionum diversitas ? Cur omnibus his privati, vesci cogimur pastinaca more porcorum : Tunc beatus Paternianus ita exorsus est, & primus contra diabolum erupit in voce : O numerosa antiqui serpentis astutia ! O temeraria fraus perversi inimici. De sede gloriæ dejectus, de cælo præcitatus, de paradiso expulsus, ab angelis sanctis ligatus, aerem pro carcere meruisti, & quod est verius, D jam ab hominibus per Christi victoriam conculcaris & adhuc innocentium animas niteris instigationis tuæ morbo fœdare ? His auditis, diabolus ululans erubuit, & velut porcus inter eos exivit, tantamque recedens putredinem emisit, ut vere auctorem putredinum evasisse se monachi cognoscerent. Tunc omnes stupefacti monachi, ad vestigia sui patris certatim se mittentes, veniam postulabant, & se stulte egisse confitebantur. Ille autem, ut erat propitius, culpæ pepercit, & contra occultum raptorem eos esse solicitos edocuit ; unde & eis Domini mandata iterum [patefecit.]

admonens eos ut servum Dei imitentur.

8 Clamat nobis Dominus in Euangelio, fratres, quia nemo potest duobus Dominis servire, id est, Deo & Mammonæ. Et subdens, [a nobis] omnem solicitudinem auferebat, sive animæ, quod manducetis, sive corporis, quid induamini : etenim anima plus est quam esca, & corpus plus quam E vestimentum : unde & volatilia cæli, & lilia agri nobis in exemplo proposuit : quoniam pater vester hæc sine labore, illa sine vestibus ornat : simulque & Salomonis gloriam suis subdens : Quoniam nec ipse coopertus est sicut unum ex istis. Tantum, quod nobis imperat, faciamus. Quærite primum regnum Dei & justitiam ejus, & omnia hæc adjicientur vobis. Hæc & his similia dicente beato Paterniano, monachi facie humo defixi, nihil aliud nisi veniam flagitabant. Tunc eis pœnitentiam indidit, ut psalmum Beati immaculati memoriter meditarentur, & insuper eis futuram Domini pietatem prædixit : Nolite fratres contristari : quia pius Dominus nobis victui necessaria in proximo exhibebit. Hæc dicens, ad habitaculum immo ad locum orationis remeavit.

Apparet ei diabolus sub forma puellæ ; de cujus dolis volumus. F

9 Cui se mox diabolus in specie puellæ obicem obtulit : & in circuitu cellulæ, diversarum bestiarum innumeris vocibus perstrepere cœpit. Cumque eam conspiceret vir sanctus : [&] quænam vel unde venerit percunctaretur, tale ab ea responsum accepit. Cogentibus patronis, ad hauriendam aquam egressa sum, & oberrans calle trito, huc properavi. Cum ei ille penitus denegasset introitum, cœpit illa quasi tremens sui devorationem ei improperare : quia si comedor a bestiis, a te me requiret Deus. Tunc ille, ut solitus erat, pietate motus, ostendit ei procul hospitium a cella, in quo sederet illa. Et tunc in suum cubiculum ingressus, cœpit quasi obrigescere mens ejus, [& caro ejus] ad libidinem inflammari. Sed ille, ut erat ratione capax, cognovit hæc diaboli esse spicula : [&] in verum judicium convertit, [dicens] scio plane : quia omnes, qui fornicationis contagione fœdantur, per ignem judicantur, & non video, si valet caro mea ignem sufferre ; & valebit deinceps suam voluntatem implere ? & accenso igne, super eum manum tetendit. Tunc ignis velut fulgur exiliens, locum in quo diabolus erat, percussit. Ille autem ululans evanuit. Et omnium illa diversitas vocum conticuit. Vir autem sanctus, dum erga se tanta Dei beneficia sentiret, infirmitatemque sentiret, in faciem procidit. Noctem vero insomnem duxit,

A duxit, & totam in Dei laudibus contulit : cujus divino munere se suumque gregem liberatum vidit.

Per visionem Angeli, viro diviti apparentis,

10 Angelus autem Domini, qui se dudum custodem promiserat, eadem nocte cuidam diviti Senogalliæ manenti, apparuit in somnis, dicens: Tu hic in deliciis permanes, & servi Dei in deserto fame cruciantur ? Quo viso, dissimulans, corpus ejus adinstar sanguinis in purpuram versum est: unde exterritus convocavit omnes urbis sapientes, visionem simulque exemplum suorum membrorum exposuit. Cum omnes mirarentur, unus ex eis senior intulit, dicens : Onera septuaginta * camelos ex omnibus cibis, quibus alendi usus est : & diversitate omnium potionum, signo ligato ei, qui primus est. Si ex divina providentia venit hæc visio, protinus consequetur effectus : qui recto itinere gradientes, usque ad locum, in quo servi Dei habitant, properabunt. Tantummodo camelarius conviator existat.

**an septem?*

B *suppeditantur ei omnia ad victum necessaria.*

11 Ille autem non surdus auditor, omnia quæ suggesserat senior, implere curavit ; & quantocius oneratis camelis, cuncta superimposuit victui necessaria: & compellit camelarios exire, dicens: Ite, & Dei servos visitate quantocius. Statim vultus ejus rediit ad figuram priorem. Illi autem signum sequentes & devios calles declinantes, in ipso auroræ crepusculo ad Dei homines pervenerunt. Monachi autem in Dei perseverantes laudibus, hymnoque matutino expleto, signum audientes, mirati sunt ; & cursim fugientes, ad suum patrem venerunt. Ille autem blande eos consolatus est, dicens : Fratres gaudete & congratulamini in Domino, quia servis suis dulcedinem misit consolationis. Exeuntes autem obviam, invenerunt homines ignotos & camelos oneratos, referentes eis omnia, quæ acciderant : & offerebant pro munere ea, quæ attulerant ; simulque narrabant, qualiter [Dominus] pacem Ecclesiæ reddidisset. O ineffabilia divinæ clementiæ beneficia ! inæstimabilis dilectio Christi caritas ! quia sicut in personis trina Deitas subsistit in substantia unitatis, in trina tribulatione laborantibus ternas intulit gratias consolationis: nam antiqui hostis expulit insidias, humanam reprimens potestatem: famis abstulit penuriam. Vere pius, vere misericors est Dominus Deus noster. Tunc in commune gratias referentes Deo, depositis oneribus destraverunt camelos, & laverunt pedes eorum, hominemque hospitio receperunt. Die vero alia benedictionem olerum camelis superimponentes remiserunt Domino cum gratiarum actione *b*.

C

ANNOTATA.

a *Elucidationem topographicam quorumdam locorum, in hac vita occurrentium dat Comm. prævius num.* 5 *&* 6.

b *Non puto tunc in Occidente monachos vixisse in communi: quales in diversis designantur.*

D EX Mss.

CAPUT II.

Episcopatus; miracula; virtutes; mors præscita & sancte obita.

Ordinatur Ep. S. Paterniani; a

AB illo tempore adiffamata est apud regionem Pentapolim *a* sacratissima conversatio beatissimi Paterniani. Tunc cœperunt ad eum undique populi concurrere, ejusque se precibus commendare, & dum ei cibos deferebant corporis, ab ejus ore in suis pectoribus alimentum reportabant vitæ. Cumque tam magnis moribus polleret, & opinio sanctitatis ejus usquequaque crebresceret, ita ut non solum monachorum vocaretur Abbas, sed universaliter totius populi pater profiteretur [&] esset ecclesia * suo desolata pastore, cœperunt sacerdotes & populus clamore magno repetere, ut Paternianum sanctissimum episcopum habere debuissent. Ille autem se omnino negabat esse dignum ; principum autem egerunt potestate, flagitantes Paternianum episcopatu esse dignissimum, a quibus decretis acceptis, abiit omne sacerdotum collegium simul & populi utriusque sexus vulgus innumerabile, & ei properium facientes *, tulerunt de eremo illum cum letaniis & omnibus ecclesiasticis obsequiis, convocantes e regione episcopos, ut cum illis ordinarent sacerdotem. Quid plura ? A monachi proposito non recessit, sed semper vigilem, ut antea, curam exercuit. Maurentium præpositum eis superstitem reliquit. Ordinatus autem episcopus tantum gaudium tantamque populo intulit lætitiam ut se omnes de tenebris ereptos crederent, & ad lumen ecclesiæ migrasse : illiusque tanta eloquentia prædicationis enituit, ut omnes, qui aderant, episcopi mirarentur. Deinceps vero more Apostolico disponens omnia, cœpit fana destruere, ecclesias ornare, schismaticos ab errore compescere, & sacerdotum ordinem moderari, omnesque ad veram Catholicam fidei normam reducere. Initium autem episcopatus sui hoc dedit signum.

**al.* quædam Juris urbs.

E

** exprobrantes.*

F

& miraculis illustratis, cæca visu reddita :

11 Fuit quædam sanctimonialis femina in urbe Suris* *b*, nomine Salvia, quæ ob necem Christianorum plorando amiserat lumen, & per annos septem & menses duos, nihil aliunde a Domino, nisi pacem ecclesiæ cum lacrimis deposcebat, dicens: Etsi oculis digna non sum videre, ut auribus audiam Christiani populi consolationem : cumque audisset præfatam ordinationem, quasi de gravi somno evigilans, data manu puellæ, concito gradu licet offendens, ad Dei hominem properavit. At ubi eum invenit, immensas Deo gratias retulit, eisque clamare cœpit : Sanctissime Paterniane, episcopatu digne, per cujus honorem Deus plebem suam visitavit, manum tuam super oculos meos impone, & signum imprime sanctæ crucis antequam moriar. At ille subridens, dixit ei : Credis omnia possibilia esse in Christo credentibus? At illa dixit : Ego ab infantia Christum credidi, &, usque dum vixero, Christum invocare non cesso. Erat autem quinta feria prope Pascha, quando chrisma conficitur. Verumtamen ille nihil aliud nisi signum sanctæ crucis de oleo sancto super oculos ejus fecit, dicens : Qui To-

** al. Juris.*

b

Digitized by Google

A Tobiam illuminavit, & cæco [nato] oculos
EX MSS. aperuit, ipse te illuminet. Et statim visum
recepit: & glorificabat ipsa [& omnes, qui
aderant] & omne habitatores urbis con-
clamantes dicebant: Quia vere patrem &
sacerdotem suscitavit nobis Deus.

favente eodem clamore.

14 Igitur dum in auribus vulgi hæc fama concrebuisset, & cladus quidam in civitate esset, qui numquam ambulaverat, assumpto vehiculo illuc cucurrit clamans: Sancte Paterniane miserere mei: At ille fidem percunctatur dicens: Paganus es an Christianus? Ipse vero respondit: Ego vere Christianus sum, & Christum adoro, & laudare non cesso. Audiens sanctus Paternianus, astantibus monachis & sacerdotibus, ait: Licet hæc nostra non sint, sed sanctorum Apostolorum, tamen, ut nomen Domini nostri Jesu Christi glorificetur, oremus pro eo: & oratione expleta, nihil aliud nisi de oleo sancto tetigit viscera ejus, & apprehendens ejus manum, in proprium statum eum erexit: & exiliens stetit, & ambulabat, & laudabat Deum: & mirati dicebant ad invicem:
B Quia vidimus mirabilia hodie.

Fama ejus fugit, & aiæ utibus benedicta,

15 Tunc cœperunt ad eum catervatim concurrere populi, undique sanctitatis ejus remedia postulantes, statim suæ necessitatis consequebantur opem. Quid dicam, vel quæ lingua enarrare valeat, quanti infirmi curati, quanti cæci illuminati, quanti diverso morbo ægri per eum in nomine Christi salvati sunt? Quæ & quanta Deus loco illi orationibus, meritis sive industriæ contulit ejus; nec non quam verax hic fuit in verbo fidelis in promisso, firmus in spe, promptus in caritate, largus in eleemosynis, in sapientia perfectus, scientia plenus, prudentia temperatus, sanctitate præcipuus, justitia severus, humilitate mansuetus, castitate nitidus, fide Catholicus, & omnibus [bonis] ita plenus, ut nihil aliud nisi sancti Spiritus templum æstimaretur & esset.

omnibus omnia fuit.

16 Quid dicam quam rationabiliter omnibus respondere paratus erat, sive gentilibus, sive Judæis, seu hæreticis, ita ut ante eloquentiæ illius fluenta, cuncta contrariæ oppositionis figmenta dissiparentur. Christianis vero atque conversis ita paterna dilectione ineffabili, ut sive peccati flagitio obnoxiis, sive infirmitate detentis, sive necessitate addictis tanta pietate condescendebat, ut universis compati videretur. O quam hospitalis, quam benignus, quam misericors vir iste sanctus fuit! qui omnia hæc agens, nihil in eo superbiæ, nihil jactantiæ, nihil typi* repertum
C *fastus.* est: tantummodo, ut monachus consueverat, in humilitatis culmine persistebat. Igitur patria illa ab omni idolorum sorde purgata, Parochia ab omni hæretica pravitate mundata, ecclesiis per sacerdotes ordinata, monasteria sub orthodoxis patribus vigili cura disposita, nihil aliud nisi divinæ legis & Catholicæ fidei gratiam redolebant.

Horam mortis; die nitus præfecit

17 Prædictus ergo Paternianus provectæ ætatis, imbecilla membra baculo sustentans, nullatenus a prædicationis officio sive orationis studio recedebat. Cumque pervigilem duceret noctem, vidit super se lucem desuper fusam, & angelum, qui eum sæpius alloquebatur, dicentem sibi: Paterniane, veni; quia tempus est, ut laborum tuorum mercedem D recipias. Ille autem attonitus intendebat, dicens: Domine si modo; fiat voluntas tua: sin autem, quod signum erit hora exitus mei? Cui responsum est. Locus, in quo fueris, tenebrosus erit, & fulgur & lux, venientes desuper, recipient te: sed triginta dies supersunt tibi, ut pacem reformes Ecclesiæ. Qui diluculo surgens, omnibus presbyteris & diaconibus seu diversis ordinibus clericis congregatis, sic eos affatus est, dicens:

alios que ad virtutem hortatur, eam fugit;

18 Fratres mei, & conservi mei, & comparticipes gratiæ Christi, mementote quanta charismata Deus operatus est in vobis, sicut audistis per me, & oculis vestris vidistis in me: in his estote: Deus omnipotens conteret satanam sub pedibus vestris velociter, & Dominus ac redemptor noster Jesus Christus filius Dei vivi, qui vos sancto suo sanguine redemit; ipse pascet & custodiet omnes in se credentes, & perducet ad præmia vitæ æternæ. Tantummodo estote fortes contra omnes insidias inimici: quia Dominus jam E de hac vita me vocare dignatus est. Tunc omnes cœperunt pariter flere. Ille autem dixit ad eos: Nolite flere, sed congaudete mecum: quia laborum meorum consequor fructus. Protinus surrexit, & omnibus obsequiis * præparatis, ad reformandam pacem *alterquiis.* Ecclesiæ aggressus est. Multi autem ex religiosis viris, ei adhærentes, mœrore perculti sunt. Discordantibus autem pacem reformans, resolutionem sui corporis imminere prædixit. Omnis in circuitu regio illustrata: tricesimo die venit in suburbano Suris, quod dicitur vicus Thanarum.

quam sancte obiit.

19 Advesperascente die cœpit aer in tenebras commutari, & lux & fulgur in eo loco surgere. Tunc corpus ejus cœpit obrigescere & modicis febriculis agitari. At ille sagax & præscius futurorum, ad consueta arma cucurrit. Oratorium ingressus, corpore humi dejecto, in modum crucis palmas ad cælum tetendit, & oratione usque ad horam sui exitus immobilis mansit. Hi vero, qui cum eo erant, quando in hymnis laudes pariter Deo offerebant, subito erga gallorum cantus lux cælitus emicuit, quæ totam illam aeris obscuritatem extinxit. Tunc is in F prece persistens, cælo spiritum reddit. Tanta autem, illo recedente, illic odoris fragrantia est respersa, ut omnes, qui aderant, inæstimabili odore replerentur, & in diversa infirmitate laborantes, qui eum secuti fuerant, ex ipsius odoris aspersione sanarentur. Unde cum Christianorum multitudine astante corpus ejus [quasi] aromatibus esset conditum, in vico Thanaritino sexto Idus Julii migravit ad Dominum. Rexit autem episcopatum Suris per annos quadraginta duos. Tamen quia longum est omnia beneficia Dei, quæ per eum operatus est, stylo percurrere, dignum est, ut scribendo finem imponam miraculis beneficiisque, quæ in eo exuberant per multa curricula annorum, præstante Domino nostro, Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *De Pentapoli agit Comm. prav.* num. 5 & 6.

b Ce

A b *Civitas* Juris *illustratur ex dictis in Comm. prav. num. 5. Perperam hic & supra scribitur* Suris *nam* Sura *jacet ad Euphratem Ptolomæo & Plinio, teste Cellario Geographiæ antiquæ tomo 2, lib. 3, cap. 12, pag. 263; quod non cohæret cum Senogallia num: 5.*

FAMA POSTHUMA

Ex Vita Italica Vincentii Nolfii, ex tabulis ecclesiæ Fanensis, a R. D. Galletto, ejusdem ecclesiæ Canonico exaratis.

Commendandus Sancti hoster e monumentis sacris;

B *Vincentius Nolfius, de quo in Commentario prævio recurrit mentio, Vitæ* S. Paterniani, *Italico idiomate ab se editæ post Franciscum Dionysium (Dionigi) subtexuit narrationem rerum nonnullarum memorabilium; e quibus fama Sancti posthuma ad splendorem nominis illustrari atque ad posteros transmitti queat. Summa itaque rerum capita delibo: quarum fides sit penes auctorem. Atque imprimis* S. Paterniani *magna claruisse nominis celebritate, planum facit Auctor ex locis sacris & aris, ejus cultui consecratis. Et vero plures ecclesias refert ad sua usque tempora perseverasse; unamque esse Venetiis, in qua cum religionis cultu prorsus singulari sancti Episcopi nostri memoria recolitur; Justinianum, limina Apostolorum visentem & sanctorum celebriorum in Italia, ecclesiam* S. Paterniani *multis privilegiis ditasse, ejusdemque urnæ appendi jussisse anathema aureum, 45 uncias pendens; Zachariam* I PP., *pace cum Luitprando, Longobardorum rege composita, multis agris & singularibus indultis ac privilegiis honoravisse ecclesiam* S. Paterniani; *ubi perperam apponit auctor annum 760: cum constet tam dictum Pontificem, quam regem floruisse medio sæculo octavo; Zacharia quidem e vivis sublato anno 752, Luitprando autem 744.*

miraculis C 2 *Accedit eo, quod civitatis Fanensis Episcopus ab immemorabili tempore comitante clero & frequente populo, consueverit instituere supplicationem feria tertia Paschæ versus Sancti ecclesiam, translata post ea solennitate in Dominicam Palmarum. Ita ille; proxime subdens duo miracula; quæ etiam lego in alio nostro Ms. Latino collecto e tabulis ecclesiæ Fanensis ab R. D. Galletto, prædictæ ecclesiæ Canonico, paulo aliter expressa. Primum sic habet*: Tertio itaque Paschalis die solennitatis, cum ad (*sancti Præsulis*) basilicam Episcopus & universus clerus ac omnis pene civitatis populus solito processionis more confluceret; quidam claudus, omnibus pene civibus notus, inter ceteros quasi eleemosynam acceptarus advenit, & dum accipere in eleemosynam venerat panem, maximam consecutus est totius corporis sanitatem; & qui quadrupes prius accessit, bipes ut ita dicam, noviter factus abscessit. Sed ne posterius de hoc miraculo aliqua inhæreat dubitatio, utrum ante Missam, an post Missam, aut inter ipsa solennia Missæ claudus iste consecutus sit sanitatem; sciendum est, quia cum diaconus Euangelium legendi dare vellet initium, & omnium aures ad librum essent intentæ, is, qui claudus fuerat, in dolorem significantem vocem propter membrorum extensionem erupit. Quis, inquam, Fratres, populi laudes Deo illatas, quis exultantis populi catervas valuit numerare? Nullus enim inerat, qui in tanto prodigio omnipotenti Deo laudes non decantaret. Hoc factum est decurso Dominicæ Incarnationis anno millesimo quinquagesimo octavo, imperante Domino nostro Jesu Christo, qui per servum Paternianum tanta operatus est, una cum Patre & cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Pergamus ex dicto Ms. ad miraculum secundum: In Fanensi suburbio, tertio videlicet a mœnibus lapide, vir quidam habitabat & ordine simul & facultate mediocris. Hic itaque canonicas Horas & ecclesiastica, cum poterat, non facile omisit officia. Consuevit per annorum jam plura curricula ad monasterium S. Paterniani, quod prope muros ejusdem urbis positum est, præcipuis festivitatibus properare, & nocturnas illic audire vigilias: quod nimirum tam constanter [observabat] ut nec pluviarum hunc inundatio ventuosa compesceret, [nec] hiemalis posset asperitas retentare. Sæpe autem maligni spiritus eum in ipso itinere, ut terreretur, inclamabant, & strepitum quidem diræ vocis emittebant, sed cujuslibet corporeæ formæ speciem non ostendebant. Quadam vero nocte, dum ad prædictum monasterium properaret, ecce lupi simul & canes furentium animalium diversa portenta, facto agmine insurrexere in eum, ut ululantes undique & oblatrantes, radibis eum morsibus tractarent. Ac ille vir tandem ex eorum dentibus, pallio simul & pileo nudatus evasit. Needum autem ad vigilias signa sonuerunt: cumque perveniens, clausas adhuc fores monasterii reperisset, ante limen se protinus in oratione prostravit. Diutius autem in orationem protractus, tandem surrexit, & quod amiserat pallium simul & pileum juxta se jacere projectum vehementer expavit. Quod nimirum per angelos factum sit, ac ipse trux prædo diabolus, quod abstulerat, compulsus restituere; atque confusionis [ac] ignominiæ cumulum, ei, quem læserat, coactus sit ministrare. Alio quoque tempore idem, de quo loquimur, vir ad prædictum monasterium nocturno silentio properabat. Ad rivum, qui interfluebat perveniens; cui scilicet Argilla vocabulum est; qui, aquis tunc excrescentibus intumuerat; transvadare non poterat. Qui se protinus in orationem dedit, & oratione completa, mira res, in ulteriori ripa se transpositum reperit.

supplicatione publica; ecclesiæ Pontificum favore ditatæ &c.

4 *At nunc relicta priore semita, ad Nolfium revertamur: in quo sequuntur, ea quæ summatim delibo; nimirum civitas Fanensis Sancti patrocinio a præsenti periculo hostilis vastationis liberata, facta in grati animi memoriam solenni supplicatione, & statua marmorea publicæ venerationi expositæ: deinde ponitur ecclesia variis gratiis ditata, & monasterium bonis temporalibus ab summis Pontificibus Adriano IV, anno 1156; Alexandro III, anno 1178; & a Martino V, anno 1417. Porro ecclesia sancti Episcopi nostri a monachis Benedictinis post varias bellorum vicissitudines refertur transisse primo ad sacerdotes sæculares, deinde ad Canonicos regulares Ordinis S. Augustini anno 1482, per annos 69 ibidem, ut fertur, moratos: quo tempore peri-*

A *clitati fuerunt ſanctiſſimi depoſiti poſſeſſores, ne illud amitterent, vicinæ cujuſdem civitatis incolis illud ſubducere tentantibus, ſed irrito conatu; mane reperto corpore Sancti eodem loco, unde fruſtra illud nolle amovere tentaſſent: Quod miraculum narrat annus fuiſſe memoria condecoratum. Nec vero ſæpe dictæ exuviæ ſemper manſerunt extra muros Fanenſes, ſed accedente tumultuum bellicorum in civitatem Fanenſem ſcribuntur delatæ, atque anno demum* 1551 *publicæ venerationi expoſitæ die* IX *Julii; poſtridie vero, id eſt die* X *ejuſdem menſis ob templum ejuſdem Sancti nomini dedicatum feſtivo, ſolenni pompa intra muros urbis* AUCT. J. P.

delatæ, & religioſiſſimo cultu in dicti templi ſacello repoſitæ. B

6 *Neque hic ſtat* S. Paterniani *gloria: ſed ipſius patrocinio adſcribitur liberata civitas Fanenſis aliis, mare Adriaticum infeſtantibus. Adde, mulieri, nomine Lucia, viſum reſtitutum poſt duorum annorum cæcitatem ad Sancti ſepulcrum: quod miraculum contigiſſe refertur die* X *Julii anno* 1580. *Poſtremo totam narrationem concludit laudatus auctor relatione & publica expoſitione reliquiarum anno* 636 XXXV *menſis Julii, non ſine frequenti populi concurſu. Atque ego pariter famam Sancti poſthumam hic abſolvo.*

Fidem Sancto adſcribitur liberatio civitatis Fanenſis ab hoſtibus & mulieris cæcitas reſtituta.

DE S. PATERNIANO EP. ET CONF.

ALIO AN EODEM CUM FANENSI?

BONONIÆ IN ITALIA.

J. P.

SYLLOGE HISTORICA.

E

B Sancti cultus; Epiſcopatus, an idem hic Sanctus cum S. Paterniano Fanenſi.

FORTE ANNO CIRCITER CCCLXX. *Sancti cultus & elogium;*

Martyrologium Romanum hac die Bononiæ S. Paterniani Epiſcopi *memoriam conſignat; de quo Ferrarius ſequens elogium contexuit ex Sigonio lib.* 1 *de Epp. Bononienſibus*: Paternianus, patria, ut creditur, Bononienſis, S. Petronio, a clero & populo electus in Epiſcopum, circa annum ſalutis CCCCL, Leone I Pontifice Maximo, ſucceſſit. Is monaſterium S. Michaelis nobiliſſimum in paterno fundo exſtruxiſſe putatur. Vixit in epiſcopatu ad annos XX circiter, quibus eccleſiam Bononienſem ea pietatis laude gubernavit, ut cum IV Idus Julias diem ſuum obiiſſet, ab eadem eccleſia cum aliis Divis coli hac die meruerit. Illi S. Tertullianus anno Domini CCCCLXX ſubrogatus eſt. Corpus in æde S. Felicis ſepultum eſt.

C *Jolas mariæ ſanctum ait,*

2 *In iis, quæ a recentioribus auctoribus de tempore epiſcopatus* S. Paterniani *memorantur, plurima vacillant ex ſumma antiquorum monumentorum penuria. Sigonius pag.* 26 *ſcribit, ipſum, ut vidimus, ſucceſſiſſe S. Petronio: cui adſtipulatur Baronius in Notationibus, addens inter eccleſiæ illius Epiſcopos ordine ſeptimum fuiſſe. Undecimum dumtaxat ei locum tribuit Ughellus tomo* 2, *col.* 10. *Paulus M. ſiet in Bononia perluſtrata part.* 2, *pag.* 42 *Marcelli ſucceſſorem ipſum ponit. Gaſpar Bombaci de Viris illuſtribus Bonon. ſtatuit ſucceſſiſſe in epiſcopatu S. Petronio Adrianum, ac deinde S. Paternianum. Incertum itaque eſt, cuinam in epiſcopali munere ſucceſſerit Sanctus noſter, atque adeo quo tempore illud fuerit auſpicatus; ſcriptoribus, quod decenter, nihil habentibus, præter publicam venerationem, quam ſcriptis ſuis inſerunt aliis, proximius ad res geſtas Sancti pertinentibus temporum oblivione ſepultis. Quod ſi ita ſit, quis veriſimus eſt modus decidendi dubium, in titulo propoſitum, utrum S. Paternianus Bononienſis idem ſit cum Fanenſi, an diverſus?*

Duos ſanctos Patronianos Bononienſis & Fanenſis

3 *Caſtellanus, dum die* XII *Julii notat* S. Paternianum, *in Martyrologio Romano ſignatum, antiquis quidem* Martyrologis incognitum *fuiſſe*, tametſi cultum Bononiæ in Italia & Fani; *dum ita, inquam, Caſtellanus notat, ſatis aperte inſinuat non diſcriminare ſe duos Epiſcopos* Paternianos, *ſed unum dumtaxat in duobus dictis locis fuiſſe honoratum. Et vero, ut dicam id, quod ſentio, non pauca ſunt in utroque Sancto, quæ poſſint movere ſuſpicionem, ne ex uno unico conflatus ſit duplex: nam uterque fuit Epiſcopus; uterque habitavit in Italia, & quidem in eodem fere Italiæ tractu; uterque colitur eodem menſe, quin imo eodem pene menſis die. Accedit eo, quod tam adjuncta temporis, quo Bononienſis vixiſſe aſſeritur a Ferrario, anno circiter* 450, *quam ejuſdem patria, ut creditur, civitas* Bononienſis, *aliaque, quæ fundare poſſent diſtinctionem, de qua quærimus, deſtituta apparent ſolido atque antiquo monumento, ut ex iis utriuſque Sancti diſcrimen probari haud poſſit. His tamen non obſtantibus judico utrumque Sanctum in ſua antiqua poſſeſſione relinquendum; donec aliud ſuadeant certa documenta, quorum conſecutionem vix anſim ſperare.* F

DE

A D

DE S. MAMANTE MART.

CONSTANTINOPOLI.

Cultus ex Menæis Græcis. J. P.

XII Julii. MAmas *ſignatus reperitur in Menæis impreſſis, eorumque Indice, nec non in Maximo Cythererum Epiſcopo, adjecto loco cultus* ἐν τῷ Σίγματι in Sigmate: *pro quo mendoſe dictus Maximus habet* πέρας ἐν τῷ σίγματι, *vitio haud dubie typothetæ. Ceterum inter varias, Deiparæ Virgini CPoli conſecratas eccleſias, unam extitiſſe, cui nomen in* Sigmate, *a Conſtantino Magno ædificatam, ac poſtmodum a Juſtiniano renovatam; denique terræ motu collapſam, at longe elegantius reſtauratam a Baſilio Macedone, legere eſt apud Cangium lib. 4 CPoli Chriſtiana pag. 96; ubi obſervat contra Codinum, quem, dum dicit referre* ab hac ædis ruina ex terræ motu, ædem ipſam σφῆνμα vel σῆμα, vulgo ante Σίγμα appellatam, *addit neſcire ſe, an in hac re fidem omnino meretur. In Supplemento ad Menæa Græca ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii habetur die proxime ſequenti; uti etiam in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ.*

B DE SS. ANDREA MILITE, FAUSTO, MENA, ET SOCIIS MARTYRIBUS. E

Notitia ex Menæis Græcis. J. P.

XII Julii. POrrigunt *hoc nobis Martyres Menæa impreſſa, eorumque Index cum Maximo Cythererum Epiſcopo. Eodem etiam die recenſet Supplementum ad Menæa impreſſa e Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii* Andream & Probum; *reliquis rejectis in diem ſequentem,* XIII *hujus; quo illos ſic profert, addens ſocium novum:* Ἀθλησις τῶν ἁγίων Ἀνδρέου, τοῦ στρατιάρχου, Ἡρακλέου, φαύστου, Μενᾶ, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. *Illo etiam die ſignantur in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ* Paſſio S. Andreæ militis, Heraclei, Fauſti, Menæ & Sociorum ipſorum. *In Menæo Chiffletii lego* XII *hac die:* Ἀνδρέου στρατηλάτου, καὶ τῶν αὐτοῦ. Andreæ militum ducis, & Sociorum ejus.

DE S. MICHAELE MALINO CONF.

Notitia ex faſtis Græcis. J. P.

XII Julii. SAnctus *iſte, in faſtis Græcis ſatis obſcuri nominis, ignotus, nobis futurus, niſi e pauis monumentis innotuiſſet, hac die celebratur; in Horologio Græco, appoſito cognomento* τῦ Μαλείνου. *Refertur præterea in Typico S. Iabæ cum cognomine* Μαλείνου; *ad quam normam & nos ipſum in titulo ſuperiore expreſſimus. Menologium Ruſſicum, ſanctis quoque ſuis ipſum annumerans,* Malini *cognomen et indit. In Ephemeridibus Græco-Moſcis annuntiatur* Michael Malinus monachus. *Malenus inter Anſberti locum ipſi dedit, ita memorans:* ſancti Patris Michaelis Maleni. *Unde vero hoc cognomen traxerit originem, an a* Malco, *promontorio Laconico; an a* Malienſibus, *qui cur non etiam* Malini *nominari poſſint vel* Maleni? *Græce enim dicuntur* Μαλιεῖς *ſeu* Μαλιεῖς; *an, inquam, a* Malienſibus, *populo Theſſaliæ; an autem aliunde potius Sanctus noſter* Malinus *appellatus fuerit, nihil in promptu eſt, unde definiam, quamdiu vita ejus nos latet.* C F

DE S. VIVENTIOLO EP. ET CONF.

LUGDUNI IN GALLIA.

Sylloge de cultu, geſtis & ætate. I. B. S.

CIRCA AN. DXX. CItatur *paſſim Beda, ut qui* S. Viventioli, *ſub nomine* Inventioli *meminerit hoc die; verum Beda ipſe nullus eſt præter ſuppoſititium ſeu Plantinianum, cujus nota ſunt characteriſtica: ubi Adonis textui adjectus eſt, forte ex Notkero, qui tamen* Viventiolum *recte appellavit, eumque verosimile a Rabano mutuatus eſt; utrobique enim eiſdem verbis annuntietur:* Lugduno Galliæ, depoſitio Viventioli epiſcopi: *alibi vero fuſius addendi, Notkerum Adonis & Rabani Martyrologia potiſſimum tranſcripſiſſe. Rabano itaque deberi videtur prima fugitivatis notitia, quæ utrum recte*

In plurimis locis Faſti nomen,

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S.

ab illo an perperam posita sit, non definio : fortasse quemadmodum annus, sic & dies incertus est, cujus apud Lugdunenses non alia certior habetur notitia quam ea quæ nobis a Severtio de istius urbis Episcopis suggeritur, ex inscriptione ecclesiæ Nicetianæ, in subterraneo ejus tumulo sculpta, quam hic sub finem ex ipso, subjiciemus, quæ si anno 1308 antiquior non est, de vero die obitus sufficientem fidem facere vix potest ; sed vetustiorem facile supponimus, atque ex eo tumulo ad alios perveniisse.

etiam Hieronymianis adjectus est.

2 *Ceterum ad antiquos alios Martyrologos Bedam & Florum, Romanum parvum, Adonem aut Usuardum quod attinet, certum est, ab iis signatum non fuisse* S. Viventiolum, *quem mirum est tam multis Hieronymianis etiam minoribus adjectum legi, unde fortasse Rabanus ipse eum acceperit, plures Sanctos ex eo Martyrologio in suum transferre solitus. In Bedæ additamentis ex Tornacensi codice pro* Viventioli, *scribitur* Vincentii, *uti & apud scriptores a Severtio citatos, ubi etiam* Viventii : *melius in Barberiniano, servata ubique jam data annuntiationis formula, quæ ipsa est supposititii Bedæ ; eademque ferme etiam transit in auctaria Usuardina, Vaticani sub num.* 5449, *Editionis Lubeco-Coloniensis, Greveni & Molani, in quorum nonnullis nomen, æque ac superius, distortum est. Florarium Ms., Galesinium, Ghinium aut recentiores alios non enumero, cum eadem ubique sonent, brevia vero Galesinii & Ghinii elogia nihil contineant, quod fusius infra dicendum non sit. Sufficiat Romani moderni annuntiatio, non* XII *Junii, ut erravit imperitus Legendistæ Gallicus, sed hoc die:* Lugduni, S. Viventioli episcopi.

Elogia Saussayi

3 *Elogia Saussayi & Raynaudi adjungi merentur, quibus deinde addemus quæ paulo pluribus Sammarthani de* S. Viventiolo *prosecuti sunt. Sic loquitur laudatus Saussayus:* Eodem die Lugduni, depositio S. Viventioli episcopi ejusdem metropoliticæ sedis & confessoris, qui post S. Lupicinum nobili huic ecclesiæ præfectus, ob doctrinæ & sanctimoniæ pereminentis decora, maxima pastoralis officii lumina exeruit : cumque etiam sacræ vindicandæ disciplinæ, sarciendæque sinceræ pietatis causa, congregatis nonnullis ecclesiæ Gallicanæ comitiis, signanter vero synodo Epaunensi, nec non Meldensi clarum sanctitatis ac sapientiæ sidus interfuisset, Agaunensis cœnobii fundationem, quam edidit suo hortatu Sigismundus Rex pientissimus, promovisset, S. Ambrosium, insulæ Barbaræ abbatem, huic regendo præfecisset, gregique suo conversatione purissima & vigilanti procuratione, cœlestis patriæ viam indicasset [&] complanasset ; ipse quietis æternæ appetens, feliciter in Christo, cui fideliter toto vitæ tramite servierat, obdormivit.

C

& Raynaudi

4 *Stylo potius quam rebus ab hoc elogio differunt, quæ de eadem Sancta memorat Raynaudus in suo Sanctorum Lugdunensium Indiculo, ipsum etiam asserens,* cum laude allegari in Concilio Meldensi, *atque* adscripum haberi Concilio Epaunensi, sive Agaunensi, vel ut Ivo allegat, Hipponensi, hoc est Coloniæ equestris, non procul a Bellicia. Celebratum porro est Concilium illud anniversario sancto Sigismundo rege anno Christi DIX, ex quo liquet de anno & tempore sedis hujus S. Præsulis, cujus nomen sactis talibus Romanis ac Bedæ ignotum habetur XXV Julii. Fuisse virum de-

D firmante ; quantæ eruditionis fuerit S. Viventiolus, ipsa ejus & aliorum de eo scripta testatum fecere. Subscriptus habetur fundationi Agaunensis monasterii per S. Sigismundum regem factæ, ex quo colligitur, translatum a S. Viventiolo Agaunum fuisse S. Ambrosium, de quo Ado 11 Novembris. *Utrum id recte colligatur, satis dubium video ; neque fundatio ipsa, cujus instrumentum præferunt Sammarthani, satis indubitata est. Cetera in quibus aberrant Saussayus æque ac Raynaudus ex sequentibus sient manifesta.*

paulo fusius & nitidius

5 *Audiantur modo Sammarthani, qui* S. Viventiolum *numerant Lugdunensem archiepiscopum* ordine XXVI, *serie ab aliis nonnihil diversa, nam a Claudio Roberto positus erat* XXVII, *a Severtio & aliis* XXIX : *sed ea operosius examinare aut restituere, hujus loci non est. Sic ipsi habent :* S. Viventiolus Aviti Viennensis episcopi & Apollinaris Valentinensis præsulis amicus fuit, cui, adhuc presbytero, episcopatum auguratus est Avitus ep. 17. Nam cum, ut de eo observat Sirmondus in præfatis notis, Lugdunum ex Jurensi eremo venisset, Apollinarem que, Aviti fratrem, novum episcopum ibi ægrotantem visitasset, Avitum quoque ipsum, destinato nuntio, consolari studuit. Quo nomine gratias illi agit, simulque pro transmissa sella : cujus vice cathedram ipsi, hoc est episcopatum imprecatur, quem postea Lugduni sortitus est. Suasit illi eadem epistola Avitus, ut rectore destitutam scholam Eugendi, quod nunc monasterium est S. Claudii, in Jura monte capesseret, ut in secundo gradu presbyteri probatus, ad majora gubernacula, hoc est ad primum gradum Episcoporum proveheretur.

E

a Sammarthanis explicatus.

6 Itaque Lugdunensem episcopatum, quem ipsi auguratus fuerat, adeptus est tandem, ut ostendit epistola Aviti LII, Viventiolo episcopo. Hunc autem Cathedræ honorem adeptum fuisse, ostendunt & concilia quibus subscripsit ; Epaonense anno DXVII, & Lugdunense I sub Sigismundo rege, quod eodem, ut videtur, anno celebratum est, præside Viventiolo, contra Stephanum, qui cognatæ suæ nefario ausu se sociavit. Citatur & canone LXXXIII Concilii Meldensis, ac subscriptus reperitur fundationi monasterii Agaunensis a Sigismundo factæ. Sed cum ab eo invitatus fuisset Avitus ad Lugdunensis ecclesiæ festivitatem, se excusat epistola LVIII, quod Vienna, propter adventum Principum abesse non possit. Nam S. Justi solennitas celeberrima erat, ut innuit Sidonius lib. 5, epist. 17. Convenieramus ad S. Justi sepulcrum, processio fuerat antelucana, solennitas anniversaria, populus ingens, quem capacissima basilica non caperet. Atque ut recte observat Sirmondus, in iisdem notis, ex quibus hic non pauca, solebant vicinarum sedium Episcopi ad urbium suarum celebritates invitare, cujus moris exemplum insigne est apud Basilium Magnum ep. 291, ubi ad Cæsarienses Martyrum diem anniversarium, non vicinos modo, sed totius Ponticæ diœcesis Episcopos invitat.

F

Neque mater ejusdem Sancti notitia

7 *Verebar ex Sirmondi notis, cujus etiam sunt sequentia Sammarthanorum verba :* Quam exquisitæ autem doctrinæ vir fuerit Viventiolus, ex Agobardo discimus, in libro de Judaicis su-

Digitized

superstitionibus. Viventiolus, inquit, ecclesiæ Lugdunensis episcopus, cujus doctrinæ fuerit, non solum ipsius, sed & aliorum de eo scripta testantur. *Verum nec de ipsius, nec de aliorum ad ipsum spectantibus scriptis alia supersunt præter citatas modo Aviti epistolas, quibus addi possunt officiosæ aliæ* 32, 60 & 94; *ex quibus tamen nihil eruitur, quo sancti nostri* Viventioli *gesta magnopere illustrari possint. Cæterum quæ ex variis hactenus collecta sunt, non parum lucis accipiunt ab Actis S. Alcimi Aviti Viennensis episcopi jam laudati, ad* v *Februarii ab Henschenio diligenter expensis, ubi Avitus ipse* S. Viventiolum de grege presbyterorum Dei electum *Lugdunensibus* episcopum designasse *fertur*; *& paulo post subditur historia persecutionis, quam passi sunt sancti Episcopi ob injustam Stephano meritam pœnitentiam, de qua videri potest Concilium ipsum Lugdunense in Coll. Labbei col.* 1584. *Verum ea sic omnibus communia sunt, ut nusquam de singularibus* S. Viventioli *Actis quidquam occurrat; id quod a nobis hic maxime quæritur.*

B *apud Severtium reperta est,*

8 *Speratarum rerum a* S. Viventiolo *gestarum ampliorem notitiam me reperturum apud Severtium, paginas non paucas bene longas sub ejus titulo inspicienti; quas ubi attentius evolvi, id demum consecutus sum, ut Sancti sepulturam intelligerem: de cætero totus est, in versandis plurimis, quæ rursus omnibus Episcopis Synodi Epaonensis alicunque, æque ac* S. Viventiolo *conveniunt. Atque illud imprimis operose disquirit auctor, quo demum loco habitum sit prædictum Epaonense, seu Epaonense concilium, cui quatuor diversas epochas adscribit, cum unica sufficiat anni* 517, *ut in Commentario prævio ad citata S. Aviti Acta abunde demonstratum habes, ut hic actum agere non oporteat. Neque instituenda nova disquisitio de* Epauno, *seu potius* Epaone parochia, *quem a Cæsaraugustano, Severtio & aliis frustra quæsitum, ibi verosimillime descriptam invenies, quidquid de eo loco etiam recentius disceptatum legerim. Dicumque vero ea se habeant, ut semel dicam, non minus ad ceteros Episcopos hæc spectant quam ad* S. Viventiolum, *cujus utinam Acta supersessent, aut certe monumenta aliqua ex quibus de ejus ætate, obitu-* D AUCT. J. B. S.
tibus, initio, duratione ac fine episcopatus, aut certo obitus anno fœtui aliquid posset; circa quæ nihil prorsus subministravit Severtius, nec mihi alium de eruere quidquam licuit: annum circiter 520 *a Castellano accepi, eum satis verosimiliter conjectante Id modo nunc superest, ut ex ultimo Severtii paragrapho* S. Viventioli *sepultura subnectatur.*

qui ferme de sola sepultura meminit.

9 Post hæc veroextranea, *inquit*, nos tandem ad Viventiolum archipræsulem nostrum merito gradum facimus; *nempe ad sepulcrum, de cujus inscriptione superius dicere cœpimus, quemque hic se eruisse testatur* a typo Ms., juxta metricos tractatus, ea de re inchoatos sub Rustico archiflamine; *in quibus tamen rationes metricas non agnoscit. Post* S. *Rusticum & ante Priscum descriptos sic habebat epigraphe*: Item in alio altari sequenti erat tomba B. Viventioli, prout apparebat per versus suppositos in lapide marmoreo. Vir potens meritis nostrique E
Sacerdus *, in hoc jacet Viventiolus tumulo. Vox organi, præco verbi, decus fratrum Ecclesiæ, & populis speculum fuit, nullum linquens Officii gradum divinum, quem non promeruerit, tulitque de mundo: & quedam linea quæ legi non potest. Lugduni inter Sanctorum festa, sit tibi & iste festus celeberrimusque dies. Probata duorum fratrum corpora requiescunt Antestes * summi patres meritis, cohæredesque Christi. Pater bone, omnium diadema Episcoporum, nostre precibus nostris, invocatusque memento. Et in fine tumuli est scriptum* IV *Kalendas Julii, cui concordat Calendarius libri Primi. Hue usque textus qualem refert Severtius, turbatum sane & inustum, cui litteris aliis subdit*: Exscriptum anno MCCCVIII. Nihil amplius. *Neque nobis suppetit quod his adjungamus. Conjecturas novas de* Epaone *vide in Ephemeridibus Trivertianis anno* 1713 *a pag.* 232.

* Sacerdos

* Antistites

F

DE S. MENULFO EPISCOPO.

C

IN FINIBUS BITURICENSIUM IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

De cultu, episcopatu, ætate & Actis.

XII Julii. *Mollis antiquis præviis.*

Sanctum aliquem Meinulfum, Meginulfum *seu* Megenulfum *diversum, sæculo patrissum nono celebrem, priscis noveram, in Bodecensi seu Budecensi Canonicorum regularium Ord. S. Augustini cœnobio diœcesis Paderbornensis in Westfalia debitis Sanctorum honoribus cultum, cujus gesta ad* v *Octobris illustrabuntur; at non ita mihi perspecta erant, quæ ad hodiernum, ferme synonymum spectant, Episcopum nempe in diœcesi Bituricensi, antiquis omnibus Martyrologiis prætermissum, a Grevero in additionibus primum signatum, de cujus ætate aut rebus gestis ne scholiasta quidem inter manuscripta nostra occurrebat. Ut igitur de cultu certior fierem, excutienda fuerunt monumenta Bituricensia, e quibus id demum erui, S. Meinulfi peculiarem festivitatem non procul Sancvigny, in ditione Borbonica annue celebrari a sanctimonialibus cœnobii ab eo dicti* Saint Menoüi (*alias* Menou) en Bourbonnois, *cujus rei primam notitiam acceptam refero Castellani Martyrologio Universali, paulo inferius citando. Sublato igitur de vero cultu omni prorsus dubio, ulterius investigando Labbeum consului, patriam suam illustrantem, ubi inter Vitas & elogia de S. Menulfo descripsit, quæ in tabulis ecclesiæ collegiatæ S. Austregisili, suburbii Bituricensis reperirat, ut pluribus infra patebit: hic præmittemus, quæ in recentioribus Martyrologiis tradita sunt.*

a recentioribus memoratus hac die,

a *Jam dixi, Grevenum primum fuisse qui S. Menulfi memoriam in Fastis sacris retulerit, in*

A AUCT. J. B. S. *ex quo ferme cetteros ſua acceſſiſſe neceſſe eſt. Sic habet ad hunc diem*: In territorio Bituricenſi, ſancti Menulphi epiſcopi & confeſſoris, *a quibus parum differunt Molani verba*: In territorio Bituricenſi, beati Meinulphi præſulis; *& hæc prope eadem leguntur in Germanico Canifii. Conſonat Maurolycus*: In agro Biturico, ſancti Menulphi præſulis. *Item Ferrarius*: In territorio Bituricenſi, ſancti Menulphi epiſcopi; *in annotatis recte obſervans, nomen* S. Menulfi *in tabulis Epiſcoporum Bituricenſium* apud Demochares (*addo ego Chenu, Claudium Robertum & Sammarthanos*) haud reperiri, forte, *inquit*, quod alterius urbis epiſcopus fuerit, *imo veroſimiliter nullius ſedis aut urbis, niſi tantiſper admittatur traditio mere popularis, quam primus adjecit laudatus Caſtellanus, ex quo diſtinctiorem aliquam Sancti notitiam elicuimus. Ejus verba ſunt*: Apud Souvigny in Borbonenſio, S. Menulfi, ſub cujus nomine iſtic abbatia ſanctimonialium exſtat cum ejus reliquiis, ubi honoratur tamquam epiſcopus Coriſopitenſis poſt S. Corentinum.

B *quo inventionem refellit Sauſſayus.* 3 *Ita Caſtellanus, nullum tamen tempus (quod ipſi quodammodo proprium eſt) determinare auſus, quo Sanctus vixerit, de die cultus haud quaquam dubitans. Queri interim & merito poteſt, unde Sancto iſti, ſolo ferme nomine celebri, hoc potius die quam alio decreti ſint honores ſacri, quandoquidem nec de ætate, nec de anno aut die obitus quidquam memoriæ traditum ſit? Eam difficultatem præ oculis habuiſſe videtur Sauſſayus, dum in Martyrologio ſuo Gallicano hodiernæ feſtivitatis cauſam non ad diem obitus vel depoſitionis, ſed ad inventionem retulit; de qua etiam meminit Labbeus, mox adducendus, ad calcem Vitæ, a ſe editæ, ubi tamen prædictæ inventionis diem hunc expreſſe non addidit: an id alibi reperit Sauſſayus, an potius ſuppoſuerit, pluribus non diſquiram*; *tali certe elogio Sanctum ornavit*: In præſulatu Bituricenſi, pago Maliaco, inventio S. Menulphi epiſcopi & confeſſoris, cujus oſſa cæleſti nuntio revelata, a Dagoberto archipræſule Bituricenſi, tempore Adalgaſiæ abbatiſſæ, congruo honore decorata ſunt, pagoque deinde ipſi, antea per obſcuro, ob præſtita divina beneficia, lumen plurimum addiderunt: indito etiam ſancti ipſius Confeſſoris eodem loco (cujus jam tutelaris colitur) venerabili vocabulo. *Hæc pro cultu ſatis conſtanti, nunc de dignitate quærendum.*

C *In Actis apud Labbeum perperam dicitur* 4 *Epiſcopum fuiſſe tradunt omnes, at certum videtur, cathedram Bituricenſem numquam conſcendiſſe. An Coriſopitenſem, ut apud Caſtellanum fert recepta traditio? Neque id cenſeri poſſe videtur, cum in omnibus iſtius eccleſiæ tabulis, æque ac in Bituricenſibus omnino excluſus ſit. At Vita qualiſcumque, a Labbeo edita tomo 2 Bibliotb. Mss. pag. 433, haud obſcure ſucceſſorem declarat S. Corentini, primi Coriſopitenſis epiſcopi. Sic ibi tradit Vitæ ſcriptor anonymus num. 2.* Cum autem (*S. Menulfus*) per aliquod tempus, omnibus placeas, prudenter ſibi commiſſum fœnerat talentum: accidit ut jam dictus antiſtes (*S. Corentinus*) obiret. Plebs autem & clerus maxima dilectione S. Menulfum amplectens, non patiebatur eum a ſe ſequeſtrari. Cumque vir Sanctus ordinem epiſcopatus adeptus fuiſſet, non ceſſavit ſancta prædicatione gregem ſibi commiſſum fideliter edocere. *Verum qua fide hæc nitantur, haud difficulter colligere eſt ex immani confuſione temporum, dum Rex Dagobertus conjungitur cum* S. Menulfi *ætate, qui S. Corentino ſynchronus vixiſſe ſupponitur eique in regimine Coriſopitenſis eccleſiæ ſucceſſiſſe. Anni Legendæ enodium*:

D 5 Cum jam per orbem terrarum, caligine errorum depulſa, luceque veritatis exorta, fides ſanctæ Eccleſiæ in omni regimine Dagoberti Regis Francorum, pace maneret tranquilla, ſancti per mundum, tamquam venales flores floruerunt. In inſula maris Oceani, quæ barbara lingua Yrilanda nuncupatur, id eſt ferrea terra, vir ſanctus & venerabilis Menulfus procreatus eſt, qui divina inſpiratione permotus, relictis parentibus ac cognatione ſua, majorem Britanniam relinquens, navigio delatus pervenit ad minorem in provinciam civitatis (*vult dicere* in civitatem provinciæ) quæ ab antiquis Oximorum nuncupatur, cujus ſanctus Chorentinus Antiſtes erat. Hic vocavit Menulfum ad ſe &c. *Cæſpitat ſcriptor, geographiæ æque ac chronologiæ imperitus; nam* Oximorum provincia *ſeu pagus aut tractus Oximenſis non in Britannia Armorica, multo minus in meridionali ejus parte, ſed in Normannia ſitus eſt, ſic vocatus ab oppido Oxime*, vulgo Hieſmes, *diſtante Sagio in ſeptemtrionem leucis quatuor, inter Aquilam, Falefiam & Cadomum, ut notant geographi, qua in regione S. Corentinum numquam Epiſcopum fuiſſe, indubitatum exiſtimo.* E *fuiſſe epiſcopum Coriſopitenſem poſt S. Corentinum.* *Ad ea vernales*

6 *Aſt alius hic animadvertendus, quem impugnamus potiſſimum, auctoris lapſus turpiſſimus, dum ſæculum quartum cum ſeptimo inepiſſime connexit. Etenim ſi quæ certa eſt aut ſaltem veroſimilis S. Corentini epocha, ſive is diſcipulus S. Martini Turonenſis fuerit, ſive alterius; id in confeſſo apud omnes videtur, vixiſſe ipſum ſub finem ſæculi quarti & principium quinti, quemadmodum notant Coriſopitenſis ſedis Epiſcoporum catalogi, ad S. Corentini natalem aut* V *Septembris aut* XII *Decembris diligentius examinandi. Quis autem tantillum hiſtoriæ Francicæ peritus ignorat, Regem Dagobertum ſæc.* VII *floruiſſe, anno ejus* XL-IV (*alia* XXXVIII) *e vivis ſublatum? Ut manifeſtum ſit, diſparatiſſima tempora ab inſcito homine in ea Legenda combinari; forte quod ex aliis Vitis, in quibus florentem ſanctis viris Dagoberti ætatem legerat, ſuam compilarit, parum ſolicitus de disjunctarum epocharum concordia. Et quid demum ex hujuſmodi complexo eduxeris, ex quo de* S. Menulfi *epiſcopatu aut ætate certi aliquid ſtatuatur, cum in toto decurſu nec minimus character appareat, unde ea ſtabiliri poſſint? Epiſcopum fuiſſe, non negaverim, at loci incerti ſeu regionarium, uti vocant, quales Hibernos, Scotos & Anglos plures fuiſſe, alibi non ſemel demonſtravimus.* Cum quo confer Hunter tempora Dagoberti. F

7 *Quid porro de reliqua Vitæ narratione cenſeri debeat, ex ipſa facile quivis intelliget, quam a noſtro Labbeo primum in lucem editam diximus, nihil in ejus commendationem proferente; utpote qui ſatis, opinor, perſpexerit, hiſtoriam eſſe incompletam & hiulcam per clauſulas &c., quaſi ex longiori aliqua hiſtoria pauca illa deſcripta eſſent, aut addi poſſent loci communes, qui Sanctis omnibus conveniant. At ſive prolixior ea fuerit, ſive contracta ad modum qua eam exhibet laudatus Labbeus, ſic certe concepta eſt, ut ſatis perſpicias, adornatam eſſe a neſcio quo, neque quo ſæculo, in gratiam clientum* S. Menulfi, *qui, ut ſatis alibi factum novimus, Legendam Sancti ſui patroni præ oculis habere voluerint: nam ut ex tota re clariſſime conjicies, aut homines non nulli*

Cetera etiam non ſunt magni momenti.

ſcriptor

A *ſcripter de quibus loquitur, aut ſi quos appellet, a juſtis verum calculis enormiter aberrat. Sic a nominandis Britanniæ principe, qui nobilem aliquem captivum detinuerit, a S. Menulfo liberatum; atque Romano Pontifice, quem is Romæ convenerit, multo prudentius abſtinuit. Dabimus igitur Acta ipſa qualiacumque, prout ea Labbeus vulgavit, cum appendice ex Breviario Bituricenſi, ad cultum confirmandum, quem etiam ex ipſius diœceſeos diverſoriis & Catherino compertum habemus.*

ACTA

Ex codice Ms. eccl. S. Auſtregiſili de Caſtro, apud Labbeum in Bibliotheca Mſ.

B CUm jam per orbem terrarum caligine errorum expulſa, luceque veritatis exorta, fides ſanctæ Eccleſiæ in omni regimine Dagoberti Regis Francorum pace uteretur tranquilla, Sancti per mundum tamquam venales * flores floruerunt &c. In inſula maris oceani quæ barbara lingua Yrilanda nuncupatur, id eſt ferrea terra, vir ſanctus & venerabilis Menulfus procreatus eſt, qui divina inſpiratione permotus, relictis parentibus ac cognatione ſua, majorem Britanniam relinquens, navigio delatus pervenit ad minorem, in provinciam civitatis, quæ ab antiquis Oximorum nuncupatur: cujus ſanctus Chorentinus Antiſtes erat. Hic vocavit Menulfum ad ſe, & quæſivit unde eſſet, & qua de cauſa illuc deveniſſet. Qui reſpondens Britannica lingua, fatetur ſe Yrlandum eſſe genere, & in Dei ſervitio ſe exercere velle, &c.

*Liberatus exigente in Armoricam delatus, * forte vernales*

2 Ordinatus igitur & Eccleſiaſtico officio devotus, ita perfectione vigebat, ut cum deditus Deo oblationem quotidie offerret, maceratione ſui corporis, ipſe hoſtiæ viva Deo placens fieret. Erat enim fide devotus &c.

& S. Chorentino ſuccedit datus,

C Cum autem per aliquod tempus omnibus placens, prudenter ſibi commiſſum fœnerat talentum, accidit ut jam dictus Antiſtes obiret. Plebs autem & clerus maxima dilectione S. Menulfum amplectens, non patiebatur eum a ſe ſequeſtrari. Cumque vir ſanctus ordinem Epiſcopatus adeptus fuiſſet, non ceſſavit ſancta prædicatione gregem ſibi commiſſum fideliter edocere &c.

3 Quodam tempore cum diſpoſuiſſet Romam pergere, quidam vir nobilis regionis illius, qui jam per multa tempora ſub manu Britanniæ Principis arcta tenebatur cuſtodia, audiens & admirans illius ſanctitatem, aſtitit ei in animo, quia ſi ſub carcerali cuſtodia non premeretur, ad tanti viri prædicationem vellet in Chriſto renaſci & ejus affatim benedictione perfrui. Quæ ſuperna pietatis viſitatio citiſſime viro Dei innotuit, qui miſit ei annulum ſuum, dicens, ne de miſericordia Dei deſperaret, ſed potius divinæ pietati inceſſanter gratias ageret. Quem ille benigne ſuſcipiens, catenas, quibus obſtrictus fuerat, credula cordis intentione de eo tetigit, cunctiſque, qui aſtabant, videntibus, ruptis nexibus, libero pede ad jam dicti Pontificis mœnia properavit. Mox proſtratus B. viri pedibus, de conceſſo munere gratias egens D ſenatus facto fonte baptiſmatis, & inſtructus allocutione divini ſermonis, lætus ad propria remeavit.

Captivum mirabiliter liberat.

xx mia

4 Venerandos igitur Pontifex, votis ſuis nihil defraudans, religioſis quibuſdam ſecum adhibitis fratribus, iter, quod propoſuerat, aggreſſus eſt. Qui Romam veniens, cum Domino Apoſtolico de ſuo & populi commodo locuturus, a venerabili Papa honorabilis Pontifex digne ſuſceptus eſt. Sed ne fama ſanctitatis illius populo Romano occultaretur, ante ipſorum limina Apoſtolorum quidam paralyſis morbo per multa tempora detentus, Dei viro obvius extitit, petens ab eo inopiæ ſuæ aliquid neceſſarii adminiſtrari. At vir Dei, de Domini confiſus miſericordia, quærenti viro terrenam ſubſtantiam impertivit membrorum ſoſpitatem ſigno crucis. Quo de facto Dominus Papa hilaris effectus, E videns ſanctitatem religioſi Antiſtitis, cœpit eum monere multis ſermonibus, ut ſecum amplius moraretur &c.

qui Romam progreſſus,

5 Qui cum fratribus ſuis regrediens per pagum Bituricenſem, in locum venit qui Malliacus appellatur; ibique prænuntiavit fratribus imminere finem vitæ ſuæ, certumque diem & horam prædixit obitus ſui. Eo igitur die quo diſſolutionem ſui indicaverat corporis, fratres & conſortes ſui flentes in unum collecti, ſanctitatem ejus exorare cœperunt, ut ſicut eorum Magiſter juſtitiæ extiterat in terris, ita ſibi dignaretur eſſe ſua interceſſione perennis patronus in cœlis. Qui cum ipſos ut in ſancto perſeverarent propoſito maneret, Sacramento corporis ſanguiniſque Dominici ſemet muniens, membrorum compage protenſa, & collocata veluti obdormiret, quarto Idus Julii oſſa linquens humo, inter verba orationis ſpiritum reddidit, tam a dolore mortis illæſus, quam a contagione criminis extiterat alienus. Sic vir ſanctus ac juſtus ad Dominum ſuum migravit, perpetua gloria coronatus exultat in ſæcula ſæculorum. Amen. Claudius Robertus in Dagoberto 56. * Bituricenſi F Archiepiſcopo hæc habet. Præterea in vita S. Menulphi Epiſcopi dicuntur oſſa ipſius revelata, præſente Dagoberto Archiepiſcopo Bituricen. tempore Adalgaſiæ Abbatiſſæ, in vico Maliaco, qui nunc de ejus nomine dicitur S. Menouil en Bourbonnois. Quod quidem Auctarium fateor nondum in meas incidiſſe manus.

Inde memoria Malliaci ſanctæ mentionem.

(fam. mortalem. 5.)

Ex antiquiſſimo Breviario eccl. Bituric. ad diem XIX Julii.

6 B. Menulphus Epiſcopus de Britannorum genere oriundus dicitur extitiſſe. Hic iter arripiens Romam ad limina Apoſtolorum Maliaco vico obiit: ubi ſe in ultimo loco cœmeterii B. Germani, cauſa humilitatis, petiit ſepeliri. Poſtea vero quidam Princeps, Arcadius nomine, propter quemdam ſuum militem, ibi per merita Sancti a contractionis infortunio liberatum, fecit ſuper ipſius tumbam fabricari eccleſiam, quæ quam cito uſque tec fuit ædificata, tec fuit ex semetipſa lapſa. Quod idem Princeps credens, & cur hoc fieret ignorans, ſuperni opificis clementiam exorando, ſplendorem inæſtimabi-

Ejus memoria in Officiis Bituricenſibus.

lis

A lis elatitatis comitus ipſum vidit, ſuper lo- XX Mrtii. cum illum, in quo per eum erat eccleſia conſtruenda & ſacra ejus oſſa transferenda. Quod ut agnovit, opere complevit. D

DE S. ANSBALDO CONFESSORE

ABBATE PRUMIENSI.

SYLLOGE HISTORICA.

J. B. S.

De cultu, ætate & geſtis.

ANNO DCCCLXXXVI. *Sclis ferme Melitæ monaſticis moris,*

DE celebri Prumienſi cœnobio, in Arduenna vel Eiffelia tractu triginta quinque circiter paſſuum millibus a metropoli Trevirorum in Septentrionem ſito, cui Proncæ *ſeu* Prumiæ *vivulus nomen indidiſſe fertur, non ſemel autea in progreſſis menſibus agendum fuit, maxime ad diem* VIII *Martii in Commentario de ſancto Hunfrido, primum iſtic monacho, deinde epiſcopo Terouanenſi, ubi inter cætera, cum eo, de quo hic agendum eſt, S. Ansbaldo in prædicto Prumienſi cœnobio convixiſſe dicitur ſub Egilone ſeu Egile abbate, quem & Lotharius Imperator, depoſito faſtu, raro exemplo monachum induiſſe, ſuperiorem egimus. Monaſterii iſtius primordia ejuſque antiſtitum primorum ſeriem & res geſtas proſequitur Mabillo ſæculo ſuo quarto Benedictino, cœnobium ipſum pluribus deſcribens parte* 1 *a pag.* 606, *occaſione venerabilis Marcwardi, ejus loci abbatis tertii, alterius deceſſoris; ipſum conſulent, qui hæc ad notitiam ſufficere non arbitrabuntur. Initia ferme & Normannicam devaſtationem vidit quintus, poſt ipſum Egilonem ſeſe abdicantem, abbas* S. Ansbaldus, *Martyrologiis quidem incognitus, ſed a monaſticis Wione, Dorgonio, Menardo, Bucelino, cum ſancti appellatione hoc die diſertiſſime conſignatus, de quo etiam noſtri Willotus & Piſenus, ut de Sancto egerunt ad* x *Martii; ſed inde melius ad hunc diem a Majoribus noſtris remiſſus eſt.*

E

2 *Piſeni elogium, ex variis Broweri locis contractum, plura complectitur, quam apud monaſticos illos omnes licuit reperire? eſt enim compendium eorum omnium quæ de S. Ansbaldi geſtis ſcripta ſuperſunt, ex Mabillone nonnihil triturando, ubi de Sancto iſtic agit citato ſæculo Benedictino parte* 2, *a pag.* 467, *nonnulla adjiciens de ipſius cum Lupo Ferrarienſi conjunctione ex aliquibus litterarum fragmentis, eo fine ab ipſo adductis; ex quibus & ætas ipſa facile colligetur. Audiamus primum Piſeni verba:* Sancto Egilone abbatis dignitatem abdicante Prumiæ ſimul & Andaini, anno Chriſtianæ ſalutis DCCCLIX, utramque provinciam accipere juſſus eſt Ansbaldus. Multa hic virtute generis ſui nobilitatem illuſtrarat: e Luxemburgenſibus enim comitibus eſſe procreatum, Prumienſes prodiderunt. Sed docte Hancartius advertit, dicendum eſſe potius, e Guerrii toparchis deſcendiſſe; in quos genus referebat Sigifridus Luxemburgi primus comes, toto ſæculo poſterior Ansbaldo. Diu jam illuſtri aſceticæ diſciplinæ gloria utramque familiam adminiſtrarat religioſus abbas, quando triſti populatione Germaniam inferiorem vaſtantes Normanni anno LXXXI, ipſo die Epiphaniæ Prumiam ingreſſi, ſolidumque commorati triduum, & adjacentem longe lateque regionem populati, ipſum poſtremo monaſterium flammis in favillas redegerunt.

a Variis locis Piſeni C

3 At qui ne quidem in ira ſua continet ſuas miſericordias, graviter afflictum tanta hac calamitate Ansbaldum eodem hoc anno conſolatus eſt. Vivebat in Picardia Nithardus quidam, vir opibus, ſed virtute præſtantior: qui ampliſſimarum facultatum herede deſtitutus, ſua bonorum omnium largitori reddere conſtituerat. Eum igitur multis precibus rogat, ut cuicumque loco ipſi dicato placeret ſuas fortunas attribui, ſignificate ipſe dignaretur. Confectas itaque donationis tabulas ſagittæ in incertum mittendæ colligat; exceſſamque arcu ſagittam divinæ providentiæ committit, eo conſilio, ut univerſæ hereditatis poſſeſſionem is locus adipiſceretur, ad quem emiſſa ſagitta deferretur. Res ſane mira. Uno pene momento contortum telum ab urbe Guiſiana milliaribus plus ſexaginta, S. Ansbaldo Prumiæ ſacris operante, in ipſam aram decidit. Tanti prodigii teſtis ſupereſt in Prumenſi tabulario donationis ſchedula: ipſa vero ſagitta in ſacrario religioſe aſſervatur. Poſtquam annos viginti ſex Hubertenſes cum Prumienſibus rexiſſet, ſenio omnique virtute venerabilis obiit Ansbaldus anno LXXXVII & ab Eccleſia cælitum honores conſecutus eſt. *Hactenus Piſen ex receptis Prumiæ & Treviris traditionibus.* *peculiari carmine laudatur*

4 *Quæ vero in his corrigenda ſint, docebit laudatus Mabillo, ita ſcribens num.* 2: Ansbaldi patria atque parentes nobis latent. Scio quid de hac re tradant Prumienſes; eum nempe ex Lucemburgenſibus comitibus, ſeu potius ex Guerrii toparchis procreatum eſſe; ſed hæc recentiorum figmenta ſunt. Ansbaldum Prumiæ monachum fuiſſe ante initam abbatis dignitatem, conſtat ex Lupi abbatis epiſtolis 10 & 85 ad Marcwardum abbatem Prumienſem, quibus ſalutat fratres Prumienſes, quos inter Ansboldum nominat. Ejuſdem Lupi ad eum exſtant epiſtolæ tres, nempe 69, 117 & 124, quæ omnes Ansbaldo jam abbati ſcriptæ videntur, tametſi primam & tertiam cariſſimo ſuo Ansbaldo inſcribit Lupus: *Familiariori, opinor, ſcribendi modo, quemadmodum pro* Ansbaldo, *ſolitum ſcribere Lupum, verſo a in o,* Ansboldum, *ibidem notavit Mabillo. Hæc de patria & genere. De prodigioſa donatione a Piſeno dicta, ex Browero accepta ſunt pag.* 530 *col.* 2, *quibus ipſe ſtipulatorem adjecerat Cæſarium abbatem Prumienſem in libro cenſuum his verbis:* Conſtat, *inquit*, quondam in loco iſto ſanctiſſimos viros manſiſſe. Ideo Dominus eos mirificavit gloria & honore, quando ſagittam *In quo nonnulla corriguntur.* F

de

A de Francia cum magno allodio & optimo, miraculose super altare S. Salvatoris fecit transvolare.

5 *Non magis placere videtur Mabillonî exornata ut minimum donationis historia, quam Luxemburgensis aut Guerricensis vrigo, S.* Ansbaldo *perpetuam assilla. Sic igitur observat*: Cæsarius porro, *quem modo ex Brouwero citavimus*, Prumiensibus præfuit ab anno MCCXII in annos quatuor, si Bucelini tabulis credimus, postea Heisterbacensis monachus Ordinis Cisterciensis. Ut hæc narratio vera sit, certe constat id non accidisse Ansbaldo abbate: nam Nitardus Prumiæ jam monachus erat vivente Marcwardo, uti ex Lupi abbatis epistolis 55 & 73 ad Marcwardum scriptis intelligitur. Nisi si alius fuit Nitardus his in litteris memoratus, a Nitardo illo præclarissimo viro: qui an idem sit cum Nitardo, sancti Angilberti abbatis Centulensis filio, affirmare non ausim. Certe ut diversus fuerit, inclinat animus; nam anno DCCCXLIV, quo Nithardus Angilberti filius historiam suam scribebat, adhuc sæcularis, Nithardus ille Prumiensis monachus, de quo Lupus in epistolis suis, jam monachus fuisse videtur: & Nithardus, si-

B quis alius Ansbaldo abbate Prumiæ monachum induit, eo se contulit post annum DCCCLX, qui Ansbaldi abbatis primus fuit, quo anno Nithardus Centulensis jam mortuus erat.

ejusdis Mabillo

Dicitur etiam præfuisse cœnobio Andaginensi.

6 *Ut ad Sanctum redeamus, sic ejus successionem notavit Regino, post Farabertum, S.* Ansbaldi *successorem, abbas septimus, vir pietate & doctrina clarus, qui ita scriptum reliquit*: Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLX Egil abbatiam Prumiensem sponte dimisit, & Anspaldus in regimine successit, vir omni sanctitate & bonitate conspicuus. *Hæc de susceptæ Prumiæ abbatis munere satis certa sunt: quod autem superius tam rotunde asserit Fiscum de gemina provincia a S.* Ansbaldo *susceptæ, nempe in administratione utriusque cœnobii, tum Andainensis S. Huberti, tum unæ Prumiensis, id quod etiam Egiloni decessori tribuit, non omnino persuasum habere videtur Mabillo, dum ita loquitur*:

C Eumdem etiam Andaginensi S. Huberti monasterio præfectum fuisse tradunt. *Quæ porro gesserit Sanctus sive in malis sive in arduorum cœnobiorum regimine ab anno 860 usque ad Normannorum in eas partes incursiones, nec ea Regione nec ab alio descripta invenimus. Paulo apertiora sunt quæ de calamitatibus funestissimæ a tempestate per immanium barbarorum grassationes a* S. Ansbaldo *& Prumiensibus omnibus toleratis memorantur, sic ut loco cedere compulsi fuerint, non sine singulari Dei beneficio eorum cædibus aut saltem captivitati erepti.*

Post toleratam cladem Normannicam

7 *Eam eadem paucis describit Regino ad annum Dominicæ Incarnationi* DCCCLXXXII *in hunc modum*: Nortmanni, *inquit*, Arduennam percurrentes, Prumiam monasterium ingrediuntur, ipso die Epiphaniæ Domini, ubi triduo D commorantes, omnem in circuitu regionem depopulati sunt: in quo loco innumera multitudine peditum ex agris & villis in unum agmen conglobata, eos expugnatum aggrediuntur. Sed Nortmanni cernentes ignobile vulgus, non tantum innorme * quantum militari disciplina nudatum, super eos cum clamore irruunt, tantaque cæde prosternunt, ut bruta animalia non homines mactari viderentur. His itaque patratis, onerati præda ad castra redeunt. Illis discedentibus, ignis qui in diversis habitaculis accensus remanserat, cum nullus esset qui eum exstingueret, monasterium consumpsit. *Atque huc referenda existimo, quæ Lupus Ferrariensis per* generalem necessitatem *exprimere voluit, quando epistola* 123 *respondet* S. Ansbaldi *litteris, quæ omnes, teste Mabillone, exciderunt: Nortmannorum utique procellam illam insinuans, quæ Prumienses a propriis sedibus exturbaverat. Quo fugerint & tamdiu latuerint & sanctus præpositus & monachi, tum Regino tacuerit, nemo est qui facile divinet; certe hac jactatus tempestate S.* Ansbaldus, *habuit quo tolerantiæ virtutem in se, misericordiam in suos paterne exerceret.*

** lege* inerme

ei gratulatur Lupus, Ferrariensis.

8 *Neque de armamentorum diuturnitate, aut cœnobii restauratione meminit laudatus Regino: cetenum ab exilio postliminio reversis gratulatus est Lupus, ep.* 117 *sic vos affatus*: Reverentissimo Ansbaldo abbati & universis fratribus ejus Lupus & omnis Ferrariensis cœnobii societas in Domino salutem. Asperrimis difficultatibus evictis, gaudemus vos tandem aliquando gratia divina loco proprio restitutos: nec illud non libenter accipimus, quod nostram in vos pronam voluntatem pro affectu jucundisque sermonibus prosequimini: quamquam longe plura vobis præstita cuperemus. Tribulationes nostras partim dolenter audistis, partim anxii aspexistis: sed eas temperante vel penitus auferente Domino nostro, cum vestro commodo vobis vestrisque qui nos adierint, desideramus usui esse ac sinceriissimæ voluptati. Ut igitur familiaritas olim inita, uberiori proficiat incremento, in occidua plaga recuperatæ facultates fuerint adjumento: dum excursus & recursus per nos, quæ utrimque geruntur, aperiet. Cupimus vos nostri benigne memores semper valere feliciter. *Hæc tantum, neque amplius quidquam invenimus, quod ad S.* Ansbaldum *spectaret propius; felicem ejus exitum sic notavit Regino*: DCCCLXXXVI Ansbaldus abbas Prumiensis cœnobii, summæ sanctitatis ac religionis vir, ad cælestem patriam evolavit XV Idus Julii, cui successit in regiminis loco Farabertus venerabilis Pater VIII Idus Augusti. *An & quo cultu ipsum aut ejus reliquias hodie venerentur Prumienses, neque Mabillo tradidit, neque mihi promptum est, alibi investigare; Sanctis annumerandum, jam ostendimus.*

E

F

G

Digitized by Google

DE S. UGUZONE MARTYRE

IN VALLE CAVARINA APUD INSUBRES.

Ex Ferrario.

J. B. S.

XII Julii. OBſervatum hujus Sancti memoriam, ex antiqua, ut ait, traditione & multorum fide dignorum relatu, *in ſuo Sanctorum Italiæ Catalogo ſuſcitavit Ferrarius, hoc die ſic ſcribens:* Uguzo, qui & Lucius ac Luguzonus dicitur, paſtor & caſearius vallis Caverniæ (locus eſt Buganeo oppido & lacui proximus, Comenſis diœceſis:) paſcebat hic armenta cujuſdam, a quo, quod eccleſiæ & pauperibus aliqua dediſſet, expulſus, cuidam alii adhæſit inſervienti, cujus res augeri in dies, alterius vero, qui eum expulerat, minui mirum in modum cœperunt, quare ille invidia & odio ſtimulatus, virum Dei interfecit, monſque in loco occiſionis fons ingens, inſtar parvi lacus, in monte, qui ad hæc uſque tempora viſitur, ortus traditur, cujus aqua die & hora, qua interfectus eſt, rubeſcere, & ad visus incolumitatem conferre narratur. Eo quotannis ad diem feſtum, & ad eccleſiam nomini ſuo dicatam, non modo finitimi populi, ſed & ex remotioribus partibus confluunt, dona, præſertim caſeum deferentes (illum enim caſearii præcipue colunt.) Cum incolæ aut pluvia aut ſerenitate egent, ad ejus eccleſiam proceſſione eunte, ſolent, quod ex his poſtulant impetrare.

A Ferrario laudatus eſt

B a *Natalem idem Ferrarius*, S. Uguſonis *natalem hoc die duplici ritu ab eccleſia Cathedrali Laudenſi celebrari, licet alibi die ſequenti recolatur. In Catalogo generali ſic Sanctum annuntiat:* In valle Cavarnia, apud lacum Lurium, S. Uguzonis martyris; *unaque ibi, ſe illum accepiſſe* ex tabulis eccleſiæ Laudenſis, in qua venerationem habet. *Deus, nomine variis expreſſo, coli affert*, in eccleſia ſuo nomine extructa in valle Cavarnia, quæ Buganeo lacui adjacet, a Comenſi urbe, in cujus dioeceſi eſt, 25 m. p. diſtans. *Demum traditis*

Inter-que Catalogi;

illis quæ ſuperius retulimus, multis perſuaſum *eſt* viſum illis, qui hac die oculos laverint aqua, in quam occiſus, projectus traditur, in eodem ſtatu conſervari. *Atque hæc quidem hactenus ex Ferrario deſumpta ſunt, quibus nihil addendum ſupererat, niſi incidiſſem in ſchedulam anno 1640 deſcriptam ex fragmento hiſtoriæ eccleſiæ Mediolanenſis Caroli a Baſilica Petri epiſcopi Novarienſis, prout ſervatur in Bibliotheca Ambroſiana, ubi paulo aliter nonnulla narrat, quæ hic prætermittenda non cenſuimus, ut pateat quam facile varientur traditiones ex ſolo vulgi relatu accepta. Sic ipſe memorat:*

C 3 Uguzo *Sanctus* habetur in plebe Potleriæ, ultra lacum Lurium, in vetuſta eccleſia ipſius nominis, quæ eſt in monte prope vicum Caverniæ, a quo vallis ipſa appellatur. Sepulcri locus vulgo ignoratur, notus tamen ſemper dicitur tribus ex ſenioribus. Traditur fuiſſe paſtor, & quidem alieni peculii, cum eſſet admodum egenus: tanta autem bonitate & ſtudio juvandorum pauperum, ut quidquid habere poſſet, iis daret. Dominus autem, qui ſuſpicabatur ſua ab Uguzone pauperibus dari, ita indignationis ſeu ponitionis modum quandoque tranſivit, eoque furore commotus eſt; ut eum pugione occiderit. Ibi eccleſia memorata edificata eſt, ejuſque *dies* celebratur XII Julii. Pingitur habitu paſtoris, caſeum manu tenens quem pauperibus dividit, invocaturque ad viſum conſervandum, quam ad rem etiam aqua memorati lacus adhibetur, & offerantur oculi cerei atque argentei. Feruntur ejus miracula, quæ etiam in ipſius eccleſia depicta ſunt. Hujus & aliorum quorumdam minus antiquorum cultus, non dubito quin archiepiſcopali auctoritate ſit approbatus: *vel ſaltem tacite permiſſus, certe in poſſeſſione poſt Urbani decreta relictus.*

Eccleſia a Mirabili.

DE S. LITHARDO CONFESSORE

CORNUETI AD MARE TYRRHENUM IN ITALIA.

I. B. S.

Ex Ferrario.

XII Julii. COrnuetum civitas olim epiſcopalis, nunc oppidum tenue, Italis Corneto *dictum, ad oram maritimam Patrimonii S. Petri, in ipſo fere limine ducatus Caſtrenſis, Patronum colit* S. Lithardum *ſeu* Lituardum, *de quo paucis egimus inter Prætermiſſos* IX *Julii, quo die eum poſuit Caſellanus, huc eum remittentes ex potiori Ferrarii ſententia, qui de ejus feſtivitate hoc die ibi recoli ſolita diſertiſſime teſtatur; ea ſola de ipſo referens, quæ hic ex ipſo ad verbum deſcribimus.* Lithardus, *inquit*, ſeu Lithuardus, natione Germanus, cum ſe totum divino ſervitio mancipaſſet, peregrinandi & ſacra viſendi cupidus, relicta patria venit in Italiam, ac præcipuis eccleſiis devote viſitatis, cum apud Cornuetanam civitatem conſtitiſſet, ibi vitæ ſanctitate & miraculis clarus migravit e vita XV Idus Julii. Corpus ibi honorifice aſſervatum præcipue a Cornuetanis colitur hoc die. Exſtant inſculpta de eo carmina:

Tota etiam hujus vita

Germanis laribus patriis Lithuarde relictis,
Ad Corithi quis te littora chara tulit?
Caſu, vel potius noſtra dignatus ad ora
Pergere ſancte pater, motus amore pio es?

Non

Digitized by Google

A Non casu, vestros Deus miseratus iniquos
Casus me ad Corithi littora chara tulit:
Remotis venienti nimium peregrinus ab oris,
Ut tuerer Corithi littora, prata, domos.

1 *In annotatis suis observat Ferrarius*, Acta *eadem Ferrario excepta.* & tempus quo vixit aut obiit, desiderari, ferri tamen miracula aliqua post mortem ab eo edita, *sed quorum nullam specialem memoriam assequi potuerit. Externum fuisse & natione Germanum aut Francum ex nomine aliqualiter colligitur esseque receptissima indigenarum traditio; quibus & vicinum alium Sanctum peregrinantem Germanum nomine Petrum, a Cruce dictum, Viterbii (septem circiter Leucis Cornueto distat) dedimus in tomo praecedenti VI Julii, ignota & ipsum originis;* verum *cujus diem & annum obitus signatos invenimus, ubi de Cornuetano S.* Lirthardo, *praeter constantem cultum, incerta sunt omnia. Jam ab annis quadraginta & amplius rogati sunt Majores nostri, suggerere dignarentur, siqua haberent ad majorem notitiam conducentia; caeterum nescivit Papebrochius responsum fuisse.* Lietphardum *quidem aliquem in Actis celebrari* IV *Februarii, agendum de* Liphardo III *Junii, at hodiernum* Lithardum *ab iis plane diversum, de quo nihil nobis constaret, praeter ea duntaxat quae ex Ferrario jam retulimus: neque ex eo tempore lucis quidquam quod ad rem faciat, accessisse novimus.* D AUCT. J.B.S.

DE S. JOANNE GUALBERTO ABBATE

ORDINIS VALLUMBROSANI FUNDATORE IN MONASTERIO PASSINIANO IN HETRURIA.

B E

G. C.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. 1. Sancti patria, nomen, & stemma.

ANNO MLXXII. *S. Joannes antiquitus habuit Gualberti nomen additum.*

Sanctissimus Vallumbrosani Ordinis institutor, simulque accerrimus simoniacae haereseos oppugnator juxta communissimam historicorum sententiam natus est Florentiae celebri Italiae civitate. Patrem habuit Gualbertum: *matrem vero, ut quidam volunt, Willam seu Camillam, de qua tamen antiqui Vitae scriptores non meminerunt. Nomini S. Joannis additi in titulo* Gualbertum, *quamvis* Didacus Franchius *in Vita Hilus Italice edita lib. 1 pag. 9 dicat, ipsum tantummodo a modernis ita appellari: Nam antiquitus etiam ei* Galberti *sive* Walberti *nomen, quod pater illius gerebat, datum fuisse, patet ex num. 127 in Vita per B. Andream scripta, ubi Zenobius presbyter lampadem accendere volens sic exclamat:* si vera sunt, quae de Walberte Johanne propriis oculis vidi & audivi, in ipsius nomine praecipio tibi, ut celeriter accensa, inextincta permaneas. *Idem confirmatur ex capitulo celebrato* anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCXXVII. *in quo statutum est, ut nulli liceat* cantare, nisi quod Majores nostri cantasse sciuntur, scilicet quod in Antiphonario Domini Joannis Gualperti invenitur. *Haec satis de Sancti nostri patria & nomine; nunc de natalium splendore paulo fusius agendum est.*

Stemma illius cum Petri Ignei & Gregorii VII familia conjungitur.

2 *Satis constat, S. Joannem Gualbertum nobili stirpe progenitum esse; at in exornanda determinandaque ejus nobilitate quidam nimium mihi solliciti fuisse videntur. Inter alios R. D. Tiberius Petracchius arborem genealogicam erexit, in qua maternum illius genus deducit ex Carolingico Francorum stemmate, ac dein per ramum illud connexit cum illustri Ubertorum familia, quam ex augusta veterum Romanorum gente processisse cum Richardano Malaspina aliisque existimat. Paternum vero stirpem ex Longobardorum regibus oriri asserit. Unde varios consanguinitatis gradus ostendit inter S. Petrum igneum ex Ordine Vallumbrosano S. R. E. Cardinalem, S. Bernardum Ubertum ex eodem Ordine episcopum Parmensem & Cardinalem, ac denique inter S. Gregorium VII Pontificem & S. Joannem Gualbertum, ita ut hi omnes non tantum professionis aut sanctitatis, sed etiam sanguinis vinculo fuerint conjuncti, ut fusius explicatur in Actis nostris tom. 6 Maji in vita Gregorii VII.*

S. Petri Ignei nobilitas a Baronio

3 *Quidquid sit de tam antiqua S. Joannis* Gualberti *origine, quam solide probari desideramus, de hujus arboris genealogicae ramis aliorum sententias referemus, ut aequus rerum aestimator de tota arbore facilius possit judicare.* Baronius *in Annalibus Ecclesiasticis tom. XI ad annum Christi 1063 agens de Petro Igneo satis caute dicit, quod fuerit* nobili ortus genere ex stemmate Dominorum Aldobrandinorum, ut in Vita ejus edita nuper asseritur. *Sed haec Vita* nuper edita *exiguam aut nullam habet auctoritatem, nisi proferat veterum documenta, quibus adeo antiquam nobilitatem Petro vendicet. Quae cum Baronius praetermiserit indicare, talia defuisse suspicor. Si quis tamen solida in hanc rem instrumenta assignaverit, ea ambabus, ut ajunt, ulnis amplectemur.* F

4 *Historia Ciacconii de Pontificibus Romanis & aliisque S. R. E. Cardinalibus ab Oldoino nostro edita* utique *hanc Petri Ignei nobilitatem & cum S. Joanne* Gualberto *conjunctionem sic ex aliorum opinione refert tom. 1 col. 86a.* Cum in sacra Vallis Umbrosae eremo S. Gualbertus novi Ordinis sub S. Benedicti regula fundamenta jecisset, miraculorum ejus ac sanctitatis fama non per Etruriam modo, sed per remotas dilatasque locorum regiones longe lateque spargebatur. Quare multi ad eum quotidie undequaque confluebant, ut sub tanti patris instituto mundi pompas & saeculi blanditias relinquentes Deo sedulo, sincereque corde deservirent. Ad quem Dominicae Incarnationis anno MXVIII (*hunc annum postea enucleabimus*) inter discipulorum primos non segniter accurrit adolescentulus quidam Florentinus, Petrus nomine, clara, ut ferunt, Aldobrandinorum stirpe progenitus, ipsius sancti Patri conjunctus & affinis.

5 *Deinde post traditam Vitae illius synopsim sub-*
nectit

A B

DE S. UGUZONE MARTYRE

IN VALLE CAVARINA APUD INSUBRES.

Ex Ferrario.

J. B. S.

XII Julii.

A Ferrario laudatus eſt

Oſtensum hujus Sancti memoriam, ex antiqua, *ut ait*, traditione & multorum fide digcorum relatu, *in ſuo Sanctorum Italiæ Catalogo ſuſcitavit Ferrarius, hoc die ſic ſcribens:* Uguzo, qui & Lucius ac Luguzonus dicitur, paſtor & caſcarius vallis Cavernæ (locus eſt Euganeo oppido & lacui proximus, Comenſis dioeceſis:) paſcebat hic armenta cujuſdam, a quo, quod eccleſiæ & pauperibus aliqua dediſſet, expulſus, cuidam alii adhæſit inſerviens, cujus res augeri in dies, alterius vero, qui eum expulerat, minui miſerum in modum cœperunt, quare ille invidia & odio ſtimulatus, virum Dei interfecit, monsque in loco occiſionis fons ingens, inſtar parvi lacus, in monte, qui ad hæc uſque tempora viſitur, ortus traditur, cujus aqua die & hora, qua interfectus eſt, rubeſcere, & ad visus incolumitatem conferre narratur. Eo quotannis ad diem feſtum, & ad eccleſiam nomini ſuo dicatam, non modo finitimi populi, ſed & ex remotioribus partibus confluunt, dona, præſertim caſeum deferentes (illium enim caſearii præcipue colunt.) Cum incolæ aut pluvia aut ſerenitate egent, ad ejus eccleſiam proceſſione eunteſ, ſolent, quod ex his poſtulant impetrare.

B

a Notavit idem Ferrarius, S. Uguſonis *natalem hoc die duplici ritu ab eccleſia Cathedrali Laudenſi celebrari, licet alibi die ſequenti recolatur.* In *Catalogo generali ſic Sanctum annuntiat:* In valle Cavarnia, apud lacum Lurium, S. Uguzonis martyris; *utatque ibi, ſe illium accepiſſe* ex tabulis eccleſiæ Laudenſis, in qua veneratione habet. *Deis, nomine varie expreſſo, coli aſſerit*, in eccleſia ſuo nomine exſtructa in valle Cavarnia, quæ Euganeo lacui adjacet, a Comenſi urbe, in cujus dioeceſi eſt, 25 m. p. diſtans. *Demum contractis his quæ ſuperius retulimus*, multis perſuaſum *ait* viſum illis, qui hac die oculos laverint aqua, in quam occiſus, projectus traditur, in eodem ſtatu conſervati. *Atque hæc quidem hactenus ex Ferrario deſumpta ſunt, quibus nihil addendum ſupererat, niſi incidiſſem in ſchedulam anno 1640 deſcriptam ex fragmento hiſtoriæ eccleſiæ Mediolanenſis Caroli a Baſilica Petri epiſcopi Novarienſis, prout ſervatur in Bibliotheca Ambroſiana, ubi paulo aliter nonnulla narrat, quæ hic prætermittenda non cenſuimus, ut pateat quam facile varientur traditiones ex ſolo vulgi relatu acceptæ. Sic ipſe memorat:*

Inſtrumque Catalogo ſ

C

3 Uguzo Sanctus habetur in plebe Porletiæ, ultra lacum Lurium, in veruſta eccleſia ipſius nominis, quæ eſt in monte prope vicum Cavernæ, a quo vallis ipſa appellatur. Sepulcri locus vulgo ignoratur, notus tamen ſemper dicitur tribus ex ſenioribus. Traditur fuiſſe paſtor, & quidem alieni peculii, cum eſſet admodum egenus: tanta autem bonitate & ſtudio juvandorum pauperum, ut quidquid habere poſſet, iis daret. Dominus autem, qui ſuſpicabatur ſua ab Uguzone pauperibus dari, ita indignationis ſeu punitionis modum quandoque tranſivit, eoque furore commotus eſt; ut cum pugione occideret. Ibi eccleſia memorata ædificata eſt, ejuſque dies celebratur XII Julii. Pingitur habitu paſtoris, caſeum manu tenens quem pauperibus dividit, invocaturque ad viſum conſervandum, quam ad rem etiam aqua memorati lacus adhibetur, & offeruntur oculi cerei atque argentei. Feruntur ejus miracula, quæ etiam in ipſius eccleſia depicta ſunt. Hujus & aliorum quorumdam minus antiquorum cultus, non dubito quin archiepiſcopali auctoritate ſit approbatus: *vel ſaltem tacita permiſſus, certe in poſſeſſione poſt Urbani decretă vetitus.*

& a Carolo ep. Novarienſi.

E

DE S. LITHARDO CONFESSORE

CORNUETI AD MARE TYRRHENUM IN ITALIA.

I. B. S.

Ex Ferrario.

XII Julii.

Tota etiam hujus mentio

Cornuetum civitas olim epiſcopalis, nunc oppidum tenue, Italis Corneto *dictum, ad oram maritimam Patrimonii S. Petri, in ipſo fere limine ducatus Caſtrenſis*, Patronum colit S. Lithardum ſeu Lituardum, *de quo paucis egimus inter Prætermiſſos* IX Julii, *quo die cum poſuit Caſtellanus, huc eum remittentes ex potiori Ferrarii ſententia, qui de ejus feſtivitate hoc die ibi recoli ſolita diſertiſſime teſtatur; ea ſola de ipſo referens, quæ hic ex ipſo ad verbum deſcribimus.* Lithardus, *inquit*, ſeu Lithuardus, natione Germanus, cum ſe totum divino ſervitio mancipaſſet, peregrinandi & ſacra viſendi cupidus, relicta patria venit in Italiam, ac præcipuis eccleſiis devote viſitatis, cum apud Cornuetanam civitatem conſtitiſſet, ibi vitæ ſanctitate & miraculis clarus migravit e vita IV Idus Julii. Corpus ibi honorifice aſſervatum præcipue a Cornuetanis colitur hoc die. Exſtant inſculpta de eo carmina:

Germanis laribus patriis Lithuarde relictis,
Ad Corithi quis te littora chara tulit?
Caſu, vel potius noſtra dignatus ad oras
Pergere ſancte pater, motus amore pio es?

Non

Digitized by Google

A Non casu, vestros Deus miseratus iniquos
Casus me ad Corithi littora chara tulit:
Remotis veniens nimium peregrinus ab oris,
Ut tuerer Corithi littora, prata, domos.

1 *In annotatis suis observat Ferrarius*, Acta & tempus quo vixit aut obiit, desiderari, ferri tamen miracula aliqua post mortem ab eo edita, *sed quorum nullam specialem memoriam assequi potuerit. Extrema fuisse & natione Germanum aut Francum ex nomine aliqualiter colligitur eoque receptissima indigenarum traditio; quibus & vicinum alium Sanctum peregrinantem Germanum nomine Petrum, a Cruce dictum, Viterbii (septem circiter Leucis Cornueto distat) dedimus in tomo praecedenti* VI *Julii, ignota & ipsum originis; verum cujus diem & annum obitus signatos invenimus, ubi de Cornuetano* S. Liethardo, *praeter constantem cultum, incerta sunt omnia. Jam ab annis quadraginta & amplius rogati sunt Majores nostri, suggerere dignarentur, si qua haberent ad majorem notitiam conducentia; ceterum notavit Papebrochius responsum fuisse,* Liethardum *quidem aliquem in Actis celebrari* XV *Februarii, agendum de* Liphardo III *Junii, at hodiernum* Lithardum *ab iis plane diversum, de quo nihil nobis constaret, praeter ea duntaxat quae ex Ferrariis jam retulimus: neque ea eo tempore lucis quidquam quod ad rem faciat, accessisse novimus.*

ex eodem Ferrario excerpta.

AUCT. J. B. S.

D

DE S. JOANNE GUALBERTO ABBATE

ORDINIS VALLUMBROSANI FUNDATORE IN MONASTERIO PASSINIANO IN ETRURIA.

B

E

G. C.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Sancti patria, nomen, & stemma.

ANNO MLXXII. *S. Joannes antiquitus habuit Gualberti nomen additum.*

Sanctissimus Vallumbrosani Ordinis institutor, simulque acerrimus sinoniacae haereseos oppugnator juxta communissimam historicorum sententiam natus est Florentiae celebri Italiae civitate. Patrem habuit Gualbertum: matrem vero, ut quidam volunt, Willam seu Camillam, de qua tamen antiqui Vitae scriptores non meminerunt. Nomini S. Joannis addidit in titulo Gualbertum, *quamvis Didacus Franchius in Vita illius Italice edita lib. 1 pag. 9 dicat, ipsum tantummodo a modernis ita appellari: Nam antiquitus etiam ei* Galberti *sive* Walberti *nomen, quod pater illius gerebat, datum fuisse, patet ex num. 127 in Vita per B. Andream scripta, ubi Zenobius presbyter lampadem accendere volens sic exclamat:* si vera sunt, quae de Walberto Johanne propriis oculis vidi & audivi, in ipsius nomine praecipio tibi, ut celeriter accensa, inextincta permaneas. *Idem confirmatur ex capitulo celebrato* anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCXXVII. *in quo statutum est, ut nulli liceat* cantare, nisi quod Majores nostri cantasse sciuntur, scilicet quod in Antiphonario Domini Joannis Gualperti invenitur. *Haec satis de Sancti nostri patria & nomine; nunc de natalium splendore paulo fusius agendum est.*

Summa illius cum Petri Ignei & Gregorii VII familia conjungitur.

2 *Satis constat, S. Joannem Gualbertum nobili stirpe progenitum esse; at in exornanda determinandaque ejus nobilitate quidam nimium mihi solliciti fuisse videntur. Inter alios R. D. Tiberius Petraccius arborem genealogicam erexit, in qua maternum illius genus deducit ex Carolingico Francorum stemmate, ac dein per ramum illud consedit cum illustri Ubertorum familia, quam ex augusta veterum Romanorum gente processisse cum Ricerdano Malaspina altisque existimat. Paternum vero stirpem ex Longobardorum regibus oriri asserit. Unde varios consanguinitatis gradus ostendit inter S. Petrum igneum ex Ordine Vallumbrosano S. R. E. Cardinalem, S. Bernardum Ubertum ex eodem Ordine episcopum Parmensem & Cardinalem, ac denique inter S. Gregorium VII Pontificem & S. Joannem Gualbertum, ita ut hi omnes non tantum professionis aut sanctitatis, sed etiam sanguinis vinculo fuerint conjuncti, ut fusius explicatur in Actis nostris tom. 6 Maji in vita Gregorii VII.*

S. Petri Igneri nobilitas a Baronio,

3 *Quidquid sit de tam antiqua* S. Joannis Gualberti *origine, quam solide probari desideramus, de hujus arboris genealogicae ramis alterum sententias referemus, ut aequus rerum aestimator de tota arbore facilius possit judicare. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis tom.* XI *ad annum Christi* 1063 *agens de* Petro Igneo *satis caute dicit, quod fuerit* nobili ortus genere ex stemmate Dominorum Aldobrandinorum, ut in Vita ejus edita nuper asseritur. *Sed haec Vita* nuper edita *exiguam aut nullam habet auctoritatem, nisi proferat veterum documenta, quibus adeo antiquam nobilitatem Petro vendicet. Quae cum Baronius praetermiserit indicare, talia defuisse suspicor. Si quis tamen solida in hanc rem instrumenta assignaverit, ea ambabus, ut ajunt, manibus amplectemur.*

F

4 *Historia Ciacconii de Pontificibus Romanis & aliisque S. R. E. Cardinalibus ab Oldoino nostro edita antiquae hanc Petri Igniei nobilitatem & cum S. Joanne Gualberto conjunctionem sic ex aliorum opinione refert tom. 1 col. 862.* Cum in sacra Vallis Umbrosae eremo S. Gualbertus novi Ordinis sub S. Benedicti regula fundamenta jecisset, miraculorum ejus ac sanctitatis fama non per Etruriam modo, sed per remotas dilatasque locorum regiones longe lateque spargebatur. Quare multi ad eum quotidie undequaque confluebant, ut sub tanti patris instituto mundi pompas & saeculi blanditias relinquentes Deo sedulo, sinceroque corde deservirent. Ad quem Dominicae Incarnationis anno MXVIII (*hunc annum postea examinabimus*) inter discipulorum primos non segniter accurrit adolescentulus quidam Florentinus, Petrus nomine, clara, ut ferunt, Aldobrandinorum stirpe progenitus, ipsius sancti Patri conjunctus & affinis.

5 *Deinde post traditam Vitae illius summam subnectit*

A pite proveniente, piis orta parentibus, beati Dominici habitum, quem sorores de Pœnitentia gestant, impetravit. *Jam autem, omissis prudenter harum familiarum titulis tam legimus:* Catharina virgo Senensis piis orta parentibus beati Dominici habitum, quem sorores de Pœnitentia gestant, impetravit.

genealogiam S. Joannis Gualberti incertam reddit:

10 *Nolim tamen, ut quis ex his aliisque antea dictis existimet, me velle nobili* S. Joannes Gualberti *aliorumque genealogiæ repugnare: Nam cum in antiquis monumentis nihil certi ad dirimendam hanc controversiam inveneriim, prædictum femma nec admitto nec rejicio. Itaque, cum genus & proavi, & quæ non fecimus ipsi, vix nostra dici possint, pluriſque facienda sint virtutis, quam sanguinis decora, transeamus ad heroicam clementiam, qua* S. Joannes Gualbertus *dedit sanctiori vitæ exordium, & orbi christiano imitationis exemplum.*

§. II. Clementia sancti erga hostem, prodigiosa Crucifixi inclinatio, & ejus descriptio.

B

Quidam putant, S. Joannis Gualberti fratrem; alii vero ejus patrem fuisse occisum

NArrant *Acta post hunc commentarium danda,* quemdam propinquum *S. Joannis Gualberti ab altero fuisse occisum. Cum vero Sanctus postmodum in arcta via obvium haberet homicidam, quem armigeris stipatus facile interimere potuisset, clementer ei ob Christi crucifixi amorem pepercit. Post hunc generosum virtutis actum S. Miniatis templum oraturus ingreditur, in quo dum Crucifixi effigiem sibi caput inclinare videt, sanctioris vitæ desiderium concipit, atque etiam, inscio parente, in eodem S. Miniatis monasterio religiosum institutum amplectitur. Nunc quædam ad hanc historiam observanda occurrunt. Breviarium Romanum & posteriorum sæculorum scriptores asserunt, unicum S. Joannis fratrem, nomine Ugonem, interfectum fuisse, ac* Joannem Gualbertum *sancto Paraskeves die interfectori ejus ignovisse; quæ utraque assertio forsan veteri traditione nititur: Nam antiquissimi Vitæ scriptores nec certum occursus diem, nec ullum consanguinitatis gradum exprimunt. At Actis omnibus aperte contradicunt, qui* S. Joannis Gualberti *patrem ab hoc inimico interemptum volunt, inter quos est* Ludovicus Zaccenius *in compendio Vitarum omnium Sanctorum, quod ex variis hagiographis cælestium ordine alphabetico Venetiis anno* 1613 *Italice edidit.*

Hic potremis forte errandi occasionem præbuit S. Petrus Damiani,

12 *Fortasse huic errori occasionem præbuit* S. Petrus Damianus, *qui historiam in substantia similem, sed in circumstantiis discrepantem sic exposuit lib.* 4 *epist.* 17: Unde non otiosum credimus, si his verbis inseritur, quod celebri a nonnullis relatione vulgatur. Vir quidam, ut dicitur, potentiorem se hominem interfecit, a cujus etiam filio more sæculi, non legibus Evangelii, multas bellorum molestias pertulit: Paterni scilicet ultor interitus, & strages assiduabat hominum, & frequentium reportabat manubias rapinarum. Inter has igitur homicida deprehensus angustiis, imperiale decrevit adire fastigium, si quod forte tot calamitatibus posset reperire solatium. Quo comperto paterni sanguinis ultor insequitur, eumque, sive ut tribunalium lege constringat, sive ut repentino gladiis opprimat, impiger comitatur. In Tyrrhenicis vero partibus tunc Imperator agebat.

C

13 Cum itaque procedens modeste, quasi D
securus incederet, subsequens autem celerius AUCT. G. C.
properaret, tandem contigit, ut sibimet invi- qui narrat quemdam patris interfectori ignoscentem.
cem propinquantes; in mutuos uterque ducebatur aspectus. Sed cum is, qui homicidii reus erat, vix quatuor vel quinque comitum fulciretur auxilio; interfecti vero filius triginta ferme cingeretur obsequiis armatorum, quaternionem suum cohortatur, ut fugiat. Ille se conspiciens de persequentium manibus avolare non posse, animæ patrocinium petiit, ad humilitatis umbraculum confugium fecit. Projectis igitur armis, brachiis etiam in modum crucis extensis, solo prosternitur, & vel miserentium veniam, vel ictus ferientium prastolatur. At ille jam victor ad reverentiam crucis manu reprimendo compescuit, ultro eciam, ne ab aliquo feriretur, inhibuit. Postremo pacem integram faciens, ad honorem sanctæ vivificæ Crucis non modo vitam, sed & paternæ necis donavit offensam.

E
ver a Crucifixi imagine inclinato capite fuisse salutatum.

14 Hac igitur insigni peracta victoria, qua scilicet non tam alterius, quam sui, & ut ita fatear, non tam hostis, quam proprii cordis victor extiterat, ad Regis curiam, quia non procul erat, accessit; sed mox ut ecclesiam oraturus ingreditur, res mira nimiumque stupenda. Salvatoris imago, quæ in Cruce videbatur expressa, tribus eum vicibus inclinato capite visa est salutare. O quam glorioſum & insigne præconium, ut ab auctore misericordiæ mereretur reverenter accipi, qui propter ejus reverentiam omiserat vindicari; & ab eo recipere salvationis honorem, pro quo saluti contrariam postposuit ultionem. Quod protinus Imperator audiens, honorifica eum & affectuosa, prout decebat, affabilitate suscepit, & copiosa munerum liberalitate ditavit.

sed hic auctor multa scripsit ex vulgi opinione,

15 *Fieri potest, ut simile miraculum alteri parricidium condonanti contigerit. Quod si* Petrus Damianus *totam suam narrationem de* S. Joanne Gualberto *intellectam velit, certe errat, ut BB. Andreæ & Attonis Acta legenti manifestum fiet. Neque hic unicus esset ejus error, cum ille auctor, quantumlibet sanctus, scripserit alia, teste Bellarmino, Libro de Scriptoribus ecclesiasticis ad annum Christi.* 1060 *observatione prima, quæ fabulis* F
fortasse similiora sunt, quam historiæ. Forsan Petrus Damianus, sicut narrationis initio innuere videtur, historiam hanc scripsit ex vulgari fama, quæ multum crescit & mutatur eundo, ut quotidiana nos docet experientia. Inde rem veram a aliis circumstantiis vestitam tradidit.

16 *Non diffitetur ipsemet* S. Petrus Damianus *seipsum sese quædam in suis historiis ex aliorum qualifatetur cumque fide referre. Sic lib.* 1, *Epist.* 9 *ait:* Ego quoque quod scripsi, procaciter non affirmo, sed utrum verum sit, necne legentium inquisitioni relinquendum esse decerno. *Ejusdem libri epist.* 10, *ita habet:* Hæc eadem gesta, quæ scribimus, quia in transitum audire nos contigit, utrum inoffensam fidei lineam teneant, certum per omnia non habemus. *Lib.* 2, *Epist.* 14, *ad Desiderium abbatem Casinensem, post narrata varia miracula, sic concludit:* Hæc omnia, venerabilis Pater, non sine magno timore describimus, ne vel per oblivionem propriam vel per infidæ relationis audaciam a veritatis linea quantumlibet declinemus. *Denique ad eumdem Desiderium sic scribit lib.* 2, *Epist.*

A AUCT. C. G. *pist.* 15. Hæc ego, venerabilis Pater, & alia quamplurima non sine magnæ formidinis ægore conscribo, ne videlicet vel relatores mei meam veritatis semitam non tenuerint, vel ipse quoque, relationum in quolibet immemor, oblivione deliquerim. *Cum in tot aliis narrationibus id sibi contigisse fatetur Petrus Damiani, idem in hac Crucifixi historia ipsi evenisse non injuria suspicor. Ut ut est, ego Crucifixi sese inclinantis miraculum* S. Joanni Gualberto *accidisse historica fide credo, atque illud in dubium revocare, summæ pervicaciæ, ne dicam dementiæ, esse existimo: Quid enim historice tandem certum erit? si omnibus historicis, atque etiam vetustissimis, synchronis aut subæqualibus factum aliquod narrantibus, de eo dubitare liceat. Intolerabilis sane est hæc mentis pertinacia, quam quidam nostri temporis Aristarchi, ac præsertim heterodoxi prudentiam aut constantiam vocare non erubescunt.*

Quidam hypercritici Gallus Crucifixi sese inclinantis miraculum dissimulat.

17 *Modernus quidam Legendarius Gallus, qui omnia Sanctorum Acta etiam per leves conjecturas solet vellicare, hanc miram imaginis sese inclinantis historiam intactam reliquit; nempe, quam nulla ratione oppugnare poterat, silentio aut certe contorta explicatione obscurare nititur: Nam ubi minuta quæque* S. Joannis Gualberti *gesta enumerat, præcipuum hoc miraculum hunc fere in modum Gallice transilit:* Orabat coram Crucifixo, eumque contemplans mente revolvebat incomprehensibilem Christi amorem, quem erga homines ostenderat mortem subeundo, ut eos æternæ morti eriperet. Hæc morientis Dei repræsentatio ita cor ejus movit, ut decreverit impositorum illi soli vivere, qui pro se mori voluerat. *Artificiosa sane transgressio, qua tegere conatur prodigium, quod non potuit non legisse apud Surium, quem ad marginem citat, & ex quo, ni fallor, vitam* S. Joannis Gualberti *texuit. Miror a viro Catholico adeo illustre miraculum dissimulari, quod ipse Rodolphus Hospinianus, hujusce Catholicorum ac præsertim monachorum hostis in Opere de Monachis, alioquin erroribus & calumniis referto lib. 5, cap. 4, supprimere non est ausus.*

Alii eam ob rem falsi circumstantiis ornarunt.

C 18 *Non ignoro, scriptores aliquos in vitium contrarium incurrisse, & in exornando hoc miraculo nimios fuisse, inter quos jure merito numerari potest memoratus ante Ludovicus Zaccarius, qui in Compendio omnium Sanctorum supra citato sine ullo veterum testimonio colloquium inter Crucifixum & S. Joannem Gualbertum ex suo, ut opinor, cerebro finxit. Hæc tamen additamenta miraculi veritatem non negant, sed potius confirmant, quamvis per hyperbolen maxime reprehendendam. Nos utrumque scopulum declinantes, nec augere rem, nec diminuere volumus; sed excudimus, quæ de hoc miraculo viri, tum antiquitate tum sanctitate commendandi, posteris reliquerunt. B. Andreas abbas Strumensis, & B. Atto abbas Vallumbrosanus ac postea episcopus Pistoriensis hanc miraculosam Crucifixi effigiem suo tempore in S. Miniatis monasterio solicite conservatam fuisse testantur. Jam vero tam pretiosum monumentum non ita pridem Florentiam translatum esse didici ex Mabillonio in observationibus, quas vitæ S. Joannis Gualberti a se editæ immisit.*

Positum ex vet. Umbros. Crucifixi translationem,

19 *Quare cum hujus translationis narratio nobis deesset, recurri ad Vallem Umbrosam sperans, fore ut Religiosi illi pro solita sua humanitate eam mihi communicarent. Spei meæ quamprimum satisfecit D. Angelus Maria Rivola, ejusdem Congregationis Vallumbrosanæ sacerdos, qui desideratam Crucifixi translationem descripsit, & ad nos transmisit. Cum autem illa translationis solemnitas prolixior sit, quam ut hic commode interseri possit, eam ad appendicem, post* S. Joannis Gualberti *miracula secuturam, rejeci. Interim hic sufficiet exactam miraculosi Crucifixi dedisse descriptionem, quam laudatus D. Angelus Maria Rivola translationi a se descriptæ præmisit præstantem sequentia:*

D

missi D. Angelus Maria Rivola, ac simul

20 In Dei nomine. Amen. In libro manuscripto Actorum congregationis Vallis-Umbrosæ Ordinis S. Benedicti signato ad extra litteris N pag. 131 & sequentibus refertur concessio sanctissimi Crucifixi, qui caput inclinavit sancto Patri Joanni Gualberto, præfatæ Congregationis institutori, facta eidem Congregationi a regia magni Etruriæ Ducis Celsitudine; & deinde exponitur solemnis ejusdem sanctissimi Crucifixi translatio ab ecclesia arcis S. Miniatis prope Florentiam ad ecclesiam sanctissimæ Trinitatis ejusdem urbis, ejusdemque congregationis Vallis-Umbrosæ. Quia vero non desideratur nisi relatio translationis, ideo hæc tantum referetur, omissa prolixiori concessionis narratione, ex qua tamen fieri non potest conditio & qualitas præfatæ sanctissimæ imaginis, quæ ex præfato libro pag. 136 sequentibus verbis exprimitur. *Habemus D. Angelus Maria Rivola, quibus sequentem Crucifixi descriptionem ex citato Actorum Vallumbrosanorum libro extractam ita subdit:*

E

ejusdem Crucifixi descriptionem.

21 Lignum in primis, quod præ antiquitate carioſum ac pene corruptum timebatur, solidum, stabile, atque in nulla parte vitiatum repertum est. Tabula illa, supra quam intela extensa imago Crucifixi est picta, profunda est, seu crassa est dimidio octavæ partis cubiti, ejus longitudo seu altitudo per directum est trium cubitorum cum duabus tertiis partibus, longitudo per transversum est trium cubitorum similium cum duabus octavis partibus, latitudo tabulæ est duarum tertiarum cubiti partium, sed a brachiis crucis usque ad genua latitudo est unius cubiti cum quarta parte. In summa cruce est tabula inscriptionis; in ima vero parte crux habet veluti montem, ut solent & sculpi & pingi cruces. Supra hujusmodi tabulam extenditur tela, supra quam depicta est in morem Græcorum Christi Jesu crucifixi imago ad naturalem altitudinem hominis, sed carnibus valde extenuatis & capillis cincinnatis, & usque ad collum protensis. Diadema est inauratum in eoque scripti conspiciuntur hi characteres LUX. Habet femoralia oblonga, quæ ab illius ad genua protenduntur & plicaturis tenuissimis depicta sunt. A dextris & sinistris crucis in parte illa tabulæ aliquanto latiore subtus brachia depicta est Virginis Matris & sancti Joannis imago, sed in figura admodum parva. Tela vero tota, præterquam autem a pectore Crucifixi ad reliquam usque infimam partem est adeo lacera, ut vix conspiciatur pictura. *Hæc fideliter & authentice ex præfato libro descripta sunt. Decreveram prosequi filum historiæ Gualbertinæ, eamque ordine quodam notis illustrare; sed necessario interserenda hic est scriptorum notitia, ut facilius intelligantur, quæ in sequentibus paragraphis agitanda & elucidanda sunt.*

F

A

§ III. Quinam auctores S. Joannis Gualberti vitam scripserint, & quorumnam scripta a nobis sint edenda.

Plurimi vitam S. Joannis Gualberti conscripserunt.

1 *Numeri pene scriptores de rebus a* S. Joanne Gualberto *praclare gestis meminerunt. Didacus Franchius ante ejusdem Sancti vitam a se Italice editam alphabeticum posuit catalogum manuscriptorum, quibus in contexenda sua historia usus est. Habeo praterea catalogum manuscriptum, in quo praeter viginti duos auctores, qui ex professo, ut ajunt, vitam S. Joannis litteris mandarunt, enumerantur sedecim alii, qui ex occasione eamdem vitam obiter attigerunt. Praecipuos mihi notis hic temporis ordine recensebo. B. Thenzo,* S. Joannis Gualberti *discipulus, dicitur a quibusdam primus Sancti Patris sui vitam scripsisse. Sed an genuinum sit B. Thenzonis scriptum dubitat* D. *Aurelius Caesari in epistola anno* 1692, *ad Papebrochium data, ita facere significans*: Inveni
B in aliquibus archivis nostris .... vitam S. Joannis Gualberti Etrusco sermone, cujus auctorem facit D. Didacus de Franchi B. Thenzonem, quod equidem haud facile concedo. *Non dubito, quin vir ille candidus & eruditus solidas habuerit rationes ad id non facile concedendum. Cum tamen nobis hanc vitam in fonte videre non licuerit, de re ignota judicium non feremus.*

eaque initio ejus praecipui B. Andreae B. Atti & Benignus Caesenas.

2 *Alter ejusdem S. Patris discipulus est B. Andreas patria Parmensis, cognominatus de Strumis, ab ea, quam postea gubernavit, abbatia Strumensi, cujus Vitam illustrarunt Majores nostri ad diem* 2 *Martii. Is circa finem saeculi* XI *praeter vitam S. Arialdi martyris, scripsit Acta* S. Joannis Gualberti, *quae diutius latentia in lucem produxit mox laudatus Aurelius Caesari & ad nos transmisit cum humanissimis litteris, quae inventionis occasionem & characteristicas inventi thesauri notas explicant. Proximus huic, nempe medio circiter saeculo* XII, *gesta* S. Joannis Gualberti con-
C *scripsit B. Atto, ex abbate Vallumbrosano Pistoriensis episcopus, cujus vitam elucidavit Papebrochius ad diem* XXII *Maji. Saeculo* XIV *ejusdem Sancti Acta a Benigno Caesenate conscripta fuisse testatur Aurelius Caesari in praedicta epistola, & enumerans varia bibliothecae Laurentianae manuscripta, inter alia dicit, se invenisse* vitam S. Joannis Gualberti Etrusco sermone antecedenti simillimam (*egerat de vita, quae B. Thenzoni tribuitur*) manu Beati P. N. Benigni Caesenatis, eremitae cellarum, quo in loco eam scripsit die XII Januarii anno MCCCLXXIV exaratam, in qua abbatum generalium Vallis-Umbrosae Catalogum ponit usque ad annum MCCCLXXIII.

Item Andreas Januensis, quem cum B. Andrea confudit Mabillonius.

3 *Andreas de S. Ambrosio monachus Benedictinus, vulgo dictus Andreas Januensis anno* 1419, *ut ipsemet in proemio indicat, ex antiquis Actis collegit vitam* S. Joannis Gualberti, *eamque, quod priores Vitae scriptores praetermiserant, quibusdam Chronologicis notis, ac prolixioribus phrasibus auxit. Hunc Andream Januensem perperam cum B. Andrea Strumensi abbate confudit Mabillonius in observationibus praeviis ad vitam* S. Joannis Gualberti *saeculo* VI *Benedictino Part.* 2, *pag.* 266, *ita notans*: Illic, *nempe in Valle Um-*

brosa, sedem suam fixit Johannes Gualber- D
tus, cujus res gestas primus litteris manda- AUCT.
vit Andreas Januensis, cujus scriptionem nan- G. C.
ciscinobis haud licuit. *Crassus enimvero error cum unus saeculo* XI, *alter* XV *scripserit. Si operae pretium foret, errorem hunc clare demonstrare possemus ex ipso Andreae Januensis exemplo, quod D. Franciscus Redi Majoribus nostris ex Ms. Ripolensi describendum humanissime curavit, quodque in Musco nostro etiamnum sedulo servamus, quamvis hic non edendum, ne tam multa* S. Joannis Gualberti *Acta lectorem tadio afficiant, & maximam hujus tomi partem occupent.*

S. Antoninus aliique eamdem vitam litteris mandarunt.

4 *S. Antoninus archiepiscopus Florentinus parte* 2, *Historiarum tit.* 15, *cap.* 17, *Vitam S.* Joannis Gualberti *eodem saeculo compendiosius enarravit. Hieronymus Radulensis, qui teste Franchio floruit anno* 1480, *vitam ab Andrea Januensi latine scriptam, in linguam Italicam transtulit. Circa idem tempus, aut paulo etiam ante Xantes Perusinus abbas Marradiensis in compendiis ejusdem Sancti Actis cultiore scribendi ge-*
E *nere usus est, deditque operam, ut sancti Patris sui vitam rhetorico stylo exornaret. Habemus hic doctissimi hujus scriptoris exemplum, quod acceptum referimus industriae & labori* D. *Aurelii Caesari, qui illud propria manu fideliter descripsit. Thaddaeus Adimari, Xantis Perusini successor,* S. Joannis Gualberti *vitam vulgari lingua imprimendam curavit Venetiis anno* 1510 *apud Lucantonium Di Giunta Florentinum.*

Quis sit auctor vitae a Surio editae.

5 *Laurentius Surius ad diem* XII *Julii mutato stylo eamdem vitam edidit. Verum quis illius fuerit auctor, nonnulla est inter eruditos controversia. Antonius Possevinus noster in Apparatu sacro tom.* 1, *ad litteram* F, *pag.* 662, *nihil haesitans sic pronuntiat.* Jacobus Fornerius sive Fur-
nius Tolosanus Ord. Cisterciensis, qui Bene-
dictus X (*vulgo vocatur* XII) hujus nominis summus Pontifex fuit, scripsit vitam S. Joan. Gualberti, quae extat apud Surium tom. IV ad diem mensis Julii XII. *Hanc Possevini assertionem dubiam reddit Gerardus Vossius lib.* 2, *de Historicis Latinis cap.* 57., *ita differens*: Vi-
F tam Gualberti apud Surium habemus tom. IV 4. d. XII Jul. Sed nomen auctoris in Ms. desiderabatur. Quare utrum Fornerii, an Blasii sit, haud facile dixerim. Sed ma-
gis eo inclinat animus, ut monachi Valli-Umbrosae minus fiverint perire vitam fundatoris sui Ordinis a monacho scriptam ejusce loci, quam ab abbate Montis Frigidi. *Vitae a se editae nomen auctoris defuisse fatetur Surius. Alii Gualbertinis hunc titulum caute praefigens*: Vi-
ta S. Johannis Gualberti auctore (ni fallor) Blasio Milanesio Generali Ordinis Vallis-Umbrosae: Is enim scripsit hujus beati Viri vitam; sed codex Ms. ejus nomen non habebat. *Nostra parum interest cujuscumque sit haec vita, cum certe antiquiora Actis simus edituri.*

Locatellus, Franchius aliique recentiores eadem Acta scripserunt.

6 *Eudoxius Locatellus anno* 1582 *Sancti Patris sui gesta & miracula primo operis sui libro Italice edito ad posteros transmisit. Post plurimos alios, qui tum soluta tum ligata oratione* S. Joannis Gualberti *Acta exornarunt, omnium copiosissime Didacus Franchius duodecim libris, Florentiae anno* 1640 *Italica lingua impressis, eamdem historiam complexus est, ac plurimis notis illustravit. Denique Vincentius Simius in Catalogo Sanctorum & virorum illustrium Congregationis Vallis Umbrosae, anno* 1693 *Romae typis vulgato, ad*

A *litteram* I *pag.* 157 *breve vitæ Gualbertinæ compendium tradidit. In eo juxta communem Vallumbrosanorum scriptorum sententiam tenet, sanctum Patrem suum natum esse anno Christi* 985, *ac pervenisse ad ætatem* 88 *annorum, adeoque consequenter dixisse debuisset cum receptissima opinione, eum mortuum esse anno* 1073. *Mirer itaque annum* 1075 *ab eo poni; nisi forte sit error typographicus, quem libenter ignoscimus: Nam hanc errandi veniam petimusque damusque vicissim.*

AUCT. G. C.

28 *Ex enumeratis scriptoribus, quos fere omnes sive manuscriptos sive impressos in Musæo nostro servamus, tantum priores duos, utpote ab antiquitate maxime commendandos, hic edere visum est; ac primo quidem loco Acta B. Andreæ abbatis Strumensis, quæ nobis eo sunt cariora, quo diutius fuerunt in latebris perquisita ac tandem diligentia D. Aurelii Cæsari detecta, ut patet ex ejus epistola anno* 1691 *ad Papebrochium data, cujus partem hic præmitto, ut de beati scriptoris auctoritate & ecgraphi fide constet. Sic igitur post prolixam & amicam salutationem scribit.* Perdideramus nos Vallumbrosani sanctorum beatorumque nostrorum digna veneratione colendas memorias; præcipue autem sanctissimi Patris nostri institutoris Johannis Gualberti Vitam, quam luculento sermone descripsit beatus P. N. Andreas abbas Strumensis, sancti Patris discipulus, ex qua magna ex parte suam composuit S. P. N. Attho Pistoriensis episcopus. Sed Dei gratia illam ego inter libros & Mss. Rev. Abbatis Petracci, jam in cælo uti pie speramus recepti .... inveni, cujus quidem venerandi codicis antiquitatem vel ipsum erubescens vel potius pallescens attramentum demonstrat.

Nobis præscripsit Acta per B. Andream scripta, quæ e latebris eruit Aurelius Cæsari,

B

29 Liber est pecudineus chirographicus in 4 minori, ab extra litteris deauratis sic inscribitur „ sci Jo. Gualb. vita a B. And. Abb. „ Strumensi confe „ Intus autem sic incipit. „ Sancti Johannis Gualberti Vallis-Umbrosæ primi abbatis ac ejusd. Ord. Instit. vita a B. And. sci fid. de Strumis abbate composita; cum supplemento ex aliis auctoribus in locis, ubi aliqua præsentis perantiqui libelli folia desiderabantur, posita. „ Scriptio supplementi mihi semimoderna videtur; illa vero codicis antiquissima, & ante annum MCLIV, vel certe paulo post ipsum, ut multis probare possem, exscripta. Utinam & lyncei oculi vestri codicem hunc, vere aureum inspicere possent! una mecum antiquitatem probaretis. Utinam talem præ manibus habuissem, quando eruditus P. Conradus Janningus (ni fallor) huc ad Vallem-Umbrosam accessit, cui in nostro hospitio inservisse gloriabundus etiam nunc exulto, verum & ipse testimonium oculatus testis perhiberet. Ecce vobis & nobis cæli benignitas favit. En præclarum (sic vos in Actis Sanctorum die x Martii & xxv Maji decoratis) opus beati Andreæ, quod vos iisdem diebus nuspiam reperiri doletis, inventum. Hoc ergo quamprimum fideliter exscribam, vobisque per illustrissimum & eruditissimum virum & communem amicum Dominum Antonium Magliabechium mittam.

qui codicis inventi formam & antiquitatem describit,

C

30 *Promissi stetit vir humanissimus & sequenti anno vitam propria manu descriptam ad Papebrochium misit, quem in epistola scriptioni suæ inserta sic alloquitur.* Virum occupatissimum inter vos miseram, super occupare meo non inesset animo, ni forte quid Sanctorum honoris & gloriæ præmeditarer & Paternitati V. R. gratum foret. En vobis nova occupatio, dum hisce litteris me vobis præsentem exhibeo, in manibus inventum thesaurum tenentem, & offerentem vitam S. P. N. Johannis Gualberti, auctore B. Andrea abbate Strumensi, quam fideliter descripsi, ut testimonio ibidem appositio evincere fas est. Hujus Beati scriptoris auctoritas piæ aliis æstimanda est, utpote qui beatissimum Patriarcham & B. Discipulum Teuzonem & aliquos qui in vita memorantur, noverit. Ipso scribente, adhuc vivebat B. Teuxo, uti testatur his verbis. „ Venerat in- „ ter ceteros Teuzo, qui adhuc supersest, „ venerandus pater & senex. „ Vivebat & ille Johannes antiquissimus frater, de quo sic. „ Quod ille adhuc superstes sic actum „ fuisse, & illa, quæ superius diximus, viva „ voce testatur; & non solum illa, sed et- „ iam, quæ inferius subjungemus. „ Occurrunt & de aliis exempla similia, ut § Eo tempore &c. prope finem; & § Quod scribimus a venerabili fratre didicimus Johanne; & § Vere non solum &c.

D

E

31 *Demum Vitæ se exscriptæ hoc annexit testimonium*: Ego Dumnus Johannes Aurelius Cæsari hiero-monachus Ordinis & Congregationis Vallis-Umbrosæ in veritate profiteor, me suprascriptam Vitam S. P. N. Johannis Gualberti, auctore beato Andrea abbate, fideliter exscripsisse ac desumpsisse a pretioso quodam manuscripto pecudineo antiquissimo, quod nunc mea quidem industria in Archivio Vallis-Umbrosæ servatur. Liber est in octavo (*vel ut ante dixerat quarto minori*) litteris bene formatis, sed in ferrugineum colorem præ antiquitate vertentibus. Habet folia 48. Primum & secundum continent supplementum, sic & septimum & nonum, quod in præsenti exscriptione his singis „ obsigna- „ vi. Folia quædam desiderantur; ideo ne „ mireris sic finiat. „ Quod postea retra- „ stans „ *Ecgraphum Aurelii Cæsari more nostro in numeros distributum hic typis mandabimus, & supplementum, quod ipse signis, distinxit, nos* F *uncis* [ ] *includemus.*

additio fidelis suæ descriptionis testimonio.

32 *Hisce B. Andreæ Actis subjunximus Vitam S. Joannis Gualberti a B. Attone episcopo Pistoriensi conscriptam; quæ quamvis ut plurimum cum præcedenti conveniat, tamen quia ampior est & in quibusdam paulum differt (hanc discrepantiam in Annotatis observabimus) etiam lectoris oculis subjiciendam esse censuimus, prout eam edidit Mabillonius sæc.* VI *Benedictino Parte* 2 *pag.* 268, *relicta editione Romana Thesauri Veteris, quæ mendosa est, ut jure merito conqueritur Aurelius Cæsari hac exclamatione*: Quam manca & mutila est vita S. Joannis Gualberti auctore S. Atthone, typis excusa Romæ anno MDCXII! *Ut etiam hujus beati scriptoris auctoritas innotescat, placuit laudes ei a contemporaneis datas excerpere ex litteris, quæ leguntur apud Ughellium tomo* 3. *Italiæ sacræ col.* 362, *ubi Raynerius canonicus inter alia sic ipsi scribit*: Tuæ virtus innocentiæ a me laudanda foret, sed timui laudes diminuisse tuas. Romana namque & Apostolica Sedes, dum studium tenerem Quintonio in Anglia, tantam tuæ prorupit laudem excellentiæ in curia præsulis Quintoniensium per Dominum Matthæum Diaconum & Cardinalem sancti Georgii: Interrogatus

Deinde-tur vita per B. Attonem conscripta

ejusque exemplum ad nos missi,

A gitus a me de noſtrum & Romanæ ſtatu eccleſiæ, dicens; quod Romana & Apoſtolica ſedes beata foret, ſi tui duceretur moderamine gubernaculi, quod me ultra quam dici poſſit, lætificavit. *Honorificum enimvero elogium. Si quis plura velit, legat ejus Vitam in Actis noſtris* XXII *Maji.*

de cujus ſcripturæ patria conjectura Papebrochii corrigitur.

33 *Papebrochius quidem in illius Vita ad diſſam diem illuſtrata ſuſpicatus fuerat, B. Attonem patria Pecenſem eſſe, eo quod in inſtrumento quodam ita notatum invenerit.* Ego Fr. Atto Pecen. monachus & dictus Piſtorienſis epiſcopus, huic Brevi firmando ſubſcripſi & illud fieri rogavi cum omni bona voluntate. *Eruditus D. Joannes Aurelius Caſari, lecta hac Papebrochii conjectura, anno* 1691 *ad eum ſcripſit in hunc modum:* Ex hac peroratione S. Attonis (*loquitur de epilogo vitæ Gualbertinæ a ſe primum inventæ, quem poſtea dabimus*) & ipſius Memoriali jam vobis per P. D. Placidum Poltri tranſmiſſo, in quibus utriſque, vir ſanctus ubi hoc titulo gloriatur PECCATOR MONACHUS, liquido apparet, verba illius inſtrumenti per vos ad diem XXIV Maji recitata, ſcilicet. Ego Frater Atto Pecen. monachus, non ſic legenda, ut ſonant Pecenſis, vel ut aliis placet, Paceſis, ſed PECCATOR, ut ſupra in peroratione & Memoriali. Sic ſentio ego D. Jo. A. qui ſupra, ſalva tamen ſemper in omnibus auctoritate veſtra. *Cum ea legiſſet Papebrochius, ſtatim vir candidiſſimus, & ad errores ſuos corrigendos ſemper promptiſſimus, ſcripta ſcheda & ad vitam B. Attonis affixa, opinionem D. Joannis Aurelii Caſari tanquam probabiliorem amplexus eſt, & in dicta ſcheda præter alia ſic candide notat:* Hunc ſane non exiguum fructum exiſtimo propoſiti dubii, etiamſi per hoc contingat, noſtram quoque de Sancti patria conjecturam ruere: Nec enim tales diutius valere volumus, quam quod aliunde refellantur, vel melius quidpiam ſubſtituatur. *Hoc candidum Magiſtri noſtri exemplum imitari volumus, ſicubi a vero aberremus. Hæc ex ægraſiana dicta ſunto; jam ad propoſitum noſtrum redeamus.*

Datur et eam Sancti miracula collecta per Hieronymum Radiolenſem, cujus elogium exhibetur

C 34 *Poſt utramque hanc Vitam prælo committemus* S. Joannis Gualberti *miracula, ab Hieronymo Radiolenſi collecta, & Henſchenii Papebrochiique manu deſcripta, de quibus in ſæpe jam memorata epiſtola ſic habet Aurelius Caſari:* Inveni duos codices Mss. pecudineos vere autographos D. Hieronymi Radiolenſis, nempe miracula S. Joannis Gualberti & ſermones ejuſdem Hieronymi, in quibus breviter vita S. Joannis Gualberti inferitur, in cujus fine ſic habetur: „ Iſte liber eſt mei Domni Hieronymi Prioris. *Ut autem lector hujus collectionis fidem pietatemque noverit, breviter addo partem elogii, quod Vincentius Shuinc in Catalogo virorum illuſtrium Congregationis Vallis Umbroſæ ad litteram* H *pag.* 134, *ſic continuavit:* Hieronymus Radiolenſis Prior abbatialis ſancti Donati in Vincla, inter ſcriptores Vallumbroſanos valde celebris, ſcripſit in primis vitam beatæ Mariæ Virginis, erga quam tenerrimæ devotionis affectu erat inflammatus; deinde miracula ſancti Joannis Gualberti, & opus hoc dedicavit magnifico Laurentio Medices, cui extitit ipſe ſingulariter acceptus; præterea tractatus edidit ſuper geſtis aliquorum beatorum, ſuper tribus votis ſolemnibus, ſuper gradibus humilitatis & ſuper virtute patientiæ; *epiſtolæ autem ab eo datæ, & aliæ ſacræ elucubrationes fuerunt fere innumerabiles.* Ne momento quidem temporis vifus eſt umquam otiari; quin imo ſemper actu fuit occupatus in aliquo laudabili exercitio vel legendo vel ſcribendo vel orando. Præter horas canonicas bis in die recitabat Officium Virginis Deiparæ, ſemel in die officium defunctorum, Pſalmos Graduales & Pœnitentiales cum Litaniis & precibus. Ultra conſuetas religionis Quadrageſimas & jejunia, etiam aliis ſuperadditis abſtinentiis carnem macerabat, ſicut & ciliciis & frequentibus flagellationibus. *Dein Simius piam ejus mortem enarrat. Hæc dicta ſunt ad clariorem quæſtionum ſecuturarum intelligentiam; nunc hiſtoriæ noſtræ illuſtrandæ ſilum reſumamus.*

AUCT. G. C.

§ IV. De monaſterio S. Miniatis, quod S. Joannes Gualbertus ingreſſus eſt, quare illud deſeruerit.

E

Templum S. Miniatis ab Hildebrando epiſcopo reſtauratum fuit.

S. Joannes Gualbertus *prædicto Crucifixo imaginis prodigio motus, ſæculo nuntium remittere ſtatuit. Itaque, præmiſſis pia fraude famulis, ad S. Miniatis monaſterium revertitur, & inſcio patre, in monachorum numerum cooptatur, ut fuſius narrant utraque Acta. Sed hoc occaſione occurrit quæſtio de reſtauratione eccleſiæ S. Miniatis, quæ, cum non ſit ab hoc noſtro inſtituto omnino aliena, breviter tractanda eſt. Didacus Franchinus in vita Italice edita lib.* 2, *contendit a S. Henrico imperatore ad preces Hildebrandi epiſcopi Florentini templum hoc reſtauratum eſſe. Contra Ughellus tom.* 3, *Italiæ ſacræ col.* 62, *adductis authenticis inſtrumentis, ita ſentit:* Ildebrandus autem inter cetera pietatis officia, quibus inclaruit, collabentem S. Miniatis martyris baſilicam reſtauravit, ac magnifice exornavit. Ceterum F ut ejus piæ munificentiæ perennaret memoria, illorumque jugularetur error, qui ejus baſilicæ magnificam reſtaurationem in Henricum Imperatorem ac Cunigundam ejus uxorem, inſignis pietatis feminam retulerunt, hanc antiquam ſcripturam hic ſubjiciendam curavimus, in qua apertiſſime ejus ædificationis tota gloria in Ildebrandum redundat, qui ibi etiam a ſe monachorum collegium inſtitutum a Florentinorum præſulum arbitrio dependere decrevit. *Tum ſubit donationis inſtrumentum, quod hic brevitatis causa omitto. Ughelli opinionem ſequitur Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom.* 4, *ad annum Chriſti* 1013; *quam etiam ego ut verſimiliorem amplector.*

Mabillonii error corrigitur.

36 *Non poſſum, quin hic obiter corrigam erroneam Mabillonii conjecturam, quam in iiſdem Annalibus ad annum Chriſti* 1028, *donationem quamdam Lamberti epiſcopi Florentini monaſterio S. Miniatis factam commemorans, ſic proponit.* His litteris ſubſcribunt, ut mox dicebam, Leo abbas de monaſterio S. Miniatis, & poſt eum Theuzo presbyter & monachus, Ottiſo presbyter & monachus, & Johannes presbyter & monachus. Forte is ſit Johannes Gualbertus, qui hoc ipſo tempore ad S. Miniatis monaſterium ſe recepit. *Miror, utrum in an-*

AUCT. G. C. *liquitatibus monaſticis verſatiſſimum hic habitu-cinatum eſſe, ut* Johannem Gualbertum *crediderit fuiſſe presbyterum, poſtquam in vita ipſius per B. Attonem ſcripta legit hæc verba:* Eorum quoque magiſter omnes eccleſiaſticos ordines plurimum honorabat, quos Catholicos eſſe ſciebat, ita ut fores eccleſiæ non præſumeret aperire, niſi prius ordinatus aliquis aperiret. *Clarius id etiam in Sancti vita num. 29 exprimit B. Andreas his verbis.* Eorum Magiſter & Pater tantam circa omnes eccleſiaſticos gradus reverentiam ſemper habuit, ut nullatenus aliquando potuerit cogi, nec etiam Oſtiarius fieri: ſed cum eccleſiam ingredi vellet, & fores eſſent clauſæ, eas ingredi nullo modo præſumebat, donec Oſtiarius, qui illas aperiret, vocaretur.

Traditur S. Joannes Gualbertus deſeruiſſe monaſterium S. Miniatis ob ſimoniacum abbatis promotionem

37 *Nunc altera inſtituenda eſt quæſtio, eaque difficilior, ſcilicet quam ob cauſam* S. Joannes Gualbertus *præfatum S. Miniatis monaſterium deſeruerit. Acta omnia, quæ mihi videre licuit, aſſerunt, quod ſimoniaco abbati, per Florentinum epiſcopum promoto, noluerit ſubeſſe. Quomodo hanc ſimoniacam abbatis ſui promotionem* S. Joannes Gualbertus *cognoverit, longa narratione, neſcio unde eruta, explicant recentiores Vitæ ſcriptores, atque inter illos primus, ut opinor, Andreas Januenſis, qui in Vita, quam hic manuſcriptam habemus, ſic narrat cap.* 8. In eodem autem monaſterio erat quidam monachus, nomine Ubertus, valde ſubdolus & tranſitorii honoris maxime cupidus, qui de rebus monaſterii pro dolor! furtive quanta poterat, rapere atque cujuſdam alterius Johannis cuſtodiæ, quem unanimem habebat, committere diſponebat; nempe ut male conquiſita prave dando, non ut cuſtos & paſtor ad regimen, ſed ſicut prædo & raptor ad dominium abbatiæ quandoque pertingere poſſet, quod efficere ſpiritu elationis magnopere ſtuduit, poſtquam beatus Johannes abbatiæ dominium, uſus conſilio prædictorum duorum, humilitatis ſpiritu deſeruit.

Andreas Januenſis plurimos expendit,

38 Quapropter idem Ubertus Florentiam perrexit, & Vicedominis, ut ſe juvarent apud epiſcopum, centum ſolidos aureos, epiſcopo autem, Attoni nomine, multam pecuniam pro dicta abbatia ſancti Miniatis dare promiſit; & quam, diabolo ſuggerente, diu concupierat, eodem perſuadente, jam invadere ſatagebat. Igitur pecuniæ pactione perpetrata, & abbatiæ poteſtate ita ſimoniace ſuſcepta, idem Ubertus, id eſt abundans ad omne malum, & non ad bonum, quemdam hominem ad monaſterium præfatum ejuſdem ſancti Miniatis miſit, atque de Johanne conſanguineo Vicedominorum interrogare monuit, & qualiter abbatiam prædictam acquiſiſſet, quidve pro ea daturus eſſet nuntiaret; ideoque pecuniam, quam illi crediderat, illuc ſibi mandaret.

quomodo ſimoniaca abbatia promotio

39 Ad monaſterium igitur ſancti Miniatis prædictum Uberti legatus ſeu nuntius veniens, & Johannem Vicedominorum conſanguineum, perquirens, Deo concedente, Johannes Gualberti hoc modo propter eumdem Gualbertum patrem ſuum eſt illi nuntio deductus qui Gualbertus nihilominus Vicedominorum Florentiæ erat & conſanguineus Cui Johanni Gualberto, cum nuncius ex parte Uberti pecuniam ſibi commodatam requireret, & quaeliter ad abbatiæ dominium ipſe perveniſſet, exponeret, confidens quod ille eſſet, de quo Ubertus dixiſſet, mox Johannes beatus, ſimplex & rectus ac timens Deum, & velut alius Job recedens a malo, crimine confratris & monachi Uberti erubuit ſatiſque doluit, & nimis admirans dixit, exemplo Salvatoris ſingens ſe longius ire; Hoc, frater, quod quæris Uberto deferendum, & epiſcopo ac Vicedominis dandum, tibi convenienter præbere non valeo, ſi non id ipſum coram ceteris monachis & fratribus dixeris, ut mihi teſtes poſſint fieri, quod, quod quæris, Uberto mandaverim. D

a S Joanne Gualberto

40 Hoc igitur remedio contra morbum execrabilem dicti Uberti beatus Johannes eſt uſus, more cauti medici, volens contraria contrariis curare, ut ipſe Ubertus videns publicum, quod credebat eſſe ſecretum, & ſic nimio rubore confuſus declinaret a dicto malo & faceret bonum, ſcilicet de eodem morbo pœnitentiam agendo, & etiam ut monachi, qui ſunt tamquam oves, viderent quomodo caute viverent ſub eodem, quia hic non erat paſtor ſed mercenarius, cujus non ſunt oves proprie, quique videns lupum venientem, dimittit oves & fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus, ſecundum Euangelicam veritatem. Atque etiam ſciebat, prout audiverat, ſcriptum eſſe in ſacris ſanctionibus, ut ſicut ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit ſecundum intellectum juris, ita ſine dilatione, mox ut ejus ſigna per aliquam perſonam claruerint, de eccleſia Dei debeant eliminari atque propelli. E

facris detrita

41 Ergo cum fratres & monachi hoc cognoſcerent, Deo volente, atque Uberti legato cuncta referente, omneſque fere dolerent pariter & erubeſcerent, ſanctus Johannes, zelo Dei ſuccenſus & fidei calore inflammatus armiſque ſpiritualibus præcinctus dixit: Quid ergo dicemus, fratres, aut quid faciemus? Qualiter hic ultra ſtabimus, aut quo ibimus? Ecce venditi ſumus. Monaſterium emitur. Honor eccleſiaſticus, qui, Chriſto inſtituente, gratis eſt dandus ac gratis accipiendus, pecunia emitur, pecunia pariter acquiritur. Igitur, his dictis, quoſdam ex monaſticis & fratribus, hujuſmodi ſimoniacum execrantes per diverſa monaſteria ſtatim collocans, cum uno eorum, quem ſanctiorem credebat, & ideo eum plus ceteris diligebat, protinus ordinat, quomodo melioris vitæ legibus ſe poſſet ſubmittere, ac ſimoniaci dominium abbatis evadere, cum ejus tyrannidi non valeret reſiſtere. *Hæc ille; quæ quidem quoad ſubſtantiam vera eſſe arbitror, quia eumdem diſceſſus cauſam antiquiſſimi vitæ ſcriptores etiam memoriæ prodiderunt. At ſuſpicor, quædam circumſtantia ab Andrea Januenſi ingenioſe eſſe excogitata.* F

contra Mabillonius hoc diſceſſui cauſam non perhibuiſſe ſimoniam;

42 *Mabillonius negat*, S. Joanni Gualberto *hanc fuiſſe diſcedendi cauſam, & conſequenter totam Andreæ Januenſis hiſtoriam falſitatis arguit in Annalibus Benedictinis tom. 4, ad annum Chriſti* 1034, *ita diſputans.* Florentiæ in Italia Lambertus piiſſimus antiſtes, rerum humanarum pertæſus, paſtorali cura hoc anno abdicata, vitam monaſticam amplexus eſt, quo in vitæ genere incomparabile probitatis exemplum præſentibus poſteriſque uſque ad

obitum

A obitum probavit. Hoc exemplo Petrus Damiani in sua ad Nicolaum Papam epistola abdicationem & ipse suam comprobavit. Non ergo veri simile est, Lambertum episcopum eum fuisse, qui ob simoniæ vitium Johanni Gualberto secedendi e monasterio sancti Miniatis occasionem præbuerit. Neque id tribui potest Athoni episcopo, Lamberti successori, qui præsul æterna memoria dignus fuisse dicitur; idque probant egregia ejus facta, quæ Ughellus refert, scilicet benefacta ejus tum in ecclesiam Florentinam, tum in Ministerense monasterium.

43 *Deinde, allato fragmento cujusdam instrumenti, quo laudatur Miniatense monasterium, fit pergit*: Quæ omnia probant, longe aliam fuisse Johanni Gualberto recedendi ab illo monasterio occasionem, scilicet majoris perfectionis ac solitudinis studium, ut superius diximus. Extat ad Obertum ejus loci abbatem Benedicti IX epistola, qua omnes ejus possessiones ab Hildebrando, Lamberto, & Athone episcopis concessas confirmat. Lamberto successit Gerardus, natione Burgundio, qui ob præclaras animi dotes ad Florentinum episcopatum promotus est, creatus demum pontifex sub nomine Nicolai II; quo episcopo, celeberrimum monasterium, sancti Salvii nomine insignitum, duobus ad urbe Florentia millibus, a Johanne Gualberto Vallumbrosani Ordinis institutore condixum est. Nullus in his locus est simoniaco illi episcopo, qui Johanni secedendi occasionem præbuerit, qualis ab Athone in ejus Vita confingitur.

sed solitudinis amorem.

B

44 *Hæc non incongrua sunt, ut probent, nullum ex his nominatis episcopis simoniaca labe contaminatum fuisse. At durum mihi videtur propterea B. Attonis fictionem objicere, & quod durius est, B. Andreæ scriptori coævo fidem nolle adhibere. Malim ego credere hunc simoniacum episcopum (quisquis is demum fuerit: Nam beati Vitæ scriptores nomen ejus non exprimunt) in catalogo Florentinorum præsulum esse omissum, aut alios non recte collocatos, aut denique aliquem ex prædictis episcopis, ante simoniacum, respuisse, ac postea peccati maculam munificis donationibus eluisse. Hæc ultima conjectura non omnino improbabilis est: Sic enim legimus, Petrum simoniacum, Florentinum episcopum, de quo postea pluribus, pœnitentia ductum, religiosam vitam duxisse. Sic Gregorius VII Rodulpho simoniaco Suevise Duci scribit lib. 2, epist. 45.* Ad correctionem tuam tibi intimamus, ut quantumcumque pretii te pro disponendis in ecclesia clericis accepisse recordaris, aut in utilitates ejusdem ecclesiæ, si attinere ei videtur, aut in usus pauperum expendas ut, nulla in te reprehensibilitatis macula remanente, inter electos regni cœlestis cives adscribi mereamis.

quomodo intelligi Vitæ scriptores priorem causam differre exprimunt.

C

45 *Minus urget, quod ad confirmandam suam opinionem ex Ughellio adducit Mabillonius in iisdem Annalibus tom. 4, ad annum Christi* 1038. Ex iisdem litteris, *scilicet Itæ abbatissæ sancti Hilari*, innotescit causa, ob quam Johannes cum sociis e suo monasterio recessit; nempe solitudinis amor & studium vitandæ populi frequentiæ, qui ad sancti Miniatis monasterium confluebat. Sic enim Ita in prædictis litteris loquitur, ubi quosdam præmisit de viris sanctis, qui ad pie sancteque vivendum omnia relinquunt; „ de quorum collegio „ inquit „ quosdam viros de sancti Miniatis monasterio, quos vobis bene notos esse credimus, in eremo, quæ Vallis Umbrosa vocatur, sicut vos scitis, suscepimus in loco, qui dicitur Aqua Bella, in proprietatem scilicet nostri monasterii, quod est in honore sancti Hillari sito Alfiano; qui meliorandæ vitæ gratia, cœnobium, quod multa populositate frequentabatur, relinquentes, in loco solitario vitam sanctam agitare maluerunt. „ Ex quibus confirmatur id, quod superius diximus, Johannis causam secessus non fuisse, ut simoniacos vitaret.

Pronomen urget, quod ex litteris Itæ abbatissæ

D

46 *Verum, ut dixi, non multum hæc urgent: Non Ita abbatissæ causam memorans, alteram non excludit. Imo fieri potuit, ut malueris S. Joannes in loco solitario vitam agere, quam sub fœmineo abbate, ab hominibus sæcularibus multum frequentato vivere. Certe monasterium S. Miniatis decem annis ante ab omni sæculari strepitu fuisse remotum probat ex verbis Lamberti episcopi Florentini ipse Mabillonius tom. citato ad annum Christi* 1028: Annus decimus quintus erat, *inquit*, ex quo Hildebrandus Florentinus antistes sancti Miniatis monasterium instauraverat, cum Lambertus ejus successor, non modo sui decessoris munificentiam probavit, sed etiam novis donationibus auxit, hac maxime adductus ratione, quod hic locus tanto esset salvandis animabus habilior, quanto & a sæculari tumultu remotior, & sanctorum ibi quiescentium religione sacratior. „ *Adde quod hac solitudinis observantia etiamnum perseveraris anno* 1032, *teste Atrense episcopo Florentino, cujus hæc verba affert Mabillonius tom. 4 ad annum* 1032. Fiunt ibi nempe laudes assiduæ & obsecrationes juges & orationes continuæ pro salute viventium, seu etiam morientium fidelium, quæ in conspectu divinæ clementiæ tanto acceptabilius assumuntur, quanto & voluntate & opere, fratres ibi famulantes a sæcularibus curis constat fore * remociores.

ad confirmandam suam opinionem adducit Mabillonius,

E

** Id est esse cum ea causa abitum non excludit.*

47 *Non video quomodo hæc cum sæcularium hominum frequentia in litteris Itæ abbatissæ anno* 1039 *memoratæ cohærent, nisi quis dicat regularem disciplinam, forte per abbatem simoniacum & sæcularibus placere cupientem, relaxatam ac perfunctatam fuisse. Ab hac sententia non abhorret Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 8, ad annum Christi* 1030 (*chronologiam ejus non defendo*) *ita scribens.* Joannes Gualbertus honesto loco Florentiæ natus, cum humanis despectis rebus, monasterium iniisset, nec satis monachorum, quibuscum vivendum erat, solutam disciplinam probasset, egressus inde in jugum montis Apennini se contulit, atque in loco, qui Vallis-Umbrosa dicebatur, sedem novo monasterio collocavit, ibique se, sociosque suos legibus vitæ severioribus obligavit. Inde congregatio monachorum Vallis-Umbrosæ professa. *Jam de præclari hujus Ordinis institutione et laude agendum est.*

F

§ V. Ordinis Vallumbrosani institutio, incrementum, privilegia ac laudes.

Vallis-Umbrosa descriptio et situs.

VAllumbrosa, *inquit Mabillo*, seu Vallis-brosa & Vallis-Umbrosa ab opacis, quæ montium dorso incumbunt, vallemque subjectam adumbrant, arbutum silvis sic dicta, dimi-

A dimidii diei itinere ab urbe Florentia in Alpibus Appenninis, medio Florentiam inter & Camaldulensem eremum intervallo, sita est, tergo montis impositæ, cujus vallem Vicanus amnis seu torrens præterfluit. *In hac solitudine* S. Joannes Gualbertus *instituit religiosam congregationem, ex qua prodierunt multi viri, tum doctrina tum sanctimonia insignes, quorum D. Venantius Sinius texuit catalogum, Romæ typis anno* 1693 *excusum. Primo S. Pater Joannes motu Camaldulensium separatas extruxit cellas, quas pluribus describit Andreas Januensis & Xantes Perusinus, quarumque figuram exhibet Didacus Franchius Historiæ suæ lib.* 5, *pag.* 101. *Ex his paucis initiis paulatim crevit monasterium, tandemque anno* 1637 *a R. D. abbate Aretardo Nicolino magnifica extructa est fabrica, quam ari incisam videre licet apud Didacum Franchium in Indice, Mabillonium in Annalibus tom.* 4, *pag.* 421 *& in ejusdem itinere Italico tom.* 1, *pag.* 184.

B 49 *Nascentem hunc Ordinem, præter Conradum Imperatorem alios que, pia liberalitate fovit Ita S. Hilari abbatissa, ut constat ex litteris donationis, quas integras profert Ughellus tom.* 3, *Italiæ sacræ col.* 299. *Post mortem vero sancti Instituti, viri ac feminæ principes eumdem Congregationem plurimis donis auxerunt, ut videre est apud Mabillonium in observationibus ante Vitam* S. Joannis Gualberti *sæc.* VI, *Benedictinæ Part.* 2, *pag.* 267, *& apud Ughellum tom.* 3, *Italiæ sacræ col.* 316. *Nec minori benevolentia hanc sanctam familiam prosecuti sunt summi Pontifices, quorum diplomata passim sunt obvia. Bulla Urbani II, quæ extat apud Laertium Cherubinum tom.* 1, *Bullarii pag.* 14 *&* 15, *eximias hujus Ordinis laudes & singulares plane prærogativas continet. Privilegia huic Ordini concessa varii posteriorum sæculorum Pontifices confirmarunt, quorum Bullas auctores Vallumbrosani aliique diplomatum collectores plerumque exhibent, ad quos curiosum lectorem remittimus.*

Vari Vallumbrosanæ congregationis fautores,

50 *Non possumus tamen, quin ex iis quædam ad hujus Ordinis honorem maxime spectantia breviter excerpam. Urbanus II Bullam* dilectissimis filiis universis Vallis-Umbrosanæ congregationis *anno* 1090, *datam sic auspicatur*: Cum universis sanctæ Ecclesiæ filiis ex Apostolicæ Sedis auctoritate ac benevolentia debitores existamus, illis præcipue locis atque personis, quæ specialius ac familiarius Romanæ adhærent Ecclesiæ, quique ampliori religionis gratia eminent, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Quia igitur, divina propositum vestrum præveniente ac subsequente clementia, Religionis vestræ simplicitas bonæ opinionis odorem in locis & prope & longe positis aspiravit: Nos vestro profectui, annuente Domino, profectus adjungere cupientes, cœnobium vestrum pro B. Mariæ semper Virginis reverentia, cui dictatum est, in Romanæ Ecclesiæ proprietatem & tutelam, atque protectionem Apostolicæ Sedis accipimus; & Apostolicæ illud auctoritatis privilegio munientes, ab omnium personarum jugo liberum permanere decernimus.

Inter quos Romani Pontifices Urbanum II,

Alexander IV & Julius II, qui hunc Ordinem varii privilegiis & laudibus cumularunt.

51 *Alexander IV, ipse Franchio lib* 7, *pag.* 198, *etiam constantem hujus Congregationis amorem erga Apostolicam Sedem sic laudat*: Pro speciali devotione, quam habetis ad Romanam Ecclesiam, matrem vestram, sustinuistis in personis injurias, & in possessionibus & in aliis bonis vestris non modicum detrimentum. *Denique ut plurimos alios præteream, Julius II anno* 1507 *privilegia a prædecessoribus suis huic Ordini concessa confirmans, & nova communiens, hujus gratia conferenda causam sic indicat*: Nos igitur qui Ordinem & congregationem Vallis Umbrosæ hujusmodi, propter uberes fructus, quos in militanti Ecclesia in divinis contemplandis & assiduis orationibus ac precibus ad Deum producere noscuntur, in visceribus charitatis & dilectionis nostræ complectimur. *Bulla hæc integra legi potest apud Laertium Cherubinum tom.* 1, *Bullarii pag.* 426. *Cum hic nobis divitus hærere non liceat, honorifica aliorum de hoc Ordine testimonia proferamus.*

Auctor vitæ S. Aybertí

52 *Quanta venerationis ob vitæ sanctimoniam fuerit hujus religionis inceptor, liquet inter alia ex eo, quod Benizo episcopus Sutrinus, postea Placentinus, tandemque martyr, cujus Mss. servantur in Bibliotheca Cæsarea, teste Lambecio lib.* 2, *pag.* 790, *collectaneorum libros ex S. Augustino excerptos viventi* S. Joanni Gualberto *dedicaverit. Mortuo sancto Patre, idem sanctitatis odor in filiis perseveravit: Testantur quippe antiqui scriptores, quanta morum integritate ac pietatis laude hæc Congregatio suo tempore floruerit. Juvat hic quorumdam testimonia audire. In vita S. Ayberti, ab auctore coævo scripta, quam illustravit noster Henschenius tom.* 1 *Aprilis pag.* 675, *ita narratur*: Qui cum Romam venissent, dictum est eis, sanctæ memoriæ Urbanum (*is est hujus nominis* II, *electus anno* 1088) quem petebant, esse Beneventi. Quod audientes Dominus Aybertus & frater Joannes, non ausi sunt arripere tam longum iter, tum quia diffidebant viribus corporis, tum quia frater Joannes infirmabatur; ideoque consilio & benevolentia prædicti abbatis in Umbrosam Vallem secesserunt, ibi eum, dum rediret, præstolaturi.

monachorum Vallumbrosanorum pietatem mirifice laudat ac extollit.

53 Ubi quidem monachos miræ continentiæ & exquisitæ vitæ invenerunt, qui super eos viscera pietatis effundentes ac benigne suscipientes, perpetuo illos secum retinere studuerunt: Monachi enim isti, de quibus agimus, ut multorum sinceritas testatur, sunt firmiter & perfecte regulam S. Benedicti observantes, de labore manuum viventes, multis & variis laboribus incessanter spe cœlestis vitæ corpora afficientes, in rigore disciplinæ severa caritate fervidi, in peregrinis & pauperibus suscipiendis benigni, in sepeliendis fratribus pii, insuper omni genere religionis præclari, & (ut duo prædicti viri fatebantur) omnibus monachis, quos hactenus viderant, sanctitate præferendi. Qui cum eis per aliquot temporis spatium demorantes, ab illis multa documenta recte vivendi, ut ipsi testabantur, susceperunt.

Comitissa Mathildis Anselmus episcopus Havelbergensis

54 *Comitissa Mathildis in litteris anno* 1100 *Florentiæ datis, contra iniquas quorumdam vexationes defendit eosdem monachos Vallumbrosanos*, quorum vitam, *inquit*, nostro tempore præ ceteris excellentius fulgere cognovimus, eorumque laudabilem sanctitatis famam ubique redolere non surda aure persensimus. *Anselmus episcopus Havelbergensis lib.* 1, *cap.* 10, *Dialogorum, quos edidit D. Lucas Acherius tom.* 13. *Spicilegii ita loquitur*: Nec diu est, quod in alio loco, qui vocatur Vallis Umbrosa juxta Perusinos montes surrexit congregatio monachorum valde religiosa, a ceteris, qui vocantur

A cantur monachi novo Ordine & novo habitu differentes, & multos habent ſuæ formæ ſequaces. *Habitus, de quo hic ſcripſit agit, tum erat ferruginei coloris, quem R. D. Blaſius de Milaneſiis Generalis circa annum* 1500 *in nigrum commutavit, ut fuſius oſtendit Franchius lib.* 7, *pag.* 186. *Unde refelli non meretur duplex error cujuſdam recentioris hetrodoxi, qui imperite ſcribit, colorem Vallumbroſanorum monachorum olim fuiſſe cæruleum (in hoc primo errore ducem habet Polydorum Virgilium lib.* 7, *de Invent. rer. cap.* 2) *ac noſtro tempore eſſe violaceum. Hic, ſi unquam, cæcus judicat de coloribus.*

55 *De habitus mutatione ita canit Æmilius Acerbus in panegyri* S. Ioannis Gualberti.

Mutavit Vallis veteres Umbroſa colores:
Felix ſi mores, & cæli ſervat amores.

Et Ferdinandus Ughellus abbas Ciſtercienſis

At religioſam hanc congregationem mores ad cæli amores conſervaſſe, teſtatur Ughelli elogium, quod hic tamquam dictorum anacephalæoſin, & omnium, quæ dici poterant, ſynopsis ſubjicio. Sic habet tom. 3, *Italiæ ſacræ col.* 283. Traxit is Ordo

B nomen ſuum a loco, in quo primum monaſterium, nimirum in ſubjecta valle, denſiore umbra obſita, projectaque ab inſurgentibus hinc inde aſperrimis montibus excitatum eſt in eo loco, cui Aqua Bella nomen eſt, quem ipſi nobiliſſima Itta Hilariane domus in Feſulana diœceſi abbatiſſa, ex Guidonum Comitum familia procreata, liberaliter tradidit.

Breviſica de eodem Ordine dedorum teſtimonia.

56 Diſtat tantummodo duodecim a Florentia milliaribus nobiliſſimum hoc monaſterium, quod poſtea, cum Viri ſanctiſſimi virtus late ſpargeret ſe, ac circumferret, ejuſque probitate ſucceſſores non deſciſcerent, maximis opibus, ut in eo divini cultus gloria efflorereſceret, amplificatum eſt, atque caput extitit nobiliſſimæ Congregationis Vallumbroſanæ, quæ brevi non modo tota Hetruria, verum etiam tota Italia ſe diffudit, maximoſque Eccleſiæ fructus attulit, novum D. Benedicti inſtitutis monaſticis ſplendorem peperit, Hetruriæque maximum decus affudit: Extulere enim ſeſe ex ea familia innumeri viri ſanctitate ac ſcientia conſpicui, quos præclaræ virtutes ad ſummas eccleſiaſticas di-

C gnitates evexere: Tument præclaris illorum geſtis hiſtoricorum monumenta, quæ hic recenſere ſupervacaneum eſt. Servavit hactenus is Ordo ſuum ſplendorem: Sereniſſimi principis Caroli Medicei epiſcopi Cardinalis Tuſculani clientelæ hodie commendatus eſt, & ab Aſcanio Tamburino abbate Generali maxima laude adminiſtratur; quem virum inſignis doctrina cum aliis naturæ dotibus & ornamentis, ſuavitate morum, prudentia ſingulari, conjuncta, non minus quam libri eruditiſſimi de abbatum abbatiſſarumque jure ab ipſo typis cuſi commendant. Exemere a Diœceſani juriſdictione hanc religioſam familiam a primis ejus incunabulis Romanorum Pontificum amor ac ſtudium, qui poſtea celeberrima in eam privilegia contulere.

Quomodo Andreas monachus Vallumbroſanus ordinem ſuum in Galliam tranſtulerit.

57 *Quomodo hic Ordo in Galliam propagatus ſit, liquet ex Patriarchii Bituricenſis capite* LXI, *quod a Labbeo noſtro editum eſt initio tomi ſecundi in Nova Bibliotheca Manuſcriptorum librorum, ubi traduntur ſequentia*: Quidam nobiliſſimus ac ſtrenuiſſimus comes ab Hieruſalem reverſurus in Franciam, unde eum ceteris Chriſtianis illuc fuerat profectus, Romam ingreſſus, facile obtinuit a ſummo Pontifice ſibi D donari reliquias ſanctorum martyrum Corne- AUCT. lii & Cypriani: Tum vero impetratis etiam G. C. ex florentiſſima monachorum Congregatione Vallis Umbroſæ aliquot devotis fratribus, quorum Prior vocabatur frater Andreas, vir maximæ conſervandæ religionis conſtantia clarus, illuſtriſſimus Comes voti compos, lætiſſimuſque ad ſuos penates regreſſus, amplifica liberalitate prædictos religioſos viros curavit, danſque illis optionem eligendi locum idoneum pro ædificando monaſterio infra ſuæ ditionis metas conceſſit, ſtatuitque tanti operis impenſas de ſuis facultatibus accipi. Quo quidem cœnobio in Aurelianenſi territorio celeriter magnificeque conſtructo, non ſolum illud vir admodum nobilis ſanctorum martyrum Cornelii & Cypriani ſacris reliquiis inſignivit, verum etiam de ſuis redditibus ipſum locum munifice ac nobiliter dotavit, inſtituens, ut deinceps idem monaſterium appellaretur Corneliacum.

Mirabilis monaſteriis

58 Jamque velut balſami fractum alabaſtrum admirabilis virorum Dei opinio mite fragrans, brevi per totam Aquitaniæ provinciam diffundebatur; quorum exemplo pluſimi cujuſvis conditionis homines attracti & illecti, contemptis ac ſpretis vani hujus mundi illecebris, ſe ultro ſuavi Chriſti jugo ſubmittentes, ad bravium ſuperne vocationis certatim contendebant: Venerabilis enim pater Andreas, in quo totius religionis forma, necnon totius moderationis gratiam renitebat, facile inducebat ſingulos, qui ad ſe convenitebantur, ſuimet notitiam recipere, pſalmis & hymnis vacare, terram ſui cordis jugi cultu & exercitiis indefinentibus excolere, cælibem caſtamque vitam, omnibus mortalibus præcipue deſiderabilem, æmulari atque ſectari. Quid multa? Ita brevi abrenuntiantium ſæculo coalnit numerus, ut in arido & ſqualenti campo videretur ſeges fecunda, ac læta Domini Sabaoth vinea ſuccreviſſe, jam ſuas propagines longe lateque dilaturus. Unde vir Domini Andreas plura diverſis in locis monachorum conventicula, quæ nunc Prioratus vocantur, inſtituit, & erexit precibus quorumdam nobilium virorum, ultro ei F offerentium ea, quæ ad quietam religioſorum vitam pertinent.

Et diſcipuli auxerit.

59 Denique ſilvam quamdam quercubus & fagis denſiſſimam intra Bituricenſis diœceſeos fines reperiens, facto primum ibidem tugurio, animo ejus inceſſit hanc ſuæ peregrinationis ultimam facere manſionem; ubi ſane, quicumque divinitus inſpirati convertebantur, ab ipſo ſecundum divi Patris Benedicti regulam inſtituendi, ſibimet caſas circa magiſtri tuguriolum compingentes, rei effectu locum ipſum deinceps Caſale benedictum appellandum cenſuerunt. Qui tandem adjuti ope quorumdam principum, ac devotorum fidelium eleemoſynis baſilicam & univerſas monaſterii officinas, Deo auxiliante, conſummaverunt. Quo Dominus Leodegarius Bituricenſis archiepiſcopus venire dignatus, eccleſiam quidem in honorem intemeratæ Virginis Mariæ Dei Genitricis ac beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſolemniter dedicavit; ipſum vero Reverendum Patrem Andream in abbatem primum Caſalis benedicti

con-

A confirmavit ac benedixit.

AUCT. G. C. *Hujus Andreæ panegyrici elogium.*

60 *Mirum eſt hunc Andream Venantio Simio in Catalogo virorum illuſtrium Vallis-Umbroſæ prætermiſſum eſſe; præſertim cum in Epiſtola encyclica a monachis Caſalis-Benedicti poſt ejus mortem ſcripta, & jam a Luca Dacherio edita tom.* 3, *Spicilegii pag.* 518, *egregium habeat elogium, ex quo hæc pauca excerpimus.* Fratres carissimi, pro Domno Andrea, abbate noſtro, fratre vero veſtro, piiſſimas aures omnipotentis Dei nobiſcum pulſare ſatagite, quatenus cui devota mente ſervivit, dum ſpiritus membra vegetavit, inhærere membris corporis a vita deſtitutis perpetualiter valeat. Hic etenim beatus vir, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo duodecimo, Indictione quinta, duodecimo Kalendas Februarii, explevit naturæ jura, mortis perſolvens debita ..... Primus quoque abbatiam noſtram, quæ vocatur Caſale Benedictum conſtruxit, pluresque cellulas ſibi ſuppoſitas, ſcilicet Corneliacum, Contras, Altaria, S. Benignum, Beeſcam, Polinas,
B S. Anianum, Cambonum, Salviniacum. *Qui de hoc abbate, & ædificatis ab eo monaſteriis, præſentique eorum ſtatu magis diſtinctam deſiderat notitiam, conſulat Annales Benedictinos tom.* 5, *pag.* 254, 297, 316, 468, 577. *Nobis enim non licet hic ſingula tranſcribere, ne in nimiam molem excreſcat Commentarius.*

Aſſignantur auctores qui de ordine Vallumbroſano ſcripſerunt.

61 *Si quis etiam de illuſtri Ordine Vallumbroſano, & orta ex eo poſt mortem ſancti fundatoris religioſarum feminarum familia, plura noſſe cupit, adeat Eudoxium Locatellum, qui primo Italici operis ſui libro vitam & miracula* S. Joannis Gualberti, *ſecundo Generalium Vallumbroſanorum ac Beatorum geſta complexus eſt. Videri etiam poteſt Didacus Franchius, qui Vitam ſancti Patris ſui duodecim libris Italicis vulgatam copioſis notis illuſtravit. De eodem Ordine egerunt Aſcanius Tamburinus de jure abbat. Diſp.* 24, *quæſt.* 5, *num.* 20. *Silveſter Maurolycus in Oceano omnium Religionum lib.* 2, *pag.* 120. *Paulus Morigia in Hiſtoria Religionum cap.* 26. *Ignatius Guiduccius in Vita S. Humiliatis, Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino, Silvanus Razzius in Vitis Sanctorum & Beatorum Hetruſcorum, Philippus Bonannius in Catalogo Ordinum religioſorum, ac poſt alios Anonymus Gallus, qui a paucis annis de omnibus Ordinibus Religioſis ac Militaribus octo tomos, æneis figuris decoratos, Gallice vulgavit.*
C

§ VI. S. Joannis Gualberti ſcripta & preces.

S. Joannes Gualbertus varia ſcripſiſſe ferunt.

Sanctum noſtrum varia ſcripſiſſe, quæ aut pervenerunt aut latent, colligo ex Andrea Januenſi in Vita cap. 18, *ubi ſic habet:* Collegit plurima ſanctorum Patrum capitula, dicta, doctrinam & exhortationes, ex quibus adverſus hæreſim univerſos inſtruebat & armabat, quatenus illam non ſolum refugere, verum etiam poſſent impugnare. *Idem teſtatur Hieronymus Radiolenſis libro de vita ſolit. cap.* 17, *his verbis:* Joannes noſter tum ſcito & gravi ſermone, tum epiſtolis per amplam Italiam conſcriptis, ſchiſmaticos, infideles, & pecunia corruptos reprehendebat & acriter damnabat, & pari modo domi ſociſque inſectabatur. *Quinimo Eudoxius Locatellus, apud Franchium lib.* 7, *pag.* 165 *citatus, aſſerit, glorioſum Patrem S.* Joannem *divina virtute ſubito tantam acquiſiviſſe* D *ſcientiam, ut doctiſſimum ſanctiſſimumque latinorum epiſtolarum librum compoſuerit. Nobis jam tantum duæ ſuperſunt epiſtolæ. Prima ad Herimannum Volaterranum id eſt Volaterranum epiſcopum, quæ a B. Atone brevitatis ergo emiſſa, refertur a B. Andrea in Vita num.* 74. *Altera, quam S. Pater jam morti propinquus de fraterna caritate dictavit, habetur apud eumdem Andream num.* 112. *Hæc pauca de illius ſcriptis; nunc ad ejus preces pergimus.*

Petitionem Vallumbroſanorum ſatisfacturi,

63 *Anno* 1698 *D. Germanus Ruini ſacriſta Vallumbroſanus dedit ad Papebrochium litteras, quas hic præmitto, veſciſſis laudibus, quibus me immerentes cumulat. Itaque in earum parte, quæ ad rem præſentem ſpectat, ita loquitur.* Quoniam mei muneris eſt, antiqua Sanctorum noſtri Ordinis Vallis Umbroſæ geſta inquirere, & diligenter inveſtigare ad Dei laudem ejuſque ſervorum, operæ pretium duxi, accedente inſuper beneplacito Reverendiſſimi P. Generalis D. Venantii Simi Tomani, circa veteſtiſſimum Manuale manuſcriptum, quo E uſus eſt S. Joannes Gualbertus abbas inſtitutor, ejuſque beati diſcipuli, Paternitati tuæ admodum Reverendæ aliquid ſincere ſcribere. Hoc igitur ſacrum Manuale, quod aſſervatur inter alias reliquias in ſanctuario Vallis Umbroſæ, uti videre eſt, & etiam vidit R. P. Mabilio monachus S. Benedicti, ut apparet ex ſuo Itinere Italico fol. 183, continet plures ac pias orationes & documenta, quæ licet ſint forſan & aliorum ſanctorum Patrum, tamen quia hiſtorice tenemus illas recitaſſe S. Joannem Gualbertum & dicta dediſſe etiam documenta ſuis ſociis, ut ex noſtris Hiſtoricis apparet, ideo hæc ſua eximia geſta, ne in umbris amplius daliteſcant, roga-
mus ſuppliciter, ut hoc breve ſpirituale exercitium orationum a me ſincere collectum Theologi eximiæ Societatis tuæ in lucem iſtic edant ac benigne ad *Acta Sanctorum* inſerant ſive in annotationibus ad diem XII Julii; de quo & gratias agemus ſingulariſſimas. F

Edimus hic preces quibus S. Joannes Gualbertus uſus eſt.

64 *Libenter humaniſſimi viri petitioni annuimus, & totius Ordinis, quem intime veneramur, deſiderio ſatisfacturi haſce preces & documenta hic ſubjungimus. Igitur D. Germani Ruini ecgraphum ſic habet.* Imitemur ſanctam Eccleſiam, cujus & membra ſumus. *Manuale pag.* 1. Cum a ſomno evigilas, Crucis ſignum ✠ in labiis impinge. *Manual. pag.* 1. Ego te toto corde & ore confiteor & adoro Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, trinum in perſonis & unum in ſubſtantia. *fol.* 1. Oratio Dominicalis. Credo. *fol.* 1. Ego Joannes credo & confiteor fidem, quam ſancti Apoſtoli prædicaverunt, & ſancti Patres in quatuor conciliis confirmaverunt. *Ex Breviculo S. Joan. Gualberti Ms.* Invoco Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ut ſit ſuper me ſignum Crucis & defendat me a malis operibus. Signaculum ſanctæ Crucis ſit ſuper me diebus ac noctibus. *Ex Brevior. S. Joan Gualberti Ms.*

Gratiarum actio pro diversis beneficiis

65 Gratias tibi ago, infinita miſericordia, Domine Deus omnipotens, qui me per aquam ſacri Baptiſmatis & renovationem ſancti Spiritus ab originalibus vinculis expediſti. Gratias tibi ago, qui me in te credere recte feciſti, & tuorum me fidelium numero ſociare dignatus es. *Ex Manual. fol.* 2. Domine Deus omnipotens, æterne & ineffabilis fine

fine

A fine atquè initio, quem in unum in Trinitate & trinum in unitate confitemur, te solum adoro, te laudo, te benedico, teque glorifico, tibique misericors & clemens gratias refero, qui me exudum nocte perfidiæ & erroris, participem fieri tribuisti gratiæ tuæ. Perfice quæso Domine cœptum in me opus misericordiæ tuæ; Dona mihi tempus cogitare, loqui & agere, quæ placita sunt tibi & gratuita me ubique pietate custodiens, fac me indignum & miserum ad tuam pervenire visionem. Amen. *Ex Manual. fol.* 2. Gratias tibi ago omnipotens Pater, qui me dignatus es in hac nocte custodire: Deprecor clementiam tuam, piissime Domine, ut concedas mihi diem venturum sic peragere in tuo sancto servitio, in humilitate & discretione, qualiter tibi complaceat servitus nostra; & presta mihi hodie cum summa patientia tibi gratum exhibere servitium. *Ex Manual. fol.* 11.

ORATIONES DIVERSÆ.

B

Pro sensuum custodia oratio.

Oratio pro sensuum custodia.

66 Mecum esto [Domine] Sabaoth mane cum surrexero; intende in me & guberna actus meos & verba mea & cogitationes meas. Custodi pedes meos, ne circumeant domum otiosi, sed stent in oratione. Custodi manus meas, sint puræ, mundæ & elevatæ sine ira & disputatione. Custodi os meum, ne loquatur vana, ne fabuletur sæcularia, ne detraham proximo meo, ne invitem alios ad vanum eloquium, sed semper sim promptus ad laudem, tardus ad iram. Custodi aures meas, ne audiant detractionem, nec mendacium, nec verbum otiosum; sed aperiantur quotidie ad audiendum verbum Dei, ut tota die transeam in tua voluntate. Custodi oculos meos, ne videant vanitatem. Dona mihi timorem tuum Domine, cordis compunctionem, mentis humilitatem, conscientiæ puritatem, ut cælum aspiciam, terram despiciam, peccata odiam, justitiamque diligam in sæcula sæculorum. Amen. *Ex Manual. fol.* 11.

Oratio ad Jesum.

C

Oratio pro universa hominum statu.

67 Pie exaudibilis Domine Jesu Christe, exaudi me indignissimum peccatorem per interventum & meritum beatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ Genitricis tuæ & omnium civium supernorum, Ecclesiæ tuæ Catholicæ fidem auge: Pacem tribue Papæ N. & omni huic Congregationi, consanguineis quoque nostris & principibus Christianis atque tuis mihi charitate conjunctis. Etiam suis nobis munera largientibus, persequentibus & calumniantibus nos, omnibus, qui pro nobis implorant nomen sanctum tuum, vel qui pro se nos miseros apud tuam clementiam supplicare voluerunt; nobis quoque peccatoribus remissionem & indulgentiam omnium tribue peccatorum. Infirmis salutem, lapsis reparationem, navigantibus & iter agentibus, iter prosperum & salutis portum; Afflictis & tribulatis gaudium; oppressis relevationem; captivis, vinctis & peregrinis absolutionem & ad patriam revertionem propitius concede. *Ex Manual. fol.* 12.

Oratio.

68 Universis gradibus, qui in fide sanctissimæ Trinitatis in Ecclesia tua catholica communiter continentur, miserere clementissime Deus. Propitiare omnibus in quiscumque necessitatibus atque miseriis constitutis, & universo populo tuo Christiano; quem pretioso sanguine redemisti. *Ex Manual. fol.* 18. *Oratio pro diversis.*

Oratio.

Reple corda nostra fide, spe & charitate, obedientia & humilitate atque patientia, & fac nostrum rectorem secundum cor tuum, ut faciat voluntatem tuam ad salutem suam & nostram. Amen. *Ex Manual. fol.* 30.

Alia Oratio.

D

Tribue Domine, quæsumus, omni sexui & universæ ætati atque conditioni Ordinis Christiani mandatorum tuorum custodiam & suorum omnium venialium delictorum & nobis miserere. Amen. *fol.* 18.

ALIÆ QUÆDAM PIÆ ORATIONES.

Oratio pro contemplatione cælestis patriæ.

Meditatio pro cælestis contemplatione.

69 Admonet nos B. Apostolus dicens: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: Et iterum: Nostra autem conversatio in cælis est. Lugeamus in hac calamitosa itinere, quamdiu exulamus a patria. Transcendamus contemplationis pennulis cuncta, quæ cœperunt ex tempore & cum tempore finiuntur, & ad illam totis desideriis patriam mente volitemus, ad quam in tempore pergitur, sed sine tempore vivitur. Ad accendenda igitur nostra desideria, hos quinque canamus spiritu & mente quotidie Psalmos. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat &c. Judica me Deus & discerne causam &c. Te decet hymnus &c. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum &c. Voce mea ad Dominum clamavi &c. *Ex Manual. fol.* 4.

E

Post orationem Dominicam isti Psalmi sunt suppliciter decantandi: Hi enim in tribulatione mentem consolantur & sublevant: Usque quo Domine oblivisceris me in finem. &c. Deus Deus meus aspice in me. &c. Deus in nomine tuo salvum me fac &c. Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo. &c. Deus in adjutorium meum intende &c. Eripe me Domine ad homine malo. &c. Domine Deus salutis meæ &c. *Ex Manual. fol.* 4.

F

Post undecimum Psalmorum Oratio.

Oratio post psalmodiam & pro defunctis.

70 Liberator animarum & mundi redemptor Jesu Christe, Domine Deus æterne Rex immortalis, supplico ego peccator immensam clementiam tuam ut per modulationem psalmorum, quos ego miser indignus cantavi, liberes animam meam de peccato & obscuritate cor meum de malis & pravis & perfidis cogitationibus & auferas [illegible] meam a servi-

Digitized by Google

A AUCT. G. C. servitute peccati, & repellas a me carnales concupiscentias, & eripias me de omni impedimento sathanæ & ministrorum ejus visibilium atque invisibilium & infidelium tuorum, qui quærunt impedire animam meam. *Ex Manual. fol.* 32.

Oratio pro defunctis.

Ne reputes piissime Deus, peccata quiescentium fratrum meorum, vel eorum, qui mihi conjuncti tua charitate extiterunt, ut his, atque omnibus in tua fide defunctis digneris propitius æternam concedere requiem. Amen. *Ex Manual. fol.* 20.

In tentatione immundorum spirituum consolatio.

Consolatio in tentatione.

B 71 Consolatur nos in tentationibus dæmoniacis egregius Prædicator dicens: Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra quam potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere. Quo circa sciendum est, quia judicii occulti mensura est, & quando tentationis procella prosiliat, & quando quiescat. Certe, Evangelio attestante, diabolus nec manere in obsesso homine potuit nec minus invadere bruta animalia non jussus præsumpsit. Quando ergo sua sponte nocere fidelis ad Dei imaginem hominibus auderet? Cui si potestas summa licentiam non præberet grassari, nec in porcos valeret ire. Nullo modo ambigendum est permissu æquissimi judicis in electos ad tempus diabolum tentandi accipere potestatem, sed misericorditer judex concedit, quod crudeliter hostis cuperet. Hinc est quod fideli famulo de eodem Dominus dicit: Non quasi crudelis suscitabo eum. Hinc Esaias tentationibus fatigatam fidelem animam blandis consolationibus refovet dicens: Dixit Dominus Deus tuus; ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Item ibi: Abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.

Et quantum psalmi in eo recitandi et oratio ad eum.

C 72 Cum ergo in tentationem ad tempus incidimus, priusquam in delectationis aut pravi consensus labamur voraginem, clamemus medullitus, clamemus valenter hos decantando Psalmos: Usque quo Domine oblivisceris me in finem. *Ps.* Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. *Ps. Deus in nomine tuo salvum me fac. Ps.* Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo. *Ps.* Domine Deus salutis meæ. *Ps.* Deus in adjutorium meum intende. *Ps.* Eripe me Domine ab homine malo. *Ex Manual. fol.* 3.

Ad S. Crucem Oratio.

Adesto familiæ tuæ, clemens & misericors Deus, ut in adversis & prosperis preces exaudias, & nefas adversariorum per auxilium S. Crucis, quæ in te passus est salvator mundi, digneris conterere, ut porrum salutis valeant apprehendere. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c. *Ex Manual. fol.* 45. Invoco Patrem & Filium & Spiritum sanctum ut sit super me signum Crucis & defendat me a malis operibus; signaculum S. Crucis eis sit super me diebus ac noctibus. *Ex Breviar. Mr. S. Joan. Gualberti prope finem.* Crucem tuam adoramus Domine & sanctam resurrectionem tuam laudamus & glorificamus: Ecce enim propter crucem venit gaudium in universo mundo, *Ex Manual. fol.* D

Pro conservatione Congregationis Oratio.

Oratio pro Congregatione, & defunctis fratribus ac sanctis, omnium generis.

73 Ne des clementissime Deus hanc Congregationem in dispersionem, sed conserva eam propter nomen sanctum tuum. *Ex Manual. fol.* 31.

Oratio.

Exaudi me, clemens & benigne Deus, pro universis fidelibus tuis, qui nobis eleemosynas suas dederunt, nec aspicias Domine peccata mea, sed fidem illorum, qui nobis in fidem tui nominis largiti sunt bona temporalia: & tu Deus, remunerator omnium bonorum, retribuere illis digneris pro parvis magna & pro terrenis promissa sempiterna; Salvator mundi qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen. *Ex Manual. fol.* 3. E

Oratio.

Miserere omnibus catholicis tam vivis quam defunctis, & aversos a via veritatis dignare ad te convertere, ut te toto corde requirant. Et æterna protectione omnes conserva, ut nullis tentationibus a te separentur. Et præsta ut mortuis prosit hæc oratio servi tui ad emundationem delictorum seu levigamentum pœnarum. Tu, Deus magne & terribilis, misericors & amator hominum; Tu scis quidquid singulis expediat, obsecramus clementiam tuam Domine, ut juxta voluntatem tuam fiat nobis omnibus tam vivis quam & fidelibus defunctis, Salvator mundi, qui vivis & regnas &c. *fol.* 31 *ibidem.*

Oratio pro Gratiarum actione.

Alterae gratiarum actioni.

74 Gratias tibi ago, infinita misericordia, Domine Deus omnipotens, teque laudo & glorificò, qui me de æterna mortis interitu, de pœnis, & hujus carnis cruciatibus, in quo affligi dignus sum, hactenus liberasti. Tibi ago laudes & gratias, qui me de multis mortibus, de multis opprobriis, calamitatibus & miseriis, de immanissimis diaboli laqueis, de immundis desideriis exemptum disruptis vinculis, quibus tenebar adstrictus, perducere dignatus es ad servitium tuum. Tibi ago laudes & gratias, qui me eripiens a jurgiorum procellis, das mihi servorum tuorum perfrui charitate. Quæso Domine Deus meus, qui mihi usque ad præsentem horam, tuam misericordiam impendere dignatus es, dona mihi, toto corde, tota anima, totis viribus meis exquirere faciem tuam semper, & perduc me misericors ad tuam suavissimam visionem. Amen. *Ex Manual. fol.* 2. F

Oratio ad B. Virginem Mariam.

Oratio ad Deiparam & S. Michaelem archangelum.

75 Te supplico, Virgo sancta Maria, mater Christi immaculata, puerpera, stella maris splendida, regina cælorum digna, aula Dei munda, porta Christi conclusa; in mulieribus bene-

Digitized by Google

A benedicta, super cælos exaltata, Genitrix Christi, apud Filium tuum Dominum pro peccatis meis intervenire digneris: Nullus est enim in creaturis dignior te, quia ipse, qui creavit te, natus est, & perinde nullum libentius exaudit quam te. Sub tuis ergo visceribus confugio. Amen. *Ex Manual. fol.* 27.

Ad S. Michaelem Archangelum.

Obsecro te glorioſissime Michael princeps exercitus angelorum, quem Jesus Dominus noster ideo voluit mortalibus manifestum fieri, ut quos ille de sub jugo dæmoniacæ servitutis, sanguinem suum fundendo eripuit; Tu eos ab illius insidiis angelica potestate protegas & virtute orationis defendas: Funde pro me quotidie preces tuas, ut donet mihi Dominus contra vulneratum superbum humilitatis fortissima arma, quibus & ipsi fortiter resistere valeam & Domino nostro suppliciter obe-
B dire, & societatem Angelicæ beatitudinis, quam ille superbiendo perdidit, dignis ego obediendo apprehendere valeam. Amen. *Ex Manual. fol.* 27.

Ad Sanctos Angelos custodes.

76 Adsit, quæso, mihi beatorum Angelorum tuorum pia custodia & præsta, ut apud te pro me indignissimo Sanctorum tuorum agmina intercedant *fol.* 13.

Oratio ad Angelos custodes alioſque Sanctos.

Alia oratio.

Angelum tuum sanctum nobis hic & ubique largire custodem & defensorem: Mutuam discordantibus charitatem: Infidelibus veram fidem: Defunctis parentibus & omnibus in tua fide quiescentibus indulgentiam tribue delictorum *fol.* 13.

Ad Apostolos Christique discipulos.

Omnes Apostoli cum omnibus discipulis discipulabusque Domini mei Jesu Christi orate pro me, ut absttahat me Dominus a mundo, sicut abstraxit vos, & donet mihi sequi vestigia sua vel in extremo agmine nostro.
C Amen. *fol.* 29.

Ad Confessores.

Obsecro vos beatissimi confessores Christi atque Doctores Cypriane, Basili, Gregori, Athanasi, Eusebi, Ambrosi, Augustine, Hieronyme, Leo, Germane, Ysidore, dignamini intercedere pro me peccatore, ut concedat mihi Dominus servare, quæ docuistis, & in vestro me faciat consortio gratulari. *fol.* 30.

Ad S. Benedictum Abbatem.

77 Obsecro te, beatissime Benedicte, dilecte Dei, intercede pro me servo tuo, & omni sancta hac tua Congregatione & pro universis sub tuo magisterio militantibus, simul & pro omni populo Christiano ut purget Dominus cor & actus a cunctis vitiis. Tribuat mihi servare cuncta, quæ præcepit & custodire sanctæ regulæ tramitem, quem me servaturum spopondi. *fol.* 29.

Oratio ad S. Benedictum & pro cellarum benedictione & admonitio de sanctis.

Pro benedictione cellarum monachorum orationes. D AUCT. G. C.

Benedic Domine, quæsumus, cellulam istam ut qui in umbra alarum tuarum speramus, ab omnibus insidiis dæmonum virtutis tuæ potentia tueamur. Per Christum Dominum nostrum. *fol.* 21. Huic cellulæ, quæsumus, Domine præsens adesto, ut caterva dæmonum conterrita effugetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. *fol.* 21. Deus, quem nec spatia dilatant, nec brevitas locorum angustat hanc cellulam, quæsumus, præsentiæ tuæ luce perfunde, ut tenebrarum auctor confusus abscedat. Per Dominum nostrum Jesum Christum. *fol.* 21.

Pro Silentio.

Scriptum est, affirmante Apostolo, quia vita mors in manu linguæ. Et iterum: Linguam nullius hominum domare potest. Quod ergo do-
E mare non potest purus homo, rogemus ut domet Deus & homo. Ergo ad obtinendam virtutem discreti silentii, supplici devotione hos canamus Domino psalmos. Verba mea auribus percipe, Domine. *Ps.* Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. *Ps.* Domine clamavi ad te, exaudi me &c. *Ex Manual. fol.* 12.

Oratio ad Patrem.

78 Deus ineffabilis, institutor omnium rerum, & Domini nostri Jesu Christi Pater, qui eumdem dilectum Filium de sinu tuo misisti ad publicum nostrum suscipere nostram vitam, ut nobis donaret suam, esseque perfectus Deus ex te Patre, & perfectus homo ex matre, totus Deus & totus homo; unus idemque Christus, pastor & ovis, temporaliter mortuus, tecum in æternum vivens. Et nobis dixit: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Obsecro te, ut des mihi cum eodem Filio tuo te in omnibus benedicere & glorificare; quia quorum est una substantia, unum & datum. Des etiam mihi per illum & cum illo peccatorum omnium veniam, & mandatorum tuorum custodiam; dilectionem tuam
F & fraternum amorem; contra diabolum fortia arma, & erga fratres perfectam charitatem. Amen. *Ex Manual. fol.* 3.

Oratio ad SS. Trinitatem.

Ad Filium.

Miserere Domine, miserere Christe, ut sanctam voluntatem tuam doceas me, ut in charitate tua enutrias me. Tu misericordia mea miserere mihi, ut bene rogem te. Miserere Domine, miserere Christe, ut dignum me facias exaudiri. Miserere Domine, miserere Christe, ut credam in te. Miserere Domine, miserere Christe, ut cognoscam te, ut sperem in te, & ut diligam te, ut anima mea vivat in te. Amen. *Ex Manual. fol.* 34.

Ad Spiritum sanctum.

Miserere Spiritus paraclitus, consolatio mea, illuminatio mea, miserere Domine Deus. *Ex Manual. fol.* 34.

Digitized by Google

A AUCT. C. G. *Oratio preparatoria ad Paſcha & ante et poſt communionem.*

Oratio preparatoria ad S. Domini Paſcha.

79 Donet mihi Dominus Deus timorem & pœnitentiam, ſpem & amorem; auferat a me fermentum malitiæ & æquitiæ, & donet mihi continue celebrare Paſcha ſuum in azymis ſinceritatis & veritatis. *Ex Manual. fol.* 2.

Ad accipiendum Corpus & Sanguinem Domini oratio.

Domine ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, da mihi Corpus & Sanguinem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti ita ſumere, ut merear per hoc remiſſionem peccatorum accipere, & tuo ſancto Spiritu repleri: quia tu es Deus, & præter te non eſt alius, cujus glorioſum nomen permanet in ſæcula ſæculorum. Amen. *Ex Brevier. Ms. S. Joannis Gualberti fol.* 1.

Poſt S. Communionem oratio.

Tibi Domine ago laudes & gratias. Cuſtodi Domine in me immaculatam fidem. Tibi
B inclino cervicem. Tibi genua flecto. Te Dominum meum, cum ſis unus in S. Trinitate, confiteor. Erue me de periculis. Tuere me in omnibus cauſis. Erige me jacentem, & ea, quæ explere non poſſum, quaſi ſint poſtulata concede. Amen. *Ex Manual. fol.* 9. Talem me perpetua defenſione concede ſervare, qualem me fieri per aquam regenerationis, creator altiſſime, præſtitiſti, quia tua gratia redemptus ſum. *Ex Manual. fol. .... pro finem.*

Quanam preces recitanda ſint ante ſomnum & oratio pro confeſſariis

30 Poſt decurſum vero totius diei ſpatium cum [ad] lectulos venimus dormitum, votis omnibus rogemus Dominum cum Propheta dicentes: Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte: Neque enim melius mortuo dormit, qui a veſpere uſque ad mane obturato ore in laudem creatoris, non tam ſomno, quam lethargia depreſſus, reſupinus ſtertit in lectulo. Verum quia contra naturam eſt, inſomnem vivere hominem, illum rogemus dormituri, qui non dormitavit neque dormiet, ut ſatisfaciamus dormientes non voluntati ſed neceſſitati. Canamus propterea coram lectulo Pſ. VI: Domine ne in ira tua arguas me: Congruit enim & rei & tempori. Poſſunt tamen continuare, ſicut placet & non cedit pi-
C gritiæ, Pſ. XII: Uſquequo Domine oblivisceris me in finem; & Pſ. Levavi oculos meos in montes. *Ex Manual. fol.* 10. A facie impiorum, quæſumus Domine, ſub umbra alarum tuarum nos protege, ut ad laudem tui nominis reſurrecturi, te ſuper nos vigilante, ſecuri dormiamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c. *Ex Manual. fol.* 21.

Oratio pro patre & matre & omni parentela.

Dominator Domine, Deus omnipotens, qui mirabiliter cuncta condidiſti & tua diſpoſitione D creaſti omnia; quia præcepiſti dilectionem & honorem circa patrem & matrem exhibere, exaudi me miſericors Deus clamantem ad te pro genitore meo & genitrice mea.

Quinam Pſalmi canendi in tribulatione, & poſt liberationem ex illa.

81 Optimum Domino quinque Pſalmorum propter tribulationem de percepto gaudio ſacrificium. Pſal. Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me. Benedicam Dominum in omni tempore. Jubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini ejus. Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam exaudiſti verba oris mei. Igitur cum pius Dominus dixiſſet: Invoca me in die tribulationis, & eripiam te; pro ipſa ereptione quærens a nobis laudis debitum, ſubjunxit ſtatim: Et honorificabis me. Ergo cum in tentationes varias inciderimus, vel falſorum fratrum, vel ſævientium dæmonum, contra hoſtes illos divini verbi jacula intorquentes, cum illos defeciſſe & nos convaluiſſe viderimus, mox pura noſtri cordis intentione oculos manuſque levantes ad cælum in voce laudis & confeſſionis benedicamus illi, qui miſit de cælo & liberavit nos & dedit in op-
E probrium conculcantes nos, dicamus illi concordante corde & ore Pſ. Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me &c. *Ex Manual. fol.* 9.

Infra-Hic pro oratione matutina

82 Docent nos SS. Prophetæ ſuis imitabilibus exemplis prævenire faciem Domini mane orationibus noſtris. Et David quidem: Et mane oratio mea prævenict te. Eſaias autem ſic: Anima mea deſideravit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Cum his ergo tribus congruentiſſimis Pſalmis vigilet ad Dominum mane & ſpiritus noſter, oremuſque in ortu ſurgentis auroræ, ut a luce prima in veſperum ſint oculi ejus ſuper nos, & aures ejus in preces noſtras, nonoſtroſque dirigat greſſus in viam pacis, ut abſque errorum ſcandalo gradientes, non dominetur noſtri omnis injuſtitia. Hos ergo canamus in ipſo diei initio Pſalmos: Verba mea auribus percipe Domine. Clamavi in toto corde
F meo, exaudi me Domine. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam &c. Oratio Dominica. Credo. Symbolum S. Athanaſii; Quicumque vult ſalvus eſſe. Litaniæ &c. Et quidam V ex Pſalmis cum canticis &c. Finit.

Quid notandum circa hos preces.

83 *An prædictæ preces ſint ſancti Joannis Gualberti autographæ, an ab eo collectæ ac ab altero deſcriptæ, aut ab illo tantum uſurpatæ, hactenus me latet. Saltem ob antiquitatem & ſanctiſſimi Viri uſum nobis ſunt venerandæ. Si mihi Manuale iſtud videre contigiſſet, facile potuiſſem diſcernere, propria ejus manu expreſſum, & inſtrumento anni 1072 ſubnotatum, invenerim apud Franchinum lib.* 12, *pag.* 489. *Non ingratum fore arbitror, ſi paleophilis hanc ſubſcriptionem hic exhibeam.*



§. VII.

Digitized by Google

A

§ VII. Gesta S. Joannis contra Simoniacos.

Defectibus corruptæ sæculi sui mœret S. Petrus Damianus, & Nicolaus II,

Divina providentia videtur S. Joannem Gualbertum *servasse luctuoso tempori, quod S. Petrus Damiani pag. 1, epist. 15, ad Alexandrum II Romanum Pontificem ita deplorat*: Totus itaque mundus hoc tempore nihil est aliud nisi gurgus, avaritia, atque libido; & sicut olim trifariam divisus est orbis, ut tribus simul principibus subjaceret, ita nunc genus humanum heu pro dolor! his tribus vitiis servilia colla substernit, eorumque quasi totidem tyrannorum legibus obtemperanter obedit. *De simoniaca autem peste ita testatur Nicolaus II, in decreto contra simoniacos, quod a Labbeo nostro refertur tom.* IX, *Conciliorum col.* 1010. Quia igitur usque adeo hæc venenata pernicies hactenus inolevit, ut vix quælibet ecclesia valeat reperiri, quæ hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta, eos qui usque modo gra-
B tis sunt a simoniacis consecrati, non tam censura justitiæ, quam intuitu misericordiæ in acceptis ordinibus manere permittimus; nisi forte alia culpa ex vita eorum contra canones eis existat. Tanta quippe talium multitudo est, ut dum rigorem canonici rigoris super eos servare non possumus, necesse sit ut dispensatorie ad piæ condescensionis studium nostros animos ad præsens inclinemus. Ita tamen auctoritate sanctorum Apostolorum Petri & Pauli omnimodis interdicimus ne quando aliquis successorum nostrorum ex hac nostra permissione regulam sibi vel alicui assumat, vel præfigat: Quia hoc non auctoritas antiquorum patrum jubendo aut concedendo promulgavit, sed temporis nimia necessitas permittendum a nobis extorsit. *Ex his facile eruditus lector colliget, qualia tunc fuerint tempora.*

Eosdem deplorat B. Andreas in vita S. Arialdi.

85 *Eorumdem temporum calamitatem B. Andreas Sancti nostri discipulus in vita S. Arialdi martyris ita graphice describit*: Erat tunc ordo ecclesiasticus in tot erroribus seductus, ut ex illo vix quispiam existeret, qui in suo loco veraciter reperiri posset. Nam alii cum canibus & accipitribus huc illucque pervagan-
C tes, suum venationi lubricæ famulatum tradebant; alii vero tabernarii & nequam villici, alii impii usurarii existebant: cuncti fere cum publicis uxoribus sive scortis suam ignominiose ducebant vitam; omnesque, quæ sua erant, non quæ Christi, quærebant: Nam, quod sine gemitu dici vel audiri nec potest nec debet, universi sic sub simoniaca hæresi tenebantur impliciti, quatenus a minimo usque ad maximum nullus ordo vel gradus haberi posset, nisi sic emeretur quomodo emitur pecus. Et, quod est nequius, nemo tunc, qui tantæ perversitati resisteret, apparebat: Sed, cum lupi essent rapaces, veri putabantur esse pastores.

Quomodo detecta fuerit simonia Petri episcopi Florentini

86 *Inter rapaces ipsos lupos erat episcopus Florentinus Petrus nomine, cujus sacrilegum simoniæ crimen sic erupisse tradit Andreas Januensis in vita* S. Joannis Gualberti *cap.* 62. Circa hæc tempora contigit, ut quidam nobilis vir nomine Tenzo Mediabarda, pater videlicet Petri episcopi Florentini venit de Papia Florentiam causa visitandi dictum filium suum. Cui Florentini clam insidiantes tentando dicere D
cœperunt: Domine Tenzo multum pretii pro AUCT.
filii tui dignitate Regi contulisti? Quibus il- G. C.
le, utpote simplicissimus homo cœpit jurejurando dicere: Per corpus S. Syri nec unum molendum potest homo in domo Domini mei Regis habere sine magno pretio, nedum talem consequi episcopatum. At illi hoc audientes alacres & avidi rem scisciteri rursus expostulant dicentes: Die ergo, si placet tuæ nobilitati, quantum summæ pecuniæ potuit hæc res constare tibi? At ille: Per sanctum Syrum sic tria millia libras, potestis bene scire, me propter hunc episcopatum acquirendum dedisse, sicut unum valetis credere nummum. His auditis, certi redditi tali testimonio cœperunt hæc ubique pandere verba.

Desiderius abbas narrat, quomodo simoniacus episcopus Florentinus

87 *Cum inter alios* S. Joannes Gualbertus *desiderium hunc cognovisset, statuit cum suis sacrilegum episcopum omnibus viribus oppugnare & simoniacam hæresim ubique exstirpare; Quæ quia fusius ac certius ab auctore coævo narrantur, ejus narrationem hic inserendam esse censui. Is est Desiderius abbas Casinensis, postea Victor III, qui item suo tempore agitatam sic exponit lib.* 3. *Dialogorum*: Quod Dominus in Evangelio dicit: Pater meus usque modo operatur & ego operor, quotidie cernimus adimpleri, & antiqua novis temporibus miracula innovari. Hæc itaque, quæ dicturus sum, adeo clara sunt, ut non solum in Florentina diœcesi, in qua facta noscuntur, verum etiam in tota Tuscia ac in urbe, quæ caput mundi est, Roma constet esse notissima. Petrus quidam clericus est, qui occulte data pecunia regio adminiculo in prædicta Florentina civitate Cathedram episcopatus accepit. Cum denique a clericis & populo, ut episcopum decebat, benigne fuisset susceptus, post non multum spatium temporis fama per ejusdem episcopatus diœcesim increbuit, quod simoniacæ hæresis peste fœdatus, quod gratis Domino jubente accipere & dare statutum est, pecunia meruerit.

a S. Joanne Gualberto ejusque discipulis fuerit oppugnatus

88 Cumque tam horrenda & tam execranda fama primitus ad religiosorum, dehinc ad aures vulgi perveniisset, cœperunt se plures ab ejus communione subtrahere; Romanoque Pontifici, quæcumque super hac re cognoverant, divino exardescente zelo studuerunt intimare; qui episcoporum concilio con-
F gregato, eumdem episcopum, ut rem diligenter agnosceret, convocavit. Sed cum se synodo præsentasset, accusatoribus undique acclamantibus, Sacramento sese purgare nitebatur. Cumque coram præsentibus res aliquantulum agitata fuisset, datæ induciæ sunt, ut per easdem forsitan inductus divinum expavescens judicium, quod pertinaciter negabat, humiliter confiteretur, quatenus ab æterno non removeretur altari, si ab hoc præsenti, cui ministrare juste non poterat, se abstinuisset. Interim populus in duas dividitur partes, quarum altera, quæ amorem Dei muneribus præferebat, Clericos & Religiosos monachos, qui contra episcopum rem comprobandam susceperant; altera, quæ munera & favorem diligebat, episcopum est secuta.

& frustra admonitus

89 Cum crebro igitur inter se altercaretur populus, & altera alteri obstaret parti, in tantum exorta augebatur contentio, ut

AUCT. G. C. inter se dimicantibus sæpe etiam usque ad effusionem sanguinis venirent. Cumque hæc diutius agerentur, & neutra pars parti cederet, Joannes Reverendissimus abbas Monasterii, quæ Umbrosa Vallis dicitur, sæpe ad hunc conflictum advocatus, zelo Dei ductus, suis cum monachis veniebat, qui exhortando, prædicando, divini examinationem judicii intentando, episcopum admonere non cessabat, quatenus ex perpetrata culpa pœnitentiam ageret, & sacerdotio minime legaliter acquisito, humiliter cederet, nec sibi suisque subjectis, quibus incremento esse debuerat, detrimento foret. Illud de Evangelio ei sæpe proponens, quomodo Dominus Jesus vendentes & ementes columbas de templo projecerit, cathedrasque subverterit, & æs nummulariorum effuderit, videlicet demonstrans, ut quicumque Spiritus sancti donum, quod per columbam significatur, ductus avaritia vel vana gloria elatus, pretio acquirere vel vendere tentaverit, ab illo cælesti templo & æterno altari se procul dubio eliminandum noverit.

B 90 Sed ille nihilominus præsentis vitæ honoris cupidus pro nihilo monita sancti Viri ducebat, imo potius pertinaciter & armis & verbis omnibusque modis, quibus poterat, se defendere nitebatur. Cumque idem venerabilis Abbas incassum procedere sua verba videret, utraque parte populi advocata: Quoniam, inquit, verba non prosunt, veniamus ad ignem: construatur rogus & igne suppositio accendatur, per quem unus e nostris ingrediatur, ut utrum vera an falsa sint, quæ de episcopo dicimus, Domino discernente, probetur. Placet utrique parti sententia. Rogus mox duodecim pedum mensura construitur, intra quem parva semita, qua unius tantum hominis persona transire posset, relinquitur, quæ etiam ex accensis lignis, ne ibi aliquis locus a flamma vacaret, consternitur. Interim autem dum hæc præparantur, præfatus abbas Joannes Petro suo discipulo, reverendissimo videlicet viro, qui postmodum in Albanensi urbe episcopus ordinatus est, quique etiam adhuc superest eamdem ecclesiam regens, præcepit, ut indutus sacris vestibus omnipotenti Deo sacrificium C offerret, & sic demum confisus de misericordia Dei, per accensi rogi flammas indubitanter intraret. Qui jussis Patris obtemperans, postquam sacrificium Deo obtulit, casulam se exspolians, ad ignem venit & magna voce: Oro, inquit, Deus omnipotens, & Petrus, qui episcopus dicitur, simoniaca est peste fœdatus, ne ecclesia tua amplius polluatur, judicio sancti Spiritus tui ostende virtutem, illæsum me per hunc ignem transire concede: Quod si nos fallacia pleni, causa invidiæ ducti hanc contra eum tulimus quæstionem, ardor istius ignis me tua gratia derelictum consumat.

ac tandem ab ignis probatione,

evadit, & ab episcopali munere deponitur.

91 Hæc dicens, & sanctæ Crucis se signaculo muniens, per medias flammas constanter ingressus est. Cum igitur undique esset flammis circumdatus, ita ut a nemine prorsus videretur, & omnes eum jam consumptum putarent, subito ex alia parte, Christi comitante gratia, egrediens prosilivit; ita ut non modo vestimenta ejus, sed ne capillus quidem læsus ab igne in aliquo videretur. Sed, ut idem venerabilis vir postea referebat, cum per medias flammas graderetur, mappula de manu ejus secidit; cumque jam pene egredetur ex igne, vidit se mappulam in manibus non gestare, ac in ignem sibi eam cecidisse considerans, per medias iterum flammas revertitur, & secum mappulam extrahens reportavit. Tunc omnes, qui aderant, viso tam maximo, tam obstupescendo miraculo, immensas Deo gratias agentes, mox diversa pars una effecta, præfatum episcopum de ecclesia pellunt; qui postea pœnitentia ductus, mutata veste sub sanctæ conversationis regula religiosam agere vitam visus est. D

Occasio P. Lupi circa tempus hujus ignis probationis,

92 *Congruunt hæc cum epistola cleri ac populi Florentini, quæ in Actis infra refertur cap. 8. Sed hic scrupulum movet P. Christianus Lupus in Decretis ac Canonibus synodorum Generalium ac Provincialium part. 3, pag. 26, ubi sic secum disputat:* Quæstio est, an ista epistola (*nempe cleri & populi Florentini*) fuerit scripta ad Alexandrum secundum? Affirmant & laudatus Atto, & ipsa epistolæ inscriptio. *Tum, allatis Actorum verbis, ita sibi respondet:* Respondeo, ipsam epistolam clamare aliud: Etenim paratum ingraturo monacho ignem exponit, & subjungit. „ His visis, clamor omnium in „ cælum attollitur, Kyrie eleison flebilissime „ pleno ore cantatur, Jesus Christus celeberrime ut exsurgat, causamque suam defendat, oratur; Maria ejus mater, ut huic sibi suadeat, multum a viris, plurimumque „ a feminis supplicatur; Petri Apostoli nomen, quo Simonem perdendo damnet, „ millies ingeminatur; Gregorius Urbis præsul, ut ad suas verificandum properet sanctiones, ab omnibus oratur.„ Hic Gregorius est omnino noster Gregorius septimus, & ista ejus sanctio est omnino præsens decretum, quo vetuit audiri ac percipi divina Officia episcopi, aut clerici palam Simoniaci. Quapropter hæc ignea probatio non sub Alexandro fuit facta, sed sub septimo Gregorio. Et ita affirmat accuratissimus scriptor Bertholdus presbyter Constantiensis ecclesiæ. E

refutatur

93 *Dum singula hæc ejus argumenta examino, infirma admodum esse sentio ad evertendam Florentinæ epistolæ inscriptionem, antiquitatis auctoritate atque potissimum B. Andreæ Strumensis abbatis testimonio suffultam. Imprimis in Bertholdo Constantiensis ecclesiæ presbytero nullis hactenus verbum reperire potui, quod P. Lupi opinioni faveat. Deinde non video tam solido fundamento niti, quod satis rotunde pronuntiat:* Hic Gregorius est omnino noster Gregorius septimus, & ista ejus sanctio est omnino præsens decretum. *Nam præter varia argumenta, quæ ex S. Joannis Gualberti obitu & Gregorii septimi electione contra hanc sententiam formare possem, unde quæso constat, Gregorium VII tunc viventem hic compellari? Cum hic Christi, B. Virginis ac S. Petri auxilium imploretur, nonne satis probabile est a Florentinis S. Gregorium Magnum, sanctissimum alium Urbis præsulem, & acerrimum simoniæ oppugnatorem invocari, ut defendat sua contra simoniacos decreta, quæ plurima edidit, ut videre est in ejus Vita ad diem XII Martii in Actis nostris illustrata, & apud Baronium, Labbeum aliosque. Omitto hic alia, quæ P. Lupus congessit, ut probet hoc miraculum sub Gregorio VII contigisse. Inter alia operose ostendit, Petrum* F

Ignem

A *Igneum non ab Alexandro, ſed a Gregorio in Cardinalium numerum fuiſſe adſcitum, quod nemo negat. Sed quid hoc ad rem? Nihil enim impedit, quo minus id ſub Alexandro contigerit, & poſtea Petrus Igneus a Gregorio VII Alexandri ſucceſſore ad Cardinalitiam dignitatem ſit evectus.*

94 *Pluribus opus eſſet, ſi hic locus poſtularet, diſcutere hanc igneam S. Petri probationem, quam moderatus quidam hypercriticus in Legenda ſua Gallica nimis audaciter mutare ſuo libereque carpit vocans* audax facinus, quo monachus Deum tentare auſus eſt. *Deinde acſi* S. Joannem Gualbertum *ab hac culpa eximere vellet, imperite addit*: Nobis ſufficit, Sanctum noſtrum in hoc facto nullam partem habuiſſe, preter orationem, qua Deum precabatur, ut ſuam Eccleſiam a ſcandalo, quod patiebatur, liberaret. *Imperite, inquam, hac addit: Nam ſi hac fuiſſet Dei tentatio, ut contendit, nunne tam* S. Joannes *utpote abbas & Petri ſuperior prohibere debuiſſet? Tantum autem abfuit, ut hanc igneam probationem prohibuerit, ut potius ejuſdem primus auctor fuerit: Quippe, teſte Deſiderio ſupra citato, dixit* Joannes *Abbas*: Conſtruatur rogus & igne ſuppoſito accendatur, per quem unus e noſtris ingrediatur. *At praterea*: Petro ſuo diſcipulo.... precepit, ut .... confiſus de miſericordia Dei, per accenſi rogi flammas indubitanter intraret. *An hic nil praeter preces, quas* S. Joannes Gualbertus *pro Eccleſia fundebat?*

95 *Multis Sanctorum exemplis id factum defendi poſſet; ſed cum potiſſimum ad Petrum Igneum ſpectet, fuſius de eo diſceptavi potuit in Supplemento Februarii, ad diem ei ſacram, ejus menſis* VIII, *quantum jam de cultu illius ſufficienter ex Officiis propriis Florentinis conſtat. Interim ſi quis cavillari velit, habeat reſponſum ex Suarezio noſtro tom.* I, *de Religione lib.* I, *de Irreligioſitate cap.* 2, *ubi agens de poſitione miraculorum ſic inquitur*: Quod ſi aliquando Sancti hoc feciſſe videntur, credendum eſt, id non feciſſe ſine ſpeciali Spiritus ſancti impulſu, ut de Abraham dixit D. Thomas, & de Elia mihi videtur eſſe indubitatum. Et idem credo, quoties lego aliquos ſanctos viros petiiſſe a Deo ſignum aliquod publicum ad confundendum aliquem hæreticum, aut veritatem fidei confirmandam.

B

C

§ VII. Quid ſentiendum ſit de miraculo, quo Gregorio VII, S. Joannem Gualbertum reprehendere volenti, contigiſſe narratur.

Propoſitur difficultas

NOdus hic occurrit plus quam Gordius, *quem ſolvere non valeo, ſcindere vix audeo. Ut autem nodi implicationem lector clare videat, breviter eam hic premitto. Beatus Andreas* num. 68, *&* B. *Atto* num. 49, *narrant in Actis infra dandis, Gregorium VII, cum adhuc archidiaconus eſſet, venijſſe ad* S. Joannem Gualbertum, *ut eum premeditatis ad injuriæ ſpeciem verbis objurgaret, atque ita de illius virtute experimentum caperet; verum, cum ad eum acceſſiſſet, omnium direndorum ita fuiſſe oblitum, ut ad ejus conſpectum obmutuerit; quem inſolitum obmutiſcentem habuit pro miraculo, quo Deus Viri ſanctitatem comprobare vellet. Contra vero Gregorius VII (ita hic tantiſper juxta communem opinionem loquor) in epiſtola ad Monachos Vallumbroſanos aſſerit*, S. Joannem Gualbertum *numquam* corporeis oculis *a ſe viſum fuiſſe. Ea apertam contradictionem & nodum, ut mihi quidem haſtenus videtur, inſolubilem. Priſquam variorum, qui hos duo pugnantia conciliare conati ſunt, ſententias exponam, juvat hanc epiſtolam hic inſerere, quia non parum ad Sancti noſtri gloriam confert. Exhibet eam Andreas Janueſis in Vita apud nos manuſcripta cap.* 82, *Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti* 1073, *Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom.* 5, *ad eumdem annum, Labbeus tom.* X, *conciliorum col.* 307, *aliique, qui concilia & Pontificum epiſtolas collegerunt.*

D

AUCT. G. C.

97 *Premiſſa conſuete hac formula*: Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, clericis, Monachis (*apud Baronium additur* ac religioſis laicis) diſciplinam ſanctæ recordationis Joannis Gualberti abbatis imitantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, *ſic incipit*. Licet venerandæ memoriæ eumdem Joannem patrem veſtrum corporeis oculis non viderimus, quia tamen fidei ejus puritas in Tuſciæ partibus mirabiliter reſplenduit, multum eum amore dileximus, ad cujus ſanctæ converſationis ſtudium, quamvis vos imitatores eſſe non ambigimus, ut vigor rectitudinis veſtræ ad exſtirpandam de agro Dominico zizaniam ſolicitius invigilet, attentiuſque ſerveat, paternæ vobis exhortationis verba impendimus. Vos itaque, dilectiſſimi, in quantum humana poſſibilitas permittit, vitam illius ſequentes, & vere filios ejus heredes ſimili vos converſatione probantes, viriliter agite & confortamini in Domino, & in patientia * virtutis ejus documenta ſanctarum Scripturarum, quibus hæreticorum argumenta deſtruuntur, & fides ſanctæ Eccleſiæ defenditur, contra membra diaboli, quæ diverſis machinationibus Chriſtianam religionem conantur evertere, mens veſtra quotidie meditetur, & ea, qua ſolet, libertate in malorum confuſione erigatur: eos vero, qui in vobis confidunt, & conſilium religionis veſtræ ſequi diſponunt, more prædicti Patris veſtri ſuſcipite & de his, quæ ad ſalutem eorum pertinere videntur, ſanctis exhortationibus inſtruite, ut non ſolum veſtra, ſed & vos ſequentium circumpoſiti populi conſiderantes ſancta opera, glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Nos autem ipſum amorem, quem patri veſtro & vobis olim impendimus, donec noſtros ſpiritus rexerit artus, exhibere deſideramus, & tanto quidem deinceps majori vos caritate fovebimus, quanto vos in divinis negotiis ferventiores eſſe probabimus, quibus non ſolum ſpirituale, ſed & ſeculare, ſi neceſſe fuerit, auxilium, Deo adjuvante, miniſtrabimus. Vos igitur omnipotentem Dominum exorate, ut ipſe vires & ſanitatem nobis tribuat, quatenus ſuſcepti regiminis importabile pondus poſſimus tolerare, & ſanctam Eccleſiam in ſtatum antiquæ religionis reducere. Valete.

E

F

Et ea peculiari S. Spiritus impulſu f. Ab. ſuppoſuit.

Refunditur eidem Gallo, hanc igneam probationem temere carpenti,

erte ex litteris, quæ Gregorio VII adſcribuntur

* *al* potentia

98 *Jam referam conatus variorum, qui implexum hunc nodum ſolvere voluerunt; an ſatis felici-*

A AUCT. G. C. Didacus Franchius difficultatem solvit

feliciter, judicet æquus lector. Didacus Franchius, hujus contradictionis difficultatem cernens, omnem se in partem torquet, &, ut hæc duo contraria aliquo saltem modo conciliare videatur, alt in historia Vitæ Gualbertinæ lib II, *pag.* 428 & 429, *præmeditatum objurgatorem in Sancti conspectum non venisse; sed cum præordinata verba privatim apud se volveret, eorum penitus oblitum fuisse. Præterea gratis adstruit, Sancti conspectum & affatum postea Hildebrando negatum fuisse, eo quod Sanctus solitudinis ac humilitatis amans magnatum colloquia vitaret, omniaque negotia per internuntios aut litteras conficeret. Asserit tamen, Hildebrandum hoc oblivionis prodigio motum, tantam concepisse de Viri sanctitate opinionem, ut maximus inter utrumque firmatus sit amor. Ut ostendat id fieri potuisse citat in margine ex S. Augustini epistola* 105, *hæc verba*: Quamvis nos non videamus oculis carnis, animo tamen in fide Christi, in gratia Christi, in membris Christi tenemus, amplectimur, osculamur.

B *frustra nititur.*

99 *Hæc explicatio, quantumvis veterum testimonio destituta, utcumque toleranda esset, si sola B. Attonis verba attendamus, quibus non diserte exprimitur Hildebrandum, postea Gregorium VII, ad* S. Gualberti *conspectum aut alloquium pervenisse: Sic enim habet num.* 49. Cum eum dure increpare disponeret, præordinata, quæ dicere putabat, oblitus est verba. Qua ipsius perfectione sic ab eo comperta, deinceps tantus inter utrumque firmatus est amor, quantus inter amicos carissimos, & uterinos solet esse germanos. *At explicationem hanc qualemcumque non dedisset Franchius, ut existimo, si Vitam a B. Andrea scriptam legisset: Nam jam, detecto hoc thesauro, hæc opinio manifesti erroris convincitur, cum B. Andreas expresse affirmet, prædictum objurgatorem ad S. Virl* intuitum *mentem mutasse. Verba ejus hæc sunt num.* 68. De Domno GG. VII Apostolicæ Sedis PP., qui cum archidiaconatus in eadem Apostolica Sede officium gereret, obillius patientiam comprobandam, eum dure increpare curabat. Mox ad ejus intuitum mutavit mentem, ac præordinata, quæ se putabat dicere, oblitus est verba.

C *Papebrochius eadem eamdem alio modo*

100 *Papebrochius noster tom.* VI *Maji In Commentario Prævio ad vitam S. Gregorii VII num.* 32, *ita rem intricatam expedire nititur*: Egimus de B. Andrea, jam nominato, die x Martii & num. 13 doluimus, præclarum ejus opus de S. Joannis vita modo nusquam reperiri. Sicut tamen S. Arialdi martyris Vita, ab eodem conscripta & a nobis danda XXVIII Junii, feliciter hoc sæculo emersit in lucem, ita speramus illam quoque aliunde prodituram e tenebris; priusquam sub manus nostras veniat Julius. Iste autem Andreas, vivente adhuc Sancto fundatore, florebat, in expugnandis Simoniacis B. Arialdi martyris apud Mediolanenses adjutor fidelis anno MLX. S. Atto, sicuti jam vidimus ad ejus natalem, XXII hujus mensis Maji, mortuus anno MCLV & circa MLXX primum natus, nulla ratione potuit viventis Sancti discipulis adnumerari; sed sua accepit ex illis, ac nominatim ex B. Theuzone, unoex primis, qui usque ad annum MXCV dicitur vitam propagasse, ac nonnulla de vita sancti Patris mandasse literis.

101 Hic vero Theuzo, prout ejus verba allegantur ex veteri traductione Italica anni MCCLX, existente in Archivio Vallumbrosano, non Hildebrandum, sed Gregorium Cardinalem nominat, cui res superius narrata usu venerit; pro quo si Hildebrandum, S. Atto constituit, ratus per anticipationem vocari Gregorium, ex propria id fecit conjectura, eaque minime solida; cum Gregorius Papa proficeatur, quod sanctum corporeis oculis non viderit unquam. Alphonsus quidem Ciaconius in Vitis Pontificum & Cardinalium, ejusque recognitores amplificatoresque Victorellus, Ughellus, Oldoinus pro anno MLXIII, in quem incidisset congressus iste cum S. Joanne, nullum nobis exhibent Cardinalem Gregorium. Sed cum certum sit, multos ab iis medio isto ævo prætermissos, quorum notitiam non fuerunt assecuti, quod vel sola Supplementorum identidem adjunctorum copia probat, nihil obest, quo minus cogitemus, sub Alexandro Papa II, inter Cardinales revera fuisse Gregorium aliquem, necdum aliunde notum; quod centum post annis non discernens S. Atto, male supposuerit Hildebrandum Cardinalem, dictum in Pontificatu Gregorium. *Quamvis hic error a B. Attone post centum annis facile committi potuerit, eumdem tamen B. Andreæ scriptori coætaneo tribuere non ausim; quod etiam non facturum fuisse arbitror Papebrochium, maximum antiquitatis æstimatorem, si præclarum, ut ipse vocat, B. Andreæ opus inventum fuisset, antequam S. Gregorii VII Vitam illustraret.*

D *difficultatem conatur, eodem Vitæ per B. Andream scripta.*

E

102 *Aurelius Cæsari monachus Vallumbrosanus, infra sæpe laudandus, difficultatem perrumpere alia tentat via in litteris ad Papebrochium datis* 27 *Februarii anno* 1692. *In iis ita suam proponit sententiam*: Prævio hoc oculato scriptore (*de B. Andrea loquitur*) haud pauca corrigenda sunt in aliis, qui post ipsum de Vita sancti Johannis Gualberti scripserunt; & præcipue opinio illa, quæ mordicus tenet, Gregorium VII sanctissimum, & Pontificem maximum corporeis oculis sanctum P. Johannem Gualbertum non vidisse. Hunc, quæso intueatur auctorem: Tenebras enim suas excutiet, & veritatis lumen apprehendet. Quid ad hæc Domnus Andreas Januensis, qui primus (ut puto) epistolam illam Apostolicam, Licet venerandæ memoriæ &c. ad Monachos Vallis Umbrosæ sub nomine Gregorii Septimi vulgavit? Non Gregorio VII, sed potius alicui summo Pontifici proxime subsequenti (quidni Victori III, potius Urbano secundo) est inscribenda; quia ex V. II facilius quidem efficitur septimus. In antiquis Mss. ponebatur tantummodo initialis, uti in Decretalibus sæpissime & in calce hujus lucubratiunculæ, uti T. Ranzolensis, hoc est Theuzo abbas Ranzolensis. Ipsemet Urbanus sic notatur in quadam sua epistola Rudolpho abbati Vallumbrosano directa: V Apostolicæ &c. R. Vallumbrosano M Camaldulensi. V Urbanus R. Rustico. M. Martino Camaldulensi. Per simplicem ergo initialem, & numerum Pontificum V, & II, quid mirum si septimum collegerat Andreas a S. Ambrosio, secque putarat Gregorii septimi fuisse epistolam illam: Licet venerandæ memoriæ.

Aurelius Cæsari in expedienda eadem difficultate laborat;

sed Andreæ nonnihil adscribit fraudem;

103 *Expedita hac sua opinione sic pergit*: Miror Januensis calliditatem. Asserit, se sancti Patris collegisse vitam a BB. Andrea & Attone.

A tone. Ifti, ut claret, de miraculoso amore, qui firmatus eſt, mediante ſibi ad invicem intuitu & collocutione inter beatum Gregorium VII & B. Johannem Gualbertum, aperiſſime tractant; ille vero ne verbum quidem. Invenerat hic (ſuſpicor) epiſtolam illam anonymam, aut ſaltem corroſo pene nomine, ſuoque cupiebat inſerere operi; contradictionem videndo hæret; ſed titillatione quid novi ſerendi ductus quid excogitat? Miraculum penitus expungit, & in apocryphum ſcripturam commutat. *Tum circa hujus miraculi titulum, in opere B. Andreæ relatum, notat ſequentia:* Haud ignoret Eruditio Veſtra verba hæc „ Capiculum de Domno Gregorio „ VII Apoſtolicæ Sedis Papa „ ut in Vita infraſcripta patet, rubeo eſſe ſcripta colore, & hoc ſingulare eſſe una cum fere omnibus initialibus litteris paragraphorum in toto prædicto manuſcripto & exarata eadem antiquiſſima manu.

104 *Non omnino diſplicet mihi curioſa viri eruditi obſervatio: facile namque ſcripſiſſet, ut Andreas Januenſis, ſi nempe fraudem, ſaltem per errorem, ex V. II, id eſt Urbano II, collegerit VII, ac per conſequens putarit, hanc epiſtolam non poſſe eſſe niſi Gregorii VII, cum circa illa tempora non fuerit alius Romanus Pontifex numero nominis ſui ſeptimus. Idem dici poteſt de V. III id eſt Victore III, ex quo Andreas Januenſis, omiſſa unitate effecerit VII, putans ſcriptoris negligentia, ut ſæpe fit, I redundare, cum tum temporis etiam nullus fuerit Romanus Pontifex nominis ſui numero octavus. Hæc non improbabiliter dicuntur; ſed utinam D. Joannes Aurelius Cæſari ſolide oſtenderet, Andream Januenſem fuiſſe primum, qui hanc epiſtolam produxerit. Quod de more ſcribendi nomina initialibus litteris addit, non nego; at probatum cuperem, Romanos Pontifices ſolitos fuiſſe initialibus nominis ſui litteris etiam numerum addere. Hæc dum ſi liquido demonſtrata viderem, majori cum confidentia judicium ferrem.*

Noſtrum de ea re judicium

105 *Nunc tamen, ut dicam quod ſentio, arbitror hanc epiſtolam* licet venerandæ memoriæ &c. *Gregorio VII abjudicandam eſſe, quamvis Baronius, Mabillonius, Binius, Labbeus aliique Conciliorum collectores eam ipſi aſcribant: Nam forte hi omnes ex eodem fonte, id eſt Andreæ Januenſi hauſerunt, & alii alios ſecuti ſine matura examine eam Gregorii VII eſſe bona fide crediderunt. Ad ita opinandum me impellit auctoritas Beati Andreæ ſcriptoris ſynchroni, cujus hæc ſunt diſertiſſima verba:* Cap. de Domno GG. VII Apoſtolicæ Sedis PP. qui cum archidiaconatus in eadem Apoſtolica Sede officium gereret, ob illius patientiam comprobandam, eum dure increpare curabat. Mox ad ejus intuitum mutavit mentem, ac prædicata, quæ ſe putabat dicere, oblitus eſt verba: Qua ejus perfectione ab eo ita comperta, tantus deinceps inter eorumque firmatus eſt amor, quantus inter cariſſimos atque uterinos ſolet eſſe germanos. Hinc namque a venerabili viro abbate Rodulfo Paſſinianenſis cœnobii, qui tunc ibi ederat, ſæpius audivimus, atque de tali re non debemus dubitare nihil debemus.

B

C

D

AUCT. G. C.

§ IX. De ſerie chronologica vitæ S. Joannis Gualberti referuntur variæ opiniones, & manifeſti errores refelluntur.

Diſputatur, quæ ætas S. Joannis Gualberto tribuenda ſit,

NEquaquam mirum eſt, auctores circa ætatem Vitæ Gualbertinæ in varias abiiſſe ſententias, cum antiquiſſimi vitæ ſcriptores res ab illo geſtas chronologice non digeſſerint. Hinc, ut opinor, recentiores maxime ſibi probabilia fabricarunt ſyſtemata, quæ hic eruditis lectoribus expendenda propoſuimus. Pallumbroſani moderni aſſerunt, S. Patrem ſuum ad ætatem 88 annorum pervenisſe, atque adeo, cum juxta communiſſimam hiſtoricorum ſententiam mortuus ſit anno 1073, natum eſſe anno 985. Hanc opinionem oppugnat Guido Grandus in Diſſertationibus Camaldulenſibus Lucæ anno 1707 impreſſis, & cum Breviario Romano facit S. Joannem Gualbertum decem annis juniorem, Diſſert. 2 cap. 4 num. 14 ita ſcribens: Omitto aliud argumentum ex ætate ipſius S. Joannis Gualberti petitum, de quo veteres omnes auctores memoriæ prodiderunt, quod & in Breviarii Lectionibus habetur, anno videlicet MLXXIII, ætatis ſuæ LXXVIII, Deum adiiſſe. *Quinam ſint illi veteres omnes auctores, neſcio. Ego ſaltem in antiquis Vitæ ſcriptoribus determinatam ſanctæ Senis ætatem hactenus non reperi.*

E

107 *Idem Grandus, deducens eam in incredibile confectarium, ſic proſequitur:* Fruſtra vero Didacus Franchus in præfatione ſuæ Hiſtoriæ contendit, S. Joannem Gualbertum LXXXVIII annis vixiſſe, ut recens unius ſæculi opinio invexit, & Chronici in Archiepiſcopatu Florentino ſervati fidem elevare nititur, ubi legitur, Monaſterium S. Miniatis anno MXIII ſine abbate & ſine ullo monachorum collegio velut derelictum jacuiſſe. Ex quo loco optime intulerunt priſci Vallis Umbroſæ ſcriptores, non niſi longe poſt annum MXIII, potuiſſe Joannem in dicto monaſterio ad monaſticem admitti. *Dolendum eſt, hic iterum non nominari priſcos illos Vallis Umbroſæ ſcriptores, qui obſcura huic quæſtioni magnam lucem adferrent. Joannes Croiſetus noſter in Exercitiis Pietatis, nuper Lugduni editis, quibus inſerit quotidianas Sanctorum Vitas critice, ut ait in præfatione, examinatas, aſſignat* S. Joanni Gualberto *tantum 74 vitæ annos. Hanc ejus ſententiam etiam alii quidam tuentur Galli. Nos, veterande antiquitatis auctoritate deſtituti, certum de hac re judicium ferre non poſſumus; ſed in dubio opinioni Breviarii Romani adhærere malumus.*

& inter variatas ſententias eligitur opinio Breviarii Romani.

108 *Recentior Gallus anonymus in Hiſtoria Ordinum Religioſorum & Militarium tom. 5, pag. 301, ſcriptores aliquot Pallumbroſanos proprio, ut ajunt, marte jugulare conatur. Si, inquit, Andreas Januenſis, Eudoxius Locatellus, Didacus Franchus dicunt S. Joannem Gualbertum octogenarium obiiſſe, conſequenter concedere debent, eum natum eſſe anno 993. At falluntur boni viri & cum multis a ſe fallis pugnat: Auctor vero alii diſcrepant, & S. Joannem Gualbertum octogeſimum ſecundum ætatis annum attigiſſe. Hic multo melius contra Franchum argumentatur Guido Grandus diſſert. 2, cap. 4, num. 14, ſic inferens,*

Aliqui ex falſo ſuppoſito argumentantur contra Pallumbroſanos ſcriptores

Digitized by Google

A *ferens:* Unde ſi anno MIII (juxta Franchi hypotheſim) Joannes monachus factus eſſet, octennis ſæculum reliquiſſet; quod perridiculum eſt, quia profecto armis idoneus & militari diſciplina inſtructus, poſt veniam hoſti ob reverentiam S. Crucis indultam, ſe religioni addixit. *Attende obſecro, mi Grande. Id recte ſequeretur, ſi Franchus tuam de ætate S. Gualberti ſententiam admitteret. At ille eam pernegat; contenditque (an recte non diſputo, nec ad rem facit) S. Patrem ſuum 88 annis minime; adeoque, ſi anno* 1003, *Joannes monachus factus eſſet, ſequitur in Franchi hypotheſi, eum non octavo, ſed decimo octavo ætatis anno ſæculum reliquiſſe, ut cuilibet annorum calculum ſubducenti patebit. Nunc ad alia Vitæ illius tempora procedamus.*

AUCT. G. C.

109 *Scribunt poſſim Vallumbroſani, S. Patrem ſuum, cum eſſet octodecim annorum, religioſam vitam in monaſterio S. Miniatis amplexum eſſe, ac poſt quatuor annos inde diſceſſiſſe ad eremum Camaldulenſem, tandemque poſt aliquot annorum moram jeciſſe Ordinis ſui fundamenta; nempe circa annum* 1013, *vel etiam* 1012, *ut alii volunt. Contra hoc eorum ſyſtema fuſe & acriter*

Commentum Vallumbroſanum. chronologiam impugnat Guido Grandis.

B *inſurgit laudatus Guido Grandus, monachus Camaldulenſis, in opere jam aliquoties citato, ex quo nonnulla hic carptim dabimus. Sic diſputat diſſert.* 2, *cap.* 4., *num.* 4. Quod autem Didacus Franchus, & cum eo nonnulli ex Vallumbroſanis ſcriptoribus negotium Uberti abbatis & Athonis epiſcopi ad annum MVII referant, & conſequenter Joannis converſionem quadriennio ante, nempe anno MIII, ejuſdemque Joannis Gualberti ad Camaldulenſem eremum adventum anno MVIII ſtatuant, & in Aquebellæ, ſeu Vallisumbroſæ eremum ingreſſum circa annum MX; id omnino commentitium eſt; æque ac fictitius ille, neſcio quis Atho primus, ante illum, qui ab anno MXXXII Florentinam cathedram tenuit, arbitrarie poſitus ad ejuſmodi hypotheſim tuendam, majoremque vetuſtatem ſuæ familiæ initiis fruſtra conciliandam: Nam is alter Atho, qui anno MVII Eccleſiæ Florentinæ

C præſideret, aliunde prorſus ignotus eſt, atque nullis monumentis celebratur, ſed, aliis ſequentibus monumentis, omnino expungendus eſſe convincitur, totumque illud chronologicum ſyſtema vel ex eo refellitur, quod annis prædictis MIII & MVII ne quidem ullum monachorum collegium, nec abbas ullus apud S. Miniatis eccleſiam reſidebat, ſed anno dumtaxat MXIII cura Lamberti (*Hildebrandi volunt dicere*) Florentini epiſcopi reſtaurata fuit venerabilis illa baſilica, & monachi, a quibus pridem deſerta fuerat, illuc revocati.

validis argumentis.

110 *Poſquam hanc ſuam aſſertionem variis authenticis inſtrumentis ex Ughello adductis, argumentiſque inde formatis probavit, ſic pergit* num. 9: Denique cum ſolo Athone illo, qui ab anno MXXXII floruit, vivebat Ubertus ſimoniacus abbas, cui anno MXLIV, Athone ſedente, privilegium quoddam largitus eſt Benedictus IX Papa apud Ughellum pag. 82, cujus initium eſt: „ Dilecto filio Oberto „ venerabili abbati monaſterii S. Miniatis Flo„ rentini ſuiſque ſucceſſoribus perpetuam in „ Domino ſalutem. Valde bonum videtur &c. „ Itaque non modo epiſcopi Athonis, ſed abbatis etiam Uberti tempus conſpirat, ut hanc Joannis Gualberti ad Camaldulenſem eremum profectionem ad annum MXXVII, imo circa D MXXXVI, factam putemus. *Deinde ſuam ſententiam ex Ista Abbatiſſæ donatione, eratorii Vallumbroſani conſecratione ac Theuzonis eremitæ ætate confirmat. Quæ ſi omnia adſerre velim, nimium excreſcet hoc paragraphus. Quilibet curioſus ea legere poterit, apud prædictum Guidonem Grandum tota diſſertatione ſecunda. Ut autem de argumentis ejus dicam, quod ſentio; iis expenſis mihi videtur neceſſe, ut Vallumbroſani, aut Florentinorum epiſcoporum Catalogum corrigant, aut Attoni ſimoniacam labem aſpergere deſinant, aut denique ordinem ſuum ſerius inſtitutum fateantur: Nam, quæ in hanc rem Didacus Franchius lib.* 4, *cap.* 69, *ad marginem ex corrupto Joannis Subdiaconi Aretini catalogo notat, nec temporibus nec temporibus conveniunt, ut cuivis manifeſtum fiet legenti Vitam S. Zenobii editam apud Surium die* 25 *Maji. Interim ego hujus litis judex eſſe nolim.*

111 *Aliam Gualbertinæ Vitæ ſeriem tenuit Jo annes Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom.* 4, *ubi ad annum Chriſti* 1038, *ſic ſcribit:* Forte is fit Joannes Gualbertus, qui hoc ipſo tempore ad S. Miniatis monaſterium ſe recepit. Certe vix poſt hoc tempus, in quo nunc ſumus, ejus converſio differri poteſt; quippe qui poſt annos decem abbas electus, in Vallis Umbroſæ ſolitudinem ſeceſſit, ubi prima ſui Ordinis jecit fundamenta. *Poſtea ad annum Chriſti* 1038, *ita narrat:* Paulo ante hunc annum Johannes Gualbertus e ſancti Miniatis monaſterio diſceſſit, ſeceſſitque in Vallem Umbroſam, ubi Congregationis ſuæ fundamenta jecit. Certe illic nullamdum habebat eccleſiam hoc anno, cum Imperator Conradus una cum uxore ſua Giſla Auguſta, & filio ſuo Henrico rege, ejuſque conjuge Cunibilde Florentiam receſſit. Quod ubi reſcivit Imperator, id ſibi honoris cælitus reſervatum exiſtimans, ut ſanctis illis Fratribus ſubveniret, vacante poſt mortem Jacobi diœcetani epiſcopi Feſulana eccleſia, Rodulfum Patherbrunnenſem præſulem, quem alii Rothonem vocant, Vallumbroſam conſecrandi oratorii causa miſit. *Hæc omnia ex litteris Ista abbatiſſæ ſe didiciſſe affirmat.* F

Chronologiam tenet Mabillonii circa vitam S. Joannis Gualberti E

112 *Circa Oratorii hujus conſecrationem Guido Grandus diſſert.* 2, *num.* 12, *obſervat ſequentia:* Fruſtra vero nonnulli Ordinis hujus Vallumbroſani ſcriptores poſt Didacum Franchum, Hiſt. S. Joan. Gualb. lib. 3, duplicem conſecrationem Oratorii diſtinguunt, alteram anteriorem anno MXIII ſub Henrico I. Imperatore, alteram ſub Conrado II. Unde tocius inſtrumenti Ittæ ſenſu corrupto, & Henricum Conrado ſubſtituunt, & pro Giſela ejus uxore Chunegundem legunt, & pro Rodulpho Pariſionenſi epiſcopo, ad conſecrationem miſſo, Menvercum ejus anteceſſorem ſubrogant, tam nullo penitus fundamento, quam caſſo prorſus labore; Franchus enim mutila citat in margine verba Ittæ abbatiſſæ, ſubtracto Rudolphi nomine, hoc modo. „ „ Imperator dirigens Pariſionenſem dignum „ Deo præſulem, citatque inſtrumentum Ittæ abbatiſſæ de anno MXXXIX, quod certe Rodulphum exprimit, eumque a Conrado miſſum, non ab Henrico fatetur, idque poſt Jacobi Feſulani epiſcopi mortem, adeoque anno MXXXVII, non MXIII; & quidem de prima, non de ſecunda conſecratione: Nam

Guido Grandus diſcrepat quo tempore,

ad

A ad illud usque tempus sine ecclesia moratos monachos docet.

& sub quo Imperatore contigerit translatio Oratorii Vallis Umbrosæ.

213 Qui vero rem hanc ad Henricum referunt, ut B. Theuzo in vita S. Joannis cap. 10, Xantes Perusinus in eadem vita pag. 43, & S. Atho pariter in vita cap. 22, intelligendi non sunt de Henrico I sed de II, qui Conradi ipsius filius erat, jamque regis titulum obtinuerat, & patrem in Italiam comitatus est, ut ex verbis Itæ supra relatis liquet, omnesque historici consentiunt. Unde a S. Athone loco citato REX, non IMPERATOR dicitur, ejusque conjux non AUGUSTÆ sed REGINÆ titulo distinguitur. Erat vero hæc non CHUNEGUNDIS sed CHUNEILDIS regis Danie Chanuti filia, quæ paulo post peste consumpta obiit. Nullus autem vetustiorum auctorum duplicem oratorii consecrationem distinxit; priorem sub Henrico per Meinwercum, posteriorem sub Conrado per Radulphum, ambos Paderbornenses episcopos; sed tantum præter primam Oratorii consecrationem ab eo episcopo, quem Imperator miserat (Radulphum scilicet) factam, narrat S. Atho cap. 22 laudato, oratorium ampliatum, consecratum rursus post aliquot annos fuisse ab Huberto S. R. E. Cardinali S. Rufinæ; aliam certe consecrationem (si quæ ex hypothesi Didaci Franchi præcessisset) eodem loco non prætermissurus *Episcopum catholicum ad Vallis Umbrosæ monasterium, qui summum altare consecraret, ab Henrico II missum fuisse tenet etiam Baronius tom. 11, Annalium ad annum Christi 1055. Sed ab hac digressione ad Mabillonii chronotaxim revertamur, nostrumque de ea judicium fucere exponamus.*

Mabillonii opinio de tempore institutæ Ordinis Vallumbrosani non est certa;

114 *Confirmat sententiam suam, supra memoratam, in observationibus præviis ad Vitam* S. Joannis Gualberti *sæculo* VI *Benedictino parte* 2, *pag.* 166, *his verbis:* Quo tempore in Vallumbrosanam solitudinem secesserit Joannes, colligimus ex litteris Ittæ, sanctæ Hillari abbatissæ, quæ locum, antea Bellam Aquam dictum, ipsi ad exstruendum monasterium concessit anno MXXXIX. *Ut mentem meam candide aperiam, judico omnino incerta esse, quæ superius de tempore Gualbertinæ conversionis, de decennali commoratione in monasterio S. Miniatis, & de anno causaque discessus tradidit. Quamvis autem ex litteris Ittæ abbatissæ anno 1039 datis non improbabiliter Vallumbrosani Ordinis primordia colligat, tamen hæc ejus argumentatio tempus institutionis non satis evidenter determinat:* Potuit namque S. Joannes Gualbertus *ante Ittæ donationem & Oratorii sui dedicationem diutius in illa solitudine vixisse. Id quodammodo significare videtur B. Andreas, quando num.* 16, *dicit eos mansisse* tempore multo, ligneum tantummodo habentes oratorium; *ac dein num.* 19, *agit de monasterii loco ab Itta abbatissa tradito; tandemque num.* 28, *loci consecrationem seu dedicationem memorat. Quantum autem inter ea fuerit temporis intervallum; non est promptum divinare. Quapropter mihi non est animus ex indefinitis veterum terminis & incertis recentiorum conjecturis hanc inter Vallumbrosanos, Camaldulenses ac Benedictinos controversiam dirimere; sed quisque, quod velit sentiat, donec ex certioribus monumentis, forsan hac occasione eruendis, de rei veritate liquido constiterit. Nunc aliorum opiniones a præcedentibus discrepantes audiamus.*

B

C

215 Baronius tom. 11, ad annum D
Christi 1051, agens de mutatione, quæ accidente Leonis IX Papæ, in monasterio Pasulano hospitante, a S. Joanne Gualberto patrata est, vagis admodum & obscuris nonnisi sententiam suam sic expressit. Ante decennium (ut ejus habent Acta) innocentem orbi capit egregia fundatrix ipse Joannes; dum parcens inimico veniam in nomine Christi Crucifixi petenti, sibi oranti Crucifixi imaginem inclinato capite in signum gratiæ sibi adnodum affluenter aspexit. Cum tanta victus divina clementia monastica vitæ accepit institutum. Sed postea abbatem deserens simoniacum, novi Ordinis monachorum, dictorum Vallis Umbrosæ, factus est institutor & auctor, virtutibus atque miraculis clarus. Quid in his annuis ante decennium contigisse velit, nescio. Quare id alteri meæ peritiori discernendum relinquo. Ughellus agens de Regembaldo episcopo Fesulano, qui mortuus est ante annum 1028, *Vallumbrosanam Congregationem facit antiquiorem, & ita indeterminate loquitur tom.* 3, *Italiæ sacræ col.* 283. Hujus episcopi temporibus Fesulæ fundibus excisæ sunt, una cathedrali excepta, anno XX. Illustravere Regembaldi optimi præsulis pontificatum data in ipsius diœcesi Ordini Vallumbrosano a Joanne Gualberto nobilissimo Florentino cive, ac religiosæ sancti Miniatis domus Benedictinæ familiæ monachorum initia. *Attendat hic lector ad monasterii S. Miniatis exordium, illudque cum supra dictis conferat.* AUCT. G. C. Borsnil tore est vagus & obscurus.

E

Ad Ughelli opinionem proxime accedunt *116 Onuphrius Panvinius in Chronico Ecclesiastico, Joannes Baptista Ricciolius in Chronologia Reformata tom.* 3, *pag.* 150, Philippus Labbeus *in Chronologia Historia tom.* 2, *part.* 2, *ac Alphonsus Ciacconius in Historia Pontificum Romanorum ac S. R. E. Cardinalium tom.* 1, *col.* 771, *quatenus Ordinis Vallumbrosani institutionem ad annum Christi* 1030 *referunt: At non video, quomodo Ciacconii historiam a Victorello & Ughelio ante dicta satis sibi constet: Legitur enim tom.* 2, *col.* 1024, *hæc assertio:* Sub Joanne XIX, anno Domini MXXX, Congregatio tertia sancti Benedicti, quæ Vallis Umbrosæ dicitur, originem habuit. *Atque ejusdem tomi col.* 862, *dicitur ad* S. Joannem Gualbertum *accurrisse* Dominicæ Incarnationis anno MXVIII, inter discipulorum primos, adolescentulus quidam Florentinus, Petrus nomine, clara, ut ferunt, Aldobrandinorum stirpe progenitus, ipsis sancti Patris conjunctus & affinis. *Hæc dum conciliari non possunt, nisi quis dixerit* S. Joannem Gualbertum *multis annis in solitudine Vallumbrosana discipulos habuisse, antequam Ordinem suum institueret. Hoc si quis solide ostenderit, has duas epochas non pugnare libenter fatebor.* Ad Ughelli chronotaxim proxime accedunt, Panvinius, Labbeus, alique

F

117 *Postremo hoc loco palpabiles quorundam circa hujus Ordinis institutionem paralogismos detegam, quos retulisse, refutasse erit. Legendarius Gallus, alibi hypercriticus, hic crisim suam perdidisse videtur: Nam tom.* 2, *in vita* S. Joannis Gualberti *dicit, hunc Ordinem anno* 1051, *institutum esse. Franciscus Longus a Coriolano in suo Breviario Chronologico putat, Congregationem Vallis Umbrosæ initium habuisse anno Christi* 1060. *Idem sentit Joannes Gualterius in Chronico Chronicorum tom.* 1, *pag.* 1634, *sic ferebat:* Vallis Umbrosæ Ordo, seu, ut malunt, Vallis Umbrosum, Errores quorundam circa Ordinis Vallumbrosani institutionem referuntur.

A AUCT. G. C. sium, ut quidam etiam, Vallis Ambroſii, cœpit, auctore Gualberto Florentino, anno MLX, ſub Nicolao II prope Florentiam. Utitur partim cinereacei, partim cærulei coloris veſtibus. *Hi forte ſecuti ſunt errantem Polydorum Virgilium, qui in opere de rerum inventoribus pag. 7, cap. 2, etiam annum 1060, primæ hujus Ordinis inſtitutioni aſſignat. Craſſius erraverunt Volaterranus lib. 21, & Arnaldus Pontacus epiſcopus Vaſatenſis in Chronographia, qui tenent hanc Congregationem cœpiſſe anno 1070. Nec defuere etiam adeo hiſtoriæ ignari, ut anno 1400, hunc Ordinem primo exortum eſſe ſomniaverint. Sed tædet diutius his referendis inhærere. De morte S. Joannis Gualberti, diſputare non eſt neceſſe: Nam inter omnes ferme convenit, eum obiiſſe anno 1073. Quare nihil hic moramur pauces, qui ad unum alterum annum ab hac communi ſententia recedunt.*

§ X. An admiſſa Mabillonii aliorumque ſententia circa ſeriem chronologicam S. Joannis Gualberti, potuerit idem Sanctus cum S. Romualdo agere in eremo Camaldulenſi.

Admiſſa Mabillonii chronotaxi, vix congreſſus S. Joannis Gualberti cum S. Romualdo,

EX *chronotaxi Mabillonii, Baronii, aliorumque paragrapho præcedenti relata videtur hiſtoriæ ſequi, S. Romualdum a* S. Joanne Gualberto *in eremo Camaldulenſi non fuiſſe inventum, utpote qui e vivis anteceſſerat ante annum* 1027, *ſicuti ex authentico inſtrumento donationis, Petro Dagnino a Theobaldo epiſcopo Aretino factæ probat idem Mabillonius ſeculo* VI *Benedictino Parte* 1 *in obſervationibus Romualdinæ Vitæ præmiſſis. Neque hanc chronotaxeos ſuæ ſequelam diſſimulat Mabillonius; ſed in Annalibus Benedictinis tom.* IV *ad annum Chriſti* 1038, *ſic eam aperte ponit*: Antequam Vallumbroſam ſe reciperet Johannes, Camaldulum profectus eſt, ſanctam illic habitantium converſationem exploraturus. Erat adhuc ejus loci Prior Petrus, qui ſanctos illos hoſpites in ſuam ſocietatem adoptare tentavit. Verum cum eorum, de præferenda cœnobitica vita, propoſitum intellexiſſet, eos ad illud perſequendum adhortatus eſt. Inde Johannes cum ſociis Vallumbroſam acceſſit, quæ medio fere itinere Camaldulum inter & Florentiam poſita eſt. *Eamdem conſequentiam admittere debet Baronius, cum in Annalibus tom.* XI, *ad annum Chriſti* 1027, *S. Romualdi obitum* collocet.

C 119 *Scio hunc congreſſum* S. Joannis Gualberti, *cum S. Romualdo a pleriſque ſcriptoribus, tum Vallumbroſanis tum Camaldulenſibus, mordicus teneri, quamvis de tempore hujus facti aliqui plurimum inter ſe diſſentiant, ſicut mox clarius intelligetur. Horum auctorum opinioni aperte favet Breviarium Romanum, quod feſto* S. Joannis Gualberti *ad* XI *Julii, in lectionibus propriis expreſſe tradit, ſanctum Joannem ad Camaldulenſis eremi incolam Romualdum profectum eſſe, ab eoque cœlicum ſui inſtituti vaticinium accepiſſe. Utramque hanc auctoritatem proponit Guido Grandus Diſſert.* 2, *cap.* 4, *num.* 1, *ſententiæ ſuæ fundamentum jacere incipiens, his verbis*: Id itaque jam perſuadere conabimur ex D. Joannis Gualberti ad Camaldulenſe eremum adventu, qui non ante annum MXXXIV vel MXXXVI contingere certiſſime potuit, cum tamen ibi ſub Romualdo vixiſſe Joannem expreſſe tradant ſcriptores probatiſſimi Vallis-Umbroſæ (ut de noſtris Fortunio, Ractio, Minio, deque exteris quam plurimis ſileam) Andreas Januenſis, qui circa annum MCCCCXIX floruit, in vita S. Joan. Gualberti cap. XI; Hieronymus Radiolenſis, qui anno circiter MCCCCLXXX eamdem vitam patrio ſermone expreſſit; Xantes Peruſinus, qui circa annum MD, eadem Gualberti Acta collegit pag. 24; Joannes Joannalius, qui ſub Clemente VIII Lectiones S. Joannis Gualberti, Breviario inſerendas, compoſuit, ut re ipſa demum inſertæ ſunt, atque a S. R. C. approbatæ; ac demum noviſſime Aſcanius Tamburinus de Jur. Abb. tom. diſp. 24, qu. 5, num. 20; & Didacus Franchus in ejuſdem S. Joannis Gualberti Hiſtoria lib. 4; noſtriſque diebus Venantius Simius in ſuo Catalogo litt. I num. 9.

quem tamen plurimi recentiores cum Breviario Romano tuentur;

D

E *ſed nulli veterum ſcriptorum, ut fatetur ipſe adverſarius*

120 *Hanc Romualdinum & Gualbertinum congreſſum a citatis auctoribus ac Breviario Romano doceri non inficior; at veteriſſimi Vitæ ſcriptores eum intactum reliquerunt, quod juverit intelligere ex verbis ipſiſmet Grandi Diſſert.* 2, *cap.* 8, *num.* 2, *ita fatentis*: Ex una parte, quæ ad aſſerendum Romualdum poſt annum MXXXII adhuc ſuperſtitem ſuperius adducta ſunt, inviſte non probant intentum, cum nihil abſolute & evidenter evincat, Joannem Gualbertum in Camaldulenſi eremo potius Romualdo viventi, quam Petro Dagnino Priori, poſt Romualdi obitum auſcultaſſe ab eoque ſui Ordinis inſtituendi vaticinium & auſpicium accepiſſe: Nam, ut cap. 4, num. 2, notavi, vetuſtiores ex his, qui rem geſtam referunt, ad Camaldulenſis eremi Priorem, nulla nominis deſignatione diſtinctum, divertiſſe Joannem Gualbertum tradunt; poſteriores id de Romualdo diſerte interpretantur, illum tunc Camalduli degentem ſupponentes, non probantes; itaque in ambiguo relicta res eſt. *Ingenua ſane ipſius adverſarii confeſſio.*

F *Explicato quæſtionis ſtatu, deducitur conſequentia,*

121 *His jactis quaſi fundamentis, ſtatum quæſtionis hic agendæ breviter explico, ut quiſque clare intelligat, quid intendam. Sciant igitur omnes, mihi non eſſe item cum auctoribus paulo ante citatis, qui* S. Joannis Gualberti *adventum in eremum Camaldulenſem ante annum* 1027 *ſtatuunt: Dixi enim paragrapho præcedenti, hanc controverſiam, ſpectato præciſe veterum biographorum textu, a me indeciſam relinqui, donec certiora utrimque efferantur monumenta, quæ rem plane conficiant. Non eſt, inquam, mihi lis cum iis, qui* S. Joannis Gualberti *cum S. Romualdo converſationem defendunt, & ſimul S. Romualdum ante annum* 1027, *mortuum eſſe concedunt; Qualis inter alios eſt Auguſtinus Fortunius, qui lib.* 1, *Hiſt. Camald. cap.* 34, *ita ſcribit*: Itaque B. Joannes, ſanctiſſimi patris Romualdi benedictione munitus, ex eremo Camalduli recedens, in Vallis-Umbroſæ abditas obſcuraſque ſilvas ſeſe recepit; *ac deinde ejuſdem libri cap.* 40, *affirmat, quod* Deo plenus antiſtes Theodaldus anno MXXVII, poſt felicem S. Romuldi tranſitum ..... primam donationem, primumque exemptionis ac libertatis privilegium ſacræ eremo conceſſerit. *Itaque tantummodo contendo, admiſſa ſententia eorum*

A rum, qui S. Joannis Gualberti *ingreſſum in eremum Camaldulenſem ultra annum* 1027 *differunt probabiliſſime ſequi, quod S. Romualdus ab eo tum temporis ibi non potuerit vivus inveniri.*

122 *Huic conſequentiæ manibus pedibuſque obnititur ſæpe jam laudatus* Guido Grandus, *vitamque S. Patris ſui Romualdi uſque ad annum Chriſti* 1037 *protrahit; in Appendice autem poſt diſſertationem ſecundam duas Romualdinæ Vitæ exhibet tabulas chronologicas, in quarum prima ad annum Chriſti* 1036, *notat ſequentia*: Camaldulum S. Pater rediens Joannem Gualbertum ad ſe confugientem per ſex menſes (*unde determinatum illud tempus hauſerit, ſcire aveo*), eremiticæ vitæ præceptis inſtruit, mox ſua benedictione & vaticinio Ordinis ab illo inſtituendi ad Vallem-Umbroſam ſive Aquam Bellam dimittit. *Hoc ſyſtema ſuum, quod innumeris difficultatibus ſubjectum eſt, variis conjecturis & contortis explicationibus, artificioſe tamen undique contextis, ſtabilire conatur. Singula ejus argumenta excutere & refutare hic non vacat: Nam hoc juſtæ molis librum exigeret. Quod ſi quis circa hanc rem plura deſideret, conſulere poterit ſcriptores Venetos, quos libris editis contra ipſius chronologiam inſurrexiſſe intelligo. Nos, omiſſis aliis non levibus argumentis, unicum ſyſtematis ejus diploma opponemus, & omnem effugii aditum præcludere conabimur.*

eui remanet Guido Grandus.

123 *Diploma illud eſt Theobaldi Aretini epiſcopi, quod integrum videri poteſt apud Auguſtinum Fortunium lib.* 1, *Hiſtoriarum Camaldulenſium cap.* 40. *Quippe cum preſtuum ſit, multaque contineat ad controverſiam noſtram non ſpectantia, nobis hic ſufficiet, accuratum illius dediſſe compendium, ex propriis Theobaldi verbis hoc modo exceptum*: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Theobaldus ſancti Donati Vicarius; *ita paſſim Aretini epiſcopi ſeſe vocant, ut notat Mabillonius ſæc.* VI *Benedictino parte* 1. *pag.* 277. Omnium fidelium Chriſtianorum hoc dilectio noverit, quod nos ob amorem piæ memoriæ ſpiritalis patris noſtri D. Romualdi, clariſſimi eremitæ, communi conſilio & conſenſu fratrum clericorum noſtrorum donamus, & concedimus pro remedio animæ noſtræ omniumque ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporum C D. Petro venerabili eremitæ ad uſum & ſumptum confratrum, eremiticam vitam ſub eo ducentium, ſuiſque ſucceſſoribus eremitis, quamdam eccleſiam in mediis Alpibus, jura epiſcopii ſancti Donati, quam nos rogatu præfati D. Romualdi eremitæ conſecravimus ſub honore & nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſancti Salvatoris, conſiſtentem in territorio Aretino ad radices Alpium, dividentium Thuſciam & Romaniam, in loco qui dicitur Campo Malduli per ſua loca deſignata ....

At ejus opinandi

apponitur unicum diploma,

124 Hunc igitur locum D. Romualdus pius eremitarum pater delegit, & providit aptiſſimum contemplativæ vitæ Deo ſervientium. Conſtructaque ibi baſilica ſancti Salvatoris, quinque cellulas cum ſuis tabernaculis ibidem diſtinxit, atque ab invicem ſeparavit. Sed & ſingulis cellulis ſingulos deputavit fratres eremitas, qui ſæcularibus curis & ſollicitudine remoti, ſoli divinæ contemplationi inſiſtant. Quibus etiam Petrum venerabilem eremitam, tamquam fidelem miniſtrum & præceptorem dedit. Cui nos quoque cum noſtris poſteris ſucceſſoribus, ut cum denominato ſancto viro, Romualdo ſcilicet, partem in æ- D terna vita habeamus, donamus, largimur præ- AUCT. taxatum locum ſecundum præfixos terminos G. C. ad uſum & ſumptum fratrum eremitarum, pro tempore ibidem Deo famulantium, atque per paginam hujus noſtri privilegii eum inveſtimus de his omnibus, quæ infra deſignatos terminos nos hodie ad manum noſtram donnicatam (*id eſt in domino noſtro*) habemus & detinemus .... Quia ergo quod nos pro ſalute & remedio, animæ noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum epiſcoporum Deo contulimus, per æterna ſæculorum ſpatia ratum, firmum atque inconvulſum debet permanere, a Deo Patre omnipotente & Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſanctoque Spiritu interdicimus, & modis omnibus inhibemus, ut nullus noſter ſucceſſor, epiſcopus Aretinæ Eccleſiæ, prædictum fratrem Petrum eremitam, ſuoſque poſteros ſucceſſores eremitas de his, quæ S. Salvatori conceſſimus E ad uſum & ſumptum fratrum eremitarum, aut ipſi a nobis, ſive ab aliis hominibus acquiſierint, deveſtire, moleſtare, inquietare, aut ullam diminorationem inferre præſumat .... Datum anno MXXVII, anno pontificatus Domini Theodaldi V, menſe Auguſto, Indictione X.

ejusipſemet vim agnoſcit

125 *Hujus diplomatis vim & auctoritatem agnoſcit ipſemet Grandus, cujus verba hic lubet tranſcribere, quia in ore adverſarii majus pondus ſolent habere. Hæc itaque fatetur Diſſert.* 2, *cap.* 8, *n.* 3. Ex alia vero parte difficultates huic ſyſtemati oppoſitæ, non niſi probabiliter expediuntur, ultima præſertim ex privilegio Theodaldi petita, quæ majus mihi ſemper negotium faceſſere præ reliquis viſa eſt, ac minus exactam, quam ceteræ ſolutionem admittere, adeo ut verba, ex illo privilegio nobis oppoſita, quondam additicia crediderim, quaſi diploma illud, vel ab aliquo interpolatum inveniſſet, vel ipſemet nobis interpolatum exhibuiſſet Fortunius, quæ tamen ſuſpicio nunc ceſſat; poſtquam autographum, ipſius Theodaldi manu F ſubſcriptum, & ſigillo munitum in Camaldulenſi Archivio, armario 1, num. 36, diligentiſſime luſtravimus, neque ſuppoſitionis vel interpolationis notam ullam offendimus, ſed integrum, & undequaque ſincerum deprehendimus, ut propterea non niſi probabili interpretamento ſuperius adducto, exemplisque cap. preced. num. 14 allatis confirmato, eludi ejus auctoritas poſſit. *At probabile illud interpretamentum audiamus.*

illud tamen irrito conatu interpretatur.

126 *Peremptoria ſyſtematis ſui verba in diplomate poſita ſic interpretari incipit Diſſert.* 2, *cap.* 3, *num.* 13. Itaque difficultatem hanc eludere utcumque tentabimus, obſervando clauſulam hanc PIÆ MEMORIÆ, fortaſſe non mortuum, ſed celebratiſſimum ac memorandæ pietatis virum deſignare, ut memoriæ profanæ, celebritate, nomine, uſurpetur: Ut enim hortari ſolemus viventes, ut aliquod memoria dignum facinus patrare velint, quo ſui nominis immortalitati proſpiciant, ita viros ipſos egregiis operibus claros, adhuc viventes immortali memoria dignos, vel immortalis aut gloriofæ memoriæ viros appellare merito poſſumus, & ſæpe conſuevimus. *Præterquam quod hæc explicatio ſit violenta, & communi hominum commercio abhorrens, ingenti*

eſt

A AUCT. G. C. *eſt diſcrimen inter expreſſiones a Grando contorte excogitatas, & inter uſitatas diplomatis noſtri phraſes, ut cuivis mature eas conferenti clarum fiet. Judices hic appello quoslibet lectores, a partium ſtudio alienos, & confidenter interrogo, an non judicaverint, S. Romualdum mortuum, ubi primum in diplomate legerant, hanc donationem Petro Dagulo factam eſſe* ob amorem piæ memoriæ D. Romualdi, ut *Theodaldus* cum denominato ſancto viro, Romualdo ſcilicet, partem in æterna vita *haberet: Niſi enim Theodaldus Romualdum jam cœlo receptum, & ſemper timendo humanæ fragilitatis periculo ereptum credidiſſet, quomodo partem habere cum illo in æterna vita deſideraſſet? Adde quod formula* piæ memoriæ *in ſexcentis diplomatibus mortuum manifeſte ſignificet.*

& ad ſtabiliendam ſuam interpretationem, unum

127 *Jam examinanda ſunt duo exempla, quæ ad ſtabiliendam ſuam qualemcumque interpretationem adfert Grandus. Primum occurrit apud Ughellum tom. 3, Italiæ ſacræ col. 497, ubi Jacobus Bavarus, Peſulanus epiſcopus, dicit, ſe quædam largiri concreditæ ſibi eccleſiæ pro remedio* B *animæ ſuæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum ſuorum præſulum*, nec non pro ſalute Conradi ſereniſſimi Imperatoris felicis memoriæ, ſuæque conjugis Gislæ Auguſtæ &c. Ecce, *inquit Grandus*, Conradum Cæſarem felicis memoriæ dictum anno MXXXII, cum obierit anno MXXXIX, die IV Junii apud Trajectum. *At Peſulanum antiſtitem nihil aliud hic velle, quam ut hæc donatio proſit animæ Conradi, feliciterque ſit poſt mortem ejus memoria, ſatis patet ex hac formula diplomati ſubſcripta:* Actum eſt autem hoc, anno Dominicæ Incarnationis MXXXII, Imperii D. Conradi Auguſti anno V, Indictione XV feliciter. *Quando Grandus in genuino diplomate oſtenderit, Theodaldum dediſſe eccleſiam Petro Dagulo anno Dominicæ Incarnationis* MXXVII, *vitæ Romualdi* CX, *ſicut in prima tabula ſua chronologica fecit, facile ipſius explicationi acquieſcemus; Quando, inquam hoc parallelum invenerit, verba Theodaldini diplomatis a communi ſignificatione in peregrinum ſenſum detorquebimus; quod faciendum* C *non eſt, niſi dum manifeſta cogit neceſſitas.*

alterumque adfert exemplum

128 *Tranſeo nunc ad alterum exemplum, quod adeo lœtatur ac perfunctorie attigit Grandus, ac ſi male ſibi conſcius timuiſſet, ne argumenti fallacia detegeretur.* Circa annum DCCCLXX, *inquit loco proxime citato*, Andreas epiſcopus Florentinus in abbatiſſam monaſterii S. Andreæ ordinat Idembertam apud Ughellum tom. II (*frequens is ipſi error pro* III) pag. *id eſt col.* XXXV, ubi hæc formula legitur: „ Secundum „ illa præcepta, quæ Dominus (*forte hic nomen quoddam deeſt*) & BONÆ RECORDATIONIS Dominus Ludovicus Imperator conſtituit.„ Qui tamen Ludovicus anno DCCCLXXV, Mediolani obiit menſe Auguſto. *Unde, obſecro, novit Grandus, Idembertam anno* 870, *abbatiſſam fuiſſe ordinatam, cum diplomati nullus annus ſubſcribatur? An forte id conficit ex eo, quod poſt finitum diploma ſequantur hæc Ughelli verba:* Hic Andreas, Florentinus epiſcopus, anno DCCCLXX interfuit judicio quondam Lucenſi ad favorem Gerardi epiſcopi Lucenſis an. XV Ludovici II Imp. Ind. III. *Sed hæc nil ad præcedens diploma pertinent. Eodem jure colligere potuiſſet, Idembertam anno* 876, *poſt mortem Ludovici abbatiſſam eſſe creatam, quia eidem diplomati præcedunt hæc Ughelli verba:* Andreas ſucceſſor Rodingii. Ille fuit, qui, cum Carolus Calvus ab Aſperto Mediolanenſi archiepiſcopo diadematis regni inſignetur, auguſtiorem ſpeciem pompæ facturus, interfuit anno DCCCLXXVI. D

quæ vim minime conficiunt.

129 *Cum itaque hæc præcedentia Ughelli verba nullo modo ad eam rem ſpectent, ex iis diplomatis annus determinari nequit. Unde miror, adeo rotunde a Grando aſſeri*, id circa annum DCCCLXX, *datum fuiſſe. Quapropter poſſem meliorem Grandi fidem requirere in objiciendo hoc exemplo, aut certe majorem in eo examinando diligentiam. Interim adverſarius fateri debet, Andream in eodem diplomate de Rodingo prædeceſſore ſuo* bonæ memoriæ *loquentem, agere de Rodingo jam mortuo. Idem ego de Ludovico* bonæ recordationis *exiſtimo, adeoque diploma poſt illius mortem datum eſſe judico, quia nulla me movet ratio, ut communem hujus formulæ ſignificationem invertam. Piget his cavillationibus diutius immorari. Potius ad ſacros cœlitum honores, Sancto noſtro a ſummis* E *Pontificibus decretos, progrediamur.*

§ XI. Canonizatio S. Joannis Gualberti.

Acta S. Joannis Gualberti in Sanctorum numerum relata.

NArrant utraque *Acta, huic commentario ſubnectenda, quomodo* S. Joannis Gualberti *corpus poſt felicem animæ ex hac vita tranſitum inter æſtivos calores ab omni fœtore per triduum immune fuerit, ac dein maximo populi concurſu ſepulturæ traditum. Vallumbroſani ſcriptores volunt, S. Patrem ſuum paucis poſt mortem annis a Gregorio VII in Sanctorum numerum fuiſſe relatum. Sic Andreas Januenſis in ejus Vita cap. 89 ait*: Liquide patet ex Chronica Florentina, a Johanne Villani cive Florentino compilata, libro IV & capitulo XVI ejuſdem Chronicæ, eumdem beatum Joannem prius per centum quatuordecim annos vel circa fuiſſe canonizatum & catalogo dictorum Sanctorum adſcriptum per beatæ recordationis ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Gregorium Papam ſeptimum, ejuſdem beati Johannis devotiſſimum, qui floruit & incepit anno Domini MLXXIII. *Idem aſſerit Bernardus Del Sera in compend. Abb. Gen. cap.* 1. Quamvis, *inquis*, pro certo habeatur, S. Joannem in catalogum Sanctorum a Gregorio VII fuiſſe canonice coopta- F tum, tamen nunc per litteras Cæleſtini III de hac re dubitandum non eſt. *Hæc illi. Verum cum ille Joannes Villanus, qui hic citatur, ſit recentior, & prioris iſtius canonizationis authentica inſtrumenta non proferantur, ad certiora documenta properamus.*

Epiſtola Gregorii abbatis Paſſinianenſis,

131 *Cœleſtinus* III, *petente D. Gregorio abbate Paſſinianenſi*, S. Joannem Gualbertum *Sanctorum Catalogo adſcripſit, ut liquet ex ejuſdem Abbatis epiſtola, quam hic ex Didaci Franchii lib.* II, *excerpo, ut omnes canonizationis ordinem & modum, aliaque ad eam ſpectantia, clare intelligant. Sic itaque ſonat epiſtola.* Frater Gregorius, humilis abbas monaſterii ſancti Michaelis Archangeli de Paſſiniano, dilectis in Chriſto fratribus & Capitulo de Paſſiniano & aliis ejuſdem amicis & devotis ſalutem in Domino & gaudere. Pro magnitudine gaudii & lætitiæ, quam noſtris mentibus infundit abunde ſuperni gratia largitoris, in exaltatione nominis beati & eximii Patris noſtri Joannis

Anis Gualberti, a quo poſt almificum patrem beatiſſimum Benedictum, religionis & honeſtatis monaſticæ cultum recepimus, antequam narrandi ſumamus initium, hortamur vos voce non ſolum corporis, ſed (quod eſt præſtantius) affectione interioris hominis, ut pro ipſius honore Patris in Domino gaudeatis, geminæ ſubſtantiæ giganti * gratias referentes, qui cum eſſet exciſus de monte ſine manibus, crevit in montem magnum, ut per ipſum, quod eſt ineffabile, regnum accipiat puſillus. Per vicarium namque ſuum, videlicet Dominum Papam Cæleſtinum III, Dominis epiſcopis Oſtienſi & Portuenſi aſſiſtentibus, & religioſis & reliquis presbyteris & Diaconibus ſimiliter Cardinalibus in die Kalendarum Octobris, inſpectis teſtimoniis & vita ejuſdem Sancti, nomen ejuſdem & memoriam, jam quaſi negligentia ſuorum diſcipulorum ſepultam, exaltavit, & ubique colendam cenſuit.

* *Id eſt* Chriſto

132 Cum (quibuſdam enim noſtris æmulis facientibus) pro aliis negotiis Urbs in ſerventi nos calore Julii recepiſſet, ſuper quo amici noſtri non modicum triſtabantur, timentes nobis propter vitæ diſpendium, meritis, ut credimus, beati Joannis omnia ſunt cooperata in bonum. Salutantes itaque devote & reverentes humiliter præfatum ſanctiſſimum Dominum Papam, poſtulavimus, ut ſancti Joannis nomen canonizatione ſuo tempore exaltaret. Quid plura? Receptis litteris teſtimonialibus Abbatis Valliſumbroſæ, & aliorum abbatum atque epiſcoporum & aliorum prælatorum, duobus elapſis menſibus poſt noſtrum in Urbem ingreſſum, præfatus ſanctiſſimus Apoſtolicus diem ſtatuit, ut eo præſidente, Dominis Cardinalibus verbum proponeremus, quod voto gerebamus incluſum. Quarto igitur Kalendas Octobris, vocati coram eodem ſummo Pontifice & Dominis Cardinalibus, in hunc modum petitionem noſtram exorſi ſumus, Vitam S. Joannis tenentes præ manibus.

qua explicat,

B

133 De veſtri luminis plenitudine, tamquam de firmamento cæli nos modicæ ſcintillæ, lucis & ſcientiæ incrementa ſuſcipientes, liquido novimus, quod qui diſcipulos honorat Veritatis, ipſum magnificat, qui eos tales fecit, ut ſuos faceret coheredes. Ecce, ut paucis utar verbis, Reverendiſſimi Patres & Domini, mandragora dedit odorem in portis noſtris: Beatus ſiquidem & eximius Pater Joannes inſtitutor & magiſter Vallumbroſanæ Congregationis & Ordinis, quem Dominus mirabiliter ad ſe traxit, dum ei per crucem caput inclinavit, miraculis quoque & vitæ ſplendore enituit, ſicut ex ipſius geſtis apertius declaratur. Unde ego & fratres mei, vicini quoque epiſcopi & alii eccleſiarum prælati petimus a Sanctitate veſtra, ut ſicut eum firmiter credimus cum ſuo Rege regnare in cælis, ita ipſum in catalogo Sanctorum jubeatis aſcribi in terris; quatenus ejus meritis & interceſſionibus de ſtatu lippientis Liæ ad formoſæ Rachelis perveniamus amplexus.

quomodo petitum,

C

134 His decurſis, genibus curvatis Vitam S. Joannis Domino Papæ obtulimus; quam Dominus Cardinalis Oſtienſis ejus mandato recipiens, diebus tenuit aliquantis. Die igitur prædicto Kalendarum Octobris in pleno conſiſtorio Dominus Papa, commendata plurimum vita S. Joannis prædicti, laudans Congregationem ſuam & ſpecialius domum noſtram, ut de cetero ejuſdem S. Joannis nomen in Catalogo Sanctorum poneretur, & feſtivitas ejus eodem die, quo obiit, ſcilicet duodecimo menſis Julii celebraretur, conſenſu ſuorum fratrum Dominorum Cardinalium, quorum nomina ſubſequenter adnotantur, Apoſtolica auctoritate decrevit, replicando, quod eadem petitio aliis ſummis Pontificibus, ſui prædeceſſoribus, fuerat porrecta, & ſuis ad complendum temporibus reſervata.

D

AUCT. G. C.

135 Huic canonizationi interfuerunt hi presbyteri Cardinales, videlicet: Pandulphus, natione Lucenſis, baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbyter Card. Petrus Placentinus, S. Ceciliæ presb. Card. Jordanus, quondam Abbas Foſſæ novæ, S. Potentianæ presb. Card. Joannes Lombardus, olim Tuſcanen. epiſcopus, S. Clementis presb. Card. Romanus, quondam Primicerius, S. Anaſtaſiæ presb. Card. Hugucio S. Martini in monte presb. Card. Guido S. Mariæ trans Tiberim tit. S. Calliſti presb. Card. Joannes, olim Caſſinen. monachus, S. Stephani in Cælio monte presb. Card. Centius Romanus S. Laurentii in Lucina presb. Card. Sofredus, olim Piſtorien. Canonicus, S. Praxedis presb. Card. Benardus olim S. Frigdiani Canonicus, S. Petri ad vincula presb. Card. Atque Joannes, olim S. Pauli monachus, presb. Card.

& quidam Cardinales presbyteri

E

136 Diaconi Cardinales, qui interfuerunt, hi ſunt: Gregorius S. Mariæ in Portica Diac. Cardin. Gregorius Creſcentii S. Mariæ in Acquiro Diacon. Card. Romani. Lotharius SS. Sergii & Bacchi, natione Campanus, Diac. Cardin. Gregorius Carelli S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin. Diac. Card. Romani. Magiſter Ægidius Anagnius S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardin. Centius Camerarius S. Luciæ Diac. Card., atque Magiſter Petrus Capuanus S. Mariæ in Via lata Diac. Card. Præterea interfuerunt etiam præfatæ canonizationi ex multis & diverſis provinciis in dicto conſiſtorio tanti principis, imo tantorum principum, viri honorabiles, Archiepiſcopus Amalphiæ, Epiſcopus Puteolanus, Epiſcopus Nolanus, Ariminenſis tunc electus, & Electus famoſi monaſterii Fuldenſis de Alemannia, qui eadem hora fuerat confirmatus. Nuntius vero N. Imperatoris Conſtantinopolitani non defuit, atque N. nuntius regis Angliæ; plures alii conclerici & laici, quorum nomina ille novit, qui nos finxit.

diaconi, epiſcopi, aliæque perſonæ honoratiores eidem interfuerunt;

F

137 Cappellani vero prænominati Domini Papæ non defuerunt, qui nobis aſſiſtentes, Te Deum Laudamus, alta voce cantaverunt. Moxque in ipſa celebratione, præſente eodem ſummo Pontifice, ipſius S. Joannis oratio eſt a presbytero recitata. Unde pulvere excuſſo vitiorum ad laudandum in Sancto ejus Dominum ſitis præparati & quia hactenus fleviſtis, tamquam veri filii, de morte Patris, de ipſius quaſi reſurrectione ſpiritum gaudii induatis, & cum Pſalmiſta veraciter decanteris: Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus. Præſens denique gloria, quæ de Sanctorum celebratione

denique fratres ſuos ad gaudium hortatur.

& impetrata ſit S. Joannis Gualberti canonizatio,

A habeat, illius gloriæ & gaudii est imago, quam nullius sensus valet comprehendere, nec
AUCT. G. C. sermo quantumcumque diserte explicare. Ea igitur die, qua vos contigerit litteras tanti tripudii recipere, beati Joannis, Domini & Patris nostri, sicut in sui natalis die, nocturnis & diurnis laudibus studeatis memoriam celebrare, superne Majestatis clementiam attentius imploranter, quatenus sic nos faciat per hujus vitæ stadium currere, nostro duce & patrono præeunte S. Joanne, ut per unum & in uno, qui dicit, Ego & Pater unum sumus, perfecti cursus bravium capiamus. Valete.

Bulla Cælestini III

136 *Hanc epistolæ subnectit Bullam canonizationis anno* 1193, *a Cælestino III editam, quæ exstat apud D. Thesaurum Velium, S. Praxedis abbatem, ante Vitam* S. Joannis Gualberti, *anno* 1612 *Romæ editam, apud Didacum Franchium lib.* 12, *pag.* 516, *& in Bullario Laertii Cherubini tom.* 1, *pag.* 32. *Franchius pag.* 508 *dicit, eam datam esse ad Abbatem & conventum Passinianensem; alii autem duo hunc habent titulum:* Cælestinus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Abbati & Conventui Vallis-Umbrosæ salutem
B & Apostolicam benedictionem. *Tenor Bullæ apud Laertium Cherubinum loco citato est talis:* Gloriosus Deus in Sanctis suis, & in majestate mirabilis, ministros suos, qui sibi veraciter & sincere ministrant, non solum immarcescibili bravio & æterno remunerat, verum etiam in præsenti vita, per exhibitionem plurium miraculorum, commendabiles reddit, &, secundum propheticum verbum, eos facit in æterna esse memoria, & ab omnibus celebriter venerari: Nec enim quisquam Catholicus ambigit, cum & hoc Scriptura sacra testetur, quod in Sanctis suis laudatur Dominus, & qui honorat eos, ipsum Dominum prorsus honorat; ipso attestante qui dicit: Qui vos honorat, me honorat, & qui vos recipit, me recipit. Et item: Quod uni ex meis minimis fecistis, mihi fecistis. Et quidem rationi consentaneum esse probatur, ut, quandoquidem omnipotens Pater Filii sui coheredes eo quo ipsum honore voluit insigniri ipso orante & dicente:
C Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Et rursum: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui in cælis est, homines, qui ex lutea materia sunt, ipsius memoriam celebrent & venerentur in terris, cujus nomen creditur scriptum esse in cælis

quæ Joannem Gualbertum Sanctorum numero adscribit, *lege* Gregorii

139 Hac nimirum consideratione inducti, cum preces dilectorum filiorum nostrorum Georgii* Abbatis & Conventus Passinianensis monasterii, vestrumque testimonium recepissemus & litteras, ut inclitæ recordationis Joannem quondam Abbatem, Vallis-Umbrosanæ Congregationis institutorem, qui Creatoris sui servus prudens extitit & fidelis, & familiæ sibi commissæ in tempore tritici mensuram impendit; & quem, quia fuit super pauca fidelis, post obitum suum super multa Dominus ipse constituit, & multis miraculorum privilegiis insignivit, istis etiam temporibus ut dicitur, incessanter illustrat, Sanctorum Catalogo annumerare & consociare vellemus. Visum itaque est nobis, & communi consilio fratrum insedit, & vicinorum episcoporum & aliorum Prælatorum Ecclesiæ, deberemus de conversatione ejusdem boni Viri D & miraculis testimonia præstolari. Demum vero cum Episcoporum, Abbatum, Priorum, Archidiaconorum, Plebanorum, Præpositorum, Ecclesiasticorum & Monasticorum Conventuum atque aliorum super ejusdem Ministri Jesu Christi vita & conversatione atque miraculis recepissemus testimonia & preces; super canonizando eodem, fratrum nostrorum convenientia requisita & habita, referentes gratias Creatori, qui Ecclesiam suam semper nova prole multiplicat, & tam rosarum quam liliorum flore decorat, prænominatum B. Joannem canonizavimus, & numero confessorum Christi decrevimus adjungendum. Confessorum omnium Regem prece humili deposcentes, ut ejusdem Confessoris, qui sibi propter lucidas & conspicuas placuit actiones, precibus & meritis recolendis, ab instantibus periculis eruamur & in nostris necessitatibus ipsius patrocinium sentiamus.

ejusque virtutes laudat. E

140 Vestræ itaque devotioni per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus de tanti Patroni suffragio, quem genuit & nutrivit ipsa Italia, spiritualiter gratulemini, & ejus memoriam certo die inter alios Confessores veneratione celebri recolatis, ipsius festivitatem colere studeatis, in eo divinam omnipotentiam exaltantes. Si enim, attestante voce Dominica, Deum diligere comprobatur, qui mandata ejus observat, a fructibus prænominati sancti Viri cognoscitur, quod apud Deum possit & debeat pro peccatoribus efficaciter exaudiri; qui Evangelicæ prædicationis non surdus auditor, mundi gaudia, tamquam stercora reputans, dereliquit, & sequens Christi vestigia, non solum in vestro monasterio monasticam religionem instituit, verum etiam septem monasteria fabricavit, & ad ultimum Pallinianense monasterium reparans, in eo præsentem vitam laudabili decessu finivit. Illud tamen inter ejus miracula primum & præcipuum invenitur, quod pro quodam opere misericordiæ cuidam in se delinquenti, ante ipsum in modum crucis prostrato, provide & clementer exhibito, imago Crucifixi ei, adhuc in seculari militia existenti, caput dicitur inclinasse. Dat. Laterani secundo Non. Octobris Pontificatus nostri anno tertio. F

Annotatur quædam discrepantia circa dies subsignationum

141 *Circa diem hujus Bullæ subsignatum quamdam adverto in diversis editionibus discrepantiam. Didacus Franchius lib.* 12, *pag.* 519, *in fine ita subscriptum legit.* Datum Laterani, 1 Nonas Octobris Pontificatus nostri anno tertio. *Si per hoc intelligat pridie Nonas Octobris, in assignanda die sexta Octobris cum Laertio Cherubino conveniet. Thesaurus Velius supra citatus, omisso die, subscriptionem sic edidit.* Datum in Lateranensi nostro palatio anno Domini 1193 anno 111 Pontific. nostri. *Alphonsus Ciacconius Historiæ suæ tom.* 1, *col.* 1153, *in assignando canonizationis die certo erravit ita scribens:* eodem anno 1193 Cælestinus Pontifex Joannem Gualbertum in Sanctorum numerum retulit Kalendis Septembris. *Error hic eodem tomo col.* 1155, *in additionibus Villorelli aliorumque sic corrigitur:* 11 Non. Octob. anno 3 Pontificatus id præstitit Cælestinus Constit. 2, Gloriosus Deus &c. *Forte Ciacconius unum mensem pro altero posuit, voluitque dicere, id factum esse Kalendis Octobris; quod de edita ipso die Bulla intelligi non deberet,*

sed

Digitized by Google

A *ſed de canonizatione Romæ facta, uti teſtatur in litteris ſupra allatis Gregorius Paſſinianenſis Abbas his verbis*: Die igitur prædicto Kalendarum Octobris in pleno conſiſtorio Dominus Papa .... ut de cetero ejuſdem S. Joannis nomen in Catalogo Sanctorum poneretur .... Apoſtolica auctoritate decrevit.

142 *Aliud præterea quidpiam circa hanc Bullam obſervavi, quod ſatis combinare nequeo. Franchius lib.* 13, *Hiſtoriæ ſuæ pag.* 508 *&* 516, *ait, tres ejuſdem tenoris Bullas, variatis inſcriptionibus, a Pontifice miſſas eſſe; Primam quidem ad Epiſcopos Tuſciæ, alteram ad Præſules Langobardiæ, tertiam denique ad Abbatem Paſſinianenſem. Huic ultimæ, pagina* 519, *ad marginem dextorum ſubſcribit*: Datum Laterani I Nonas Octobris; *ad ſiniſtrum vero*: Dat. Lateran. VIII Idus Octobris Pontificatus &c. *Hæc dictorum differentia facile explicari poſſet, ſi Franchius unum Bullæ exemplar Abbati Paſſinianenſi, alterum Abbati Vallumbroſano miſſum eſſe diceret.* *aliaſque minutiores Bullæ circumſtantias.*

Verum cum tantummodo unum proferat exemplar, illudque directum eſſe contendat ad Abbatem Paſſi-
B *nianenſem, quomodo hæc dictorum varietas in ipſius ſyſtemate componenda ſit, diſcere cupio. Puto ego Bullam ſuperius ex Laertio Cherubino tranſcriptam dirigi ad Abbatem Vallumbroſanum; id ipſe clamat contextus, in quo præter alia, quæ attente legenti occurrent, hæc de* S. Joanne Gualberto *dicuntur*: Sequens Chriſti veſtigia non ſolum in VESTRO monaſterio monaſticam religionem inſtituit, verum etiam ſeptem monaſteria fabricavit, & ad ultimum Paſſinianenſe monaſterium reparans, in eo præſentem vitam laudabili deceſſu finivit. *At hæc verba* in veſtro monaſterio *apud Franchium & Theſaurum Veterum non leguntur; quæ, utrum ab his, an ab aliis ſuppreſſa ſint, neſcio. Saltem, teſte Franchio pag.* 519, *Purpurati Patres anno* 1595, *Bullam canonizationis omni vitio carere declararunt; quod nobis ſufficit.*

143 *Anno* 1194 *idem Cæleſtinus, feſtum* S. Joannis Gualberti *ſolenni pompa celebrari vo-* *Litteræ Cæleſtini III. tribus epiſcopis miſſæ*
lens, has dedit litteras, quas exhibet Theſaurus Veterum ante vitam S. Joannis, *& Didacus Franchius pag.* 520: Cæleſtinus epiſcopus ſervus
C ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus Aretino, Senenſi, & Piſtorienſi epiſcopis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Saluti noſtræ plurimum credimus expedire, ſi eorum interris celebrem habeamus memoriam, eorum merita ſolennibus recolendo præconiis, quorum in cœlis ſperamus interceſſionibus aſſiduis adjuvari. Hinc eſt igitur, quod, cum dilectus filius noſter Gregorius abbas monaſterii de Paſſiniano ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſet, & de ſancta converſatione, vita & meritis B. Joannis confeſſoris, cujus venerabile corpus in ejus eccleſia requieſcit, plurima certa indicia coram nobis & fratribus obtuliſſet; Nos auditis virtutum ejus & miraculorum inſigniis, & quod inter carnales ſpiritualem, inter homines etiam converſationem angelicam habuiſſet, ipſum, qui corporaliter diſſolutus cum Chriſto jam eſſe meruit, ne debito ipſius honori & gloriæ quodammodo detrahere videremur, ſi ſanctificatum a Deo permitteremus ulterius devotionis humanæ carere veneratione; de Fratrum noſtrorum conſilio Sanctorum Catalogo cenſuimus adſcribendum.

144 Cum igitur lucerna ejus ſic arſerit hactenus in hoc mundo, quod per Dei gratiam jam non ſub modio, ſed ſuper candelabrum meruerit collocari, in ſe ardens per opera caritatis, aliis lucens per exemplum; Fraternitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus a prædicto Abbate & fratribus ejus fueritis requiſiti, ad jam dictum monaſterium pariter accedatis, & cum honore & reverentia, quam in talibus adhiberi oportet, corpus ſancti Viri ab eo loco, in quo poſitum fuerat, ſicut decet ſanctum, ſolenniter exigentes, devotionem fidelium ad veneration-em ipſis ſalubriter excitetis, ipſumque feſtivitate ſolenni pronuntietis conſtituto die annis ſingulis ſpecialiter excolendum. Datum Lateran. x Kalend. Junii Pontificatus noſtri anno quarto. *Hæc cum editione Theſauri Veterum conveniunt, præterquam quod in fine Theſaurus ita ponatur*: Datum Romæ apud ſanctum Petrum x Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno quarto. *Scio quidem hæc cum prioribus non pugnare, ſed hoc diſcrimen, licet exiguum, ſignifico, ut omnes intelligant, nos more noſtro etiam minuta quæque obſervare.* D AUCT. G. C. *ut corpus Sancti ſolenniter elevent, eumque anno feſto celebrent.* E

145 *Hoc Breve Cœleſtini III, neſcio qua de cauſa, executioni mandatum non fuit; ita ut Innocentius III ejus ſucceſſor poſt aliquot annos novas dederit litteras, quibus Epiſcopum Florentinum & Feſulanum ad celebrandum S. Joannis feſtivitatem hortatur. Eæ apud Franchium pag.* 522, *ſic habent*: Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Florentino & Feſulano epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. In litteris bonæ memoriæ Cœleſtini prædeceſſoris noſtri perſpeximus contineri, quod cum ipſe de beati Joannis confeſſoris, cujus corpus in monaſterio de Paſſiniano quieſcit, vita & meritis & converſatione laudabili, & quod idem Sanctus poſt obitum ſuum miraculis plurimis & virtutibus coruſcari per oblata indicia & probata, plenam notitiam habuiſſet, & eum cum Chriſto regnantem Chriſtianorum deberet devotio venerari, de fratrum ſuorum conſilio ipſum Sanctorum Catalogo cenſuit adſcribendum, Aretino, Senenſi & Piſtorienſi epiſcopis, datis litteris Apoſtolicis in mandatis, ut cum ab Abbate & fratribus monaſterii memorati requiſiti fuiſſent, ad ipſum monaſterium pariter accedentes & cum reverentia & honore, qui debet in talibus adhiberi, corpus Confeſſoris prædicti ab eo loco, in quo poſitum fuerat, ſicut decet Sanctum, ſolenniter elevantes, devotionem fidelium ad veneration-em ipſius ſalubriter excitarent, & ſolennitatem ejuſdem annis ſingulis ſuo die ſtatuerent excolendam; ſed per eos mandatum Apoſtolicum non fuit mancipatum. *Cum Cæleſtini III decretum non fuiſſet executioni mandatum,* F

146 Volentes igitur, ut tanti Viri memoria, de quo exultatio eſt Angelis Dei, apud homines celebris habeatur, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, juxta quod idem prædeceſſor noſter mandaverat, exequi procuretis tam liberi animo, quam devoto. Datum Lateran. VI Kalend. Aprilis Pontific. noſtri an. tertiodecimo. *Hanc Innocentii epiſtolam brevi effectum ſuum conſecutam eſſe, ita tradit Jacobus Miadrio in Chronico*: Anno MCCX, die decima *Innocentius III ejus ſucceſſor idem officium renovavit.*

Digitized by Google

A AUCT. G. C. Octobris, per Joannem episcopum Florentinum, & Raynerium episcopum Fesulanum, aliosque plures in dignitate constitutos, de consensu Domini Papæ magna cum devotione translatum fuit corpus S. P. N. Joannis. *Ubi autem repositum fuerit, indicant hæc Breviarii Vallumbrosani verba apud Franchium lib. 12, pag. 324 citata:* Magna cum veneratione & hymnis & canticis spiritualibus Reliquias sanctissimi Joannis ex eo loco, quo in die depositionis suæ locatæ fuerant, extraxerunt, & in alteri, ad sinistram intrantibus posito, recondiderunt in eodem Passinianensi monasterio. *At jam finem fine sensu ad sacras exuvias delapsus sum, de quibus sigillatim differam paragrapho sequenti, postquam aliqua de Sancti cultu præmisero.*

§ XII. S. Joannis Gualberti cultus, reliquiæ & gloria posthuma.

B *S. Joannem Gualbertum memorant ex Horis Usuardi,* QUamvis *Sancti nostri cultum, summorum Pontificum decretis satis firmatum, pluribus stabilire non sit opus, tamen ut consuetam Majorum nostrorum in illustrandis Sanctorum Actis methodum sequar, paucas Martyrologiorum quorundam annuntiationes enumerabo. Auctaria Usuardi, non ita pridem illustrati, pari consensu eum celebrant. Florentini codices in quibusdam vocalis discrepantes ita fere omnes enuntiant:* In Tuscia, in territorio Florentino, apud monasterium sancti Michaelis de Pasignano Fesulanæ diœcesis, transitus sancti Joannis abbatis, fundatoris Ordinis Vallis-Umbrosæ, qui vivus in sæculo se totis viribus mortificavit pro Christo. Hujus venerabilis obitus exstitit anno Incarnati verbi MLXXIII [alias MLXXIV.] Tamen festivitas fit in Tuscia VI Idus Octobris. *Belinus sic habet brevius:* Item sancti Joannis Gualberti. *Eodem modo Molanus, nisi quod in ejus editione minoribus typis addatur:* Cujus vitam edidit Blasius Milanesius; *quæ additio videtur esse Molani, qui forte aliam S. Joannis Gualberti Vitam non noverat.*

& omnes Martyrologi recentiores. 148 *Memorant eumdem Sanctum omnes Martyrologi recentiores, e quibus paucos selegisse sufficiet. Petrus Galesinius, sic refert:* Passiniani in finibus Florentinorum sancti Joannis Gualberti confessoris, qui rerum humanarum despicientia & magnitudine pietatis excellens, Vallis-Umbrosæ Ordinem instituit; cujus Viri sanctitate, quæ & multis miraculis spectata est, & in religiose pieque factis mirifice eluxit, cognita, Cœlestinus tertius, Pontifex Maximus, illum in Sanctos retulit. *Arnoldus Wion in Ligno vitæ lib. 3, quarto Idus Julii sic eum annuntiat:* In monasterio Passiniano prope Florentiam depositio sancti Joannis Gualberti abbatis, institutoris Ordinis Vallis-Umbrosæ, sanctitate & miraculorum gloria clarissimi. *Denique Martyrologium Romanum XII Julii ita habet:* In monasterio Passiniano prope Florentiam S. Joannis Gualberti abbatis institutoris Ordinis Vallis-Umbrosæ. *Fusioribus elogiis seu Vitæ extremis eum exornarunt Franciscus Haræus in Compendio Sanctii, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino, Hugo Menardus & Benedictus Dorganius in ejusdem Ordinis Calendario, aliique quibus hic supersedeo.*

149 *Possem præterea adferre quædam publicæ D Laudum Hetruscæ cantilenæ supplet eorum Latinum, quod S. Gualberti virtutes & miracula continet.* *venerationis indicia, atque inter alia cantilenam Hetruscam, jam a tribus sæculis in S. Joannis Gualberti honorem concinnatam, quæ plus quam sexaginta strophis ejus virtutes & miracula complectitur. Verum cum nimis prolixa sit, & ex antiqua lingua Italica magno labore in Latinam conversa rhythmi leporem & vernaculum simplicitatem perderet, facile locum ejus supplebis hymnus Sapphicus ex Breviario Vallumbrosano descriptus, qui est veluti quædam prædictæ cantilenæ synopsis. Is itaque sic habetur apud Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ die XII Julii.*

Dum Crucis signum videt hic in hoste,
Parcit, & constans odium remittit:
Orat in templum*, caput ecce Christi
Flectit in illum. * *lege* templo.
Postea sæclum fugiens malignum,
Se suis vestes manibus Joannes
Induit sacras, monachusque servit
Religioni.
Hic Dei zelo jugiter perardens, E
Utque vir fortis, vitium duorum
Præsulum pandens, populum cuentem
Tersit omnem.
In via pergens, inopi reperto
Unicum panem dedit, ac recepit
Ipse tunc ternos; Deitas suprema
Misit ad illum.
Vallis-Umbrosæ struit inde sacra
Tecta Vir sanctus, simul atque secum
Edocet multos homines beatam
Ducere vitam.
Dum tegit culpas monachus pudore,
Detegit illas humili Joannes
Voce, ne frater pereat silendo
Propter omissi.
Fluctuat demens rapidis in undis
Invocat Sanctum metuens aquarum
Impetus Arni, columis fit amens
Intus & extra.
Nubium plenus minitatur aer,
Dum suas fratres properant aristas,
Ut terant, orat; penitus refugit
Nubibus aer.
Dum tenet lætus monachus malignum
Spiritum, formam leporis gerentem
Nescius, Sanctus metuens retexit,
Ne cadat ille. F
Carne non audent monachi, carentes
Pane, so vesci; prece supplicantis
Angelus panes tulit, atque cunctis
Trusit orexim.
Mane consurgens onerat petentes
Pauperes moltos, minuitque numquam
Triticum, dum dat; gravior sed arca
Semper abundat.
Jussit occidi rapidum sequentem
Buculas ursum; properavit ultro
Ursus ad mortem patienter, æque
Si foret agnus.
Transit illæsus monachus per ignem.
Pontifex signo removet scelestum
Præsulem viso, metuens docentem
Dogmata falsa.
Cessit e vita meditans olympum
Corpus in terris veneratur hujus;
Spiritus lætus superam petivit
Protinus aream.
Ecce nunc fagus memor est Joannis:
Flore nam cunctis foliisque fagis,
Singulis

A Singulis annis prior, & videtur
Omnibus ista:
Ante sacratum tumulum Joannis
Fit salus ægris, medecina sessis,
Lumen orbatis, fugiuntque monstra
Tartaris atra:

Romani PP. & Respubl. Florentina Sancti cultum auxerunt.

Romani Pontifices ejusdem Sancti cultum magis magisque paulatim promoverunt: Nam Clemens VIII decrevit, ut de eo fieret commemoratio in Officio Ecclesiæ Romanæ. Dein Clemens X permisit de eo recitari Officium proprium ritu semiduplici. Tandem Innocentius XI jussit, ut ritu duplici legeretur ipsius Officium, prout hodiedum est in Breviario Romano. Respublica Florentina jam ab anno 1300 publicum edidit decretum, quo sub mulcta pecuniaria jubentur claudi officinæ & tabernæ die sancto Gualberto *sacro. Hoc publicæ venerationis testimonium, in archivis Vallumbrosanis conservatum hic indicasse sufficit. Hæc de cultu. Nunc de reliquiis, aliisque monumentis*

B *ad Sanctum nostrum spectantibus, agamus.*

Corpus Sancti & variæ ejus reliquiæ honorifice in Italia conservantur.

150 *Corpus* S. Joannis Gualberti, *paulo post ejus obitum, ut utraque navrant Acta, reconditum est in monasterio Passiniano; quod ut majori cum splendore conservaretur, R. D. Aurelius vulgo Forolivienſis anno 1580, sacellum eleganter exornavit, & magna cum pompa ac præsulum frequentia sacra esse recognita ac visitata marmoreo tumulo condidit. Caput ibidem in prima translatione inclusum fuerat peculiari thecæ, quam R. D. Placidus Pavanellus Patavinus circa annum 1440 multo pretiosiorem reddidit. R. D. Columbinus de Alphianis concessit ecclesiæ Florentinæ sanctissimæ Trinitatis maxillam S. Patris* Gualberti, *quæ anno 1586, in sacello ejusdem ecclesiæ collocata est. Brachium dexterum bis miraculose ad Vallem-Umbrosam delatum est, uti pluribus describit Thesaurus Veltus inter miracula, post* S. Joannis *Vitam impressa, cap. 4, 5. 6, 7, 8, 9 & 10. Franchius lib. 10, pag. 370 & seqq. De eadem prodigiosa brachii translatione videri potest Hieronymus Radiolensis in miraculis, hic post utramque Vitam edendis, num. 7, 8, & seqq. In eadem Vallis Umbrosæ monasterio servatur crux, qua* S. Joannes Gualbertus *dæmones fugare solebat, de qua præter Thesaurum & Franchium agit Hieronymus Radiolensis in Miraculis mox citatis num. 5 & 6. Franchius lib. 10 pag. 361, hanc putat esse eamdem, quam* S. Gualbertus *Petro Igneo innoxie flammas transeunti gestandam dedit. Quidquid sit de ea re, constat, crucem illam miræ virtutis esse contra dæmones, ita ut anno 1634, a R. D. Valentino Balduino abbate argenteis ornamentis fuerit condecorata. Denique ibidem olim ostendebatur imago Crucifixi, quæ S. Joanni caput inclinavit. Hanc vero nuper Florentiam translatam esse dixi § 2, hujus Commentarii num. 18.*

C

Sepulcrum S. Joannis Gualberti.

151 *Hæc omnia Papebrochius noster, testis oculatus confirmat in schedis post mortem relictis, in quibus inter alias itineris sui Italici, anno 1660 cum Henschenio instituti, observationes hæc notavit:* Ad corpus B. Joannis Gualberti celebravimus in monasterio Passiniano. Est istud in proprio sacello post altare intra murum reconditum, marmoreoque obtectum lapide, super quem ipsius Divi ex marmore elegans statua in cubitum innixa jacet, capite versus populum erecto, & manu dextra, quæ ad genu pertingit, crucem tenens. Sub ipso lapide hæc inscriptio legitur.

D. O. M.
D. Joanni Gualberto civi Florentino, Val-

lumbrosani Ordinis Fundatori, Italiæ Simonia atque hæresi miraculis liberatori, viro vitæ sanctissimæ ac ideo per Cœlestinum III Pont. Max. Kal. Oct. MCXCIII Canonizato; Patri Opt. Abbas hujus monasterii Passin. humilis filius, ut ejusdem S. Viri corpus hac in arca, in qua illud nunc jacet, digne conderetur, hæc monumenta pietate erexit an. D. MDLXXX. Obiit IV [*Idus*] Julii MLXXIII. Vixit annis LXXXVII. D AUCT. G. C. Z

Vera ejus effigies.

152 *Dubito, an Papebrochius hac scribens non amiserit unum ætatis annum, ut facile contingit: Nam, ut supra dixi, recepta jam est apud Vallumbrosanos sententia, Sanctum Patrem suum* LXXXVIII *annis vixisse. Eumdem annorum numerum subscriptum invenio effigiei ejus, quam juxta exemplar Musei serenissimi magni Ducis Etruriæ hic ære incisam exhibeo. Hanc acceptam referimus D. Germano Ruini, sacrificæ Vallumbrosanæ, qui in epistola ad Papebrochium data ait, eam esse veram S. Joannis Gualberti effigiem. Nos eam exactissime delineari curavimus, ut omnibus illam cum Florentino exemplari conferentibus patebit. Eo ipsam.*

& aliæ illius reliquiæ

153 *Reliqua sacra monumenta ipse visa sic describere pergit Papebrochius:* Caput ibidem est in herma argentea; Maxilla in monasterio S. Trinitatis de Florentia; Brachium in Vallumbrosa in antiquo & eleganti 4 pedum ciborio involutum pannis, ubi & cuspis Dominici clavi, in vicem manus ex hoc brachio missæ, per S. Ludovicum donata, pulcra in remonstrantia spectatur. Ibidem crux lignea vilis, alias magnæ adversus dæmones potestatis, argentea grandi inclusa. Crucifixi, qui eidem in templo S. Miniatis caput inclinavit,

A vir, imago sub eleganti marmoreo tabernaculo ibidem ante chorum visitur, sed coloribus omnino jam exoletis. Ad pedem montis arctissima semita abscedit ad latus, ubi erectum tabernaculum pictura sua locum indicat, in quo inimico occentrens S. Joannes ipsum se vidit. In pariete sinistræ alæ Crucis insertus est lapis religiose cœctus, qui corpus S. Joannis Gualberti per 300, & quod excurrit, annos texit. Imago altaris ejus miracula representat.

AUCT. G. C.

Alia ejusdem reliquia in variis Italiæ locis inveniuntur.

194 *Præter hæc sacra monumenta a Papebrochio memorata, alia in variis Italiæ locis reperiuntur ejusdem Sancti reliquiæ: Franchius lib. 12, pag. 526 alii; dentem alteramque ossium partem a D. Tiberio Corsolino Romam fuisse delatas, atque anno 1585, in ecclesia S. Praxedis collocatas; pagina vero sequenti scribit, partem digiti sinistræ manus in ecclesiam Portoliverisem S. Mercurialis anno 1587 fuisse translatam, ac ibidem in sacello, quod eidem Sancto dedicatum est, honorari. Idem scriptor lib. 7, pag. 187 asserit, cuculium S. Joannis Gualberti in monasterio S. Salvii a monachabus Vallumbrosanis conservari; Hujus cuculli partem, articulo digiti majorem, a P. Janningo nostro mihi traditam, studiose conservo, una cum Italico testimonio, quo D. Bruno Tozzi, Cancellarius Ordinis anno 1700, die 4 Aprilis fidem facit, has veras esse S. Gualberti Reliquias. Paulus Mafinius in sua Bononia perlustrata XII Julii, invenit in templo Religiosarum S. Catharinæ in platea majore ejusdem Sancti reliquias, additque illic esse puteum jam a multo tempore exstructum, in quo est aqua e fonte S. Joannis Gualberti, ad quam devote hauriendam multi homines concurrunt. Non dubito quin etiam in alia ejusdem Ordinis monasteria dispertitæ sint aliquæ ejusdem Sancti exuviæ. Sed hæ sunt præcipuæ, quas post operosam inquisitionem in Italia invenire potui. Nunc etiam de iis agemus, quæ in alias regiones dicuntur translatæ.*

B

Manus Sancti in Galliam translata,

195 *Non intra solos Italiæ fines sacra* Joannis Gualberti *ipsaria continentur, sed a regibus expetita, in Galliam & Hispaniam fuerunt transmissa. De translatione Reliquiarum in Galliam præter Thesaurum Velum, Locatellium, Franchium alioſque Vallumbrosanos, Michael Poccianius Ordinis servorum B. Mariæ Virginis in Catalogo scriptorum Florentinorum pag. 30, agens de Benigno abbate Vallumbrosano, hæc scribit*: Hic Pater Ludovico Francorum regi brachium S. Joannis Gualberti concessit, quod postmodum Parisiis delatum; [&] eidem S. Viro templum dedicatum est, Vallumbrosella dictum. *Manum tantummodo pio Regi concessam fuisse tradit cum aliis Vallumbrosanis scriptoribus Bernardus Del Sera, ita apud Franchium lib. 12, p. 526, ad marginem citatus*: Ludovicus Franciæ rex, accepta ab abbate Benigno dextri brachii (*sinistri partem fuisse vult Hieronymus Radiolensis, teste eodem Franchio lib. 8, pag. 273*) manu S. P. N. Joannis, quam effigiaverat, pro ea monasterio Vallis-Umbrosæ crucem unius palmi auream, pretiosissimis gemmis distinctam, cum particula ligni Crucis Christi dono dedit.

C

ab quem dicitur S. Ludovicus templum & monasterium ædificasse

196 *Historici Vallumbrosani cum Poccianio non citato narrant, S. Ludovicum, præter venerandæ Dominicæ Passionis instrumenta, ad Vallem Umbrosam in grati animi signum transmissa, S. Joannis Gualberti honori templum ac monasterium Parisiis ædificasse. Id inter alios Bernardus Del Sera, apud Franchium lib. 8 pag. 276 citatus, asserit his verbis*: Rex Franciæ, accepta a B. Benigno S. Joannis dextri brachii manu, ad Dei & ipsius sancti honorem instituit Ordini magnum monasterium, quod Vallumbrosella appellavit, in quo multa divitiarum ornamenta collocavit. *Addit Locatellus lib. 1 cap. 90 ex testimonio Hieronymi Radiolensis, quosdam monachos Gallos ex hoc monasterio Vallumbrosellensi anno 1450 venisse ad Vallem Umbrosam, qui testabantur, per hanc sanctam manum in Gallia plurima & maxima patrari miracula. Quidquid sit de hujus templi ac monasterii fundatione, de qua ne vel minimam dubii suspicionem movere volo, saltem nulla hoc tempore utriusque memoria Parisiis exstat, ut fatentur illi, qui antiquitates Parisienses sedule examinarunt. Utrum autem hi monachi Vallumbrosellenses omnino defecerint, an nimirum nomine in aliam religiosam Congregationem transierint, ignoro.*

D

Amiculus manus in Hispaniam delatus magnam Sancto gloriam attulit.

197 *In Hispaniam etiam ejusdem Sancti reliquiæ summa cum veneratione receptæ fuerant; qua de re Chrysostomus Talentus in oratione panegyrica B. Attonis ita loquitur pag. 19.* Vallumbrosana respublica inclytæ recordationis Philippo secundo jure innumeras debet gratias, quod, a sereniſſimo Francisco Medicæo Etruriæ magno duce sanctissimi Patris nostri sinistræ manus articulo quodam obtento, gloriosum illius nomen in tota Hispania celeberrimum fecit. *Non dubito, quin per has aliasque S. Joannis Gualberti Reliquias multa recentiora facta sint miracula, quæ ad nostram notitiam non pervenerunt. Quis enim salutiferam virtutem sacris ossibus deneget, si aqua sola sancti Viri attactu sacrata tantam habeat vim ad pellendos morbos, ut ad eam hauriendam febricitantes certatim confluant, & sæpe sanitatem, diu frustra optatam, obtineant. Id testantur fontes & putei Bononiæ, Florentiæ & alibi, S. Joannis memoria & miraculis celebres, quorum efficaciam prodigiosis quibusdam exemplis probat Locatellus lib. 1 cap. 112. Nimis longum foret singulis hisce gloriæ post humanæ monumentis immorari; sufficiet de præcipuis pauca dixisse.*

E

Fontes Sancti memoria celebres & miraculis clari.

198 *Fons est in Valle Umbrosa, in quem sanctus* Joannes *sæpe pedes & manus intinxisse fertur. Teste Hieronymo Radiolensi, abest a monasterio quingentis passibus; tanta autem religione olim conservabatur, ut per plura sæcula eodem sopho & herba, quemadmodum tempore S. Joannis erat, cingeretur nec vellent antiqui patres Vallumbrosani reverentiæ causa illum exsculptis exornare lapidibus. Idem auctor narrat, hujus fontis aqua varios morbos fuisse curatos; qua de re suo loco postea agemus. Didici autem ex Franchio lib. 4 pag. 79, jam hunc fontem altari & Oratorio esse exornatum (eorum figuram ovi incisam in suo indice exhibet) locumque, Sancti Reliquiis sacrum, a peregrinis & ægrotis pietatis causa plurimum frequentari. Alter fons est, teste Locatello lib. 1 cap. 112, vicinus monasterio Passignano, etiam miraculis clarus, in quo miraculose dicuntur capti duo lucii, uti narratur in Vita per B. Andream & B. Attonem scripta.*

F

Prodigiosa sanctitatis monumentum in Valle Umbrosa servatur fagus.

199 *Aliud denique prodigiosum Gualbertinæ sanctitatis monumentum in Valle Umbrosa servatur de quo post B. Andream n. 13 sic scribit Andreas Januensis in Vita cap. 11.* Quædam arbor, quæ fagus dicitur, quæ a loco, ubi beatus Joannes morabatur, parumper supereminendo sejungebatur, licet multas arbores circa

A circa se ejusdem generis haberet, ante omnes tamen per multos dies omni anno floribus rutilabat, frondibus vernabat, omnesque supergrediens, ceteris amplius floret, frondesque conservabat. *Idem prodigium confirmat hic Versus, ex hymno Vallumbrosano supravelato desumptus.*

Ecce nunc fagus memor est Joannis:
Flore nam cunctis foliosque fagis
Singulis annis prior & videtur
Omnibus ista.

Quin imo annuum hoc miraculum tempore suo perstitisse testatur Didacus Franchius lib. 4. pag. 89; additque fagum illam anno, quo scripsit aut impressit S. Joannis Gualberti vitam, prudenter novo aggere fuisse firmatam, ne paulatim decurrentium aquarum impetu eradicaretur.

160 *Joannes Mabillonius de prodigiosa hac fago altisque monumentis anno 1686 a se visis scribit sequentia in Itinere suo Italico tom. 1 pag. 183.* Vallumbrosa situm habet maxime solitarium in clivo altissimi montis, qui monasterio ex parte Orientis incumbit. Prospectum habet versus septemtrionem in subjectam vallem unius fere milliario. In edito montis aggere sita est cella sancti Joannis Gualberti..... & non longe inde exstat fagus, sub qua per multos annos delituit Gualbertus, quæ hactenus, novis furculis subinde succrescentibus, ante omnes alias fagos virescit, & post omnes virorem suum conservat. Sancti Johannis corpus Passinianæ, unum ejus brachium apud Vallumbrosam habetur cum ejusdem Psalterio & manuali precum quotidianarum; item acies seu acumen clavi Dominici, in suum monasterium a sancto Ludovico Francorum rege (ut perhibent) dono transmissum; quod sane acumen in clavo illo, quem ad sanctum Dionysium prope Parisios asservamus, desideratur. In Psalterii litaniis post sanctos Benedictum & Maurum sanctus Placidus invocatur. Multæ sunt ibidem aliæ beatorum domesticorum reliquiæ, quorum elogia Hieronymus de Raggiola ejusdem loci monachus scripsit ad Laurentium Medicem. *Hæc de cultu, reliquiis & monumentis posthumis dicta sufficiant; Nunc ipsa Sancti Acta ab antiquis ac beatis auctoribus scripta, dein miracula, ac denique solennem Crucifixi translationem, eo, quo promisimus ordine, exhibeamus.*

eius-dem Vallumbrosa cœnobium.

B

C

VITA

AUCTORE BEATO ANDREA ABBATE STRUMENSI,

Ex Ms. Vallumbrosano, quod nuper e latebris eruit R. D. Joannes Aurelius Casari.

CAPUT I.

S. Joannis Gualberti natales, ingressus in monasterium, Simoniaci abbatis derelictio, & in Vallem Umbrosam adventus.

a [TEmpore quo Simoniaca *a*, & Nicolaitarum *b* hæreses per Tusciam, & pene per totam Italiam, diebus Henrici *c* Imperatoris Ecclesiam Catholicam in locis plerisque fundabant, erat quidam nobilis, Gualbertus nomine, vir militaris, patria Florentinus, habens duos filios, quorum unus Ugo; alter Johannes vocabatur: Qui secundum etymologiam sui nominis (gratia Dei *d*) variis virtutum operibus insignitus est, ut in hoc opusculo de ipsius sacra conversione, ac piis moribus, in sequenti clarebit. Iste dum satis carus parentibus ac vicinis, & qui eum noverant, pro honestate morum suorum vehementer existeret, accidit, ut quidam, maligno spiritu commotus, quendam propinquum ejus occideret; unde occursum ejus, aliorumque parentum, qui de consanguinitate defuncti erant, præfatus homicida modis omnibus devitabat.

b Sed jam propinquaverat tempus, quo gratia divina misericorditer declararet in Johanne, quis futurus esset; & qualis ac quantus in exemplum humilitatis, & misericordiæ fidelibus multis esse deberet. Qui dum uno die cum armigeris suis Florentiam ire disponeret, in eodem itinere præfatum homicidam qui propinquum ejus interfecerat, ex improviso obvium habuit, in loco, quem hc arcta semita comprimebat, ut neuter posset in partem aliam declinare. Quem dum homicida prædictus venientem eminus conspexisset, desperatus vita, protinus semetipsum equo projiciens, in terram vultu demisso, expansis manibus in modum Crucis, moribundus suum interitum expectabat. Juvenis autem benignus videns eum taliter ex nimio timore solo procumbentem, misericordia motus in eum, pro sanctæ Crucis reverentia, quam brachiis & manibus signabat, indulgere sibi *e* disposuit, & ut cito surgeret, nec timeret, admonuit.

c Postquam autem inimicum in pace transire permisit, ac de cetero libere, quocumque vellet, abire concessit, progressus paululum, ad quamdam venit Ecclesiam; quam cum oraturus ingreditur, Crucem ejusdem ecclesiæ caput sibi flectere contuetur, quasi gratias eidem redderet, quia pro reverentia ipsius suo inimico misericorditer pepercisset. Et quid mirum, si Omnipotens sibi hujusmodi reverentiam per imaginem sui Crucis tunc voluit exhibere, quem suo timori subditum, obsequio deditum, & circa proximum visceribus caritatis undique plenum vidit? Ipse se amantes amat, servientes remunerat, seque glorificantes glorificat. Eadem vero Crux pro indicio tanti miraculi, in Monasterio sancti Ministis tunc usque *f* sub multa cautela servatur. Famulus autem Domini hæc videns, admiratus & nimis pavidus factus, cœpit secum cogitare, quomodo melius posset Deo placere, credens & in animo suo sæpe volvens, quanta foret præmia recepturus in cælo, si Domino pro viribus deserviret, qui tantum tamque præclarum miraculum pro parvo obsequio, sicut ei videbatur, apparuisse cognoverat.

d Disposuit itaque intra semetipsum odium mundi concipere, terrenos honores, falsasque divitias ejus prorsus abjicere, ac solicite cogitare, quanta gloria justis, quanta pœna promittatur injustis, & quam vanum sit, spem in caducis rebus prius ponere, & post æternis

D AUCT. B. ANDREÆ EX MSS. *J. Joannis Gualberti natalis.*

Clementia erga inimicum.

E

Visa Crucifixi sese inclinantis miraculo.

F

f *infelix permittebat.*

Digitized by Google

A æternis ſuppliciis ſubjacere. Dum talia, pro-
AUCT. gredicns itinere quo tendebat, anxius cogi-
B. AN- taret, venit juxta civitatem, ubi ſuo armi-
DREA gero præcipiens ait: Vade ad hoſpitium ubi
EX MSS. ſolemus deſcendere, & quæ nobis & equis ſunt neceſſaria, concitus præpara. Socius autem, ſicut ei dominus imperaverat, fideliter eſt executus. Recedente eo, ſervus Domini Johannes, afflatus divino ſpiritu, ab itinere, quod cœperat, divertit, & ad Monaſterium ſancti Miniatis abſque mora pervenit. Et deſcendens equo, Monaſterii Abbatem mox quæſitum humiliter poſtulat, audire deſiderium ſuum, & ad effectum ex caritate Dei producere, aperiens ſibi miſericordiam, quam prædicto homicidæ clementer impenderat, & qualiter eccleſiam poſt ingreſſus, Crucem ſibi flectere caput aſpexit, unde ſuæ converſionis initium concepiſſet.

veligido vitæ inſtitutum amplectitur,

2 Tunc Abbas audito de Cruce, quod ei intimaverat, inauditum miraculum, & ſtupendum fore perpendens, conſuluit ei, mundum, ejuſque gloriam per omnia derelinquere. Verumtamen optans ejus velle plenius ſcire conſtantiam, & perſeverantiam probare, cœpit ei dura & aſpera prædicere, & quod homo, corpore validus, juventute
B floridus, non facile poſſet monaſticam pauperiem tolerare. Cui Johannes, non, inquit, appetenda eſt gloria temporalis, quæ cito tranſit, nec corporis fortitudo; quæ quotidie deficit. Cumque hæc & his ſimilia loquerentur, nec Abbas ad plenum voluntati ſuæ reſponderet, famulus quem Florentiam miſerat, Dominum ſuum non venire conſiderans, domum rediit, & quæ facta fuerant, de eo genitoribus retulit.

a quo pater eum averiere

6 Unde Pater turbatus Florentiam venit, & totam civitatem per notos inquirit, quid de filio ſuo factum eſſet ſcire deſiderans; per eccleſias quoque diſcurrens, & ad Monaſterium ſancti Miniatis veniens idem inquirit. Quid multa? Dum illic filium ſuum eſſe audit Gualbertus rogat Abbatem ut filium ſuum
b ad ſe deducat.] Deridet *b*, nunc tamen vocetur, & veniat. Ad quem accerſendum Abbas per ſemetipſum accedens, eumque alloquitur ſic: Pater tuus adeſt, & cauſate videndi advenit huc. Tu autem vade, & cum eo, quid agendum eſt, age. Et ille: Deſine, Pater mi, deſine ſi placet, quia ſuper hoc tuis precibus obſecundare non audeo: ne forte cum eum adivero, vi me abſtrahat de monaſterio, ſecumque reducat. Cumque hæc Gualbertus ille paululum perſenſiſſet, ut mos eſt obſtinatis animo hominibus magna minari, cum aliquando nec poſſint facere parva, cœpit magnis vocibus obſtrepere, terribiliter minari ac dicere: Niſi protinus redditus fuerit filius meus, in quibus prævaleo, fortiter hoc monaſterium adverſabor.

fruſtra conatur.

7 Tunc magnanimis ille Johannes ſancti Spiritus igne aduſtus, cum patrem audiſſet talia perſtrepentem, ex Fratrum veſtimentis unum ſecum aſſumit, concituſque eccleſiam petivit, eumque ſuper Altare poſuit, & comam capitis ſibi ſemetipſe totondit, apprehenſoque e regione utraque manu veſtimento, ſe induit, & in clauſtrum reverſus arrepto libro legere cœpit. Nibilominus Abbas cum hæc, quæ erant geſta, perpendiſſet, blanditer leniterque ſciſcitari cœpit dicens: D Filius tuus non ad te venire vult; tu autem ſi libet veni ad eum. Et cum ad eum veniſſet Walbertus, & ut erat compoſitus, vidiſſet, tam ille quam omnes, qui cum eo venerant, cœperunt pectus tundere, capillos vellere, veſtimenta ſcindere, & in terram ſemetipſos percutere, magniſque vocibus ejulare, ac dicere: O dulciſſime, atque amantiſſime, quare nobis ſic feciſti, ut clam, nobis dimiſſis, ſic abires? Cumque hæc & alia, atque diu multumque replicaſſent, tandem Pater ad ſemetipſum reverſus, eum benedixit, & ad propria receſſit.

Joannes ob abbatem ſimoniacum monaſterium deſeris, &

9 Poſt hæc igitur ille Deo fideliſſimus Johannes, gratia Dei undique circumfuſus, permanſit in eodem monaſterio in omni obedientia, & ſancta converſatione, uſque ad obitum Abbatis, qui eo tempore in eodem monaſterio degebat. Tunc itaque in eodem monaſterio erat quidam callidus & ingenioſus monachus, nomine Ubertus *i*, qui gloria cupiditatis captus & illectus, per pecuniam regimen ab epiſcopo Florentinæ civitatis, qui illi monaſterio præerat accepit. Quod beatus Joannes comperiens, cum alio ſibi favente clam exinde diſceſſit, & civitatem ingreſſi, ad quemdam magnum, & famoſiſſimum ſenem, nomine Tenzonem *k*, venerunt, qui venerabilis vitæ tunc intra Florentinæ urbis mœnia in quadam parva cellula juxta monaſterium Beatæ Mariæ ſemper Virginis *l* præfatæ civitatis ſe concluſerat, de qua cunctis ſalubria dabat monita, & ſalutifera nemini negabat conſilia.

i
E
k
l

petito Tenzonis conſilio

9 Hic publice Simoniacam [hæreſim] damnabat, quæ totum Eccleſiaſticum Ordinem tempore multo penitus invaſerat. Ad quem Vir Dei Joannes accedens, his verbis alloquens; Obſecro, ait, mi Pater, ut mihi in hæſitatione poſito non modica, ſancta tua ne deneges conſilia. Sub ſimoniaco Patre vivere timeo valde, & qualiter id declinem penitus ignoro. Cui reſpondit ſenex: Quod dicis gratum ſatis habeo, ſed quod conſilium tibi dem, penitus ignoro. Nam ut ſub Simone Mago milites, a me nullo modo conſilium accipies. Ad aliud ſi te in his
F partibus transferas monaſterium, cum te putas dentes fugere leonis, morſum non evades ſerpentis. Cui Johannes: Ne Pater omittas, quin conſilium præbeas; nam paratus ſum pro ſequenda veritate, quidquid juſſeris facere.

abbatem & epiſcopum magnæ vitæ periculo publice famoſiſſimum proclamat.

10 Cernens igitur ſenex Viri fidem & conſtantiam, gratulans dixit ad eum: Perge itaque cum tuo ſodale, & in foro publico civitatis', coram omnibus Epiſcopum & Abbatem exclama eſſe Simoniacos, & tunc demum cede locum. Qui ejus monita complens, ad forum die, quo ſciebat omnes adeſſe, veniens, Epiſcopum & Abbatem appellavit Simoniacos. Quod factum, magnum omnibus intulit pavendum errorem *a*, proclamantibus multis: Nullatenus evadat, ſed occidatur. Tunc quidam propinquorum illius eruentes eum, clam dimiſerunt. Qui ad magnum ſenem reverſi, retulerunt, quid eveniſſet ſibi. Et ille congratulans præcepit in Romaniæ *m* partibus pergere, & aptum monaſterium inquirere, ubi poſſent Chriſto ſervire.

a leg. terrorem

m

11 Per-

A 11 Pergentibus itaque per diversa monaſteria per aliquantos dies, quidam pauper in una die ſe illis obvium tulit, deprecans, ut ſibi miſericordiam tribuerent. Tunc Vir Dei Johannes ad ſuum comitem, Mitte manum, inquit, in peram, Frater, & panem, quem habemus, divide, medietatemque pauperi tribue. Renuente illo atque dicente: Per diverſa oſtia hodie iſte gradietur, & abunde ei tribuetur; nos autem, qui non niſi unum panem habemus, unde ſuſtentabimur? Et ille: Ne cunctaris Frater tribuere. Accepto itaque pane pauper gratias agebat; & rurſum imperat ſodali, aliam medietatem tribui. Quo peracto, imperat caſtrum ingredi, & ſumptus ſibi neceſſarios per domos inquiri. Perluſtrante itaque eo per diverſas domos, ad ultimum reverſus: En, inquit, qui panem juſſiſti tribuere, per totum caſtrum circumiens non niſi tria ova acquiſivi. Tunc quidam paſtorum hæc inſpicientes, ad caſtrum pergentes, quæcumque viderant intro nuntiaverunt. Et quidam miſericordia B motus, illis occurrens, unum panem porrexit, necnon & quædam femina nitenti linteo aliunde tulit, tertium quoque alius condonavit. Tunc Johannes: En Frater, accipe quod dediſti.

Exhibita ergo pauperum miſericordia,

12 Peragrantes itaque diverſa monaſteria, non admodum ſibi apta inveniebant: ad Camaldulas *n* venire decrevit, ubi per multos dies degens, abſtinentiam & converſationem illorum inſpexit, necnon & injuriam pertulit. Tunc Prior, qui illo tempore aderat, ad ſacrum Ordinem eum promovere volens, & ut ſtabilitatem daret, renuit, quia ejus fervor nonniſi in cœnobitali vita erat, ut beati Benedicti Regula indicat. Imperat ille diſcedere, ſuumque deſiderium adimplere. Fertur namque, divino revelante Spiritu, dixiſſe: Vade, & tuum Inſtitutum incipe. Qui inde progrediens, ad Vallis-Umbroſanum *o* perrexit videre locum. Ubi cum perveniſſet, ſuſceptus eſt gratanter a duobus Fratribus ibidem morantibus, licet ſejunctis. Cui cum placuiſſet locus, firmare deliberavit greſſum. C

Camaldolum, dein ad Vallem Umbroſam pervenit.

ANNOTATA.

a *Hæretici ſic dicti a Simone Mago, quia res ſacras vendebant & emebant. De qua re vide Petrum Damiani lib.* 2 *Epiſt.* 2.

b Clerici uxorati, *inquit S. Petrus Damiani lib.* 4, *Epiſt.* 3, Nicolaitæ vocantur, quoniam a quodam Nicolao, qui hanc dogmatizavit hæreſim, hujuſmodi vocabulum ſortiuntur.

c *Is veroſimiliter eſt S. Henricus, qui anno* 1002, *electus eſt rex Germaniæ; anno autem* 1014 *coronatus Imperator, poſt decem annorum imperium obiit, ut vide in ejus Actis hoc tomo,* 14 *Julii.*

d *Alludit Auctor ad nomen hebraicum* Johannis, *quod* gratioſum *ſignificat.*

e Sibi *pro* ipſi *eſt phraſis iſto ſeculo uſitatiſſima, & ſæpe in his Actis recurrens, quod ſemel notaſſe ſufficiat.*

f *Crux illa, teſte Mabillonio ſec.* VI *Benedict. Part.* 2, *pag.* 269, nuper tranſlata eſt in Florentinam ſanctæ Trinitatis eccleſiam, quæ Vallumbroſani eſt Ordinis, ſuburbana ſancti Miniatis baſilica monachorum cœtu deſtituta. *De hac cruce fuſius egimus in Comment. prævio num.* 19, *& ejus tranſlationem dabimus in Appendice poſt utraque acta.* D AUCT. B. ANDREA EX MSS

g Fore *pro* eſſe; *quem loquendi modum iſto ſeculo uſitatum etiam alibi obſervavimus.*

h *Hic incipit textus B. Andreæ, qui cum præcedentibus aliunde ſuppletis non cohæret; ita ut hic aliqua deeſſe ſatis appareat.*

i *Forte is* Ubertus *idem eſt, qui apud Ughellum & Mabillonium vocatur* Obertus, *ad quem Benedictus IX ſcripſit epiſtolam, quam exhibet Ughellus tom.* 3, *Ital. col.* 82.

k *Qui de Tenzone diſtinctius infrà cupit, videat Baronium ad annum Chriſti* 1063, *& Guidonem Grandum Diſſert.* 2, *cap.* 4, *num.* 13.

l *Juxta Mabillonium in notis ad vitam* S. Joannis Gualberti *ſec.* VI, *Part.* 2, *fol.* 270, *eſt celebre baſilicanus Ordinis Benedictini cœnobium in ipſa urbe Florentina.*

m *Puto hic indicari* Romandiolam Florentinam *vulgo* la Romagna Fiorentina, *quæ verſus Apenninum montem ſubeſt magno Duci Hetruriæ, eſſque pars Romandiolæ majoris; cujus urbes & terminos recenſet Baudrand tom.* 2 *Geographiæ* E *pag.* 177.

n *Id eſt ad eremum Camaldulenſem, quæ triginta paſſuum millibus diſtat Florentia verſus Orientem æſtivum. Eruditè locus deſcriptus eſt ab Auguſtino Florentino in Hiſtoria Camaldulenſi lib.* 1, *cap.* 30.

o Vallis-Umbroſa *etiam antiquitus ſcribitur* Vallis Imbroſa; *quo de veſte ſcribit Xantes Pruſinus in vita* S. Joannis Gualberti: Ab imbribus, quos Vallis crebros gignit, ſunt qui Imbroſam vocant. Mihi magis placent, qui ab umbra Umbroſam dictam volunt.

CAPUT II.

S. Joannes Gualbertus variis diſcipulis pietate illuſtres ſibi aſſciſcit, monaſque rigide exercet, a quibus ob eximiam vitæ ſanctitatem abbatis officium acceptare cogitur. F

QUo ibi morante, & in ſancta converſatione proficiente, non eſt Deus paſſus diu lucernam latere, quam diſpoſuerat ad multorum animas illuminandas ſuper Eccleſiæ ponere candelabrum. Ad comprobandam namque ejus vitam venerabilem, Creator omnium rerum Deus miraculum ibidem ab ipſo ſui adventus tempore, uſque nunc demonſtrare dignatur. Nam arbor quædam, quæ vulgo fagus vocatur, ſupra non longe a loco eminens, per ſingulos annos ante omnes, flores producit, foliiſque veſtitur.

Miraculo ſe fagi indicatur illius ſanctitas.

14 Nam dum ejus paulatim famâ per vicinitatem diffundi cœpiſſet, cœperunt ad eum venire laici, & clerici gratia viſitationis & converſionis. Inter quos ille tunc venerabilis qualitatis, & in Religione ferventiſſimus Herizo *a*, qui cuſtos Fratrum & Prior exiſtens, ſupra triginta annos in eodem monte ita ſtabilis perſeverans, ut in his nec ſemel § deſcenderit de] monte ad villas. Tunc ille ſummæ gravitatis & præcipuæ diſcretionis venerabilis Albertus *b*, qui ſupra qua-

quo monachi ad eum diſcipuli accedunt.

a

b

A quadraginta annos ejuſdem cœnobii Cellarius * fuit & coquus; Nec umquam pro labore cellæ deſeruit officium coquinæ, nec pro labore coquinæ, curam omiſit cellæ. Tunc ille Teuzo *c* magnanimis venit, qui ita uſque ad ſenectam caritate fervens extitit, ut non ſolum animas, ſed etiam omnia vellet mederi corpora.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

* *id eſt* cellarius *c*

15 Exierant de præfato cœnobio Fratres plerique exemplo & amore Johannis, & ad eum venientes, novam cum eo apprehenderunt converſionem. Hi Magiſtri exemplo & exhortatione, dum in ſancta fervere cœpiſſent converſione, tantorum virorum cœpit fama ſpargi undique. Hoc audiens Itta, ſancti Ylaris *d* Abbatiſſa, cujus juri locus pertinebat, gaviſa nimis, miſit eis librorum & victuum quantulucumque ſubſidium. Sed, ut ait Apoſtolus: Omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur; tam gravem infeſtationem a quibuſdam viris iniquis, inſtigantibus ſpiritibus malignis, tunc ſunt paſſi, de loco volentibus expellere eos, ut eos etiam tæderet vivere. Qui innocentiam & patientiam amplectentes, ejus verbis & actibus bona pro malis reddentes, poſt multa certamina adepti ſunt gratiam & victoriam.

Pia abbatiſſæ Itæ donis juvat monachos, qui injuria afficiuntur.

d

16 Manſerunt tempore multo, ligneum tantummodo habentes Oratorium. Indigentiam victuum tantam perpeſſi ſunt, ut plerumque tres per diem, unum dividerent panem. Quæcumque erant cameruæ & veſtiarii unius capacitas continebat ſacci *e*. In qua diu penuria ita erant exultantes & gaudentes, velut ſolent lætari homines ceteri deliciis multiplicibus ferculati, & opibus nimiis ditati. Cœperunt confluere ad eum de diverſis partibus etiam longinquis clerici, & laici gratia converſionis. Tunc venit ille magnus Rodulfus *f*, [qui tempore multo in eodem loco curam hoſpitalitatis habuit, & poſt monaſterii Muſcetani *g* curam geſſit in abbatis officium. Petrus *h* quoque, qui diu procurator aſinorum, poſt vaccarum fuit, deinde in Paſſiniano *i* Prioris geſſit officium, exhinc Abbas in Ficiclo *k*, & in ultimo Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis extitit. Tunc Lætus *l* vultu & nomine venit, qui fuit Abbas de Paſſiniano, & Ruſticus *m*, qui, donec Johannes Pater vixit, curam exteriorem geſſit, & tertius ob obitum ſancti viri Johannis, multo tempore totius Congregationis curam Prior obtinuit.

Non obſtante paupertate, creſcit numerus diſcipulorum,

e

f

g

h

i

k

l

m

17 Cernens igitur Pater Johannes tot taleſque viros ſibi cælitus in auxilium miſſos, diſpoſuit cum eiſdem beati Benedicti Regulam in omnibus obſervare, cœpitque noviter venientes ea probatione ſuſcipere, quam inſinuat Regula. Advenientibus ſiquidem causa converſionis hoſpitibus, non facilis dabatur receptionis reſponſio, illorum perſeverantiam volens cognoſcere, an videlicet in ea devotione ac ſupplicatione perſiſterent, dura ſcilicet eis & aſpera prædicendo, & ſecundum Regulam eos in omnibus comprobando. Hi enim tales ſi diu recuſati perſiſterent, ſeque non corde ficto ſæculum relinquere, ac monaſticam vitam velle profiteri oſtenderent, porcorum eis primitus jungebatur cura, multa inſetebantur opprobria, fame & ſiti, calore & frigore affligebantur, labore & nuditate, vilitate & extremitate, jejunio quoque ac ſilentio exercebantur.

quos S. Joannes rigide probat,

18 His atque aliis modis ſolicite aforis comprobati, & in omnibus voluntariæ patientiæ, & obedientiæ ac humilitatis cogniti, ducebantur iterum comprobandi regulariter in interiorem cellam, ubi multoties eis Regula legebatur; & ſic anno completo examinati, recipiebant monaſticas veſtes, regularem inde profeſſionem publice facientes in manibus & præſentia ejuſdem patris Johannis. Quibus non licebat exinde aliquid ſumere, vel quærere, ſed a patre Priore] eis dabantur omnia, ut præcipit Regula. Habebat enim & hanc gratiam ſingularem Johannes Pater, ut in prima cum eo locutione & viſione noſceret, ſi corde veniret quilibet recto, an ſecto: Et hoc ei donum a Jeſu Chriſto collatum eſt, ut perſonam potentis vel divitis non libentius ſumeret, nec aliter tractaret, quam infimi & pauperis; Et amabilius recipiebat pauperem cum mortificatione vera venientem, quam divitem cum tota ſua ſubſtantia. Magnum ajebat, diviti eſſe impedimentum ad cor humiliandum, ipſam, quam deſert pecuniam ad monaſterium.

& in cellam regularem obſervantiæ extrema.

19 Videns denique Itta Abbatiſſa *n* locum creſcere in nomine & religione, cælitus inſpirata tradidit eidem loco per ſcriptum diffinitas terminationes in ejus circuitu. Tradidit etiam tunc vineam Pitigianam *o*, quæ grata tunc, & eſt nunc uſibus Fratrum. Similiter in diverſis locis diverſas manſas *p*. Per idem tempus dum Johannes Chriſti famulus, nomen & officium gerens Prioris, Fratrum animas & corpora ſolicite procuraret, per maximam abſtinentiam, & prævalidum laborem ſibi impoſuit. Nam quando tempus reficiendi erat, parviſſimo cibo vel potu ſuæ neceſſitati ſubveniebat; ita ut non videretur ſe recreare, ſed utcumque periculum famis & ſitis temperare. Cum vero ante reficiendi tempus, utpote operi manuum anxie frequenter inſudans, ſitiebat, in frigidam aquam manus & pedes mittebat, ut ex nimio aquæ frigore, ſitis utcumque periculum effugeret. In omnibus enim, prout poſſibilitas erat, obſervans Regulæ mandata, nullo modo extra conſtitutam horam comedere vel bibere volebat.

Accepta donatione Itta abbatiſſæ, tanta abſtinentia ſe macerat,

n

o

p

20 Sed debilitas corporis id ferre non valens, in illam ſyncopen fracto ſtomacho cecidit, quam pertuliſſe legimus beatum Gregorium. Niſi enim eum frequenter reficerent, emittere ſpiritum funditus videretur. Quam uſque ad ſenectam, immo uſque ad obitum pertuliſſe cunctis, qui eum noverunt, claret. Unde ſecum ſolebat ſemper portare, quod inevitabili neceſſitate cogente poſſet ſæpe manducare. Quando [autem famis violentiam frequenter ſe * deprimentis indiſcrete ſuperare voluiſſet, aut refectionem differre conabatur, præ nimietate infirmitatis adeo dentes ejus conſtringebantur, quod, niſi eos aliquis cultellum intromittendo divideret, & aliquem liquorem in os poneret, expirare continuo crederetur.

ut ea morbum contraxerit.

* *id eſt* ipſum

Ob patientiam aliaſque virtutes,

21 Verumtamen ſic incredibili languore jugiter cruciatus, nullatenus murmurabat, ſed ſuis hoc peccatis deputans, continuis laudibus

A laudibus divinam justitiam commendabat. Qui priusquam infirmabatur tantæ fortitudinis sibi & ceteris, tantæque abstinentiæ fuerat, ut nisi ille, cui cantamus; Domine inclina cælos tuos; sub infirmitatis hujus occasione mentem ejus humiliasset, valde rarus existeret, qui posset ejus instituta servare. Cognita vero & experta propria infirmitate, tantæ misericordiæ tantæque discretionis effectus est, ut nemo misericordior eo crederetur. Qui licet corpore foret infirmus, in omni tamen custodia & solicitudine mente pervigil erat.

alibi eligitur aliquamdiu refutans

22 Quod videntes Fratres ejusdem loci, decreverunt ipsum eligere Abbatem, quem noverant sanum & infirmum, pervigilem Priorem & solicitum fuisse custodem. Itaque Florentini Tezzonis consilio convenerant de urbe, & de castellis religiosi Clericiei ac fideles Laici, sancti Hillari Abbatissa id maxime cupiente, & cum Fratribus ejusdem loci, ipsum prædictum Patrem elegerunt in Abbatis officium. Quem nolentem, & totis viribus resistentem, de lecto traxerunt, & ipsum, licet invitum, in majori sede constituerunt. Qui, dum ad id violenter cogeretur, dixisse fertur astantibus: Quid insanitis? Si pelicano nomen accipitris imposueritis, numquam erit nisi pelicanus 4.

B

ANNOTATA.

a *Hic* Herizo, Erizzo, Ericius, Ericus (*varia hæc nominis inflexio eamdem personam significat*) *in Catalogo Venantii Simii dicitur obiisse* 9 *Februarii anno* 1098, *eumque Locatellus, Wion, Menardus, Dorganius, Ferrarius, aliique* Beati *titulo exornant; sed Bollandus noster eo die tom.* 2 *Februarii fol.* 276, *illum inter prætermissos collocavit, eo quod decretam ei publicam ab ecclesia venerationem nondum comperisset.*

b *Hunc Albertum etiam* Beati *nomine compellant Franchius lib.* 5 *pag.* 117, *Locatellus lib.* 2 *cap.* 5, *Simius in Catalogo pag.* 2; *qui videri possunt, si quis plura de hoc viro nosse desideret.*

C *Diversus est a B. Alberto ejusdem Ordinis abbate, de quo actum est* 20 *Maji, tom.* 5 *pag.* 254.

c *Alius videtur a Tezzone, de quo capite præcedenti actum est: Nam alter jam senex erat, quando S. Joannis Gualberti eum consilii causa adiit; hic vero mortuus dicitur anno* 1095, 6 *Augusti, quo die annuntiatur a Martyrologio Benedictino. Nos ipso die cultum ejus examinabimus. Vide ejus elogium apud Locatellum lib.* 2 *cap.* 8 *& in Catalogo Simii pag.* 287 *&* 288.

d *Alibi scribitur* Hillari, *etsi in instrumento donationis Itæ abbatissæ* Hilarii *legatur, ut est apud Ughellum tom.* 3 *Ital. Sac. col.* 299.

e *Sensus hic nonnihil obscurus est. Vult significare, adeo cartam fuisse monachis supellectilem, ut omnia, quæ ad cellam seu cubiculum & vestiarium spectabant, uni facco possent imponi.*

f *Rodulfus hic post mortem* S. Joannis Gualberti *fuit totius Ordinis Generalis, & obiit* 22 *Novembris anno* 1076, *ut habent Tabulæ Vallumbrosanæ. Inter Beatos refertur a Martyrologio Benedictino & scriptoribus Vallumbrosanis. In Actis nostris suo tempore locum habebit, si de cultu constiterit. Interim vide ejus elogium apud Venantium Simium in Catalogo pag.* 258, *Endoxium Locatellum lib.* 2, *cap.* 2, *aliosque.*

D AUCT. B. ANDREA EX MSS.

g *De hujus monasterii situ & constructione, vide Didacum Franchium lib.* 3, *pag.* 234. *De titulo autem abbatiæ & immunitate videri potest Augustinus Lubinus in Brevi Notitia Abbatiarum Italiæ pag.* 244.

h *Hic est famosus ille S. Petrus, cognomento* Igneus, *eo quod illæsus per ignem transierit; de quo multa habes apud scriptores Vallumbrosanos, aliosque passim obvios.*

i *Passignanum monasterium situm est in diœcesi Fesulana apud viam, quæ Florentia Senas ducit, distatque a Florentina civitate quatuordecim passuum millibus. De ejus antiquitate & prærogativa plura invenies apud Lubinum citatum pag.* 284.

k *Teste Lubino in Notitia abbatiarum Italiæ pag.* 151, *hæc abbatia vulgo vocatur de Fucecchio, hunc forte nomen trahit a Fucecchio, vico ad lacum ejusdem nominis sito, & viginti tribus passuum millibus Florentia distante occidentem hiemalem versus.*

E

l *De hoc Lato egerunt majores nostri inter prætermissos tom.* 2 *Martii pag.* 416, *& eodem tomo ante Acta B. Torelli pag.* 500.

m *Is Rusticus, qui etiam a scriptoribus Vallumbrosanis* Beatus *appellatur, fuit tertius Ordinis Generalis. Vitæ illius compendium reperies apud Locatellum lib.* 2, *cap.* 1, *& Simium in Catalogo pag.* 264. *& seqq.*

n *De hujus Abbatissæ donatione actum est in Commentario prævio num.* 45 *&* 49.

o *In instrumento donationis, quod habet Ughellus tom.* 3, *Ital. Sac. col.* 300, *puto agi de hac vinea Pitigiana his verbis:* Concedo in Pitigno mansum unum, quod detinet Gherardus & Martinus, & vienam unam.

p Mansa, mansus vel mansum *Strumendo est* fundus cum certo agri modo *& scriptoribus Italis* quantitas terræ, quæ sufficit duobus bobus in anno ad laborandum.

q *Franchius lib.* 7, *Pag.* 157, *varios citans ornithologos, ait, per pelicanum intelligi avem ignavam & ingratam; quem Græci onocratalum vocant, asseritque, pelicani nomen Germanis in usu fuisse ad significandum hominem amentem & imprudentem.*

F

CAPUT III.

5. *Joannes factus abbas evadit regulas observari jubet, & discipulorum numero auctus varia monasteria ædificat & pia opera exercet.*

ITaque Vir Dei, sumpto officio, nullum Monachorum permittebat ad mercata, vel ad loca sæcularia ire, infirmos extra monasterium visitare; ac sensum Regulæ diligenter inspiciens, ejus observationi operam dabat. Vetuit] defuncta *a* ad monasterium deferenda; prohibuit accipere Capellas *b* ad hoc, quod aliquando a monachis regi deberent; Canonicorum, non monachorum hoc esse officium dicebat: Viderat enim, sub talibus occasionibus falsa obedientia, multos monachorum ire per abrupta, & irrecuperanda animarum incidere detrimenta. Nam id, quod duo vel tres monachi quolibet loco

Monachorum solitudini

sub

A sub occasione obedientiæ, absque præsenti pastore morantur, detestabatur, & suis id facere omnino interdicebat.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

34 In animarum enim fervens custodia, constituit, ut nullus monachorum [extra] limitem Claustræ *c* progredi præsumeret, nec etiam ad ipsa olera colligenda, nisi tres una progrederentur, exceptis his, quibus suscipiendorum hospitum cura erat injuncta, & obedientia exteriorum procuranda. Vestitos cucullis, aut scapularibus, & cinctos omnes dormire præcepit; hunc esse rectum sensum Regulæ, constanter affirmabat. Nec patiebatur esse Dormitorium nocte sine claro lumine: Dicebat enim levius ferendum sine lumine esse in nocte Oratorium, quam Dormitorium, si egestas id in loco fore * utroque non sinit. Fratres vero, absque omni controversia vel contentione aliqua, prompto animo observabant, quæcumque Pater præcipiebat. Nam ejus admonitione, pariterque exemplo in tantum amorem observandæ Regulæ venerunt, ut nec manuum opera, nec B alia, quæ videtur Regula præcipere, gravia omitterent, quin cuncta læto animo complerent. Vilitatem & extremitatem secundum consilium Regulæ ita apprehenderunt, ut nec ipsas panum incisiones, cum comederent, super mantilia ponerent, licet ea coram haberent, sed super mensam nudam. Cilicina vero tunc veste ita uti cœperunt, ut nec ad portandum quis, eam ferre non valens, cogeretur, nec ad ferendum volens prohiberetur.

c *regularem observantiæ,*

* *id ipse esse*

35 Procuraverant Fratres, pro sustentatione vestium, habere gregem ovium; quas cum providus Pater diversi coloris esse cerneret, nigredinis scilicet & albedinis, timuit, ne si seorsum faceret nigram, & seorsum albam, alter aliquando pannum vellet nigrum, alter album; & hac de causa inter Fratres oriretur diversitas mentium, sicut exterius esset diversitas vestium: qua de causa fieri præcepit pannum promiscuum *d*. Quod Dei actum est providentia, ut deinceps nosceretur hujus designatione, omnis monastica persona, quæ de tanti Patris esset schola. Licet, C proh dolor! tempore moderno appareant, qui se de hac schola esse vestibus, non moribus ostendant.

ac vestium similitudinis prospicit.

d

36 A diebus, quibus monachi cœperant ad eum venire, Deus qui est inspector puri cordis, & cujus dilectione ejus filius curabat monachos constringere sub districtione Regulæ *e*, misit ei fideles laicos *e* diversi ordinis, tam puram conversionem ostendentes in omnibus modis exhortatione pii Patris, ut pene nihil differrent a monachis. Quibus nec proprium habere, nec carnem comedere, nec ad mensam loqui, nec a parentibus, vel amicis quidquam sumere licebat. Et nihil omnino a monachis distabant, præter quod permittebantur uti lineis vestibus in nimio fervore æstatis, & præter silentium, quod in exterioribus occupati observare nequibant.

Laicos suscipit

e

37 Nam ea probatione recipiebantur noviter venientes, ut eis per totum annum non daretur permanendi verbum certum, sed sequestrati comedebant, & ad Capitulum, vel ad Communionem cum ceteris Conversis communicare eis libere non erat licitum. Tales igitur probatos Conversos Pater ad meritum, D & ad omnia exteriora procuranda, mente mittebat secura. Si igitur aliquis horum, postquam esset receptus, inveniretur in aliqua reprehensione de supra scriptis rebus, peracta culpa, acerrima multabatur pœna: Nam si inveniretur, a Patre non accepta resaliqua in aliquo, coram cunctis igne comburebatur, & prævaricator talis peculiaritatis publice disciplinabatur duris flagris.

ad curanda temporalia.

38 Erat Johannes Pater tantæ austeritatis & increpationis contra delinquentes, ut cui irascebatur, sibi irasci terra & cælum, immo ipse Deus videretur. Sed post paululum tanta benignitate, & tanta tranquillitate ad increpatum & correptum convertebatur, ut non nisi materna habere videretur viscera. Qua de re, qui eum pure amabant, nimis metuebant; & qui timebant, valde amabant. Fama itaque tantæ conversionis, & tanti fervoris, ita longe lateque cœpit crebrescere, ut Henricus *f* Rex Florentiæ tunc veniens, eam audiret. Cui audita sic placuerunt, ut Episcopum Catholicum *g* illuc ad E consecrandum locum dirigeret; & Regina *h* etiam grata mitteret enxenia.

Ejus severitas & mansuetudo,

f

g

h

39 De virtute denique euntes in virtutem, Officium sacerdotale in tantam habere cœperunt venerationem, ut ministrare Altari eorum nullus præsumeret, si forte a Simoniaco Simoniace, vel etiam gratis esset ordinatus. Similiter si concubinam vel ante, vel post ordinationem habuerit, sive in aliquo crimine post Baptismum acceptum esset prolapsus, ministerio fungi Altaris nullomodo præsumebat. Et merito: Nam eorum Magister & Pater tantam circa omnes Ecclesiasticos gradus reverentiam semper habuit, ut nullatenus aliquando potuerit cogi, nec etiam Ostiarius fieri; sed cum ecclesiam ingredi vellet, & fores essent clausæ, eas ingredi nullo modo præsumebat, donec Ostiarius, qui illas aperiret, vocaretur.

ac sacrorum Ordinum reverentia.

40 Per idem tempus cœperunt ad tantum Patrem concurrere de diversis partibus Viri nobiles & fideles: Alii ei offerebant loca cum supplicatione nimia ad ædificanda noviter cœnobia; alii vetusta, & dissoluta offerebant monasteria, & instabant precibus nimiis & importunis, ut ea ipse in suo sumeret regimine, & ad suam normam studeret corrigere. Tunc sancti Salvii *i* famosum cœnobium noviter ædificavit. Tunc in Musceta alterum in honore sancti Petri Apostolorum Principis. Tunc in Razolum *k* in honore sancti Pauli. Tunc in suo regimine vetustum suscepit Passinianum, & alterum in Romania sub nomine & honore sanctæ Reparatæ *l*. Tunc ædificavit aliud in Scalario monte *m*.

Varia monasteria ædificat, F

i

k

l

m

41 Directis itaque Fratribus, & ordinatis Præpositis per singula loca, Pater ea, cum ab infirmitate sublevaretur, visitare, & qualitatem cunctorum diligenter noscere studebat. Quæ vero corrigenda erant, solicite corrigebat, & quæ ordinanda caute & provide ordinabat. Nam si quilibet de Præpositis nova super vetera condere reperisset, si tamen tunc pauperes egestas opprimeret, duris increpationibus tenacem arguebat, & exhortabatur, ut potius in Deum, quam in horreis confiderent plenis,

earumque disciplinam curat.

42 Quo-

Digitized by Google

A *Sit mira-culoſo*

32 Quodam tempore, quibuſdam monaſteriis viſitatis, cœpit ad Vallimbroſam reverti. In itinere vero poſitus, nimia ſtomachi infirmitate conſtrictus, dixit conviatori ſuo, ut aliquid ad comedendum ſibi tribueret, antequam ex toto deficeret. Sed cum ille diceret, non niſi panem adeſſe, & ſanctus Johannes reſponderet, ſe panem ſine alia re convenienter edere non poſſe, nimietate languoris coactus, præcepit tandem, ut parvulum ſcyphum tolleret, ac in fluviolo, qui juxta influebat, ablueret. Cumque homo mitteret ſcyphum in parvam aquam fluvioli, piſcis unius palmi repente ſupra ſcyphum proſilivit; quem ille mox apprehendit, & ſancto Johanni detulit, quem ipſe ſtatim coquere fecit, comedit, & diſceſſit. Nullus certe in illo fluviolo piſcem umquam viderat, nec piſcem vivere poſſe in tam parviſſima aqua credi poterat.

piſces capi jubet.

33 Alio quoque tempore, cum apud Paſſinianum eſſet, Leo Papa *a* cum multo comitatu ſupervenit, atque juxta monaſterium cum ſuis refectionem accepturus requievit. B Tunc ſanctus Johannes œconomum interrogavit, ſi piſces in cœnobio haberentur, ut Papæ ſuiſque comitibus darentur? Cognoſcens vero piſces minime haberi, quibuſdam Converſis in lacum quemdam, monaſterio proximum, piſcatum ire præcepit. Omnibus autem dicentibus, numquam in lacu illo piſces fuiſſe, juſſit tamen, ut pergerent, ac Domini patrocinium ſine dubitatione affuturum crederent. Perrexerunt tandem, & cunctis admirantibus duos magnos lucios invenerunt, eoſque ſtatim comprehendentes beato Johanni attulerunt, quo ipſe gaudens recepit, & Papæ continuo præſentari fecit.

Largus ergo pauperes,

34 Venerat inter ceteros Teuzo, qui adhuc ſupereſt, venerandus pater & ſenex, quem Johannes Pater Fratribus in Razolo præfecit. Hunc ſemper multum ex corde dilexit, eo quod in caritate ferventem præ ceteris, & ejus manum ad porrigendum largam experimento invenit. Erat enim Johannes Pater multum miſericors, ita ut pluviales, quos eccleſiam Vallis Imbroſæ habebat, tempore C egeſtatis venderet, & pretium pauperibus tribueret. Quæ enim lingua, etiamſi eſſet ferrea, ipſius cuncta poſſet referre bona? Ipſo exhortante, & magnum auxilium impendente, ſuper diverſas aquas firmiſſimi ædificati ſunt pontes. Quæ uſque ad ſuum tempus per Tuſciam erant hoſpitalia? Quæ clericorum congregatio vitam erat ducens communem? Quis clericorum propriis & paternis rebus ſolummodo non ſtudebat? Quin potius perrarus inveniretur, proh dolor! qui non eſſet uxoratus, vel concubinatus. De Simoniaca quid dicam? Omnes pene eccleſiaſticos Ordines hæc mortifera belua devoraverat, ut, qui ejus morſum evaſerit, rarus inveniretur.

varia pio opere exercet,

35 Poſita itaque a Jeſu Chriſto omnium diſpoſitore bonorum tam clara lucerna ſuper Eccleſiæ candelabrum, & verbis & exemplis lucente coram cunctis, clerici ſpretis connubiis & concubinis, in unum cœperunt convenire, & Apoſtolicam Regulam ſequentes exhinc vitam communem ducere. Hoſpitalia tot & tanta hujus exemplo & exhortatu jam videmus nunc per Tuſciam ædifica-

ta, & eccleſias vetuſtiſſimas tot renovatas, D ut nos cogant dicere: Ecce tranſierunt cetera, & facta ſunt omnia nova. Indumentis ſemper viliſſimis utebatur venerandus Pater; fulcrum in tot & tanta ſua infirmitate ſibi ſupponi nullo modo patiebatur, etiam plumeum capitale non ferebat ſibi poni ſub capite.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

& ſibi alii que ſtudent,

38 Antequam infirmaretur inſcius litterarum, & quaſi idiota erat; ſed cum decumberet ita die noctuque ſanctos coram ſe faciebat libros legere, ut periciſſimus divinæ legis & divinarum ſententiarum efficeretur. Cuculla decumbens & pergens ac equitans, ſemper utebatur. Erat enim tantæ largitatis, ut cum alicui aliquid dare deberet, ſive hominem ſive pecus, vel aliud aliquid, ſemper ſtudebat dare melius, & tenere detrius. Erat tantæ religionis, ut quilibet ſuorum nullo modo auderet die Dominico cum aſinis oneratis nec de domo egredi, nec domum reverti. Monachum equitare die Dominico omnimodo non ſinebat, niſi inevitabilis cogeret neceſſitas.

E abuſus tollit.

37 Annuum & celebre Officium in nocte ſanctæ Reſurrectionis debite agendum, quis in Tuſciam mutavit de die nocte, niſi ipſe? Nam negligentia ſubrepente, & cogente edacitate, ad Nonam id Officium in Sabbato agebatur *e*, quod nunc juſte & digne, id Joanne Patre noſtris temporibus inſtituente & incipiente, agitur in ſancta nocte. Per idem tampus Comes Bulgar *p* ſub Patris Johannis regimine deliberavit ſuum committere cœnobium Septimenſe *q*. Quod cum poſt multum laborem, poſt longam & obnixam precem, tandem impetrare promeruiſſet, valde gaviſus eſt: Erat enim nimis inflexibilis ad ſumenda vetera ſub ſuo regimine monaſteria, ſed accepta conſtans nimis ad retinenda erat, etiamſi dura acciderent adverſa.

e

p

q

ANNOTATA.

a *Suſpicor*, S. Joannem *voluiſſe, ut defuncta corpora in monaſterio ſepelirentur, ne per pompam funebrem monachorum quies turbaretur, quod etiam ex ſequentibus aliquo modo colligi videtur.* F

b *Per capellas hic intelliguntur ſacella, quibus annexa ſunt publica, vel, ut vulgo nunc dicimus, paſtoralia officia.*

c Clauſtræ *pro* clauſtri: *Nam* clauſtra *feminini generis reperiri probat Cangius in Gloſſario.*

d *Per* pannum promiſcuum *intelligitur pannus ferruginei coloris, quem vulo* griſeum *vocant: unde S. Antoninus Hiſtoriarum Parte* 2, *Tit.* 15, *cap.* 23, *§* 2, *Vallumbroſanos appellat* monachos griſeos. *S. Franciſcum Aſſiſiatem eodem ferme cum Vallumbroſanis colore uſum fuiſſe probat Franchius lib.* 7, *pag.* 189, *ex traditione quadam, qua fertur abbas Benignus circa annum* 1224, *dediſſe ſuum cuculium S. Franciſco imbribus madido. De hujus coloris mutatione vide Comment. Prav. num.* 55.

e *De his laicis vide Franchium lib.* 7, *pag.* 194, *& ſeqq., & Anonymum Gallum tom.* v. *De Ordinibus Militaribus & Religioſis pag.* 304.

f *Judico cum Baronio in Annalibus ad annum Chriſti* 1055, *hic agi de Henrico* II *Imp. tum rege, qui anno* 1037, *cum patre ſuo Conrado Imperatore Florentiam venerat, ſicut pluribus oſtendit Gran-*

A *dus Dissert.* 2 *cap.* 4, *num.* 11.

AUCT. R. ANDREA. EX MSS. g *Fuit is juxta instrumentum authenticum Ilte abbatissæ, quod exstat apud Ughellum Tom.* 3, *Ital. Sac. col.* 299, *Rodulphus episcopus* Padeburpensis *id est Paderbornensis.*

h *Guido Grandus Dissert.* 2, *cap.* 4, *num.* 12 *dicit, hanc reginam Henrici* II *jam dicti uxorem, nominatam fuisse Chunegildim, regis Daniæ Chuuti filiam, quæ paulo post peste exstincta est. Vallumbrosani, qui duplicem Oratorii consecrationem distinguunt, mutant hæc nomina, de quo vide Grandum citatum in Comment. prav. num.* 112, *&* 113.

i *Situm est S. Salvii cœnobium, teste Mabillonio in Notis ad Vitam a B. Attone scriptam,* prope Florentiam, ubi etiam nunc subsistit.

k *De hac abbatia agit Lubinus jam sæpe citatus pag.* 323.

l *Hæc abbatia diœcesis Faventinæ, teste Xaute Perusino, est in faucibus Romandiolæ, nihil admodum amœnitatis habens. Plura vide apud Franchium lib.* 8, *pag.* 239.

B m *Mons Scalarius juxta Franchium lib.* 8, *pag.* 237 *sic dictus, quia ad eum per continues montes, tamquam per scalas, ascenditur.*

n *Hoc miraculum Baronius in Annalibus ad annum Christi* 1051, *aliique Leoni IX accidisse narrant. Unde Andreas Januensis perperam Leoni IX, Stephanum* X *substituit.*

o *Adi Franchium lib.* 7, *pag.* 216, *de hoc abusu sublato fusius disserentem.*

p *De Comitis hujus donatione & familia vide Franchium lib.* 8, *pag.* 253.

q *De nomine hujus monasterii sic scribit Andreas Januensis:* Propterea dictum monasterium vocatur Septimense, quia septem milliariis distat a civitate Florentina.

CAPUT IV.

Varia miracula, quæ S. Joannes Gualbertus in vita patravit.

C

Abbati optatum mortis locum, & fratribus suum ad ventilandum impetrat. a

COEpit præterea ita in miraculis claresceere, ut uni profecto ex antiquis Patribus possit coæquari. Quippe Berizo a abbas votum moriendi habebat, non in suo, sed in Vallimbrosano cœnobio: unde & communem Patrem Johannem sæpe rogaverat, ut suis hoc impetraret precibus. Qui die quadam cum eum venisset invisere, prædicto Patri nuntiatum est, qui referenti ter asserait dicens: Mihi credito; moriturus venit: mihi credito; moriturus venit. Deinde eum præsentem percontatus est dicens, utrum obedientiam cuperet adimplere? Cui ille: Juxta Dei, inquit, voluntatem & tuam, Pater, devotissime opto. Post hæc verba super cubilis pulvinar caput ponens, gravi se corripiente languore, die tertia defunctus atque sepultus est. Fratres itaque conquerentes inter se, quod ventilare non poterant, eo quod nulla traheret aura, mox ipse cum Fratribus accedens ad aream, in manibus accepit ventilabrum: Statim competens ventus perflare cœpit.

Fratribus famelicis * *Id est* cellario

19 Quodam tempore, dum nimia eum indigentia premeret, & quid secum commorantibus daret, præter tres panes solummodo non haberet, * cellarario suo præcepit, ut tres illos panes divideret, & unicuique Fratri fragmen unum apponeret. Præcepit D iterum, ut unum arietem macta rei, & edendum Fratribus illum ministraret, atque de larga Dei misericordia in egestate securius speraret. Hodie, inquit, egemus, cras vero, Deo præstante, abundabimus. Quod cum dixisset, ad monasterium sancti Salvii, sicut disposuerat, cœpit pergere, confidens, quod suos famelicos numquam Deus desereret. Fratres vero hora prandii ad mensam pergentes, carnem sibi appositam perexhorrentes, parvissima fragmenta panis cum gratiarum actione comederunt, carnem autem nullo modo tetigerunt. Alio vero die secundum beati Johannis prophetiam, multi homines venerunt cum asinis onustis, panibus, frumento, farina, dicentes, quod nobiles homines Florentiæ Fratribus miserint: sed qui essent, qui illos misissent, numquam sciri potuit.

cuiose cibum obtinet. 20 Alio quoque tempore cum œconomus *bis mine.* omnes cibos consumpsisse se diceret, & beatum Johannem quid Fratribus dare judicaret, inquireret; Jussit, ut unus ex tribus bubus quos tunc habebat, occideretur, & Fratribus edendus daretur. Cui œconomus: Quid, inquit, faciemus postquam istum manducaverimus? Ille vero; Uno, ait, comesto, occides alium; quo consumpto, dabis & tertium: Beatus enim Johannes nec de Dei largitate dubitabat, nec peccatum se incurrere credebat, E Fratribus carnes daret, cum nihil aliud haberet; justius credens carnibus reficere, quam fame illos interficere. Œconomus vero jussa complevit, carnes coxit, mensæ superposuit. Fratres autem hora constituta ad mensam perrexerunt, visisque carnibus obstupentes, easque nullatenus tangentes, silenter patienterque steterunt. Qui cum sic starent, quidam cœpit monasterii portas pulsare. Cellararius vero hoc audiens, festinato ivit, quemdam hominem cum pulcro manutergio panibus pleno invenit, quos lætanter accipiens, Fratribus velociter apponens, quis esset, qui eos duxisset, quive eos misisset, interrogare nescivit. Sed cum ad hominem, gratias & manutergium redditurus, rediret, nequivit illum invenire, vel quis fuisset, unde venisset ulterius scire, & quoscumque de illo interrogabat; nullum hominem eo die ibi cum panibus se vidisse dicebant.

Sese abduxisse b 21 Quando ex præcepto Comitissæ Beatricis b venerunt milites, ut eum raperent, ac de Tuscia Longobardis, sanctitatis causa, aut consentientem, aut invitum secum perducerent; hoc ille cognito, cum Domino in ecclesia intentissime preces funderet, tanta pluviarum, tempestatumque diffusio, tanta quoque extiterunt tonitrua, ut præfati milites vix redire inlæsi valerent.

& fatuum submersionis periculo eripit. 24 Alio quoque tempore vir quidam plenus insania in ejusdem Patris morabatur cœnobio, quem ille medendi gratia Passinianum ranstmisit: qui ad fluvium, cui vocabulum est Arnus c, rapertam intravit scapham, atque ab illa, ut sua eum compellebat insania, se in amnem projiciens dixit: Hic quis Johannes, & qualis ejus vita sit prorsus cunctis patebit. Quem cadentem mox aqua suscipiens super se, ne mergeretur sustinuit, eumque sancti Viri comitatum meritis de ripa una ad alteram sanum salvumque, quasi

Digitized by Google

A quasi leve lignum portavit. Hic luce clarius constat, quam carum, quamque mirabilem atque dilectum Virum hunc apud se Deus habuerit, quando, ejus memorato solummodo nomine, tam velociter, tamque benigne miserum de morte eripuit.

43 Quodam namque tempore dum idem venerabilis Pater, aliis cœnobiis visitatis, de quibus illi magna inerat cura, ad proprium reverteretur, prospexit inesse pervalidam indigentiam per plurimos. Dum in monasterium introiret, dispensatorem familiæ, nomine Giosfredum *d*, & Rusticum *e* fratrem procuratorem monachum evocans ait: Inspiciamus nostrum horreum, quomodo se habeat, reperitque tunc illud abundantius repletum. Quibus ironice: Hem, inquit, quam plurimi ab instanti necessitate opprimuntur, vos autem uberius abbundatis! Præcepitque vasculum quemdam capientem quatuor, vel quinque modios impleri, & sic per semetipsum ab hora circiter tertia usque nonam, & eo amplius præoccupatus, inde nullatenus pro-
B gressus, unicuique, qui convenerant, cui multum, cui parum distribuit; & semper plenus extitit.

Pauperibus miraculose succurrit.

44 Qui cum in beati Salvii extra Florentinam urbem demoraretur cœnobio, præfato jam viro *f*, qui in reclusione degebat, per Azonem *g*, qui postmodum beatæ Reparatæ rexit cœnobium, ciborum pro benedictione transmisit exenia *h*. Qui cum prædicta munuscula detulisset, eodemque rediret itinere, via digrediens quoddam intravit tugurium, & Fratribus, quos ibi reperit, quæ & quanta voluit verba locutus est, atque ad Patrem rediit. Cui per se cunctanti: Unde venis? Cum respondisset, quo missus fuerat, isse ac rediisse, mox ab eo audivit: Ego quidem non te unde venis mandavi; ac deinceps digressum de via, & ingressum tugurii, atque verba, quæ cum inventis habuit Fratribus per spiritum recognoscens, cuncta luce clarius patefecit per ordinem.

Occulta novit.

d
e
f
g
h

C 45 Eo tempore, quo simoniaca hæresis per Tusciam pullulaverat, cum prælatus Pater in eodem Florentino cœnobio moraretur, quidam religiosus vir, ex generosa Florentinorum progenie ortus, cujus filius gravi languore in lecto constrictus decubans vicinam opperiebatur mortem, ad eum, ut sibi ægrum natum sanaret ac redderet, rogaturus accessit. Cui cum ille, hæc non sua, sed Apostolorum esse diceret, ille gemebundus ejus prostratus vestigiis, tamdiu precibus institit, donec pius Pater, miseratione commotus, eum remittens ad propria, se pro eo Deum rogaturum promisit; & eo descendente, convocatis Fratribus, suppliciter orationi incubuit. Quibus humiliter in terram prostratis atque orantibus, ille, in cujus manibus cunctorum salus consistit, ægrotum per dilecti intercessionem integræ sanitati restituit. Hoc quoque miraculum ille cui per Johannem beneficium sanitatis impensum est, ita evenisse, ut dicimus, usque hodie viva voce testatur.

Nobilis Florentini filium morbo liberat.

Monasterium nimis magnifice ædificatum.

46 Quodam itaque tempore cum monasteria, quæ sub suo erant regimine, solito more inviseret, venit ad cœnobium, cui vocabulum est Muscetum, ubi cum casas cerneret grandiores pulcrioresque quam vellet, ac-

cersito venerabili viro domno Rodulfo *i*, qui eas construxerat, & ab illo ibi ordinatus fuerat abbas, severissimo vultu dixit: Tu in isto loco hæc tibi fabricasti palatia? Et conversus ad parvissimum rivum, qui inibi juxta currebat, dixit: O Rigambule *k*, si me de Rodulfo, & istis ejus domibus vindicaveris, utrem, aqua Sevæ *l* fluminis plenum, undis tuis augebo. Et hæc dicens sine mora discessit. Cujus imperium, acsi rationabilis homo, rivus ille suscipiens, illo recedente intumescere cœpit, & nescio unde largissima aquarum fluenta congregans, relicto proprio alveo de monte præcipitanter ruit, gravissimos petrarum scopulos, arque arbores secum trahens, [in] prædictas domos illisus terra tenus eas dejecit. Qua ultione completa, quasi pro mercede, quod promiserat, Pater recepit. Qua pro re Abbas ille turbatus cum Fratribus, de loco mutare disponebat cœnobium. Quibus ille hæc consolationis verba locutus est: Nolite, inquit, timere, ne ha- E
bitetis, quia rivus ille nec quidquam mali vobis facturus est, nec ultra vobis nocebit. Quod ejus vaticinium verum firmumque usque hodie permanet. Denique ille sæpe dictus rivulus, quod tunc casu, immo plus imperio Patris acciderit, nec antea fecerat, nec ulterius fecit.

i
k
l

& aliud prænia eodem divinitus punitæ contra.

47 Alia quoque vice, cum intimatum esset ei, quod vir quidam ad conversionem veniens, patrimonium suum totum sibi scripsit in cartula, secumque ad monasterium detulit; mox festinus ad prædictum venit cœnobium, atque Abbati loci, qui cartam susceperat, imperavit, ut sine mora eam sibi deferret; quam ab eo acceptam ungulis eam minutatim discerpens, in terram cuncta frusta projecit, Deumque & Apostolum ejus invocans dixit: Deus Omnipotens, & Petre Apostolorum omnium Princeps, ulciscimini me de cœnobio isto. Et hæc dicens, confestim discessit iratus. Quo non longe digresso, repentinus inibi accensus est ignis, qui prædictum monasterium ex omni parte combussit. Quod incendium pedisequus ejus dum cerneret, eique nuntiaret, nec retro respexit, neque ad locum rediit, sed via, qua cœperat, ad Vallimbrosanum cœnobium festinanter pervexit. F

ANNOTATA.

a *Berizo erat abbas S. Salvii, ut patet ex Privilegio Henrici Imperatoris anno* 1055 *dato, quod refert Franchius lib.* 8, *pag.* 194, *ad marginem.*

b *Satis nota est pissima hæc Comitissa in Annalibus Baronii aliisque historiis, quæ S. Joannem in Lombardiam duci cupiebat, ut collapsam pietatem, & monasticam disciplinam exemplo suo & exhortationibus erigeret.*

c *Fluvius Tusciæ, qui oritur ex monte Apennino, & postea aliis fluviis auctus, Florentiam bifariam secat, ac tandem in mare Tyrrhenum se exonerat.*

d *Nescio, an is Giosfredus idem sit cum Gosfredo, quem Simius in Catalogo pag.* 114 *Beatum & individuum S. Joannis Gualberti comitem vocat.*

e *Existimo hunc Rusticum esse eumdem, de quo supra cap.* 2, *actum est.*

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

f *Præfatus filii* vir *eſt* Teuzo, *qui juxta ma-neſterium Florentinum B. Mariæ reclusus erat, uti clare exprimitur in Vita per B. Antonem ſcripta.*

g *De Axone vel Azzone meminit Franchinus lib. 8, pag.* 239.

h Exenia, *vel* exenia *idem apud ſcriptores mediæ & infimæ latinitatis eſt, quod xenia, dona, munera vel oblationes.*

i *Hic idem eſt Radulfus, de quo cap.* 2 *actum eſt.*

k *Arbitror, hoc nomen barbare latine deductum eſſe ab Italico* rigagnolo, *quod rivum ſignificat.*

l Seva *forte latine factum eſt a* Siena *amne, qui in agro Florentino fluit, & aquis ſuis Arnum auget.*

CAPUT V.

Alia ejuſdem Sancti miracula.

B *Pontifici deſiderium miraculo impedit.*

A Lio quoque tempore, cum in prædicto Muſceto adeſſet, & Papa Leo * a per illam vicinam pergeret, ſuos legatos ad eum miſit, eumque ad ſe ire rogavit. Cumque infirmitate gravatus ad eum nec poſſet ire, nec vellet, legati ad Papam revertuntur, ſibique illum ad ſe venire non poſſe aſſerunt. Ille vero dixit: Ite, ſibique dicite, quod ſi aliter non poteſt venire, in lecto faciat ſe adducere. Qui mox ad ipſum revertentes, & voluntatem Papæ ſibi nuntiantes, ſtatim, eccleſiam intravit, Deumque & Sanctos ejus exoravit, ut aliquod ſibi impedimentum daret, ne ad ſupradictum Papam ire valeret. Oratione completa ad legatos Papæ exiens, lectoque ſe projiciens, aliquantos Converſos venire fecit, & ſe ad Papam portari præcepit. Cumque a monaſterio paululum abſceſſiſſet, mox ſe aer validiſſime turbavit, ventorum nimietas, pluviæque immenſitas proruit. Quod cum legati Papæ vidiſſent, illum vere Sanctum credentes, ad monaſterium reverti fecerunt, & concito curſu ad Papam redierunt. Hoc autem cum cognoſceret, ipſumque Sanctum eſſe dicerent, ait: Nolo illum ultra ad me venire, ſed in cœnobio C cum Dei benedictione quiete manere.

* leg. Stephanus a

Reſtituta cuidam militi ſenitute, b c

49 Alio quoque tempore quidam miles ex Cerlianenſi b caſtello graviter fuerat ex quadam infirmitate detentus, qui ex amicitiæ gratia beatæ recordationis c Johanni Abbati notus erat. Cum quidam ejus familiaris ſervus ad Muſcetanum cœnobium, ubi tunc venerabilis vitæ Johannes manebat, veniſſet, ut eum conſpexit, ſtatim ad ſe vocavit, & de ſuo domino interrogare curavit. Qui reſpondens ait: Domine Pater, jam per duos, & eo amplius menſes valde gravatur infirmitate. Quod cum venerabilis Johannes audivit, panem accepit, eique pro benedictione miſit: comedit, ſanatus eſt: Poſt quartam diem per ſemetipſum ad eum venit, & pro ſanitate, quam receperat, ei plenam gratiam rependit.

domum recipere renuit. d

50 Poſt multum vero temporis, cum idem iterum ægrotaret, & ſe jam jamque moriturum crederet, equum, cui ſedere conſueverat, ſancto Johanni judicavit d, ſuoque filio, ut illum ſibi deferret, poſtquam cum ſepeliſſet, præcepit. Quo mortuo ac ſepulto, filius ejus equum beato Johanni minavit, atque ut ipſum reciperet, & pro patre intercederet rogavit. Sed ſanctus Johannes tranſitoria deſpiciens, paupertatem diligens, cœleſtia concupiſcens, equum homini reddidit, & ut cum eo ad propria rediret, præcepit. Cumque vehementer obſiſteret, & ſe equum non reducturum aſſereret, coactus tandem præcepto ſancti Johannis, cum equo ad propria repedavit e. D

Fratrem quendam impetum ſuffragii priuat, e

51 In eodem autem Muſcetano cœnobio cuidam Fratri venerabilis Pater medicamen quoddam pro quadam ſua infirmitate manu ſua tradidit, & extemplo, urgente cauſa neceſſitatis, ad aliud monaſterium ſeceſſit. Qui nihilominus non ſe, ut decuit, cautius habuit, & intra paucos dies expiravit. Ad memoriam cujus retinendam jam dicti monaſterii pater per Vallimbroſanam cunctam Congregationem, ſicut ex eorum mortuis mos eſt, ejus obitum per apices f deſignavit. Et tunc non multum poſt prædictus pater, Abbatem Johannem viſitandi gratia adiit, a quo continuo E requiſitus de illo Fratre qualiter defeciſſet, & ille ei cuncta ordinatim retuliſſet, inquiens illi: Vade quantocius, & ex cuncta Congregatione ejus memoriam dele: Quod & factum eſt. f

eorumque demum participem factum a purgatorio liberat 52 Tunc demum evoluto aliquantum temporis, cuidam monacho ex eodem monaſterio circa medium diem apparuit. Ad quem inquiens: Numquid tu non es monachus talis? Sum, inquit prorſus illi: Qualiter agis nunc? Tum ille: Sum excommunicatus, & a conſortio Sanctorum ſeparatus. Et ille: Quare? Quia Abbas Johannes diſſociavit me a Congregationum cœtu. Inquiens illi: Quomodo juvare te poſſumus? Ait: Si domnus Johannes vult, reconciliari poſſum. Qui ſtatim ad Abbatem Johannem adiit, & cuncta ei ſeriatim per ordinem retulit. Tunc ille, mente piiſſimus ut erat, prædictum abbatem accerſiri præcepit & pro excommunicati Fratris anima Officium & eleemoſynam, nec non & per Congregationem totam, quaſi eodem die obiiſſet, inſtanter agere præcepit. Qui omnia fideliter adimplevit. Et tunc iterum, defunctus poſt dies xxx cuidam monacho ſimiliter apparuit, eique dixit: Vade, & domno Johanni pro me gratias age, & inferens * quia ego ſum reconciliatus in Electorum cœtu. F

Quidam monaſterium deſerens a demone præcipitatur 53 Alio quoque tempore quidam ejus converſus ſuaſione diaboli, ſeculum dereliquiſſe, & ad monaſterium ſe veniſſe pœnituit. Une cum beatum Johannem importunis precibus frequenter rogaret, ut redeundi ei ad ſeculum licentiam daret, illeque prædicando cœleſtia, denuntiando infernalia, ne id faceret, admoneret, illoque in ſua obſtinatione, diabolo inobligante g, perſiſtente, beatus Johannes præcepit ei tandem irato animo, ut diſcederet. Cumque paulum a monaſterio Vallimbroſano eſſet, diabolo deducente, digreſſus, de alta rupe per quam ibat, ab eodem, quem ſequebatur, præcipitatus animam continuo exhalans, præſentibus eſt ſubtractus. Unde patenter oſtenditur, quam periculoſum fuerit, vel beatum Johannem relinquere, aut ejus iram incurrere. G

* *id eſt* & refert

54 Quo-

A 54 Quodam autem tempore fuit vir quidam, videlicet Florentius *b* nomine urbanæ quidem eloquentiæ, verum etiam & civis *i* omnimodo, tamen Simoniaca perfidia cujusdam episcopi defensione erat valde maculatus. Qui cum quadam die gravissimam incidisset in ægritudinem, mori se funditus desperavit. Sed inter gravissimos suorum lacrymarum luctus, crebrosque singultus, e suis nobilibus amicis aliquantos ad se accersiri fecit, quos ad venerabilem Johannem quantocius ire rogavit, quatenus eorum supplicationibus in monachico habitu ei pœnitentiæ locum concederet. Qui euntes ad venerabilem Johannem ex votis amici, ceu rogaverat, retulerunt. Sed nobilis Johannes eorum precibus minime renuit, nec statim omnimodo concessit. Propter illud quod dicitur: Probate spiritus, si ex Deo sunt. Quo cum dilatione suscepto, monachicum habitum ei tradidit, & paucos dies sic factus est convalescens, ita sane ut claustra monasterii, bacillo se sustentante, circumquaque lustraret.

Virum quondam eloquentissimum,

b

i

B 55 Sed non multum post, cum hæc eadem infirmitas eum repetereret, ad extrema deductus est. De quo cum relatum fuisset Abbati Johanni, adhibitis secum Fratribus, lectum ægroti festinus petivit. Interim Fratres, quibus poterant precibus Deo eum commendando juvabant, qui in proximo erat moriturus. Sed ille ex pallio, unde erat coopertus, sæpius replicando cœpit cum torvis oculis vultum operire. Ad quem Abbas Johannes: Quid est hoc, quod agis? Tum ille pallens & tremens inquit: Terribilibus oculis diabolum prope assistentem video, ex cujus ore miræ magnitudinis flamma, & ex naribus sulphureus & immensus nimis fumus egreditur. Prorsus illi: Ubi est, inquis? Ecce ibi est, Domine Pater. Tunc beatus Johannes raptim ex ejus manibus, qui eam tenebat, Crucem adstulit, & diabolum ex ea fortiter percussit, qui statim ex oculis mirantis velut fumus evanuit. At ille voce, qua poterat, clamare cœpit dicens: Deo gratias, Deo gratias, ecce fugit, ecce recessit.

Ejusmodi dæmonis aspectu territum, recreat.

C Et ecce nunc adest beata Virgo Domini Mater, necnon & beatus Petrus simul cum sancto Benedicto. Vix necdum verba compleverat, mox spiritum exhalavit vitæ.

56 Quidam rusticus ad eum veniens, genibus ejus provolutus, strictimque exosculans, magnis vocibus cœpit obtestare, atque obnixe rogare pro unico nato suo, in agone constituto, ut suis sanctis precibus ab instanti periculo liberare dignaretur. Qui animum compatiens, Fratres imperat adesse, & pro illo Domini misericordiam jubet exorare. Quid multa? Fratres in Ecclesia, illeque solo, ubi decumbebat, prostratus, magnis gemitibus Christi misericordiam supplicans, panem transmisit, statimque sanitati reddidit.

Rustici filium sanat.

57 Quodam namque tempore prædictus Pater ante fores monasterii permanens, vaccarum pinguium gregem, in nemoroso jugo Alpium dum pascerentur, conspexit, atque unam ex illis beato Paulo petivit dicens: O sancte Paule, si pauperibus istis unam dares ex illis mihi. Hæc eo dicente, una ex illis deorsum ruit, statimque exstincta est; cujus cadaver dispertiri jussit pauperibus. Quæ consumpta, eodem ordine orando, secundam, & tertiam, & quartam accepit, tributque pauperibus semper. Qua de causa pastores tristes effecti, ex alio montis latere vaccarum gregem duxerunt. Sed iisdem Vir sanctus dum non haberet quid tribueret pauperibus, iterum beato Paulo petivit dicens: Sancte Paule, isti locum mutando fugerunt, te tamen, qui loci Patronus es, effugere non possunt. Ergo tribue mihi, quid pauperibus tribuam, adhuc. Hæc eo dicente, confestim quinta corruit, & extincta similiter distributa est pauperibus. Hoc etiam de VI, VII, VIII, VIIII, eodem ordine accidit.

Carnibus prodigiose obtentis

58 Extrema vero consumpta, pro damno & *lacte* contristati pastores, venerunt ad eum, magnas inclamantes adversus eum querelas: Melius, ajunt, in tuo Valimbrosano cœnobio starcs, quam huc tot animalia occisurus venires. Quibus ille placido vultu respondit: Scio vos de hoc, quod largitus sum, tristes; nec amplius vultis impendere. Nolite ergo timere, quia nulla earum hoc tempore amplius morietur. Quod & factum est. Et sic, eo orante, ruina vaccarum, & mors semper secuta est, & mox ut cessavit orare, juxta quod pollicitus est, incolumes permanserunt. Interea sanctissimus Pater Johannes, cujus cor flamma urebat caritatis, cernens adhuc famelicorum inopia, & si animalium carnes sine gravissimo scandalo non posse largiri, totum earum lac distribuere jussit pauperibus, & sic diutius lactis præbendo liquorem, usque ad septem viros de famis morte eripuit.

D

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

E

59 In illis diebus etiam cum venerabilis Pater ad Valimbrosanum reverteretur cœnobium, ad quamdam curiam *k* devenit, cui vocabulum est Ronta *l*; accersitoque ejusdem curiæ villico, promisit ei berbicum *m* gregem mittere, in quo plurimi habebantur arietes. Simulque præcepit, ut de prædictarum ovium lacte, se suumque, quem habebat, nepotem, & quantos posset pauperes, quam competentius valeret, quotidie aleret: prædictos vero arietes, donec superesset ex illis, opportune largiretur pauperibus: cum illis etiam magnum hircum, quem inibi solum habebat. Sicque factum est.

pauperes pascit

k

l

m

F

60 Quidam ejus famulus ex Razolensi cœnobio Valimbrosæ ad illum pervenit nuntians, ursum depopulationem quam maximam facere vaccarum. Qui præcipiens dixit: Vade & amodo interfice eum. Qui regressus, vaccas in pascuis, prædictumque ursum in antro quodam arboris stantem invenit. Itaque securim manu tenens, arborem percutiens, & nihil verens *n*, dicebat: Egredere, quia dominus Abbas imperavit, ut te occidam. Egressus namque, ab illo est interfectus.

Ursum occidi jubet.

n

16 Quadam itaque die venerabilis Pater inde transiens, venit ad locum, vidensque obstaculum arboris, & se viam ullatenus declinare non posse, modice turbatus queritando cœpit dicere: Heu quid faciemus! Cujus audita querela socius, qui eum præibat, Ugo nomine, sancti Johannis Majoris *o* plebanus, tentans si undecumque posset irrumpere,

Magna molis arborem removet.

o

A super equum, cui assidebat, se sub illa inclinans, arborem levavit in collo, cujus pondus multorum paria boum aliaceans movere non possent, eamque acsi leve virgultum, aliquamdiu, ut ipse testatus est, sustulit. Sicque venerandus pater Johannes, prædictusque plebanus transierunt inlæsi. Hocque actum est non longe a Razolensi cœnobio, in loco, qui dicitur, Ad cellas veteres.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

Monachi ophthalmiam curat.

26 De Johanne quodam jam antiquissimo Fratre a prædicto Patre Johanne septennis suscepto. Qui dum graviter doleret oculum, mulierculam ad le curandum conduxerat. Cujus medicamina dum ergo nihil proficerent, ad monasterium prædicti Patris reversus est. Quem ille dure arguens, eo quod cum illa vel confabulationem, vel ab ea quæsisset medelam, ei tantummodo bonum simum calidum super oculis poni jussit, & mox sincerissimæ sanitati restituit. Quod ille adhuc superstes sic actum fuisse, & illa, quæ superius diximus, viva voce testatur. Et non solum illa, sed etiam, quæ inferius subjungemus.

B

Bovem a furibus defendit

63 Item prædictus Pater boum custodibus contra morem die tota necessitatis obtentu arare præcepit, & in nocte carpere pabula. Cumque illi respondereut: Quomodo, inquiunt, Pater hoc perficere possumus, cum ursos ac lupos, nocturnosque timeamus latrones? Respondit: Sinite, inquit, sinite: Deus enim, ejusque Paulus Apostolus de illis possunt habere custodiam, eosque conservare illæsos. Remanserunt itaque nocte illa contra morem sine custodia boves. Tunc duo latrones supervenerunt, qui unum ex bubus funiculo ligaverunt per cornua, cumque rapere, secumque usque mane nitebantur perducere. Sed bos immobilis permanens de loco ulla ratione moveri non potuit. Sed mane a custodibus inventus bos, ligatus lacrymasque more hominum fudisse repertus est. Hoc cum prædicto Patri nuntiatum fuisset, accessit, bovisque caput leniter demulcens, dixit: O bos, bos vade, tuumque officium imple: non enim te beatus Paulus adhuc perdere voluit.

C

ANNOTATA.

a *S. Antoninus, Binius, Baronius, aliique scriptores merito id Stephano Papæ attribuunt. Quare hic annumeris efficiantia Leo Stephano substitutus est.*

b *De loco hoc vulgo* Castello di cerliano *vide Franchium Lib.* 10, *pag.* 335.

c *Hæc expressio non favet Guidoni Grando, quia B. Andreas illa post sancti mortem scripsit. Plura de hac re vide in Comment. prav.* § 10.

d Judicare *hic accipitur pro* adjudicare *vel* concedere; *atque hoc sensu verbum illud sæpe est usurpatum in legibus Gothicis & Longobardicis.*

e Repedavit *id est* rediit: *quæ phrasis in Auctoribus mediæ latinitatis sæpissime occurrit.*

f Per apices *id est* per litteras; *quæ vox scribæ usi sunt inferioris ævi scriptores.*

g *Id est* instigante, *sicut ex sensu satis colligitur.*

h *Florentius ille, juxta Locatellium Lib.* 1, *cap.* 59, *& Franchium Lib.* 10, *Pag.* 338, *aliosque scriptores Vallumbrosanos, favebat Petro Simoniaco, de quo postea pluribus agetur, unde patet in his Actis nullum temporis ordinem servari, sed quædam citius narrari, quæ serius contigerunt.* D

i *Puto, quod auctor significatum velit, illum Florentium non tantum rhetoricæ, sed etiam juris civilis fuisse peritum: sic enim reperimus* Civilistam *pro jurisconsulto, vel eo, qui juri civili dat operam.*

k Curia *sæpe significat* prædium rusticum, *ut constat ex innumeris donationum instrumentis.*

l *Locus,* Ronta, *nostris temporibus in mappis Geographicis collocatur inter colles montis Apennini, qui facile a Valle Umbrosa distat viginti passuum millibus versus septemtrionem. An sit idem, de quo hic agitur, nescio.*

m Berbix *detortum est ex Latino* Vervex *Italisque dicitur* Berbice. *Est animal satis notum.*

n Verens *pro* veritus. *Plures solœcismos alibi occurrentes, eosque & frequentes & crassos, auctores non semper iubet, modo sensus intelligatur.*

o *Hæc ecclesia S. Joannis, teste Franchio Lib.* 10 *pag.* 343, *sita est quinque passuum millibus infra monasterium Razolense.*

E

CAPUT VI.

Cordis arcana cognoscit, aliaque præbet sanctitatis argumenta.

QUidam vir ex Ponientsi territorio, Gerardus scilicet nomine, renuntians sæculum, Passiniano se ad prædictum Patrem contulit. Qui quasi respuens, & ut abiret, indignans jussit. Sed ille, ut sui misereretur supplicans, quatenus ei pro suorum omnium delictorum, quæ illi ex integro professus est per omnia confiteri *a*, in monastica vitæ regula locum pœnitentiæ tribueret. Nec immerito ille sane omnibus ad Deum confugientibus, ut erat mitissimus, ut sibi visum fuit, precibus pie petenti non renuit, sed quod rogavit concessit, & ejus animæ salutis curam habuit. Qui non affector voti, quod promisit, reatum suum ex parte prodidit, &, erubescente conscientia, majora infra seipsum retinuit. Pauco tunc itaque interjecto tempore, ad susceptionem hospitum, & ministerium peregrinorum, ob saltem suæ animæ, cum exterius locavit.

Quidam recurrit converso

F

65 Et cum quadam die idem Gerardus, quibusdam supervenientibus hospitibus, victu alimenta ministraret, Abbas Johannes tum superveniens, eumque ex nomine vocans ait: Gerarde, Gerarde, quare mihi sic fallere voluisti? Qua de re, Domine mi, inquit? Et ille: Cum vacaveris, occurre quantocius, & dicito mihi, quod professus es. At ille præceptum Patris fideliter adimplens, cum opportunum tempus invenit, adiit ad Patrem. Inquiens illi: Numquid non dixisti, quia ex integro patefaceres secreta tui cordis mihi? Utique dixit. Et ille: Et si ita dixisti, quare tam crudelissimum facinus, quod in die sanctæ Apparitionis Domini, & ejusdem diei Vigilia cum uxore illius talis hominis commisisti, mihi patefacere noluisti? Et addens: Insuper non sufficiebat tibi tam terribile malum, nisi nunc ad confusionem tui iterum disponis in mente, ut ad tam grande piaculum reverteris? Tunc ille mente

occultatum detegit.

Are confusus, videns se in captionis laqueo deprehensum, confestim ad terram corruit, & pœnitentiam sui criminis quærivit, & ita omnia esse, ut sanctus Pater indicaverat, dixit.

Ægrotum obsessum b

66 Quodam itaque tempore quidam vir inter seculares valde nobilis, Ubaldus nomine, qui in Figlinensi b castro, & in aliis quam pluribus fuerat nimis gloriosus: Hic erat beatæ recordationis Johanni Abbati valde notissimus, & inter mundiales amicos familiarissimus. Qui cum quodam tempore in ægritudinem incidisset, ad extrema videbatur deduci; convocatisque suis militibus, & familia cuncta, de domo propria disponere curavit. Tunc uxor ejus unum ex suis nobilibus, Benzonem nomine, marito jam in agone constituto, ad se accersivit, & ad Passinianese cœnobium, unde prædictus erat compatronus, nuntiare sui funeris adventum quantocius ire præcepit. At ille, mœstus ut erat, sine cunctatione, festinanter pergere præcepit.

B *prætibus suis famos.*

67 Jam eo in medio itinere appropinquante, quidam curialis c ei occurrens, requisivit, quo tenderet. Dixit eventum rei. Sed quamquam mœstus similiter illum requirit. Tum ille: A cœnobio sancti Cassiani d venio, ubi Domnum Abbatem Johannem Valimbrosanum visitandi gratia perrexi. At ille, ut hoc audivit, ad præfatum cœnobium illico pervenit. Quem nescio de psalmis, aut quid aliud murmurantem ante fores monasterii invenit. Qui cum eum officiosissime salutasset, & satis ab eo hilariter resalutatus requisivit, qualiter illi esset. Respondit: Tristis & mœrens nimis me esse confiteor pro nobili viro, & vestro fideli amico, qui nunc videtur e sæculo exire. Ad quem inquit: Quis ille est? Et ille: Illustris Ubaldus vester valde fidelissimus. Statim venerabilis Johannes versis ad Orientem luminibus, paromper subsistit & oratione completa Benzonem respexit, eum ire præcepit, eique dixit: Quantocius ad propria revertere, quia infirmus ille, super quo mœstus eras; incolumem invenies. Quod ut dixit, ita actum est.

c

d

C *Mirabilis ab mutescentia Hildebrandi, postea Gregorii VII.*

68 Cap. de Domno GG. VII Apostolicæ Sedis PP; qui cum Archidiaconatus in eadem Apostolica Sede officium gereret ob illius patientiam comprobandam eum dure increpare curabat. Mox ad ejus intuitum mutavit mentem, ac præordinata, quæ se putabat dicere, oblitus est verba. Qua ejus perfectione ab eo ita comperta, tantus deinceps inter utrumque firmatus est amor, quantus inter carissimos, atque uterinos solet esse germanos. Hæc namque a venerabili viro abbate Rodulfo Passinianensis cœnobii, qui tunc ibi aderat, sæpius audivimus, atque de tali teste dubitare nihil debemus e.

e

Monachi cujusdam cogitationes,

69 Qui dum quodam tempore nimis ægrotus pulmentum, quod ægroto convenit, assere se coctum teneret, quidam religiosus Frater, Gerardus nomine, visitationis gratia advenit, atque ante illum præsentatus est. Cui mox prædicti pulmenti particulam quamdam porrexit, qui nec recusare, nec nutu quolibet resistere [ausus], eam accepit, silenterque comedit, & inter edendo, se reum, se reprehensibilem atque impium accusare cœpit, atque per cogitationem rixando multa dicere verba, quod vel semel hoc non refutasset, quod almus Pater porrexerat. Quem ille per spiritum recognoscens, & audiens, quasi lingua proferret, expleta refectione, dixit: Si plus vel minus ex hoc, quod per cogitationem dixisti narravero, te ipsum volo habere testem. Et mox arcanum sui pectoris patefaciens, quæque cogitaverat, quæque per cogitationem dixerat, lucide enarravit.

D AUCT. B. ANDREÆ EX MSS.

& secutam cessationem cognovit.

70 Cui discessuro, infirmum quemdam Fratrem commendans, segregatim nocturnali expleto Officio ut secum duceret imperavit. Cujus jussionem & libenter audivit, & dulciter se adimplere promisit. Nocte vero surgens, nocturnali expleto Officio, [dum] cum socio abire disponeret, siti gravissima laborare cœpit. Hoc Johannes Pater per cordis Illuminatorem recognoscens, ministrum suum, qui ei solebat assistere, nutu advocans, non parvum scyphum vino aqua mixto summatim implere fecit. Deinceps discessurum Fratrem, si adesset, ad se venire signavit. Cui ad se accedenti porrectum scyphum sumere, vinumque fecit E bibere.

Cuidam famem reddit venerationem,

71 Vir quidam in vicinitate Valimbrosæ permanens, beato Johanni valde fidelis & devotus existens, quodam die ad eum cum canibus venit, seque in venatu diu frustra laborasse, nullam venandam bestiam videns, asseruit. Beatus vero Johannes mox sibi præcepit, ut comederet, esum lassis canibus tribueret, & postea ad venandum rediret, quia captura, Deo præstante, statim perveniret. Quo facto, in agrum, qui est monasterio contiguus, illico exivit, quosque mox lepores in nive, qua tota tunc terra erat cooperta, vidit; post quos canibus concitatis, ambos cum omni festinatione comprehendit. Post hæc vero ad sanctum Johannem remeans & ei, quæ sibi, Deo miserante, & ipso patrocinante, acciderant nuntians, salutaribus ab eo verbis instructus, gaudens & exultans reversus est ad propria.

& leporem a monacho apprehensum dimisit.

72 Alio quoque tempore cum nimia nix terram tegeret, quidam lepus ex nive egressus, tugurium, in quo beatus Johannes tunc cum quibusdam Fratribus stabat, est ingressus. Quem quidam Fratrum mox apprehendit, & in gremio brachiis circumplectens abscondit, cœpitque Fratribus dicere, quod licenter illum, utpote divinitus datum, possent edere, maxime cum nihil fere præter ipsum ad edendum haberent. Beatus vero Johannes, quod acciderat, quod dictum fuerat, Deo revelante, cognoscens, Fratrem quid in gremio absconditum teneret requirens, manifestatum leporem sibi dari imperavit, quem blanda manu diu attrectavit. Dicendo sibi: Follis, follis f cur huc venisti? Postea vero f leporem g miseratus, portas cœnobii egressus, illum terræ supposuit, ac liberum abire permisit. Sequenti autem die quidam Rusticus asinum panibus oneravit, sanctoque Johanni in magna inedia cum suis Fratribus portavit. g

F

Clerici præmium non nisi recipere

73 De Clerico, qui fama reverendi Patris audita, & cum vita qualis esset ejus doctrina, cuncta, quæ possidebat in sæculo, vendidit, & plurima numismata exinde sumens, eaque crumenæ includens, ad cœnobium prædicti Patris venit. Cumque inde Patri se placere

A cere crederet, unde amplius erat odibilis, fiducialiter ad locum accedens, se veniſſe ſignificat. Quem cum ille, paupertatis amicus, nummatum fore cognoſceret, atque audiret, qua pro cauſa advenerat, ſic eum alloquitur: Quamdiu, inquit, unum ex his ſuper te nummum habueris aut reſervaveris apud te, nec mecum participare poteris, nec me habebis amicum. Hæc itaque clericus audiens receſſit, pretium ſui patrimonii quod Deicola ſpreverat, illis totum diſtribuit, qui poſſeſſione carebant, libenterque manum porrigebant munificis. Deinde remeavit ad illum, qui Deum auro, & feminudos præponebat divitibus. Hoc Johannes Pater audiens, & quid egiſſet, diſcutiendo reperiens, qui ante locupletem ſpreverat, factum pro Chriſto pauperem, dilectum ſuſcepit in filium.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

ANNOTATA.

a *Confeſſio hæc non erat ſacramentalis, ſed monaſtica, quæ in uſu erat apud veteres monachos, qui abbati, etiam non ſacerdoti, ſua delicta pandebant.*

B

b *Locus ille, vulgo* Figline, *ſitus eſt inter plures colles, quos ab utroque latere habet, diſtatque a Valle Umbroſa duodecim fere paſſuum millibus verſus meridiem.*

c *Hæc vox aliquando ſignificat aulicum, qui curiam frequentat; aliquando curionem ſeu parochum; utrum ex duobus hic indicet, non eſt promptum divinare.*

d *Indicat monaſterium montis Scalarii, quod S. Caſſiano dedicatum fuit, cujus ſitum deſcribit Franchius lib. 8, pag. 237.*

e *Hoc miraculum fuſe examinavimus in comment. Prævio §. 8.*

f Follis *pro ſtulto vel fatuo. Sic Joannes Diaconus lib. 4 vitæ S. Gregorii PP. cap. 69.* At ille more Gallico ſanctum ſenem increpitans follem, ab eo quidem virga leviter percuſſus eſt.

g *Neſcio, cur Breviarium Vallumbroſanum, & recentiores hujus Ordinis ſcriptores aſſerant, dæmonem ſub hujus leporis forma latuiſſe, cum in B. Andrea nulla ſit vox, quæ hoc indicet. Fruſtra itaque Franchius lib. 10, pag. 355 & ſeqq. nititur hoc probare, & rationem reddere, quare dæmon hujus animalis formam aſſumpſerit.*

C

CAPUT VII.

S. Joannes Gualbertus alios excitat ad exſtirpandam Simoniacam hæreſim.

Epiſtolam ſcribit epiſcopo Volaterrano

COntra Simoniacam autem hæreſim ita Pater ſanctus zelo divini amoris exardeſcebat, ut totis niſibus, in quibus valebat, circumquaque exhortando & admonendo videretur repugnare. Denique Epiſcopo Volaterrenſi *a* melliflua, atque ſalutifera ſcripta direxit, quæ hic pro magna utilitate conſcribi neceſſarium duximus. Herimanno *b* Volaterrenſi Dei nutu Epiſcopo, Johannes indignus ſervus ſervorum Dei, cum omnibus ſuis monachis & Fratribus quidquid meliùs ſit apud Deum hominibus. Petitionibus veſtris conſulere dignum duximus, maxime D cum non de ſæcularibus & mundanis, ſed de eccleſiaſticis & divinis, quæ in Dei cultu ad ſalutem animarum fiunt, quæreretis. Requiſiſtis enim adjutorium in exhortatione paſtorali, ex his quæ in veſtra cura & ſtudio ſub Dei protectione permanere videntur. Quæ fructum bonis operis tunc germinant boni, cum populi obedientia nec in minimis contra paſtorem rebellat. Sed ſanctitas & ſapientia paſtoris talis debet ſemper apparere & eſſe, ut delinquentes Dei judicio terreat, & obedientes divinis præceptis digna remuneratione demulceat.

a

b

75 Unde oportet veſtram vigilare ſolicitudinem, ut poſtquam omnia divina præcepta ſine reprehenſione percurreris, omnia quæ clero, & populo imperaveris, de ſanctarum Scripturarum ſtudeat proferre ſententiis. Scilicet ut clerus ſecundum ſtatuta Apoſtolorum, & canonum præcepta permaneat, & E populus ſecundum mandata Sanctorum in omnibus illis obediant. In primis quia oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, quod etiam ad omnem pertinet clerum. Deinde ut omnem ſolicitudinem Epiſcopus cum clero & populo impendant, ut innocentes in innocentia ſua permaneant, & peccantes peccare deſinant, & pœnitentiam agentes de bono in melius creſcant; certiſſime credentes, ut qui in malis dies ſuos finiunt, æternam luant vindictam, & qui in bonis, æternam ſuſcipiant palmam. His promiſſionibus confortentur boni, & his minis terreantur mali.

quæ cum ad epiſcopali muneri; pertinent;

76 Interea ſolicite ſatagendum eſt, ne alicujus hæreſis quamvis parvæ, aliquis eorum immunditia ſordeat, quia quamdiu quis in ea permanſerit, etiamſi pro Chriſti nomine ſanguinem fundat, nihil ei proderit. Heu quam peſſimum & grande peccatum, quod nec in præſenti etiam pro morte, nec in futuro pro multo tempore pene poterit ſolvi. Ergo tam peſſimum nefas cito dimittere, & anathematizare debemus & pœnitendo delere, ut cum Chriſto in præſenti & in futura via poſſimus manere. Quia quamdiu quis in aliqua hæreſi manſerit, nullum ejus bonum opus F Deo placebit. Simoniaca igitur hæreſis, quæ prima & peſſima ante omnes alias hæreſes jam diu ante nos uſque ad noſtra tempora viguit, quam Deus noſtro tempore ſua miſeratione detegendo deſtruxit, omni ſolicitudine a vobis abjiciatur. Et cum illa hæreſis ante omnes hæreſes in ipſo initio Eccleſiæ a Principe Apoſtolorum percuſſa palluerit, miramur, quomodo a quibuſdam, peſſimis indumentis palliata, vivido colore, quaſi Chriſtianæ fidei cultrix operoſa monſtretur: Scimus enim quia, quod Chriſtus odit, nullus, qui Chriſtianus eſt, diligit. Si autem dilexerit, Chriſtianus eſſe non potuit. Chriſtus igitur Simoniacam hæreſim odit. Ipſe enim dixit: Qui in Spiritum ſanctum peccaverit, neque in hoc ſeculo, neque in futuro dimittetur ei.

hæreſi, maxime ſimoniaca, odium

77 Itaque dum tempus ordinandi clericos & *exſtir-* ad divinum cultum advenerit, non alicujus *pationem;* pretii datione palam vel occulte aliquis ad eccleſiaſticum promoveatur Officium, non aliquis indignus, vel ignarus officii, non alicujus reatus vel infamia tactus, non niſi virgo, aut monogamus, & hic qui virginem ſecun-

Digitized by Google

A secundum sacros canones duxerit; non superbus, non elatus, non alicujus honoris cupidus, sed humilis & mansuetus & timens Deum. A nullo clerico aliquid commodi pro sacro Officio requiratur, neque ab Archipresbyteris, neque ab Archidiaconis, neque ab illorum subjectis. Dum autem parœcias per Ecclesias Baptismales, quas Plebes dicunt, Episcopus circuit, & ne forte aliquid mali, aut criminis, aut inimicitiarum causas inveniat, investiget, nil quæstus, nil pecuniæ exinde requirat, nec eos qui ibi fuerint, pro suo suorumque cibo affligat, sed quasi pater filiis misereatur, & emendatis culpis, omnes in pace relinquat, ut omnes pro suo Episcopo & Sacerdote Dominum benedicant, & pro ejus salute tam corporis quam animæ, Dei misericordiam petant.

78 Taliter enim Episcopo faciente, populus cum clero apud Deum salvabitur, & idem Episcopus a Deo remunerabitur. Si autem contra hæc fecerit, vel pecuniam requisierit, Simoniacus hæreticus judicabitur, atque damnabitur. Igitur ante omnia Simoniacam hæresim persequendo abjicite, sacerdotes cum omni Clero sanctæ Regulæ Ecclesiasticæ vivendo subjicite, populum tam majores, quam minores sanctis suasionibus ad bene agendum solicite invitate, peccatores ut resipiscant & pœniteant, prædicate; qui pœnitere noluerint excommunicate; qui ad pœnitentiam reverti voluerint sacris canonibus subjugate, viam salutis omnibus demonstrate, circa omnes benignitatem ostendite; & Deus judex justus omnia secundum justitiam vestram vobis restituet. Si enim omnia, quæ supra dicta sunt, in vestro episcopatu studueritis observari, dum tempus fuerit & facultas, ad vos veniemus si expedierit, & quidquid vobis necessarium & nobis licitum & possibile fuerit faciemus. Valete.

79 Post hæc cum longe lateque odor tantæ sanctitatis perflagrasset, cœperunt de diversis terris, & regnis ad eum certatim currere, monachi, & clerici, & fideles laici. Præcipue Mediolanenses, & Cremonenses, atque Placentini. Monachi vero sua monasteria relinquentes, & longam peregrinationem sumentes, ad eum veniebant. Alii siquidem pro apprehendenda sub eo audita laudabili conversione*; alii vero ut a tanto infirmentur Patre qualiter Simoniacam hæresim deberent vitare. Audierant enim Johannem Patrem hanc cum suis Fratribus publice damnare, & contra hanc exardescere multos mortales.

80 Quis itaque ad eum umquam venerit, postquam viderit illum, & audierit, se dispendium pertulisse, vel laborem longi itineris sumpsisse pœnituerit? Nam ‖ cor dubium, vel forsasse tepidum, vel evacuatum marsupium aliquis veniens detulerit, alacer repedabat, & cor in fide confirmatum reportans, & marsupium profecto non vacuum. Acceperat enim a Jesu Christo dono & vultum omnibus gratum, & sermonem cunctis placidum, & ad largiendum amplissimam manum. Jam causa exigit ut referam, quam Johannes Pater cum suis contra Simoniacam toto coram mundo sumpserit pugnam.

81 Per idem tempus quidam Papiensis *d* Petrus sedem Florentinæ Ecclesiæ invaserat clam interventu pecuniæ, quod Johannem Patrem ejusque Fratres minime latuit. Ille gerunt itaque vitam mortalem potius perdere, quam veritatem celare. Ideoque Papiensem Petrum esse publice Simoniacum & hæreticum cœperunt dicere. Facta est denique inter clerum & populum contentio pervalida. Alii quidem temporalia intuentes commoda, ipsum defendebant. Alii cum monachis jam illorum credulis verbis vehementer impugnabant.

82 Cum igitur contentio hæc inter clerum, & inter populum & populum per dies haberetur multos, & seditio inde frequenter oriretur, æstimavit hæreticus Petrus populum terrere & clerum, si faceret necare monachos, a quibus verba sibi adversa sumpsere principia. Qua de re missa multitudine equitum & peditum nocturno tempore, jussit sancti Salvii cœnobium igne comburi, & monachos, quos reperissent, interfici. Johannem vero Patrem ibi tunc existimavit inveniri. Ipse quidem die altero recesserat.

83 Ingressi igitur Ecclesiam, cum nocturnum Fratres celebrarent Officium, evaginatis ensibus cœperunt Christi mactare oves, ut immites carnifices. Alii siquidem in fronte tam grave infixerunt vulnus, ut perveniret acies ferri usque ad testudinem cerebri. Alterum vero tam impie graviterque sub oculis percusserunt, ut nasus & dentes superiores cum superno labio a sua dividerentur compagine, & cuncta dependerent super barbam. Alii quidem infigentes aciem gladii vulnusque ad interiora perduxerunt. Hujuscemodi igitur plagis multis in diversis perlatis, everterunt altaria, & depræda sunt, quæ invenerunt omnia, & igne in domibus appositio, monachis tunc in ecclesia septem Psalmos cum Litaniis decantantibus, in nullo reluctantibus, nec silentium frangentibus, ipsisque nudatis, & semivivis relictis, abierunt.

84 Nam ejusdem monasterii Abbatem, nomine Dominicum *f*, ætate vetustum, conversatione sanctissimum, omni nudaverunt amictu. Qui tantum sic nudus cœpit solicite quærere, si quid invenire posset, quod se indueret. Tandem pelliceum indumentum, quod ob incuriam inter Fratrum lectos ceciderat, invenit, seque illud dissutum, & consciissum ac vetustate dilapsum induit. Sed unde inimicus acquirere putavit victoriam & exaltationem, inde invenit detrimentum & confusionem: Nam multi de populo & clero, qui hactenus ejus videbantur fautores, ipsius intuentes impietatem, facti sunt ipsi deinceps omnimodis adversi.

85 Altera quoque die tam homines, quam mulieres Florentiæ ad supradictum monasterium perrexerunt, & quæcumque poterant, necessitatibus Fratrum necessaria fideliter detulerunt. Felicem se quisque credebat, si aliquem monachorum videre valebat, vel ex eorum sacro sanguine, ex terra, lapidibus, & lignis, suis pannis possent extergere, volentes illum pro magnis reliquiis habere.

86 Beatus autem Johannes, Valimbrosæ tunc positus, hoc quod acciderat audiens, martyrii flagrans amore, ad sanctum Salvium festi-

D

E

F

Papiensis Petrus Florentinæ sedis invasor.

B. Johannes Vallumbrosæ abbas.

S. Joannes Simoniacum episcopum rejicit.

emitur just. su missi militer

monachos S. Salvii

qui injuria illis populi & cleri eorum sustinet.

S. Joannes suos ad constantiam hortatur.

Varii undique ad S. Joannem confluunt

ut spirituale vel corporale auxilium obtineant

ut spiritualis curam habeant.

* Forte conversatione.

festinato veniens, Abbatem ceteroſque flagellatos Fratres, cæſos, nudatoſque conſiderans, dixit: Nunc vere monachi eſtis: ſed cur ſine me hæc perferre voluiſtis? Valde enim doluit, quod præfatæ perſecutioni defuit, in qua tamen ipſe martyrii obtinuit bravium, qui ad tolerandum martyrium ſuos tam ſtrenue inſtituit diſcipulos. Ad hoc enim venit, quod ſe credebat teneri, flagellari, detruncari, quod etiam pro amore Dei, & defenſione Catholicæ Fidei cupiebat, ſi poſſet milies, occidi.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

87 Monachi vero tanto fortiores deinde ſunt effecti, quanto ſecuriores de corona, quam jam guſtaverant, martyrii. Nam euntes Romam tempore ſynodi, conſtanter & publice proclamaverunt Petrum Simoniacum & hæreticum, ſe igne proferentes intraturos ad id comprobandum. Alexander vero Papa qui tunc Sedi Apoſtolicæ præſidebat, nec tunc accuſatum voluit deponere, nec igneam declarationem ſumere: Favebat enim maxima pars Epiſcoporum parti Petri, & omnes pene erant monachis adverſi. Sed Archidiaconus Ildeprandus *g* monachorum in omnibus eſt factus adjutor & defenſor.

qui tanto ortius Simoniacis opponuntur

88 Lite itaque tunc permanente, immo deinceps nimis creſcente, facta eſt perſecutio tanta adverſus clerum Florentinum Catholicum, ut eam ferre non valentes Archipresbyter ceterique quam plures de civitate exeuntes, ad Septimenſe confugerent cœnobium. Quos Johannes Pater benigne ſuſcipiens, omni benignitate & caritate præbebat eis pro poſſe ſubſidium: Favebat enim Dux Gotifredus *h* parti Simoniaci Petri, ita ut minaretur interimere monachos & clericos eidem adverſarios. Qua de cauſa Petri pars tunc valde prævaluit: Quæ enim lingua fari poteſt perſecutiones & anguſtias, quas tempeſtate illa Catholici perpeſſi ſunt? Nam tempore illo, cum præfatus Papa Florentiam venit, præparata & coadunata ſunt ligna ad ignem accendendum, quem monachi inniabant ingredi ad comprobandum, ſæpe factum * Petrum eſſe Simoniacum & hæreticum. Quod Papa tunc recipere renuit, ſed clero & populo in lite relicto, receſſit. Sed hanc omnipotenti Deo qualiter ſedare placuerit, tempus & cauſa, ut id intimetur, inquirit. Ad hoc ergo noſcendum hic Florentinæ eccleſiæ Epiſtola, Papæ præfato directa, per ordinem ponatur, & tunc quod omnipotens Deus oſtendere eſt dignatus ad fidem corroborandam Petri, & ad deteſtandum errorem Simonis Magi, legenti liquido patebit, & audienti.

ſed lite indeciſa relinquitur.

* *Al.* non ſæpe factum.

ANNOTATA.

a *Id eſt* Volaterrano. *Volaterra autem eſt urbs antiqua Hetruriæ, ſita prope Eram fluviolum & Cecinam, diſtatque triginta quatuor milliaribus Florentia in meridiem.*

b *Herimannus vel Hermannus, epiſcopus Volaterranus, ab Ughello tom. 1, Ital. ſac. col. 346 mortuus perhibetur anno 1077. Incertum tamen eſt, quo anno epiſcopatum inchoaverit.*

c Plebes, *Italis* pieve, *eſt eccleſia parochialis; unde extat hic verſus Ebrardi.* Plebs hominum dicas, ſed plebes eccleſiarum.

d Petrus Simoniacus *vocatur* Papienſis *vel* Ticinenſis *a patria ſua* Papia, *quæ &* Ticinum *dicitur.*

e *Per* teſtudinem cerebri *auctor hic intelligit* cranium, *ut opinor.*

f *Hujus Dominici elogium vide apud Simlerum in Catalogo pag. 91 & ſeqq.*

g Ildeprandus *vel* Hildebrandus *fuit poſtea Gregorius VII, ſummus Pontifex.*

h Gotifredus *vel* Godefredus *dux Tuſciæ, animi inconſtantia in hiſtoriis ſatis notus.*

CAPUT VIII.

Epiſtola cleri & populi Florentini ad Alexandrum Pontificem data, qua prodigioſa ignis probatio contra Simoniacos facta exponitur.

Clerus & populus Florentinus per litteras

A Lexandro Primæ Sedis Reverendiſſimo ac Univerſali Epiſcopo, clerus & populus Florentinus ſinceræ devotionis obſequium. Jam diu tædium & laborem noſtrum, necnon certamen monachorum contra Simoniacam hæreſim, Paternitas Veſtra bene novit. Et nunc quoque dignum eſt, ut, qualis Deus excelſus pie ac miſericorditer ſcrupulum hujus rei de cordibus noſtris abraſerit, pernoſcatis. Signa enim & mirabilia Dominus noſter in nobis fecit, & per ea cæcitatem ignorantiæ, & dubietatis caliginem, ac tenebras erroris de pectore hominum pepulit, & fidem nobis augendo & dilatando, & in ſe ſolidando, lux mentibus noſtris ſuæ veritatis clementer infulſit. Paſtor quidem bonus de cælo venit, & ovibus aſſiſtentibus, atque ad ſe totis cordis medullis clamantibus, ſententiam ſereno clariorem, ſoleque lucidiorem, omnique dicto aptiorem, omnique viſu certiorem, de medio ignis populo ſuo dedit. Quid vero plebi Florentinæ de Petro Papienſi, qui ſe noſtrum epiſcopum haberi volebat, tenendum ſit, in ſuo tremendo judicio declaravit. Sed licet miraculorum narratio videatur aliquantulum protelari, cauſas tamen, unde ad hæc ventum eſt, nequaquam inutiliter putamus debere ſuccincte præſcribi.

Pontifici exponunt.

90 Quadam etenim die omnes Florentinæ civitatis clerici una congregati, cœpimus tam de clericis, de locis ſuis expulſis, quam etiam de nobis ipſis ante Papienſem Petrum conqueri. De abjectis enim, quia conſilium & ſolatium eorum amiſeramus, & quia etiam Prior, & Archipresbyter noſter metu hæreſis e civitate receſſerant; de nobis autem, quia bona pars civium noſtrorum nos hæreticos acclamabat. Nam videntes nos ire ad eum, dicebant: Ite, ite hæretici ad hæreticum. Ite, quia per vos hæc civitas voragini dabitur, qui Chriſtum impietate veſtra de ipſa expellitis, & beatum Petrum Apoſtolum expugnantes, Simonem Magum pro Deo inducendo colitis? Quid plura? Rogamus eum, ut tam nos, quam ſe ab infamia liberet, dicentes: Ecce nos, ſi te mundum

Digitized by Google

A muodum ſenſeris, ſi tu nobis juſſeris; Dei pro te judicium ſubire non dubitamus; aut ſi probationem, quam Monachi hic & Romæ facere voluerunt, recipere vis, ad eos imus, eoſque obnixe rogamus.

quando poſſ vocari ne audiuit 91 Ad hæc ille, ſe inquit neutrum jubere, neutrum velle, neutrum recipere: Quin etiam edictum a Præſide per legatos ſuos impetravit, ut quicumque laicorum, quicumque clericorum ſe, ut Epiſcopum, non coleret, ſuique imperio non obediret, ad Præſidem vinctus non duceretur, ſed traheretur; ſi autem quis noſtrum his minis territos de civitate fugeret, ad dominium Poteſtatis a aſſumeretur, quidquid poſſediſſet. Clerici vero, qui ſub tutelam beati Petri Apoſtoli agendo contra ſimoniacam hæreſim in Oratorium ejus confugerant, aut ſibi conciliarentur, aut ſine ſpe audientiæ extra civitatem pellerentur. Hincque factum eſt, ut veſperaſcente ſabbato in initu jejunii, cum apud prædictam eccleſiam beati Petri Apoſtoli, ipſi clerici lectionum, ac reſponſoriorum ſequentis Dominicæ recordarentur, mu-
B nicipalis Præſidis, eo quod ſe eum ſalva reverentia Petri Apoſtoli Simoniaco hæretico non poſſe obedire reſponderint, illos extra
* id eſt immunitatem emunitatem * Oratorii, beatum Petrum Apoſtolorum Principem parvipendens, ejiceret.

& turbæ, 92 Fit denique pro hoc ſcelere concurſus catholicorum virorum, & maxime feminarum, velamina capitum projicientium, & ſparſis crinibus flebiliter incedentium, pectora pugnis, miſerabiles ad Deum voces mittendo, dure tundentium, & ſuper virorum ac filiorum mortem triſte lamentantium: Nam in plateas luto plenas ſe proſternentes, ajebant: Heu, heu! O Chriſte, tu hinc ejiceris, & quomodo nos deſolatas relinquis? Tu nobiſcum habitare non fineris & quomodo nos hic habitamus? Vidimus quia non potes nobiſcum manere, ſed vadis, quia Simon Magus te non permittit. O ſancte Petre, numquid a Simone Ma-
go vinceris, quia ad te confugientes non defendis? Nos putavimus eum in infernali-
C bus pœnis eſſe vinctum & catenatum, ſed ecce cernimus illum ad tuum dedecus hoſtiliter ſuſcitatum. Virorum quippe alii ad alios dicebant: Videtis, & aperte videtis, Chriſtus hinc diſcedit. Abit, qui legem ſuam adimplens, ſe pellenti non reſiſtit. Et nos, viri fratres, civitatem hanc, quo hæretica pars ea non gaudeat, incendamus atque cum parvulis, & uxoribus noſtris, quocumque Chriſtus ierit, ſecum eamus. Si Chriſtiani ſumus, Chriſtum ſequamur.

ignis probationem petierint, 93 His ergo ejulatibus, hiſque doloribus, nos quoque clerici, qui ipſi Papienſi videbamur fautores & aſſeclæ, & qui ab aliis hæretici acclamabamur, eo quod ipſum ſequebamur, permoti, ſeramus *b* eccleſias, & mœrore projectorum *c* non tangimus campanas, populis non pſalmos, non denique canimus Miſſas. Nec mora, nobis congregatis, fit Domino inſpirante conſilium. Ad Dei monachos, qui Septimo in monaſterio ſancti Salvatoris degunt, communi voto quoſdam noſtrum mittimus petentes & orantes, dubietatem hujus rei velle perdere, & veritatem cognoſcere, cognitamque firmiter promittentes tenere.

b
c

94 Reſponſum eſt autem nobis, quia ſi D catholicam fidem pro viribus vellemus tenere atque defendere; & Simoniacam hæreſim impugnando deſtruere, virtus Salvatoris tam hujus negotii dubietatem, quam etiam ce- AUCT. B. ANDREA EX MSS. *quam ab-ratam* citatem de cordibus noſtris eliminaret. Fatemur, promiſimus de hac re hoc ſequi quod & ipſis, ſi ſuis factum compenſarent dictis. Quid plura? Statuitur dies omni voto quæſita, in qua & dubietatem perdidimus, & ex qua veritatem, quam monachi dicebant, pro poſſe defendendo tenemus. Quarta namque Feria, in prima hebdomada Quadrageſimæ dies conſtituitur. Secunda & tertia Feria ſpecialiter pro hoc Deum oramus, & ut Deus, qui unica eſt veritas, veritatis hujus reſeraret oſtium, obſecramus.

Petrus ſimoniacus reſpuit. 95 Illuſcente vero quarta Feria a quodam noſtrum itur ad virum Papienſem, qui rogans eum inquit: Fac Domine pro Dei tremore, proque remedio animæ tuæ, ſi eſt de te, quod monachi dicunt, noli clericos, noli populum in eundo laboribus afficere, noli Deum experiendo tentare, ſed hujus nego- E tii veritatem ad Dominum te convertendo pande, aut ſi hoc te noſcis immunem reatu, nobiſcum venire dignare. Ad quem ille reſpondet: Nec ego venio illuc, neque te, ſi tu me diligis, ire volo. Ad hoc vero dictum eſt ſibi: Profecto Dei judicium, quia omnes vadunt, videre ibo, & quid ibi agatur ſolerter curabo, & quodcumque Deus judex juſtus in judicio ſuo recto monſtraverit, ſecundum meum valere defenſabo. Nec tibi moleſtum ſit meum iter, quia te hodie, qualis ſis, ſententia Dei recte oſtendet. Aut enim te hodie magis, quam unquam fueris, habebimus carum, aut viliorem & contemptum.

Promiſſa hominum multitudo ad Septimi monaſterium confluit 96 Nos interim, quaſi cæleſti præmoniti oraculo, non expectamus nuntium; curritur- F que a nobis clericis, & laicis, & feminis ad Septimum, in quo eſt ſancti Salvatoris monaſterium. O mira Domini potentia, miraque clementia, qui voluntates non ſolum expeditis, ſed etiam prægnantibus vires ad eundum donavit! Numquid enim longitudo itineris matronas? Numquid via cœnoſa multitudine aquarum delicatas terruit? Numquid pueros jejunium exaſperavit?

& parata lignorum ſtrues 97 Congregatis denique omnibus clericis & laicis promiſcui ſexus & ætatis, fere ad tria millia, ad prædictum monaſterium, interrogamur a ſervis Dei: Cur Fratres veniſtis? Reſpondetur a nobis: Ut illuminemur, & errorem relinquentes, veritatem ſequamur. Quomodo, inquiunt, illuminari vultis? Nos inquam reſpondentes: Ut copioſo igne probetur, quod de Papienſi Petro dicitis. Quem inquiunt, fructum hoc facto habebitis? Aut quem honorem inde Deo redditis? Reſpondemus omnes: Erimus vobiſcum, rectam fidem defendentes, & ſimoniacam hæreſim abominando, Deo ſemper gratias agentes. Quid longius moramur? Fiunt ſtatim a populo dum ſtrues lignorum altrinſecus juxta ſe in longitudine poſitæ. Singulatim vero longitudo utriuſque fuit pedum decem, latitudo autem ambarum ſingillatim quinque pedum, & dimidium dimidii pedis. Altitudo denique utriuſque ſeparatim fuit quatuor pedum & dimidii. Inter utraſque vero pyras

in

AUCT. B. ANDREA EX MSS. *accendis ign*,

in longitudine semita unius brachii extitit, & ipsa strata siccis lignis, & ad ardendum bene paratis.

89 Interea fiunt pro hac re Letaniæ, Psalmodiæ supplicationes. Monachus intraturus ignem eligitur, jussuque abbatis Johannis celebraturus Missam ad altare procedit. Missa vero cantatur cum magna devotione & supplicatione omnium. Chorus monachorum, & clericorum, nec non & laicorum ex corde lacrymatur. Ut autem ventum est ad Agnus Dei, quatuor monachi, unus imaginem Crucifixi Domini, alter aquam sanctificatam, tertius duodecim cereos benedictos accensos, quartus thuribulum thure plenum bajulantes, procedunt ad succendendum lingorum præscriptas pyras.

Monachus celebrato Missæ,

99 His igitur visis, clamor omnium in cælum attollitur, Kyrie eleison flebilissime pleno ore cantatur, Jesus Christus creberrime, ut exsurgat, causamque suam defendat oratur. Maria ejus Mater, ut hoc sibi suadeat, multum a viris, plurimumque a feminis supplicatur. Petri Apostoli nomen, quod Simonem perdendo damnet, millies ingeminatur. Gregorius Urbis Præsul, ut ad suas verificandum properet sanctiones, suppliciter obsecratur. Interea dum pro ingenii capacitate ab omnibus Deus oratur, presbyter, perceptis salutis mysteriis, & expleta Missa, exutaque casula, ceterisque sacerdotii indumentis, Crucem Christi portans, cum Abbatibus & monachis Letanias faciendo, ad strues lignorum, jam reges fieri incipientes, appropinquat. Ibique, quam multipliciter ac uniformiter ab omnibus oratur, nulla lingua fari, nullus sensus colligendo valet meditari.

B

100 Tandem silentium cunctis imponitur. Et ut conditionem rei, pro qua hæc fiebant, intente audiamus, & bene intelligamus, monemur. Eligitur denique Abbatum unus, clamosus in voce, apertus in lingua, qui aperte ad intelligendam orationem, in qua conditio petitionis ad Deum continebatur, populo legit. Collaudantibus autem cunctis conditionem, tunc iterum alius Abbatum silentium petit, elevansque [vocem] alloquitur omnes dicens: Viri fratres & sorores, pro salute animarum vestrarum, teste Deo, hoc facimus, ut deinceps a Simoniaca lepra, quæ fere jam totum mundum [infecit] caveatis. Hujus autem lepræ contagium tam magnum esse sciatis, quod ipsius immanitati cetera crimina comparata, sunt quasi nihil.

& causa ignea probationis præsumsibus indicata,

C

post fusas ad Deum preces,

101 His ergo expletis, cum utrique rogi jam se ex majori parte in flammivomos vertissent carbones, & cum media semita ignivomarum copia prunarum tanta æstuaret, ut usque ad talos pedis euntis, sicut post in probationem patuit, in prunas infigi possent, sacerdos & monachus jussu Abbatis hanc orationem cum magna voce, audientibus & flentibus fere tribus millibus, fudit ad Dominum: Domine Jesu Christe, vera lux omnium in te credentium, tuam misericordiam peto, tuam clementiam exoro, ut si Petrus Papiensis qui Florentinus episcopus dicitur, intervenca pecuniæ, id est munere a manu, quod est Simoniaca hæresis, Florentinam arripuit sedem; nunc tu Fili æterni Patris, salus mea, in hoc tremendo judicio ad adjuvandum me festina, & me illæsum sine combustionis macula mirabiliter conserva, sicut quondam illæsos salvasti tres pueros in camino ignis ardentis. Qui cum cæterno Patre tuo, & Spiritu sancto omnia cooperaris, & vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

D

ignemingreditur,

102 Cumque omnes, qui aderant, respondissent, Amen: pacis osculum Patribus dedit & accepit. Interrogamur omnes: Quamdiu vultis ipsum in igne manere? Responsum est ab omnibus: At, at, quid dicitis? Sufficit, Domine, satis, cum solemni gravitate pedetentim ignem flammasque transire: jubetur quidem sacerdoti & monacho voluntati nostræ satisfacere. Tunc ipse sacerdos contra ignis ardorem salutare signum faciens, Crucemque Christi bajulans, ipsamque, non flammarum multitudinem attendens, intrepidus mente, hilaris vultu cum quadam celebritate gravitatis, illæsus in corpore, illæsos & in omnibus, quæ secum portabat, in virtute Jesu Christi mirabiliter ignem pertransiit.

E

eunque illæsus transit, &

103 Nam flammæ undique concurrentes, & circumquaque exsurgentes Albam quasi byssinam *d* intrabant, & implendo inflammabant, sed naturæ suæ immemores, nihil sibi ustionis inferre poterant. Manipulum denique & stolam, eorumque fimbrias more ventorum sustollendo huc illucque varie ferebant, sed calore perdito, ipsas in nullo comburere valebant. Pili quoque pedum ejus inter flammosos carbones mittebantur, sed o mira Domini potentia! o Christi laudanda clementia! eorum nulli odore ignis lædebantur. Inter capillos nempe flammæ circumsurgentes intrabant, eosque flando levabant & relevabant, sed nec summitatem alicujus eorum vires suas oblitæ, adurendo retorquere valebant: Erant quippe flammæ ex omni parte ipsum concludentes, ad Salvatoris miraculum, non ad ardoris incendium. Ardorem Catholicæ fidei sentiebant, ideoque non ardebant. Deus profecto noster ignis consumens aderat, ideoque, ipso nolente, corporeus ignis nihil nocere poterat. Procul dubio verum erat, quod a servis Dei dicebatur, quia illorum testis, veritate juvante, ab igne miraculose liberatur. Veritas enim semper liberat, quos falsitatis macula non coinquinat.

F

quæ miracula mox Florentini fumiscam hæresim exsecrantur,

104 Postquam autem egressus est de igne, dum iterum vellet focum repedare, capitur a populo; deosculantur pedes præ desiderio. Præ gaudio quidem beatum se quisque putabat, qui vestimentorum quamcumque particulam deosculari valebat. Gravi namque premebatur angustia populorum, sed cum magna difficultate liberatur viribus clericorum. Laus Deo ab omibus una præ gaudio, etiam flendo cantatur, certi jam quia verbum Dei numquam mutatur. Simon Petrus magnis laudibus sublimatur, Simon denique Magus ut itercus pedibus conculcatur. Nomen Petri Apostoli in ore omnium super mel & favum cum laudibus magis magisque dulcescit: nomen impii Simonis super fel & sulphur cum vituperationibus magis magisque putrefcit. Magnitudinem quippe horum Christi signorum, copiamque gaudii nostri, ac quotidianam gratiarum actionem,

nec

A nec cordis ſenſus cogitare, nec linguæ plectrum exprimere, nec manus, ſicut eſt, unquam ſufficient ſcribere.

& ad eum exhortatur.

105 Sed quia ſapienti de multis pauca ſufficiunt, demum ad Paternitatem Veſtram ſupplicandum concurrimus. Per ipſum vero Beatitudinem Veſtram oramus, cujus Vicarium, tam in cœlis, quam in terris etiam vos eſſe deſideramus: dignamini plebi, longa peſte demolitæ, conſilium pariter, & defenſionis auxilium impendere: Dignamini nos miſeros ab importunis luporum faucibus abſtrahendo eripere: Dignamini, precamur, arma contra hoſtes Petri Apoſtoli movere, acies ſtruere, ſanctæ bella committere, & nos oves Chriſti, beato Petro, tibique vice ejus commiſſas, contra Simoniacos præliando de captivitate liberare. Pleriſque etenim noſtrum beatus ipſe

B Apoſtolus, ut olim a Nerone in cruce confixus, in viſu noctis apparet, & paſſionem ſuam oſtendendo, ut a Simoniacorum ſocietate declinemus, pie ſuadet. Sicut, inquiens me Simoni Mago numquam conjunxi, ſic quoque vos, ſi Chriſti eſſe vultis, ſi oves paſcuæ ejus eſtis, ſi me clavigerum regni cæleſtis creditis, ſi me vobis portas regni cælorum aperire cupitis, Simoniacis nolite ſociari, nolite conjungi, nolite communicari.

Pontifices auxilium implorant.

106 Nunc itaque, Domine ſancte, quia fiducia recuperationis noſtræ ſecundum Deum in ſancta Sede Romana eſt poſita, vos, qui ipſi præſidetis, oramus, ut rapacibus lupis ex adverſo aſcendatis, atque auctoritatem ſacerdotalis culminis, pro ovibus vobis vice Petri creditis, opponatis. Iterum, iterumque cernui ſolicitudinem veſtram oramus, Pater, ut quod Paſtoris eſt, nobis dilaniatis ovibus ne pigritemini clementer impendere. His cognitis, quantocius Papa curavit de omni Epiſcopali officio præfatum Petrum deponere.

ANNOTATA.

a Poteſtas *apud Italos ſignificat ſupremum civitatis magiſtratum; colligo ex ſenſu hic indicari Fiſcum, cui fugientium bona addicerentur.*

C b Serare *pro* claudere *vel* obſerare, *ut habet Rodericus Toletan. in Hiſt. Arabum cap.* 45.

c *Forte vult ſignificare, quod propter meretrem eorum, qui e civitate ejecti vel projecti erant, non tetigerint ſuas campanas. Vel etiam quod aliorum, qui eccleſias ſuas deſeruerant, ac merore projecti & afflicti erant, campanas non tetigerint.*

d *Id eſt ex tenui lino confectam.*

CAPUT I.

Zelus ejus pro Catholica fide ac fraterna caritate; pia mors & ſepultura; varia monaſteria poſt obitum ejus ædificata.

S. Joannis monaſterio Ficiclenſi Petrum Ignotum præfecit.

OStendimus itaque, quam ferventiſſimam Johannes Pater habuerit fidem, & quam indefeſſam contra Simoniacam hæreſim ſumpſerit pugnam, immo quam obedientes, & in fide ferventes educaverit diſcipulos. Reliqua; D quæ in ſenectute geſſit, & qualiter de ſæculo migravit, proſequamur. Videns denique AUCT. B. ANDREÆ EX MSS. ſupradictus Comes Bulgar, qui Catholicus extiterat adjutor, etiam in omnibus defenſor, tantam fidem, tantamque religionem, tam Johannis Patris, quam ejus diſcipulorum, deliberavit ſuum monaſterium Ficiclenſe e ſub ejus committere regimine; quod nimiis, & obnixis precibus tandem obtinuit. Ubi ſenex Pater in regimine Abbatis illum conſtituit Fratrem, qui obediens tranſierat per ignem.

Octo monachis oblivionem prædicit.

107 Quodam die cum apud præfatum monaſterium, quod eſt in Septimo, eſſet, & octo ex monachis cum uno tantum ſarculo foras ire videret, interrogavit quo tenderent, & cur nonniſi unum ſarculum deferrent. Illi vero mox, quo ibant, & quid facere deliberaverant, exponunt, ſeque ad id, quod diſpoſuerant, perficiendum, non niſi uno indigere ſarculo aſſerunt. Ad hæc ille: Nec ipſum E inquit, unum ſarculum vobiſcum reducetis, ſed, illic quo pergitis, relinquetis. Quod ut dixit cœperunt ipſi valde mirari, & dicere: Magna nos negligentia & oblivio deprimet, ſi, cum octo ſimus, iſtud ſarculum non reduxerimus. Adhortatique ſunt ſeipſos, ut, pro ſarculo unanimiter ſoliciti exiſterent, ut ſi ſanctus Johannes illud verbum veraciter protuliſſet, cognoſcerent. Cumque ad locum, quo decreverant, pervenerunt, & quid diſpoſuerant perfecerunt, reverſi [ſunt] ad monaſterium, ubi ſe cœperunt aſpicere viciſſim, & quis eorum ſarculum reduxiſſet, inquirere. Sed cum nullus illorum inventus eſt, ipſum reportaſſe ſarculum; cognoverunt nimirum ſanctum Johannem prophetiæ habere ſpiritum.

Mediolanenſi eccleſiæ Simoniaca hæreſis afflicta

109 Dilexerat enim a principio bonos clericos, quemadmodum monachos. Et ipſe ab eis diligebatur, ceu eſſet eorum pater: Nam omnimodo ſtudebat cum bonis clericis canonicas ordinare eccleſias, ſicut cum monachis monaſteria. Ad quod probandum, unum ſaltem de multis ponam exemplum. Veneruot clerici catholici per idem tempus, & fideles laici de civitate Mediolanenſi ad ſenem F Patrem, illius terræ referentes miſeriam; ſcilicet quod per multos retro annos innumerabilis multitudo tam virorum quam mulierum illius civitatis, pro timore Simoniacæ hæreſis, nec Pœnitentiam, nec Communionem ab aliqua ſumpſerat perſona mortali. A quibus ſe profitebantur eſſe miſſos ad pietatem ſenis Patris, ut pro caritate, qua iſdem in ceteris flagrabat, animabus eorum auxilium pro poſſe impenderet. Quibus miſericordia motus ait: Et quod vobis conſilium poſſum impendere? At illi: Pater, inquiunt, ſancte, ſi tot miſeris vis ſubvenire, hæc clericos, qui ex noſtra terra pro vitando hæreticorum conſortio ad te confugerunt, catholice ordinari; illos illuc remitte, & Chriſtianitatem, jam pene deletam, poterunt renovare.

miſſi. Catholici clericis ſuccurrit.

110 Quid multa? Non ſolum illos, qui in civitate morabantur, nimia commotus pietate ſolito more, ſed etiam quos jam in interiore cella Novitiorum habebat, & qui pro accipienda veſte monaſtica venerant, inde

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

A abstraxit, & a Rudolfo Tudertino Episcopo *b* viro sanctissimo & catholico ordinari gradatim fecit, eoque Mediolano direxit. Hunc Episcopum Papa ad regendum episcopatum Florentinum direxerat post depositionem Simoniaci Petri, & quoniam majus his fecit, majus dicam; ipsum scilicet Episcopum postea cum viris eruditis præfato Mediolano misit, ut viris catholicis id omnimodo optantibus & petentibus, officio subveniret episcopali, qui fidelium consolaretur corda, catholico pastore diu destituta. Si enim voluero cuncta sancti Viri narrare bona, prius deficient dies & horæ, immo tempora, quam dicenda.

b

111 Post hæc igitur venit dies ab eo diu desideratus, scilicet ut dissolveretur & esset cum Christo, quod concupierat omnimodo. Ingravescente itaque infirmitate, quod vitæ terminus propinquaret, evidenter cœpit dicere. Missa igitur legatione, ad se discipulos, quos Fratribus præposuerat, fecit venire. Quos vi-

S. Joannes monachis obitum suum evidenter

B sos & benedictos, illico cogebat remeare ad commissi custodiam gregis. Qui licet mœrentes, & nimium flentes, Patris jussioni contradicere non audentes, revertebantur. Remanserunt cum eo tantummodo domnus Rusticus, & domnus Lætus abbas, pater cœnobii Pallinianensis, in quo decumbebat Pater. Hi in eadem, qua obiit hebdomada, ad eum accedentes humili deposcerunt prece, ut aliquam exhortationem Fratribus relinqueret de unitate caritatis, & concordia pacis. Tunc dicta hæc dictari & scribi jussit:

scribi jubet epistolam

112 Johannes Abbas omnibus Fratribus in amorem fraternitatis secum junctis salutem & benedictionem. Me sub gravi infirmitate diu laborante, Deus ut animam recipiat, corporis mei terra quatenus ad pulverem revertatur, unde materiam sumpsit, quotidie expecto. Et hoc mirum non est, quia ætas etiam absque tantæ infirmitatis oppressione hoc me admonet quotidie expectare. Et hinc transire quasi sub silentio æstimabam, sed locum

C & nomen, quod in hac terra corruptibili, quamvis, non sicut decuit, tenui, pensans; utile duxi, vobis aliquid de vinculo caritatis loqui; in hoc non a nobis, nec noviter, sed, quæ quotidie auditis, transcurrendo replicare breviter. Certe hæc est illa virtus, quæ omnium rerum Creatorem effici compulit creaturam. Hæc est illa, quam ipse in vice suorum omnium mandatorum Apostolis commendans ait: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. De ista Jacobus Apostolus loquitur dicens: Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Ista est, de qua beatus Paulus Apostolus dicit: Caritas cooperit multitudinem peccatorum.

quæ fraterna caritatis laudet commendatur,

113 Hinc vero colligere possumus, tenendo caritatem, omnia peccata operiri posse; ceteras vero virtutes æstimantibus se obtinere, sine hac nil valere. Sed hæc audiens quisque superbus & inobediens, hanc in veritate cogitat habere, si se corporaliter in communione fraterna viderit perdurare. A qua, ut ita dicam, opinione falsa, unumquemque beatus Gregorius, veræ caritatis finem indicando, excludit dicens: Ille perfecte Deum diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Quid vero de caritate singulariter loquar i-

D gnoro, quoniam omnia mandata ab hac pulsuare radice scio. Quia si multi sunt rami boni operis, una est tamen radix caritatis. In cujus calore reprobi nequaquam possunt diu perdurare, Domino Salvatore dicente: Refrigescet caritas multorum. Quos frigidos & ab unitate divisos Apostolus Johannes plangit dicens, & gemit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.

subditos quæ sunt ad eam conservandam hortatur.

114 Et si ita est, immo quia ita est, debet unusquisque fidelis semper pensare, qualiter se tam summo bono possit copulare, secumque, quos habeat in via Dei socios, anxie quærere. Et sicut reprobi hanc relinquendo, a Christi corpore abscinduntur, sic electi eam in veritate amplectendo, eidem corpori Christi confirmantur. Ad hanc vero inviolabiliter custodiendam valde utilis est fraterna unitas, quæ se constringit sub unius personæ cura. Quoniam sicut flumen a suo alveo siccatur, si in

E multis rivulis dividatur, sic unitas fraterna minus valet ad singula, si fuerit sparsa per diversa. Idcirco, ut in longo ista caritas inviolabilis permaneat vobiscum, volo ut in domno Rodulfo vestra cura & consilium post meum obitum pendeat, saltem sicut in me pependit in mea vita. Valete.

Angelus visitans

115 Tertia denique antequam obiret die, vidit juvenem sibi assistentem, quem ejus Angelum fuisse æstimamus. Quem & cum solus & nullus alius cerneret, ait Fratribus: Quare Fratrem illum non vocastis vobiscum, cum comedistis? Cui Fratres: De quo, inquiunt, Fratre dicis Pater? Et ille: De illo pulcro, inquit, juvene, qui ad nos venit, & nobiscum moratur ingrediens & egrediens. Et subjunxit: Unde est, & quo nomine vocatur? Cui beatus Lætus, abbas de Pallinia-

F no, Deo revelante, dixit: Nescis quia de monte Domini est, & Benignus appellatur? Tunc ille, Spiritu sancto docente, Angelum esse intellexit, & vere de monte Domini, id est de cœlo, esse, talique nomine (id est Benignus) illum appellari dixit.

obiit.

116 Et recte beato Johanni Deus talis nominis Angelum deputaverat, qui tantam sibi benignitatem misericorditer plus quam ceteris fere mortalibus infuderat. Quo audito ierunt, & supra mensam unius hominis viquam posuerunt, supra victualia constituta Fratrum. Quo adimpleto quievit. Denique cum ad exitum appropinquaret, fecit sibi in breviculo e scribi, & in manu poni hæc: Ego Johannes credo & confiteor fidem, quam sancti Apostoli prædicaverunt, & sancti Patres in quatuor Conciliis confirmaverunt; ut crederetur intimo eam corde tenuisse, quam videbatur verbis & operibus viriliter defendisse.

Quarto Idus Julii moritur.

117 Post hæc Christo tradidit spiritum, corporis & sanguinis ipsius perceptione munitum, in quem integra fide crediderat, quem pure dilexerat, cui pia intentione servierat; secum videlicet talentum sibi creditum reportans centuplicatum. Obiit in ferventissimo æstatis ardore, quarto scilicet Idus Julii. Patres itaque præsentes, qui aderant, spe certa credentes posse Deum sine fœtore in æstatis fervore servare Magistrum, qui in

igne

Digitized by Google

A igne ſine combuſtione ſervaverat diſcipulum, deliberaverunt cadaver Patris inſepultum retinere, donec Abbates ex utraque congregarentur parte.

118 Hac itaque de cauſa inſepultum manſit per triduum. In quibus vero ad celebrandas communis Patris exequias, clericorum & monachorum convenit multitudo pene innumerabilis. Per hos quippe dies & noctes Chriſto indefeſſe gratias agentes, debitum honorem Patri impendentes, ſepulturæ poſt hæc ſancti Viri corpus tradiderunt, ita immune ab omni fœtore, quemadmodum fidem ab omni erroris contagione ſervaverat immunem, & ceu diſcipuli tranſeuntis per ignem Chriſtus incombuſtas veſtes ſervaverat & carnem.

ejuſque corpus fœtoris expers remanet.

119 Quo ſepulto, ſumpſit domnus Rodulfus obedientiam ſibi a Patre injunctam; Quam per triennium, præ oculis habens memoriam & timorem Patris, ſancte & regulariter rexit. Sub cujus regimine ſe ceteris adhæſerunt cœnobium Vagianum, & Tonnis Fontana, nec non & Coneum. Poſt cujus obitum, totius Congregationis regimen ſumpſit Pater Ruſticus, & eam per annos ſedecim rexit fideliter, paterne, & diſcrete. Sub quo cœnobium ſancti Angeli juxta Piſtoriam eſt noviter ædificatum. Alterum ad honorem Chriſti, ejuſque Genitricis Mariæ in Nerana. Porro illud, quod eſt in Soſena, ad honorem ſancti ædificatum eſt Salvatoris, & alterum, quod in Strumis, ad honorem Dei, ejuſque ſancti Martyris Fidelis, nec non & illud Piſanum ad honorem Dei, ſanctiſſimique Pauli, ſub hujus regimine Patris adjuncta & concorporata ſunt Vallis Imbroſæ conſuetudini & Congregationi. Similiter id quod in Monte Armato, & alterum, quod in Oſellæ Caſtellanis in partibus, noviter ſunt ædificata, ſub hoc ſunt inſtituta Patre *e*.

Varia poſt ejus obitum acquirum. tur monaſteria.

B

e *quorum abbates S. Joannis exemplo in ſummo fuerunt concordia*

120 Horum quippe rectores annuatim conveniunt: memoria retinentes bonitatem & ſanctitatem, nec non inſtituta boni & primi Patris, ſibi offerunt alteri alterutris quæcumque ſub ſua habent cura, perſonas videlicet & ſubſtantias ſecundum imperium Vallis Imbroſæ abbatis, quem ſuper ſe electum habent in vice Johannis primi abbatis. Et ſunt in fide una, unum cor & animam habentes, potius parati mori, quam ab alterutro dividi. In qua unitate Chriſtus, omnipotens paſtor, eos in perpetuum dignetur conſervare, qui ſuos electos ante mundi conſtitutionem dignatus eſt eligere. Qui cum Deo Patre, ſanctoque Spiritu ex utroque procedente vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

C

ANNOTATA.

a *Id ſecundum monaſterium, quod Comes Bulgar* S. Joanni Gualberto *tradidit*.

b *De hoc Tudertino epiſcopo vide Ughellum tom. 3 Italiæ ſacræ col.* 100; *Tom.* 2, *col.* 1081, *& tom.* 5, *col.* 1544.

c *In Breviculo id eſt indiculo vel compendio. Vox hæc eſt diminutiva a* Brevi.

d *Id eſt; aſſumpſit munus Generalis abbatis, ſibi a* S. Joanne Gualberto *impoſitum*.

e *De omnibus his monaſteriis videri poteſt Lo-ſatellus lib.* 2, *cap.* 1, *&* 2, *Frambius lib* 8, *pag.* 254. *Lubinus in Abbatiarum Italiæ brevi notitia ordine alphabetico concinnata.*

AUCT. B. ATTONE

CAPUT X.

Varia miracula maxime poſt obitum ejus patrata.

QUod ſcribimus a venerabili Fratre didicimus Johanne, qui in eodem Paſſinianenſi cœnobio, ubi domnus archimandrita Johannes ad cœleſtia migravit, per multos annos cellæ miniſterium & veſtiarii officium nobiliter geſſit. Qui ad huc eo tempore in laicali habitu conſtitutus, dum perſenſiſſet venerandum Patrem morti proximare; æſtuare cœpit, quid in tanta parandi copia ciborum ageret, præſertim cum cerneret tantam turbam monachorum, & clericorum, nec non & laicorum ex diverſis partibus ad funus tanti Patris advenire. Quid multa? Tandem ad ſemetipſum reverſus, in Deo confiſus, meritiſque tanti Patris præſumens, dixit: Qui ex quinque panibus quinque millia hominum pavit, poteſt hodie multiplicare noſtra olera, ſimulque & legumina. Tunc vaſcula, quæ more ſolito Fratribus ſufficerant, aſſumpſit, & ſancti Patris Johannis invocato nomine, ad prunas compoſuit, & ad coquendum cibaria per eas ordinavit. Mira res! de quibus vaſculis ſolitam annonam Fratribus tribuit, & a mane uſque ad expletum diem omnibus ſupervenientibus ibidem hoſpitibus ſufficienter adminiſtravit.

Cibus miraculoſe multiplicatur S. Joannis meritis

D

E

122 De domno GG. VII Apoſtolicæ Sedis Papa, qui ad ſacroſancta Miſſarum ſolemnia compunctive ſolebat accedere. Cui cum continuis tribus diebus conſueta dreſſet compunctio, nomen & ſanctitas prædicti Patris Johannis in memoriam venit, eumque in ſuum invitavit auxilium, & mox ejuidem ſanctæ compunctionis gratiam, copiam multum largius, quam ſolebat, reſumpſit, ſicut domnus Petrus Albanenſis Epiſcopus ipſius ore ſe teſtabatur audiſſe.

& Gregorius VII Papa compunctionis gratiam impetrat.

123 De domno Teuzo Razolenſi abbate, de primis maximiſque ejus diſcipulis, quod ei contigit, ipſo ſæpiſſime teſtificante; Qui dum quadam die cum Plebano ſancti Johannis Majoris, nomine Ugo, Vallimbroſam iter ageret, gravillimo iliorum dolore intolerabiliter ac ſæpius pulſatus eſt. Cumque inter has doloris anguſtias fluctuaret, prædictum Patrem Johannem attentius cœpit rogare, quatenus ſuis meritis, precibuſque ei clementer ſuccurreret. Statimque languor, qui eum cruciabat, prorſus deletus eſt. Item de prædicto domno Teuzo, cui cum obitus domni Ruſtici magni Prioris nuntiatus fuiſſet, & ipſe tanto conſtringeretur languore, ut ſe movere non poſſet, calliculam *a* tanti * prædicti Patris fiducialiter tetigit, mox ſaniſſimus effectus, celeriter ad defunctum perrexit.

Teuzo abbas iliorum dolore & gravi languore liberatur.

F

a * *al.* Sancti

124 De Fratre Girardo ſæpius in vita ejus memorato. Qui dum quadam die equo ſedens iter ageret, prædicti Patris pedulem *b* geſtabat in ſinu. Qui caſu de equo deſcendens, manu frænum amiſit. Equus vero ante illum fugiens, per longa terrarum ſpatia,

S. Joannis invocatione monachus equum,

A eo nolente atque contriſtante, cucurrit. Qui cum equum nullatenus ſtare cerneret, nec eum poſſet aſcendere, pedulem, quem geſtabat, foras traxit de ſinu, orationemque hujuſmodi fudit ad Dominum, ut ſi venerandus Pater Johannes hoc erat, quod dicebatur, & ipſe credebat, meritis ejus figeret equum. Hæc eo orante, equus quaſi ſimulacrum ſtetit. Ad quem ipſe accedens, tenuit & aſcendit, & via, qua cœperat, lætus cum eo abiit.

AUCT. B. ANDREA EX MSS.

& alter presbyteri mulum recuperat

125 In virtute ſimilis miraculi, ejus nihilominus ſanctitas claruit. Nam cum ſupradictus venerabilis Ruſticus die quadam a Vallimbroſa veniret, & ad ſanctum Salvium cum quodam venerabili presbytero iret, cum ad quoddam diverſorium venerunt, de mulis, quibus inſedebant, ob neceſſitatem corporis deſcenderunt. Interea mulus presbyteri repente diffugiit, concitoque gradu per diverſa ſe contulit. Sed cum ſacerdos poſt mulum pergeret curſim, ut eum, ſi fieri poſſet, apprehenderet, ſecumque reduceret, dixit ei Ruſticus: cur fruſtra laboras, cum illum velocius te currere videas, ipſumque taliter apprehendere nequeas: Veni ergo & domnum Jonannem deprecemur, ut ipſe nobis mulum reducere dignetur. Qui cum dixiſſet, & presbyter rediſſet, genua curvavit, ac beatum Johannem, ut mulum reduceret, rogavit: Mox ad prima orantis verba, tanta velocitate mulus rediit, quanta nec ante diſceſſit, ſeque ad tenendum & ſedendum, manſuetiſſimum reddidit.

B

Matrona febribus liberata;

126 Matrona quædam nobiliſſima, nomine ſcilicet Adalaſcia, graviſſimis per unum integrum annum febribus æſtuans, ante ſepulcrum ejus jacuit; illico ſanitate recepta, incolumis remeavit ad propria. Vere non ſolum ipſe magna & innumerabilia fecit miracula, verum etiam quam plurimi in ipſius nomine mira valde fecerunt. Erat tunc temporis presbyter quidam, Zenobius ſcilicet nomine, qui Brozenſem plebem *c* per XL annos, & eo amplius rexit. Qui cum quadam die ſole ad occaſum vergente, accelleraret ſe per celebrare *d* veſpertinam ſynaxim, ut mos eſt ruſticorum, accenſa candela eccleſiæ lampadem feſtinabat ignire. Et cum olei liquorem in ea minime inveniſſet, & alio ex eo minime haberet, unde eam reficere poſſet, ſæpius replicando eam ignivit, quam aqua, quæ in ea ſola manebat, ſine mora extinguebat.

c

C

Lampas miraculoſe accenſa, aliquot ante ejus ſepulcrum mire conſervata.

127 Tunc furibundus animo ille ut erat, dixit: Si vera ſunt quæ de Walberte Johanne propriis oculis vidi & audivi, in ipſius nomine præcipio tibi, ut celeriter accenſa, inextincta permaneas. Quæ cum tanta velocitate eſt accenſa, acſi divinitus ei imperatum fuiſſet. Et tunc demum uſque mane tam clare arſit, velut ex puriſſimo oleo repleta fuiſſet. Ille qui geſſit, nobis ſcribens, hæc dictando mandavit. Ante ſepulchrum quippe ejus tunc priori tempore lampas una conſtituta, & in nocturnis temporibus accendenda per multos annos permanſit; quam ſæpe in terram corruiſſe, & ſemper illæſam permanſiſſe, me, qui ſcribo, vidiſſe profiteor.

Viri cujuſdam,

128 Quidam magnæ ſimplicitatis & obedientiæ vir ad quamdam obeditiunculam *e* de præfato Paſſinianenſi cœnobio ad converſionem *f* venit. Qui cum quadam die aliquantos mercenarios ex præcepto ejuſdem obedientiæ Prioris ad excolendam agriculturam conduxiſſet, cum eis per totam diem in ruris exercitio devotus permanſit; & cum ſol ad occaſum diverteret, & omnes, qui in vicino laborabant, propriam repedarent domum, ait ad ſuos: Eamus & nos ſimiliter ad noſtrum metatum *g*. Tunc propriis ſuperpoſitis ſarculis atque abeuntes, invenerunt oviculam vagantem per rura. Quid hic agis, inquiunt? Tetra nox jam appropinquat, & a luporum morſibus eris devoranda. Tunc, qui ſuperſtabat, ait illis: Nobiſcum eam deferte, ut ei, cujus eſt, illæſam valeamus reddere. Et apprehenſam eam domi ſecum detulerunt.

D

f

g

129 Præterea invenientes ibidem de jam dicto cœnobio quemdam Vicarium, retenta ſecum ove, omnes ſalutandi gratia occurrunt. A quo reſalutati cum omnes eſſent, ait illis: Quid ſibi vult ovis, quam vobiſcum deſertis? Qui dixerunt: Invenimus ovem cujuſdam errantem, & qui nobis præerat præcepit, ut nobiſcum eam conduceremus. Ubi eſt ille, inquit? Qui mox vocatus advenit. Quid, inquit, tibi & ovi alterius? Præcipio tibi itaque ex parte domni Johannis abbatis majoris, ut ſtatim abſtracta ab ea pelle, & tibi ex integro tegumento cervici ſuperpoſita, ad locum, unde tuliſtis, quantocius deferas.

ibi S. Joannis Gualberti reverentia,

E

ſimplex obedientia.

130 At ille ſine cunctatione mox omnia peregit; & iter aggreſſus, Epiſcopus Aretinæ civitatis cum multo ſibi comitante equitatu, in itinere incurrit. Qui omnes in magna nimis admiratione converſi, interrogare eum cœperunt dicentes: Quid eſt hoc? Cur hoc agis? Tamen æſtimaverunt eum eſſe amentem. Nimirum ipſe nihil dixit, donec ad Epiſcopum ventum eſt. Ad quem Epiſcopus: Quare hoc agis? At ille ſeriatim ei per ordinem pandit. Et Epiſcopus: Ego te abſolvo, inquit, ab hoc reatu. Et ille: Tu, inquit, non es meus Abbas abdictus *h*, ſed tantummodo tuę civitatis Epiſcopus. Ex cujus abſolutione nihil curans, ut cœperat ſuam obedientiam feſtinus adimplere pertentans, ex eo, unde alii abſtulerant, loco eam devote repoſuit, & continuo domum lætus remeavit. Hæc namque ideo poſuimus, ut obedientiæ bonum, quam perfecte etiam in ſimplicioribus pro reverentia tanti Patris exercebatur, ſignificaremus.

h

F

Monachus quidam Paſſinianenſis,

131 Sed & hoc quod ſubinfero a venerabili Fratre Teberto, qui in eodem Paſſinianenſi cœnobio monaſticæ religionis vitam optime conduxit, pro certo ſcimus. Qui ex nobili proſapia ortus, quemdam nepotem habuit, nomine Benzonem, virum in armis ſtrenuum; & in bellicis actibus diligenter inſtructum; & ut ita dicam, quod majus eſt, quamquam in ſęculari habitu poſitus, in Domini præceptis erat devotus. Præterea quadam die quidam heroes ob invidiam nimis magnam ex longo tempore jam procreatam, ad invicem commiſerunt, & ab alterutro ſuperati, cum jam prædictus vir intereſſet, ab adverſa parte eſt deprehenſus. Itaque in arcta nimis cuſtodia cum conſtrictus eſſet, deſperavit ſe funditus quocumque modo ex ea eripi poſſe.

132 Tunc

Digitized by Google

A 131 Tunc prædictus Tebertus pro caritatis, sive consanguinitatis affectu in nepotis afflictione commotus, recurrit ad patrem Johannem, & petivit dicens: Glorioſiſſime pater & domine, deprecor tuam miſericordiſſimam clementiam, ut me famulum tuum clementer audias, & de quo rogo propter tuam magnam pietatem cito ſubvenire digneris, ut famulum tuum illum Benzonem a tali & a tanto exitiabili periculo, ſine pretio & aliqua conventione abſtrahas liberum. Et cum hoc fecerit, tunc demum ſpondeo, eum ad tua veſtigia perventurum, &, quoadusque vixerit tempore, devotum tibi ſervum adfuturum. Tunc venerabilis Johannes abbas ſe ex corde precantes ſemper juvare paratus, pie factæ orationi mox annuit, & pro quo rogaverat, cito de ejus oppreſſione auxilium ſenſit. Mira res! Qui in mira magnitudinis turris cuſtodia poſitus cum eſſet, per ſemetipſum ex improviſu depoſitus eſt ex ea cum parvo funiculo. Et ſic per tegulas in tegulas, diu eum ſatellitibus perquirentibus, inimicorum manus evaſit.

Famulo S. Joannis ſi a tirannis liberat.

B 133 De domno Bernardo Parmenſis urbis Epiſcopo *i*. Qui cum adhuc Cardinalis eſſet Presbyter, atque trans Tiberim apud ſanctum Griſogonum poſitus, cum ei quadam die, vel quid in cibum ſumeret, vel pretium, unde emeret, omnino deeſſet, prædictum Patrem Johannem adducens, ſuppliciter rogare cœpit, ut ei, quid ſumeret, largiretur. Eadem vero hora ex improviſu duo advenientes viri, unus ſex ſolidos, alius.... cim *k* in panno ligatos devotiſſime obtulerunt. Deinceps ciborum grandis copia a quibuſdam eſt oblata. De eodem domno Bernardo, qui epiſtolam tranſmiſit Regi, in qua teſtimonium inſeruit, quod poſtea retractans *l*.

Pauper Cardinalis per S. Joannis interceſſionem pecunia juvatur.

i

k

l

ANNOTATA.

a Callicula *vel* Gallicula *eſt genus veſtis, & etiam interdum ſignificat tegumentum capitis.*

b Pedules *pedum indumenta ſeu tibialia, ab Italico* Pedule, *quod infimam tibialium partem ſignificat*

c Plebs Brozenſis *Italice dicitur* Pieve di Brozzi, *a loco Florentiæ vicino.*

C d Per celebrare *Italiciſmus eſt per ad celebrandam veſpertinam ſynaxim.*

e Obeditiuncula *hic ſignificat parvam villam ruſticam a monaſterio dependentem, quam antiqui vulgo vocant* grangiam.

f Converſio *aliquando monachiſmum, aliquando laicorum obſequium monachis oblatum ſignificat.*

g Metatus *vel* Metatum *ſignificat proprium domicilium & interdum hoſpitium. Opinor in hoc ſenſu ædes proprias ſignificari.*

h Abdictus *hic idem ſignificare debet, quod conſtitutus vel declaratus, ut ex ſenſu pronum eſt intelligere.*

i *Hujus ſancti viri vitam edidit Theſaurus Veterum Romæ anno* 1612. *Videri etiam poteſt Locatellus, fuſe de eo differens, lib.* 2, *cap.* 11, *ac noviſſime Venantius Simius in Catalogo pag.* 62. *De eo agemus cum Martyrol. Rom.* 17 *Decembris.*

k *Franchius lib.* 10, *pag.* 368, *& Theſaurus Veterum dicunt, fuiſſe duodecim ſolidos. Malui ego fideliter ponere, prout inveni.*

l *Satis manifeſtum eſt, hic aliqua deeſſe.*

VITA ALTERA

AUCT. B. ATTONE

Auctore beato Attone abbate Vallumbroſano, & poſtea epiſcopo Piſtorienſi.

Ex edita apud Joannem Mabillonium ſeculo VI *Benedictino Part.* 2, *a Pag.* 268.

PROLOGUS

PLerumque rogatus a pluribus Congregationis Vallimbroſanæ Fratribus, ſatis honeſtis, congerere, quæ ſcripta reperiuntur de ſancto viro Johanne, primo Congregationis ejuſdem abbate, fateor multum expavi hujuſmodi preces audire. Metuebam quippe, quæ à catholicis Fratribus, qui ſuo tempore fuerunt, & plurima de his, quæ ſcripſerunt, propriis oculis perſpexerunt, ſilentio præterire. Illa vero quæ ab aliis fidelibus poſt ejus tranſitum, quia plurima fuerunt & a viris boni teſtimonii ſcripta, quomodolibet ſubtrahere, vel ſupprimere formidabam, cogitans, ne legentium animos ſtilus prolixior oneraret: Etenim ſæpe video quoſdam, etiam prudentes, pro longinquitate ſermonis, quæ valde ſunt utilia, faſtidire, &, quibus legere multa non vacat, ſæpius gaudere compendio. Unde precibus plurimorum, ac plurimis eorumdem exhortationibus Fratrum tandem acquieſcens, non de peritia vel ſcientia mea confidens, ſed de pietate & gratia conditoris præcipue ſperans, & de meritis ejuſdem venerabilis Viri ſeu fratrum orationibus, qui ſuper hoc me multipliciter obſecrarunt, partem eorum, quæ multorum fidelium relatione facta cognovi, in hoc opuſculo conſcribere ſtudui, nonnulla præteriens ex his, quæ ſcripta prius inveni, & de his, quæ multorum aſſertione vera fuiſſe frequenter audiveram. Itaque converſationi & vitæ ſancti Johannis hoc fuit exordium *a*.

Auctor rationem reddit, quare iterum S. Joannis Vitam conſcribat.

E

a

F

ANNOTATA.

a Prologus deeſt apud B. Andream, uti & initium Vitæ: quod aliunde ſuppletum, uncis incluſi. Cum autem in priori Vita pleraque grammaticalia, topographica & chronologica annotaverim, ea hic non repetam, neque obſervabo prolixiorem B. Attonis ſtylum, qui ſeſe legentium oculis ſatis offert; ſed tantummodo indicabo differentiam inter utrumque beatum Auctorem, quæ magis obſervatione digna videbitur.

Digitized by Google

AUCT. B. ATTONE

CAPUT I.

S. Joannis Gualberti patria, condemnatio offensæ, conversio, monastica vita.

S. Joannis natalia.

TEmpore quo Simoniaca & Nicolaitarum hæresis per Tusciam, & pene per totam Italiæ diebus Henrici Imperatoris Ecclesiam Catholicam in locis plerisque fœdabant, erat quidam nobilis, Gualbertus nomine, vir militaris, patria Florentinus, habens duos filios, quorum unus Ugo, alter Johannes vocabatur: qui secundum etymologiam sui nominis gratia Dei, variis virtutum operibus insignitus est, ut in hoc opusculo de ipsius sacra conversione, ac piis moribus in sequenti clarebit. Iste dum satis carus parentibus & vicinis, & qui eum noverant, pro honestate morum suorum vehementer existeret, accidit, ut quidam maligno spiritu commotus, quemdam propinquum ejus occideret, unde occursum ejus aliorumque prudentium *a*, qui de consanguinitate defuncti erant præfatus homicida modis omnibus devitabat.

a

condemnatio offensæ.

2 Sed jam propinquaverat tempus, quo gratia divina misericorditer declararet in Johanne, quis futurus esset, & qualis ac quantus in exemplum humilitatis, & misericordiæ fidelibus multis esse deberet. Qui dum uno die cum armigeris suis Florentiam ire disponeret, in eodem itinere præfatum homicidam, qui propinquum ejus interfecerat, ex improviso obvium habuit in loco, quem sic arta semita comprimebat, ut neuter posset in partem aliam declinare: Quem dum homicida prædictus venientem eminus conspexisset, desperatus vitæ, protinus semetipsum equo projiciens in terram vultu demisso, expansis manibus in modum crucis moribundus suum interitum exspectabat. Juvenis autem benignus videns eum taliter ex nimio timore solo procumbentem, misericordia motus in eum, pro sanctæ crucis reverentia, quam brachiis & manibus lacrymando signabat, indulgere sibi disposuit, & ut concito surgeret, nec timeret, admonuit.

B

C

eruit miraculum in eum.

3 Postquam autem inimicum in pace transire permisit, ac de cetero libere, quocumque vellet, abire concessit, progressus paululum, ad sancti Miniatis *b* venit ecclesiam: quam cum oraturus ingrederetur, crucem ejusdem ecclesiæ caput sibi flectere contuetur, quasi gratias ei redderet, quia pro reverentia ipsius, suo inimico misericorditer pepercisset; & quid mirum, si Omnipotens sibi hujusmodi reverentiam per imaginem suæ crucis tunc voluit exhiberi, quem suo timori subditum, obsequio deditum, circa proximum viscceribus caritatis undique plenum vidit? Ipse se amantes amat, servientes remunerat, seque glorificantes glorificat. Eadem vero Crux pro indicio tanti miraculi in monasterio sancti Miniatis nunc usque sub multa cautela servatur.

b

Conversio ejusdem

4 Famulus autem Domini hoc videns, admiratus, & nimis pavidus factus, cœpit secum cogitare, quomodo posset melius Deo servire, credens, & in animo suo sæpius evolvens, quanta foret præmia recepturus in cœlo, si Domino pro viribus deserviret, qui tantum, tamque præclarum miraculum pro parvo obsequio, sicut ei videbatur, apparuisse cognoverat. Disposuit itaque intra semetipsum, odium mundi concipere, terraneos honores, falsasque divitias ejus prorsus abjicere, ac solicitè cogitare, quanta gloria justis, quanta pœna promittatur injustis; quam vanum sit spem in caducis rebus ponere prius, & post æternis suppliciis subjacere. Dum talia progrediens itinere, quo tendebat, anxius cogitaret, venit juxta civitatem, ubi suis armigeris *c* præcipiens, ait: Pergite ad hospitium, ubi solemus desidere, & quæ nobis, & equis sunt necessaria præparate. Socii autem, sicuti eis dominus imperaverat, fideliter sunt exsecuti.

D

c

Monasticam vitam capessit.

5 Recedentibus eis, servus Domini Johannes, afflatus divino Spiritu, abitinere, quod cœperat, divertit, & ad monasterium sancti Miniatis absque mora pervenit, & descendens equo, monasterii abbatem mox quæsitum humiliter postulavit audire desiderium suum, & ad effectum ex caritate Dei perducere; aperiens sibi misericordiam, quam supradicto homicidæ clementer impenderat, & qualiter ecclesiam post ingressus, crucem sibi flectere caput aspexit; unde suæ conversionis initium concepisset. Tunc abbas audito de cruce, quod ei intimaverat, inauditum miraculum, & stupendum fore perpendens, consuluit ei mundum ejusque gloriam per omnia derelinquere. Verumtamen optans ejus velle scire plenius constantiam & perseverantiam probare, cœpit ei dura, & aspera prædicere, & quod homo, corpore validus, juventute floridus, non facile posset monasticam pauperiem tolerare. Cui Johannes: Non, inquit, appetenda est gloria temporalis, quæ cito transit; nec corporis fortitudo, quæ quotidie deficit.

E

a quo cum pater revocare conatur;

6 Cumque hæc & his similia colloquerentur, nec abbas ad plenum voluntati suæ responderet; famulus, quem Florentiam præmiserat, dominum suum non venire considerans, domum rediit, & quæ facta fuerant de eo, genitoribus suis innotuit *d*. Unde pater turbatus & anxius Florentiam venit, & totam civitatem per notos & amicos diligenter inquirit; quid de filio suo factum esset, scire desiderans. Per ecclesias quoque discurrens, ad monasterium sancti Miniatis veniens eumdem inquirit. Quid multa? Dum illic esse filium suum audit, & ipsum monasticas vestes velle suscipere; Gualbertus rogat abbatem, ut filium suum ad se ducat. Abbas autem ad Johannem regrediens, admonet, ut ad patrem egrediatur. Cui Johannes inquit: quid dicis Domine? Carnalem patrem, cunctaque transitoria deserere disposui, & Deum, qui me creavit, per omnia sequi, patrem vero meum ad hoc venisse cognosco, ut me de monasterio eruat, si potuerit, & ad sæcularia sine mora reducat. Cum autem hæc pater, foris exspectans abbatem, audiret, cœpit turbatis vocibus clamitare, multa se monasterio illaturum adversa, nisi filius illico redderetur.

F

d

sed frustra.

7 Interea vir Domini Johannes salutem suam, & propositum accelerare desiderans, intelli-

Digitized by Google

A intelligensque minas ac furorem patris accrescere secum cogitare cœpit : a quo dignius accipere valeo sanctum habitum, quam ab altari, in quo Christi Sanguis immolatur & sumitur? Cernens ergo unius fratris cucullam tunc seorsum positam; tollens eam ecclesiam festinanter ingreditur; comam sibi primo totondit, ac deinde cucullam altari reverenter superposuit, eamque lætanter induit, cunctis monachis de fidei ipsius integritate mirantibus & gaudentibus. Metuebat quidem non modice, ne fortassis abbas, minis aut illecebris moris genitoris, ipsum redderet, vel de monasterio pateretur exire. Post hæc abbas ingrediens, & ipsum inter reliquos fratres sedere conspiciens, redit ad patrem, ac monet eum, ut, si velit, ingrediatur, videre filium.

Ejus fervor in vita religiosa.

3 Quem cum Pater monastico indutum habitu cerneret; dolens, vociferans, & nimium
B lugens, vestes scindit, pectus percutit, genas lacerat, & quasi amens effectus, miserum se desolatumque congeminat. Postremo diutius ab abbate, monachisque, suisque sociis, ac filio commonitus, tandem saniori menti redditus, filium multipliciter benedicens, hortatur ad meliora conscendere: & sic consolatus in Domino, ad propria, non absque mœrore regreditur. Deinde servus Domini Johannes cœpit arctam & angustam viam pro virium quantitate servare. Satagebat peccata præterita quotidie plangere, jejuniis, abstinentiis, orationibus, nimiisque vigiliis carnem macerare: sicque humilitatis, patientiæ, obedientiæ, ceterarumque virtutum flore splendebat, ut cum se ceteris inferiorem crederet, ab omnibus sublimior haberetur.

ANNOTATA.

a *Melius Vita prima Num.* 1 *habet* parentum *id est* consanguineorum.

b *Vita prima num.* 3, *hanc ecclesiam* S. *Miniatis non exprimit, quamvis hanc fuisse, satis colligatur ex iis, quæ apud ipsum sequuntur.*

c *In priori Vita tantum sic habetur in singulari*:
C Suo armigero præcipiens ait.

d C. *Aito habet* innotuit *pro* indicavit, *quod apud media latinitatis scriptores sæpe occurrit*; *clarius autem in prima Vita num.* 5 *legitur*: retulit.

CAPUT II.

Recusata abbatis dignitate, Simoniaco persequitur, ob quam causam deserto monasterio socios novi instituti congregat.

Abbas defunctus non acquiescit a

POst aliquantum tempus abbas ejusdem loci, sæpe jam dictus, migravit a sæculo. Post cujus obitum fratres omnes unanimi voluntate sanctum virum Johannem in abbatem elegerunt *a*. Quod officium vir Domini humiliter fluduit declinare, subesse potius, quam præesse desiderans, frequenter iterans cum propheta: Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis. Quo in tempore quidam Ubertus erat in eodem monasterio, qui nefaria cupiditate captus, regimen abbatiæ per pecuniam ab Epi- B. ATscopo Florentinæ civitatis accepit. Quod cum TONE
Vir Domini comperisset, cum alio sibi favente clam exinde discessit, & civitatem ingressi, ad quemdam magnum senem, Teuzonem nomine, venerunt, qui juxta monasterium sanctæ Mariæ semper Virginis præfatæ civitatis in quadam cellula se concluserat, de qua venientibus ad se fidelibus salutifera consilia ministrabat.

Petita cujusdam eremitæ consilia.

10 Hic homo Dei publice Simoniacam hæresim damnabat, quæ pene totum Ecclesiasticum ordinem eo tempore prorsus invaserat. Ad quem vir Dei Johannes accedens, his verbis alloquitur: Obsecro, mi Pater, ne mihi, in hæsitatione non modica posito, subtrahas tua consilia. Sub Simoniaco patre vivere valde timeo, & qualiter id declinem, prorsus ignoro. Cui respondit senex: Quod dicis satis gratum habeo; sed quod tibi dem consilium ignoro. Nam ut E
sub Simone Mago milites, a me nullo modo consilium habebis. Ad aliud monasterium si te in his partibus transferas, cum te putas dentes fugere leonis, morsum non evades serpentis. Cui Johannes: Ne pater omittas, quin consilium præbeas. Nam paratus sum pro veritate sequenda, quidquid jusseris, agere.

Simoniacos publice exagitat & monasterium deserit.

11 Cernens igitur senex viri fidem atque constantiam, exsultans ait ad eum: Perge cum tuo sodale, & coram omnibus in foro publico civitatis, Episcopum & abbatem exclama esse Simoniacos, & exinde cede locum. Qui ejus monita complens, ad forum veniens, die, quo sciebat majorem hominum esse multitudinem, Episcopum & abbatem manifeste Simoniacos appellavit. Quod dictum magnum multis pavendum horrorem *b* *b*
intulit; quibusdam fautoribus Episcopi clamantibus: Nullatenus evadat, sed occidatur. Tunc quidam propinquorum illius, eruentes eum de tumultu, clam dimiserunt. Qui ad magnum senem reversi, quod evenerat, per ordinem retulerunt; & ille congratulans eis, consuluit illis in Romaniæ partes ire, & apcum monasterium inquirere, ubi possent libere Christo servire.

Habilitas erga pauperes misericordia.

12 Illis abeuntibus per aliquantos dies ad loca diversa, dum in victu suo non haberent præter unum panem, obvium habuerunt inopem unum alimoniam postulantem. Tunc vir Domini dixit ad comitem: Mitte manum, frater, in peram, & panem, qui nobis est, divide, medietatemque pauperi porrige. Cui respondit comes: Huic per diversa gradienti abundanter multa tribuentur: nos autem, qui præter unum panem non habemus, unde reficiemur? Et ille: Ne cunctaris ultra tribuere. Suscepto itaque pane pauper gratias agebat. Cui rursum imperat: Medietatem alteram tribue. Quo facto, sodali jubet ingredi castrum, & aliquid victus per domos inquiri. Qui diversas domos exquirens, ad ultimum reversus: En, inquit, qui panem dare jussisti, totum castrum circuivi, &, præter tria ova, nihil inveni. Tunc quidam pastores hæc audientes, ad castrum pergunt, quæ audierant, intro nunciant: & ecce quidam misericordia motus, panem

unum

A unum eis porrexit. Item mulier una nitenti
AUCT. B. ATTONE linteo alium obtulit; tertium quoque alius condonavit. Tunc Johannes: En, frater, accipe quod dedisti, nec ultra præbeas invitus, quod nobis abunde communis Conditor administrat.

13 Peragrantes exinde loca diversa, nec sibi admodum apta reperientes, ad Camaldulim *c* venerunt: ubi per multos dies degentes, abstinentiam, & conversationem illic habitantium perspexerunt *d*. Tunc Prior ejusdem loci volens virum Dei ad sacros Ordines promovere, & stabilitatem loci promittere, renuit penitus, quia fervor ejus in cœnobitali vita tantum erat, & secundum sancti Benedicti Regulam vivere. Tunc præfatus Prior imperat eum abscedere, suumque desiderium adimplere. Fertur etiam (Spiritu revelante divino) dixisse: Vade, & tuum in nomine Trinitatis incipe institutum. Qui inde progrediens, ad Vallis Umbrosæ lucum videre perrexit *e*: cui dum locus complacuisset, gressum in nomine Christi firmare decrevit. Quo morante, & in sancta conversa-
B tione proficiente, non est Deus diutius passus latere lucernam in tenebris quam ad illuminandas multorum animas super Ecclesiæ candelabrum constituere disponebat.

Camaldulo venit ad Vallem Umbrosam,

c

d

14 Ad insinuandam igitur vitam ipsius, creator omnium Deus e diversis partibus ser-
& varios congregat discipulos vos suos, Spiritu sancto compunctos, ibidem ex sua largitate ad auxilium famuli sui mandavit. Nam dum ipsius fama paulatim per viciniora loca diffundi cœpisset, laici & clerici gratia visitationis & conversionis ad eum venire cœperunt: inter quos tunc venit in religione ferventissimus Erizo, qui custos Fratrum, & Prior existens, supra triginta annos in eodem loco sic stabilis perseveravit, ut in his nec semel ad villas a monte descenderit. Tunc summæ ille gravitatis & discretionis Albertus, qui supra quadraginta annos ejus cœnobii cellerarius fuit & coquus, nec umquam pro labore cellę deseruit offi-
C cium coquinæ, nec pro labore coquinæ cellæ curam omisit. Tunc quoque magnanimus Teuzo venit, qui sic usque ad senectam caritate fervens exstitit, ut non solum animabus, sed etiam corporibus illic venientium vellet ex corde prębere pro posse medelam.

15 Exierant de præfato cœnobio plerique Fratres, cupientes sub eo nova conversione
Albertus quodam ejus pauperiem sublevat, libencer institui. Hi magistri exemplo & exhortatione, dum in sancta cœpissent conversione fervere, cœpit eorum fama undique spargi. Quod audiens Ita sancti Hillari abbatissa, cujus juri locus ipse præcipue pertinebat, misit eis librorum & victuum subsidium aliquantulum. Quo in tempore tam gravem infestationem a quibusdam viris iniquis, malĩgno spiritu instigatis, passi sunt, cum de ipso loco vellent ipsos exterminare, ut tæderet illos etiam vivere. Sed memores Apostoli dicentis: Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patiuntur; innocentiam, & patientiam amplectentes, persecutoribus suis sæpe pro malis bona reddentes, post multa cum eis certamina, demum adepti sunt pacem, gratiam & victoriam.

16 Manserunt ibi multo tempore, ligneum habentes tantummodo parvulum oratorium: D
& varii ad eum quamvis paupertate pressum assedui discipuli. Indigentiam victuum tantam tunc perpessi sunt, ut plerumque tres unum per diem dividerent panem. Quæcumque erant cameruliæ, & vestiarii, unius sacci capacitas continebat. Quam penuriam diu cum omni gaudio & exsultatione sine murmure sustinebant. Exinde de longinquis etiam partibus clerici & laici cœperunt ad eum confluere. Tunc venit ille magnus Rodulfus, qui tempore multo in eodem loco curam hospitalitatis habuit, & post monasterii Muscetani curam gessit in abbatis officio. Petrus quoque, qui diu procurator asinorum, postea vaccarum fuit; deinde in Passiniano Prioris gessit officium, exhinc abbas in Ficiclo, & in ultimo Romanæ ecclesiæ Cardinalis & Episcopus Albanensis exstitit. Tunc Lætus vultu & nomine, qui Passiniano abbas fuit; & Rusticus, qui, donec Johannes pater vixit, curam exteriorem gessit, & tertius post obitum sancti viri Johannis, multo tempore totius Congregationis curam Prior obtinuit. E

ANNOTATA.

a *De hac electione nullum verbum habet B. Andreas num.* 8.

b *B. Andreas num.* 10 *habet*: errorem intulit. *At hæc vox apud B. Attonem faciliorem sensum conficit.*

c *B. Andreas habet* Camaldulas, *quæ vox eumdem locum significat.*

d *B. Andreas num.* 12, *post hæc verba addit, quod S. Joannes ibi injuriam pertulerit, de qua hic non meminit B. Atto.*

e *B. Andreas num.* 12, *asserit, S. Joannem a duobus Fratribus fuisse susceptum; quæ dicta apud Attonem hic altum est silentium.*

CAPUT III.

Ab Ita abbatissa prædii donatus, & a suis abbas electus, rigide disciplinam monasticam observari curat. F

Regulam exacte observans.

CErnens igitur Pater Johannes, tot talesque viros sibi cælitus in auxilium missos, disposuit cum eisdem beati Benedicti Regulam in omnibus observare, cœpitque noviter venientes ea probatione suscipere, quam insinuat Regula: qui variis ac multis probationibus prius in hospitio eruditi, postea in exteriori cella denuo probantur. Quibus, anno completo, vestes optatas dabat, facientibus manifeste regularem professionem; quibus exinde non licebat aliquid sumere vel quærere, sed omnia a Priore dabantur. Habebat etiam hanc gratiam singularem pater Johannes, ut in prima visione seu colloquio nosset, si veniens quilibet recto, an ficto cordo postularet introitum. Et hoc ei donum a Jesu Christo collatum est, ut personam potentis vel divitis non libentius sumeret, quam pauperis & abjecti. Dicebat quippe, diviti magnum esse impedimentum ad cor humilian-

Digitized by Google

A liandum, eam quam secum pecuniam ducit.

ab Itta abbatissa praediis donatur.

18 Audiens interim Itta abbatissa locum in nomine & religione creviſſe, per diffinitos terminos tradidit ſcripto in circuitu loci congruas poſſeſſiones, & in remotioribus aliis locis plures manſos eidem loco conceſſit. Et dum famulus Chriſti Johannes, adhuc Prioris Officium gerens, animas fratrum & corpora ſolicite procuraret, ſibi maximam abſtinentiam & validum laborem impoſuit: Nam quando tempus reficiendi erat, parviſſimo cibo vel potu ſuæ neceſſitati ſubveniebat, in tantum, ut non videretur ſe recreare, ſed utcumque famis & ſitis arcere periculum. Cum vero ante tempus reficiendi ſiebat, utpote qui operi manuum frequentius inſiſtebat, tunc in frigidam aquam manus pedeſque mittebat, ut ex nimio frigore ſitis periculum aliquantulum temperaret. Aliquid etiam ſumere recuſabat extra conſtitutas regulares horas. Unde debilitatem

B tantam carnis incurrit, ut in illam ſyncopem, fracto ſtomacho, ceciderit, quam legimus beatum Gregorium pertuliſſe. Etenim niſi fratres ſæpe eum reficerent, emittere Spiritum videretur: quam uſque ad obitum ſuſtinuiſſe ſciunt, qui eum forte noverunt.

Mira abſtinentia deditus.

19 Quando autem famis violentia frequenter ſe deprimens indiſcrete ſuperaret, aut refectionem differre conabatur; præ nimietate infirmitatis adeo dentes ejus conſtringebantur, quod niſi eos aliquis cultellum intromittendo divideret, & aliquem liquorem in os ejus poneret, exſpirare continuo credebatur. Verumtamen ſic incredibili languore jugiter cruciatus, nullatenus murmurabat; ſed ſuis hoc peccatis deputans, continuo laudibus divinam juſtitiam commendabat. Qui priuſquam infirmaretur, tantæ fortitudinis ſibi & ceteris, tantæque abſtinentiæ fuerat, ut niſi ille, cui cantamus, Domine inclina cælos tuos, ſub infirmitatis hujus occaſione mentem ejus humiliaſſet; valde rarus exiſteret, qui poſſet ejus inſtituta ſervare. Cognita vero, & experta propria infirmitate, tantæ miſericordiæ tantæque diſcretionis effectus eſt, ut nemo miſericordior eo crederetur. Qui licet corpore foret infirmus, in omni tamen cuſtodia & ſolicitudine mente pervigil erat. Quod videntes fratres ejuſdem loci decreverunt ipſum eligere abbatem, quem noverant ſanum & infirmum pervigilem Priorem, & ſolicitum fuiſſe cuſtodem.

abbas eligitur.

20 Itaque Florentini Teuzonis conſilio convenerunt de urbe, & de caſtellis multi religioſi, & clerici, ac fideles laici, ſancti Hilarii confeſſoris abbatiſſa id maxime cupiente, & cum fratribus ejuſdem loci ipſum prædictum Patrem elegerunt in abbatis officium. Quem nolentem & totis viribus reſiſtentem, de lecto traxerunt, & ipſum, licet invitum, in majori ſede conſtituerunt. Qui cum ad id violenter cogeretur, dixiſſe fertur adſtantibus: Quid inſanitis? Si pellicano nomen accipitris impoſueritis, numquam erit niſi pellicanus. Itaque vir Dei ſumpto officio & abbatis nomine, cœpit ſenſum regulæ diligenter inſpicere, & ad ejus obſervationem totis viribus operam dare. Prohibuit monachos numquam clauſtri limitem progredi, niſi exceptis his, quibus ſuſcipiendorum hoſpitum cura erat injuncta, & exteriorum obedientia. Inter reliqua, quæ ſuos fratres obſervare docebat, non petiebatur nocte dormitorium eſſe ſine lumine claro, dicens, levius eſſe ferendum oratorium ſine lumine, quam dormitorium, ſi egeſtas utrumque non ſineret.

II AUCT. R. ATTONE

Subditos exemplo ſuo ad obſervantiam excitat;

21 Fratres vero, quæcumque Pater injungebat, ejus exemplo vel admonitione frequenter inſtructi, cum omni obedientia fideliter obſervabant; vilitatem & extremitatem veſtium adeo diligentes, ut cilicina tunc veſte uterentur, quam nemo ferre cogeretur invitus, nec ad ferendum volens prohiberetur. Tunc idem Pater de ſuarum ovium varia lana juſſit panum promiſcuum fieri, cujus deſignatione ſpecialius noſceretur quicumque de ſchola tanti Patris exiſteret. Quamvis hoc tempore plerique (pro dolor) videantur, qui ſe eſſe de hac ſchola veſtibus, I

& non moribus oſtendant. Diebus autem, quibus monachi ad ipſum frequentare cœperunt, Deus, cujus amore Vir Dei ſibi ſubditos in via ipſius regere diſponebat, miſit ad eum etiam laicos viros timoratos, qui legem Domini per omnia cuſtodire cupientes, in bonis moribus fere nihil a monachis diſtabant, extra veſtium qualitatem, & ſilentium, quod in exterioribus occupati nequibant plenius obſervare. Tales igitur tam probatos converſos Pater ad mercatum & omnia exteriora ſecure mittebat. Erat etiam multæ auſteritatis, primo contra delinquentes; poſtea valde tranquillus ad increpandum & corripiendum, in tantum, ut materna viſcera videretur habere. Quare qui ipſum amabant, nimis metuebant; & qui timebant, valde diligebant *a*.

a Oratorii ſui conſecrationem impetrat.

22 In illis diebus prædictus rex Henricus, Florentiam venit, ibique dum a pluribus de ipſo multa bona audiſſet, ſic ei audita placuerunt, ut hortatu *b* ſæpe dicti Teuzonis, Catholicum epiſcopum illuc dirigeret ad conſecrandum locum & regina etiam exenia grata mandaret. Qui veniens ad montem, altare majus in honorem ſanctæ Mariæ tunc benedixit. Deinde poſt annos aliquot, dominus Ubertus *c* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui unus erat de ſeptem Cardinalibus, venerabilis vitæ veniens e partibus illis, totum oratorium cum duobus altaribus conſecravit ſeptimo Iduum Juliarum, qui de titulo ſanctæ Rufinæ epiſcopus exſtitit, cujus memoria uſque hodie Romæ celebris habetur, & in multis ſanctis operibus haſtenus viget.

b F

Sacros ordines venerans & varia monaſteria adiit.

23 Fratres aſſidue de bono in melius crescentes, officium altaris in omni veneratione ſervantes, neminem miniſtrare patiebantur, ſi forte Simoniacus, vel concubinarius, vel alio mortali crimine corruptus ante fuiſſet. Eorum quoque magiſter omnes eccleſiaſticos ordines plurimum honorabat, quos Catholicos eſſe ſciebat; ita ut fores eccleſiæ non præſumeret aperire, niſi prius ordinatus aliquis aperiret. Per idem tempus plures viri nobiles & fideles offerebant loca ad ædificanda nova cœnobia. Alii rogabant eum monaſteria diſſoluta ſub ſuo regimine ſumere, & in normam, quam ipſe cum ſuis ſervabat, reformare. Tunc ſancti Salvii cœnobium novi-

vitæ

A viter conſtruxit : in Muſceta alterum in honorem ſancti Petri : in Razolo tertium , in honorem ſancti Pauli : aliud ſancti Caſſiani in Scalario monte. Tunc etiam in ſuo regimine vetuſtum accepit Paſſinianum, & alterum in Romania , ſub honore ſanctæ Reparatæ , ubi per ſingula loca , ſolicitus Pater præpoſitos ordinavit. Quos, dum ab infirmitate ſublevaretur aliquatenus , per ſeipſum viſitare curabat , & honeſte corrigere , moreſque fratrum ad meliora preducere. Inter cetera tenaces , qui temporalibus abundabant , durius increpabat , monens eos magis ex largitate divina confidere , quam de plenitudine horreorum.

AUCT. B. ATTONE

ANNOTATA.

a *Capiosus hanc vigilæ disciplinæ observantiam exponit B. Andreas num.* 27.

b *Hujus hortatoris non meminit B. Andreas num.* 28 , *ubi de ea re agit.*

B c *Is Cardinalis* Ubertus *vel* Hubertus) *de quo nullum verbum facit B. Andreas (fuit sub Leone IX episcopus Silvæ Candidæ , alias 55. Virginum Rufinæ & Secundæ. De egregiis ejus operibus vide Historiam Romanorum Pontificum & S. R. E. Cardinalium , ab Oldoino nostro editam tom.* 1 , *col.* 795 *& seqq.*

CAPUT IV.

Leoni Papæ & suis mirabiliter cibum obtinet & multa alia patrat miracula.

Leo IX ubi se recipitur.

QUodam tempore , cum ad Paſſinianum eſſet , Leo Papa cum plurimo comitatu ſupervenit , & cum ſuis refectionem acceptu-rus , juxta monaſterium requievit. Tunc beatus Johannes interrogat œconomum , ſi piſces haberent. Ut cognovit nullum eſſe , converſo in lacum quemdam monaſterio proximum , C piſcatum ire præcepit : omnibus autem aſſerentibus, numquam piſces in lacu illo fuiſſe , juſſit tamen ut pergerent , ac Domini patrocinium abſque dubio crederent adfuturum. Perrexerunt tandem , & cunctis admirantibus , duos magnos lucios inventos attulerunt beato Johanni , quos ipſe gaudens accepit , & Domino Papæ continuo præſentari fecit.

Teuzonis caritas & Berizonis obitus

25 Venerat inter ceteros ad eum Teuzo venerandus pater & Senex , quem fratribus in Razolo præfecit , quem præ ceteris ex corde dilexit , eo quod ipſum in caritate ferventiorem invenit. Erat quippe pater Johannes valde miſericors, ita ut pluviales , Valli Umbroſæ oblatos , egeſtatis tempore venderet , & omne pretium pauperibus daret. Berizo quoque ſancti Salvii abbas , habens votum moriendi , non in ſuo , ſed in monaſterio Vallimbroſano , venit ad eum , rogans ipſum , ut hoc ſuis precibus impetraret. Cujus preces devote ſuſcipiens , pro eo benignus pater oravit , & , ut diu cupierat , ibi die tertio defunctus eſt , & ſepultus.

Fratribus famelicis

26 Sub eodem tempore , dum fratres nimis indigentia premerentur & in monaſterio non eſſet , quid fratribus in cibum poſſet apponi præter tres panes , juſſit eoſdem frangi , & cuique fratri fragmen unum adminiſtrari. Præcepit iterum cellerario mactare unum arietem , & ipſum ad edendum fratribus miniſtrare. Hodie , inquit, egemus , eras vero , Deo parante , abundabimus. Et hæc dicens , perrexit ad ſanctum Salvium ſperans, quod familiam ſuam numquam Deus pateretur fame diutius laborare. Fratres vero hora prandii pergentes ad menſam carnem appoſitam exhorrentes , pauca tantum panisfragmenta comederunt , & a carne prorſus abſtinuerunt. Sed altera die ſecundum prophetiam ſancti Johannis , quidam homines cum aſinis onuſtis frumenti farina venerunt, dicentes , ſe directos a nobilibus viris: ſed qui fuerint , hactenus ſciri non potuit.

D

Ibi mire modo cibum impetrat.

27 Item alio tempore , dum œconomus loci cibos omnes conſumpſiſſe ſe diceret , & beatum virum inquireret , quid dare fratribus deberet ; vir Dei juſſit, ut unus ex tribus bobus , quos habebant , occideretur , & fratribus in fruſta conciſus apponeretur. Cui œconomus : Quid , inquit , faciemus poſtquam hunc manducaverimus ? Et ille : Poſt hunc occides & alium , quo conſumpto , ſi opus fuerit , dabis & tertium. Beatus autem Johannes juſtius fratres credens carnibus reficere , quam eos fame perire , ſperabat Dei miſericordiam adfuturam , qui ſervis ſuis in anguſtiis poſitis ſubvenire conſuevit. Quid plura ? Fratres hora ſtatura pergunt ad menſam , viſiſque ſolis carnibus obſtupeſcunt , eoſque nullo modo tangentes , ſilentes , patientes manſerunt. Et cum ſervus Dei prolixius oraſſet , quidam cœpit januas monaſterii pulſare. Cellerarius audiens ſignum , feſtinanter exivit , & illic hominem cum manutergio pleno panibus invenit. Quos lætanter accipiens , fratribus velociter appoſuit , oblitus interrogare quis eos duxiſſet , quiſve miſiſſet. Qui cum poſt paulum gratias redditurus ad januas rediiſſet , neminem reperit , & de illo converſos interrogans , eo die nullum hominem illic ſe vidiſſe dicebant.

Clericorum mores

28 Exemplo vero ipſius , & admonitionibus , delicati clerici , ſpretis connubiis & concubinis , cœperunt ſimul in eccleſiis ſtare , F & communem ducere vitam ; hoſpitalia quoque conſtructa & eccleſiæ vetuſtæ renovatæ ejus auxilio cognoſcuntur , & in locis pluribus ad melius commutatæ. Nec mirum ſi homines , aut loca quælibet in melius ejus exemplo ſunt immutata , cujus vita cupientibus ædificari non modicum præbebit exemplum. Erat quidem in cibo parciſſimus, in orationibus ſedulus , in vigiliis intentus , in ſilentio ſtudioſus , in eleemoſynis pro virium quantitate largiſſimus , & cum aliquid dare diſponeret , hominem , ſive pecus , vel aliquid aliud , ſtudebat aliis melius dare , ſibi vero deterius tenere. Indumentis viliſſimis ſemper utebatur. Nec in tanta ſua infirmitate patiebatur corpori ſupponi fulcrum, vel capiti plumeum capitale.

& meretricis ſui exemplo emendat.

29 Sed cum decumberet , die noctuque ſanctos coram ſe libros legere faciebat , ut inſtructus aſſidua lectione , peritus divinæ legis & divinarum ſententiarum competenter efficeretur. Cumque decumberet , aut pergeret , vel equitaret , coculla jugiter utebatur. Ipſius etiam exemplo , celebre Officium

Digitized by Google

A cium in nocte ſanctæ Reſurrectionis per Tuſciam, aliiſque locis nunc agitur. Cujus fama religionis dum in locis pluribus celebris haberetur, Comes Bulgarus diſpoſuit ſuum cœnobium Septimenſe ſub ejuſdem Patris regimine conſtituere. Quod cum ab eo vix impetraſſet, valde gaviſus eſt, ſperans per ejus ſtudium, locum ipſum in melius proventurum. Quod poſtea claruit, dum lex ignea, ibidem facta, locum eumdem mirabiliter exaltavit, & antea multis ignotum, poſtea plurimis reddit nominatum.

Fratrem ſubcenſos liberat.

30 Interea vir Domini diverſis cœpit claret miraculis. Quidam homo plenus inſania in ejuſdem Patris cœnobio morabatur; qui dum medendi gratia Paſſinianum mitteretur, ad flumen Arnum venit, repertam ſcapham intravit, & ex illa, ſicut eum ſua inſania cogebat, ſe in amnis medium projiciens ait: Hic, quis Johannes, & qualis ſit ejus vita, patebit. Quem cadentem mox aqua ſuſciens ſuſtinuit, ne mergeretur, eumque ſancti Viri meritis ad ripam exteriorem ſanum ſalvumque, quaſi lignum leve, deduxit. Hic luce clarius conſtat, ſanctum virum Johannem Creatori ſuo fuiſſe cariſſimum, ad cujus ſolius memoriam, tam velociter, tamque benigne præfatum miſerum de mortis periculo liberavit.

Miraculoſe cibum pauperibus diſtribuit.

31 Item dum idem venerabilis Pater a viſitandis aliis cœnobiis regrederetur ad ſuum, memor plurimæ indigentiæ, qua multos premi cognoverat, introiens monaſterium, diſpenſatorem familiæ, nomine Goffredum, & fratrem Ruſticum procuratorem monachum ad ſe vocans, ait: Inſpiciamus horreum noſtrum, quomodo ſe habeat. Quod tunc reperit abundanter eſſe repletum. Quibus, quaſi ironice, dixit: Quamplurimi ſub inſtanti neceſſitate famis opprimuntur, vos autem uberius abundatis; ſtatimque juſſit quoddam vaſculum, capiens quatuor vel quinque modios, impleri, & ſic per ſemetipſum ab hora tertia uſque ad nonam tam grandi largitate oneris occupatus, nullatenus inde receſſit, ſed unicuique venienti, cui multum, cui parum, diſtribuit & ſemper plenum, Deo lætiente, permanſit.

& fratris cujuſdam occulta cognoſcit.

32 Deinde dum in beati Salvii cœnobio moraretur, & per Azonem, qui poſtea ſanctæ Reparatæ fuit abbas, exenia viro Dei Teuzoni incluſo pro ciborum benedictione mandaret, præfatus Azo, dum rediret, via digrediens, tugurium quoddam intravit, & cum Fratribus, quos ibi reperit, multa locutus eſt. Qui ad Patrem rediens, dum ab eo quæreret, unde venis? Et ipſe reſpondiſſet, ſe, quo miſſus fuerat, iſſe, ac rediiſſe; mox ab eo audivit: Ego quidem non te illuc, unde venis, mandavi. Deinde digreſſum a via, & ingreſſum tugurii ac verba, quæ cum inventis Fratribus habuit, per ſpiritum recognoſcens, omnia per ordinem patefecit.

Ægro ſanitatem reſtituit.

33 Eodem tempore, quo Simoniaca hæreſis per Tuſciam pullulabat, dum prædictus Pater adhuc eſſet in eodem ſancti Salvii cœnobio, quidam Florentinus, cujus filius languore conſtrictus, vicinam opperiebatur mortem, ut ægrum natum ſanaret, ac redderet, rogaturus acceſſit. Cui cum diceret, non hæc ſua, ſed Apoſtolorum eſſe; pater gemebundus proſtratus ejus veſtigiis, tamdiu precibus inſtitit, donec vir Dei, miſeratione commotus, ipſum remittens ad propria, ſe pro eo Deum rogaturum promiſit: tunc ſtatim, eo diſcedente, convocatiſque Fratribus, ſuppliciter orationi incubuit. Quibus humiliter in terram proſtratis, & orationibus pro eo ad Dominum fuſis, ille, cui cantatur in pſalmo, Domini eſt ſalus, per dilecti ſui interceſſionem ægrotum integræ ſanitati reſtituit. Hoc miraculum idem ipſe, cui beneficium ſanitatis impenſum eſt, ſic contigiſſe, ut diximus, donec vixit, viva voce teſtatus eſt.

B

C

D AUCT. B. ATTONE

Alterius, quem ſanaverat, munus accipere renuit.

34 Alio quoque tempore, quidam miles ex oppido Cerlianenſi, gravi infirmitate tenebatur, & notiſſimus erat beato Johanni: & ecce ſervus ejuſdem militis veniens ad illum; ut beatus Johannes, ubi eum conſpexit, de ſuo domino ipſum interrogavit. Cui reſpondit: Domine Pater, jam per duos menſes & eo amplius, multa tenetur infirmitate. Quod audiens venerandus Pater, panem accipit, eique pro benedictione miſit. Poſt quartam diem per ſemetipſum ad eum venit, ac pro ſalute, quam receperat, Deo & ſibi multas gratias egit. Deinde cum idem vir multo poſt tempore moreretur, præcepit filio, ut equum, cui ſedere conſueverat, ſancto Johanni daret, & ut pro ſe intercederet, rogavit. Sanctus autem vir deſpiciens tranſitoria, paupertatem amans, cæleſtia concupiſcens, equum homini reddidit, & ad propria cum eo redire juſſit. Cumque multum obſiſteret, & equum ſe non reducturum aſſereret, tandem præcepto ſancti Viri coactus, cum equo lætus ad ſua rediit, benedicens Deum in tanti Patris admiratione. Quod factum eſt, dum adhuc eſſet in cœnobio Muſcetano.

E

Sumptuoſa ædificia improbat, &

35 Quem locum dum alio tempore viſitaret, cernens in eo caſas grandiores, pulchrioreſque fore, quam vellet, accerſito domino Rodulfo ejuſdem loci abbate, ſibi vultu ſereniſſimo dixit: Tu in hoc loco magnis expenſis, quibus pauperes plurimi refoveri potuiſſent, ex proprio voto palatia fabricaſti. Et converſus ad quemdam rivulum parvulum, prope manantem, dixit: Deus omnipotens, qui de minimis majora facere conſueviſti, videam per hujus rivuli paucitatem, hujus enormis ædificii cito vindictam. Et hæc dicens, abſque mora diſceſſit. O mira Dei potentia confeſtim rivulus, eo recedente, creſcere cœpit, & congregans aquarum fluenta largiſſima, relicto proprio alveo, præceps de monte ruit; immenſos petrarum ſcopulos & arbores ſecum trahens, prædictas domos ſunditus evertit. Unde abbas ejuſdem loci cum Fratribus perturbatus, de eodem loco cœnobium mutare diſponebat. Quos benignus Pater his verbis conſolatus eſt: Nolite, inquit, timere, nec habitationem mutare: quia rivulus ille de cetero nullo modo vobis ultra nocebit. Quod ejus vaticinium, verum, firmumque uſque permanſit. Denique rivulus ille de cetero domos ibi nullatenus læſit, nec quod tunc accidit ſancti viri precibus, ulterius minime contingit.

F

& nequitiæ gratis recipiendos eſſe docet.

36 Iterum cum audiſſet quemdam virum venientem ad converſionem, totum ſuum pa-

Digitized by Google

patrimonium scripsisse in cartula, & successoribus hereditate privatis, secum ad monasterium deculisse; mox ad prædictum cœnobium venit, & abbati, qui cartam acceperat, imperavit, ut absque mora eam sibi deferret. Quam dum acciperet, eam minutatim discerpens, ejus in terra frusta projecit. Justius quidem sibi videbatur cum exiguis vivere, quam multiplicatis opibus superbire. Deinde valde commotus, Deum, ejusque Apostolum invocans, inquit: Omnipotens Domine, & tu sancte Petre Apostolorum Princeps, ulciscimini me de isto cœnobio; & hæc dicens iratus confestim abscessit. Quo non longe digresso, repentinus ibi succensus est ignis, qui totum monasterium ex majori parte combussit. Quod incendium socius ejus, dum cerneret, eique nunciaret, nec retro respexit, nec ad locum rediit, sed via, qua ceperat, Vallimbrosanum cœnobium festinanter adivit.

AUCT. B. ANTONII

37 Alio tempore, cum in eodem esset monasterio, & Papa Stephanus *b* per viciniora loca transiret, suos legatos ad eum misit, & ad se venire rogavit. Cumque nimia gravatus ægritudine, nec posset, ad eum ire, nec vellet, legati revertuntur ad Dominum Papam, asserentes, illum ad se venire non posse. Quibus ipse respondit: Ite, eique dicite, si aliter non valet, in lecto duci se faciat. Qui, mox ad ipsum regressi, jussum Domini Papæ nunciant. Quod sanctus pater audiens, statim ecclesiam intrat, Deum ejusque sanctos exorat, ut aliquod sibi consilium absque scandalo daret, ne ad supradictum Papam ire debeat. Oratione completa, ad legatos Papæ exiens, lecto se projiciens, aliquantos Conversos venire fecit, & se ad Papam portari præcepit. Cumque paululum a monasterio processisset, mox aer validissime conturbatus est, ut ventorum nimietas, & immensitas pluviarum pariter prorumperent. Quod cum legati cernerent, illum vere Dei hominem credentes, ad monasterium reverti fecerunt, & ipsi cursu concito ad pontificem redierunt. Hoc cum Dominus Papa cognosceret, ipsumque diceret esse sanctum: Nolo illum ad me ultra venire, sed in cœnobio suo quiete manere; ipsumque pro me, statuque Ecclesiæ Catholicæ, Dei clementiam exorare.

Stephani Papæ tellegium vitat.

b

B

C

38 In eodem autem cœnobio fratri cuidam medicinam manu sua tradidit, & extemplo, causa alia emergente, alias festinus abiit. Prædictus vero ægrotus, non se caute custodiens, intra paucos dies exspiravit: pro cujus memoria per totam congregationem, sicut mos est agi pro defunctis, ejus obitum per apicem *c* destinavit. Nec multo post vir Dei rediens, abbatem loci de fratre illo, qualiter defeciisset, inquirit. Ille dum ei cuncta sesiatim refert, dixit ad illum: Mitte quam ocius, & ex omni Congregatione memoriam ejus dele. Quod dum factum esset, evoluto aliquanto tempore, cuidam monacho ex eodem loco circa medium diem visibiliter defunctus apparuit. Ad quem inquiens, numquid tu es monachus talis? Respondit, prorsus ille. Qualiter nunc agis? Tum ille: Excommunicatus & a consortio fidelium *d* per patrem Johannem sum segregatus. Adjecit vivus inquiens: Quomodo te juvare valemus? Iterum ait: Si sanctus Johannes me reconciliaverit. Qui statim Sanctum virum adiit, & quæcumque de mortuo viderat & audierat, plangendo plurimum illi seriatim retulit. Tunc ipse, sicut erat mente piissimus, abbatem loci venire præcepit, & pro anima excommunicati Fratris Officium & eleemosynam in eodem cœnobio, ac per totam Congregationem, velut eodem die obiisset, instanter fieri mandavit. Quæ omnia dum fideliter completa fuissent, defunctus iterum post dies triginta *e* eidem *e* monacho similiter apparuit, eique dixit: Vade, & sancto patri Johanni age pro me gratias, inferens quia ego per eum reconciliatus in Electorum cœtu consisto.

& fratri maxime prosit mortuo.

D

e

E

ANNOTATA.

a *B. Andreas num.* 46, *pro* vultu serenissimo *melius habet* severissimo.

b *In priori Vita num.* 48, *id de Leone Papa narratur. Sed rectius Stephano attribuitur, ut observavi ibidem in Annotatis.*

c Per apicem, *vel, ut habet B. Andreas*, per apices, *id est per epistolam vel litteras.*

d *Pro* consortio fidelium *B. Andreas num.* 52, *habet* sanctorum.

e *Loco* eidem *B. Andreas posuit* cuidam, *quæ discrepantia sensum, seu potius personam mutat.*

CAPUT V.

Caritas erga ægrotos & pauperes, & varia ejus miracula.

Virum monasticum dereliquisse nititur.

ALio tempore quidam conversus instinctu diaboli sæculum dereliquisse, & ad monasterium se venisse pœnituit. Qui cum beatum Johannem nimiis, ac importunis precibus sæpe rogasset a monasterio cum ejus licentia discedere, tandem Vir beatus non tranquillo animo passus est eum abire. Cumque paululum a Valle Umbrosa fuisset, diabolo ducente, digressus, de alta rupe, per quam ibat, ab eodem, quem sequebatur, præcipitatus, confestim exspiravit. Unde patenter ostenditur quam periculosum fuerit, sanctum Virum relinquere, aut ejus indignationem incurrere.

F

Mirabundum a damnavit infestationes liberat,

40 Item alius homo, Florentius nomine, urbanæ eloquentiæ & civilis *a*, qui Simoniaca perfidia, pro defensione cujusdam Episcopi valde fuerat maculatus, dum gravissima teneretur infirmitate, morti se proximum penitus asserebat: Sed inter graves luctus crebrosque suorum singultus, per amicos suos a sancto Viro monasticum habitum postulavit. Cui sine multa dilationis probationis habitum minime tradidit, sciens esse scriptum: Probate spiritus, si ex Deo sunt. Qui suscepto monastico habitu, dum jam convaluisset & claustra monasterii, baculo sustentante, lustraret, infirmitas prior eum repetiit, ita ut morti propinquus esse videbatur. Quod dum Vir sanctus audisset, adhibitis secum Fratribus festinus lectum ægroti petiit, ac multis precibus eum, qui in proximo moriturus erat, Domino commendabat. Infirmus vero cœpit vultum suum operiri pallio, quo fuerat coopertus. Ad quem abbas Johannes: Quid est quod agis? Tum ille pallens, & tre-

a

A tremens dixit: Terribilibus oculis cerno diabolum prope assistere, ex cujus ore miræ magnitudinis flamma, exque naribus sulfureus fumus egreditur; ubi est, inquit? En ibi est, Domine pater. Tunc beatus Johannes raptim abstulit crucem ex manibus tenentis eam, & diabolum ex ea fortiter percussit. Qui statim ex oculis mirantis, ut fumus evanuit. Tunc æger voce, qua poterat, clamabat dicens: Deo gratias; Deo gratias, ecce fugit, ecce recessit. Ecce nunc adest beata Maria, sanctus Petrus cum sancto Benedicto. Vix verba compleverat, & statim spiritum exhalavit. Hinc liquido patet, quam præcelsi meriti fuerit iste sanctus Pater, cujus precibus ipse languidus, per Crucis obstaculum, ab infestatione dæmonum est liberatus.

41 Non longe post venit ad eum quidam *& quem rusticus filium sanat.* rusticus, & provolutus ejus genibus, magnis vocibus cœpit obnixe rogare eum pro unico suo, in agone constituto, quatenus suis precibus ab instanti mortis periculo liberaret. Cui multum compatiens, Fratribus imperat pro
B ægroto Dei misericordiam exorare. Quid multa? Fratribus in Ecclesia orantibus, ipse solo prostratus, magnis gemitibus Christi misericordiam postulans, panem transmisit, & statim ægrotanti reddit sanitatem.

42 Deinde cum adhuc famis inopia vehe- *Pauperes famelicos* menter instaret, & prædictus Pater tunc ante fores monasterii de Razolo *b* esset, aspi-
b ciens vaccarum suarum *c* gregem in jugo
c Alpium pascere, unam ex illis, dum nihil haberet, quod pauperibus alimoniam petentibus daret, a beato Paulo petivit dicens: O sancte Paule, si pauperibus his unam dares ex illis. Hæc eo dicente, una deorsum ruit, statimque mortua est; cujus carnes jussit continuo dari pauperibus. Qua consumpta, supplex orando secundam, tertiam & quartam, accepit. Quas omnes pauperibus tribuit. Qua de re pastores tristes effecti, duxere gregem vaccarum ex alio latere montis. Sed idem vir Dei, petitioni pauperum subvenire desiderans, cum non haberet, quid petentibus daret, iterum ad sanctum Paulum
C conversus ait: o Apostole sancte, isti locum mutando fugerunt; te, qui hujus loci patronus existis, fugere nequeunt. Tu qui multum misericordiam prædicasti, tribus mihi, quid adhuc inopibus porrigere valeam. Sic eo cum lacrymis orante, denuo de vaccarum numero quinque corruerunt, quarum omnium carnes in cibum jussit pauperibus ministrari.

43 Tunc Pastores valde turbati pro ne- *mirat mo- do pastis,* vem animalium damno, venientes adversus eum, magnas querelas ingeminant, dicentes: Melius in tuo monasterio Vallimbrosano stares, quam huc venires; quibus ille placide respondit: Scio vos super hoc esse tristes, nec amplius vultis impendere. Ne timeatis, quia nulla earum hoc tempore plus morietur. Quod & factum est. Et sic ipso orante, ruina vaccarum & mors prius fuit, & mox, ut orare cessavit, incolumes permanserunt. Interea sanctus idem Pater, cujus mentem flamma caritatis urebat, cernens adhuc famelicorum inopiam, & se non habere, quod concite dare posset, totum lacanimalium superfluum jussit distribui pauperibus;

& sic die sactis præbendo liquorem, multos a famis periculo liberavit.

44 In eisdem diebus, cum ad Vallimbrosanum cœnobium regrederetur, accersito villico de Ponta *d*, promisit ei berbicum mittere gregem, in quo multi arietes habebantur; justitque illi de prædictarum ovium lacte se pascere, quantosque secum posset pauperes, atque de eodem quotidie sustentare; prædictos vero arietes, donec supereresset unus ex illis, inopibus largiretur. Sicque factum est. Quidam etiam famulus ejus de Razolo Vallombrosam venit ad eum, nuncians, ursum maximum vaccarum damnum crebro facere. Cui dixit: Vade & interfice eum. Qui regressus, prædictumque ursum in antro quodam arboris stantem inveniens, securi percutiens arborem, nihilque metuens, dixit: Egredere, quia Dominus abbas imperavit, ut te occidam. Egressus statim est interfectus ab illo.

45 Præterea venerabilis Pater transiens *quedam miracula* inde per Alpes, venit ad locum, in quo tan- E tæ arboris obstaculum ruerat, quod multorum paria boum, & hominum multitudo leviter amovere non poterant; alia quoque via, rupibus obstantibus iter mutari non poterat. Ubi modice conturbatus, quasi queritando, socio dicere cœpit: heu quid facietmus? Et conversus in precibus, cum redire sibi grave videretur, nec procedere posset, divinum auxilium humiliter obsecrabat. Tunc Ugo plebanus sancti Johannis majoris, tentans, si quem transitum inveniret. Tandem aggressus molem arboris levavit in collo, cujus pondus homines multi, nec multorum paria boum, ut prædictum est, ullatenus dimoverant; eamque sicut leve virgultum diu sustinuit, ut ipsemet sæpius testabatur. Sicque transierunt illæsi venerabus Pater, prædictusque plebanus. Quod miraculum incolæ terræ nunc usque testantur, adjicientes, actum esse in locum; qui dicitur ad Cellas veteres, non longe a cœnobio Razolensi.

46 Item prædictus Pater custodibus boum *pastas.* de Razolo die toto arare præcepit, & in nocte pabula carpere: Illi vero respondentes ursos & lupos, nocturnosque timere latro- F nes, ait eis: Beatus Paulus illæsos illos custodias. Tunc noctu venientes latrones, unum e bobus per cornua ligaverunt, sed de loco mutare non valuerunt. Quem mane custodes adhuc ligatum repererunt, lacrymasque more hominum fundere cœperunt, & hoc prædicto Patri nunciaverunt. Ad quem Pater accedens, dixit: O bos vade, tuumque officium imple. Non enim te, servatum a noxiis feris latronumque rapina, sanctus Paulus perdere voluit.

ANNOTATA.

a *Sensus hic apud utrumque beatum Auctorem non est satis clarus.*

b *Monasterii nomen apud B. Andream in hac historia non exprimitur.*

c *Pro* vaccarum suarum B. *Andreas habet* vaccarum pinguium. *Hæc differentia satis magna est, in ordine ad theologicam hujus facti discussionem, ut attendenti patet.*

d *Hic locus a B. Andrea num.* 59, *vocatur* Ponta,

D AUCT. B. ATTONE *& ejusdem ergo ejusmodi miserationis,* d

A Roota *cujus ſitum oſtendi ex mappis Geographicis, in Annotatis prioris Vitæ poſt caput* 5.

AUCT. B. ATTONE

CAPUT VI.

Arcana cognoſcit, ægros ſanat, multos inſtruit.

POſt hæc, cum eſſet in Paſſiniano, vir quidam ex territorio Ponienſi venit ad eum, diceas ſæculum ſe velle relinquere. Quem quaſi reſpuens, ut abiret, juſſit: ſed homo mirabiliter inſtans, &, ut ſui miſereretur, ſuppliciter orans, demum, ſicut erat mitiſſimus, ejus piæ petitioni annuit. Qui veniens reatus ſuos ex parte prodidit, & majores quoſdam erubuit confiteri. Quem non poſt dies plures ad ſuſceptionem hoſpitum, & peregrinorum obſequium exterius collocavit. Pius autem Pater agnoſcens inſpiratione divina, quæ nequiter occultaverat; una die, dum idem Gerardus alimenta venientibus hoſpitibus miniſtraret, illum ſeorſum vocans, dixit ei: Gerarde quare me ſic fallere præſumpſiſti? At ille tremens reſpondit: Quomodo Pater mi? Et Pater: Quando congrue poteris ad me venias, &, quod profeſſus es, indicabis. At ille præceptum Patris adimplens, dum ei licuit, venit ad eum: cui vir Domini: Numquid non mihi dixiſti, quia ex integro tuorum ſcelerum abſcondita panderes? Et ille: Utique dixi. Et pater ad eum: Si ita dixiſti, quare tam crudeliſſimum facinus, quod in die ſanctæ Apparitionis Domini & ejuſdem diei vigilia cum uxore talis illius hominis commiſiſti, mihi patefacere noluiſti? Inſuper non tibi ſufficiebat tam gravis iniquitas, niſi ad tui confuſionem iterum in mente diſponeres ad tam grande piaculum reverti? Tunc ille mente confuſus videns, ſe mendacii proprii laqueo deprehenſum, confeſtim ad terram corruit, pœnitentiam ſui criminis lacrymis quærit, & omnia quæ ſanctus Pater indicaverat, eſſe vera fatetur.

Oculum crimen alteri indicat.

B

48 Item dum in eodem monaſterio eſſet, vir nobilis, Ubaldus *nomine*, de caſtro Figlini, notiſſimus, ac familiariſſimus ſancto Viro, prævalida ægritudine correptus, videbatur ad extrema deduci; qui vocatis militibus ſuis & cuncta familia, de propria domo, ſuiſque rebus diſponere procuravit. Tunc uxor unum e nobilibus ſuis, Benzonem nomine, marito in agone jam conſtituto, vocat, eumque ad Paſſinianum, unde maritus compatronus erat, ire quantocius mandat & adventum ejus funeris ſancto Viro nunciare. Cumque feſtinus iret, obviavit cuidam, qui dixit ei: ſe redire a ſancti Caſſiani cœnobio, ubi ſanctum Virum eo die dimiſerat. Nuncius hoc audiens, ad montem Scalarium illico venit, & ſanctum Hominem ante fores monaſterii pſalmos, aut aliud quid reperit meditantem. Quem cum ſalutaſſet, requirit ab eo qualiter eſſet illi. Reſpondit, triſtis & nimis mœrens me fore confiteor pro nobili viro, veſtroque fideli amico, qui nunc migrare videtur a ſæculo. Cui inquit: Quis eſt ille? Reſpondit Benzo: Veſter valde fidelis illuſtris Ubaldus. Statim venerabilis Johannes, verſis ad orientem luminibus, in multa compunctione parumper ſubſtitit, ac deinde oratione completa Benzonem aſpexit, eumque præcepit abire, conſolans ipſum & dicens: Quam ocius ad propria regredere; quoniam infirmus ille, ſuper quo mœſtus veneras, incolumen, Deo præſtante, reperies. Et ut promiſit, orationibus ejus per Dei gratiam actum eſt. Quod plurimi de domo prefati Ubaldi oculata fide cum uxore videntes, ac nonnulli de circumſtantibus audientes miſericordiam Creatoris in beneficio ſui famuli collaudabant.

Ægro precibus ſanitatem impetrat

C

D

49 Hujus præclari Viri gravitatem & patientiam Gregorius, dum adhuc in Apoſtolica Sede Archidiaconi Officium gereret, qui poſtea ſeptimus Gregorius Papa fuit, vir omnino Deum amans; cum eum dure increpare diſponeret, prærordinata, quæ dicere putabat, oblitus eſt verba: qua ipſius perfectione ſic ab eo comperta, deinceps tantus inter utrumque firmatus eſt amor, quantus inter amicos cariſſimos & uterinos ſolet eſſe germanos. Hæc itaque vera fuiſſe, Rodulfus, olim abbas Paſſiniani, religioſus, & ſanctæ converſationis, qui tunc intererat, frequentiſſime teſtabatur; de cujus teſtimonio veridici viri nullatenus eſt hæſitandum.

Gregorium VII miraculo ad ſui amorem movet.

E

50 Alio quoque tempore Vir Domini, animis ægrotus, pulmenti ſibi appoſiti fratricuidam, Gerardo nomine, particulam porrexit, quam obedienter antea ſumpſit, ſed poſtea cœpit intra ſe multa volvere verba, quomodo tam facile conſenſiſſet cibum accipere, quem ſibi cogitabat, tunc neceſſarium non fuiſſe. Quod pater Johannes per Spiritum ſanctum intelligens, expleta refectione, dixit ei cuncta, quæ cogitaverat, ſibique per ordinem enarravit. Tunc prædictus frater arcanum ſui pectoris diligenter expoſuit, & omnia, quæ Vir Domini dixerat, eſſe vera confeſſus eſt. Et nocte ſequenti abſceſſurus, matutinali celebrata ſynaxi cum eodem Patre, iſdem ſiti graviſſima clam laborabat. Quod Johannes pater per cordis illuminationem agnoſcens, nutu miniſtrum ſuum advocat, ac ſcyphum vino aqua mixto repletum, diſceſſuro fratri dari ſignavit. Qui porrectum ſcyphum cum vino ſumpſit, &, exſtincta ſiti, cum licentia Patris gaudens abſceſſit, agens gratias Deo pro tam eximii reverentia Patris, & qui mentis ſuæ ſecreta tam patenter agnoverat, & omnibus expoſuerat.

Fratris ejuſdem cogitationes cognoſcit.

F

51 Unus exinde Clericus plurimum dives vendidit omnia ſua, & multos ex rebus ſuis accipiens numnios, venit ad eum. Quem cum ille paupertatis amicus audiret, qua de cauſa veniſſet, ſic eum alloquitur: Quamdiu nummum unum ex his tecum habueris vel apud te ſervaveris, nec mecum participare, nec amicus eſſe valebis. Hæc clericus audiens, abſceſſit, pretiumque venditi patrimonii, quod vir Domini ſpraverat, in pauperum ſubſtentationem diſtribuit; ac deinde remeavit ad illum, qui Deum auro, & inopes divitibus præponebat. Hoc Johannes pater audito, & quid egiſſet, in veritate diſcutiens, qui ante locupletem ſpreverat, factum pro Chriſto pauperem poſt hæc dilectum ſuſcipit in filium. Subinde divino Spiritu inflammatus, more ſolito non contentus tantum ſuos ſubjectos, ſed etiam abſentes inſtruere & corrigere ſatagebat, quibuſdam Epiſtolas mandans:

Nummos a Clerico oblatos rejicit.

A dans : quarum una Episcopo Vulterrensi satis utilem pro correctione sui, suorumque mandavit, quam ob nimiam prolixitatem huic opusculo inserere recusavi. a

& variis virtutibus fulget.

53 Post hæc, cum longe, lateque odor sanctitatis ejus ad multorum notitiam deveniret, ad eum de diversis terris & regnis veniebant monachi, clerici, fideleſque laici, præcipue Mediolanenses b; audiebant quippe Simoniacam hæresim Johannem patrem cum suis fratribus publice condemnare, & supra omnes mortales modis omnibus expugnare. Propterea venientium ad eum neminem pœnituit, ubi vidit illum & audivit; nec dolere poterat se dispendium pertulisse, vel itineris longioris sumpsisse laborem. Nam si cor dubium, aut forte tepidum aliquis visitantium eum haberet, alacer regrediebatur, & cor in fide firmatum reportans, & marsupium profecto non vacuum. Acceperat enim a Domino Jesu Christo vultum omnibus gratum, & sermonem placidum exhibere, manumque largam ad præbendum, dum facultas ei suppeteret.

B

ANNOTATA.

a *Hanc epistolam, a B. Attone omissam, exhibet B. Andreas num. 74, & sequentibus.*

b *Præter* Mediolanenses, *a B. Andrea num. 79, enumerantur* Cremonenses atque Placentini.

CAPUT VII.

Simoniaci varias contra eum persecutiones & turbas concitant.

JAm omissis plurimis, quæ Deus per ejus merita declaraverat, tempus expetit referre, qualem, & quantam pugnam contra Simoniacam hæresim Johannes pater cum suis, teste maxima parte mundi, Deo propitio gessit. Sicut supradictum est, Johannes pater Petrum Florentinæ ecclesiæ Simoniacum invasorem aperte clamaverat, adhuc etiam eligens cum suis potius amittere mortalem vitam, quam celare veritatem, ipsum Petrum non tantum Simoniacum, sed etiam, hæreticum sæpe dicebat a: unde pervalida contentio in clerum & populum Florentinum orta est. Alii quidem temporalia commoda diligentes, ipsum defendebant: alii cum monachis jam illorum crudelibus b verbis eidem vehementius obsistebant. Dum hæc igitur contentio per dies multos inter clerum & populum haberetur, & seditio inde frequenter oriretur, existimavit hæreticus Petrus clericos & laicos hoc modo terrere, si monachos necaret, a quibus verba sibi contraria principia sumpserant.

Petrus Simoniacus. C

a

b

Insidiantur.

54 Pro qua re missa multitudine peditum & equitum, nocturno tempore, jussit sancti Salvii cœnobium igne comburi, & monachos ibi repertos interfici. Johannem vero patrem illic existimavit tunc inveniri: sed ipse præterito die recesserat. Ingressi igitur Ecclesiam, dum fratres nocturnum Officium celebrarent, evaginatis ensibus, ut immites carnifices, oves Christi mactare cœperunt. Alii siquidem in fronte tam grave vulnus infixerunt, ut usque ad testudinem cerebri acies ferri veniret: alterum vero tam impie tam graviter sub oculis percusserunt, ut nasus & dentes cum superiori labio a compagine solita dividerentur, & super barbam in inferiori loco penderent; alii præterea gladiorum vulnus in interiora fixerunt, dehinc super eos variis plagis illatis, demum altaria penitus everterunt, & depredati sunt omnia, quæ invenerant.

D

AUCT. B. ATTONIS

monachos S. Salvii dire necat.

55 Post hæc, igne domibus impositio, monachis in ecclesia septem psalmos cum litaniis cantantibus, & in nullo reluctantibus, nec silentium frangentibus, ipsos nudatos & semivivos relinquentes abierunt. Nam etiam ejusdem monasterii patrem, nomine Dominicum, conversatione sanctissimum omni nudaverunt amictu. Qui tamen sic nudus, cœpit solicite quærere, si quid posset invenire, quod se indueret. Tandem pelliceum indumentum, quod ob incuriam inter Fratrum lectos cecidit, invenit, seque illum dissutum concissum ac vetustate dilapsum induit. Sed unde inimicus victoriam & exaltationem acquirere credidit, inde detrimentum & confusionem invenit. Nam multi de clero & populo, qui prius ejus videbantur esse fautores, ipsius intuentes impietatem, deinceps monachis facti sunt adjutores, ipsius condemnantes & blasphemantes omnimodam pravitatem. Sequenti vero die tam homines, quam mulieres Florentiæ ad supradictum cœnobium venerunt, & quicumque poterant, necessitatibus fratrum necessaria fideliter obtulerunt. Felicem seſe quisque credebat, si aliquem monachorum videre valebat, aut eorum sacrum sanguinem fusum ex terra, lapidibus & lignis, suis pannis posset extergere, cupientes illum pro magnis Reliquiis secum habere.

E

quo S. Joannes ad tentationem excitatur. F

56 Beatus autem Johannes Vallumbrosæ tunc positus, audiens quod acciderat, amore martyrii flagrans ad sanctum Salvium festinus venit. Abbatem, ceteroſque Fratres flagellatos, cæsos, nudos considerans, dixit: Nunc vere monachi estis, sed cur sine me hoc perferre voluistis? Valde enim doluit, quod præfatæ persecutioni minus interfuit; verumtamen in hoc ipse martyrii bravium obtinuit, qui discipulorum mentes ad omnem tolerantiam incitavit. Ad hoc etiam venit, quod se teneri, flagellari, detruncari sperabat, & occidi pro defensione Catholicæ fidei. Monachi vero tanto fortiores exinde facti sunt, quanto securiores de corona martyrii, quam jam præguſtaverant. Nam tempore synodi euntes Romam constanter & publice Petrum Simoniacum & hæreticum proclamaverunt, ignem se profitentes intrare ad scelus ipsius probandum. Alexander autem Papa, qui tunc Apostolicæ Sedi præsidebat; nec tunc accusatum voluit deponere, nec igneam legem a monachis sumere: pars enim maxima episcoporum Petro favebat, & omnes pene monachis erant adversi: sed archidiaconus Hildeprandus monachorum in omnibus auditor, & defensor factus est.

nihil simoniacorum potestatem.

57 Deinde cum lis ipsa quotidie cresceret in immensum, tanta persecutio facta est, adversus Florentinum Clerum Catholicæ partis; ut eam non ferre valentes archipresby-

Digitized by Google

A ter aliique quamplures, exeuntes de civita-
AUCT. B. te confugerent Septimenſe cœnobium: qui-
ATTONE bus Johannes Pater benigne ſuſceptis, omni caritate ſubſidium pro poſſe ferebat. Eo tempore Dux Gotifredus ita parti Petri favebat, ut minaretur interimere monachos, & clericos eidem adverſos. Qua da cauſa Petri pars tunc aliquanto prævaluit. Quæ autem lingua fari poteſt perſecutiones & anguſtias, quas ea tempeſtate Catholici ſunt perpeſſi? Eiſdem quoque diebus præfatus Papa Florentiam venit; & ligna præparata, & coadunata ſunt ad accendendum ignem, quem ingredi monachi cupiebant, ut comprobarent, ſæpe fatum Petrum Simoniacum & hæreticum eſſe. Quod examen Papa tunc recipere renuit; ſed, clero & populo ſub eadem lite relicto, diſceſſit. Sed qualiter omnipotenti Deo prædictam peſtem tandem ſedare, & prorſus exſtirpare placuerit, ut clarius poſſit intelligi, tota Epiſtola Florentinorum, præfato Papæ directa, per ordinem in hoc loco ſcribitur, & quod tunc

B oſtendere Dominus omnipotens dignatus eſt, ad beati Petri corroborandam fidem, & ad Simonis Magi deteſtandum errorem legentibus & audientibus liquido pateat.

ANNOTATA.

a *Hoc loquendi modo videtur B. Atto confundere Petrum Papienſem cum altero epiſcopo Simoniaco, qui abbatem S. Miniati ſimoniace promoverat. B. Andreas num.* 82, *hæc alia prorſus phraſi explicat. Plura de hac re vide in commentario prævio* § 4 & 7.

b *B. Andreas num.* 28, *pro* crudelibus *habebat* credulis. *Sed obſcuram expreſſionem correxi: nam hic videtur eſſe genuinus ſenſus.* Alii cum monachis, jam illorum creduli, *id eſt perſuaſi* verbis, vehementer impugnabant.

CAPUT VIII.

C *Epiſtola cleri & populi Florentini, qua Simoniacorum clades narratur.*

Clerus & populus Florentinus

ALexandro, primæ Sedis reverendiſſimo ac univerſali Epiſcopo, clerus & populus Florentinus, ſinceræ devotionis obſequium. Jamdiu tædium & laborem noſtrum, nec non certamen monachorum contra Simoniacam hæreſim Paternitas veſtra bene novit: & nunc quoque dignum eſt, ut qualiter a Deus excelſus pie, ac miſeriter ſcrupulum hujus rei de cordibus noſtris abraſerit prænoſcatis. Signa enim & mirabilia Dominus noſter in nobis fecit, & per ea cæcitatem ignorantiæ, & dubietatis caliginem, ac tenebras erroris de pectore hominum pepulit, & fidem nobis augendo & dilatando, & in ſe ſolidando, lux mentibus ſuæ veritatis clementer infulſit. Paſtor quidem bonus de cœlo venit, & ovibus aſſiſtentibus, atque ad ſe totis medullis clamantibus, ſententiam ſereno clariorem, ſoleque lucidiorem, omnique dicto apertiorem, omnique viſu certiorem, de medio ignis, populo ſuo dedit. Quod vero plebi Florentinæ de Papienſi, qui ſe D noſtrum Epiſcopum haberi volebat, tenendum ſit, in ſuo tremendo judicio declaravit; ſed licet miraculorum narratio videatur aliquantulum protelari, cauſa tamen, unde adhuc ventum eſt, nequaquam inutiliter putamus debere ſuccincte præſcribi.

59 Quadam etenim die omnes Florenti- *Alexandro Papa narrant.* næ civitatis clerici una congregati cœpimus tam de clericis de locis ſuis expulſis, quam etiam de nobis ipſis, ante Papienſem Petrum conqueri. De abjectis enim, quia conſilium & ſolatium eorum amiſeramus; & quia etiam Prior & archipresbyter noſter, metu hæreſis, e civitate receſſerant: de nobis autem, quia bona pars civium noſtrorum nos hæreticos acclamabat. Nam videns nos ire ad eum, dicebat: Ite, ite, hæretici ad hæreticum; ite, quia per vos hæc civitas voragini dabitur, qui Chriſtum impietate veſtra de ipſa expellitis, & beatum Petrum Apoſtolum expugnantes, Simonem E Magum pro Deo inducendo colitis. Quid plura? Rogamus eum ut tam nos quam ſe ab hac infamia liberet dicentes: Ecce nos, ſi te mundum ſenſeris, ſi tu nobis juſſeris, Dei pro te judicium ſubire non dubitamus; aut ſi probationem, quam monachi hic, & Romæ facere voluerunt, recipere vis, ad eos imus, eoſque obnixe rogamus. Ad hæc ille inquit, neutrum ſe jubere neutrum velle, neutrum recipere. Quin etiam edictum a præſide per legatos ſuos impetravit, ut quicumque laicorum, quicumque clericorum ſe ut epiſcopum non coleret, ſuique imperio non obediret, ad præſidem vinctus non deduceretur, ſed traheretur. Si autem quis noſtrum, his minis territus, de civitate fugeret, ad dominium Poteſtatis adſumeretur, quidquid poſſediſſet.

60 Clerici vero, qui ſub tutelam beati *quando poſſ variat ſententiam hac* Petri Apoſtoli agendo contra Simoniacam hæreſim in oratorium ejus confugerant, aut ſibi conciliarentur, aut ſine ſpe audientiæ extra civitatem pellerentur. Hinc factum eſt, ut veſperaſcente Sabbato initii jejunii, cum apud prædictam Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ipſi clerici lectionum ac reſponſoriorum ſequentis Dominicæ recordarentur, municipales præſidis, eo quod ſe cum ſalva reverentia Petri Apoſtoli Simoniaco hæretico non F poſſe obedire reſponderint, illos extra emunitatem oratorii, beatum Petrum Apoſtolorum principem parvipendentes, ejicerent. Fitque denique pro hoc ſcelere concurſus Catholicorum virorum, & maxime feminarum velamina capitum projicientium, & expanſis crinibus flebiliter incedentium, pectora pugnis, miſerabiles ad Deum voces mittendo, dure tundentium & ſuper virorum ac filiorum morte triſte lamentantium. Nam in plateas luto plenas ſe proſternentes, ajebant: Heu, heu, o Chriſte, tu, hinc ejiceris; & quomodo nos deſolatas relinquis? Tu nobiſcum habitare non ſineris, & nos quomodo hic habitamus? Vidimus, quia nobiſcum manere voluiſti, ſed vadis, quia Simon Magus te non permittit. O ſancte Petre, numquid a Simone Mago vinceris, quia ad te confugientes non defendis. Nos putavimus ipſum in

infer-

Digitized by Google

A infernalibus pœnis esse vinctum & catenatum, sed ecce cernimus illum ad tuum dedecus hostiliter suscitatum. Virorum quippe alii ad alios dicebant: Viditis, & aperte videtis, Christus hinc discedit, abit, quia legem suam adimplens, se pellenti non resistit. Et nos, viri fratres, civitatem hanc, quo hæretica pars ea non gaudeat, incendamus, atque cum parvulis & uxoribus nostris, quocumque Christus ierit, secum eamus, si Christiani sumus, Deum sequamur.

ignem præparari exspectant.

61 His ergo ejulatibus, hisque doloribus, nos quoque clerici, qui ipsi Papiensi videbamur fautores & asseclæ & qui ab aliis hæretici acclamabamur, eo quod ipsum sequebamur, permoti, seramus ecclesias, & more projectorum, non tangimus campanas, populis non psalmos, non denique canimus Missas. Nec mora, nobis congregatis, sit Domino inspirante consilium. Ad Dei monachos, qui Septimo in monasterio sancti Salvatoris degunt, communi voto quosdam nostrum mittimus, petentes, & orantes dubietatem

B hujus rei velle prodere & veritatem cognoscere, cognitamque firmiter promittentes tenere. Responsum autem est nobis, quia si Catholicam fidem pro viribus vellemus tenere atque defendere, & Simoniacam hæresim impugnando destruere, virtus Salvatoris, tam hujus negotii dubietatem, quam etiam cæcitatem de cordibus nostris eliminaret.

quam Petrus Simoniacus respuit.

62 Fatemur, promisimus de hac re hoc sequi, quod & ipsi, si suis factum compensarent dictis. Quid plura? Statuitur dies omni voto quæsita, in qua & dubietatem perdidimus, & ex qua veritatem, quam monachi dicebant, pro posse defendendo tenemus. Quarta namque feria, in prima hebdomada Quadragesimæ constituitur dies Secunda & tertia feria specialiter pro hoc Deum oramus, & ut Deus, qui unica est veritas, veritatis hujus reseraret ostium, obsecramus. Illucescente vero quarta feria a quodam nostrum itur ad virum Papiensem, qui rogans eum, inquit: Fac pro Dei tremore, proque remedio animæ tuæ, si est de te quod monachi dicunt; noli clericos, noli populum

C in eundo laboribus afficere, noli Deum experiendo tentare, sed hujus negotii veritatem, ad Dominum te convertendo, pande: Aut si hoc te noscis immunem reatu, nobiscum venire dignare. Ad quæ ille: Nec ego illuc venio, neque te, si tu me diligis, ire volo. Ad hæc vero dictum est sibi: Profecto Dei judicium, quia omnes vadunt, videre ibo, & quid ibi agatur, solerter scire curabo; & quodcumque Deus judex justus in judicio suo recto monstraverit, secundum meum valere defensabo. Nec tibi meum molestum sit iter, quia te hodie, qualis sis, sententia Dei recte ostendet. Aut enim te hodie, magis quam umquam fueris, habebimus earum, aut viliorem & contemptum.

Magna hominum multitudo ad monasterium Septimense confluens.

63 Nos interim quasi cælesti præmoniti oraculo, non exspectamus nuncium: Curritur que a nobis clericis, atque laicis, & feminis ad Septimum, in quo est sancti Salvatoris monasterium. O mira Domini potentia miraque clementia, qui voluntates non solum expeditis sed etiam prægnantibus vires ad eundum donavit! Numquid enim longitudo matronas, numquid via cœnolenta multitudine aquarum delicatas terruit? Numquid pueros jejunium exasperavit? Congregatis denique omnibus clericis & laicis promiscui sexus & ætatis fere ad tria millia ad prædictum monasterium, interrogamur a viris Dei: Cur, Fratres, venistis? Respondetur a nobis: Ut illuminemur, & errorem relinquentes, veritatem sequamur. Quomodo, inquiunt, illuminari vultis? Nos inquam respondentes: Ut copiosb probetur igne, quod de Papiensi Petro dicitis. Quem, inquiunt, fructum hoc facto habebitis, aut quem honorem inde Deo reddetis? Respondemus omnes: Et erimus vobiscum rectam fidem defendentes, & Simonicam hæresim abominando, Deo semper gratias agentes.

D AUCT. B. ATONE

parantur lignorum strues & accenditur i

64 Quid longius moramur? Fiunt statim a populo duæ strues lignorum altrinsecus juxta se in longitudine positæ. Singillatim vero longitudo utriusque fuit pedum decem, latitudo autem ambarum sigillatim quinque pedum, & dimidium dimidii pedis: altitudo denique utriusque seperatim fuit quatuor pedum & dimidium. Inter utrasque vero pyras

E in longitudine semita unius brachii exstitit, & ipsa strata siccis lignis, & ad ardendum bene paratis. Interea fiunt pro hac re psalmodiæ, letaniæ, supplicationes. Monachus intraturus ignem eligitur; jussuque abbatis celebraturus Missam ad altare procedit. Missa vero cantatur cum magna devotione & supplicatione omnium. Chorus monachorum & clericorum, nec non laicorum ex corde lacrymatur. Ut autem ventum est ad Agnus Dei, quatuor monachi, unus imaginem Domini Crucifixi, alter aquam sanctificatam, tertius XII cereos benedictos accensos, quartus thuribulum thure plenum, bajulantes, procedunt ad succendendum lignorum præscriptas pyras.

quam post celebratam Missam

65 His igitur visis clamor omnium in cælum attollitur, Kyrie eleison flebilissime pleno ore cantatur. Jesus Christus crebrrime, ut exsurgat, causamque suam defendat, oratur: Maria ejus Mater, ut hoc sibi suadeat, multum a viris, plurimum a feminis supplicatur: Petri Apostoli nomen, quo Simonem perdendo damnet, millies ingeminatur: Gregorius Urbis Præsul, ut ad suas ve-

F sificandum properet sanctiones, suppliciter obsecratur. Interea dum pro ingenii capacitate ab omnibus Deus oratur, presbyter, perceptis salutis mysteriis, & expleta Missa, exutaque casula, ceteriisque sacerdotii indumentis sibi retentis, crucem Christi portans, cum abbatibus, & monachis letanias faciendo, ad strues lignorum jam rogos fieri incipientes appropinquat: ibique Deus quam multipliciter ac uniformiter ab omnibus adoratur, nulla lingua fari, nullus sensus colligendo valet meditari. Tandem silentium cunctis imponitur, & ut conditionem rei, pro qua hæc fiebant, intente audiamus & bene intelligamus, monemur. Eligitur denique abbatum unus, clamosus voce, apertus lingua, qui aperte ad intelligendam orationem, in qua conditio petitionis ad Deum continebatur, populo legit.

66 Collaudantibus autem cunctis conditio-

Digitized by Google

AUCT. B. ATTONE *& fusus ad Deum preces*

Anem, tunc iterum alius abbatum silentium petit, elevansque vocem, alloquitur omnes dicens: Viri Fratres, & sorores, pro salute animarum vestrarum, teste Deo, hoc facimus, ut deinceps a Simoniaca lepra, quæ fere jam totum sordidat mundum, caveatis. Hujus lepræ contagium tam magnum esse sciatis, quod illius immanitati cetera crimina comparata, sunt quasi nihil. His ergo expletis cum utrique rogi jam se ex majori parte in flammivomos verti sscent carbones, & cum media semita ignivomarum copia prunarum tacta æstuaret, ut usque ad talos pedes euntis, sicut post in probatione patuit, in prunas infigi possent; sacerdos, & monachus, jussu abbatis, hanc orationem cum magna voce, audientibus & flentibus fere tribus millibus, fudit ad Dominum: Domine Jesu Christe, vera lux omnium in te credentium, tuam misericordiam peto, tuam clementiam exoro, ut si Petrus Papiensis, qui Florentinus Episcopus dicitur, interventu pecuniæ, id est munere a manu, quod est Simoniaca hæresis, Florentinam arripuit sedem, nunc tu, Fili æterni Patris, salus mea, in hoc tremendo judicio, ad adjuvandum me festina, & me illæsum sine aliqua combustionis macula mirabiliter conserva; sicut quondam illæsos salvasti tres pueros in camino ignis ardentis. Qui cum æterno Patre tuo, & Spiritu sancto omnia cooperaris, & vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

B

67 Cumque omnes, qui aderant, respondissent, Amen, pacis osculum Fratribus dedit, & accepit. Interrogamur omnes: Quamdiu vultis ipsum in igne manere, Responsum est ab omnibus: At, at quid dicitis? Sufficit, domini, satis cum solemni gravitate pedetentim ignem, flammasque transire. Juberur quidem sacerdoti, & monacho, voluntati nostræ satisfacere. Tunc ipse sacerdos contra ignis ardorem salutare signum faciens, crucemque Christi bajulans, ipsamque, non flammarum multitudinem attendens, intrepidus mente, hilaris vultu, cum quadam celebritate gravitatis, illæsus in corpore, illæsus & in omnibus quæ secum portabat, in virtute Jesu Christi mirabiliter ignem pertransiit; nam flammæ undique concurrentes, & circumquaque exsurgentes, Albam quasi byssinam intrabant, & implendo inflabant; sed naturæ suæ immemores, nihil sibi ustionis inferre poterant. Manipulum denique & stolam, eorumque fimbrias more ventorum sustollendo, huc illucque varie ferebant, sed calore perdito, ipsas in nullo combuere valebant. Pili quoque pedum ejus inter flammosos carbones immittebantur; sed, o mira Domini potentia, o Christi laudanda clementia! eorum nulli odore ignis lædebantur. Inter capillos nempe flammæ circumsurgentes intrabant, eosque flando levabant & relevabant: Sed nec summitatem alicujus eorum, vires suas oblitæ, adurendo retorquere valebant. Erant quippe flammæ ex omni parte ipsum concludentes ad Salvatoris miraculum, non ad ardoris incendium. Ardorem Catholicæ fidei sentiebant, ideoque non ardebant. Deus profecto noster ignis consumens aderat, ideoque, ipso nolente, corporeus ignis nihil nocere poterat. Procul dubio verum erat quod a servis suis dicebatur, quia illorum testis, veritate juvante, ab igne miraculose liberatur. Veritas enim semper liberat, quos falsitatis macula non coinquinat.

monachus ingreditur, & illæsus transit.

C

D

68 Postquam autem egressus est de igne, dum iterum vellet focum repedare; capitur a populo, deosculantur pedes præ desiderio. Præ gaudio quidem se quisque beatum putabat, qui vestimentorum quamcumque particulam deosculari valebat. Gravi namque premebatur angustia populorum, sed magna cum difficultate liberatur viribus clericorum. Laus Deo ab omnibus una præ gaudio, etiam flendo cantatur, certi jam quia verbum Dei numquam mutatur. Simon Petrus magnis laudibus sublimatur: Simon denique Magus, ut stercus pedibus conculcatur. Nomen Petri Apostoli in ore omnium super mel & favum cum laudibus magis magisque dulcescit: nomen impii Simonis super fel & sulphur cum vituperatione magis magisque putrescit. Magnitudinem quippe horum Christi signorum, copiamque gaudii nostri, ac quotidianam gratiarum actionem, nec cordis sensus cogitare, nec linguæ plectrum exprimere, nec manus, sicut est, umquam sufficient scribere.

Hæc prodigia mirabiliter Florentini

E

69 Sed quia sapienti de multis pauca sufficiunt, demum ad Paternitatem vestram supplicandum concurrimus. Per ipsum vero Beatitudinem vestram oramus, cujus Vicarium, tam in cœlis, quam etiam in terris vos esse desideramus; dignamini plebi, longa peste demolitæ, consilium pariter & defensionis auxilium impendere. Dignamini nos miseros ab importunis luporum faucibus abstrahendo eripere. Dignamini, precamur, arma contra hostes Petri Apostoli movere, acies struere, vites sumere, sancta bella committere, & nos oves Christi beato Petro, tibique vice ejus commissas, contra Simoniacos prœliando, de captivitate liberare. Plerisque etenim nostrum beatus ipse Apostolus, ut olim a Nerone in Cruce confixus in visu nostris apparet, & passionem suam ostendendo, ut a societate Simoniacorum declinemus, pie suadet. Sicut inquiens me Simoni Mago numquam conjunxi, sic quoque vos, si Christi esse vultis, si oves pascuæ ejus estis, si me clavigerum regni cœlestis creditis, si me vobis portas regni cœlorum aperire cupitis, Simoniacis nolite sociari, nolite conjungi, nolite communicare. Nunc itaque, Domine sancte, quia fiducia recuperationis nostræ, secundum Deum, in sancta Sede Romana est posita, vos, qui ipsi præsidetis, oramus, ut rapacibus lupis ex adverso ascendatis, atque auctoritatem sacerdotalis culminis pro ovibus vobis vice Petri creditis opponatis. Iterum, iterumque cernui solicitudinem vestram oramus, Pater, ut quod pastoris est, nobis dilaniatis ovibus ne pigritemini clementer impendere.

Simoniacam hæresin execramur.

F

ANNOTATA.

a Qualiter *hic clariorem sensum effecit, quam apud B. Andream* qualis.

CA-

A

CAPUT IX.

S. Joannes post spiritale auxilium Mediolanensibus præstitum, & dilectam de fraterna caritate epistolam pie moritur.

Petro Simoniaco depoſito, & Petro ignoto abbate conſtituto,

His autem cognitis Dominus Alexander Papa præfatum Petrum Simoniacum de omni episcopali officio deponere curavit. Eo tempore comes Bulgarus religionem & sanctitatem, injunctamque constantiam adversus hæreticos, beati Johannis, suorumque monachorum agnoscens, in monasterio Ficiclensi venerabilem Petrum, qui per ignem mirifice transierat, rogavit sanctum Johannem in abbatis officio constituere. Cujus petitionibus annuens, eidem loco prædictum virum

B in abbatis officio præfecit. Qui postmodum inde abstractus, & Romam, Deo volente, deductus, post custodiam vaccarum, & asinorum, quam in Vallimbrosa, jussu beati Johannis, humiliter tenuit, post gradum præpositi penes Passinianum, & abbatis officium in prædicto Ficiclo, decenter exstitit Cardinalis & Episcopus Albanensis.

Mediolanenſibus ſuccurritur contra Simoniacos,

71 Interea quidam fideles clerici, & laici Mediolano petentes auxilium sancti Johannis, asserentes, quod per multos annos, tam ipsi, quam plures alii, zelo divinæ legis Pœnitentiam, & Communionem non acceperant, qui Simoniacos omnimodo devitantes, Catholicorum in sua terra nullum inveniebant. Quibus misericordia motus, ait: Quid vobis consilium possum impendere? At illi: Pater, inquiunt, sancte, si tot miseris vis subvenire, Clericos, qui ex nostra terra pro vitando consortio hæreticorum ad te confugerunt, a Catholicis fac ordinari, tales illuc remitte, & Christianitatem jam pene deletam poterunt renovare. Quid multa? Pater pius, more solito nimia pietate commotus, non solum illos, sed etiam, quos

C jam in interiori cella novitiorum habebat, & qui venerant induere monasticum habitum, inde abstraxit, & a Rodulfo episcopo Tudertino, sanctissimo & catholico viro, gradatim ordinari fecit, eosque Mediolanum direxit. Hunc Episcopum post Petri Simoniaci depositionem ad regendum Florentinum episcopatum Papa mandaverat: Et, ut magis dicam, ipsum Dominum Rodulfum episcopum præfato Mediolano cum viris eruditis postea misit, ut cunctis Catholicis, id omnino petentibus, episcopali officio subveniret ad consolanda corda fidelium, diu pastore catholico destituta.

S. Joannes patratis miraculis,

72 In eisdem diebus una mulier cum tribus parvulis filiis, quorum unum a dextris, a sinistris alterum ducens, tertium in humeris ferens, filiis ac sibi victum circumquaque pergendo quærebat. Quæ cum ad hospitalem sancti Salvii, eleemosynam quæritura, venisset, eamque beatus Johannes multiplicatam filiis, & depressam inopia cerneret, pietate motus custodem hospitalis, Andream nomine, vocat, & jubet, ut aliquid mulierculæ largiatur. Ille vero, quem egestatis copia valde premebat, respondet, se non nisi panem unum habere. Cui reverendus Pater de eodem jubet mulieri pro Dei caritate partem porrigere. Cujus jussioni minister obediens, ad furnum properat, in quo panem eumdem reposuerat, & intuens vidit totum furnum plenum panibus. Qui valde lætus effectus, ad illum rediit, sibique quod acciderat, nunciavit, meritis ejus id evenisse non dubitans. Quod beatus vir audiens, dixit, ei: Tace, & hoc nemini dicas; panem autem, ut jussi, petenti tribuas.

D AUCT. B. ATTONE

mortem ſuam prædixit,

73 Post hæc ad Passinianum rediit, ubi diem ab eo longo tempore desideratum, scilicet, ut dissolveretur, & esset cum Christo, devotus, & supplex exspectare cœpit cum magna cordis exsultatione: sæpius hunc versiculum repetens: Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Et subjungebat: Satiabor cum manifestabitur mihi gloria tua. Languore itaque gravescente, cœpit evidenter dicere, E quod vitæ suæ terminus propinquabat. Mandat itaque discipulis, quos Fratribus præposuerat, & ad se facit absque mora venire. Quos de Ordinis observatione, commissi gregis custodia prænonens, & in multis eos exhortans, benedixit eis, & osculatus est eos, præcipiens unicuique continuo remeare ad propria monasteria. Qui licet mœrentes, & nimium flentes, nec Patris jussioni contradicere præsumentes, inviti revertebantur. Remanserunt tantum cum eo domnus Rusticus Prior, & Laxus Passinianensis abbas. Isti accedentes ad eum eadem hebdomada, qua obiit, humili prece rogaverunt ipsum, ut Fratribus exhortationem aliquam de concordia pacis, & caritatis unitate relinqueret. Tunc jussit hæc, quæ hic continentur, dictari, & scribi pro ædificatione fidelium in posterum conservanda.

& dictata epiſtola

74 Johannes Abbas omnibus Fratribus in amorem fraternitatis secum junctis salutem & benedictionem. Me sub gravi infirmitate diu laborantem, Deus ut animam recipiat, corpus meum terra, quatenus ad pulverem revertatur, unde materiam sumpsit, quotidie exspecto. Et hoc mirum non est: quia ætas F etiam absque tantæ infirmitatis oppressione, hoc me admonet quotidie exspectare. Et hinc transire quasi sub silentio æstimabam: sed locum & nomen, quod in hac corruptibili carne *a*, quamvis non sicut decuit, tenui, pensans; esse utile duxi, vobis aliquid de vinculo caritatis loqui. Et hoc non a nobis & noviter, sed, quæ quotidie auditis, transcurrendo replicare breviter. Certe hæc est illa virtus, quæ omnium rerum creatorem effici compulit creaturam. Hæc est illa; quam indicem *b* ipse suorum omnium mandatorum Apostolis commendans, ait: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. De ista Jacobus Apostolus loquitur, dicens: Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Ista est, de qua beatus Apostolus Paulus dicit: Caritas cooperit multitudinem peccatorum.

a

b

ſuos ad fraternam caritatem hortatur,

75 Hinc ergo colligere possumus, quod tenendo caritatem, omnia peccata operiri? ceteras vero virtutes æstimantibus se obtinere posse, sine hac nihil valere. Sed hæc audiens quisque superbus & inobediens, hanc in veri-

Digitized by Google

AUCT. B. ANDREA

veritate cogitat habere, ſi ſe corporaliter in communione Fraterna viderit perdurare. A qua, ut ita dicam, opinione falſa unumquemque beatus Gregorius, veræ caritatis finem indicando, excludit, dicens: Ille perfecte Deum diligit, qui ſibi de ſe nihil relinquit. Quid vero de caritate ſingulariter loquar, ignoro: quoniam omnia dominica mandata ab hac pullulare radice ſcio. Quia ſi multi ſunt rami boni operis, una eſt tamen radix caritatis. In cujus calore nequaquam reprobi poſſunt diu perdurare, Domino Salvatore dicente: Refrigeſcet caritas multorum. Quos frigidos, & ab unitate diviſos, Apoſtolus Joannes plangit, dicens: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum. Et ſi ita eſt, immo quia ita eſt, debet unuſquiſque fidelis ſemper penſare, qualiter ſe tam ſummo bono poſſit copulare, ſecumque, quos habeat in via Dei ſocios, anxius quærere. Et
B ſicut reprobi hanc relinquendo, a Chriſti corpore abſcinduntur, ſic electi eam in veritate amplectendo, eidem Chriſti corpori confirmantur. Ad hanc vero inviolabiliter cuſtodiendam valde utilis eſt unitas fraterna, quæ ſe conſtringit ſub unius perſonæ curam: quoniam ſicut flumen a ſuo alveo ſiccatur, ſi in multis rivulis dividatur, ſic fraterna unitas minus valet ad ſingula, ſi fuerit ſparſa per diverſa. Idcirco, ut in longo iſta caritas inviolabilis permaneat vobiſcum, volo ut in Domino Rodulfo veſtra cura & conſilium poſt meum obitum pendeat, ſaltem ſicut in me pependit in mea vita. Valete.

angelum videt

76 Tertia poſtea die priuſquam obiret, vidit ſibi juvenem aſſiſtentem, quem fuiſſe ipſius angelum æſtimamus. Quem cum ſolus & nullus alius cerneret, ait Fratribus: Quare Fratrem illum non vocaſtis vobiſcum, dum comediſtis? Cui Fratres: De quo, inquiunt, Fratre dicis, Pater? Et ille: De illo, inquit, pulchro juvene, qui ad nos venit, & nobiſcum moratur ingrediens & egrediens. At illi: Unde eſt, & quo nomine vocatur? Neſcitis, inquit, quia de monte Domini eſt c,
C & Benignus vocatur? Tum ille, Spiritu ſancto docente, intellexit angelum eſſe & vere de monte Domini, id eſt de cælo fore, talique dixit illum nomine appellari, id eſt Benignus. De illo ſiquidem monte, Pſalmiſta, ait: Quis aſcendet in montem Domini? Et alibi: Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Ad ipſum ſiquidem montem per gratiam Chriſti aſcendere cupiebat, cui diutius ipſe ſervierat. Et recte beato Johanni angelum talis nominis deputaverat, quem miſericorditer immenſa benignitate præ multis mortalibus dilaverat. Quibus auditis, Fratres abierunt, & ſuper menſam victum unius hominis poſuerunt, extra Fratrum victualia conſtituta. Quo adimpleto, quievit.

ad pie moriendum.

77 Deinde cum ad exitum propinquaret, fecit hæc in breviculo ſcribi, & in manu poni, ſibique conſepeliri præcepit. Ego Johannes credo, & confiteor fidem, quam ſancti Apoſtoli prædicaverunt, & ſancti Patres in quator Conciliis confirmaverunt. Ut crederetur intimo eam corde tenuiſſe, quam videbatur verbis & operibus eatenus utiliter defendiſſe. Poſt hæc Chriſto tradidit ſpiritum, corporis & ſanguinis ipſius preceptione munitum, in quem integra fide crediderat; D quem pure dilexerat, cui pia intentione ſervierat, ſecum talentum ſibi creditum multiplicatum reportans. Obiit autem feliciter anno MLXXIII *d* Dominicæ Incarnationis, in *d* ferventiſſimo æſtatis ardore, quarto ſcilicet Iduum Juliarum.

ANNOTATA.

a Pro carne *B. Andreas num.* 112, *habet* terra; *quæ utraque expreſſio commodam interpretationem patitur.*

b *Pro voce* indicem *B. Andreas poſuit* in vice. *Hæc differentia etiam facile conciliari poteſt, ut attendenti patet.*

c *B. Andreas num.* 115, *hoc reſponſum Læto abbati Paſſinianenſi attribuit.*

d *Annum mortis non exprimit B. Andreas. Tantæ tamen auctoritatis in eo eſt nobis B. Atto, ut diſcrepantes paucorum recentiorum opiniones de mortis anno rejiciamus.* E

CAPUT X.

S. Joannis exſequiæ, ſucceſſores, & quædam miracula.

S. Joannis exſequiæ

TUnc abbates, qui præſentes erant, ſpe certa credentes Deum ſine fœtore poſſe ſervare Magiſtrum in æſtatis ſervore, qui diſcipulum ejus in igne priius ſervaverat abſque omni combuſtione; deliberaverunt funus Patris inſepultum retinere, donec abbates ad ejus exſequias undique convenirent. Hac itaque cauſa inſepultum per triduum permanſit: in quibus diebus ad celebranda tanti patris obſequia *a* pene innumerabilis clericorum ac *a*
monachorum multitudo convenit. Per hos autem dies, & noctes, qui convenerant, tanto Patri honore debitum impendentes, infatigabiliter gratias agentes Chriſto, qui curſum ejus in omni religione ſervaverat, benedicebant Deum in his, quæ de eo noverant & audierant. Poſt hæc ſancti viri corpus F
in hymnis, & laudibus debitis ſepulturæ tradiderunt, ita immune ab omni fœtore, quemadmodum illæſam fidem ſuam, donec vixit, ab omni contagionis errore ſervaverat; & velut Omnipotens diſcipuli tranſeuntis per ignem carnem & incombuſtas veſtes omnimodo cuſtodierat.

Ejus ſucceſſores in abbatiali munere

79 Quo ſepulto communi fratrum electione Dominus Rodulfus obedientiam ſibi a Patre injunctam accepit, & triennio rexit, & dum vixit, Vajanum, Fontem Faonis, & Coneum ſub ſuo regimine ſumpſit. Poſt cujus exceſſum, Prior Ruſticus regimen totius Congregationis tenuit, quam ſexdecim annis ſatis fideliter cuſtodivit: ſub quo cœnobium ſancti angeli in Piſtoria, ſanctæ Mariæ in Nerana, ſancti Fidelis Strumis, ſancti Pauli Piſis, ſancti Salvatoris in Sophena; unum in monte Armato, alterum Oſellæ in partibus Caſtellanis noviter ſunt inſtituta. Deinde poſt depoſitionem carnis & Patris eximii ſepulturam, multa per ejus merita Deus oſtendit; quorum aliquam partem ſubjungere mihi viſum eſt utile pro utilitate legentium, & multorum ædificatione fidelium.

80 Johan-

Digitized by Google

A *Cibi in ejus exsequiis mire abiliter multiplicati.*

80 Johannes, qui camerarius & cellerarius erat, videns immensam turbam monachorum, clericorum, ac laicorum ad exsequias sancti Patris undique convenire; dum non haberet, quod tantis posset apponere, cœpit vehementer æstuare, nescius omnino, quid ageret. Tandem ad se reversus, confidens in Domino, meritisque Patris sancti præsumens, ait: Qui de quinque panibus quinque millia satiavit, potest interventu nostri Patris olera, simulque legumina, cum aliis victualibus hodie multiplicare. Quo dicto vascula, quæ more solito fratribus parari solebant, quæ quotidianis eorum usibus vix sufficiebant, integra fide, spe certa, caritate perfecta, & ad coquendum cum cibariis statim præparavit, & ad ignem posuit. O mira res, & stupenda! de vasculis, quibus solitam annonam fratres loci illius tantum alere solebat, a mane usque ad noctem supervenientibus ibidem hospitibus administravit: nec in aliquo defecerunt, sancti Viri precibus mirabiliter aucta.

B

Gregorius VII. illius ope devotionem recuperat.

81 Dominus quoque Gregorius VII. Papa, qui ad sacrosancta Missarum solemnia veniens, in multa compunctione solebat accedere, continuis tribus ... cum compunctio consueta sibi deesset, in memoriam venit ei nomen, & sanctitas sancti Johannis, cum quo, dum vixerat, amicitiam & notitiam multam habuerat *b*. Quem, dum in suum auxilium humiliter invitasset, mox gratiam ejusdem sanctæ compunctionis multo largius, quam solebat habere, resumpsit. Quod Dominus Petrus Albanensis Episcopus ex ipsius ore Domini Papæ audisse, ipse quoque verum fuisse coram multis crebro dicebat. Item Dominus Teuzo Razolensis abbas, qui de primis maximisque discipulis ejus fuit, dum iter ageret, veniens Vallem Umbrosam, gravissimo iliorum dolore sæpius torquebatur. Cumque inter immensas doloris angustias fluctuaret, redire nolens, progredi non valens, Patrem Johannem anxius rogare cœpit, & dolor ab eo confestim abscessit.

b

Varii ejus intercessione sanati.

82 Alia quoque vice, dum eidem abbati Teuzoni domini Prioris Rustici fuisset obitus nunciatus, & ipse tanto languore teneretur, ut se nullo modo posset movere; calliculam benedicti *c* Patris reverenter tetigit, & mox sanissimus effectus, ad sepulturam defuncti perrexit. Item matrona quædam nobilissima, nomine Adalasia, gravissimis per unum integrum annum febribus magis exæstuans ante sepulcrum ejus aliquantulum jacuit, & illico, sanitate recepta, meritis ejus incolumis facta, remeavit ad propria. Diebus eisdem una lampas ante sepulcrum ejus a Priori tunc tempore constituta, quæ nocturnis horis accendebatur, per multos annos ibidem mansit. Quam plerumque in terram corruisse, & semper illæsam mansisse, qui primum ista dictavit, cum multis se vidisse profitebatur.

c

C

Lampas invicta ejus munere mire accensa.

83 Sub eodem tempore, miraculum non dissimile per ejus merita dicitur contigisse. Quidam presbyter, nomine Zenobius, fuerat, qui plebem Brozensem per quadraginta annos & eo amplius rexit. Qui dum una die, sole vergente ad occasum, accelleraret se vespertinam celebrare synaxim, accensa candela, lampadem ecclesiæ festinabat ignire; & cum in ea minime liquorem olei reperisset, nec alias haberet, unde eam reficere posset, sæpius replicando ipsam ignivit; sed aqua, quæ in ea erat, absque mora lucentem velociter extinguebat. Tunc animo furibundus, fideliter tamen orans, ait: Si vera sunt, quæ de Johanne Gualberto vidi & audivi propriis oculis, in ipsius nomine præcipio tibi, ut celeriter accensa inextincta permaneas. Quæ sub tanta velocitate subito est accensa, acsi divinitus imperatum ei fuisset. Idem ipse, qui vidit, & interfuit, hæc scripsit, & dictando mandavit.

D

AUCT. ANONYM.

Quidam spinæ guttur. infixo liberatur.

84 Deinde Frater quidam, Albertum nomine, qui in eodem Passiniani cœnobio, in quo beatus Johannes requiescit, dum piscem manducaret, una piscis spina repente gutturi ejus hæsit; quæ sibi gravem angustiam diutius intulit. Sed dum immensum periculum conaretur effugere, nec valeret; ad sancti Johannis patrocinium recurrit, quod efficaciter sibi mox præstitum sensit. Nam ejus nomen corde invocans, præsidiumque rogans, quod præ nimia angustia, voce non poterat, spinam repente glutivit, & affligentem se molestiam suffragio pii Patris evasit.

E

Duo fures prodigiose detenti.

85 Idem Pater dum adhuc viveret in hac luce, & esset apud sanctum Salvium œconomus, duos artifices in cella ejusdem loci pro necessario opere posuit. Qui, maligno spiritu suadente, noctu venerunt ad eamdem cellam, disponentes furtim auferre, quæ illi apta videbantur; non attendentes Apostoli scriptum: Qui furabatur, jam non furetur, magis autem laboret manibus, quod bonum est. Ingressi itaque cellam, impleverunt saccos, quos portaverunt, diversis bonis, & eos sibi superponentes, ut aufugerent, laborabant. Sed peccatorum suorum irretiti vinculis, & beati Johannis impediti meritis sic immobiles stare cœperunt, quasi affixi terræ radicitus tenerentur, nec saccos dimittere, nec vacui recedere valebant.

ab eo reprehendunt. ac dimittuntur.

86 Cum vero prima hora diei cellam unus ex Fratribus introiret vinum haurire pro Missa celebranda, latrones admirans, ad Ecclesiam rediit. Finito autem Capitulo, retulit, quod in cella cognoverat, sed cellerarius se nescire respondit. Beatus autem Johannes hoc totum, sancto Spiritu revelante, cognoscens, ivit ad illos, ac vehementer corripuit, & ne talia de reliquo præsumerent, prius admonuit. Exinde partem furti pie concessit illis, partem nihilominus abstulit. Qui Patris ejusdem monitis edocti res pauperum ultra non rapere, sed, cum indigerent, humiliter postulare; demum absolvit, & licentia ejus illæsi, non sine verecundia discesserunt.

F

Præter alia quædam mi-racula.

87 Sunt præterea nonnulla alia de venerabili patre Joanne litteris tradita, quæ oculis aspexi, quædam alia, quæ fidelium narratione multorum audivi, quæ præsenti opusculo tenui copulare *d*, veritus excedere superius pollicitam brevitatem. Insuper ad tumulum ejus non solum illius terræ incolæ, verum etiam de remotioribus partibus multi crebro veniunt, plurimis anxietatibus pressi, ac variis infirmitatibus aggravati, qui, præstante divina clementia, sancti Johannis precibus læti & incolumes ad propria revertuntur.

d

88 Quidam monachus Pistoriensis monasterii

AUCT. B. ATTONE *Monachus a mortis periculo liberatus.*

A sterii sancti Angeli, interveniente necessitate, dum iter ageret, ad quemdam pontem perveniens, neglexit ex equo descendere, seque confidens equo ad salutem convenienter transvehi, nihil timebat incommodi. Dum autem per pontem transiret, equus ex improviso sub pede lapsus corruit, unde monachus, qui ei superstedebat, vi cadentis equi fortiter impulsus, extra pontem cecidit, & pavore mortis repentinæ perterritus, reverendum patrem Johannem fideliter invocans, semper paratum adjuvare, ut ei succurreret, valido clamore cœpit invocare. Cui quædam imago fulgens protinus assistens, & ejus lateri utramque manum apponens, illum forti veloci impulsu super pontem reduxit, eique mox vestimenta caballus, de quo ceciderat, dum conaretur assurgere, genus premens, tamdiu tenuit, donec monachus manibus reductis, equum comprehenderet, ejusque ventrem subintrans, pontem illæsus adscenderet. Sicque factum est, dum monachus, qui morti videbatur esse vicinus, beati patris Johannis nomen congeminando fideliter repeteret, illius præsidio non solum meruit ab imminenti morte mirabiliter eripi, verum etiam pristinæ sanitati ex integro restitui.

B

§ 9 *Hæc usque pertingunt Acta a Thesauro Veltz & Joanne Mabillonio edita, quorum epilogum hactenus inter manuscripta sacrarii & bibliothecæ Vallumbrosæ latentem solita sua diligentia detexit jam sæpe merito laudatus D. Aurelius Caseri, qui testatur, epilogum ipsum concipi his verbis.* Hæc ego Frater unus peccator monachus de Patris tanti Congregatione qualiscumque discipulus fideliter edidi ac veloci[ter] excepi * ad divinum honorem & reverentiam, præcipue Vallumbrosani Collegii, aliorumque institutionem fidelium eadem scire volentium; optans, studiolum meum in oculis gratum esse legentium. Ipsum vero sanctum Patrem humiliter obsecro pro meorum copia commissorum Christi exorare misericordiam, ut qui propriis culpis indignus existo, ipsius adjungi præmiis merear, & illius suffragiis, æternis carere suppliciis, præstante eodem Jesu Christo Salvatore nostro, cujus honor & gloria cum Patre & Spiritu sancto permanet in æternum. Amen.

C

Alterum epilogum nunquam antea editum.

* *al.* veraciter incerpi *sed lege* excerpsi.

ANNOTATA.

a Obsequia *hic idem significat, quod* exsequiæ; *quam vocem B. Andreas num.* 118 *expressit.*

b *De hac* amicitia & notitia, *quam Gregorius VII. cum* S. Joanne Gualberto *habuit, hic tacet B. Andreas num.* 122.

c *Loco* benedicti patris *B. Andreas num.* 123 *habet* tanti *vel* sancti prædicti patris.

d *B. Atto quædam miracula omisit, quæ habet B. Andreas, & contra quædam habet B. Atto, quæ omisit B. Andreas, ut curiosus lector, utrumque beatum Auctorem inter se conferens, facile deprehendet.*

D

MIRACULA

Auctore Hieronymo Radiolensi monacho Vallumbrosano.

Ex Ms. Florentino Bibliothecæ Mediceæ plut. XVIII.

PROLOGUS

Auctor Laurentio Mediceo munuscul. suum dat.

CUm non solum, quos vulgo dicimus sæculares, magno & excellenti ingenio viri, verum etiam religiosi, doctrina & virtute præditi, quos brevitatis causa prætermitto, Laurenti a magnifice, avo parentique tuo & Tibi, ut magis in aperto, & vestris perquam magnifice rebus gestis illustriores essent, quæ magnifica de egregiis viris edidere, direxerint, non ab re visum est mihi pro tuis ac Majorum tuorum, non solum erga universum corpus Ecclesiæ, verum etiam erga Religionem nostram, singularibus meritis, quam & illustrasti & quotidie illustras, aliquid tua devotione dignum ad hanc tantam dignitatem pro viribus nostris afferre. Ceterum cum animadverterem, quidnam magis gratum, magisque congruum pro tempore magnificentiæ tuæ esset, nihil intellexi ita hac tempestate tuæ devotioni in hanc nostram Religionem congruere posse, quam si Johannis Gualberti sanctissimi Viri, civisque Florentini dignissimi, qui non solum Hetruriam, verum etiam Christi Jesu religionem universam suis meritis prodigiisque reformavit, miracula, quæ legerim, viderim, a viris fide dignis acceperim, perscriberem.

E

Scripturis nis sua tantum expetit.

a Ad quod profecto aggrediendum multa ingenium meum incultum & inconcinnum appulere; primum quod nulli istarum rerum reperiantur veri sed tantum simplices scriptores, qui quidem multa omisere, quæ erant scitu dignissima; & ea etiam, nescio qua incuria, perierant, nisi tantum in scriniis librarii quædam notata haberentur. Præterea videram propriis oculis audieramque a viris fide dignis multa memoria digna, quæ si perire sivissem, & corpori & animæ meæ quandoque detrimentum fore existimassem. Accedebat ad hoc tua, quæ plurimum in me semper valuit, auctoritas; cum nullus antea hujusce religionis me ad hoc impulerit, cum plurimi orassent: nam, ut verum fatear, non de ambitione illud agere [detrectabam,] verum quia nec ingenio nec doctrina valebam, excusare [volebam.] Non potui ergo ob plurima in Religionem & in me benemerita non tuæ voluntati gerere morem, cum in mentem veniebat, te nonnulla S. Johannis miracula in hortulo nostro audientem, ad ea describenda, ut possem, hortatum fuisse. Feci ergo quoad potui, ut votis satisfacerem tuis; cum ex his omnibus, quæ legerim, viderim, audiverim, ea tantum litteris mandavi, quæ & fide & memoria digna viderentur.

F

3 Verum prius quoniam modo & Crux, qua in

Digitized by Google

& comitati sua non amari patiatur.

A in primis utimur, ad hoc instituta, & brachium illud sanctissimum huc per Angelos miraculose delatum sit, & modum viamque, quam majores nostri & nos ad id ostendendum observamus, aperiam, priusquam initium narrandi faciam, ut omnia magis magisque in aperto sint: in quo, si quid minus caute perite que dixerim, mihi facile veniam tua singularis benignitas & humanitas dabit, cum, ut paulo ante dixi, & arte & ingenio parum valeam. Insuper cum hæc jam omiserim studia, & divinis incubuerim, quæ quidem da industria a viris doctissimis parum ornate ac eloquenter edita fuere; præsertim ea, quæ in jure Canonico a quibusdam inculte & inconcinne probata sunt, ita ut etiam Latinis litteris mediocriter eruditus eam scribendi ruditatem haud æquo animo ferre possit; quam tamen ferre oportet, cum illi ea in arte liberali plurimum sententia, quam
B ornatu valeant. Eo fit, Laurenti, ut sæpius in dicendo non Latini, sed barbari a viris eloquentissimis habeamur; quam barbariem æquo animo feras oro; lege ergo feliciter.

ANNOTATA.

a *Laurentius is, doctorum virorum memorat, juxta Odericum Raynaldum in continuatione Annalium ecclesiasticorum tom. XIX, obiit anno 1492, IV. Idus Aprilis; unde hujus scripti ætas prætter propter colligi potest.*

LIBER PRIMUS

PARS I.

Narratur, quomodo S. Joannes ægrum juverit,

IN ipsius sanctissimi Joannis Vita legitur, quemdam Florentium Florentinum, cum pluribus eloquentia & vulgari prudentia polleret, nonnumquam contra Joannem inter alios cives pro Petro Simoniaco Episcopo Florentino insurrexisse. Hic, cum in extremis, quadam detentus infirmitate, laboraret, salutare sibi visum est consilium, cum ipsemet
C sua conscientia ad inferos damnaretur, habitum a Joanne sanctissimo Religionis impetrare; & negotium hujusmodi suis necessariis committens, a Joanne pio & injuriarum immemori facillime veniam impetravit; ad habitum tamen dandum, quia sine probatione fieri non licet, immobilem reperierunt. Ægrotum igitur affines non sine difficultate ad S. Joannem deferunt; & denique precibus & lacrymis parentum, vel revera magis ipsius fide flexus, habitum ad extremum illi consentit. Pro bone Jesu! tanta S. Joannis virtus & gratia fuit, ut qui jam moriens videretur, sumpto eo amictu, surgeret & ambularet.

& dæmonem fugaverit Cruce,

5 Sed nonnullo interjecto tempore, cum gravior quædam ægrotatio eumdem corriperet, ita ut nullam evadendi jam spem haberet, P. Joannes, vocatis monachis, eum visere pergit, & ipso & ceteris orantibus, ille ægrotus caput totum, lecti arrecto panno, cooperuit. Quid veretur rogat S. Joannes: Ille faciem enudans inquit tremens: Diabolum toto ex ore flammam ignitam & naribus hinleis pestiferum sulphureumque fumum edentem cominus me miserum intueor! Et B. Joannes, ubinam esset, interrogans, illico arripiens manibus crucem, umbram perquam strenue percussit; qui diabolus statim ejulans ac fœtens ceu fumus evanuit; & infirmus acri voce exclamare: Deo gratias! Deo gratias! Abiit, discessit. Ecce adsunt Virgo, Dei gloriosa Mater, Petrus Apostolus & pater Benedictus. His dictis, animam felicissime emisit. AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

quem monachi adhuc ad eumdem usum servant.

6 Quam crucem monachi in sacrario inter Sanctorum reliquias servantes, sæpius etiam nostra ætate fide & virtutibus S. Joannis ducti, ubi aliquis a dæmonio captus huc accesserit, utrum captus sit a dæmone an non, eadem cruce tentant; in primis tamen aquam sale & verbis exorcizatam aspergentes, qua solum, me præsente, quamplures discessere incolumes. Sed si sit penitus, ut prædicta cruce, qui a dæmone torquetur, incolumis non evaserit, ad beatorum deducitur sepulcrum; Orlandi a scilicet viri & monachi sanctissimi, & Melioris b eremitæ gloriosissimi, & hujus monasterii Abbatum Benigni c & Michaelis d, & nonnullorum, qui etiam venerabiles exstitere, Patrum, quorum vitas & egregia facta quia alias & prolixe & breviter litteris mandare curavimus, in præsentiarum de his secus scribere non fuit consilium; ad quorum sepulcrum innumerabiles tum viri tum mulieres, variis infirmitatibus detenti, Christi Jesu amplissima misericordia sensim morbo levati, sanitati denique redditi sunt. a b c d e

Brachium S. Joannis, de quo hic erat actus,

7 Sed si hoc haud profuerit (utpote quia varia cum sunt genera dæmoniorum, variis etiam Sanctorum expelluntur meritis) ad S. Joannis brachium etiam res devenit suis semper meritis ac precibus dæmones omnes etiam alio ire cogentur. De quo priusquam quo ordine quave devotione monasterium extra deferatur expediam, pauca supra repetens, scilicet quonam modo ab Angelis huc mirabiliter delatum, quo ad cognoscendum omnia illustria, magis magisque in aperto sint. Quidam igitur hujus nostri monasterii Conversi fide digni mihi sæpius retulere, se a patribus suis
F acceptisse, post primi Bernardi de Ubertis e e hujus monasterii Generalis, & S. R. E. Cardinalis obitum, præfatum brachium per Angelos mire huc delatum fuisse, cum imprimis gratia hujus, lites non parvæ inter nostros & Passinianos monachos exstitisse ferantur. Verum demum, cum utraque pars in sua voluntate & sententia persisteret, fatigatis arbitris, lis hujusmodi ad Florentinum senatum devenit.

dæmonem quendam indicasse,

8 Cognita itaque causa & rite ac diligenter examinata, judicatum est, ubi corpus, ibi membra. Quam rem nostri non æquo animo ferentes, quia id ulterius habendi spes omnis sublata erat, mœsti ad ædem nostram rediere; brachium autem istud fertur esse, quo, ut supra diximus, P. Joannes, dum in hac vita esset, diabolum cum cruce percussit, & ita esse res ipsa paulo post experimento indicavit: Nam eodem fere tempore, cum quidam a dæmone fatigatus S. Mariæ de Valle Umbrosa monasterium petisset, & dæmon S. Joannis virtutem non ferens per os ejusdem viri cogeretur exclamare: Quid me, o Joannes, torques? Quid detrimenti quidve molestiæ tibi attuli? Non satis

Digitized by Google

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

satis visum est tibi in vita me jugiter insequi, cum etiam post eam necdum desinas quovis modo etiam in externis regionibus insectari? Desiste tandem, desine, si qua pietas in te est, nos variis afficere cruciatibus. Inde tartareis vocibus exclamare geminando sæpius: O cruces! o tormenta! Paulo post hominem miserrimum ad terram detrudens, ut spiritum emittere videretur.

miraculose in sacrario Vallis Umbrosæ invenitur

9 His igitur & aliis inique ab ipso peractis, monachi casum hominis, jam ad extrema deducti, miserantes ad Passinianum monasterium, quod ea tempestate sanctissimi Joannis Reliquiis pollebat, socios, ut pergerent, hortabantur. Quibus dæmon divina virtute inquit: Quid hunc laborem incassum sumere festinatis, cum S. Joannis brachium in sacrarii vestri pluteo mire ac digne locetur? Cui, utpote mendacissimo, cum monachi parum fidei abhiberent, & ille tamen in sententia sua permaneret, tandem quæsitum est, &, ut dixerat, in sacrarii armario repertum est. Qua de re ingens gaudium inter monachos
B oboritur. Pulsatis igitur campanis, funalibus accensis, omnibus monachis & ministris, quod genus hominum vulgato nomine Conversos dicimus, & qui aderant agricolæ, una convenientibus, cantantibus & devote psallentibus Fratribus, dæmon tandem non sine miseri hominis detrimento discessit.

Brachium illud Florentiæ detentum

10 Ex eo itaque tempore templum hoc majori in devotione ac reverentia, quam antea, a cunctis Hetruscis habitum est: Nec mirum, cum non tantum de Italiæ partibus, verum etiam ex Gallia Transalpina *f* constat a dæmone & ab aliis infirmitatibus, precibus Joannis sanctissimi, incolumitati redditos esse quamplures. Dicam profecto, quid sentiam, & dicam verius, quam potero: hanc religionem, ne dicam domum, puto hujus sanctissimi brachii miraculis precibusque Joannis conservari. Quis enim hujus status Religionis ab Abbate Ricciardo *g* ad R. P. Franciscum *h*, qui modo ipsi religioni præest,
g *h* fuerit, incertum habeo, pudeat an pigeat magis disserere. Verum ad inceptum redeo. Res
C ipsa hortari videtur, quoniam de S. Joannis brachio supra dictum est, etiam huic aliud inserere prodigium, quod tempore Abbatis
i Bernardi Florent. de Gianfigliazzis *i* multorum testimonio, qui nunc etiam supersunt, probatur exstitisse: Cum enim, ut mos est, accitu populi Florentini Abbas præfatus una cum monachis honorifice Joannis beatissimi brachium deferendo, ut Bapt. Joannis festivitati decori ornamentoque essent, Florentiam concessissent; peracta S. Joannis Bapt. pompa & processione solemniter adimpleta, hoc brachium tam egregium multisque miraculis insignitum, invitis monachis ac prælatis, in digniori gradu palatii domusque publicæ pro tempore Patres Priores statuere; hoc animo tamen, ut sibi auratum tabernaculum & egregium, ut fas erat, fieret.

mirabiliter modo ad Vallis-Umbrosam defertur

11 Verum cum jam hunc sibi locum, ceteris posthabitis, delegisset beatissimus Joannes, & in vita etiam post ipsum decus mundi potentiorumque limina devitans postridie a sacrista in altari suo, quod hoc in monasterio situm est, quatuor cum luminaribus conspicitur; quæ, ut ipse referre solitus erat, propris oculis cælum versus tendere lumi- D
naria vidit; hoc in primis stupori sibi & admirationi, deinde summæ lætitiæ exstitit. Curavit itaque illico iis paucis, qui domi remanserant, monachis referre; qua de re ingenti lætitia affecti, & lacrymis præ gaudio obortis, illuc mature euntes dicunt: O Pater, o decus ecclesiæ spesque nostræ! decrevisti hoc templum familiamque tuam non deserere. Deinde, pulsatis campanis, & funalibus accensis, devote suppliciterque psallentes ipsum inter ceteras Reliquias in sacrario locavere; rem vero omnem quam primum venerando Abbati per litteras significare studuerunt. Igitur repente pro metu ingens gaudium inter omnes exortum est.

& ab magna virtutis cautos dæmon.

12 Hoc itaque sacratissimum brachium tali ordine, quo inferius describetur, dum res exposcit, ad loca defertur necessaria sive intus sive foris a dæmonio captus S. Joannis præstolatur opem: Pulsatis enim, ut fit in plenis solemnitatibus, campanis, monachi omnes uno in loco considunt. Interim ex monachis unus tantum sacerdos ornamento ecclesiastico, quod E
vulgo pluviale dicunt, adornatur, luminaria ab acolythis præparantur, quibus optime instructis & compositis, diligenter illico foras omnes pari ordine modeste compositeque incedentes, hymnosque devote psallentes prodeunt, nec ab hoc pio opere cessant, quoad, ubi demoniacus est, devenerint. Evenit interdum, ut nonnulli & cives etiamsi forte ut fit præsertim tempore æstivo supervenere, & omnis ordinis & ætatis immisti villicolæ & oppidani, qui regionem istam circum incolunt, & qui domi aliquo in negotio exerceantur sæculares, ad hoc mirum spectaculum summa cum religione & timore, aliorum ducti exemplo, concurrant, & cantantibus & orantibus monachis, & idem interdum sæpius ac crebro repetentibus, Jesu, virgineque Mariæ & S. Joannis gratia efficitur, ut omnes modo a dæmonio vexatos huc se concessisse non pœniteat; immo, quod majus est, nonnulli alii, variis infirmitatibus detenti, in patriam suam læti & incolumes redire, ut infra legentibus liquido patebit. F

ANNOTATA.

a *Hic beatus Orlandus fuit Conversus Ordinis Vallumbrosani, obitusque anno* 1242. *Syllogen de eo historicam vide in Actis nostris ad diem* 20 *Maji, tomo ejusdem mensis* v *pag.* 263. *De ipso etiam agit Simius in Catalogo pag.* 226.

b *Is fuit eremita Cellarum. De eo agemus ad diem translationis, nempe primum Augusti, quem cum aliis monasterii Vallis Umbrosæ Beatis communem habet. Interim ejus elogium legi potest apud Simium in Catalogo pag.* 215.

c *De abbate Benigno vide Locatellum lib.* 2, *cap.* 27, *Simium jam sæpe citatum pag.* 51.

d *Is mortuus est anno* 1370 *juxta Locatellum lib.* 2, *cap.* 40. *Vide Simium pag.* 217, *alioque auctores apud eum citatos.*

e *De hoc S. Bernardo supra in Annotatis egimus, & auctores de eo agentes assignavimus.*

f *Verosimiliter intelligit eam solam Galliæ partem, quæ proxima est Alpibus, Italiam a Gallia dividentibus.*

g *Hic Ricciardus sive Riccardus ex abbate Generali factus est episcopus Massæ anno* 1433, *ut habet Ughellus tom.* 3, *Italiæ sacræ col.* 799. *Vide*

A *de de te Simium pag. 257, qui tamen errat in anno electionis ejus ad epiſcopatum.*

h *Is Franciſcus circa annum 1450 electus eſt Generalis congregationis Vallumbroſanæ, & poſt vigilem 29 annorum gubernationem obiit anno 1479; unde liquet, hæc miracula ante hunc annum conſcripta eſſe.*

i *Bernardus ille Glenſigliazzi, teſte Simio in Catalogo pag. 66, poſt 22 annorum generalatum obiit anno 1422.*

PARS II.

Dæmon mulierem Ligurem,

PRimum igitur miraculorum memorabilium a ſanctiſſimo Joanne feliciter mireque oſtenſum, & multis mortalibus celebratum, ſic accepimus. Mulierem quamdam ex Liguriæ a provincia fatigatam a dæmonio ad hoc S. Mariæ monaſterium in ejuſdem S. Joannis feſtivitate vi a parentibus conſtat deductam fuiſſe: ſed cum jam monaſterium prope eſſet, S. Joannis virtutem diabolus amplius ferre non valens, per os mulieris maximas variaſque voces cum ſpuma emittere, ſeque miſerum clamitare; ulterius nec poſſe nec velle progredi, & ſe adeo torqueri aiebat, ut nuſquam gentium ejuſmodi tormentis ſe affectum juramento affirmaret. His itaque clamoribus cœtus virorum ac mulierum, qui gratia devotionis religioniſque monaſterium hoc adiverant, attoniti & exterriti, illuc, ubi miſera mulier torquebatur, ſeſe undique tumultuario confluentes prorumpunt. Operæ pretium erat & dæmonis horribiles & truces variaſque voces interdum audire; nonnumquam vero Jeſu Chriſti gratia, dato ſpatio non parvo, miſeram illam lacrymis ſuffuſam oculos, Virginis Mariæ opem imprimis, deinde S. Joannis implorantem aſpicere.

B

S. Joannis invocationi cedit;

C

14 Quid multa? Tandem [ea,] haud ſine ingenti vi multorum, ad eccleſiam rapta, monachi ex more cum S. Joannis brachio, ut paulo ſupra retulimus, devote ſummiſſeque illuc uſque, ubi mulier tormentis afficiebatur, multis circum orantibus, conceſſere. Acclamanti itaque ſacerdoti, in rem ſuam concederet dæmon, crebris conjurationibus ipſe Joannis ſanctiſſimi virtute defeſſus, lugubribus vocibus paulo poſt ſe alio iturum profitebatur. Verum quia diabolus callidus ac mendax multis teſtibus comprobatur, quocirca non ſibi ſatis fidei præſtandum cenſerent; interrogatus a monacho ſacerdote, quod ſignum, cum diſcederet, duret; inquit: Ictu fulminis a ſeptemtrionali regione impulſi [in] arborem illam, juxta eccleſiam poſitam, [eam] minutatim lacerando ac fruſtillatim paſſim fundendo, deſiliam; quod equidem re ipſa paulo poſt probavit: Nam cum undique aer ſerenus eſſet, & hi, qui huic ſpectaculo aderant, exitum rei ſummo cum deſiderio præſtolarentur, præſertim quia dæmon ſæpius interrogatus idem ſe facturum inſtanter affirmaret: demum ſanctiſſimi Joannis meritis & monachorum orationibus ſenſim ſibi vires deficere [cœperunt] ita jam etiam invito dæmone, quod fuerat pollicitus, ſuo in exitu demonſtraretur.

15 O Jeſu mira potentia in Sanctis præcipua! En ſubito e regione Borea ventus nubem condenſam & atram ad hæc noſtra efflavit regiones, &, uti dæmon dixerat, ſuo in diſceſſu fulmine ex nube vibrato ac pulſu nimio contorto, rapido ingentique motu arborem (quæ vulgo acer dicitur) percutiens ipſamque fruſtulatim lanians, hac illac ramos ſuos jactitans, fere ad nihilum redegit; cujus truncus, vel rectius dicam robur, ad noſtra fere tempora in tantæ rei memoriam diligentia patrum conſervatum eſt, quod me vidiſſe memini. Idcirco omnes, qui aderant mortales, rigentes ac trepidi animadvertentes, quod præter aeris morem evenerat, Joannis ſanctitatem extollentes, mulieris exitum exſpectare: ſibi enim jam refugerat ſanguis, & pallida effecta, interque manus parentum hunc paulatim collapſa, membrorum calore extincto, veluti exanimis jacere, cui antea opera diaboli truces oculi, triſte ſupercilium, turgidæ nares, os ſpumoſum, vultus maligaus, iracundus animus, lingua fœtida animæque male olentes fuerant. Tandem ipſa huc illuc oculorum aciem dirigens, circumſtantesque, qui aderant, perluſtrans, ab omnibus, ubinam gentium eſſet, perquirere; demum, re cognita, diligenter curvatis genibus Deo gratias referens in patriam cum ſuis hilaris & incolumis conceſſit. Quo prodigio Joannes beatiſſimus, paucis ante cognitus, clarus atque magnus prope longeque eſt habitus. Hoc miraculum a compluribus noſtri Ordinis fide dignis accepi.

D

ADCL. HIER. RA- DIOL. EX MSS. *data diſceſſus ſui ſigna, diverſa.*

Adoleſcens Perufinus diro a dæmone vexatus;

16 Sic e Perufina civitate *b* quemdam adoleſcentulum, non ſolum a dæmonio vexatum, verum linguæ auriumque officio, inſuper & ceterorum membrorum privatum adeo, ut non imago hominis, ſed monſtrum quoddam videretur; caput etiam intra genua reflexum [habentem] ab affinibus ſuis, viris inclytis, ſanctiſſimi Joannis illeſtis prodigiis, ad hoc cœnobium ductum fuiſſe, luce clarius patet. Hic clariſſimi Joannis, olim SS. Joannis & Pauli Cardineo titulo ornati, ac eadem tempeſtate Perufini legati exſtitit nepos, quem cum Abbas Bernardus *c* hujus monaſterii pater, ceterique, cum monachi tum Converſi, ita recurvum aſpicerent, ſtupore miſericordiaque ducti, in fletum cum parentibus pariter dedere ſeſe. Proh bone Jeſu! Quis tam durus, tam ferreus, qui noſtram aſpiciens figuram corporiſque aſpectum, ſuis officiis penitus privatum, a lacrymis fletuque ſeſe abſtinere potuiſſet? Abbas igitur parentibus aliiſque præſentibus compatiens, premens alto corde dolorem, ita ad eos exorſus eſt: Solvite corde metum, dilectiſſimi, abeat triſtitia, tantum fides integra pectoribus veſtris inſita ſit, Jeſum Dominum noſtrum meritis Mariæ matris ſanctiſſimæ & Joannis ſervi ſui precibus hunc filium veſtrum & poſſe & velle non ſolum incolumem reddere, verum etiam & conſervare. Ita ſperamus, inquit pater, Jeſu & vobis ipſum & nos ſummopere commendantes.

E

F

S. Joannis interceſſione ſanitati reſtituus.

17 Pulſatis igitur ex more campanis, & monachis in ſacrario, funalibus accenſis, ſimul cum Abbate una congregatis, præfatum adoleſcentem pro manibus ſervi geſtantes, juxtaque reliquiarum tabernaculum ſtercentes juvenem: nam nec per ſe ſtare [poterat] & ſi detineri minime patiebatur. Ceterum omnes

Digitized by Google

AUCT. HIER. R. ADIOL. EX MSS.

A omnes, cum monachi, tum ſæculares, flexis genibus, quidam ſurſum ad Jeſum amore quodam tracti divino ſuſpicere, nonnulli vero, quibus mens non ita ſanior eſſet, oculis demiſſis Jeſu piiſſimi præſidium inter canendum mœſti implorare; Converſi quoque & ceteri pro re quiſque totis animi viribus preces ad Virginem piiſſimam Mariam fundere, orare, ut illi miſero ferat opem. Dum hæc pro cujuſque ingenio & ſtudio, diſſimili ratione agerentur, elapſo brevi temporis intervallo, puer S. Joannis meritis, recuperatis viribus, caput attollere, deinde ſuis ſe in pedibus ſiſtens, more balbutientium voces tenuiſſimas emittere; præterea ſuum auditum reſumens, maxima cum omnium admiratione propriis pedibus, quo cupido animi ferebat, ire, voces inſuper plenas & ordine ſuo deductas proferre.

Dis gratias agit.

18 Cumque omnibus jam conſtaret, eum plene incolumem evaſiſſe, pater ſuus aliique affines ita præ gaudio geſtire, ut crebro S. B Joannis brachium ſumma cum reverentia exoſcularentur; filium inſuper ex re monſtruoſa formoſi juvenis imaginem præ ſe ferentem conſpicientes, intuendo non poterant expleri; petitoque adoleſcens ſilentio, hujuſmodi orationem ſupplicite emiſit: O Pater, ſaluſque fidelium, illuſtrator animarum Domine Jeſu Chriſte, cui cuncta creata ſerviunt, te laudo, & benedico, tibique poſthac me totum commendo & trado, ut ad portum perpetuæ ſalutis ſpiritum meum tua ſolita pietate velis deducere: tuque glorioſa Virgo, per quam cuncta bona ad nos mortales uſque deveniunt, & tu Joannes ſanctiſſime, cui tantam gratiam Deus tribuere dignatur, ut a quavis infirmitate miſeros mortales tuis precibus, modo ſe humiliter commendent, incolumes reddas, vobis pro tali tantoque dono, mihi hoc in monaſterio collato, toto corde totaque mente gratias ago, orans & obſecrans, ut impoſterum tantam animi virtutem adverſum diaboli vires mihi præbere velitis, ut ejus devitatis dolis, vobis ſincere pureque valeam obſequi per virtutem & nomen Jeſu Chriſti. Amen. Inde parentes intuens, inquit: P. Abbati ceteriſque, C qui adeo humiliter & modeſte ad labores perferendos pro mei liberatione ſe Deo devoverunt, non tantum gratias agere, patet, ſed tua ſolita benevolentia referre velis oro.

& munera offert.

19 Cum igitur hic ſermo omnibus, qui aderant & admirationi & jucunditati exiſteret, pater ſuavi complexu oſculo hærens filii, & lacrymis iterum præ gaudio obortis, inquit: Fili, acerbiſſimus mihi olim, nunc luce jucundior, ſume pecuniam tutemet, humillime Deo offer, etſi non, ut noſtri eſſet officii, pro tali tantoque beneficio accepto, ſed ut quimus, tribuamus. Demum P. Abbas, datis prius inter ſe dextris & gratulatoriis verbis devote ab utroque habitis, tanti beneficii ne immemores eſſent, monuit, & ita læti diſceſſere. Tantum igitur miraculum & prodigium, ne facile hominum memoria deleretur, in tabula quadam pater ipſius, ut diligenter pingeretur, operam dedit, & deſuper S. Joannis hujus noſtræ eccleſiæ altari cum filii veſtibus, quibus in infirmitate poſitus utebatur, pendi voluit: verum nunc picturis pulvere & aqua humoribuſque, quibus hic locus abundat, D delinitis, tantum quorumdam hujus ordinis Abbatum & Converſorum, qui adhuc ſuperſunt, memoria retinetur, a quibus ego (nam interfuere) accepi.

Civis Florentinus ob magicas incantationes

20 Petrus Bernardi de Arena civis Florentinus, tempore Bernardi de Gianfigliazzis Vallis Umbroſæ Abbatis, huc veniens miris modis funibus undique ſeptus horribilitatem quamdam præ ſe ferens, ut multorum naſos & aures mordicus attentare præſumeret, & admirationem & terrorem non parvum cunctis aſpicientibus ſe daret; fertur etiam tantas per ejus os, ubi primum has ingreſſus eſt regiones, emiſiſſe voces, ut colles monteſque omnes juxta monaſterium in eminenti ſiti, undique reſonare viderentur. Cum autem ex more in ſacrarium, & viris & funibus undique circumdatus, traheretur, coactus tandem poſt multas in eum orationes conjurationeſque habitas hæc retulit; ſe cujuſdam maligni viri carminibus & incantationibus illis ita adſtrictum & ligatum teneri, ut nullo pacto nulla etiam vi ſe inde abſtrahi poſſe fateretur, ni prius faſcinationes & incantationes illæ de ſub oſtii limine domus E ſuæ amoverentur.

dire a damone afflictus.

21 Ceterum cum monachi, & monitis Chriſti Jeſu & B. Hilarionis exemplo ducti, parum vel nihil fidei adhiberent, eo quia in aliis ſæpe mentitus eſſet; inſtare orationibus inſuper ſacerdos jugiter torquere, ſibique ex virtute Dei exitium imminere dicebat; econtra ille vultu truci ardentibuſque oculis in hæc prorupit verba: O cruces! O tormenta! Quid patior? Quid opus eſt, o peſſimi Fratres, ut hinc abeam [per] tot orationes? Cur incaſſum hos hymnos verbaque hæc divina effunditis? Quid fruſtra tantum laboris perfertis? Sat eſt, hoc ex me potuiſſe audire, in oſtii limine incantationes pati *, * *ibi* *relinqui* quod mihi plurimum nociturum non dubito. Optantibus nonnullis ex his, qui cum ipſo venerant, ut quæ dæmon aiebat, lamina & linum & cetera inquirerentur, & a loco amoverentur; prohibuere monachi, ne aut ſolutus incantationibus receſſiſſe dæmon, aut F ipſi ſuis ſermonibus accommodaſſe fidem videri poſſent; aſſerentes, ſemper fallaces eſſe dæmones & ad ſimulandum callidos. Orantibus itaque & Virginem Mariam ſanctumque Joannem jugiter religioſis viris deprecantibus, e manibus tenentium ſeſe (nam nudatus funibus erat) a dæmone captus erumpens, ad ſacrarii extremum uſque ſummoque ingentique impetu proripuit, ibique a diabolo humi tartarea inhumanitate detruſus, tanta talique ibidem affici pœna, quanta nec antea domi nec in itinere (ut qui cum eo iter fecerant affirmavere) nec in ſacrario, præſentibus monachis, fuerat affectus, ita ut omnibus miſerabile de ſe ſpectaculum præberet.

fanatur; & incantationis inſtrumenta invenian-

22 Cum vero & S. Joannis virtute & monachorum ſupplicationibus oppido fatigaretur diabolus, ulteriuſque Jeſu virtutem perferre non valeret, ipſum miſerum prius diu diſcerpens & lanians, demum diſceſſit. Sed operæ pretium erat audire, quas voces etiam poſt in ipſo volitans ſacrario emiſerit: Nam incredibilia mihi pene fuiſſent, quæ narrabantur, ni ab his, qui tali ſpectaculo aderant, accepiſſem. Tantus, pro bone Jeſu!

&

A & ſtrepitus & terræ motus factus eſt, dum alio tenderet dæmon, ut ſacrarium eccleſiamque toto cum monaſterio funditus erui putarent, qui aderant, omnes: cui vero hæc incredibilia exiſterent, alios legat libros & eccleſiaſticos & gentiles, & quid potuerit diabolus, Deo annuente, liquido intelliget: & ad hujuſce rei confirmationem aliqua in medium afferrem, ni ea res me longius ab incepto traheret. Redeam ergo unde digreſſus ſum. Redeuntibus igitur ſociis cum Bernardo incolumi Florentiam, monachorum monitis haud paruere. Dederant enim hi in mandatis, ne incantationes perquirerent illas. Ceterum uti curioſi & nova cognoſcere affectantes oſtiique limen adeuntes, &, ut libido fert, omnia perſcrutantes pannum lineum conglobatum filiſque ſericis circumligatum invenere, quo explicato, particulam oſſis pueri defuncti, nec non & mulieris capillos, pellem inſuper pulli aſinini, ut ipſi quibuſdam ex noſtris poſtea retulerunt, intus quibuſdam cum ſignis & characteribus
B conſpexere; quæ omnia viri cujuſdam religioſi monitu igni tradidere. Patet igitur incantationes carminibus fieri poſſe; hoc & noſtri canones approbant, & res etiam indicat ipſa.

ANNOTATA.

a *Liguria eſt Italiæ regio, quæ antiquitus duplex fuit; nempe littorea & mediterranea. De utra hic agatur, ignoro.*

b *Perufia urbs Italiæ ſita in confinio Hetruriæ, eſque Umbriæ & agri Perufini caput.*

c *Puto hic intelligi Bernardum Gianfigliazzi, de quo ſupra actum eſt.*

PARS III.

b Item puella a dæmone abſolſa

C RElatu Abbatis Cultus-boni *a*, cui Paulo nomen fuit, ex S. Gaudentii oppido *b* puellam quamdam huc tempore Abbatis Bernardi de Gianfigliazzis veniſſe accepimus. Hanc talis tamque iniquus poſſederat dæmon, ut eam adire niſi caute, præſertim dum tormentis afficeretur, nemo auderet: complurium enim & manus & nares dentibus mordaciter attrectare tentaverat ſæpius, ita ut, dum cœnobium propter ſui eam de jumento, quo inſidebat, deponere curarent, ipſius cervicem dentibus apprehendens incumberet, adeo ut caput puellæ ſummis viribus inde amovere qui aderant, minime valerent; cui ſpectaculo, multis concurrentibus, etiam & Petrus vir religioſus, hujus cœnobii tunc decanus, interfuit, & ſigno Crucis in puellam edito, mox ipſa quaſi de induſtria extulit caput.

liberatur. 24 Eam igitur ad capellam uſque vi pertrahentes, cum cruce venerabili, qua S. Joannem dæmonem legimus percuſſiſſe, monachus quidam [attigiſſet,] non multo tempore in eam conjurandam conſumpto, puellam ipſam modis terribilibus & cruciatibus inauditis torquens ad terram detruſit diabolus. Sacerdos vero monens, ne quis ex iis, qui aderant, eam attingeret, leviter aquæ benedictæ roribus aſperſit. Ceterum mulier, uti præſenti vita functa, per horæ intervallum

D AUCT. HIER. RAD. EX MSS. jacens nihil aliud vitæ oſtendere, niſi quia tantum tenues ore ſpiritus viciſſitudinarios emittere quandoque paululum videretur. Tandem exurgens & undique circumſpiciens non parca cum teneretur admiratione, interrogavit, ubi gentium eſſet & unde illuc applicuiſſet, & quid ſibi tot religioſi vellent. Cognita denique a ſacerdote & a ſuis, qua laboraſſet infirmitate, & ut incolumis S. Joannis meritis evaſerit, Deo & ſibi gratias agens, læta cum ſuis in propriam redivit patriam.

Florentiæ quidam

25 Etiam conſtat ad hoc S. Mariæ monaſterium quemdam aromatarium *c* Florentinum eodem fere tempore funibus circumligatum, a ſuis deductum fuiſſe; qui quidem & in urbe & extra & quoquo traheretur, mirum de ſe ſpectaculum mortalibus omnibus præberet:
E Nam a teli torquebatur dæmone, ut varia de ſe & ſtupore plena demonſtrare cogeretur; interdum jocoſa, nonnumquam gravia, quandoque vero terribilia verba proferens. Ceterum ubi loca hæc ſilvaſque monaſterii adivit, hujuſmodi clamitando cœpit ex ore hominis verba effundere: Nec illuc ire velitis, ne me trahatis oro: Nihil enim ex his, quæ optatis, fiet, imo & majori triſtitiâ redibitis ad urbem, ac nunc monaſterium verſus pergatis. His dictis conticuit. Hæc in itinere dixiſſe dæmonem a nonnullis, qui aderant, cum ventum eſt ad cœnobium, cognovere monachi. Cum igitur eum ſocii [non] niſi magna vi trahentes deducere poſſent, in hujuſmodi certamine tantum conſumpſere temporis, ut jam tertia noctis lapſa hora adierint monaſterium.

occulto Dei judicio,

26 Quieſcentibus itaque in ſuperiori parte monachis, qui in inferiori hoſpitalitati præerant Converſi, ut eos honorifice more ſolito haberent, operam dedere; verum cum dæmon miſerabilem virum acriter vexare non deſiſteret, eumque ſuffocatum paulo poſt affirmaret, Converſi, qui aderant, pietate moti decanum illico accerſire curaverunt. Veniens igitur S. Joannis crucem mox juſſit afferri; ipſe interim flexis genibus orationi inſtare. Ceterum antequam illuc cum cruce, quibus imperatum fuerat, conceſſiſſent, a dæ-
F monio homo ille miſerabiliter eſt ſuffocatus. Cumque omnes hujuſmodi repentinus caſus flebiles reddidiſſet & mœſtos, decanus pater talia verba, ut eorum molliret dolorem, exorſus eſt: Dei judicia cum nobis incognita exiſtant, ſibi profecto, ut prophetæ ait, in omnibus & de omnibus gratias agere tenemur, obligamurque: nihil enim, ut Evangelia ſancta referunt, niſi nutu divino etiam parvula evenire certum eſt. Quocirca & mœſtitiæ finem detis; inſuper & corpora cibo paululum recreetis oro; ne dum vultis, ut quorumdam haud ſapientum ingenium eſt, mortalium caſus ſine modo deflere, & corporibus detrimentum adferre: & Deo rem non gratam facere pergatis.

a dæmone ſuffocatur.

27 His itaque & aliis verbis eos decanus exhortans, miſerabiles illi, paululum viribus corporis recuperatis, non ſine ingenti mœſtitia ſumpſere cibum; poſtridie vero pſalmis ex Chriſtiana traditione decantatis, cadaver ipſius in cœmeterio extra fores eccleſiæ ſito terræ reddidere; cognito tamen a ſociis,

Digitized by Google

A quod religioſe & honeſte vitam duxerat ſuam: annuatim enim, ut ſacri volunt canones, de ſuis ſceleribus humilem Deo & ſacerdoti fecerat confeſſionem. Si enim ſecus vitam ſuam inſtituiſſet, in loco non ſacro cadaver illud condidiſſent. Comites igitur, ut diabolus dixerat, triſtiores, ac huc venerant, etſi omnes tum monachi tum Converſi eos ſolati fuerint, domum rediere ſuam.

AUCT. HIER. RAD. EX MSS.

d Ridiculus quidam dæmon fugatur.

28 Anus quædam ex Milliario monte *d*, quam ridiculus invaſerat dæmon, a ſuis ad hoc Virginis Mariæ cœnobium ducta eſt, jucundum de ſe & mirabile ſpectaculum præbens, ut etiam religioſis viris, gravitate ornatis, riſum nonnumquam concuteret. Dæmon enim & hymnum Angelicum & Kyrie eleiſon quandoque etiam & pſalmos canens, ita ut ſacerdotis alicujus animam putares, haud fieri poterat, quin præ inſolita re riſum præſentibus non daret; interdum vero ſacerdotis juſſu his ſilentium faciens, ut in rem ſuam iret conjurabatur: Cui ille cachinnans, inquit: Concedam alio: ſi me paululum antiphonam ſeu pſalmum canere juſſeritis, nulli veſtrum in pſallendo & rite canendo cederem: & his finitis nullum a ſacerdote exſpectans reſponſum dulciter more ſolito divinum aliquid canendo dicere. Ceterum, monachis morum longani in hujuſmodi nugis & ridiculis non valentibus perferre, ſacerdoti a decano imperatum fuit, ut his cantilenis juberet finem imponi. Quid multis opus eſt; tandem dulciter canendo, abſque ulla aniculæ læſione, ut fertur lætitiam quamdam oſtendens, abiit. Sic illa incolumis S. Joanni gratias agens domum concelit ſuam.

Dæmon ſacerdotem e

29 Ad nos uſque fama perlatum eſt, ex Flaminiæ *e* provincia quemdam ingentis corporis ſacerdotem ad hæc S. Mariæ monaſterium veniſſe; quem dæmon ita crudelibus torturis afficeret, ut necubi ſiſti, vel nocturno ſeu diurno tempore quieſcere poſſet, niſi fatigatus & aſſiduo ingentique motu corporis deſeſſus. Tum ubivis locorum in aqua etiam, & quod dictu incredibile eſt, humi ſeſe proſterneret, cibum interdum non niſi ſaltando caperet. Eo tot diſcriminibus ſemper a tergo manibus ligatis, vel columna aliqua func circumſepta, vel viris fortiſſimis tenebatur; ut quo iter faceret, undique ad hoc tam mirum inviſendi gratia ſpectaculum mortales cujuſcumque ſexus & generis concurrerent, ejus imprimis inauditum caſum demirantes; deinde ſibi vehementer commiſerantes, alter alteri inquit: Heu quis caſus huic miſero accidit ſacerdoti? Pro fidem Dei atque hominum! Quid hoc eſt? Ut ſacerdotes Dei in hujuſmodi atrociſſima devenerint tormenta; ſaltem alio quovis morbo laboraret; & juſtius & tolerabilius judicio meo eſſet, ut febri, podagris, ſyncopi, ceteriſque afficeretur infirmitatibus. Hoc tunc erat murmur vulgi de ſacerdote; quibus vero mens ſanior erat, ſecus ſentire; Jeſumque in ſuis omnibus judiciis laudandum extollendumque cenſebant.

C

Fratres ad Vallem Umbroſam adducti

30 Demum, non ſine magno comitum labore, ad cœnobium illud deductus eſt: Quis enim, quæ dixerit egeritve ipſe dæmon, etiam ſumma eloquentia præditus enarrare poſſet; dies inſuper me deficeret, ſi, quæ de ipſo accepi, litteris mandare curarem. Sed ne aliis tædio, mihique labori ſim, ad rei exitum feſtinabo. Cumque a ſacerdote interrogaretur, qua audacia Chriſti ſacerdotem ingreſſus eſſet; tale, audientibus qui aderant omnibus, dedit reſponſum dæmon. Nutu divino & affeci hunc, & afficio, afficiamque tormentis, quoad, ut meritus eſt, habuerit exitum. Inſtante tamen ſacerdote cum S. Joannis Reliquiis, ut exiret, Spirituique ſancto locum daret: Nec poſſum nec volo, inquit dæmon: Hunc enim permiſſione divina ſuum fore, tartareis vocibus affirmabat. Qui, inquit ſacerdos, iſtud dicere audes maledicte? Nonne creatura Dei & Chriſti ſacerdos hic eſt? Neſcis enim quid futurum ſit. Reipſa declarabitur ſciam necne, reſpondit dæmon.

D

ob ſacrilegam vitam,

31 Pergebat tamen ſacerdos ſuum, monachis aliis pſallentibus, peragens officium; quam rem dæmon magis quam antea ægerrime ferens, utpote quia magnopere & ſine exemplo S. Joannis virtute a Jeſu torqueretur, in hæc tonans prorupit verba: Quid incaſſum, o fratres, orationes fundere, & me, ut hinc abeam, acriter torquere oportet? Nam hic periturus eſt, qui & hominem occidit & divina Sacramenta nefarie corde incontrito, nulla habita confeſſione, nulla requiſita abſolutione, pro nefas! & ipſe aliis miniſtrare & ſibi ſumere nec erubuit nec dubitavit. Hæc enim, quæ diabolus ex ejus ore proferebat, non parvam omnibus & admirationem incuſſere & metum; verum cum monachi multum in eum curandum temporis & dies quamplures ſtra conſumpſiſſent, miſſum eum, invitis tamen comitibus, fecere: Nam Abbates noſtri decreverunt, nos veteres obſervare mores & ſtatuta & annalia, quæ a patribus noſtris in concionibus & capitulis ſancita ſunt; quæ equidem triduanum diem hoſpitibus omnibus gratis permittunt, cum dicunt: Per triduum hoſpitibus jus eſto nec ultra, niſi ſumma cogat neceſſitas. Verum ut ad incepta redeam.

E

Deo permittente, ſuffocat.

32 His ita in patriam recedentibus, ubi primum ex noſtris exiere finibus, ſacerdotem, (quod dictu pavendum ac metuendum eſt) ſummis viribus ad terram diabolus trahens, affectum torturis ingentibus imprimis tandem ſuffocavit. Hæc noſtri a quibuſdam, qui funebriis officiis defuncti ſacerdotis interfuerant, cognovere. Hinc quivis ſacerdos exemplum ſumere & parti ſuæ conſulere poteſt, quid judicii quid exitus maneat illum, qui ſine cordis contritione, ſi ſacerdotis copia deeſt, & tantum tractare Sacramentum & ſibi, ſuiſque auſus fuerit adminiſtrare. Sed dicet forte aliquis: Pauci vel nulli noſtra tempeſtate in ejuſmodi formidoloſa diſcrimina incurrunt. Malo, ſi mihi optio daretur, hic pro tempore quam alibi æterne cruciari; quod quidem nequam ſacerdoti futurum fore, niſi hac in vita Jeſu Chriſto reconcilietur, fidelis dubitat nemo. Sed nunc ad reliqua.

F

Adoleſcens ſacrilegus f g

33 Ex *Senarum f* civitate adoleſcentem acrem & fortem, catena etiam ligatum & innexum (nam funium reſta *g* laceraſſet) cum affines, nobiliſſimi viri, multis comitantibus traheret, forte monaſterium Cultus boni propter iter habuere; quod quidem monaſterium hujus Religionis eſſe probatur. Illic jam S. Joannis virtutem dæmon ſentiens, eamque per-

Digitized by Google

A perferre amplius non valens, miris modis exclamare; Nec ulterius ire, inquit, si vellem valerem; date veniam, retro gradiamini oro. O cruces! o tormenta! quæ mihi immerito, en S. Joannes, infers! me miserum! hæc nequeo amplius perferre; in patriam ut redeatis oro; illuc profecto recedam quamprimum. Cum enim contra sententiam suam iter Vallem Umbrosam versus comites properarent, dæmon & gratia Joannis beatissimi, & juvenis fide amplius cum torqueretur, ingentes emittens voces, millies clamitare, sese miserabilem dicere. Addebat, Hic sistite equum, sistite rogo, discedam nempe, discedam: ulterius enim prodire nequeo.

Io vis a dæmone misere afflictus;

34 Firmantes igitur jumentum, juvenem catenis irretitum, & sudore toto corpore præ labore madefactum, ac fere membris perfractum universis; pedibusque labentem ac trementem deposuere ex equo. Concurrentibus itaque ad hoc mirum spectaculum turmatim B ex agris & villis cujusvis conditionis mortalibus (eos enim tartareis vocibus dæmon hinc inde accierat) alter alteri dicere: Mi frater, quot miseri mortales, hanc dum degunt vitam, intolerabiles perferunt cruciatus; quocirca utilius dicerem in cunis post baptismi Sacramentum eam abrumpere vitam, quam ad has pervenire ætates. Cui econtra respondebatur: Define posthac hæc & similia inconsiderate & insulse proferre verba: male enim sentis. Sic placitum Deo, cui omnia parent, & cui, quare sic fecisti, audet dicere nemo. Insuper, ut ajunt: Quod difficilius, id præclarius: quo enim majora hac in fragili vita tormenta æquo animo pertulerimus, eo in futura magis gloriosa dabuntur pro laboribus præmia.

Horatur, & ingressi animi signum edit monasterium Vallis, Umbrosæ.

35 Dum hæc & alia, prout voluntas fert, jactarent, dæmon multo ferocius solito, ex circumstantibus orantibus nonnullis, in eum miserum adolescentulum e vestigio debacchari; tandem eum vi ad terram detrudens, dilacerans imprimis & dilanians, demum ingenti cum clamore discessit; ipse vero fere per horæ spatium non sine magna omnium, qui aderant, admiratione, veluti defunctus humi prostratus jacuit; deinde paululum excutitur, & uti a somno excitus, exurgens, sanus tamen & incolumis Deo imprimis & Virgini Mariæ sanctoque Joanni gratias agens, deinde ceteris omnibus; & in patriam suam, nisi prius S. Joannis ædem visitasset, redire noluit. Placuit omnibus, & huc sese contulere una, & sanctissimi Joannis brachio venerabiliter & devote osculato, hujus monasterii beatorum sepulcrum, quod in infima parte turris campanariæ situm est, festivi & læti devotionis gratia visitarunt, & eremitarum insuper humiles adiere casas, quæ in saxeo tumulo supra monasterium edito sitæ sunt; qui quidem tumulus ex ea parte, quæ meridiem spectat, confractus abscissusque est horrendum in modum; ex ea etiam parte, quæ ab Oriente exoritur, peranguste tractu superiori monti conjunctus, cujus de nomine & situ pauca dilucere non alienum locus esse monet, quoniam alibi de eo mentionem haud facturi sumus; & Abbas Sanctus *b* optime ac diligentissime omnium, qui S. Joannis historiam vitamque scripsere, hunc locum prosecutus, mihi parum libero ore locutus videtur, qui situm Vallumbrosæ operi suo inferens, hunc Cellarum locum, mirum in modum a natura, magisque hominum industria situm & ornatum, vix tetigit.

b Hieron. Radiol. ex Mss. c *Cellas eremitarum*;

36 Mons igitur est saxosus, asperrimus & incultus, qui bina cingitur silva; ex superiori enim parte, quæ per declivum montis in flumen ducitur, proceras habet abietes, quæ in vasta solitudine loci religionem augent horroremque introeuntibus non mediocrem incutiunt; ex interiori autem, quæ ad ima monasterii versus tendit, natura veluti humano artificio, humillimis hac tempestate circumdatur ilicibus. In hujus medio montis amœnissimum cernitur pratum, muris, de industria in brachium eremitarum opera elevatis, undique vestientibus, quod spatium divisis cellulis anachoretæ quatuor incolebant. Medium tenet ecclesia horrenda vetustate & religione dignissima, in qua inter ceteras, quæ tabulis miro artificio ostenduntur, picturas, Virginis Mariæ imago tam egregia tam insignis apparet, ut [a] pictore ad plenum perfectum videatur, quod ait Poeta noster: Credo equidem vivos ducent de marmore vultus. Proh bone Jesu! quid Zeuxis ille insignis, quid Polycletus? Huic cederent profecto; cederet, & Euphranorus & siquis alter fuerit unquam insignis pictor & sculptor *i*.

D

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

E

i eorum auctore

37 Sed ad anachoretas redeo, qui quamquam singuli privata habeant altaria, in quibus sacra divina seorsim & per se quisque, qui funguntur ordine sacerdotali, peragunt, tamen ad ecclesiam majorem statutis horis diei, nostuque ad psalmos decantandos legendosque conveniunt. Cellulæ, non, ut in cœnobiis consuevere, pariete interjecto conjunctæ sunt; sed sejuncti per se humiles habitant casulas, quibus singulis singuli inter annexi sunt hortuli; cibum una tantum Dominicis & festivis diebus capiunt; diebus vero aliis quisque per se suum parce reficit corpusculum. Præter Canonicas horas integrum singulis hebdomadis feria sexta, qua panetantum vescuntur & aqua, psalterium peragunt; & ut paucis eorum vitam aperiam, hanc eremum certe incolunt, qui paulo asperiorem vitam in laudem divinam præter S. Benedicti instituta adamant. Sunt enim, qui veterum SS. Patrum more, singulum per diem compleant psalterium; sunt etiam, qui divino amore igniti, raro vel numquam degustant vinum; sunt hac in eremo, qui etiam, quando deformis stridet hyems, nudis pedibus inter nives & asperas glacies incedant, & eo tempore vili veste & palliolo contenti, ad libidines insuper domandas circulo ferreo supra nudum corpus jugiter utantur; de quibus alias latius, Jesu favente, tractabimus: Nam tempus alio properare nos monet.

vivendi ratio

38 Hi omnes veterum Patrum, Ægyptiorum præsertim, mores imitantes opere manuum exercentur, vel in excolendis hortis, quos omnes interluunt ac rigant rivuli per ligneos meatus deducti; vel in vimineis canistris fiscellisque texendis. Nonnulli etiam minutiora ex ligno utensilia manibus efficiunt, ut cocleare, ut patinam, ut catinum. Hæc, ne diabolus eos reperiat otiosos, & ad vana evitanda desideria, post divina officia adimpleta vel per se vel in unum alacriter

A paragunt. A monaſterio igitur ad hunc ere-
AUCTO. mitarum locum unus & perdifficilis, ſed a-
MIER. mœnus divina medicanti eſt aditus; hinciter
RADIOL abietibus, inde monachorum hortulis circum-
EX MSS. datur. Quid? Quod rupes illa aſperrima contra naturam loci varios oſtentat flores, & olentes plurimi generis herbas gignit. Sed hoc haud prætereundum cenſeo, quod non in itinere modo, ſed ex rupe, in qua anachoretarum cellulæ conſtructæ ſunt, dum monachi inferiores pſalmos in eccleſia perſonant, dum organis canitur, concentus dulciſſimos & modulationes varias ad ea intenti percipiunt. Talem tamque religioſiſſimum poſtquam ſupradictus adoleſcens adivit locum, admirans in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis toc eccleſiolas tuguriolis, ſeu rectius dicam cellulis junctas; contemplans inſuper ordinem vitæ eremitarum, morum etiam gravitatem aſperitatemque loci, inſuper rerum penuriam, quam voluntario alacrique animo perferant, nequibat Jeſu ſempergratias agens expleri. Hos demum eremitas, ut pro
B ſua ſalute omniumque Chriſtianorum orarent, deprecans lætus in Domino deſcendit ad monaſterium.

39 Cum igitur anxie & cœnobitarum vi-
ſimul cum cœnobitarum tam, ex quo eremitarum cognoverat, inquireret, ſibi Abbas Benedictus *k* vir religioſiſſimus, qui ea tempeſtate monaſterio & Ordini univerſo præerat, paucis aperuit; inquit enim: Prima, ut olim Ægyptiacis monachis, apud omnes cœnobitas conſœderatio eſt; obedire majoribus, in unum degere; & dividuntur per decurias ſeu, ſi major ſit numerus, per centurias, ita ut novem hominibus unus decimus præſit, & rurſus decem præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Uſque ad horam nonam, ut S. Benedicti præcipit inſtiturum, eſt jejunium; & jejunium totius anni æquale eſt præterquam in Quadrageſima, in qua ſola conceditur ſtrictius vivere; & interim nemo pergit ad alium, niſi ſumma cogat neceſſitas, his exceptis, qui decani vel Priores dicuntur. Poſt nonam in communione conveniunt & miſſa a decano ſeu ab Abbate benedictione, aliam alii aggrediuntur
C viam. Pſalmi illo illico reſonant, alibi Scripturæ ex more recitantur, diſcuntur, quæ in eccleſia & alibi dicenda & tractanda ſunt, ut ædificentur audientes. Nonnumquam ab abbate, vel cui fuerit imperatum, diſputatio de Scripturis oritur, in qua ſilentium ſit, ut nullus ad alium reſpicere, nullus audeat exereare. In eccleſia, in refectorio, in dormitorio & intra clauſtra æternum ſilentium.

40 Vivitur pane, legumine & olere, quæ
ſaepe ſic ita ſcribitur. ſale & oleo condiuntur; interdum ova, nonnumquam & piſciculi in menſa apponuntur parce; carnes tantum ſenes & pueri, raro tamen, accipiunt, ut aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens. Opera manuum ita, ut a decano ſtatuitur, fiunt. Si infirmum quem viderint, conſolantur; ſi in Dei amore ferventem, cohortantur ad ſtudium: & quia nocte extra officia publica quiſque in ſuo vigilat cubiculo, primi circumeunt cellulas ſingulorum, & aure appoſita, quid faciant, diligenter explorant: quem negligentiorem deprehenderint, non increpant, ſed diſſimulant, quod norunt, & ſic ad orationem provocant; & ſecundum regulam ita univerſa moderantur, ut nemo D quid poſtulet, nemo quapiam re parva indigeat; & ne multis vos detineam, ita, omnibus hujuſmodi rebus poſthabitis, vivitur, ut cum de regno Chriſti, de futura beatitudinis gloria, de glorioſorum martyrum triumphis vel aliorum Sanctorum rebus bene geſtis, ſeu in eccleſia ſive alibi, mentio legendo vel recitando fiat, videas cunctos moderato ſuſpirio & oculis præſtingenti amore ad cælum elevaris, intra ſe dicere: Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ & volabo & requieſcam? Et ea, quæ videntur acerba, quæ multa & varia in monachorum vita obedientiaque verſantur, ita ferunt, ut nihil a ſtatu veræ fidei diſcedant & læti jugiter illud ſapientis ſecum referant: In odorem unguentorum tuorum curremus. His dictis, conticuit Abbas. Tunc ille: O vere beati feliceſque ipſi, qui ita ſancte ita recte ſuam inſtituere vitam! & gratias Deo imprimis, Virginique Mariæ Matri ejus & S. Joanni agens, ſeſe orationibus Abbatis & aliorum plurimum commendans, in patriam, o- E
ptimis exemplis monachorum & monumentis inſtructus, ſanus & incolumis receſſit.

ANNOTATA.

a *Monaſterium illud, teſte Lubino in Abbatiarum Italiæ brevi notitia pag.* 115, *ſitum eſt in agro Florentino, eſtque diœceſes Peſulanæ. Quandonam Congregationi Vallumbroſanæ unitum ſit, vide apud Ughellium Tom.* 3, *Italiæ ſacræ col.* 284.

b *Hoc oppidum ſitum eſt in mediis montibus circa Apenninum inter Vallem Umbroſam & monaſterium Marrathenſe vulgo* Marradi.

c *Significatur, ut opinor, qui vendit aromata.*

d *Eſt pagus in agro Caſentino, qui eſt ditionis Florentinæ.*

e *Flaminia regio Æmiliæ, quæ nunc* Romandiola *dicitur, de qua egimus in Annotatis ad Acta priora.*

f *Senæ urbs Hetruriæ intra colles ſita, S. Catharinæ Senenſis & trium ſummorum Pontificum natalibus illuſtris.*

g *Hanc vocem ita inflexam nullibi inveni. At ſatis patet ex ſenſu, quod auctor velit.* F

h *Intelligit hic, ni fallor, Xantem de Valvibus, Perufinum, abbatem Marrathenſem. Unde patet Vitam S.* Joannis Gualberti *ab hoc Xante ante annum* 1479 *ſcriptam eſſe.*

i *Fuerunt hi magnæ artis pictores aut ſculptores, apud vivos, profanæ antiquitatis peritos, ſatis noti.*

k *Is Benedictus Generalatum adminiſtravit ab anno* 1387 *uſque ad* 1400, *quo mortuus eſt, ut teſtatur Simius in Catalogo pag.* 30.

PARS IV.

PRæterea ex Ligutiæ partibus his in tem- *Ex vita Ligure*
poribus quidam jam provectæ ætatis homo ad hoc S. Mariæ monaſterium vi raptus & catenatus a parentibus, non obſcuro loco natis, ductus fuit; quiquidem inter alia, quæ ſtupori & admirationi eſſent, hoc mirum oſtendebat ſæpius, quod per os ejus dæmones, plures emitterent voces, ita ut quivis affirmaſſet, non ab uno ſolum, ſed a pluribus & variis dæmonibus ipſum tormentis affici. Operæ pretium erat, ut nobis a fide digni

rela-

A relatum, eſt & actus ſuos & verba obſervare diligenter: Nam modo gravia, ſtulta etiam ſæpius & levia, interdum urbana, nonnumquam ruſtica explicare optime & proferre; cum imprimis bonæ exiſtens valetudinis, ut graves decet vires, nonniſi gravia & loco & tempori congrua affunderes verba: nec enim hoc ut ſolet interdum ex ingenii acumine, ſed de inſania fieri potius dicebatur.

ingens calliderum dæmoniorum

42 His itaque & aliis rebus ab ipſo ineptè & inſulſe peractis, facile non ab uno, ſed a pluribus, ut diximus, & variis dæmonibus poſſideri credebatur. Quocirca facile oſtendebatur, plus & temporis & artis erga hujus ſoſpitatem a monachis exhiberi oportere. Fiunt itaque preces more ſolito, & nihil, quod neceſſarium erga ejus bonam valetudinem recuperandam exiſtat, prætermittitur. Mira res! inter orandum ſæpius his agitabatur furiis, ut vix etiam funibus & catena ligatus & vinctus a quampluribus viris atrociſſimis teneretur. Nonnumquam vero quamdam præ ſe ferre humanitatem & mo-
B deſtiam, ut, qui aderant, fere major pars affirmaret, eum nullo affici dolore, nullo torqueri morbo, nulla indigere curatione: Nam in dæmone tantus dolus, tanta calliditas & aſtutia erat, ut ſignum crucis in hominis fronte fieri permitteret, &, quod majus eſt, Dominicam orationem & Virginis Mariæ hymnum ipſum proferri fineret: ita ut ex monachis etiam nonnulli ſanum & incolumem dicerent.

multitudo ejicitur.

43 Ceterum quidam in ea re magis experti, ſecus ſentientes, multis variiſque exemplis dæmones callidiſſimos & ambiguos approbantes (utpote quia aliud ſunt, aliud ſimuiant) non quamprimum eorum fallaciis rebuſque fucatis credendum eſſe aſſerebant. Id ita eſſe, ut ajebant, paulo poſt re ipſa probatum eſt: Cum enim eum die quadam ſummo mane hoc animo, ut inde minime abirent, niſi cum recuperata bona valetudine in ſacrarium duxiſſent, & monachi ex more orationes & preces cum Reliquiis haberent, ut multitudo illa dæmonum in rem ſuam malam, quo digni eſſent, abirent; illi contra, ſe nec diſcedere velle nec poſſe, etſi
C ſummis & ingentibus, ut ipſi aſſerebant, afficerentur cruciatibus. Eloquar an ſileam, quid in eorum exitu egerint ignoro. Vereor enim ob nonnullorum pertinaciam, qui ea, quæ ſibi facilia factu putant, affirmant, ſuper ea, veluti ficta, pro falſis ducunt. Dicam tamen his præſertim, qui Deum mirabilem in Sanctis & credunt & prædicant. Cum enim, ut diximus, religioſi viri a pio opere non deſiſterent, & idem ſe jugiter facturos, niſi dæmones abirent, ſtatuiſſent, cœperunt ipſi varias & tartareas emittere voces, ita ut non unum hominem, ſed populum loqui diceres. Et demum ingenti vi, funibus effractis, curſum foras arripiens, eum vix turba hominum in corona reducta ceperunt.

ejicitur.

44 Non parvo itaque tempore in pio opere conſumpto, demum dæmones unus poſt alterum exeuntes, eum fere vita hac privatum reliquere. Eo in loco, ubi hoc prodigium S. Joannis virtute operatum eſt, cum plures tum religioſi tum ſeculares adeſſent, abeunte Abbate, eum adire, ſeu palpando tractare auſus eſt nemo. Cum igitur omnes rei exitum orando præſtolarentur, expleta hora & dimidia, ſenſim ſe movens, demum, quaſi de ſomno evigilaret, exſurrexit, & percunctans quid illic ageretur, re cognita, diligenter ad altare majus ſe contulit, & viva, ut dicitur, voce orationem ad piiſſimam Virginem Mariam & ad S. Joannem habuit ita ornatam, verbis miſerabilibus plenam, ut omnibus præſentibus concuteret lacrymas. Demum valedicens omnibus, una cum ſuis in patriam lætus & admiratione plenus conceſſit.

AUCT. HIER. RARIOL. EX MSS.

Quidam ex amore inſanus factus

45 Quemdam ingenti amore exardeſcentem, cum ſuam voluptatem explere non valuiſſet, (nam quam amabat alteri nupſit) in inſaniam hac potiſſimum cauſa accepimus devenisse, & inde ita agitatum furiis, ut ſeſe ſæpenumero diabolo dederit, & hunc Puppiſem a ſuiſſe cognovimus. Forte ea tempeſtate quidam nequam in cruce ſuſpenſus fuerat, qui ut de ſe ceteris terrorem incuteret, ita ut ſit interdum, præſertim ſi damnatus multis & malis fuerit facinoribus coopertus, edicto prætoris nondum de ea, qua pendebat, cruce depoſitus [erat] Hic equidem, ut palam dicebatur, nec ſua voluit ſcelera ſacerdoti confiteri, nec petere veniam, ſed Jeſu renuens caritatem, ingentemque, quam de ſe mortalibus miſeris ſponte exhibet miſericordiam, ad crucis patibulum veluti deſperatus conceſſit. Ad hæc mala hoc addidit etiam, blaſphemias in Jeſum ſcilicet & in piiſſimam Mariam matrem ejus: adeo ut quamplures viri religioſi, qui conſolationis gratia una cum damnatis iter tale aggrediuntur, in ipſum ſpiritum maligoum ingreſſum aſſererent. Heu quoties ſe ſuamque vitam diabolo commendavit! heu quoties etiam Jeſu Chriſti Domini picturam & imaginem torvis oculis reſpexit! Quibus imprecationibus, & eques & qui aderant alii, caſum miſerabilem ſpectantes, ſibi compati, interdum minari, ut finem bacchandi faceret. Verum cum nihil proficerent, exitum ſibi ſuiſque moribus dignum dedere.

mira ejuſdem a dæmone invadita

46 Cum igitur, ut dixi, cadaver in cruce catena ligatum penderet, hic qui ex amore in inſaniam devenerat, ſorte crucem juxta iter habuit & more ingenii humani elevatis oculis cadaver horrendum, atrum, ſemicorruptum, vermibus & aliis, quas putredo ex ſe gignit, muſciculis corroſum & ſicu temporis albedine muſcida pictum exhorruit. Inſuper, ut ipſe ſolitus erat referre, ſonitum ſibilum audivit: qui quidem, ſeu diaboli dolo ipſum perterrefaceret, ſeu vento, qui angusta ingreſſus tales ſonitus reddere ſolet, evenerit, non ſatis compertum habemus. Hoc ſatis patet, illico in eum dæmonem ob ingentem metum ingreſſum: Nam ut ipſum prædicantem audivere nonnulli, nuſquam gentium tanto talique pavore alias confectus eſt, ut mox viribus omnibus deſtitutus procubuerit humi. In eum itaque ita trepidantem dæmon, uti ſuam ingreſſus domum, ſibi domiari cœpit, ita ut ex ſtulto inſanum redderet, &, quod periculoſius eſt, formidoloſum.

47 Con-

Digitized by Google

A AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS. *& post varias turbas*

47 Continuo itaque artus elevans fues, & iter Puppium versus faciens, summo cum impetu in homines cujusque generis ferebat. Tandem vero a quibusdam viris fortissimis, agmine facto & in coronam deducto, captus & manibus a tergo devinctus, funibusque toto circumdatus corpore, maxima tum videntium tum audientium admiratione, ad compitum seu divorticulum, quod vulgares & plebei crucichium *b* dicunt, eo quod vie quatuor in crucis formam ad loca tendant diversa, vi tractus est. Et cum clamores horrendos ad sidera tolleret, se etiam neque ulterius ire juramento affirmaret, illic ut defessa recrearent corpora, quievere omnes. Inter quiescendum igitur, necessitatem corporis simulans, missione accepta, cum paullulum a via divertisset, sociis idem minime verentibus, aufugiens, iter Puppium versus tendere properabat; & ni quidam de monte Milliario, qui his in rupibus varia pro necessitate tunc agere, clamoribus insequentium exciti, iter suum impedissent, profecto ea die vel Puppium vel alio longius sese contulisset. Nam concurrentibus undique pastoribus & montanis omne sibi clausere iter.

B

ad monasterium Vallumbrosanum attrahit.

48 Stetit ille prospiciens cuncta, eumque conspiceret omnem sibi aditum denegari, parum moratus, inde, ut ursus fremens, maxima cum velocitate in minus potentes sese ferens, paullulum reluctantibus illis, e manibus eorum evasit. Itaque ille fugiendo, hi insectando multum diei per concava vallium, per abrupta montium frustra consumpsere. Operæ pretium erat cernere, quanta audacia quantaque animi vi, diaboli adjutus auxilio, sese miser ille tueretur. Non enim verbis tantum & clamoribus variis, sed lapidibus fustibusve res ab eo atrociter agebatur. Eo pacto eos longe repellere; interdum vero immite percutere: tandem vero pars optimum fore rati ipsum fallere, dum in alios acriter incurreret, alii eum dolo aggressi, quia nihil tale putaret, manibus a tergo revinctis, ad monasterium sudore madidum, & pulvere conspersum, invitum & torva sæpius exclamantem traxere. Res mira! quoties enim sanctissimi Joannis brachio vel cruce conjuraretur, exibat: ubi a pio opere cessabant monachi, in eum rediret illico.

C

* *forte* vicissitudine *S. Joannis meritis*

49 Cum igitur hac necessitudine * res in longam deduceretur moram, nec diabolus dicta cum factis componeret (quippe qui verbis se non amplius eum ingressurum polliceretur, ceterum re secus agere) statuit pater Abbas, ut publice privatimque orationes pro eo ab omnibus agerentur. Quibus devote & prolixe peractis, postridie fere per horas quatuor orationibus & precibus monachorum, & sacerdotis jugibus conjurationibus stomachatus dæmon, tandem omnibus audientibus, in hæc verba prorupit: Qui me insontem ita impie orationibus torqueris o Fratres? In hunc tamquam in meam possessionem sæpius vocatus incessi, quocirca demum a tam nefario opere absistatis oro. Non enim nisi Dei voluntate hoc sum aggressus, cui vello resistere, nefas est profecto. Tu, inquit sacerdos, o pessime dæmon, Dei resistis voluntati; qui cum ipsius proberis hostis & inimicus, alios etiam ad hanc perniciem trahere niteris. Ea propter abi in rem tuam malam, & vade in tartareas regiones, quo meritus es; nihil tibi sit commune cum servis Dei, jam cælestia cogitantibus.

D

tandem liberatur.

50 Hæc & alia cum sæpius sacerdos, monachis orantibus & cantantibus, revolveret, tandem dæmon, Joannis sanctitatem amplius ferre non valens, discessit. Miser ille humi prostratus, fere per horam, ut exanimis, jacuit: Demum vero exurgens, & mente & corpore sanus, Deo imprimis & gloriosæ Virgini Mariæ & S. Joanni gratias egit. Voluit tamen P. Abbas, ut prius humiliter confiteretur Deo & sacerdoti, quam domum repedaret suam, ne deinceps dæmon in eum potestatem ingrediendi haberet. Facta igitur diligenter & humiliter confessione, summa cum lætitia Puppium rediere omnes; nec ulterius a dæmone homo ille possessus est.

ANNOTATA.

E

a Puppiensis *ita dictus a* Puppio *vulgo* Poppi, *quod est castrum Tusciæ, & caput Casentini tractus in agro Florentino.*

b *Ab Italica voce* crocicchio, *quæ* quadrivium *significat.*

PARS V.

Puella quædam a

PUellam quamdam, cui nomen erat Franciscæ, ex civitate Castellana *a*, magiis & incantationibus atrocissime vexatam, ad hoc S. Mariæ monasterium deductam accepimus. Hæc interdum adeo boni sensus & quietæ vitæ esse, ut eam a dæmonio torqueri vel aliqua in parte corporis laborare diceret nemo. Quandoque vero se gladio necare, alios invadere & dentibus laniare tentabat. Sed hoc ægerrime sacerdotes, & qui eam conjurabant monachi, perferre, quia dæmon, etiam ingentibus tormentis affectus, nullum daret responsum. Nam vel * de industria id ageret, vel quia forte natura mutum quoddam genus dæmoniorum sit, nobis parum constat. Cum autem diu torqueretur, & sæpius sacerdos, ut in virtute Dei saltem responderet, præcepisset, forte ut aliquid machinaretur mali, cujus gratia tentat omnia, tandem tale dedit responsum: Hic cujusdam maligni presbyteri incantationibus longe constrictus detineor, qui quidem improbo amore in puellam hanc flagrabat; verum [cum] ipsa haud sibi assentiretur, cum ceteræ malæ artes, quibus amantes utuntur, sibi deessent, omnia experiri maluit magis, quam ita impatienter uri.

* *id ipsum*

F

per magicas presbyteri artes

52 Quo circa me, ut ipsam ad sui voluptatem cogerem, cantando excitavit. Sed ut verum fatear, nihil profeci. Nam ut a parentibus optime instructa peroptime monumentis bonis, a teneris annis sese orationibus dare, precibus & lacrymis Virginis Mariæ auxilium jugiter implorare. His itaque & aliis operibus bonis ab ea impeditus, cum ipsius nequam sacerdotis pessimam voluntatem executioni mandare nequirem, indignans eam invasi. Quam enim sibi contra morem nostrum humanus benignusve extiterim, ipsamet callet peroptime. Nam inter cetera, quotiescumque corde & mente majori studio incensa, veram Dei religionem sequi, vel

Digitized by Google

A vel orando in silentio, vel ecclesias visitando, vel prædicationes adire studuisset, numquam recusavi, quin una [ad] opera incesserim pia. Cui sacerdos. Tu, o omnium seductor, mille ferens casus, discordias, iras, simultates, cædesque, pia opera agis? Ha omnium dæmonum pessime, qui a supernis delapsi sunt regionibus, novi te intus & in cute. Quidquid sancte & juste fiebat, non tuis, sed Virginis Mariæ meritis agebatur, cui minime contradicere audetis.

a dæmone absolta

53 Tunc dæmon risu soluto cachinnans, inquit: Ita est mi, pater, ut ais. Scisitante etiam sacerdote, cur in talem puellam optimis moribus instructam ingredi sit ausus, inquit: Non absque numine factum divino; ea propter non esse mortalium perscrutari: sed & in his & in aliis omnibus, quæ ad eos non pertinent, æterno oportere silentio conticescere. In precibus igitur & orationibus jam [post] duos dies frustra consumptos, diabolus S. Joan-

B nis virtutem impatienter tolerans, hæc tandem intonuit verba: Eja oro quid me infectamini? Cur tot & tam varia, ut hinc abeam, infertis tormenta? Non dixi, me hic alieno imperio detineri? Veniat ille, qui me devinxit, iniquus presbyter; & absolvat, & lubens discedam. Tum, qui aderant, sæculares viri, cum de nomine presbyteri interrogare vellent: Apagite, inquit sacerdos: Nam diaboli officium est & discordias serere, & quidquid potest mali mortalibus inferre. Quocirca nullam ei fidem adhibeatis, oro. His dæmon indignatus, clara voce, inquit: Re ipsa paullo post declarabitur, mentitus sim, an verum dixerim. O quantas, pessime presbyter, dabis pœnas, cujus gratia in tot cruces & tormenta deveni!

pristinæ sanitati restituitur.

54 Cæterum Jesu gratia & S. Mariæ & S. Joannis precibus a dæmone liberata puella, nescio qua gratia evenerit, ut e vestigio intolerabilis & fastidiosus eam talis invaderet morbus, ut ulceribus toto corpore referta, atram undique featuriret bilem, & demum impatientia & morbo capillis capitis evulsis, spectaculum omnibus, sed præsertim affinibus præberet. Transactis tamen nonnullis annis,

C in pristinam, Virginis Mariæ & S. Joannis gratia, quibus plurimum se commendaverat, reducitur sanitatem; tantum pallorem & maculas quasdam in vultu servans, de cetero valens. Relatum est deinde his, qui tunc hanc servabant domum, presbyterum illum, de quo supra verbum feci, opera diaboli parentibus demonstratum, seu conjecturis, quod verius creditur, agnitum, in alias partes, judicium pro malefactis timens, sese contulisse, & miseram Dei judicio in ultionem puellæ degisse vitam. Fuerunt, qui etiam affirmarent, a fratribus jam dictæ virginis extra patriam necatum. Sed is rumor tantum, cæterum rei veritas penes auctores sit. Nobis satis constat, pluribus annis præfatam virginem in sanctissimi Joannis festivitate nudis pedibus cum cereo hanc Virginis Mariæ domum adiisse devote. His igitur & aliis, quæ retulimus & relaturi sumus, miraculis satis constat, incantationes a perversis hominibus fieri.

Dæmon mulierem b

55 Memoria mea mulierem quamdam, Taddeam nomine, ex Prati *b* oppido, quod Florentia ferme decem millia passuum abest, a parentibus suis ad hoc S. Mariæ monaste-

rium vidimus deductam. Hanc talis invaserat dæmon, ut cruce solum facile liberaretur mulier. Cæterum ubi ipsa una cum comitibus iter domum hospitium versus faceret, & [prope] fontem, qui juxta capellam jugi labitur aqua, transitum haberet (nam ad eam domum aliter non est facilis aditus) ab eodem dæmone fatigata, ex manibus multorum prosiliens, fugam facere conabatur. Verum, hinc inde concurrentibus cum opificibus, qui hoc in monasterio, præcipue æstivo tempore, operibus indulgent, tum etiam bubulcis & agricolis quibusdam, capitur, trahitur, &, manibus a tergo devinctis, ad capellam defertur vi. Cum igitur illic ab exorcista interrogaretur, cur tam facilem ingressum ad eam & egressum haberet, respondit: Ego cum natura facilis sim & humanus, & hæc mulier his pariter & aliis virtutibus radimita probetur, nec cruces pati possum, nec eam volo torquere: Ea propter, orantibus vobis, discedo, absentibus vero, in hanc, veluti domum redeo meam.

ad quam sæpe reversa fuerat E

56 Hæc igitur & alia ridicula cum referret diabolus, & idem sæpius faceret, cum eum lector amplius perpeti non posset, & itidem hujusmodi ludibria monachos fastidirent, statuerunt, ut eodem in loco cum cruce legeretur, ubi dæmon mulierem congredi solitus esset. Instante igitur sacerdote, & orationibus & minis adjurante dæmonem, ut concederet alio; inquit dæmon: Concedam. Te, o puella, domi præstolor; cum veneris, amicitiam antiquam, mihique gratissimam tecum ineibo. His dictis, alio concedens, non parvum timorem & admirationem de se omnibus dedit. Mulierem vero illam fere exanimem suo in discessu reliquit; ita ut multi eam vita præsenti functam dicerent. Cæterum cum, qui aderant, pars calidis brachia manibus fricarent, pars certatim vino aliisque rebus cum madefacerent membra, sensuque parumper tepentes revocando [juvarent], mulier quasi a somno expergefacta, in sese paullulum rediens, cum surgere vellet, illico decidit.

tandem semper deserere cogitur. F

57 Durantibus itaque in orationibus & psalmis monachis, tandem Dei gratia sanctique Joannis meritis optime convaluit. Cum enim adhuc ex verbis, quæ diabolus supra dixerat: Te domi præstolor, o puella; suspensi existerent, monitu sacerdotis monachi, qui eum conjuraverat dæmonem, & etiam suorum affinium habita scelerum confessione, læti in patriam rediere. Vovit præterea mulier ob tantum taleque beneficium, S. Joannis meritis sibi allatum, annuatim, & in vigilia ipsius S. Joannis jejunium & festum, veluti ab Ecclesia indictum, celebraret, & quoties sibi facultas prodeundi daretur, non impedita partu scilicet vel alia re graviori, in ipsius festivitate hanc Virginis Mariæ domum adire. Mira res, & fide ipsius & gloriosæ Mariæ Virginis precibus & S. Joannis meritis factum est, ut deinceps nec diabolus ille, qui sibi superius, se ad eam rediturum, domi dum esset, pollicitus fuerat, nec alter ex malignis spiritibus illam ulterius aggredi est ausus. Quapropter dum spiritus suos rexit artus, incolumem & beatam vixit vitam.

Dæmon quemdam alter deserere cogitur c

58 Ex oppido Lancisa *c*, quod in Arni superioris valle situm est, quemdam, non infimo loco natum, captum a dæmonio venisse

Digitized by Google

A nisse ad hoc S. Mariæ monasterium, multis comitantibus, vidimus. Forte tunc quidam, AUCT. cui Zanobio nomen erat, supervenit, ger- HIER. manus cujusdam monachi nostri Ordinis, qui RAD. adhuc vivit; qui quidem affinium hujus in- EX MSS. vasi a dæmone precibus compulsus, quem-dam necromantem virum malignum & dolis plenum, Nepum nomine, ob consilia inquirenda ab ipso, quid in hoc homine agendum esset, adiverat. Cui, quia ea, quæ nefaria sunt, agere tentaverat, diabolica videlicet potius quam divina inquirere auxilia, mirum stupendumque malum accidit in vesperi: Nam dum uno in loco in hospitali considerent ambo, ipse scilicet, & a dæmone invasus, illic brevi intervallo dato, sessus itinere & somno, sese paullulum dans quieti, caput intra genua posuit. At paullo post experrectus, Deo gratias, Deo gratias, inquit, convalui.

In alium transmigrat ob consultum magum;

59 E contra Zanobius ille, qui Nepum adiverat, ab eodem correptus dæmone, insanire, bacchari, furere, adeo ut a quibusdam, qui ad hoc miserabile spectaculum concurrerant, compressus, vix eum sistere possent: Hoc enim quamprimum nuntiari monachis curaverunt, qui aderant, familiares & B conversi; & cum nondum nox terram operuisset, & quamquam hora & Officium Completorii jam peractum esset, eum tamen in ecclesiam justerunt duci. Res tam prodigiosa, & nostris inaudita sæculis, mirum spectaculum fuit, ut dixi, non præsentibus tantum monachis & conversis, ceterisque familiaribus, qui hanc tunc domum incolebant, verum omnibus hospitibus, qui supervenerant. Dæmon igitur cum a sacerdote interrogaretur, cur illum alium tam repente deseruerat hominem, & hunc, ubi primum advenerat, sit ingressus, respondit: Superno nutu actum est. Cum ille divinum tota mente & fide requireret auxilium, merito quamprimum his cruciatibus fuerat liberandus. Hic vero miser, qui indecentia potius quam convenientia, & justa percipere & intelligere curabat, non injuria ita debuit torqueri. Cum enim monachi in pio opere orando & conjurando pergerent, peracta jam fere noctis hora, non sine hominis maximo cruciatu, sed sui C imprimis, diabolus eum liberum & incolumem relinquens, abiit.

Is tandem liberatus exemplo sue docet, non esse fidendum magice superstitioni.

60 Equidem hoc terribile Dei judicium, non præsentibus tantum, sed absentibus extitit pavori: Nam fama tanti miraculi per omnes finitimas regiones brevi divulgata, & exemplo fuit & admirationi; & præcipue supradicto Zanobio, qui dum amore & caritate fraterna ductus, unde minime debuit & a quo non decuit, quærit alteri adferre medelam, sibi cruciatum invenit. Discant igitur omnes non [opem] humanam, vel, ut rectius loquar, diabolicam imprimis, sed divinam in hujusmodi discriminibus esse inquirendam, ita ut multi egere religiosi, cum viri tum mulieres, qui diuturnos cruciatus corporis, & , quod majus est, mortem maluere perpeti, quam alienum, præterquam Dei, vel unde haud honestum foret, inquirere auxilium. Memorare possem quamplures, qui memoria mea his præclaris fulsere virtutibus, ni ea res [me] longius ab incepto traheret. Male igitur, ut ad propositum redeam, sibi consulit, qui ob sanitatem corporis recuperandam, animæ ruinam vitare non curat. His itaque bonæ valetudini & pristinæ sanitati redditis, non parvo gaudio cunctis, quos antea mœror & tristitia invaserat, exuere, & cum unus imprimis oppido obnoxius Virgini Mariæ sanctoque Joanni existeret, ambo deinde ex obligatis sese fecere obligatissimos, & læti concederunt Lancisam. D

ANNOTATA.

a *Quam hic auctor* civitatem Castellanam *vocat*, *Didacus Franchius lib.* 10, *pag.* 376, *vulgari lingua nominat* Città di castello. *Invenio autem vulgari hoc nomine appellari Tiferum Tiberinum, quæ est urbs Umbriæ in limite Etruriæ & ducatus Urbinatis. Hunc haud dubie locum designare Auctor voluit per* civitatem Castellanam.

b *Est oppidum Etruriæ in agro Florentino ad Bisentium amnem inter Florentiam & Pisteriam.* E

c *Franchius lib.* 10, *pag.* 377, *hoc oppidum vocat* Ancisam; *Locatellus autem lib.* 1, *cap.* 98, *cum Auctore nostro appellat* Lancisam. *Quidquid sit, puto esse locum illum, qui in mappis geographicis, sub nomine* Ancisa, *collocatur inter montes in agro Florentino inter* Emam & Arnum.

PARS VI.

Quatuor germani Aretini

EX civitate Aretina quatuor germani, multis aliis comitantibus, olim hoc S. Mariæ monasterium gratia bonæ valetudinis recuperandæ quæsivere; quorum unus, ut re ipsa declarabatur, a dæmone fatigatus [erat;] ceteri vero, etsi ipsi clam vexarentur a diabolo, incolumes tamen apparebant. Inter legendum enim & orandum, hoc, quod prius erat occultum, cunctis, qui aderant, liquido patuit. Cum enim unus ex his ad purgandum ventrem egressus, haud procul a monasterio varia & stultitia & vanitate plena ageret, ita ut metui & admirationi quibusdam foris tunc existentibus esset, intra monasterium cursim F irrumpentes illi, omnibus occurrentibus, quæ foris viderant, enarrabant. Ex his igitur, qui comites & socii fuerant, trepidatione rigidi foras prorumpentes nonnulli, & cum his alii ruricolæ immixti, eum huc illuc cursitantem, & se lapidibus & saxis pro viribus tutantem non sine maximo eorum discrimine tandem corripientes, innexum funi vi traxere intro. Illico ex fratribus alter tremere, signaque de se satis convenientia, quod ipse in dæmonis potestate esset, dare: Itaque statim capitur. His & quartus additur frater, qui ferox & suopte ingenio & dæmonis violentia, cum ea, quæ ab antistite legebantur, haud pati posset, foras, cedentibus omnibus, qui aderant, ingenti timore correptis, ni quidam ceteris sagacior ecclesiæ fores clausisset, propulisset sese.

a dæmone possidentur

62 Cum igitur in ancipiti periculo horror ingens spectantes perstrinxisset, nec in tanta dæmonum turba quid agendum, quove se vertendum ad plenum noscerent; cum alii vehementioris ingenii viri ad eum irruendum censerent (nam parieti, quo una pars corporis tutior foret, inhæserat, [quoad] alteram nudato gladio ipse sese tutare) alii vero, mo-

Digitized by Google

A monachi præsertim, lenia remedia aptiora fore, concitatumque animum frangi [difficilius,] quam flecti posse, dicerent, inquit pater abbas: Cum tutius tum facilius probo, hunc pro tempore adeat nemo: sed ut hi alii Virginis Mariæ, sanctique Joannis virtute, vestrisque orationibus liberi incolumesque evadant, quam primum operam date. Interim ille diuturnitate temporis & tædio affectus, locum, quem nunc contra omnium voluntatem tenere videtur, invitus velit nolit deseret. Fit igitur, ut pater abbas censuerat. Instant igitur, primo conjurant dæmonem & exorcizant, alio vero subeat. Omnes enim cum religiosi tum seculares flere (quisque equidem proptio negotio relicto ad hoc inauditum stupendumque miraculum fese contulerat) piissimam Virginem Mariam, sanctumque Joannem, ut his miseris opem ferant, orare.

ob injustitiam;

63 Inter orandum itaque, cum sacerdos causam ingressus illorum dæmonum ab eo dæmone, qui primus erat, inquireret, inquit ille: Hos quatuor fratres scias volo, in alterius quamdam possessionem deveniſſe, eamque fraudibus quibusdam & cavillationibus

B sibi vendicasse, & jus denegasse alterius, suumque ratum & firmum ut rectum haberi voluisse, & ex tunc pro sua quisque vi certare, ne his, quibus jure hereditario fundus conveniret, redderetur: Quocirca in has miserias & ærumnas divino numine præcipitari. Qui ni prius supplices culpam faceantur suam, & agrum, quem fraude sibi vindicavere, propriis restituant dominis, &, ut jura divina & humana petunt, jurejurando confirmaverint, seu vades dederint, se vel male ablata ex tunc restituere, vel in concordia devenire, mihi credite, nos pro tempore, quia cruces tot, totque tormenta amplius tolerare non possumus, locum Deo daturos; verum paullo post in eos, velut in nobis obligatissimos, iterum redituros, ut acrioribus eos afficiamus tormentis, dubitet nemo.

qui dejecta, reprehendantur;

64 Verum, ut alias, cum dæmoni fides nulla daretur, divino Officio diligenter peracto, sacerdos quam occulte posset, dedit operam ab his, qui aderant, rem quam maxime manifestam habere. Qui cum se quam

C dam persensisse confiterentur, eos monuit, ne rem aliquo pacto palam facerent, imo vehementer simularent, & via quadam eos adirent, bene pollicerentur, & occultius, quam fieri posset, hoc explorarent diligenter. Causa itaque ab his, quos sacerdos monuerat peroptime, uti dæmon dixerat, ita esse, cognita, eos dure seorsum presbyter monachus severis verbis increpare, castigare imprimis, deinde blande monere, ut deinceps caverent, vellentque potius suis pauperrime & duriter, ac alienis otiose & laute festiveque vitam agere.

& meliora spondentes, salvi in patriam revertuntur.

65 Rebus itaque diligenter, ut sacerdoti monacho placuerat, confirmatis; fide etiam, ne quid obscurum maneret, data, unus, inde alter, post tertius, demum quartus adeo facillime in bonam valetudinem rediere, ut de se omnibus, qui aderant, admirationem non parvam exhiberent. Et Deo Virginique Mariæ matri ejus & S. Joanni, deinde patri abbati gratias agunt, liberaliter habiti in calamitate fuit, demum in patriam luti, D ubique locorum Joannis sanctissimi nomen ex- AUCT. tollentes, rediere; &, ut fuerant polliciti, HIER. quidquid injuste furtimve sibi vendicaverant, RA- propriis dominis reddere, & fructus restitue- DIOL. re curantes, ut in S. Joannis festivitate a EX MSS. quibusdam Aretinis nostris relatum fuit, melius vitam deinceps rectiusque instituere suam. Hæc igitur mortalibus cunctis exemplo sint, quid discriminis, quidve periculi his immineat, qui vel calliditatis vel vi vel alio quovis modo sibi aliena vendicant. Nam etsi hac in præsenti vita omnes, ut meriti sint, non animadvertantur, ne se impunitos putent in futura: etenim gravioribus flagris afficientur. Verum nunc ad reliqua

Puella a dæmone iterum arripeta,

66 Quamdam puellam, Liviam nomine, ex Fori Livii *a* civitate (quam & vidisse sæpius, postquam ea convaluit infirmitate, memini me) ad hoc S. Mariæ monasterium deductam, complures monachi & conversi, qui adhuc supersunt, videre. Hæc puella imprimis ad quamdam sanctissimæ Virginis Mariæ basilicam, noviter mirificeque constructam, deducta fuerat: Quæ quidem basilica per quatuor millia passuum a supradicta abest civitate, Cæsenam *b* vel Forum-Pompilii *c* versus. Eo in loco illico meritis gloriosissimæ Matris Jesu, ut omnes, qui ejus implo- E rant auxilium, liberata est. Paullo post idem dæmon, eamdem, quam dixi, Liviam ingressus est puellam; quamobrem affines ejus non parvo timore correpti, ad hanc Mariæ Virginis ecclesiam, de qua nunc verbum feci, deducere cum vellent, per ejusdem os dæmon exclamare, & totam complere urbem: Non exibo, non alio concedam, nisi S. Mariæ de Valle Umbrosa monasterium quæsiveritis. Ceterum hoc affinibus & aliis quampluribus & ludibrio haberi, cum Virginis Mariæ patrocinium nulli unquam cum cordis fide petenti defuerit; & odio etiam ob itineris difficultatem: distat enim fere per septuaginta millia passuum. Quamobrem summis viribus, dæmone plurimum renitente, eam ad S. Mariæ ecclesiam, de qua nunc dixi, duxere invitam.

67 At illic multis diebus & laboribus frustra consumptis, eremita eos miseratus inquit: F *eremita consilium,* Dicam quid sentio, dilectissimi, ex quo incassum hoc in loco tempus atteritur; quoniam neque diabolus ab insidiis cavet, & nos suis pollicitando & promittendo lactat verbis; neque enim alio concedere statuit: vos [monasterium] S. Mariæ de Valle Umbrosa adire reor optimum, cum melius me calleatis, locum illum & S. Mariæ & S. Joannis Gualberti precibus, miraculis, pluribusque pollere prodigiis. Fit itaque, ut vir Dei censuerat. Arripientibus iter compluribus, simul dæmonem pœnitere cœpit incepti; se miserum millies clamitare, urbem totam clamoribus tartareis & ululatibus femineis complere; eos dicebat iter arduum absque puellæ salute agere. Ceterum & tergiversanti nulla datur fides, imo quamplures suis commoti calliditatibus & fallacem & versutum appellare, se numquam quieturos, nisi discederet, affirmare penitus. Per longa igitur & aspera & saltuosa itinera, die tertia, qua domo abierant, huc vesperi pervenere. Quid vero laboris in itinere pertulerit, quid admirationis de se cunctis, quibus

Digitized by Google

bus occurrebant, diabolus dederit, ob proli-
xitatem vitandam prætermittere utile visum
est.

68 Ubi igitur venere, etsi noctis tempus
jam adesset, tamen ab his, quibus curæ ho-
spites sunt, liberaliter habiti, præsertim quia
& hujus religionis monachus Forlivienſis, cui
nomen Marcello erat, pietate actus, eis op-
timus, ut ipsi retulerant, extiterat comes.
Postridie igitur, his parum cautis, hac cal-
liditate usus est dæmon: ad tempus enim
discessum simulans, puellam humilem & quie-
tam, dare signum crucis in fronte finere,
orationem Dominicam, Angelicamque Vir-
ginis Mariæ salutationem, ut rite & suo
ordine diceret, permittere; & denique nihil,
quibus sanæ mentis utuntur homines, quin
& ipsa uteretur, prætermittere. Hi igitur
parum prudentes S. Joannem imprimis in cæ-
lum attollere, deinde cavillationibus diaboli
& insidiis detenti, eam liberam, quo cupi-
do vellet, ire permittere.

69 Ipsa itaque quia & causa & locus op-
portunus sibi erat precibus muliebribus, a suis
per pratum, quo monasterii pars cingitur,
facile incessu impetrato, his aliis rebus inten-
tis, extemplo fugam arripuit. Quod nisi
undique nostri, qui foris tunc essent, pro-
perassent, & eam suis etiam auxilium feren-
tibus, vi cepissent; profecto ea die ad alie-
nas se contulisset extraneasque regiones: tales
tantasque sibi vires diabolus inter fugiendum
administrabat. Quam captam, manibus a
tergo revinctis, ad capellam, quæ juxta mo-
nasterium ædificata est, viribus ingentibus
rapientes, omnes alii, qui domi & foris
tunc aderant, ad eam visendam concurrere.
Edicto insuper a Patre monasterii, ut pro
ipsius salute pro se quisque Jesum, Virgi-
nem Mariam, sanctumque orarent Joannem,
foras monachi omnes ordine quodam cum
S. Joannis brachio, uti mos est, cum res
necessitasque expostulat, incedentes devote,
& ad id loci, ubi dæmon ingentes clamores
per os puellæ dare, ventum est.

70 Scisciante sacerdote, unde sibi tanta
petendi creaturam Christi iterum audacia,
præsertim cum gloriosissimæ Virginis Mariæ
meritis pristinæ reddita fuerit sanitati, inquit
dæmon: Cur a me ea requiris, quæ ad te
non pertinent, o sacerdos? Tuum perage,
quam recte potes, officium, & ne ea inqui-
ras, quæ ad te nil attinent. Cum enim ab
omnibus psallendo & cantando in longum
traheretur oratio, & dæmon, tametsi multis
afficeretur tormentis, in sua tamen permane-
ret sententia, Spirituique sancto locum non
daret, utile visum est in diem alteram, sui
conjurationem & cruces, quia puellam ve-
hementer concusserat, differre. Interim abbas
pater Jesu Virginique Mariæ sanctoque Joan-
ni privata supplicia *d* decernere: id læto a-
nimo monachi pro se quisque agere, ab ora-
tione non desistere, diabolo intus, foris, sin-
guli simulque, quietem nullam dare.

71 Postridie vero orationibus omnes inten-
ti, & sacerdos jugibus continuisque conjura-
tionibus instare, ut in rem suam concederet
dæmon. Tandem multo tempore in pio ope-
re attrito, S. Joannis virtutem ferre amplius
non valens, ingenti cum stridore & terrore
loca petiit. Puella vero Livia fere per horam
uti defuncta vita humi prostrata jacuit: Ubi
surrexit non parva admiratione teneri, ubi-
nam gentium essent, quid quidem ille mo-
nachorum aliorumve hominum globus inqui-
reret, interrogans: Causa cognita inquit: Gra-
ta mihi res est, o boni viri; de me quidem ob
consecutam sanitatem gratissima sancti Joannis
annuatim, dum spiritus hoc reget artus, me-
moria erit; cui pro Virginis Mariæ caritate
gratias ago, agamque semper, mihique volun-
tarium pro tanto in me collato beneficio in
ipsius Vigilia jejunium indico; addo insuper,
o parentes affinesque mei dulcissimi, annua-
riam ipsius S. Joannis commemorationem cele-
brem in S. Antonii templo, ubi nostrorum ca-
davera jacent, fieri. Asserunt se facturos affi-
nes, & statim S. Joannis brachio devote oscu-
lato, valedicentibus Fratribus, domum dis-
cessere. Quam puellam postea humana omnia
despexisse, parentes, propinquos, & cetera,
quæ apud mortales prima habentur, & reli-
gionem monialium iniisse accepimus. Non
enim alibi melius & latius posse rebatur ea
divina bona sumere & mereri, quæ paullo
ante meritis Mariæ semper Virginis & Joan-
nis sanctissimi degustarat.

72 Ceterum non abs re visum est in calce
miraculi contra contentiosos & perversos
quosdam [agere], qui asserere nituntur, ex
quo præfata puella non ibi in S. Mariæ eccle-
sia, ubi prius, sed hic convaluerit, Sanctos
Dei, non ubi volunt, sed ubi Deo libuerit,
infirmitatum gratiam imperrare *e*. Quod e-
quidem quam insulsum, nefariumque existat,
aliorum sit judicium. Mihi sat erit, quid hac
in re sentiam, differere, si forte sic horum
falsa refellatur opinio. Mariam itaque Virgi-
nem Sanctosque Christi Jesu omnes eadem
velle, eadem nolle, dum sunt in patria æ-
terna, quæ Jesu grata acceptaque sint, censeo:
cum idem Jesus in sacris Euangeliis sentire
videatur, dum dicit: Volo pater, ut quem-
admodum ego & tu unum sumus, ita & isti
in nobis unum sint. Eo fit, ut quidquid san-
cti viri operantur, Dei nutu, Virginisque
Mariæ tantum precibus præmissis, id agant.
Tuam igitur, o malevole & detractor, vitam,
non Sanctorum merita culpes, oro; si non,
ut tibi gratum esset & ubi velles, sed quan-
do eis lubet, & quovis gentium prodigis di-
vino nutu & auxilio inter mortales ostem-
dunt. Sed nunc ad reliqua.

ANNOTATA.

a Forum Livii *vulgo* Forli *urbs Romandiolæ sita in planitie prope montes, media inter Cæsenam & Faventiam, & utrimque decem milliaribus distat.*

b *Civitas Romandiolæ sita juxta Sapim fluvium, mœnia radentem ad pedes montis, estque inter Ariminum ad ortum, & Faventiam ad occasum.*

c Forum Popilii *seu* Pompilii, *vulgo* Forlimpopoli, *est in Romandiola inter Forum Livii ad occasum, & Cæsenam ad ortum.*

d *Puto hic per* supplicia *intelligi pœnitentias vel corporis castigationes, nisi forte hæc vox barbare pro supplicationibus aut orationibus adhibeatur.*

e *Nescio quos Auctor hic oppugnet adversarios, cum eorum assertio videatur catholica. Fieri tamen potuit, ut aliqui ea veritate abuterentur ad im-*

A
B
C
D
E
F

AVCT. HIER. RADIOL. EX MSS. ad Valumbrosanum monasterium deducitur

& revocatio ex fuga.

post variat sacerdotis conjurationes,

& monachorum preces ibidem liberatur.

quæ ultima sunt ex alio fortasse grandiori digressionem.

A *impediendas plus peregrinationes dicendo, frustraneum esse loca Sanctis consecrata adire, cum Deus, ubi vult, morbos curet.*

PARS VII.

Anus quædam Aretina,

EX civitate Aretina *a*, de qua supra verbum fecimus, mulier quædam jam in decrepita ætate constituta, tali dæmone vexabatur, ut vinctis etiam post terga manibus, vix a duodecim viris ecerrimis teneri fistique, nisi cum ingenti difficultate & labore posset. Quam rem amici una cum parentibus ægerrime ferentes, dubitare, quidnam in tanta re agendum esset; [an] eam scilicet, vi hominum conducta, traherent, seu, atroci jumento invento, eam undique vinctam desuper sedere juberent. Tandem satius visum est, mulum seu caballum ad anum deferendam conducere ad tempus, quam tot viris & sibi oneri detrimentoque esse. Inventoque itaque mulo, qui ejusdem agri ceteris omnibus viribus præstaret, ipsam funibus fortissimis irretitam ligavere desuper. Tum dæmon suis viribus usus, eam & mulum, tartareas emittens voces, adeo quatere, ut nisi ex omni multitudine, quæ ad hoc miserandum spectaculum ex tota urbe præsto fuerant, fortissimi juvenes quidam, quamcitius ad eam excipiendam prosiliissent, confractis ex omni parte nexibus, ipsam & mulum, non sine ingenti utriusque detrimento, ad terram detrusisset dæmon. Quamobrem, ut erat, atrox visum est id pessimum facinus diaboli.

quam ex hoc mox dæmon invaserat,

74 Silentium itaque triste ac tacita mœstitia ob hoc ita defixit omnium, sed mulierum præsertim, animos (nam ad id spectaculum maximus confluxerat numerus) ut præ metu oblitæ, quid agerent, quo se verterent, deficiente consilio, aliæ alias rogarent, si quid tale umquam audierint, viderintve. Cum interim magno metu quidam, huic anui non parva conjunctus affinitate, cum nonnullis primoribus civitatis se ad eum locum, ubi misera mulier prostrata jaceret, processit, moxque exclamans, inquit: O mea C mater infelix, quid tantum de te meruisti? Ubi nunc illa, qua plurimum erga inopes usa es, misericordia? Ubi nunc crebræ omnium ecclesiarum visitationes? Nonne, ut perspicio, Jesus te deseruit, diabolus vero te totam invasit? His itaque verbis omnibus lacrymæ obortæ; paullulum morati, inquiunt: Tempus in mœstitia inanibusque querelis ne teras oramus. Cura, cura quamprimum, ut ad S. Mariæ de Valle Umbrosa monasterium, si minus duci potest, multitudine juvenum coacta, trahatur vi.

ad monasterium Vallis Umbrosæ si pertrahitur,

75 Movit feroces juvenes ad opus subeundum, tum anus insolitus inauditusque casus, tum etiam viri dignitas. Quocirca, non multa oratione consumpta, anus illa catena innexa a circumfusa juvenum turba modo trahitur, modo subnixa in aerem per eorum manus defertur. His additur religiosus quidam sacerdos, qui Deo Virginique Mariæ & crebras fundens orationes, diabolo demeret vires, ipsisque opem ferret. Inter trahendum itaque ingens clamor & stupor civitatem totam invasit. Advolant igitur undique, cum viri, tum mulieres; pueri etiam utriusque sexus & ætatis, ita ut se tumultus per vicos non sustineret, sed passim urbem totam pervaderet. Quibus civitate egressis ex agris & mapalibus tuguriolisque, quibus ager ille olim refertus esse [solebat], obviam veniunt rusticolæ bubulcique omnes, rem insolitam admirantes: idem fieri, quo ibant, quoad hoc S. Mariæ monasterium petiere. Hæc ab his, qui iter una fecerant, monachis relata sunt. Addebant insuper: Quacumque iter dirigeretur nostrum, ea specie, oris imprimis pallore ac macie peremptæ [apparebat.] Cui etiam arte diaboli fœdi oculi, terribilisque ac deformis aspectus esse: deinde tartareis vocibus, senilibusque ululatibus, quos crebius emittere, omnibus terrorem ac tumultum de se dare. Fidem, ita esse eadem, quæ hoc in monasterio eo vesperi, quo ventum huc est, ageret, faciebant.

D AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

ubi a monachis exorcizatur

76 Tunc quieti pro tempore fessis locus datus est. Postridie vero summa luce celebratis officiis, monachorum more capitulis laxatis, cum ex monachis unus, cui vicissitudinario ordine dæmones conjurare officium erat, E ad cappellam, quo mulier tracta fuerat, cum cruce & aqua sale verbisque divinis expurgata concederet; præstigiis arteque dæmonis ita factum est, ut penitus anum, cunctis liberam malis, qui aderant, crederent, assererentque omnes. Quibus monachus: Cui nomina mille, mille artes nocendi; perfacile est, harum inexpertos rerum fallere. Quocirca ita esse necne ut periculum faciamus oro. Fiat, inquiunt illi. Conjuratur itaque a sacerdote diabolus, ceteris aliis orationi ac precibus devote humiliterque intentis. Quorum fide virtuteque Joannis beatissimi, mox illas dæmonis simultates & versutias, quibus in rebus parum cauti illaqueantur mortales, esse patuit.

post plurimas contumelias

77 Cum dæmon virtutem sanctitatemque beatissimi Joannis non ferens exclamaret. O cruces, o tormenta, me miserum, heu heu, atrociter torqueor! Desine, o sacerdos, desine, si qua in te est pietas! Instare tamen sacerdos, nec a pio opere cessare. Commotus quandoque cruce vexare, verbisque minacibus dæmonem sic provocare: Istac facie, istis dolis, o pessime, miseros cæcosque ludificas mortales? Abi, quo dignus es, non rediturus. Aliam te oportet, o dæmon, aggredi viam, etsi nulla sit, qua non tuis fallaciis circumieris false. Tacet dæmon, ira, non pudore ductus. Hic tamen, ut alio versum tendat, instare; minis, orationibus, conjurationibusque mixtis rem accelerare; cui dæmon haud assentire, sed totis viribus resistere: ac demum ingenti voce, cum eum amplius perferre non posset, inquit: Tuas, o sacerdos impie, conjurationes, orationes, minas, etiamsi ad vesperas deduceres, flocci facio: quamobrem si tibi alia incumbunt negotia, ea, si sapis, perage, & ab his desine tandem.

allato S. Joannis brachio,

78 His igitur vicissitudinariis controversiis jam diei hora quarta fere peracta, cum sacerdos monachus se nihil proficere, & diabolum re asperiorem, atrocioremque fieri intelligeret, anui compatiens, quæ fessa corpore, ægra mente vix spiritus vitales dare, a pio opero desistens, introque rediens, rem omnem patri abbati curat enarrare quamprimum. Mox pater abbas, convocato ea-

Digitized by Google

A nachorum consilio, imperat, in silentio pro se quisque orent. Deinde parvo dato intervallo, uti mos est, rebus omnibus diligenter instructis, foras canendo & orando proAUCT. HIER. RADIOL EX MSS. deunt monachi omnes, &, qui partem inferiorem habent, Conversi, eo, de quo supra verbum habui, sanctissimi Johannis brachium deferente; quo diabolus vehementer percussus, plus solito furens; vix mulier illa misera a circumfuso juvenum globo ita teneri, ut flexis genibus esset.

tendum dæmonium ex ea expellitur,

79 Sacerdoti igitur, in rem suam instanter iret, præcipienti, dæmon truces oculos, os spumosum, vultum anus ipsius ardentem iracundia ostentans, verbis minacibus, inquit: Non tuis, o omnium pessime, verbis, sed Dei nutu, etiam & Johannis virtute hinc paullo post invitum alio properare oporet. Nihil refert, inquit sacerdos, si dictis facta compenses; vereor tamen, ne tua soliB ta nefaria usus calliditate, & versutia, tergiversando, nosque verbis jactando, in longam moram hanc tuam protrahas fugam. His diabolus subridens, pallulum moratus ait, Velim, nolim, abeundum est. Diutius enim hic esse, etiamsi sit voluntas & cupido, Dei virtus prohibet. Tui egressus signum des, ne amplius frustremur, te, inquit sacerdos, conjuro. Dabitur, dæmon ait, quamprimum, illicoque anus ipsius solea uno exuta pede, extra valles, qui capellam una ex parte muniunt, diabolo volente, cum admirarentur quidnam actum esset de ipsa, qui aderant mortales, inventa est.

dato discessus sui signo.

80 Exinde majus datum, Deo volente, signum: Dum enim in rem suam malam iret dæmon, ceu fumus ex ore mulieris visus est diabolus paullatim superiora & aerea petere. Proh bone Jesu! mirum quantum stuporis admirationisve hoc prodigium omnibus, qui aderant, dederit; præsertim quia alias Aretini illi simile viderant nec audierant. Gratias itaque ingentes Deo, Virginique Mariæ & S. Joanni agentes, auxilium precibus exposcunt, uti volentes anum ipsam seque & Christianam religionem sospitent universam. Demum valedicentes Abbati ceterisque, læti ad Aretinam civitatem contendunt. Anus illa non immemor beneficii, sibi perpetuum in S. Joannis Gualberti vigilia indixit jejunium. Ad hoc addidit etiam ut annuatim pedester *b*, sin minus ob ætatem id munus obire valeret, comparato sibi jumento, equester ad hoc S. Mariæ monasterium, comitantibus nonnullis cum viris tum mulieribus, sanctitate Joannis imprimis, deinde mulieris nobilitate compulsis, in ipsius festivitate contenderet: eo ducta amore divino & Joannis sanctissimi beneficio, ut nullam molestiam, nullumque laborem, sed voluptatem potius, jejunium iterque asperum afferrent. Verum nunc ad reliqua. Nam Joannis sanctissimi miracula prodigiaque stupenda sese nobis catervatim offerunt.

Joannes quidam, a dæmone afflictus,

81 Joannes quidam, non infimo loco natus, qui hospitium in loco, quod Malmantile *c* dicitur, ab urbe Florentina non multum distans, hereditario jure habebat, a pessimo dæmone, ut deinde a re ipsa probatum est, captus, a suo germano, strictus undique funibus, in atroci etiam positus jumento, ad hoc S. Mariæ monasterium, comitantibus ex affinibus & clientibus nonnullis, nostra tempestate deductus est, cum antea Passinianum monasterium, ubi S. Joannis, hujus Religionis auctoris, corpus honorifice requiescit, adivisset, nec ea, quam optaverat, sospitate esset potitus. Cum vero in his, quæ diabolus suis hic dolis gesserit, quod sane faciendum esset, nolim immorari, nam tempus profecto maturius, quam res me deferet; juvat tamen non præterire, quam callide astuteque monachos decipere tentaret, cum eum flexis genibus supinas ad Deum manus tendere, ac instantia frequentiaque orationum prolixarum Deum, Virginemque Mariam fatigare, Joannem præfatum in ecclesia, monachis Officium intente psallentibus, hisque eum admirantibus, permitteret.

post varios ac crebros

82 Verum cum monachi, divino celebrato Officio, signum crucis in eum ederent, tum, qui esset, apparebat, cum probe ut amens consternatus a loco suo humique prostratus exclamaret. Ceterum cum hoc in loco etiam, nescio qua gratia, multis diebus, orantibus, & conjurantibus monachis, pro sui valetudine recuperanda frustra consumptis, nihil proficeret, ne inane tereretur tempus, hoc nobis ægerrime ferentibus, Romam, nequid ob sui bonam valetudinem recuperandam prætermitteret, alter frater contendere statuit. Ubi igitur Romam venere, columnam, cui Jesus Christus hærens, dum prædicare solitus erat, ingressus [est] imprimis, si forte incolumis fieret. Verbum ubi id parum procedere cognoscit, bonorum consilio omnia experiri malens, cunctas, quæ Romæ sunt, ecclesias Sanctorum reliquiis celebratas, devotissime perlustrans, non modo fratris sospitatem invenit, sed diabolus, ubi ex ecclesiis cedebatur, indies fieri ferocior.

& Sanctorum reliquias visitavit,

83 His rebus asperis alter frater non perturbari, sed Deo gratias agens fortemque animum gerens, statuit quovis modo operari, ut ille pristinæ redderetur sanitati. Ad Aquilensem *d* ergo urbem, ubi S. Bernardi *e* Minorum Fratrum corpus honorifice quiescit, quia, ut fertur, illic Jesu Christi gratia plurimis pollet miraculis, contendunt. Ibi etiam incassum cum tereretur tempus, divinis confidens beneficiis, alia, quæ per Italiam fama clarissima sunt loca templaque, adiens, fratrique sospitatem non dari intelligens, nullum ferox vel malum verbum edens, domum redire parat. Igitur cum redirent, ubi ad id loci ventum, quo olim Hannibal, ut memoriæ proditum est, suorum castra, cum Romam contenderet, posuit; qui locus nunc Lancisa, propter saxa tunc a suis incisa ad paludem exsiccandam dicitur *f*: dixit ille, quem dæmon vexarat acriter: Mi frater, en iter, quod ad monasterium S. Mariæ de Valle Umbrosa dirigitur. Quid tum alter frater: Quid tum? Ut eo contendamus. Satis superque satis, inquit ille, aliis nobisque tædio, molestiæ onerique fuimus; quamobrem inceptum domum nostram versus iter peragamus oro. Non ita frater, non recte sentis profecto: persuadeo enim, me S. Joannis precibus, cui magnopere credo, incolumem evasurum. Iesu bone, quid vera sanctaque fides, humanis insita pectoribus ad varias gratias impetrandas valeat possitque, cum unaquaque in re bona vel sospitate

A tate obtinenda cognoſcatur, tamen in hoc liquido patuit.

Invenit Joannes Gualbertus,

34 Cum enim hic totam, ut incolumis eſſet, Italiam petierit ſanctaque loca adierit univerſa, quodque optabat, haud impetrarit; dum cum germano bona fide dat mutuo accepitque verba, ex jumento prolapſus, inter fratris aliorumque manus excipitur, humique ſenſim ponitur: ibique, veluti ſpiritibus vitalibus cunctis deſtitutus, proſtratus jacens, non longam ſic trahens moram, Deo gratias, Deo gratias, bis iterata voce exclamat: ecce convalui, quid timeo, quid jaceo, quid differo beatus ego! His frater auditis, in fratris oſculum geſtiens prorupit. Clamor inde comitum præ gaudio, concurſuſque hominum illuc, mirantium quid rei ſit. Surgunt ambo; lacrymis obortis inquit ille: Equidem hoc meo fratri conſtat ſatis, quantum ceteris in Beatorum vita præſtet Joannes Gualberti ſanctiſſimus; cum univerſam, ipſo a dæmone capto, perluſtrans Italiam, omnium loca Sanctorum, B quæ noſtra memoria fama ingenti & glorioſa perfulgent, ediverim devote, nihilque ulla in re profecerim, nunc, quod minime ſperabam, eo tantum invocato, cælitus nobis auxilium ſua ſolita pietate mittere dignatus eſt.

ſoſpes evadis,

35 Deinde ad fratrem converſus, ait: Ecce ſoſpitatem tibi precibus Joannis ſanctiſſimi redditam, mi frater: me dubiæ fidei & modicæ pœniter, qui tibi parum fidei adhibendum eſſe [duxi.] g Deſino, & Deo o- g mnipotenti, qui nos creavit redemitque, & Virgini Mariæ matri ejus, ſanctoque Johanni, quam maximas, quam ingentes, pro tanto talique beneficio in nos collato, ob tuam valetudinem ago gratias, agamque ſemper: Sæpiſsenim mihi, cariſſime frater, dum atrociter torquebaris, & quærentibus nobis, nullum de cælo daretur auxilium, hæc mecum tacitus: Heu heu, in hoc me vita infelix traxit, ut fratrem meum, non in ergaſtulo clauſum, non exulem, non gladiis hoſtium pereuntem, non atroci morbo aliquo confectum, C ſed in mœrore & luctu a dæmone inique poſſeſſum, morte graviorem vitam viventem video: & quod me male ſemper habuit, præſens periculum, quod animæ imminebat. Jamjam frater animo meo cariſſime, ex quo meritis Johannis ſanctiſſimi ex tot ærumnis & miſeriis evaſiſti incolumis, neque etiam, in tanta mala præcipitatus, tua ſoſpitate feciſti beatum. Nunc profecto, Jeſu bone, ſi tibi hoc animo ſederet, mori liceret, ne iterum ægritudo aliqua rerum humanarum me ſpectaculum præbeat. Eumque deinde amplectens & oſculans, ab omni turba hominum comploratio ea miſerabili oratione hiſque geſtibus orta eſt. Demum ad hoſpitium inclinati, ſumma cum lætitia ſumpſerunt cibum.

& ingratiarum actionem monaſterio Valumbroſæ dona largitur.

36 Cum iter ſumpto cibo, quam viam aggreſſuri eſſent, haud adhuc ſtatuiſſent, ad Vallem Umbroſamne, an in patriam contenderent, præſertim, ut dixi, cum varie ſentirent; Johannes ſic adorſus eſt fratrem. Ex quo, mi frater, de itinere ſumendo, longe aliena tibi mens eſt, ſaltem in hoc mecum ſentias volo, ut gratuito libentique animo, ne ingrati erga S. Johannem ſimus, qui nobis in tempore opportuno opem tulit, quo ipſe uſus in hoc itinere, mulus Valimbroſano monaſterio dono detur. Non multus D tantum, inquit alter frater, verum pro religione proque ſalute animarum noſtrarum ducenti aurei ad illius monaſterii ſumptus augendos, ut de religione tam bene merentibus monachis penes Jeſum gratiores acceptioreſque ſimus, in Florentino monte ea lege, qua cives jus edi voluere, ponantur ex his bonis, quæ nobis paterno hereditarioque jure probantur eſſe. Hoc totum conſilium, tuamque ſententiam probo & laudo, mi frater, ut vitam illam immortalem, glorioſam ſervis Dei eleemoſynam Dei amore tribuendo, nobis vindicemus. Sicque rebus compoſitis, læti domum diſcedunt. Quos annuatim inſuper S. Johannis feſtivitatem celebraſſe, dum vita eis fuit mortalis, accepimus. AUCT. HIER. RADIOL. EX MS.

ANNOTATA.

a Aretium *vulgo* Arezzo *urbs Hetruriæ ſita in monte, & vix tribus milliaribus diſtat a Clani palude, quæ paulo infra in Arnum fluvium ſe exonerat.* E

b Pedeſter *de viro tantummodo dicitur; ſed hos aliosque ſolœciſmos ſubinde occurrentes annotare non vacat; modo ſenſus intelligatur.*

c *Is locus in cuſtodiis mappis geographicis aſſignatur incluſus inter fluvium Arnum, ac civitatem Florentinam; & finis ad montes, qui Florentiam inter meridiem & occaſum cingunt.*

d *Urbs Italiæ, Aprutii ulteriori caput, quæ Roma diſtat 60 millibus paſſuum in ortum æſtivum.*

e *Recens tum erat Bernardi ſeu potius Bernardini Senenſis memoria, utpote qui obiit anno 1444, & a Nicolao V relatus eſt in Sanctorum numerum anno 1450.*

f *Quidquid ſit de loci hujus etymologia, puto eumdem deſignari, nempe* Anciſam *vel* Lanciſam, *de cujus ſitu paulo ante egimus.*

g *Hic ſenſus omnibus reſtituendus fuit; alioquin in noſtro Ms. nullam habebat ſignificationem. Idem alibi ſubinde factum fuit, ut ex uncis patet.* F

PARS VIII.

Vir quidam captivus

PRocerum quemdam ingentique corpore, virum, cui obſita ſqualore veſtis, promiſſaque barba, inſuper & capilli incompti efferaverant ſpeciem oris, huc, nullo comite, contendiſſe vidimus. Qui quidem prima facie, ut inſanus a nonnullis, qui foris erant juvenes ſæculares & converſi, pro ludibrio habitus eſt: ſed cum demum ipſe verbis rebuſque certis ſigna miſeri, non inſani hominis daret, ſe nutu divino hunc locum ſanctiſſimum, ut incolumis a ſpiritu iniquo, qui eum vexarat diu, evaderet, petiiſſe; ſciſcitantibus illis, unde id ſibi malum, unde ille habitus & corporis deformitas; inquit: Me miſerum bello Brutio *a*, quod his proximis annis in Flaminia *b* crudeliter ac iniquo geſtum eſt, propter populationes agrorum non modo fructu carui, ſed villa incenſa eſt; inſuper, direptis omnibus pecoribuſque abactis, tributum etiam iniquum meo tempore imperatum ac alienum feci. Quamobrem a creditore non in ſervitium tantum, ſed in ergaſtulum & carnificinam ductus [fui;] quo in loco

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

clausus in tenebris cum mœrore & luctu annos exegi quamplures : inde hic habitus & hæc deformitas corporis, unde vero in diaboli devenerim possessionem, etsi pudet; dicam tamen.

obliqua-mus alia-que procer-to a dæmone pos-sessus.

§8 His equidem circumventus, quæ dixi, malis, cum impatienter & egerrime, magis quam Christianum deceat, varios acerbosque fortunæ casus haberem, neque aliquem jam per tot annos mei misereri perciperem, ira in furorem versa, Christi religionem præter morem detestari, in alios cum servos tum socios, qui una nexi clausique tenebantur, debacchari ; in me pestem perniciem superi atque inferi converterent, precabar; totus denique insanire, nil pensi, nil moderati habere. Hanc insaniam & intemperiem qui aderant, admirantes, meque a dæmone possessum, ita ut erat, sibi persuadentes, domino ceteris nunciant quamprimum. Ille imprimis hæc vera pro fictis falsisque reputans, meque ea, ut egressui locus facilis daretur, fingere asserens, eis haud assensum præbuit. Tandem vero cum hi & alii, qui stupore percussi, illuc, ubi carcere detinebar, properando veniebant, hæc eadem sibi sæpius dicendo iterarent, flexit animum suum, & cum quibusdam lictoribus ferox carcerem adiens, atroci vultu verbisque minacibus inquit : Tu his fictionibus, insaniis, debacchationibusque, hoc carcere, his nexibus, nisi fœnore soluto, evasurum existimas? Ha quam falsus animo es? His acriora, si perrexeris, mihi hercle dabis tormenta. Quamobrem, si sapis, his finem impone, æreque alieno te liberum redde. Cui ego : Cur domine mi, in me voces, indecora, probrosa objicis verba? Non enim ut putatis, hæc, ne æs alienum reddatur, ago. Invitus in hanc interdum, meis sceleribus id exigentibus, devenio insaniam. Qua tamen insania sæpius gloriosissimæ Mariæ semper Virginis, [intercessione] cui magnopere animam corpusque meum commendo, ut nunc, liberor.

et d. suas domui,

§9 His igitur verbis precibusque circumstantium, cum iræ ipsius resedissent, motus pietate, me, vadibus tamen datis, ergastulo liberavit. Hunc vero locum petere cum Virginis Mariæ pietas, tum rumor devotionis & sanctitatis ejus me, desertum ab notis & amicis, eo invito, qui me nunc premit diabolus, coegere. Quocirca magnopere hortor vos ; ut me intro ad ecclesiam ducere velitis : nihil enim usquam mihi tutum, nisi Sanctis in locis arbitror. Hæc igitur diabolus ægre ferens, omnibus audientibus, inquit: Quamdiu, o omnium pessime, aburesis patientia mea? Hactenus pius in te, posthac impius existam, ingratissime. Vos, qui adestis, cui mea præstiterim beneficia, animadvertatis, oro. Deinde usque adeo miserum agitabat, vexabatque hominem, ut non magis in eum prosilire, quam inde cedere omnes timor suadebat.

Vallem Umbro-sam adit.

§10 Tandem animi viribus recuperatis, globo juvenum facto, quam caute quamque velociter possunt, in eum, qui Virginis Mariæ auxilium subsidiumque assidue petebat, irrumpunt ; eumque compressum, torveque clamantem, manusa tergo devincientes, trahunt celeriter intro. Qua re insolita, cum utrimque oreretur clamor, concursus Conversorum aliorumque, qui tunc foris & domi variis incumbere rebus, fit in ecclesiam. Abbas vero aliique monachi, qui tunc in stationibus dispositi ad orationes Jesu fundendas, seu aliquid aliud agendum erant, hoc clamore excitati, extemplo, quid hoc sit, pejora verentes, inquirunt. Ceterum, causa cognita, jubet Pater rem per monachum tentari, insanusne, an dæmonio captus esset homo ille. Tum diabolus, cruce conjurationibusque adhibitis, necessitate etiam ipsa cogente, tentare ultima : cum illi misero multo majores solito vires administraret, facto impetu, vir ille e manibus tenentium prosiliens, ceteris eum insequentibus & indesinenter Jesum Virginemque Mariam pro se orantibus, foras prorupit sese.

& diabo-lo fugam fundenti, erupit,

§11 Cum vero ad quercum, rigidamque miræ magnitudinis & ingentis roboris [arborem, quæ] late umbram ramis diffusis undique præbet, nec a monasterio multum distat, anhelans cursim deveniret, fessus resedit solus, diabolo jugiter verbis supplicibus, orante ut domum, ex qua eo volente evaserat, repeteret suam, hæc inter alia differens : Nosti peroptime, mi Juste (nam Justo ei nomen erat) quam domi forisque erga te in Christianis ritibus exercendis, in supplicibusve agendis benignus humanusve extiterim ; nunc ob hæc facta abs te qua gratia sperner, cur his in locis tam atrociter tamque dure crucier, nescio. Carpe igitur iter, quam cursim vales, domum versus, & nihil vereare ; nam te tutum securumque domi sistam : Miseret me tui, qui ultro cruciatus inquiras, dum in patria laute læteque, me volente, vivere possis. Ha omnium hominum seductor, inquit Justus : Ego tua & non potius Virginis Mariæ immensa misericordia ritus exerceo christianos, Jesuque legem servo? eapropter tace, tuisque fucatis verbis ne me eneces, oro.

qui ubi eum mi-sere tor-queri,

§12 His ille commotus, hunc Justum atrociter torquere : ille millies geminando Jesu Virginemque Mariam, ut sibi opem ferre dignarentur, exclamare. Hæc iniqua in miserum hominem illum a diabolo machinata : nam eum sæpius ad terram ingenti cum ipsius dolore trudere ; & pia, quibus ipse Justus in Virginem Mariam utebatur, verba lacrymas omnibus qui aderant, (aderant enim complures) concutere, eique auxilium ferre, sed quisque parti suæ timebat optare. Demum Jesu Christi gratia, diabolo viribus demptis, miser ille sudore lacrymisque oppletus, humi consternatus jacere. Qui vero procul timentes aberant, ad eum tumultuario cursu erumpentes, ad hospitale subnixum detulere intro, eamque, quam poterant, Jesu amore misericordiam exhibentes. At paullo post miser ille, quasi a somno excitatus, suas secum æruminas, utpote sanæ tunc mentis, reputans, ejulatus, complorationes, nullas tamen voces indecoras, edere; sed Jesum Virginemque Mariam laudans, se nocentissimum, atrocioribusque dignum dicebat.

qua re motus abbas, cum in monaste-rio occe-pit ;

§13 Quibus rebus abbas, ceteriique omnes, cum monachi tum conversi, misericordia moti, quia parum conjurando vel orando procedebat ; eum tam diu domi esse statuerunt, quamdiu convaluisset. Hac gratia tamen, ut quotidie prolixis orationibus & conjurationibus tum private tum una dæmon ingentibus affi-

A afficeretur tormentis. Inerat profecto huic Justo inter ceteras animi & corporis virtutes, ut quoties glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ ſanctique Joannis precibus, quibus ſuam jugiter animæ & corporis ſoſpitatem, ut dixi, commendabat, paullulum tali levaretur morbo, nullum ſibi vacuum tempus permitteret, quin manibus aliquid operaretur, tum hortulos fodiendo, tum ligna incidendo, tum aliud, ſi imperaretur, operando. His itaque abbati ac ceteris non avaritiæ ſed virtutis gratia brevi carus acceptuſque fuit, ita ut fere tres menſes, ſolus tamen in hoc S. Mariæ monaſterio vitam deguerit ſuam; in quibus etſi multa digna memoria egerit, tum quia nos alio properare tempus monet, illuſtriora quædam paucis aperire ad aliorum exemplum viſum eſt utile, ut intelligant omnes, quanti penes Jeſum Sanctorum & præſertim Virginis Mariæ preces ſint.

94 Cum igitur, ut ſupra dictum eſt, eum diabolus ira commotus ſuffocare voluiſſet ſæpius, nec tamen, quia ipſe auxilium Virginis Mariæ ſanctique Joannis impetrare, valuiſſet, ſtatuit dolo arreve aliqua, quoquo modo inceptum ſuum perficere. Cui cum minus ſui ſuccederent doli (nam frequentes monachi eum adire, quibus viis præſtigias diaboli modoſque nocendi vitaret, edocere) hac tamen tandem calliditate eum ſub voluptatis ſpecie fefellit: Feſtus enim die quadam in hortis colendis, cum ſolus ſub arbore, quæ ceraſus dicitur, ad caloris ardorem vitandum ſederet, tum omnium hoſtis diabolus, humani generis ſeductor præſto affuit, ſuum imprimis animum ad ceraſa legenda inclinans: quod profecto non difficile fuit; præſertim quia matura ſolent cujuſvis animum ad ſe allicere. Ea propter, quo voluit, miſerum illum impulit. Nec hoc, quod naturale eſt, diabolicum dicere auſim, niſi me rerum mali exitus docuiſſent.

at vir ille fraude dæmonis

B

95 Aſcenſa arbore non tamen ſine difficultate, ut qui viderant, retulere, blandis primum dæmon verbis, ut ſe deorſum jactaret, hortari. Ille vero, præſens periculum verens, haud

in vitæ diſcrimen adductus

C aſſentiri. Dæmon iterum rem tentare; ille inſtitutum ſuum ſervare. Intelligens itaque dæmon ea ſe via nihil proficere, eum hac cum exprobratione vehementer quatere: Modo peribis, peſſime; te enim ingenti cum impetu ita deorſum trudam, ut te prope exſanguem ac ſemianimem, ut meritus es, illis tuis, quibus confidis, reddam. Juſtus autem ille exitium tum animæ tum corporis eo in diſcrimine timens, arboris truncum manibus apprehendens fortiter, Virgo Maria, fer opem, S. Joannes ſerva me! geminando ſæpius exclamare: Diabolus contra voce majore intonare. Modo, modo peribis; una tartareas petemus regiones; ergo monſtrum hominis tace. Ille exclamare, ut ſupra; hic autem: Peritura tace.

96 Ad hoc tam miſerabile inauditumque ſpectaculum, dum hi duo inter ſe ita diſpares litigant, concurrere hinc inde multi, qui re inaudita, nec ab eis viſa iniqua, ita rigidi, ita ſtupentes effecti (ſunt,) ut vix dare vocem, vix Jeſum, vix Virginem Mariam, miſerorum omnium ultimum ſolamen, invocare poſſent. Demum diabolus, deſuper Joannis ſanctiſſimi gratia operante, victus, confuſus, deſpectus, miſerum illum, jamjam tum timore tum labore extrema petentem, aliorſum tendens, in arbore miſerabiliter pendentem reliquit. At noſtri curſim ſcalas arbori hærentes eum ſudore toto corpore manantem depoſuere, ſibique naturales ſenſus parumper recipienti ajunt: Vide infelix, quid agas: poſt hac noli te periculis, niſi incolumis fias, exponere, nec deinde etiam credere: ut tecum, in quo diſcrimine nos etiam eſſemus, animadvertas, oramus; ſi quid adverſum tibi, quod Dominus Jeſus avertat, eveniret.

§ Joannis Gualberti ope juvatur,

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

97 Deinde patris abbatis præcepto dedere operam omnes, ut ſi quis eum procul a monaſterio reperiret, blanditiis dulcibuſque verbis reduceret domum. Ad hoc addidere & illud, quod multo ſalubrius fuit, necubi ſolus contenderet; & ſi monaſterium juxta, hortulos [coleret], vel aliud manuale ageret opus, ſemper ſocios adeſſe quamplures: unum enim vel ſolum tantum non ſibi ob dæmonis rabiem credere. Cum hæc gratia & amore Jeſu, ut cetera, in Juſtum hunc, ea qua poſſet

Denique poſt ſodalium abſentiam eorum,

D

E

ſagacitate & cautela, a noſtris, ne miſer ille funditus arte diaboli periret, fierent, forte accidit, ut non longe a rupe, quam noſtri Riſſonchiariam dixere, ſemper ipſe una cum ceteris neſcio quid in agris excoleret.

98 Verum ita, ut ſit interdum, ſociis alteri rei oppido intentis, præſtigiis diaboli obſervato diligenter tempore, curſu quam rapidiſſimo hac gratia, ut deorſum ſe mox daret, rupem illam aſperrimam petiit. Cui, diabolo frequenter orante, ut rupes una ſe dejiciendo peteret, Virginis Mariæ ſanctique Joannis auxilium opportune non defuit, & ne lectorem prolixo ſermone detineam, ut paullo ſupra in ceraſo arbore, ita & hoc in loco {factum eſt,} longe majori tamen imminente periculo: Nam ſaxum valde præruptum etiam tempeſtate noſtra aſpicientibus terrorem incutit non parvum. Diabolus, ut ipſum perderet, precibus, minis, vi, qua via, qua arte potuit, nihil intentatum reliquit; adeo ut ſæpenumero cuidam ex noſtris converſis, cui nomen Antonio, qui tum his in locis ſaltuoſis porcorum greges paſcebat, viſum ſit, ipſum Juſtum verſis pedum veſtigiis a dæmone ad ima detrudi.

& variis dæmonis tentationibus

F

99 Exclamat pro timore converſus ille: huic & Juſti & dæmonis horrendi etiam addebantur clamores. Operæ pretium erat modo una, modo ſeparatim, illorum varias accipere voces. Fuit ſubitus illuc noſtrorum concurſus: nam diu inter denſiſſimas rupes & humillimas arbores, quibus paſſim hæc abundant loca, quærendo erraverant. Inſuper & aliis his clamoribus exciti, advolant quamplures: fit numerus non parvus. Cum ex tanto numero, diabolo minas & terrores incutiendo & minitando frequenter adire audet nemo. Ceterum cum dæmon longius & acerbius, ac rati eſſent, certamen tam iniquum produceret, quamprimum patri abbati rem nuntiare curant. Cum ille in re tam atroci, tam ancipiti, quid agere, quo ſe vertere neſciret, divinum auxilium ſtatuit inquirendum.

& certaminem,

100. Convocatis igitur quamprimum in u-

AUCTO. HIER. RADIOL EX MSS.

monachorum precibus

A num monachis, inquit: Quo loco res noſtræ ſint, dum rebus piis, Fratres, proſe quiſque incumbit, ut Juſtus ille incolumis evadat, juxta mecum intelligitis. Dum enim ex alto Jeſu Chriſti præſidia operimur, vel noſtris vel ſuis hoc ſceleribus exigentibus, ut in noſtrum dedecus verteretur, eum ſæpius dæmon ſuffocare annixus eſt. Nec enim adhuc Virginis Mariæ & S. Joannis precibus tam atrox tamque peſſimum facinus, etſi etiam in præſentiarum ſimul, ut accepimus, certent, diabolus perpetrare valuit. Quocirca pro tempore proque rei atrocis cauſa ſanum hoc reor & utile conſilium fore, ut, diaboli fractis viribus (quia cum rem cum dæmone habentem adire audet nemo) per hos tres dies futuros preces ſingulares communeſque, ea, qua poſſumus, devotione, corde humili & contrito agantur, ne noſtra ignavia fiat, quin minus ſalvetur. Si evenerit, ut S. Joannis gratia priſtinæ reddatur ſanitati, lætus & incolumis ; ſin minus talis, ut huc venit, ita in

B ſuam concedat patriam. Placuit omnibus decretum hoc, ſed præſertim ſenibus, quorum mentes, ac juvenum, ſaniores ac rectiores exiſtunt ſemper. Fit igitur, ut abbas pater cenſuerat: quotus enim quiſque * in religione ſervens eſſe, omni ſtudio pectoreque toto ſuam orando, jejunando virtutem oſtendere.

* an non unuſquiſque?

ad S. Joannem fusis liberatur ;

101 Ceterum inter hæc ſpes abbati, ſimulque cura major creſcere, nuntio accepto, Juſtum illum adhuc cum dæmone certare ; nec tamen illi, ſuiſque hac mora ſpem deeſſe. Sciebant enim plus miſeri hominis fide, quam eorum, meritis, ſibi Chriſtum Dominum clementiſſimum auxilium, etſi differret, quandoque laturum. Cum igitur domi foriſque pro ſe quiſque cum diabolo orando certaret, tandem Dominus Jeſus pauperum deprecationem exaudiens, S. Joannis precibus factum eſt, ut a diabolo non ad tempus, ut alias ſemper, ſed perpetuo Juſtus ille, monachis etiam abſentibus, & orantibus, mundaretur. Hinc quam Domino Jeſu carus acceptuſque fuerit Joannes ſanctiſſimus, admiratio omnium teſtabatur: cum inde [ad] monaſterium contendens Juſtus ille Joannis ſanctitatem laudando ad ſidera extolleret.

C *quem affines diu fruſtra quæſivere,*

102 Vix monaſterium, omnibus aliis favore ingentique gaudio paſſim comitantibus, petierat; cum quidam ſui affines feſti laſſique ſupervenere ; qui benigne gratanterque habiti, noſtris percunctantibus, unde, quive eſſent, quove tenderent (nondum enim Juſtum illum, quia alibi reſederat, viderant) illi inquiunt: Regio Flaminia eſt ; inſanum quemdam, ſeu a diabolo male detentum virum, Juſtum nomine, ea inſania æſtuantem, domo nocturno tempore abeuntem, diverſas regiones & loca anxie, diu inquirendo luſtrantes, indicium veri tandem non procul hinc comperimus, eum (quia & alii eodem modo laborantes huc gratia ſoſpitatis recuperandæ petunt) forte hoc monaſterium, divina gratia præeunte, adiviſſe : eo, ſi quid indicii vos tenet, quia nos maximæ premunt curæ, certiores reddatis, oramus. Reſpondetur a noſtris : Abeat metus omnis, ſedentur curæ : præſens eſt & incolumis, quem fatigati diverſa loca petendo quæſiviſtis.

D *ſospitem invenius.*

103 Repente itaque inter omnes ingens gaudium exoritur : advocatur Juſtus ; venit illico : adventu ſuorum lacrymæ obortæ, datis inter ſe acceptiſque dextris. Non longo temporis facto intervallo, nequid inſidiarum, diabolo fallente, niſi cum S. Joannis brachio ſacratiſſimo periculum fieret, remaneret, itur in eccleſia, fiunt preces, fraus nulla, nullum diaboli præſtigium vel ſignum in eo intelligitur : inde monachi læti omnes. Juſtum paucis abbas hortatur : Tanti beneficii, Juſte, voſque pariter omnes, ſi, ut puto, viri Chriſtiani eritis, domi, foris, rebus publicis & privatis & quidquid caſus evenerit, vos numquam fore immemores mihi perſuadeo ; ne ſitis, oro. Nam, ut alia beneficia omittam, quæ Dominus Jeſus per Virginis Mariæ & S. Joannis merita in hunc operari dignatus eſt ; hoc mihi & omnibus, qui ſanum ſapiunt intellectum, maximum

E videtur, & eſt profecto, eum ſolum tali tantoque diaboli morbo affectum, quo nihil pejus, tot tantas luſtraſſe regiones, tot per loca invia & incognita adiiſſe populos, demum hæc ſaltuoſa & arduâ petiiſſe incolumem & ſecurum.

æstu gratiis, in patriam reducunt.

104 Multos dæmoniis aliiſque morbis peſſime affectos huc contendiſſe memini : ſed huic ſimile nec audivi umquam, nec vidi. Quocirca, nec memoria veſtra hæc excidant, vehementer rogo. Tu vero, Juſte, poſthac, utcumque fortuna ceciderit, quis tibi caſus atrox & malus, quem Jeſus avertat, evenerit, nullas in Deum voces indecoras edas : ſed te talem exhibe, ut labores, inedias, cruciatus omnes propter Jeſum, qui te intolerabili cruciatu & turpiſſima Crucis morte redemit, tolerare velis. Cui ille : Mandata Dei omnipotentis, quantum in me erit, ſtudio, labore tenebo obſervaboque : ſancti vero Joannis beneficia in corde, in ore, in oculis, ſemper habeam, curabo. Vobis vero pro tanta, qua in me uſi eſtis, benignitate & clementia, Dominus Jeſus præmia digna ferat. Inde omnes, ſe benigne acceptos [fuiſſe, teſtati,] gratias agunt, & in patriam, virtutem Joannis ſanctiſſimi ubique prædicantes & extollentes, concedunt.

F

ANNOTATA.

a *Non invenio, quodnam fuerit iſtud bellum Brutium, niſi forte per illud intelligat bellum civile a plebe geſtum : Nam nomen antiquum Brutiorum, in Romana hiſtoria notum, poſtea attributum eſt infimæ ſortis hominibus, qui ſervilibus operibus addicebantur.*

b *Regio Galliæ Ciſalpinæ ſive Æmiliæ, quæ nunc* Romandiola, *vulgo* la Romagna, *dicitur. De ea etiam alibi egimus.*

PARS IX.

a Sacerdote ab furiosum a dæmone poſſeſſus,

PLebanum quemdam S. Joannis oppidi a, in ſuperioris Arni Valle ſiti, captum a dæmone, ad hoc S. Mariæ monaſterium vinctum atque tractum accepimus. Sciſcitante igitur ſacerdote monacho, ceteris metu percuſſis : Unde hæc tibi audacia, o dæmon, [ut] presbyterum, ſacris imbutum, Deo præſente

Digitized by Google

A sente offerentem sacrificium, ingredi sis ausus. Cui dæmon [dixit,] satis illum diu per licentiam nutu divino, facinoribus omnibus coopertum pertulisse; se nunc ob furtum, paul-
b lo ante in S. Maria nova b hæ! inique perpetratum, non ut sacerdotem, sed ut nequam terrumque hominem possidere. Ille enim recte dicitur sacerdos, qui se ut sacerdotem decet, gerit: ubi enim a bono homine consuetudine mala in pravum abstrahitur, desinit esse sacerdos. Est enim sacerdotis sacrilegium agere, altarisque dona furtive, clamve, vel quovis modo diripere? Moxque male ablata in suum restituat locum, deincepsque
& confessus crimen libe-ratur. cavear; nos vero sine strepitu absque rumore ullo alio contendemus. Si minus certamen in nos precesque funduntur incassum. Ergo non unus, ait sacerdos, sed plures estis.

106 Tum dæmon conticuit, nec ultra ab ipso sacerdos monachus precibus vel vi verbum ul-
3 lum valuit exsculpere: eo rem diremit: conjurationem vero in diem posterum statuit differre. Interim ipse quam maxime occulte, ut religiosus talis negotii artifex, rem a plebano, ut diabolus dixerat, ita esse cognovit: quem his verbis castigans ait: Ha infelix, qua audacia hæc nefariam tentare voluisti, cum sis ipse sacerdos? Vide posthac caveas, ne aliis majus atrociusve de te exemplum detur. Additur verbis miraculum: qui enim captus, totoque corpore vinctus huc contenderat, data fide, quidquid indigne abstulerat, redditurum, honestumque [quod] foret posthac facturum, liber incolumisque cum suis domum concessit propriam: adhuc etiam illum, quem præ se ferebat, in vultu & facie servans pallorem.

107 Ex Aretina civitate germanos tres,
Aretium quidem, quorum unum a dæmonio captum constabat satis, hoc S. Mariæ monasterium adiisse accepimus. Ceterum operæ pretium est, quibus artibus, quibusve fallaciis diabolus miseros mortales subducere tentet, diligenter advertere. Nam cum prima conjuratione discessum more suo simularet dæmon, etsi a monachis [ut] caverent, edocti [essent socii], tamen in re parum cauti, quo vellet, liberum ire permi-
C serunt. Imprimis lassitudinem fingere, si quis tamen observaret, fallere, lentis gradibus ire: demum ubi suos mente cum oculis deditos alio intelligeret, & jam tenebris paullulum exortis, ex composito dare in pedes quantum quibat: frutetis vero arbustisve vel spinetis, quibus hæc loca passim abundant, minime impediri. Nam non recto tramite, sed per devia inculta saltuosaque loca cursim iter arripuerat.

108 Cunctantibus suis, eumque nusquam gentium (exploraverant enim omnia diligenter) reperientibus; rem, uti erat, [nempe] ipsum quam raptim fugam parasse, persensere tan-
Diabolo impel-lente, fugit a Valle Umbrosa; dem. Eo expediti, arma celeriter arripere, etsi nox tenebrosior solito, id, quod lucis esse potest, cælo undique nubibus obscuro, negaret, tamen Jesu Virginique Mariæ matri ejus ex intimis cordis in re tam atroci se commendantes, alii alio, quo sibi persuaderent eum tenuisse, nocte tota palantes errantesque, nemus omne undique lustravere. Igitur primo mane (non sine numine divino actum) quidam ex iis S. Hillarum c, hujus S. Mariæ monasterii locum pe- AUCT. nes, errando vagantes, rusticum quemdam HIER. obvium habuere, qui necessitate urgente an- RADIOL. te lucem iter pontem Arrignani juxta, ubi EX MS. miser ille insania ductus volutabatur arenis, c habuit. Quos errantes armis ante diem admirans, horrore perfusus inquit: Eja quo tenetis iter? Hic repentinus, citus nocturnusque cursus quid velit, si menti est, declarate. Vix pauca hæc illi, nocturno labore diurnoque dolore affecti, dedere. Hei miseros infelicesque supra omnes mortales! nos germanum, a dæmonio captum, qui incaute a nobis ex Vallis Umbrosæ monasterio abiit, somno itineribusque asperrimis attriti, errando per loca invia sequimur; quo iverit, ignoramus penitus: ita enim variis curis anxietatibusque afficimur, ut prorsus nostri oblitisimus.

109 At ille eumdem esse existimans, quem *primo germani diu quærentes* in arena volutantem invenerat, inquit: Ne
E paveatis; fortem animum geratis oro; scietis Jesum, me superveniente, vos respexisse. Nam profecto is est, quem paullo ante in littore pontem prope projectum reperi: eum enim cum adivissem, insani capitis quædam tum agere tum dicere. Is est profecto: quocirca si placet duc nos ad eum: loci enim & itineris penitus ignari, quo tendendum sit nescimus. Ducam libenter, si prius corporis vires domi meæ, quæ non longe distat, redintegraveritis. Nil potus cibusve saperet, nisi germano invento: tibi tamen gratias agimus, orantes, cœptum properemus iter, ne moram agitando, interim aliquid oriatur mali.

110 His iter festinantibus, lætus sit obviam *incredi-mox in* frater. Hi in admirationem prius, inde in *lætitiam* lætitiam versi, datis acceptisque dextris, præ *versum.* lætitia neque lacrymas tenere poterant: ex quibus unus inquit: Dic frater, cur a nobis abiisti? Quæ te huc dementia vexit? Unde hæc valetudo tua bona? Unde tam repente? Ex Jesu Virginisque Mariæ & S. Joannis meritis hæc bona sunt omnia, quibus me crebro commendans, & sæpius idem, diabolo nolente, faciens, etsi inimicus ille
F generis humani, seductor diabolus me suffocaret, in plura devexerit pericula, præsertim ubi littus Arni attigi, nil prætermiserit, orans, obsecrans, interdumque minitans, in profluentem aquam me mergerem. Ego econtra pro viribus in his difficultatibus fortem gerens animum, millies Jesum, Virginem Mariam, opem ferrent, invocare. Tulere tandem solita misericordia opem auxiliumque: Nam diabolus, Jesu Virginisque Mariæ gratia omnibus viribus se spoliatum considerans, nec malum opus inceptum, ut volebat, perficere posse adverteas se, in iram versus, [ut] me suffocaret, in terram detrusit, lanians, discerpens crebro, corporis mortem æternamque damnationem, ni a precibus desisterem, minitans: demum victus, confusus in rem malam concessit suam. Ego hoc iter, [ut] S. Joannis domum iterum visitarem, illico arripui: eo, quia me sospitem fecit, una redire ne cunctemini.

111 Hi retro euntes, benigne a rustico, de *Gratiæ aguntur ad Vallem Umbro-sam redeunt.* quo paullo ante verbum feci, habiti [sunt.] Ejus itaque benignitatem admirantes, & se itidem acturos, si quando casus eveniret, pol-

A pollicentes, ad Vallem Umbrosam regressi, gratanter a monachis, suisque (iidem enim fessi fatigatique redierant) sanctique Joannis virtutem admirantes, eumque ad sidera extollentes, recepti sunt. Itaque, more solito S. Joannis brachio devote humiliterque osculato, Aretinam læti civitatem petentes, Joannis beatissimi obvio cuique narrare & prædicare miracula; quæ equidem, non ea, quæ accepi, sed quæ oculis vidi, tot tantaque sunt, ut si velim omnia diligenter perscribere, tempus quam res maturius me defereret: eo quædam illustriora memoriæ prodere curabo, & de his parcius, quam res ipsa exposceret. Verum nunc ad reliqua.

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

d Dæmon mulierem sæpe vexat,

112 Alteram mulierem de Mugello *d* (pars quædam Etruriæ, quam populus Florentinus per magistratus administrat) vidimus ad hoc S. Mariæ monasterium vi ducta, quam plebeculæ illæ adulterino seu corrupto nomine Bellam appellabant; ceterum Antonia vero nomine dici [solebat.] Hanc ejusmodi speciei invaserat dæmon, [ut] facile, divino auxilio advocato, non multo certamine cederet; facile, monachis aliud curantibus, tum iniret iterum. His igitur dissensionibus creberrime ab eodem dæmone actis, reversionibus itidem sæpius tentatis, jam monachorum animi fatigati [erant:] aliud dæmoni durius, his vero difficilius monachi aggredi nituntur. Itaque ex voto & sententia omnium inter se inito consilio, singulares supplicationes domi forisque fiunt, ad hæc communi omnium singulo die, diuturno cum S. Joannis brachio adito certamine.

B

ab exclusum in confessione precatum,

113 Demum diabolus, meritis Joannis imprimis, inde & monachorum intus foriſque fessus fatigatusve orationibus, rem omnem, qua illic detinebatur, aperuit: antea enim illum sæpius dissimulantem coarguerant monachi. Nisi enim, ait ille, hæc christiano more sua diligenter scelera fuerit Deo sacerdotique confessa, quod pudore malo ducta haud egit umquam, si superi inferique precentur, si quidquam Sanctorum est reliquiarum, in me congerantur, contendam minime. Videat igitur quid velit, an hac in vita, ita ut cœpit, [peccata committere], an illa deserere. Nam facile cuivis malum facinus admittere; ceterum illud deponere difficile esse asserebat, quod sacerdos præsertim in dæmone [mirabatur:] verum, Jesu cogente, illud dicebat: quis enim alter dæmonem ad salubre opus impellere nisi nutu divino valeret.

C

eandem, sincera confessione facta, ejicitur.

114 Instat igitur sacerdos, agat hortatur: affirmare, nil salubrius, nil utilius animæ corporique a quovis Christiano fieri posse: Abhæc addere, nihil virium in nos dæmonem habere, modo Jesu Christo bonis operibus inhæreamus. His itaque & aliis mulierem ad veram confessionem agendam impellit; quam corde bono, mente integra agere cum statuisset, illico eam toto corpore incolumem deserens dæmon, alio, strepitu nullo voceque nulla edita, indignabundus contendit. Nec deinceps eam attrectare [vel] ingredi ausus, suorum scelerum digna confessione peracta. Res ipsa hortari videbatur, quia inde summam tum animæ tum corporis nobis vendicamus salutem, aliquod verbum in calce hujus miraculi de perfecta confessione secisse, opportunitate occurrente, nisi alibi ipsa latius cum latine tum vulgo litteris mandavissemus. Eo inceptum ad opus redeamus.

D

ANNOTATA.

a *Oppidum hoc situm est, ut ex mappis colligo, inter Arnum rivulosque ex eo ortos ex adverso Terræ Novæ.*

b *Suspicor hunc lucum esse eumdem, qui vulgo dicitur* S. M. Novella *situsque est inter varios amnes, medio fere itinere inter Florentiam & Volaterras.*

c *Locus hic, inquit Lubinus in Brevi notitia Abbatiarum Italiæ pag.* 170, *situs est in diœcesi Fesulana prope antiquum Arignanum in appendice montis, qui ab Arno flumine alluitur.*

d Mugellana vallis, *vulgo* il Mugello, *est tractus Hetruriæ in agro Florentino ad Sevam fluvium, inter Apenninum montem ad septemtrionem, & Arnum fluvium ad meridiem.*

PARS X.

E

Puella

SEd eisdem fere temporibus puella quædam, parentibus solum comitantibus, templum S. Mariæ de Valle-Umbrosa, gratia bonæ valetudinis recuperandæ adivit. Quod profecto miraculum (quia pium miserabileque fuit) ut vel tunc videndo, pariter nunc litteris mandando, lacrymas haud tenere possum. Hanc unicam parentes habebant; quæ, ut ab ipsis accepimus (qui revera boni fideleſque esse videbantur; ceterum, ut res ipsa paullo post declaravit, haud erant) in teneris annis tanta animi virtute instructa fuit, ut adversus mundi lascivias, voluptates & illecebras, quæ quandoque, nisi quis caveat, corpus animamque miserabiliter obruunt, supplex humilis Virgini Mariæ penitus dedita esse, preces quamplures, variasque orationes, quas domi didicerat, in sui honorem decusque singulo die emittere, omnes ipsius vigilias indictas seu minime pane tantum lutosaque aqua contenta jejunare; neque salem, neque alia irritamenta gulæ quærere, nec virum ducere, nec eorum visere spectacula vel conventus, ceterum eos spernere aut fugere, si domum peterent, latebras inquirere & plura alia, quæ religiosam puellam decent.

F

fit mercatrix

116 Hanc igitur virtutibus omnibus redimitam diabolus Dei nutu invasit. Eam imprimis leviter torquere, nec a solitis orationibus jejuniisque facere alienam. Verum interdum oculorum aciem torvam, vultum faciemque exsanguem dare, ora fœtida præter solitum habere. Quibus parentes paullulum permoti, primo rati [sunt, esse] morbum naturalem: post ubi eam non semper eamdem vident neque æqualem manere, sed sicuti a diabolo movebatur, magis magisque variam esse, neque interrogata verum responsum dare, sed dissimulando variare; cognita re (nam antea sæpius audierant signa diabolica) sic imprimis conjecturari, properantes Passinianum monasterium hujus Ordinis, quod S. Michaelis dicitur adeunt ex suis quidam. Quibus non procul a domo præfati monasterii œconomus occurrens, re cognita, ab instituto itinere domum eorum divertit. Eum imprimis, alios præsertim religiosos viros accurate religioseque habuerunt.

117 Dein-

Digitized by Google

A *& liberationis ejus monasterium Passinianum fruitur.*

117 Deinde monachus in conjecturis sagacissimus (nam antea diabolicum genus sibi ob frequentiam expertum erat) conjurationibus aliisque, quibus utimur, modis ipsam dæmone captam cognovit. Eos itaque Passiniani monasterium, ubi S. Johannis corpus honorifice sepultum est, ire tum monet tum hortatur. Rebus igitur diligenter compositis, illa Florentiam, hi ad illud monasterium contendunt: qui quidem grati abbati præter infortunium casumque mirabilem fuere: ex monasterii enim colonis & agricolis semper boni fideleque permanserant. Eo cupiente abbate illic divinum auxilium expectantes incassum, multis diebus & laboribus consumptis, de monachorum consilio, solo diabolo tunc quiescente, ad hoc S. Mariæ monasterium æstate itinereque fessi, tenebris jam, ubi venere, exortis cum litteris, quæ abbatis Passiniani nomine mittebantur, contenderunt. In his litteris abbas eos parentes tantum, ceterum eorum filiam summopere commendans, hæc inter reliqua [scribebat:] Hujus fama virtutis passim non agrum Passinianum tantum, B sed & finitimos omnes complevit, adeo dum hoc in monasterio conjuraretur, multi ad hoc spectaculum mortales causa ipsius convenere, præsertim proximi quique; & multa alia, quæ aut benevola aut utilia esse credebat, scripsit, ut animos nostros pietatis cupidos vehementer accenderet.

Dira, ex odio Veltum Umbro. sum addusta,

118 Postridie autem adventu monachorum his senibus abortæ lacrymæ se miseros, se desolatos, omni spe destituros, nisi filia curetur clamitantes. Consolantur ægros animi monachi his verbis: Patres ne hoc impatienter feratis, oramus, cum Scriptura divina testetur, Jesum Redemptorem nostrum, eos, quos diligit, quosque ad vitam præordinavit, excruciare, variis intolerabilibusque cruciatibus afficere. Nec injuria; cum ipse solus non tantum bonus, sed perfectus (cujus bonitas non ex accidenti dono, sed essentialis & æterna ei inest) tamen frigus, famen, sitim, eodemque tempore inopiam & laborem tolerare, demum cruces tormentaque C immania ac turpissimam mortem ob scelera nostra delinienda constanter animove ingenti, etsi dolores intolerabiles corpori illi sanctissimo inferrent Judæi, perferre voluit. Quid de Joanne Baptista? Quid de Laurentio? qui, velut alienato a sensu animo, totum corpus pro nomine Jesu torrere passus est. Quid de ceteris inclytis beatissimisque viris dicemus? quibus regnum nunc cælorum ob eorum merita & præclara facta exornatur; quibus, ni patientiæ virtus extitisset, tum cruciatus illos, tum tartareos, multo duriores inclementioresque perferrent.

fatetur Dæmon, se in illam ingressum esse ob culpam parentum

119 His & aliis animos eorum mœstos arrexere paullulum. Inde ad capellam, extra monasterium sitam, prodeunt omnes, hinc sæculares, inde devoti religiosi. Conjuratur dæmon, interrogatur: tacet ille. Demum S. Joannis virtutem, primo etiam increpationes crebrasque probationes sacerdotis amplius ferre non valens, circumferens hinc inde truces minaciter oculos, in hæc tandem prorupit verba, inde in parentes puellæ ipsos oculos ignivomos defigens inquit: Perditi miserique senes, qui vestris sceleribus filiam unicam, longe prius excruciatam, demum perdere curatis: sceleste reddite, quæ furtim clamve monasterii surripuistis bona, inde discedam; secus autem preces incassum, etiamsi totum annum crucier, fierent. Cunctati aliquamdiu sunt iniquissimi illi, alius alium circumspectantes: movit deinde pudor. Itaque tum vultu tum facie, colore aliisque corporis signis se reos tanti sceleris patefecerunt. D AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

qui dum sacerdotis exhortationi morem

120 Rem sacerdos, quam caute sagaciterve potuit, exploravit, ne quod ante nemini, nisi per diabolum cognitum fuerat, per omnium ora deinceps versaretur. Ceterum operæ pretium fuit, eos senes, male urgente conscientia, in vultu totoque corporis aspectu immutatos videre, cum etiam diabolus ipsos per puellæ os, ubi monachi intro ingressi [erant,] hujusmodi insectaretur verbis: Vos perversi senes, hujus puellæ machinatores mali; vos filiam vestram hoc discrimine vestris sceleribus induxistis; vos, cum aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum, hypocritæ, subdoli, varii, haberetis, pene filiam vestram perdidistis. Hoc ægerrime fero, quoniam insanabile vestrum cognosco ingenium, hanc in suo id corpore tolerare, quod meriti estis. Voluissem vos vestro supplicio docuisse humanum genus, ea scelesta, nefaria, sacrilega E esse, quæ tam inique, nulla necessitate urgente, estis perpetrati. His aliisque eos silentes, mœstos, oculos humi præ pudore defixos tenentes, quid agerent, quidve dicerent penitus oblitos, nunc stantes per capellam errantes, infectare instanter diabolus.

scelera confitentur, maligni spiritus discedit

121 Hinc luce clarius constat, unicam securamque vitam per virtutem esse, cum corrupti mores actorem instigent semper, & cum bonis bona, malis mala præsto sint. Nunc autem ad miseros senes, qui data fide se omnia male ablata paullatim propriis dominis restituturos firmare, si fœdum, inutileque, ut erat, censerent: Habita prius suorum scelerum non sine lacrymis confessione, dæmon nullo strepitu, nulla voce emissa, aliovorsum contendit. Mira res, quamquam enim, ut dixi, summo cum silentio alio dæmon concesserit, tamen mox signum miserabile datum est, quod præsentium perterrefecit, præsertim parentum, animos: cum puella ad terram consternata, moribundæ similis, horam prostata jacuerit. Tunc (aderam enim) mihi senes illi multo miserabiles visi sunt: qui F eam defunctam existimantes, in fletum gemitumque sese prorumpentes, pugnis pectora tundere, vestes scindere, aliaque plura, quæ dolor fieri amat, uti insanirent, agere. Ægerrime tandem a nobis exemplis, aliorumque rationibus vix sedati, adeo perturbationibus vexabantur. Demum adjuratione omnium sensim anxie surrexit illa, inde paullatim recuperatis viribus, ingenti stupore ducta (oculis enim omnia prius lustraverat) ubinam gentium sit, scisciari.

Puella, alias B. V. Mariæ ac S. Joannis gratia,

122 Re itaque cognita, in parentum osculaque amplexusque ruens, eorum mœstitiam lenivit: inde ad altare rediens oculis manibusque una cum mentem in cælum jugiter intentis, has, nobis monachis audientibus, preces effudit devote nequaquam muliebris pectoris ingeniique: Tibi Jesu Christe Deus omnipotens, quo fine nihil superi, inferi, & quod

A AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

& quod usquam est creatum, agunt tractantque, gratias pro tanto in me collato beneficio uberrimas ago: tibique me offero, dedo, obligo; tuamque immensam pietatem oro, ut, veluti me ægram morbo intolerabilique cruciatu, sospitam incolumemve tua solita benignitate fecisti, ita velis me posthac talem tamque sanctam instituere vitam, ut tetras inferni pœnas horrendosque cruciatus possim evadere. Tuque gloriosissima semper Virgo Maria, per quam post Deum totus vivit orbis terrarum, sine qua nil gratiæ hac in valle lacrymarum nos hei miseri mortales a Jesu consequi possumus, me tibi filiam adoptare velis, oro: mentem vero meam in sanam rectamque viam dirigas deprecor: nulla sordidate spurcitiave cum mentis tum corporis animus meus inquinetur. Tu quoque, o Joannes beatissime, cui tantum Deus tuisque rectis factis præstitit, ut esse etiam arido a quovis morbo mortales omnes eripias, rogo, parentes meos meque ita adjuves & conserves,

B ut hac functi vita tecum una bonis perfruamur cœlestibus.

Iste cum parentibus demum redit.

123 Inde se primo nostris commendantes orationibus, domum læti concessere propriam. Senem illum annuatim, dum illi vita comes fuit, nudis pedibus in S. Johannis festivitate hoc S. Mariæ monasterium cum cereo funali devote petiisse vidimus. Verum in fine hujus miraculi pro religione christiana, proque salute nostra non absurdum visum est hæc addidisse: Quod etsi, ut [in] sacris Scripturis memoriæ proditum est, filii ob scelera parentum pœnas non daturos, pari modo nec parentes; hoc tamen, multisque aliis miraculis constat secus esse. Ceterum in sacris Scripturis ita accipi potest, mortales scilicet in futura vita non pœnas pro alienis sceleribus sumpturos: ubi mali juste animadvertuntur; boni vero præmium factis suis dignum inveniunt. Vel ita omnes, qui in præsenti vita torquentur, non alienis, sed suis, etsi nobis clam sint, sceleribus torqueri. Quamquam hic diligenter animadvertenti perspicuum erit, senes illos acrioribus filia suppliciis affectos. Nunc ad reliqua.

Maligni spiritus aliam puellam a quam invaserat,

C 124 Ex eodem Passiniani agro aliam ad hoc S. Mariæ monasterium vidimus vi tractam puellam, quam antea parentes Florentiæ, num S. Zenobii e Reliquiis liberari posset an non, experiri voluerunt. Hic multis diebus, cruce, brachio, orationibus cum privatis tum publicis, incassum consumptis, eos missos monachi hac conditione fecere [, ut] alias, cum tempus opportunum daretur, redirent. Ceterum illi precibus lacrymisque aliam diem a piis monachis impetravere, orantes, quidquid laboris operisve valerent [impendere,] in dæmone ejiciendo experirentur. Si vero aliter ac rati essent evenisset, sine mora postridie patriam petituros. Juber itaque decanus monachos quosque pro se orationes ad Jesum fieri, presbyteros in Missis, alios cum in Officiis publicis tum orationibus privatis; Ab omnibus igitur summa devotione orabatur. Altera vero die, primo mane celebrato Officio more solito, monachi ordine quodam cantantes & psallentes ea voluntate, ea, ubi dæmonem esse [noverant] contenduni, ne inde abeant, nisi perfectam sospitatem recuperarit puella.

125 Cum igitur utrimque summa vi, his D orando, illo resistendo certaretur, demum *Pugna mo-* diabolus, S. Joanne sua virtute, annitente, die illa se concessurum fatebatur: ad hoc addere: Conjurationibus & orationibus hæ tandem finem dedis, oro: vobis atrociores & certamini instantes magis nusquam gentium reperi. His monachi in eum crudeliores fieri, nullo labore, nullo certamine diuturno vinci. Tunc exitum suum dæmon paullo post, quia monachi nec cedere, futurum existimans; inflammatus ira concitat summis viribus mulierem, extollitque. Defatigantur, labuntur, cadunt interdum, qui eam amplexi a tergo mediamque arripuerunt, feroces juvenes. Terrorem aspicientibus non mediocrem de se dæmon dare, cum os fœtidum, spumosum, oculos puellæ ardentes, labia ipsius quandoque tartarea vi ad occiput usque trahens, monstrum hominis faceret.

diuturnumque inflat.

E 126 Tali in certamine multum temporis cum incassum consumpsissent, qui aderant, religiosi (nam diabolus verbis fugam polliceri; ceterum re ipsa acriter puellam vexare) ipsam potius quam se miserantes, ægre abiere intro. Quid? quod his decedentibus verbis procacibus insultare dæmon. Non me hinc dejicere vel Joannes vester potuit, vel vos; quocirca aliud curantes, ab hoc opere desistite. Verum hæ insultationes & derisiones sibi plurimum obfuere. Meridie enim ex fratribus unus illuc cum cruce pergit; nec ad eum expellendum minus animi erat, fretus virtute Joannis sanctissimi, ac paullo supra cunctis fuerat monachis. Inflabat itaque, Deo gloriam daret. E contra ille magis sævire. Tum monachus: Quandoquidem apud te, o dæmon, nulla misericordia, nullus locus pietatis est, etsi singulis horis in capite dimicetur tuo, ita eam, mihi crede, pietatem nusquam invenies. Rem enim non F cum peccatoribus, verum cum Sanctis agis, quamobrem alio contendendum, velis nolis, tibi necessarium erit.

relinquere cogitur.

128 Diuturniori itaque certamine dæmon fatigatus, verum discessum pollicere; paullo post se alio concessurum, signo dato, fatebatur. Signum enim tum aliquod ob veræ discessionis indicium petierat sacerdos. Nec longa data mora, mulier unum exuta pedem soleæ, extra vallem, quæ capellam munit, cum ingenti omnium admiratione ab inquirentibus reperitur. Hoc nisi arte dæmonis haud fieri potuit. Ex tunc puella humi prostrata, fere dimidium horæ jacuit: inde incolumis domum rediit suam. Fertur diabolum inter conjurandum dixisse, se ob matris in filiam maledicta blasphemiasque, animo iniquo prolatas, ipsam obsedisse. Ceterum quia diabolus, ut sacræ testantur Scripturæ, in his suis primordiis mentitus est, ita fuisse an non, nobis non satis constat. Potuisse tamen Dei occulto judicio fieri, probabile videtur. Nam blasphemias præsertim, quæ mente corrupta a parentibus in liberos dicuntur, sæpius plurimum hic obfuisse relatu multorum, litterarum monumentis cognovimus.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATA.

a *Is est S. Zenobius urbis Florentinæ episcopus & Patronus, qui 25 Maji solenni ritu illic colitur; quo die de illo egit Papebrochius tom. VI Maji pag. 49.*

PARS XI.

EX Alvernæ partibus oppido videlicet, quod illi Montem Fatuum seu Fatucchium a a fatis dicunt (olim enim arte necromantiæ diabolique dolo mortales, quæ futura essent, vaticinabantur) ad hoc S. Mariæ monasterium puella, Lisa nomine, a parentibus ducta est. Hanc daemon qui invaserat, plurima facinora diuturniori temporis spatio [committere] fecit: quæ quia atrocia variaque fuere, ea litteris mandare curavimus. Cum igitur cruce & sanctissimi Joannis brachio, orationibus cum publicis tum privatis dæmonem diu B acriter infatigabiliterque vexassent monachi, & ipse Domino Jesu haud gloriam daret, lassi fatigatique, hiemis insuper asperæ nivium copiam, quam nocte, quæ instabat, aer abunde effudit, verentes, hiis, discederent, mitiorique tempore existente, redirent alias, imperatum est. Hoc illi aegerrime, tum pulla nondum incolumi, tum itineris aeriscque difficultate, cum ferrent, mansionem in diem alterum orant: inde in patriam, quæcumque sors acciderit, se concessuros fatentur. Quod facile ab his impetratum.

Alia puella corrumpere,

130 Ea die summa vi utrimque a diabolo & monachis certatum est: Hi enim pro Dei honore; ille vero solita crudelitate pugnare. Cum ergo diu monachi orassent, & diabolus adhuc præter spem resisteret, quia hora vespertina jam advenerat, dæmonem jamjam ad ultima deductum deferentes, introgressi sunt. In nocte autem sequenti, nives ingenti vento commixtæ, has Alpes regionesque circum adeo complevere, ut homines & jumenta torrida frigore, nec pedem domum extra ferre auderent, omnia inanimata etiam rigerent gelu. Quam temporis de- C formitatem miseri illi exacerbantes pavidi trepidique stare: Nam non modo redeundi in patriam spes omnis amota (etiam asperiora his Alpium loca incolebant) sed in dies pejora verebantur. Eo supplices gementes tantum victum orare: se pro sumptibus, quam vellent pecuniam daturos; etsi in extrema inopia versarentur, polliceri.

ad monasterium Vallumbrosanum ducitur a parentibus,

querela miseria commoti monachi,

131 Quos decanus pater, quassatos, fractos, pannosos cernens, eorum miseratus fortunam, [ad] eos ita benigne exorsus est: Noodum enim quantum conjecturari valeo, quantam apud servos Dei oporteat esse misericordiam spectastis; quod profecto si spectavissetis, nihil vos præterruisset, neque pro victu pecuniam, neque aliud offerre vobis ori cordique fuisse, cum penes nos omnia in medium quærantur. Non diuturnum tempus, non nives rigentes obstabunt libertati: cum non a nobis, sed ab ipso Deo & ex vestris sudoribus proveniant, quæ dantur. Tuta nobis omnia. A nobis vero non tantum sumptus necessarii, sed auxilium ad dæmonem expellendum, Jesu favente, dabitur. Eo mittite tristem mœstitiam, desuper D divinum expectantes auxilium. His arrecti animum dictis. Imperat, qui hospitio pererat, necessaria omnia, dum moram hic traherent, dari, & sic ex voto omnibus rebus foris compositis, monasterium ingreditur.

AUCT. MIER. RADIOL. EX MSS.

omnem ei opem impendere;

132 Eam igitur diabolus cum sæpius suffocare, & hoc summis viribus omnique arte tentavisset; parentes humanis auxiliis destituti, Jesum modo, modo Virginem Mariam, interdum sanctissimum Joannem, ferrent opem, clamitare. His in difficultatibus cum penitus, quid agerent, quo se verterent, nescirent; hospitem Conversum, qui eis victum præbebat, si qua via posset, eorum inopiæ & calamitati subveniret, oravere. At illi simplici cum omnes hujusmodi in negotio deessent artes; vix enim Dominicam orationem cum Virginis Mariæ salutatione scire, inquit: Fidem integram imprimis erga Deum Sanctosque ejus habere fideles omnes oportet; inde suum suppliciter exposcere E præsidium: idque longamini spe agere, si quandoque, quod petimus, differatur, cum animis cupientibus nihil satis, ut dicitur, festinetur. Inde introveniens, quidquid dolo arteve diaboli acciderat puellæ, & ut vitam luctu mœroreque plenam agerent alii decano quamprimum studuit enarrare.

Deum orare monachum ad fugandam libidinem excitata a

133 Motus his decanus sacerdoti cuidam ex monachis, singulis diebus cum cruce ad dæmonem conjurandum anathematizandumque eo ire præcepit. Quod cum decani præceptum reverenter agitaret sacerdos, diabolus interim non quiescere, verum per os puellæ, modo juvenes conversos, modo bubulcos benigne appellare, joca cum eis agere, insidiis palliatis omnia tentare, eorum animos ad rem turpem variis modis illicere, nihil quod ad tetrum facinus utile putaret, relinquere. Ei multa agitanti, Jesu volente, nihil cum procederet, statuit monachum, inde sæpius transeuntem, cui gallinarum cura commissa fuerat, alloqui. Observato itaque diligenter tempore, cum a pullis gallinæ pascendis rediret, [ad] eum ita, suis parentibus opportune aliis negotiis intentis, vel ut F dicebatur, paululum quiescentibus, exorsus est: Antoni frater (nam nomen creberrime audiendo didicerat) fortuna, si vir esse velis, præclari dulcisque facinoris casum dedit. Postulat monachus casum. Hac scilicet nocte ad puellam hanc ingrediaris, & mihi credas volo, me volente nihil periculi imminere. Cum monachus ille jam diaboli arte irretitus, & virtute castitatis, ad libidinem illectus, portam monasterii singulo vespere claudi diceret, & id minime executioni mandari posse: ait dæmon: Fac periculum, de cetero nihil tibi sit curæ: mea enim arte portam undique invenies patentem.

quam ille cupiere desuit,

134 His dictis, monachus quam celerrime properans, monasterium versus ire; moram enim ultra solito fecerat. Domini igitur multa secum volvens in incerto habere, quidnam e duobus, quæ seorsim in mente certabant, eligeret. Nam in una parte mala voluptas puellæ potiri quovis modo cupiebat; at in altera timor Dei, sui dedecus, si in re caperetur, carceris asperitas, ne tam pessimum aggrederetur facinus, deterrebant: vicit tamen in avido ingenio pessimum consilium. Eo hujus

AUCTO. HIER. RADIOL EX MSS.

A jus ei participem faciens neminem, statuit id, quod nefas erat, quoquo modo perpetrare. Casu eo die coquinæ officium familiare munus, quod in religione commune negotium omnibus, ut regula dictitat, etiam sacerdotibus, his tantum qui majora curant amotis, ad ipsum ordine vicissitudinario pertinere.

capiola ad eam rem quadam occasione;

135 Quocirca optima via ad perpetrandum inventa, Gasparum monachum, virum religiosum, qui monachorum tunc curam & præsertim juvenum gerebat, his verbis adoritur: Si justum est, pater, & si libet dormitorium extra, quia mihi multa incumbunt negotia, quiescam. Cum ille primo commotus insolita re, id nullo pacto, & præcipue ob aliorum exemplum non decere affereret, & caveret id petere, quod indecens esset; & iratus monachus, nihil umquam ob sua in eum plurima beneficia consecutum, diceret; demum super hoc multis ultro citroque verbis consumptis, Gaspar ipsius importunitate victus, quia nihil periculi, monasterio undique clauso & munito, immineret, eum missum, secum ut esset hac conditione, fecit. Ille se
B omnia facturum, etiam & majora pollicens, lætus ab ipso abiit.

sed Sanctus permisit,

136 Diligenter igitur omnibus, quæ coquinæ erant, quam festive peractis, infelix, judicii Dei semper præsentis, & professionis, quod majus est, quam coram ipso & Sanctis ejus se observaturum juraverat, oblitus, rem, duce diabolo, tentare est ausus. Ad portam igitur monasterii veniens, eam, ut dæmon dixerat, patentem reperit. Verum precibus Joannis sanctissimi, qui servos suos decusque monasterii jugiter tutatur, factum est, metus pavorque ingens eum invaderet. Eo vehementer perterritus, sese quam raptim, ostio patente, ut erat, relicto, in coquinam dedit, ibique signo Crucis se muniens, flexis genibus orando, trepidus adhuc divinum impolare auxilium.

a facinore perpetrando avertit.

137 Ipsum ego postea, multis præsentibus, prædicantem audivi, se numquam majori horrore & tremore affectum: visum enim fuerat sibi, quod horresco referens, umbram quamdam atram horrendamque, oculos ignitos præ se ferentem, sulphureum pestiferumque fumum naribus hiulcis edentem, ipsum insequi: quo totam noctem ad matutinas horas usque formidolosum & trementem se etiam pernoctasse; hoc in animo etiam sæpius volvisse, se dormitorium extra, dum ceteri decumbunt, fore numquam. Ceterum Dominus Gaspar Prior, de quo supra verbum fecimus, ostium clausum invenit: nam monasterii [claves] semper ad decanum seu ad Priorem deferuntur. Neque hoc silentio prætereundem puto, quod cum forte alias monachus iste Antonius iter, ubi dæmon erat, de majori præcepto haberet; eum his verbis irrideret dæmon: Vah! omnium ignavissime, nulliusque pretii formidolose, qui mulierem puellam adire non audes: quonam pacto virum aggredereris armatum? Abi quo dignus es cum istac tua timiditate muliebri, meamque opem posthac ne expetas, ne inquiras, ex quo, ut voluissem, puella hac modo non es potitus. Monachus vero signo crucis facto, imprimis surda pertransiens au-
C

t ad peragendum ivit, quod sibi imperatum fuerat, officium. D

Frater Casperius

138 Est & aliud, quod, quæso, libenter audite. Joannes quidam conversus, qui cellæ vinariæ pro exterioribus rebus curandis præerat, vir profecto simplex, cum quodam vesperi quamplures supervenissent hospites, & conversus alter Augustinus, de quo supra verbum fecimus, cui negotium his deferendo necessaria injunctum fuerat, hospitibus aliis inserviret; Joannes iste illorum, qui cum puella capta a dæmone erant, curam cœpit. Deferens itaque eis necessaria, forte patrem senem, diabolo vires administrante, hoc animo [ut] ipsum suffocaret, filia aggressa fuerat incautum, matre insuper totis viribus annitente, oranteque semper filiam, ne tantum tamque tetrum facinus in parentem admitteret. Nam ceteri tunc aberant; quod admisisset profecto, ni conversus, invocato nomine Jesu, ac suis usus viribus eam, ægerrime tamen, a patris violentis complexibus abstraxisset.

sacerdotali munere fungi volens, a diabolo reprehenditur.

139 Verum cum jam discessum parasset conversus, iterum puella nutu diaboli atrocius solito patrem, mortem crebro minitando, aggreditur. Injecerat enim manus in gulam. Ille intro quamprimum, matre conclamante, rediens, dæmonem, ea vi amota, ut solent sacerdotes & Religiosi, vulgaribus tamen verbis (litterarum enim ignarus erat) conjurare cœpit. In quem dæmon vultu atroci terribilibusque oculis se, ut ipse solitus erat referre, convertens inquit: Asine, bubulce, nullius valoris homo, unde hæc tibi audacia, me, ut religiosi assolent, conjures? Abi hinc in crucem tuam, & tuum non aliorum peragas negotium; & si ulterius bellua, non homo, perrexeris, mihi crede, tuo supplicio docebis humanum genus, quid periculi immineat divina tractanti, nisi sacris prius initiatus fuerit. E

& propter ea mox sacerdotem advocat. F

140 At Conversus & teterrimo dæmonis aspectu & minis ejus non parvo timore correptus, inde quam raptim abire. Quem senex parti suæ diffidens magnopere orare, illuc alium ex bubulcis seu subulcis per Jesu Christi clementiam mittat, & illico suum præsens periculum decano monachisque enuntiare studeat. Quod ille diligenter oratum peragens, Antonium quemdam ex bubulcis illuc ire jussit; remque omnem deinde patri decano aperuit. Mittitur statim sacerdos, qui, uti justum fuerat, puellam stola sacerdotali circumligavit, & deinde parentes, ne ulterius formident, monens, insuper & bubulco imperans, ad suum solitum concedat locum; quia jam multum noctis peractum erat, quam cito in monasterium rediit. Hinc facile intelligi potest, cujus virtutis & potentiæ sint stolæ sacræ, & cetera, quibus sacerdotes ornantur, dum suis funguntur officiis, fide tamen, ut fit in ceteris rebus præmissa. Nam diabolus, qui antea ferox in senes illos miserabiles fuerat, in alios vero verba contumeliosa dixerat, stola circumligata, ut diximus, demissus, humilis, impotensve effectus, totam noctem duxit quietam.

Alius libidinem explere capiens terretur,

141 Additur huic & aliud miraculum. Nam Antonius ille bubulcus, quem paullo ante retulimus, cui boum cura cum aliis quibusdam in-

A injuncta fuerat, turpi amore puellæ captus, ſecum in monte volvere cœpit, qua via poſſet clam parentibus ipſius puellæ potiri concubitu. Nam cum moribus tum natura ruſticanus erat [erat], quid periculi ob diaboli ſævitiam immineret, minime cogitans, verum voluptatem malam tantum explere cupiens. Sibi multa agitanti hæc optima via viſa eſt, aditum feneſtræ, quæ partem reſpiciebat inferiorem, ſcalis poſitis tentare; quæ quidem feneſtra peſſulo, ſeu ſera, nullo artificio inepte adeo claudebatur, ut quivis arte callidus de una ad aliam partem [movere] valuiſſet per rimas ipſius feneſtræ. Hac itaque via rem ille aggredi cum cœpiſſet, & jamjam ad id deveniſſet, ut feneſtra aperiretur, diabolus circum ſcalarum gradus volitans, ſic eum perterrefecit, ut tremens toto corpore, pedibus etiam & manibus ſuum officium non rite peragentibus, ad terram repente lapſus, uno crure pene fracto, ſcalis relictis, vix ad bovile uſque, quod non multum diſtabat, repens pervenerit.

& a ſceleris templendi abſtinet.

B 142 Quo repente ſubitoque caſu ſtupentes alii, qui erant, bubulci, unde hoc ſibi, vel quæ tanta ipſum tenuerat mora, ſciſcitantes, pavens tremenſque adhuc ipſis, qui hoc idem paullo ante, dum moram traheret, conjectaverant, rem omnem hac lege, dicerent nemini, aperuit. Verum non multo tempore poſt, cum de iſtac puella fermocinaretur, quaſi pro miraculo hæc eadem Antonius præſentibus nonnullis prædicavit. Hoc S. Joannis precibus factum nulli noſtrum dubium extitit, cum ſui Ordinis, præcipuo hujus monaſterii, decus honoſque curæ eſt: ut ipſe & alii poſthac ad hujuſmodi turpiſſima eſſent tardiores vel caverent: Nam auſim dicere, talem rem ante vel poſt tentaſſe neminem, etſi multæ & vultu modeſto & venuſto venerint & ætate integra puellæ, cum a diabolo, tum aliis morbis oppreſſæ.

Puella eadem

C 143 Sed ad diabolum, qui Liſam puellam invaſerat, redeamus. Cum enim, ut ſupra diximus, jam omnibus ſuis viribus deſtitutus, etiam nec mutire amplius auderet, nivibus Auſtro flante liquefactis, die quadam, nec aura quidem ſpirante, ſereno cælo, ægre ad capellam, ſummis viribus diabolo, ne id faceret, annitente, trahitur, & de more cum S. Joannis brachio, præſentibus monachis devoteque pſallentibus, & canentibus, in moram longam conjurando & anathematizando torquetur: cum enim jam diſcedendi tempus adeſſet, priſtinis viribus reſumptis exclamare repente, debacchari, convitia maledictaque dicere, ſolito pejus puellam ſurſum tollere cœpit.

a dæmone reliſta ac iterum excepta.

144 Accedentibus igitur nonnullis, qui aderant familiares, monentis ferociſſimis, eam maximo cum labore vix ſiſtere valentibus, pro tempore quievit dæmon. Tandem S. Joannis virtutem amplius non ferens, alio ingenti cum ſtridore conceſſit. Puella vero e manibus tenentium paullatim prolapſa, diu, uti hæc vita mortali functa, ſupra eccleſiæ pavimentum jacuit. Demum ſurgens, Jeſu imprimis, Virginique Mariæ, & S. Joanni gratias agens, læta cum ſuis domum propriam contendit. Verum, nondum tribus menſibus expletis, iterum idem dæmon eam atrocius ſolito invaſit.

145 Eo parentes nimium perculſi, quid in hujuſmodi re atroci agerent, quo ſe verterent, penitus ignorabant. Huc redire eos pudebat, alio ſe conferre, etſi neceſſitas cogeret, tamen, quia & vires & pecuniæ longis itineribus jam abſumptæ fuerant, verebantur. Itaque in re dubia non defuere, qui & pecuniis & jumento ferrent opem. His ergo hoc monaſterium iterum petentibus, non ceſſavere comites, pars miſericordia pietateque illecti, pars cupidine viſendi tale & tantum monaſterium in terra deſerta in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis ſitum: adventum quorum propter dæmonis reditum monachi ægerrime ferentes, ſtatuerunt, intus, foris quoquo modo orando, ſupplicando, ipſum dæmonem acerrime impugnare.

D AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS. *poſt multas conjectationes*,

146 Cum igitur hinc inde ſumma vi decertaretur, & Joannis ſanctiſſimi virtutes cruceſque tam aſperas diabolus amplius perferre non poſſet, in ſenes illos, parentes puellæ, truces oculos convertens, nec mortale ſonans, inquit: Iniqui perverſive ſenes, cur me filiamque veſtram, vita a vobis male & peſſime inſtituta, in tot devexiſtis tormenta? Redite, redite ad conſcientiam; facinora illa mucida, quæ intus latent, jam expurgate, ut pœnitentiæ acrimonia, virtuteve Dei curentur. His dictis conticuit dæmon. Hi vero rubore perfuſi, qua potuere contritione, ſua peccata confeſſi ſunt. Ex tunc diabolus veluti fumus viſus eſt per puellæ os ſupera petere. Quæ quidem devotiſſimam & utilem ſuorum ſcelerum in hoc S. Mariæ monaſterio, ſicut parentes, habuit confeſſionem, & Domino Jeſu deinde, qui eam ſoſpitem fecerat, ut ſponſo, adhæſit.

tandem a maligno ſpiritu omnino ſit libera.

E

ANNOTATA.

a *Quidquid ſit de hujus cognominis etymologia, Montem* Fatucchio *invenio non procul ab eremo Camaldulenſi verſus Orientem. Unde exiſtimo Auctorem per partes Alvernæ, Alvernum* F *Tuſciæ montem, S. Franciſci ſtigmatibus nobiliſſimum intelligere.*

PARS XII.

ANus quædam de S. Mariæ Pruneta regionibus, multis comitantibus, quia non obſcuro loco nata [erat], in jumento undique funibus circumſepta ſedens, ſic ad hoc S. Mariæ monaſterium conceſſit: quam dæmon adeo ferox demenſque invaſerat, ut præſentibus monachis cum Reliquiis, a multis, etiam manibus a tergo revinctis, nec teneri nec flecti poſſet. Eo neceſſe fuit [ad] abietem quamdam, quæ in capella ob novum ædificium peragendum tum ſita [erat], fune circumducto [eam] irretire; & ita vix ſiſti [poterat.] Operæ pretium erit advertere, quam a dæmone aſſidue quateretur, ſubinde ſubnixu extolleretur, exclamare ipſam, ululatus aniles edere, ſe miſeram præ dolore clamitare, ita omnibus, qui aderant, & miſericordiæ eſſe & terrori non parvo.

Anus exorcizatur,

148 Verum cum dæmoni, etſi ingentibus S. Joannis virtute afficeretur cruciatibus, vires non imminuerentur, imo magis magiſque augerentur, ita defeſſis omnibus, qui eam vinctam habebant, monachi cantando & orando, ita ut ſit ſemper, animum ipſam natura

die conſumta

A & ætate squalidam & horrendam, cui etiam
AUCT. diabolus feram, deformemque reddiderat spe-
HIER. ciem oris, trepidi deferentes redire intro.
RA- Ceterum hoc miserabile spectaculum omnibus,
DIOL. qui aderant, extitit: ubi enim monachi ces-
EX MSS. sere forte per horam, eam dæmon (nam so-
luta erat) in gyrum vertere, incomparabili-
ter movere, & ita tartareis vocibus exclama-
re, [ut] montes colliesque supini & formi-
dolosæ rupes vocem reciprocam, ut Poetæ
nostri dictitat sententia, reddere viderentur.

Instituit exuit. 149 Qui vero parentes & comites aderant, ingenti stupore percussi, cum, quid in tali re agerent, penitus ignorarent, tantum divinæ clementiæ imprimis, inde S. Joanni & nobis, [ut] eorum misereremur, se commendare. Cui miseriæ & torturis abbas compatiens, uni ex monachis præcepit, ut, corporibus cibo recreatis, tamdiu orationibus & precibus insisteret, quamdiu, aut diabolus aliovorsum tenderet, aut dies finiretur. Quem laborem monachus cum libenter obiret, oraretque incessanter, ambo (ille conjurando, hic vociferando) defessi sunt. Verum tan-
B dem Deus omnipotens ex alto prospectans, moliri precibus Joannis sanctissimi opem tulit: nam inter conjurandum; Exibo, inquit, exibo, idem dira voce geminans; quia hic ulterius esse, etiamsi sit voluntas, potestas non datur. Quod nobis tui exitus signum dabis, inquit sacerdos. Cereum, ille [ait], ardentem extinguam. Illico cereum accensum, solum non extinxit, sed quadam impatientia ductus, ad terram detrusit: hærebat enim parieti. Anus vero diu velut defuncta humi prostrata jacens, exturgens tandem Deo sanctoque Joanni, inde nobis gratias agens; domum suam læta una cum sociis concessit.

Item alteram annus 150 Vidimus in hoc S. Mariæ monasterio & aliam, in decrepita ætate constitutam, quæ nunc secus eam, de qua nunc verbum fecimus, a dæmone crudeliter torquebatur. Verum nonnumquam jocum & risum de se dare, cum presbyterorum more hymnum Angelicum, Apostolorumque symbolum, quod festis celebratisque diebus dicitur, canere
C non absurde. Cum igitur longa conjuratione frangeretur, tandem rem, cur non alio concederet, nullo interrogante, aperuit. Aiebat enim: Nisi, quod intra vestes situm breve a lacet, amoveatur; hinc, si vellem, nequeo discedere. Locis igitur abditis, sacerdote & id assentiente, scrutaris, dissutis etiam; ane illa, ne quid fieret, prohibente, inventum est. Quo amoto, mox dæmon clamans voce magna alio contendit.

dæmonis possessione eripitur. 151 Id breve conspeximus fere omnes hujus monasterii monachi. Erat enim signis variis, characteribusque quibusdam in angulis, nominibus mixtis, impressum cera alba filis-
b que circumligatum: cujus non omnia sed quædam teneo nomina Og *b* videlicet & Magog, quæ in Joannis Evangelistæ Apocalypsi leguntur: Tetragrammaton insuper, Adonai, Sabaoth, quæ quidem nomina, ut nostræ docent Scripturæ, Dei magni sunt. Hæc huic operi seu miraculo inserere non absre visum est, ut quivis intelligat, dæmonem sæpius cum verbis tum rebus ipsis, sub facie specieque boni, miseros mortales & genus fallere humanum: id vero, ut res diabolica, igni dari imperatum est. Eo liquido constat, brevia nec fieri nec ferri licere, nisi quæ a sacris D canonibus conceduntur, quæ quidem pertranseo, ne videar regulares constitutiones potius quam historias scribere. Incantationes vero & quas vulgatis verbis dixere magias, apud Christianos nusquam gentium probantur. Verum nunc ad reliqua.

Nobilis quidam Ligur, 152 Ex Galliæ Cisalpinæ partibus nobilem quemdam, qui se ad plures jusserat Sanctorum reliquias deferri, monitu quorumdam nostrorum monachorum, qui eas in monasteriis incolunt regiones, ad istud S. Mariæ monasterium usque, gratia recuperandæ sanitatis, venisse tempore Abbatis Bernardi, a quodam nostro converso jam decrepito accepimus. Hic ubi primum ecclesiam ingressus est, nondum lata cruce, qua, ut supra dictum est, dæmones conjurantur; diabolus tum loci, tum Joannis beatissimi sanctitatem amplius perferre non valens, emissa ingenti voce, abiit. Quæ vox, ut ipse conversus referre solitus erat, adeo terribilis & tartarea extitit, ut omnes, qui tunc cultui divino inserviebant, reddiderit attonitos. Vir ille beneficii accepti memor, non parvam pecuniæ quantitatem devote super altare ponens obtulit: qui inde liberaliter cum sociis habitus, E postridie cunctis de more visitatis, quæ sancta sunt, locis, etiam anachoretarum humilibus cellulis, in Liguriam bene instructus & admiratione plenus tum loci devotione tum monachorum virtutibus concessit.

mercatur Hungariæ, 153 Ad hoc, ne cui id mirabile seu incredibile existeret, & aliud multo majus prædictus conversus referre solitus erat. Aiebat enim, quemdam mercatorem prædivitem de Ungariæ partibus Venetias, inde Pisas *c*, [ut] Romam tandem peteret, comitantibus multis, navigasse. Quem cum Pisis dæmon invasisset, eumque torqueret acriter, adeo [ut] ex sociis ipsum aggredi auderet nemo (multos enim morbis graviter attrectaverat) demum cujusdam Pisani fraude deceptus, fune catenaque ligatus & ad varias Italiæ partes, ubi Sanctorum loca [esse] audiverant, adductus, nec tamen convalens, intuitu quorumdam bonorum, hoc S. Mariæ monasterium cum F sociis adivit. Huic erat interpres, qui modo latina, modo materna lingua suos omnes aperiret sermones. Nec statim hic, ut supradictus, sospitatem recepit: sed quivis in atroci certamine consumptis diebus, dæmon, sese alio concessurum, nec posse Joannis sanctissimi virtutem amplius perferre, fatetur. Scisci-tante sacerdote, quod signum, ubi discederet daret, ait: Audietur ab omnibus. Et illico capellæ tintinnabulum, nemine funem trahente, signum fecit. Quod signum omnibus, sed præsertim suis admirationi existens, qui forte numquam vel raro hujusmodi prodigia viderant. Deum ergo sanctumque Joannem benedicentes, redjere Pisas, inde Romam, postremo in patriam propriam.

& milies liberatus 154 De Casentini partibus, [ex] oppido, quod Romena *d* dicitur, militem quemdam pro sospitate obtinenda vidimus concessisse ad hoc S. Mariæ monasterium: qui a tanto torquebatur dæmone, ut a multis etiam ferocissimis juvenibus vix, dum conjuraretur, detineri posset. Verum cum jam fere per triduum multis tormentis, tum cruce, tum S. Joannis brachio affectus esset, Jesu virtu-

Digitized by Google

A te, & S. Joannis precibus in hæc tandem furibundus prorupit verba: O hominum omnium iniquissime, cur me teque in has cruces horrendaque tormenta dedisti? Nosti enim, quæ Deo & Matri ejus vovisti; peroptime calles, sed dissimulas perjure. His dictis voluit, sed non valuit, ipsum ad terram tartarea vi detrusum suffocare.

S. Joannis ope dæmonis captivitate eruitur.

155 Miles ille ubi divina pietate paullulum naturales sensus revocavit, cum a monacho sacerdote, si quid voti Deo obligaretur, moneretur, [ut] per confessionem aperiret, habita suorum scelerum devota confessione, votum, quo Virgini Mariæ tenebatur, se, ubi primum sospes domum repedasset, executioni mandaturum pollicitus est. Qua ex corde promissione fideliter justeque data, dæmon absque miseri hominis tortura, nihil mussitans ad alias se contulit regiones. Hinc quivis Christianus plene intelligit, quid periculi sit vovisse, nec, si facultas data est, ignavia vel malitia, seu sæpius mentis perversitate, non reddidisse votum. Verum B partim de his votis quæ, viderim, quæve audiverim digna, litteris mandare statuissem, metus, quam miracula, maturius me deseret. Eo ad reliqua, quæ ni fallor, non minorem legentibus & admirationem & utilitatem prioribus allatura sunt.

Adolescens Senarsi valetis morbis,

156 Me in puerili ætate constituto, cum nonnullis, qui adhuc supersunt, monachis, de Senarum *e* partibus adolescens quidam non tantum a dæmone captus, verum etiam paralyticus, mutus & surdus, a parentibus, S. Joannis miraculis & prodigiis impulsis, ad istud S. Mariæ monasterium, non parva hominum turba inaudita retracta, in cistis Jumento superpositis deductus est: Prob Jesu bone! quid admirationis quidve amaritudinis mortalium mentibus dare nostram imaginem spirantem & vivam, omni membrorum officio privatam & dæmone repletam conspicere! Quis usquam gentium hujusmodi audivit! Quis aspexit? Quis non ingenti admira- C tione afficeretur, non tantum propriis oculis videndo, sed accipiendo auribus? Ubi primum in parvula ecclesia, quæ extra monasterium sita est, matris & aliarum mulierum gratia, quæ pietate coactæ, iter una aggressæ fuerant in grabato toto corpore stratus esset (nam sedere, quia paralyticus, haud poterat) illico illuc re nova illecti, [multi adveniunt, &] conversorum, monachorum, aliorumque opificum & montanorum, qui variis incumbebant negotiis, fit concursus.

a diabolo affectus, incolumitatem obtinet,

157 Hic etsi opera diaboli, ut diximus, omnium corporis membrorum officio privaretur, tamen lingua ipsius, dæmonis virtute plurimum in eo vigere. Nam indecentia in Deum & S. Joannem (virtute enim ipsius torquebatur) edere. Cum igitur non parum laboris, ut sospitatem reciperet, dies noctesque orando, conjurando, instando singularibus (ita enim præceptum fuerat) suppliciis monachi pertulissent; demum Jesus Dominus noster, [ejus misertus est] precibus imprimis Joannis beatissimi, inde fide lacrymisque suorum, præsertim matris: nihil enim votorum prætermisit; paulatim adolescens, propriis corporis officiis & viribus recuperatis, & dæmone Jesu Christi virtute (monachi non parvam traxerant moram) fugato, Dominum per se laudabat, omnibusque admirationem sui faciebat. D

AUCT. HIER. RAD. EX MSS.

158 Eo parentes præ gaudio toto corpore gestire, ipsum amplecti, osculari. Qui aderant, tanti miraculi stupore percussi, S. Joannem miris laudibus ad cælum extollere. Tandem, silentio dato, talem pater, audientibus cunctis, habuit orationem: Piissime Jesu, a quo omne bonum, & sine quo nihil rectum, toto corde, tota mente, totis viribus te benedico, laudo, magnifico, qui per servum tuum Joannem beatissimum hujusmodi prodigia nobis, [ut] te magis magisque laudemus ostendis: quod profecto in filio meo hactenus misero, nunc felici ea felicitate, quæ vera felicitas dici & potest & debet, intelligo. Eo bone Jesu, tuque Virgo Maria gloriosissima, etiam & tu Joannes beatissime, filium meum nosque omnes in rectam viam & ad patriam tandem deducere dignemini: vobisque, Pater Abbas & monachi, quos ad hujusmodi dignissimum officium elegit Deus, nos nostraque commendamus, ut nostrum memores in omnibus vestris esse velitis: insuper ipse Jesus pro tali tantoque beneficio in Beatorum patria pro nobis restituat. His finitis, osculato devote S. Joannis brachio, læti in patriam contendere. Quod prodigium antea toto sæculo inauditum, non tantum civitati Senarum, sed finitimis cunctis, ubi narrabatur, summæ admirationi extitit. E

cujus patrocinio suis benefactoribus gratias agit.

Senæ quidam, f

159 Rem revera ridiculam, veris rebus veriorem tamen, quæ nostra tempestate accidit, enarrare gliscо. Senex quidam de Scarparia *f* oppido, sito in Mugelli partibus, ad S. Crescі ecclesiam [ivit] imprimis, quæ ea in regione dedicata est; inde, cum haud sospes fieret, ad hoc S. Mariæ monasterium concessit. Hic brevi pristinæ redditur sanitati, domum suam lætus abiens: [sed,] nescio qua causa vel quo vitio factum sit, in eum paulo post idem ipse dæmon iterum introiit. Quem ad præfatum S. Crescium, cum parentes longo itinere hiemisque asperitate, si huc concessissent, perterriti denuo deduxissent, petito signo a sacerdote, qui eum conjuraverat, inquit dæmon: Mox signum manifestum dabitur; & illico asinum, super quem sederat, in arboris trunco suspendens, ipsis dolorem damnum illatum, & multis risum præbuit. Hoc F ita fuisse a viris fide dignis, qui in S. Joannis festivitate, voti emissi gratia, hanc adiere ædem, relatum est.

& molendinarius a dæmonis fetore vindicatur.

160 Molendinarius quidam de valle Arni de oppido videlicet Lanciſæ, die quadam cum molendinum extra sospes [in] ligno quodam decumberet; ubi surrexit, neque mens neque cetera corporis membra satis suum officium agere, imo huc illucque debacchando currere, & ut paucis absolvam, insani capitis & stulti hominis officia de se præbere. Quem, qui supervenerant, dolo vique comprehendentes, vinctis a tergo manibus, ad hoc S. Mariæ monasterium, vociferantem, &, quo ibant, omnes partes clamoribus replentem, traxere invitum. Cum enim quis esset, & cur tantopere miserum hominem torqueret, a sacerdote interrogaretur; Tum, ait, dæmon: Me hinc expellere minime ad vos pertinet, qui veram professi estis religionem,

Digitized by Google

A & quos nisi justum agere haud decet; furem enim aggressus sum crebro mentientem, Deumque etiam sæpenumero blasphemantem. Ita esse, audientibus nobis, affirmavere quamplures. Verum cum sacerdos clam aliis eum ab hujusmodi nefariis [ut] cavere vellet, moneret, demum post triduum, quo tempore dæmon eum acriter vexando torserat, de se non parvo dato signo (fenestræ enim partem fregit) abiit, quo meritus est. Eo molendinarius ille Jesu & S. Joanni gratias agens, & artes & mores domum rediens mutavit.

AUCT. RIER. RAD. EXMIS.

ANNOTATA.

a *Per* breve *hic intelligitur, ut opinor, character magicus in* brevi *vel* breviculo *descriptus de quo plura habet Cangius in Glossario.*

b Og *est nomen regis Basan. Auctor certe voluit dicere* Gog & Magog, *de quibus agit S. Joannes in Apocalypsi cap.* 20, ℣ 7.

c *Urbs Hetruriæ olim virtute bellica memorabilis, ad Arnum fluvium interfluentem, a cujus*
B *ostio seu millaribus in ortum distat. De reliquis locis, quæ hic memorantur agere non est opus, cum ita nota sint, ut explicatione non indigeant.*

d *Locus hic situs est in tractu Casentina circa Arnum fluvium, æquali fere intervallo a Valle Umbrosa & eremo Camaldulensi.*

e Senæ *vulgo* Siena *urbis Hetruriæ satis nota, de qua iterum antea egi.*

f Scarparia *sita est in agro Mugellano vulgo* il Mugello, *de quo & supra egimus.*

PARS XIII.

Dæmon mulierem possidens, a IN vigilia S. Mariæ, quæ ob ingentem copiam nivis, quæ olim Aventinum montem a Romæ, ipsius Virginis prodigio, secundis Nonis Augusti complevit, de Nive dicitur. Is enim festus dies & celebratus per religionem Christianam quintus mensis Augusti a Christicolis notatur. Et ne cui admirationi sit, me hoc in miraculo tantum mensem diemque notasse, intelligat, res novumque prodigium, [ut] id agerem, coegisse. Quod equidem horrendum, pectoribusque æternæ servandum animadvertatis oro. Hoc enim ab alio non accepi, sed ut multum interfui, legi, dæmonem conjuravi. Ea igitur, quam diximus, die mulier quædam a dæmone capta, revera haud ignobilis de Calciæ b partibus, ut in tali re fieri sæpius solet, multis comitantibus ad istud S. Mariæ monasterium contendit. Cum enim a me in Sanctorum sepulcro, de quo alibi latius verbum fecimus, tunc prostrata conjuraretur, & mutus dæmon effectus, legendo, orando seu conjurando nullum daret responsum, forte Ordinis S. Francisci duo supervenere Fratres, qui a Fratre Marco tunc eremita S. Mariæ de Casesa invitati, ad ipsius Virginis Mariæ festum ire properabant.

C

b

Fratrum Francisc. acriter increpat, 161 Qui liberaliter a nostris habiti, dum more solito totum viserent monasterium, dictum fuit, venisse mulierem a dæmone possessam. Illico itaque nova re illecti concessere ad sepulchrum. Unus autem ex his forte necromantiæ arte instructus, me diu interrogando laborante, & dæmonem non respondentem haud æquo animo perferens inquit: Quæso, pater, pace fiat vestra. Huic mulieri quædam secrete in aures licebat dicere. Quid si dæmon etiam invitus responderecogatur? Ego igitur in tali re parum expertus, putans verba aliqua divina, ut decet Fratres, dicturum, permisi libenter. Accedens itaque ad mulieris aures, nescio quid mussitans & labia movens secrete spiraverit. Cui statim dæmon indignans, eumque trucibus minaciter aspicieus oculis, in hæc demum verba stridens erupit: Hypocrita, simulator, non Frater, sed corruptor, o hominum pessime, qua tu audacia illhoc in loco sacro, Reliquiis serviisque Dei præsentibus, ausus es tua pessima arte, quem Deus nondum coegerat, cogere. Te, mihi crede, pœniteret, si, quæ in sinu defers, amoveres: fesebat enim, ut mihi ipse deinde retulit, de ligno pretiosissimæ Crucis Christi Jesu.

D

163 Cui cum statim intrepidus, nec te nec *ait se mollire ejussu,* tuas paveo minas, responderet, inquit dæmon: Da, oro te, huic, quod in sinu latet tuo: inde in Alpis juga, vel quovis extra hæc loca sancta te confer, & illic mecum conflictando
E experiere, quid tua, o bos, virtus in me possit: verum nec urbem adieris Perusinam, [quin] ego, quid mea in te valeat, periculum faciam. His dictis conticuit. Infelix vero Frater, de his, quæ in diabolum dixerat, pœnitentia ductus, ingenti pavore percussus, una cum comite, S. Joanni imprimis, inde nobis, plurimum se commendans, tristis abiit. Mulier vero eodem die virtute Joannis beatissimi pristinæ sospitati reddita, quia non procul a monasterio [habitabat], gaudens domum propriam concessit.

Fratrum idem aggressus, 164 Frater autem ille, de quo nunc verbum feci, ut suus postea nobis retulit comes, tales exitus habuit: sanctæ enim Mariæ festivitate ex voto & sententia eremitæ Marci acta diligenter, ad quemdam Conventum Fratrum, in colle quodam satis in immensum pertingenti inter S. Joannem de valle Arni & oppidum Montis-Varchi *e* situm, se Fratres illi conferentes, is qui pessimum facinus perpetrarat, sua lacrymans scelera, humiliter confessus imprimis, inde, quid sibi acciderit, compluribus enarravit. His itaque F Fratribus res inaudita non parvam & admirationem incussit & metum: tamen ut Fratrum mos est, ejus blandis verbis lenire dolorem, nihil esse, quod vereri deberet, tum quia confessus, tum quia diabolus nec valet, quod vult: frangitur enim Dei potentia, ejusque virtute debilitatur: & quod majus est, mentitur sæpe. His igitur & aliis verbis ultro citroque datis & acceptis, in spem animum arrecti, se Fratrum orationibus commendantes postridie iter perrexere suum.

ejusdem terrorem incutit.

165 Verum cum intensissimo solis ardore & labore fessi, sub lata olea locum Perusinum prope, in itinere consedissent; ecce (horresco referens) condensa nebula & nigerrima quodam cum stridore horrenti e lacu repente veniens, ubi consederant miseri, locum omnem conglobans, ita [ut] illic diem in noctem verteret; ingenti cum fœtore eos circumdans, inde paullo post abiens, summum sera petiit, in quo paullatim soluta nusquam comparuit. His illico obriguere pili, & subitus cucurrit eis per ossa tremor, & humor undique & undique salsus guttatim scaturiens,

Ubi

Digitized by Google

A Ubi paullulum morati sunt, longe trepidi pedibus labantibus surgentes, signoque crucis se munientes, inceptum non sine magno labore peregere iter. Ceterum ubi civitatem Perusinam ingressi sunt, miser ille, quem dæmon nostro in monasterio acriter castigarat, diem clausit extremum. Hæc omnia alter Frater, comes ipsius in reditu suo Florentiam, nobis referre curavit. Exemplo hoc patet satis, artem necromantiam, nec sæcularem quidem, quanto minus Religiosum exercere debere, præsertim, quia Christianos omnes, divina humanaque, non diabolica, requirere auxilia oportet. Verum nunc ad reliqua.

Puella septennis 166 Ea in hebdomada puella, septimum agens annum, a dæmone possessa, a parentibus ad hoc S. Mariæ monasterium vi rapta, omnibus ea in ætate puellari posita, admirationi extitit. Cui cum in Sanctorum sepulcro matris lacrymis aliorumque pietate motus, compateret, dæmonem vero orationibus & precibus, in rem suam abiret, conjurarem; tanta vis puellæ, dæmone annitente fuit, ut ingentia saxa capite amoveret, virosque omnes, qui super sepulcrum sedebant, ne forte exiret, in varias partes (quod dictu incredibile est) labi coegerit: ipsa vero quamprimum prosiliit extra. Ego equidem tale oculis meis nec ante nec post memini me vidisse. Proh, bone Jesu! parvula puella, in tantum arte dæmonis furorem versa, hoc tale toto capite ausa sit facinus. Ubi primum, ut dixi, a Sanctorum sepulcro prosiliit, circumferens hinc inde truces minaciter oculos, miserabile paviumque de se omnibus spectaculum præbere: passos enim capillos, oculos ignivomos, os spumosum, lacerumque pectus & ora habens, modo singulos, modo universos ad certamen provocare; & eo atrocius, quia intra valli septa clausa, & juvenum globus ostium obsidens nulla parte via, qua erumperet, dabatur.

C *a diaboli dominio liberata* 167 Demum omnibus formidine arreptis, eamque aggredi cunctantibus, lignum Crucis cum S. Joannis cruce in eam faciens, quievit paullulum. Quam lapsam & sudore madefactam misera mater in sinum recipiens, caput compsit, ceteras & deinde partes corporis adornando. Paulo post, quia diei extremum esset, nos intro petentes, eamque comites pedibus & toto corpore labantem trahentes secuti sunt. Ubi igitur ad capellam ventum est, ibi quievere paullulum. Forte fortuna fuit in Virginis Mariæ laudem, ut vesperis singulis per totam Christi religionem fieri mos est, pulsaretur; vix primo dato signo, dæmon Virginis Mariæ sanctique Joannis virtutem amplius non perferens, me una cum acolythis, quorum unus aquam verbis & sale expurgatam, alter Crucem ferebat, audiente, dæmon ingenti cum stridore exclamans concessit. Postera vero die Jesu Virginique Mariæ matri ejus, ingentes gratias agentes, læti in patriam contendere. Eam deinde incolumem vidisse me memini: in Valle enim Arni superioris, non procul a Castri-Franchi *e* oppido distans, morabatur.

168 De patria mea, hoc est de Raggio-*f* lo *f*, etsi plures ad hoc S. Mariæ monaste-

B

D AUCTORE HIER. RADIOL EX MSS. *Adolescens Radicosanus semel a dæmonis potestate eruptus:*

E

iterum in eandem redigitur.

F

ac domo pristinæ valetudini restituitur.

A hoſpitali ignem juxta, non cruce, non reliquiis aliis adhibitis, divina tantum miſericordia fretus, oravi: Proh bone Jeſu! e veſtigio meritis Joannis beatiſſimi, ſua, comitumque fide miraculum ſecutum eſt, cum quoſdam nigerrimos carbones paullatim evomens, Deo gratias, Deo gratias, inquit, convalui! Ad hæc videnda ſociorum aliorumque fit concurſus. Nequibant ſatis mirari, unde iſti carbones, præſertim cum ſe numquam comediſſe fateretur. Sciſcitantibus itaque me, unde hoc? cum nihil certi hac in re dare auderem: Conjecturor tamen, inquam, diaboli arte fieri poſſe, mixtos cibo potuque non apparere, & ſic ſumi. Verum ut Criſpus g ait, vereor, ne quis, quæ ſibi facta putet, æquo animo accipiat, ſupra ea veluti ficta pro falſis ducat. Ceterum, quod propriis oculis perſpexi, manu tetigi, affirmare non dubito. Nam ad hujus confirmationem, puellam illam S. Gaudentii, de qua ſupra multa dixi, in teſtem affero; cum & alios quamplures, ſi res exigeret, afferre poſſem: a multis enim fide dignis religioſis accepi, eam dentes, capillos aliaque, dum in S. Silvio conjuraretur, ſpuiſſe. Verum hæc pro incredulis: nunc ad inceptum redeo.

AUCTOR. HIER. RADIOL. EX MSS.

g

B

Ex matrona Florentina,

171 Matronam quamdam Florentinam, Vaggiam nomine, haud obſcuro loco natam, a dæmone captam, cum Florentiæ ſoſpitatem non inveniret, clam quam potuit, nocturno ſcilicet tempore, hoc S. Mariæ monaſterium petiiſſe vidimus. Hanc talis occupaverat dæmon; interdum miti ingenio adeo eſſe, jocari, facetias, riſu dignas urbanitates de ſe dare, & præſentibus voluptati pariter & admirationi exiſtere. Nonnumquam vero, mutatis moribus, præſertim dum conjuraretur, alteram diceres; ita enim ſpecie crudelis immitiſque effici, [ut] nihil crudelius, qui aderant, ſe aliquando vidiſſe faterentur. Qua modo varia viciſſitudine cum ex diaboli voluntate tempus incaſſum tereretur, ſtatuerunt cum ea privato communique, cum foris, tum domi pugnare certamine. Fiunt igitur C ad Jeſum preces; pro ſe quiſque modo Virginem Mariam, unicum ac ſingulare miſerorum refugium, modo Joannem beatiſſimum appellare. Verum cum in hoc pio opere dies quamplures conſumpſiſſent fruſtra; id Pater Abbas ægerrime ferens, voluit [ut] ea die, (poſtridie enim fugam adornabant) diu orando canendoque monachi vel laſſitudine nimia torquerentur, vel in rem ſuam malam concederet dæmon.

energumena,

172 His igitur devote ferventerque cantantibus, tantum virium præter ſolitum mulieri dæmon adminiſtrare, [ut] plantis pedum altatis ſcabello innixis feroces juvenes numero decem, qui eam a tergo viſiſtere, procul eſſe cogeret: retro modo, modo [eos] in ſe trudebat. Opere pretium erat vultum horribilem, faciem turpem, truces oculos, motus ineptiſſimos & incompoſitos cum vultus tum totius corporis aſpicere: turpia in Deum Sanctoſque ejus edere, quæ dum accipio, exhorreo, non modo litteris dare auſim. Denique bonitate Jeſu ſanctique Joannis meritis alio, voce ingenti emiſſa, conceſſit, mulierem tantum illam humi proſtratam, vita fere extinctam deſerens. Quæ paullo poſt ſurgens, cum, ubinam gentium eſſet, quid ederei accenſi, quid Religioſi ſibi vellent, admiraretur, re a ſuis diligenter cognita, Deo gratias agens conticuit. Conjux vero ſuus, vir in Republica Florentina ſatis præſtans, oblatione non parva S. Joanni pro tanto beneficio data, lætus Florentiam, ſe ſancta, cum interrogaretur unde iret, peragraſſe loca ſimulans, venit. D

b *aliaque mulier*

173 Alteram de Caſtro Bononienſe *b* magno natu mulierem, Anaſtaſiam nomine, eodem fere tempore ad iſtud S. Mariæ monaſterium, cum eſſet a dæmone capta, contendiſſe accepimus. Quam maximis cruciatibus cruciaſſe dæmonem ſemper, ſui aſſerebant; ſed præcipue dum has finitimas regiones, hunc ve agrum primum ſunt ingreſſi. Sæpe etenim numero mulieris ſuffocationem veriti, cum dæmon gulam peteret, tantum ceteris deſtituti auxiliis, Jeſu Virginiſque Mariæ præſidium lacrymis implorare. Verum cum hoc in loco idem tentare videretur dæmon, abbas optimum fictu ratus, ſtola gulam mulieris circumnectere, ne dæmon acrioribus affectis tormentis, ſi ſpatium daretur, rem perageret, mox eam afferri juſſit. Res mira! quoties gula ſtola cingebatur, toties dæmon inferiores partes vel inteſtina petere, nonnumquam pedum vel manuum extrema adire. Ubi ea amovebatur, mox gulam repetere. En quanæ [virtutis] ſacræ veſtes ſint, facile perſpici hoc uno miraculo a quovis poteſt. E

dæmon fugam.

174 Cum igitur dæmon ſacerdoti verbis fugam promitteret, ceterum re ipſa acrior ferociorque inſtaret, Spirituique ſancto haud locum daret, mandat omnibus aliis monachis abbas, pro ſe quiſque ſupplicationes orationeſque habeat; quod ſi nec ita procederet, longam cum diabolo certando una omnes moram traherent. Quam rem cum ſtrenue monachi agerent, demum dæmon rei exitum ſentiens, ea, qua potuit, in miſeram mulierem uſus eſt virtute: cum enim plus ſolito gulam inflatam turgidamque redderet, adeo fatigabatur mulier, [ut] oculis ſanguineis, anhelitu fœtido, labiis exſiccatis, & pallidis, toto denique vultu & facie extrema adeſſe oſtenderet; ita ut de ea multi actum eſſe cenſerent. Eo, qui aderant, omnes Chriſtum Jeſum, piiſſimamque ejus Virginem Mariam, ſaltem animæ ſalutem darent, lacrymis effuſis orare. Tandem poſt diuturnam, quam a dæmone in gula pertulerat, torturam, carbones nigerrimos, pilis conglobatos ſpuens, illico incolumis facta [eſt,] cunctis inauditum & ab eis numquam viſum [prodigium] admirantibus. [Tuncilli,] Jeſum ſanctumque Joannem laudando, expleri nequibant: inde in patriam læti, virtutem Joannis ſanctiſſimi omnibus occurrentibus prædicantes, rediere. F

ANNOTATA.

a *Errat hic Auctor ponendo* montem Aventinum *pro* colle Exquilino, *qui multum ab invicem diſtant, omnibus Romanis ſatis notum eſt. In colle autem Exquilino id prodigium factum eſſe ex Breviario Romano, aliiſque monumentis conſtat.*

b *Opinor eſſe eumdem locum, qui ſub nomine* Caſcia *in mappis geographicis ſtatuitur inter duos rivos*

Digitized by Google

A *vivos ex fluvio Arno ortos non procul a montibus* Prati magni.

c *Ambo hæc loca inter duos rivulos ex fluvio Arno versus meridiem fluentes includuntur. De S. Joannis oppido supra actum est.*

d Lacus Perusinus *sic dictus ab urbe Perusia, a qua tantum 7 milliaribus distat; ab antiquis* Trasimenus *vocabatur. Situs est in ditione Ecclesiæ in Umbria; ejus circuitus est 22 milliarium, continetque tres parvas insulas.*

e *Locus ille includitur duobus Arni rivulis, & versus meridiem distat a Valle Umbrosa æquali fere spatio, quo Vallis Umbrosa inter septemtrionem & orientem a civitate Florentina.*

f *Didacus Franchius in citatione Auctorum ante Vitam* S. Joannis Gualberti *hunc locum vocat* Raggiuolo, *atque situm esse in tractu Casentino. Ab hoc loco Hieronymus horum miraculorum collector cognominatus est* Radiolensis.

g *Forte Auctor hic intelligit Sallustium historicum, qui habuit prænomen* Crispi, *ut patet ex Martiali poeta, a quo dicitur:* Crispus Romana primus in historia.

B h *Oppidum in ditione Bononiensi, in via Æmilia, inter Imolam ad occasum, & Faventiam ad ortum.*

PARS XIV.

Viginti octo dæmones, a

NOn multo post (nam ille annus prodigiis clarus extitit) quidam de Valialla *a*, cui nomen Bartholomæo fuerat, ad hoc S. Mariæ monasterium, haud parva hominum turba comitante, concessit. Hic etiam funibus undique septus, vix a compluribus juvenibus, qui sibi comites extiterant, & qui domi tunc erant, (utpote qui ab viginti & octo spiritibus malignis torqueretur) detineri [poterat.] Qui quidem pessimi spiritus, interdum jocum, quandoque terrorem præsentibus inferre. Quis enim tam gravis tam rigidus, [ut] de se risum non dedisset, cum ex ore unius varias voces vario motu verba edentes accepisset; ita ut populum non unum loquentem putares. Et etiam quis tam fatuus, tam sensu levis rem prodigiosam tantam, C tamque horribilem non maxima cum formidine admiraretur? Mihi profecto incredibilia, commentitia fictaque essent, nisi Evangelistæ, qui nec mentiri volunt nec possunt, quemdam a Domino Jesu incolumem factum, eumque a legione dæmoniorum captum, litterarum indicio memoriæ tradidissent.

S. Joannis virtute compulsi, 176 Nunc ad propositum rediens, [prosequor.] Cum jam de ejus sospitate a cunctis fere, (quia multos incassum dies in tali opere consumpserant) desperaretur, & hoc æstuans animo suo agitaret abbas, [an] omitteret inceptum, quoniam frustra erat, an S. Joannis virtutem expectaret, qua sæpe durando, in multis prospere usus fuerat; inquit senex provectæ ætatis monachus quidam, Petrus nomine: Pace omnium dixerim, reverendissime Pater. Hunc, nisi incolumem, hinc abire si permitti censueritis, in totius monasterii dedecus esse, dubitet nemo; cum luce clarius constet, eum multis variisque spiritibus impugnari. Eo utile honestumque duco (& idem vos spero ducere) [ut] nullo labore cum singulari tum universali victi, rei exitum etiam diuturnitate temporis præstolemur. Senis sententiam laudant & probant omnes.

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS. *Bartholomæum quemdam desivere cognatur.*

177 Illico uni ex monachis imperat abbas, sumpta cruce Joannis sanctissimi, diu legendo, orando, si forte alio concedant, experiatur. Ad hoc mirum spectaculum undique Religiosi & sæculares cum confluerent, factus est numerus non exiguus. Cum igitur utrimque strenue pugnaretur, nec dæmones in rem suam concederent, fessus fatigatusque monachus [quievit.] Conflictum subit alter, inde & alter. Demum servos suos miseratus Joannes, a Jesu gratia impetrata, facillime, unus diabolus post alterum divino nutu, dato proprio nomine, alia adiere loca. Quorum nomina ex monachis quidam memoriæ mandare curavit diligenter; inde in tanti facinoris memoriam in sacrarii pluteo recondita, diu conservata sunt: orto deinde inter finitimos bello, cum monasterii optima quæque ad Pithiani arcem deportarentur, nescio qua gratia, una cum nonnullis aliis rebus amissa sunt. Igitur recuperata E sanitate, Bartholomæus ille una cum ceteris virtutem Joannis sanctissimi ad cælum extollere. Demum, sumpta a Patre monasterii benedictione, ad sua læti rediere.

Majorem etiam numerum; b

178 Petrus quidam Dominici, de Prati Veteris agro *b*, qui dæmonem incognitum per duos fere annos, ut ipse demum autumabat, habuit, ad hoc S. Mariæ monasterium magna cum omnium admiratione, qua transibat, ob multa & varia, quæ inepte agebat & dicebat, vi a suis ductus tandem fuit. Huic tantas vires dæmon administrare, [ut] vinctus undique funibus, etiam a tribus viris fortissimis coram sanctissimi Joannis brachio haud fixi posset. Qui facile sospitatem omnium membrorum recipiens, tanti beneficii immemor; non solum suos pessimos mores, ut monachi monuerant, non mutavit, sed his & alios addidit multo nequiores. Eo divina justitia exigente, idem dæmon una cum septem & quadraginta spiritibus malignis miserum illum ingressus, adeo crudeliter eum torquere, [ut] frequens populus ad rem tantæ tamque inauditæ crudelitatis visendam, ex oppidis, villis, mapalibus, qua iter uti insanus habebat (aufugerat enim) concurreret. F

in Petro quodam

179 Demum calliditate multorum captus, vinctisque pedibus & manibus, non parva mortalium turba comitante, eum ad hoc S. Mariæ monasterium traxere invitum: quod haud fecissent, ni bonus presbyter quidam, eorum infortuniis compatiens, precibus & orationibus tulisset opem. Hunc undique funibus septum, quidam ex nostris videntes, quem multo major, quam antea, turba hominum sequebantur, in admirationem & stuporem versi intro nunciant quamprimum. Eo monachi sese in diabolum expedire, arma spiritualia parare, nil hujusmodi negotio necessarium relinquere; odio enim diaboli, pudoreque sui, quia tam cito redierat, vehementer agitati [erant.] Verum mirum erat varios in uno corpore audire spiritus, non solum diversis linguis loquentes, verum etiam motus incompositos eodem in corpore dantes [videre.] Omnes enim, qui tanto ritique spectá-

AUCT. MIER. RADIOL. EX MSS.

ſpectaculo aderant, [aderant enim complures, etiam provectæ ætatis Religioſi) ſe ſimile numquam audiviſſe vel vidiſſe aſſerebant. 180 Dum igitur in ſacrarium concurſus omnium fieret, monachis cum S. Joannis brachio orantibus, princeps omnium dæmon, qui, ut ſupra diximus, miſerum hominem ſolus prius invaſerat, inquit: Suam promittat vitam deinceps juſtius ſe inſtituturum (ita tamen, [ut] dictis facta compenſet) & nos omnes ibimus in rem noſtram. Illico is [ſe] vitam in melius mutaturum, moreſque ſuos peſſimos correcturum fatetur. Hi itaque dæmones, parvo dato temporis intervallo, omnes una varios ſonos emittentes, ita ut hominum multitudinem diceres, alio contenderunt. Incolumis ille jam factus, monituſque a ſacerdote, per confeſſionem Deo adhærere [ſtatuit.] Habita ſuorum ſcelerum diligenti confeſſione, ipſe & ſocii læti & admirantes, virtutem Joannis ſanctiſſimi ad æthera extollentes, in Caſentini vallem, inde in patriam rediere.

expellitur

B 181 Quamdam alteram matronam de Flaminiæ partibus ad hoc S. Mariæ de Valle Umbroſa veniſſe accepimus monaſterium; & dæmonem, qui eam invaſerat, poſt multa cum ea habita certamina, ſacerdoti, qui ſignum petebat, dixiſſe: Ubi alio contendendi tempus imminere cognovero, quod jamjam proſpicio adeſſe, aſinus ruſtici cujuſdam, qui de rupe deſcendens, hac iter habebit, congruum ſatis manifeſtumque meæ diſceſſionis ſignum, me tacente, dabit: pedes enim ejus adeo humi defigam, [ut] nec inde, niſi ferreis inſtrumentis relictis, evellere [quiſquam] valeat. Hoc enim cum & ridiculum nec facis conveniens multis, qui aderant, videretur; ecce illico ruſticus, ignarus hujus rei, opem requirens, ingrediebatur capellam, aſſerens aſinum, quem ducebat, paullo ante ita pedes fixiſſe, [ut] nullis percuſſionibus, nulla vi ex eodem loco ſe movere aut vellet aut poſſet.

Mira ſpondet

mulierem deſeris, integrate reſtituturum,

C 182 Quem diabolus imprimis paullulum uti admirabundus intuens, inde cachinnans inquit: Pace fiat tua volo, ruſtice amiciſſime, aſinum tuum pro ſigno fugæ meæ haberi; in hoc enim nihil, niſi inſtrumenta ferrea, amiſeris; ceterum aſinus una tecum iter peraget ſuum. His dictis, ejulans & ſtridens in rem conceſſit ſuam. Hæc ruſticus vera ducens, comitantibus nonnullis, cum eo, ubi aſinum reliquerat, ſperans ibidem inventurum, contenderet, aſinumque jam procul a loco paſcentem aſpiciens, vehementer admiratus, S. Joannem virum ſanctiſſimum dicere; præſertim quia, ut dæmon dixerat, eum nudatis pedibus omnibus aſpexit. Illico itaque paullulum commotus Florentiam; ii intro conceſſere, mulieremque, uti vita defunctam, in manibus excipientes nonnulli, tempus quietis operuere. Demum ad ſe rediens eum & locum admiraretur & homines, re cognita, Deo gratias agens, in patriam ſuam gaudens rediit.

dæmon ex muliere diſcedit.

183 Alium de Pontenano oppido, nobis relatum eſt, veniſſe mulierem; & dæmon, qui eam invaſerat, ut plurimum ſolent, ſe cujuſdam Liguris, cui nomen Beltramo, animam fuiſſe fatebatur. Quod quia impudens mendacium fuit, refellendum eſt, & ſanctæ matris Eccleſiæ auctoritate retundendum, ut ignobile vulgus, hæc haud poſſe fieri, ſentiat; & ita ad veram religionem inſtruatur, & docti in vera ſententia roborentur; & eo probato, ad propoſitum revertemus. Imprimis Prophetæ auctoritate probatur, qui inquit: Spiritus vadens & non rediens. Nihil refert, quo eat, ſeu per aerem volitet ſe purgando, ſeu loca terrena inculta deſertave ſeu non deſerta incolet; ſeu nobis incognita, quod purgatorium dicimus, petat; in corpora amplius eum redire humana nefas & dicimus, & ducimus. Præterea nuſquam gentium lectum eſt, ejuſdem conditionis & naturæ duas animas varias ſecum ſentientes in uno corpore ſedem habere. Potuiſſem & alias tum ſacri Euangelii, tum divinarum Scripturarum in rei probationem ſententias afferre: ſed præterea ne ſermones, quam hiſtoriam proſequi videar, ſatis eſt [pro] noſtrorum ſcientia, diabolos in hoc mentitos eſſe probaſſe. Verum ſi quid in animarum utilitatem, ut Officia, ut Gregorianas Miſſas, ut eleemoſynas E requirant, hoc inviti, Deo volente, agunt. Verum nunc ad inceptum redeo.

184 Cum igitur dæmon diu & cruce & orationibus, [ut] alio contenderet, tormentis acribus afficeretur, demum, in propoſitis perſeverans, in hæc prorupit verba: Si iſti diligenter res meas inveſtigatas & inventas filiis meis reſtituere curabunt, ibo in rem meam. Si eorum ſolita perverſitate ducti, omnia malle quam rem reſtituere [pergant,] etſi nunc coactus alia adivero loca, alias rediens, plures mecum ducens ſocios, pejora tormenta eis inferam. His auditis, miſeri illi parti ſuæ timentes inquiunt: Da viam aggrediendi rem, ſi potis es, & quod dicis executioni mandare curabimus diligenter. Adhibeatur oro, inquit dæmon, qui, quæ dixero, litteris det: volo enim res meas more gentium publicis legare codicillis. Illico accerſito ſcriba, qui tunc forte domi monaſterii rem cum abbate curaret, ex voto F & ex ſententia ſua, dæmon res, cauſas, opera, dies, creditores debitoreſque in rei fidem aperiens, quid filiis, quid eccleſiæ, quid ceteris relinquerat, per ſcribam memoriæ proditum eſt. His peractis diligenter, dæmon ceu fumus evanuit. Inde nec mulieri illi, nec alteri ejuſdem domus detrimentum ullus eſt inferre.

qua arte ſit architecti filius dicebatur

185 Verum ſupradicti Beltrami necem, quo res magiſque magiſque in aperto ſit, uti accepimus, paucis aperire non abs re viſum eſt. Hic more illius gentis has noſtras profe, atque etiam pro ſuis petiit regiones: noverat enim aliquid architecturæ artis, qua æſtivo tempore una cum ſuis non parvam ſibi pecuniam congerebat; quem quidam perverſi homines de Pontenani oppido, ea cupiditate pecuniæ illecti, obſervare; vias & itinera ejus diligenter hoc animo, ut interficerent, explorare. Quadam igitur die, diſpoſitis inſidiis, eum in ſecretiori loco horrentis umbroſique nemoris non longe a Pontenano aggreſſi obtruncavere, [&] ſublatis furtim pecuniis, inhumatum quamprimum abeuntes, ne res indiciis pateret, reliquere. Hinc dæmon divina voluntate, unam, ut audiviſtis ex ipſorum mulieribus, tormentis afficiens, rem omnem aperuit. Patet igi-

Dæmon ſeſe ſcelſi animam eſſe mentiens,

tur

A tur, mortales non suis semper sceleribus, verum interdum aliis rebus nobis incognitis torqueri: & ita id esse de cæco nato, Christi Jesu Euangelia declarant; quem talem neque sua, neque parentum scelera fecerunt, sed tantum, ut Dei opera per eum mortalibus patefierent. Verum nunc ad reliqua.

Alter item dæmon se meræ animam asserat.

186 Puellam quamdam de oppido Pomini ad hoc S. Mariæ monasterium venisse accepimus, quæ cujusdam domni Simonis de Ravexzanno soror extitit. Vivit presbyter ille adhuc, in decrepita tamen ætate constitutus. Verum dæmon, qui eam invaserat, animam cujusdam viri Mazzantis se esse asserebat, qui a quodam nequam in aleatum ludo sica fuerat necatus. Hoc ita esse nitebantur [affirmare,] qui aderant, omnes. Instabat tamen sacerdos, multas in medium sententias virorum, virtute & doctrina præstantium, afferens, quibus ostendebat, quamprimum animæ hominum exirent corporibus, ire, quo meritæ sunt; amœna scilicet loca,
B vel tetra & inculta, ad purgationem, seu ad æternos cruciatus, petere, nec aliena corpora ingredi. Ceterum illos esse spiritus malignos, qui a cunabulis hominibus, ii tempore & ignavia viri esse desinant, ad varias inferendas tentationes dantur. Nec mirum, si eorum nomina proferunt, si virtutes vel vitia prædicant, quibuscum commercium & familiaritatem ab ipsis habuere primordiis. Vix ipsis, ita esse, persuadere poterat: rustici enim more suo, quo minus, quæ dicuntur, intelligunt, eo magis admirantur: & cum alicui sententiæ aures jam præbuerint, non nisi cum maxima difficultate ab ea divelli possunt. Fit hoc præsertim, quia duræ cervicis sunt, & fere expertes rationis.

& pro eo Missæ celebrari postulant, puellam possessam relinquit.

187 Ceterum cum diu diabolus, ut exiret, aliovorsumve contenderet, fatigaretur, & ipse totis viribus, ne discederet, instaret; demum virtute Joannis beatissimi in hæc verba prorupit: Contendam alio, si pro illius Mazzantis anima & orationes fiunt & preces. Hi id se facturos omnino affeverantes, inquit ille: Videte, ne mentiti inveniamini: pejora enim posthac, Deo volente, vobis inferrem tormenta, si pro eo orare verbis tantum promitteretis; re autem ipsa alieni, acsi nihil ad vos pertineret, extraneique inveniremini. Fiet, fiet, inquit sacerdos; & si ceteri a pio opere desisterent, do fidem, me
C sacturum; tu tantum da locum Spiritui sancto, & abi in rem tuam. His finitis, illico terribilem tartareamque vocem dæmon emittens, puellamque semidefunctam vita relinquens, ceu fumus, evanuit. Inde paulatim illa vires resumens, re cognita, Deo & S. Joanni gratias agens, læta cum suis in patriam rediit, oblatis imprimis quibusdam pecuniis, ut, uti promiserat, pro præfati Mazzantis anima Missæ Gregorianæ in monasterio celebrarentur.

Monachus dæmonem inconsiderate conjurans, ab eo arguitur,

188 De Senarum partibus mulier ad S. Mariæ de Valle Umbrosa monasterium ducta est; cui dæmoni, qui eam invaserat, dum domnus Benedictus, qui postea S. Mariæ de Cuneo monasterio præfuit, more suo temere & inconsiderate contumeliosa & convitiis plena verba daret, (ita ut quandoque fit ab imperitis, dum ipsi dæmones interrogati, moram longam in respondendo faciunt) hoc, videlicet ita sibi insulse & inepte & temerarie conjurationem & exprobrationem fieri, dæmon ægerrime ferens, tandem vultu truci terribilisque oculis se in eum Benedictum convertens, inquit: O omnium monachorum pestifere, omnumque stultorum stultissime. Quid tibi vis? Quortumnam hæc tua fatuitas? Me parum considerate absque ulla supplicatione, seu devotione arguere, corripere, & conjurare audeas? Agiturne sic, o omnium insanissime, an quadam cum religione & timore? Abi, quo dignus es, in crucem tuam, & pueros cernentes prostitue: & si tua solita improbitate perrexeris sceleratissime, tua coram omnibus pandam vitia: Nondum plene, qualis sim, pernosti.

cui alter succedens laudatur;

189 Benedictus igitur ille monachus, quem malarum rerum conscientia forte instigabat, non parvo timore correptus, veritus pejora, si pergeret, timens, pavens in monasterium concessit. Cui officio monachus, qui succedebat, his, quæ dæmon in eum maledixerat, cognitis, scelera sua imprimis alteri ex sacerdotibus monachis devote aperiens, & acta, E quæ sibi injuncta fuerat, pœnitentia, illuc, ubi dæmon erat, concedens, dimisso vultu & voce supplici, dæmoni, ut exiret, in nomine Domini Jesu, & gloriosæ semperque Virginis Mariæ meritis, & S. Joannis, imperare. Cui dæmon: Istud est sapere; ita nos, ut tu, in Dei virtute & submisse conjurare; non, ut ille insanus paulo ante, verbis tumidis, inconcinnaque voce exclamare, & superba & minime hoc in loco & tali in officio condecentia proferre. Eum profecto, ni fallor, ita castigatum, ita mansuetum reddidi, ut posthac facile perspiciet, qua cum reverentia & religione divina omnia a mortalibus peragenda sint. Cedam igitur nam hic diutius esse, etsi vellem, tamen S. Joannis virtus prohibet.

tandem dæmon ex muliere pellitur.

190 Ceterum cum maxima pars diei in hujusmodi conjuratione peracta [esset], & sacerdos nihil proficere se intelligeret, (quia verbis discessio a diabolo nuntiaretur, ceterum reipsa acrior instare) optimum factu ratus, in diem alteram certamen cum diabolo differre, & interim supplicationes pro ipsius mulieris salute a singulis monachis fieri, tristis abiit. Eo postridie monachi de more summa cum reverentia illuc bini & bini cum S. Joannis brachio euntes, tamdiu illic canentes & orantes mansere, quoad diabolus, omni auxilio destitutus, non sine mulieris detrimento concessit, quo dignus erat. Mulier illa membris corporis capta, diu ipsius officio fungi haud potuit. Demum vero Jesu Christi gratia, & B. Mariæ & S. Joannis precibus in pristinam gratiam restituta, felix & valetudinaria deinde vitam duxit.

ANNOTATA.

a *Locatellus lib.* 1, *cap.* 107, *ait* Valiallam *esse castrum in partibus Hungariæ. Martinus Zeillerius in Descriptione Hungariæ meminit cujusdam oppidi, quod* Varalium *vocat. Utrum illud hic indicetur, non facile dicam.*

b Pratum vetus *vulgo* Prato vecchio. *Situm est prope ærumnam Camaldulensem. Inter hunc locum & Florentiam fere medio est Vallis Umbrosa.*

PARS

PARS XV.

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS. *Dæmon, qui ob fuæ-diæginam,*

MOnachum etiam hujus monaſterii, cui nomen erat Paulo, qui, etſi in decrepita poſitus ætate, vivit tamen adhuc, dæmon, ut infra ſuo oſtendetur ordine, magopere perterrefecit. Hic enim nonnullis quodam veſperi detentus negotiis, dormitorium extra ſine Superioris ſui miſſione quieſcere auſus, cum jam ad id eſſet [ut] cubile ingrederetur, (horreſco referens) ſibi adeſſe umbram hominis teterrimi viſum eſt; cui, ut referre ſolitus erat, truces oculi, os igni-vomum, nares hiulci, barba promiſſa, & in morem hirci inculta, efferaverant ſpeciem oris. Qua inſolita viſione ingenti metu correptus, & adeo omnibus corporis membris captus, [ut] nec Chriſtianorum more ſigno crucis ſanctiſſimæ ſe munire poſſet. Quid? quod

B nec lingua ſatis ſuum officium ageret. Miſer itaque ille [cum] tanto talique in diſcrimine corporis, &, quod pejus, animæ poſitus, quo ſe verteret, quem in ſui præſidium invocaret, neſciret, & jamjam dæmon lectulum, tartaream flammam evomens, teneret, tremebundus & lacrymans toto corde, quia lingua haud poſſet, ſeſe glorioſæ Virgini Mariæ, ſanctoque Joanni commendans, ſalutem ſuam in eorum manu tradens, tantum mortem æternoſque cruciatus evadat, orare.

192 Demum dæmon, cum neque, quod intenderat, efficere poſſet, quia Joannis ſanctiſſimi virtute frangeretur (nam monachum illum ſe ſuffocare [voluiſſe,] ipſe dæmon poſtea primo mane, ubi huc contendit, referre ſolitus erat) eo ægerrime id ferens, ſulcrum lectuli ira concitatus, per pavimentum prius trahens, in rem malam male olens conceſſit. In eo itaque tam aſpero negotio monachus ille non minus animo demiſſo poſt dæmonis diſceſſum, ac dum aderat, fuit: nam reliquam partem noctis inſomnem, ut ipſe narrare ſolitus erat, orans & tremens duxit; veritus ſemper, ne ſi etiam paullulum quoddam

C ab incepta oratione deſiſteret, communis omnium hoſtis dæmon pejor acriorque rediret: quod haud fecit; precibus enim & meritis ſanctiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ & patris Joannis beatiſſimi, perfidus ille ſathan procul abſtitit.

193 Summo igitur mane, quidam a dæmone captus, de villa, quæ vulgato nomine Thoſis dicitur (abeſt enim ab iſto S. Mariæ monaſterio fere per tria millia paſſuum) huc vi multorum comitantium ductus eſt. Cum igitur more ſolito monachi omnes ordine ſuo circumpoſiti canerent & orarent, ille, quem dæmon invaſerat, omnibus prius monachis luſtratis, in eum dæmon, qui præterita nocte viſionem illam tam terribilem viderat, oculos defixit; inde, parva data mora, ingenti voce inquit: O amice, quod in iſta præterita nocte a me paſſus es, tibi merito accidit, quia, ut inobediens & perverſus, foris, dum alii quieſcunt, fuiſti; cave poſthac: niſi enim ex intimo corde oraſſes, alteris, mihi crede, de te exemplum dediſſes. His dictis conticuit. Monachus vero ille, inde quid ſibi evenerat, compluribus enarravit. Pergentes igitur Religioſi viri numquam a pio opere deſtitere, quoad dæmon ille, S. Joannis virtutem amplius ferre non valens, in rem malam, tartaream emittens vocem, conceſſit.

194 Videant igitur Religioſi omnes tum monachi tum fratres, dicantque exemplo miſeri iſtius, qui jugo obedientiæ colla præbentes ob Jeſu Chriſti amorem animarumque ſuarum gratiam obſequendam, omnibus, quæ videbantur in ſæculo poſſidere, poſtpoſitis & abjectis, Patribus & Abbatibus voluntatem vovere ſuam, quid periculi diſcriminiſque immineat eis, [qui audent] rebus in juſtis haud auſcultare, tum interdum mala cupiditate illecti, a recto itinere divertentes, devios ſequi anfractus etiam, &, quod intolerabilius eſt, præcepta Benedicti Patris, aliorumque ſanctorum Patrum ſpernere, & inculta quædam & devia ſequi. Memorare poſſem nonnullos tum E noſtræ tum alterius Religionis Fratres, qui mentis oculis exæcati, ea, quæ coram Deo & Sanctis ejus polliciti ſunt, non ſervantes, imo, quod pejus eſt, propriæ religioni mala inferentes, &, quod dictu nefas eſt, prætextam & habitum projicientes, & vitam non modo non religioſam, ſed lenonibus turpiorem ducentes, demum judicio divino exitium dignum eorum moribus invenientes, imprimis plerumque magnis ordinibus peſſumdatis, in barathrum inferni demerſos, ni me ea res longius ab incepto traheret, & alio tempus maturare feſtinaret. His igitur dimiſſis, ad S. Joannis miracula deveniamus, quæ, ut alias dixi, [plurima ſunt.] Si ſigillatim in ſingulis ejus feliciſſime actis miraculis immorari vellem, tempus quam res maturius me deſereret: caterva-tim enim ſe offerunt. Quamobrem quamplurimis prætermiſſis, quædam ſigna magis celebrata, quo potero ordine, oſtendam.

Dæmon qui ob fuæ-diæginam, inde aufugit habito paramento ad Religioſos.

195 Ad hoc S. Mariæ monaſterium de partibus Flaminiæ anum quamdam, a dæmone captam [intellexi,] vi affinium aliorumque [ſuiſſe] ductam, qui re inſolita, ut mos eſt, excitati comites ſeſe tanti tamque F ardui itineris ſponte præſtiterant. Qui quidem dæmon, qui eam invaſerat, tanta arte tantaque calliditate ſimulandi & diſſimulandi, bone Jeſu! inſtructus [erat,] ut ei vel nullus nequam ſpiritus, vel pauci ſimiles, mea ſententia inter homines, per aerem volitantes reperiantur: qua arte, de more cum cruce a monacho quodam in Diaconatus officio conſtituto conjuraretur, ita uſus eſt, ut quivis tali in re etiam longe expertus affirmaſſet, mulierem illam a nullo iniquo dæmone occupari: nam S. Mariæ Angelicam ſalutationem, orationem etiam Dominicam ſumma cum devotione, oculis demiſſis, voce ſupplici dicere; per ſe, (quod incredibile videtur) ſignum crucis edere; &, ne lectori faſtidio ſim, omnia devotionis ſigna, quæ a quovis catholico viro fieri poſſunt, in anu illa eſſe.

Dæmon poſtea ex obſeſſi mulieris corpore ejicitur,

196 His itaque ſignis cum etiam monachi omnes fallerentur, eam veluti ſoſpitem arbitrantes, affines ad ſolitum hoſpitium, monachi intro rediere: cibo potuque corporibus paullulum refocillatis, quia jam diei extremum erat, diſceſſum in diem poſteram paravere. Cum igitur jamjam tenebræ noſtram

clam mulieri ſe poſſeſſa fugam ad maritum fuadet;

coopt-

Digitized by Google

A cooperuiſſent regionem, opera & arte dæmonis mulier corporis neceſſitatem ſimulans, ſeorſum ivit. Quæ ubi intellexit, ſe a nullo videri poſſe, curſu quam rapido, dæmone vires adminiſtrante, ad flumen, quod Micanum dicitur, uſque (diſtat enim a monaſterio fere per duo millia paſſuum) nulla data requie appulit. Inde ripam fluminis aſcendens in aquæ altiſſimæ pelagum ſeſe præcipitaret, hortabatur dæmon; ceterum S. Mariæ & S. Joannis meritis, divina bonitas ei opem ferens, a tanto tamque nefario facinore prohibuit.

ac mulier reducta, priſtinæ ſanitati redditur.

197 Cum interim ſui per quemdam monaſterii ſubulcum, qui ſero domum repedarat, cauſa & itinere cognito, propere flumen petere; & quo propius loco accedere illi, eo dæmon magis ingeminare, inſtare, [ut] ſibi mortem conſciſceret mulier. Demum capta, orabant, ſuis iret pedibus; verum cum hoc fruſtra eſſet (ſe enim illic pernoctare velle affirmabat) hi ira ægritudineque permiſti eam nec amplius, etſi mater [eſſet,] perferre valentes, ipſius manibus a tergo vinctis, dæmone ſilvam ululatibus clamoribuſve
B implente, ad hoc S. Mariæ monaſterium traxere invitam. Poſtridie vero monachis ex more cantantibus & orantibus, non multo conſumpto tempore, dæmon amplius S. Joannis virtutem non ferens, veram paravit fugam; diſcerpens enim imprimis ferociter mulierem, inde torve terribiliterque exclamans, in rem conceſſit ſuam. Igitur mulier, recuperata ſoſpitate, læta cum ſuis patriam reviſit.

Præter multos alios curatos puella quædam,

198 Memoria mea de Valle-Caſentini de agro Ceticæ, tum viri tum mulieres capti a dæmone ad hoc S. Mariæ monaſterium vi ducti fuere complures, qui quidem memorabiles extitiſſent; ſed quia & tempori & voluimini modum ſtatuere volo, ceteris prætermiſſis, hoc uno in præſentiarum contenti erimus. Puella quædam, Catharina nomine (ſi rite audita recordor) per plures dies ante S. Joannis feſtum huc funibus vincta, (nam a peſſimo dæmone torquebatur) deducta eſt. Quæ, etſi in itinere, ut multi, propter loci ſanctitatem, priſtinæ redditæ eſt ſanitati, tamen comites diaboli calliditatem doloſque
C verentes, monaſterium hoc imprimis [adierunt;] inde quamprimum domum repedare conſilium fuit. Igitur ubi venere, per crucis experimentum eam tunc convaluiſſe, liquido patuit. Eo in patriam ipſa die rediere quamprimum.

in quam demon redierat,

199 Verum neſcio qua gratia factum ſit, [ut,] non multis conſumptis diebus, eam iterum dæmon ferocius ſolito torqueret. Eapropter, ne importuni & moleſti, ſi quamprimum ad hoc S. Mariæ monaſterium rediiſſent, haberentur, in ſanctiſſimi Joannis feſtivitatem, quæ haud procul erat, ſui diſtulere adventum. In ipſius igitur vigilia vix, diabolo totis viribus annitente, huc eam traxere invitam. Verum cum ea ipſa die, qua venerat, haud liberaretur, poſtridie primo mane, ne tantæ feſtivitati eſſet impedimento, cum undique mortalium concurſus ad tale ſpectaculum increbreſceret, cuidam monacho presbytero parum caute ſeu devote legenti inquit dæmon: Abi hinc, quo dignus es, hypocrita; & piſces, quos furtim ſuſtuliſti, talique in angulo celaſti, cura, quamprimum œconomo reddantur.

D AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS. *indicato sacrilego furto,*

200 Forte fortuna fuit, dum hæc contumelioſa verba in miſerum monachum illum diceret dæmon, [ut] œconomus, alium quærens ſocium, tranſitum illac haberet. Cognito igitur, diabolo volente, furto, lætus clam quamprimum inde ad angulum abiens, (quia in conjecturis ſagaciſſimus erat) ubi dæmon dixerat, piſcibus inventis, coquo reddere curavit. Hæc & mihi & nonnullis aliis monachis ille, cui tunc juſſu abbatis & cellulæ vinariæ & coquinæ cura eſſet, ſublato tamen nomine auctoris, omnia retulit jocando: demum fatigatus a nonnullis & auctoris nomen aperuit. Præfatus vero monachus, qui dæmonem conjurabat, etſi imprimis, his auditis, erubuit paululum pavitque, tamen, ne fidem rei faceret præſentibus, ſi illico inde abiiſſet, perrexit humilius & ſupplicius, quam antea fecerat, legendo.

post alterius monachi conjurationem, a

201 Inde alter monachus, qui nunc monaſterio S. Mariæ de Fonte Thaonis *a* præeſt, curam conjurandi dæmonis accipiens, multo opere fruſtra conſumpto, demum indignabundus abiit. Meridie vero cum more ſolito catervatim cujuſvis conditionis tum virorum tum mulierum turba non parva, admiratione & ſtupore percuſſa, undique confluerent, optimum factu credentes, qui tunc aderant, abbates (aderant enim complures) in conjuratione S. Joannis *brachium* adhibere; juſſu Patris majoris convenientibus monachis, reliquiſque cum Religioſis, tum ſacerdotibus, (is enim dies fere per univerſam Etruriam celebratur ſumma cum devotione & religione) effertur brachium.

maligni ſpiritus dominium evadit,

202 Cum igitur utrimque ſumma vi certaretur, ille pro ſuo commodo, hi pro Chriſti Jeſu gloria, tandem dæmon diſceſſum ſuum adeſſe ſentiens (nam virtus Joannis ſanctiſſimi eum urgere, compellere) mulieri puellæ infenſus, [eam] humi quam crudeliter conſternens, inde etiam diſcerpens, tartarea demum emiſſa voce, in rem ſuam malam conceſſit. Ea igitur puella diu humi
E prolapſa, uti vita functa jacens, demum admirabunda ſurgens, oculoſque circumferens, parentes, ubinam gentium eſſent, & quid turba hominum, quid ſibi Religioſi illi vellent, inquiſivit. Cui rem omnem aperientes, actis gratiis Deo & Virgini Mariæ ac S. Joanni, iter in patriam parant; quam ſecuta eſt turba propria tum affinium tum propinquorum læti, quia eis proſpere ſucceſſerat.

quo exemplo S. Joannis gloria augetur & sacrilega nonnulla

203 Quo cognito miraculo, omnes alii etiam, qui tantæ interfuerant feſtivitati, Joannem ſanctiſſimum ad ſidera extollere, obviam venientibus omnibus rem tanti facinoris aperire. Ita Joannes beatiſſimus clarior haberi. Sed libet in calce hujus prodigii eos appellare, qui etiam hac tempeſtate pluris corpus quam animum faciunt, [ut diſcant,] quid diſcriminis periculive his divina tractantibus immineat, niſi prius ſua mala facinora per diligentem confeſſionem alteri ex ſacerdotibus aperuerint; vel ſaltem corde contrito & humiliato ea retractare curarint; cum ſacra carmina decantent: Cor contritum & hu-

humiliatum Deus non despiciet. Verum nunc ad reliqua.

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

204 Aliam de Vulterris [b] mulierem accepimus ad hoc S. Mariæ monasterium pro sospitate recuperanda venisse: nam eam tres pessimi invaserant dæmones. Cum diu ipsi dæmones non darent gloriam Deo, [&] frustra conjurarentur, desperatis illis [qui comitati fuerant, imperatum est, ut] postridie, ni curaretur, in patriam redire curarent. Visum est [interim] mulieri, monachum quemdam reverendum nocturna visione sibi cum cruce in manibus astitisse. Quæ indicia & signa, sanctissimum Joannem fuisse, declarant. Qua visione insolita mulier perfusa horrore, inquit ille: Ne verearis, obsecro mulier: mihi crede, postridie liberaberis: modo auxilium Dei, Virginis Mariæ matris ejus fide integra poposcerisb. His dictis sublimis abiit.

Mulier de nocturna visione præmonita.

a virum dæmoniorum possessa curatur.

205 Ubi igitur summo mane surrexit, vicino suo visionem illam studuit enarrare; ille illico Abbati. Ducatur iterum in ecclesiam inquit Abbas: spero enim S. Joannem, qui in visione sibi apparere dignatus est, non defuturum in tempore opportuno. Quod equidem & reipsa probatum est. Nam, monachis cum S. Joannis brachio devote orantibus & canentibus, hi tres dæmones unus post alterum, dato non parvo temporis spatio, in rem suam malam concessere. Verum hoc memoria dignum: quia uno liberata dæmone, paullatim & corporis vires & sanæ mentis officium sumere [cœpit:] adeo tertio abeunte dæmone, ipsamet Deo gratias agens, orationem tam eleganter dicitur habuisse, ut omnibus & gaudio existeret & admirationi. Vir suus, locuples cum esset, viso tanto prodigio, multum pecuniæ offerens, humiliter ab abbate petiit in tantæ rei miraculum, ut id, & S. Joannis quædam in vita sua feliciter acta in parietibus ecclesiæ monasterium extra sitæ pingeretur. Quo benigne impetrato, læti in patriam rediere. Quæ pictura etiam hac nostra tempestate ipsis in parietibus demonstratur.

B

C

ANNOTATA.

a *Lubinus in Brevi notitia abbatiarum Italiæ pag. 144. putat, monasterium fontis Thaonis idem esse cum monasterio S. Salvatoris de Fontana, quod situm est in diœcesi Pistoriensi. Dubito, an Auctor hoc monasterium hic velit, cum illud titulo S. Mariæ de fonte Thaonis nominet.*

b *Hujus urbis situm in Annotatis ad primam Vitam indicavimus.*

PARS XVI.

Figulus ad malam vitam a diabolo possessus,

FIgulus quidam de Cancelli oppido, cum suam pessime vitam instituisset, [a dæmone obsessus est.] Nam, ut alia sua malefacta omittam, expertem etiam alicujus minimæ misericordiæ a viris fide dignis accepimus; adeo ut inopes domum suam pro alimonia petentes virgis, convitiisque & contumeliosis verbis infectans, procul esse cogeret. Si quis in petendo, ut eis mos est, importunior procacior ve extitisset, baculo petere, ita [ut] qui semel domum adierit suam, amplius non rediret. Hunc magis fibi quam aliis immitem & crudelem dæmon pessimus divino judicio invasit, & tot tantisque eum affecit tormentis, ut pene, dum ad nos delatus est, exanimis existeret. Aiebant & comites: Ubi primum monasterii prata adivimus, tum diabolus magis solito vexare, in varias partes torquendo trahere; ita ferociter ut sibi infensis de se compassionem misericordiamque præberet. Pro se etiam quisque nostrum pejora verentes, Jesum Virginemque Mariam matrem ejus orare; sancti etiam Joannis opem sæpius & sæpius efflagitare.

D

paulo ante mortem ab ejus possessi liberatur;

207 Demum dæmon postquam sensit, virtutem Joannis sanctissimi adesse, [cum] nec miserum illum, ut concupierat, suffocare, neque gratiæ Joannis beatissimi refragari posset, alio indignabundus contendit. Post dæmonis discessum, eum sessum corpore trahentes ad hoc S. Mariæ monasterium deduxere. Verum quia jam laborabat in extremis Deo animam ejus commendare, quam conjurare, optimum factu visum est: vix enim animæ ritu & ordine ecclesiastico commendatione facta, diem clausit extremum. Cujus cadaver tristes & mœsti jumento in patriam tulere. Prob bone Jesu! constat, dæmonem invitum ab eo abiisse, profuisseque illi misero Virginis Mariæ & S. Joannis merita & preces, quia in tanto corporis & animæ discrimine haud defunctus est.

E

unde deficientis & stupendi eos castigare, qui diuturna Domini Jesu abutuntur patientia; qui malunt severum Judicem, ac pium experiri patrem: qui hac brevi cruciatibusque plena frui vita potius optant, ea æterna omnibus referta voluptatibus: cum, etsi perperam flagitioseque vixerint, tamen veniæ via patet, si dum tempus datur, dum spiritus hos regit artus, ad ipsum Dominum Jesum, qui eos creavit, suo cruore redemit, sua ingenti patientia tolerat, benignitatis & misericordiæ plenissimum fontem, supplices & humiles redire voluerint. Sunt tamen, qui male sibi consulant, qui summum bonum in voluptate ponunt, qui, ut divinæ Scripturæ volunt, malis intolerabiles paratos cruciatus, bonos vero æterna præmia pro virtutum mercede habituros pro ridiculo habeant; qui errore seducti, mala voluptate capti, ad loca illa tetra inferiora & subterranea, inculta & formidolosa demum demerguntur.

F

ad peccatores.

209 Sunt qui parti suæ malum veriti, Deum unum, justum, misericordem, piumque ducant; tamen nimium freti bonitate divina haud emendantur; imo indies, quod pejus est, licentiæ quædam major ad vitia fenestra patet. Hi quidem, ut plurimum falsa spe decepti, apud inferos variis cruciantur torturis. Sunt etiam nonnulli, qui & dicant & sentiant, Deum non omnes, sed quosdam hac in vita punire sceleatos; eo fat esse in extremo vitæ Domini Jesu implorare clementiam. Hi profecto longe falluntur, vitæ suæ exitus, quos ignorant, securos ducentes. Cum etsi longam vixerint vitam, in fine ipsius nil securi est, cum hinc mundi hujus amor, inde malarum rerum conscientia, alia ex parte dæmonum truces aspectus, æterna mala minantur, vexent turbentque adeo, [ut] mens

A mens & animus nullo modo sedari, Jesuve reminisci possint. Hinc itaque excæcati perpetuis cruciatibus traduntur. O nos felices fortunatosque, si vel inviti, vel, quod securius esset, è Domino Jesu per varios casus, vel a nobis sponte pœnas nostrorum scelerum in præsentiarum daremus, ut eas æternas evadere possimus. Verum ego a tramite paullulum diverti, dum hujus nostræ ætatis ingratitudinis malorumque morum piget tædetque. Nunc ad reliqua.

Dæmon expulsus pro anima defuncti fieri Officium.

210 Eodem fere modo, quem nunc supra diximus, aliam de agro Aretino invaserat dæmon; quem ad hoc S. Mariæ monasterium super jumentum cum adduxissent affines, adeo corporis nimis, ob varios dæmonis, quos in itinere pertulerat, dum invitus huc contenderet, cruciatus, debilitate detinebatur, [ut] nullo in loco, nisi in lecto prostratus quiesceret. Eo optimum facto visum est, [ut] eodem in loco, ubi corpus situm habebat, cum S. Joannis cruce conjuraretur. Quod cum ex sacerdotibus unus ex præcepto abbatis id agere curasset, mutus illico effectus dæmon, fere per horam, ut responsum daret, precibus, minis, conjurationibusve ullis haud flecti potuit. Demum in iram diuturnis conjurationibus versus inquit: Non hinc discedam, nisi pro anima talis viri defuncti, mortuorum Officium solenniter fuerit adimpletum. Polliciti sunt, qui aderant, affines, se id, ubi primum domum contendissent, executioni mandaturos, si alio iret. Ibo Officio expleto: nam vos novi, o pessimi rustici, nulla vel pauca, beneficiis acceptis, præstare promissa. Cras fiet, inquit sacerdos. Cras discedam, inquit ille. Quid multa. Solenniter devoteque postridie defunctorum celebrato Officio, nihil hominem lædens, in rem suam malam abiit dæmon.

Ut præstet in carnem non migret.

211 Verum rei exitum parum animadvertatis oro. Cum enim tunc his rusticis pecuniæ deessent, in S. Joannis festivitate se ad hoc S. Mariæ monasterium venturos, tresque libras nummorum pro ipso Officio, sacrario oblaturos, promisere. Minime, inquit sacrista: sat enim est, si tantum pecuniæ, C quantum in cera accendenda expostulimus, persolvatis. Papæ quid dicitis Pater! non tres tantum, sed & quatuor ad minus dabuntur. His dictis læti discedunt, licet alias animo, ac verbis polliciti fuerant, cogitantes: & ita esse, re ipsa probatum est. Ceterum o humana nobis atrox superbia! o præsumptio vana! o ambitio quam cæca semper! Dum Deum Sanctosque ejus irridere putamus, nos irridemus; nobis laqueum foveamque paramus; in nos nostræ reflectuntur fugitæ. Quod equidem multorum, sed præsertim horum exemplo patuit. His igitur non in ipsius S. Joannis festivitate solum, sed anno expleto, quod polliciti [fuerant,] minime servantibus, ille, quem captum a dæmone huc duxerant, obiit. Si tamen iterum dæmon eum invaserit, parum compertum habemus; vita vero functum a quampluribus ejusdem loci fide dignis accepimus. Inde aliud miraculum, quod fratres sui germani, totaque domus extremam miseramque vitam ducunt, cum eis sæpius etiam res familiaris ad necessaria desit.

212 Nec multo hinc procul mulier quædam, cujus pater & fratres nostram incolunt possessionem, a dæmone capta extitit, quam affines, multis ex finitimis comitantibus, non sine magno sui imprimis discrimine, aliorumque labore, deinde ad hoc S. Mariæ monasterium traxere invitam: cum enim dæmoni grave molestumque esset cum Joanne beatissimo habere conflictum, sæpenumero [ut] mulierem illam de mulo ad terram detruderet, dum huc irent, periculum facere conatus est; nec valuit tamen, tum divina gratia id imprimis volente, tum & [iis,] qui aderant, eam [constantibus] observare diligenter. D AUCT. HIER. RAD. EX MSS. *Item ex mulieres.*

Pœnalitas missa pro defuncto. Missa.

213 Cum igitur in Sanctorum sepulcro a monacho religioso cogeretur dare responsum (nam [dæmon nitebatur] mutum se simulare) in hæc tandem prorupit verba: Quid tu tibi vis? Quid a me quæris? obtundis, tametsi audio. Nil aliud nisi exeas, abeas, inquit monachus. Lubens abibo, tunc [ait] dæmon: hos enim cruciatus [ferre] amplius non valeo. Ceterum hoc non fiet, nisi pro anima avunculi sui missa dicantur Gregorianæ. Se id acturos affirmant omnes, præsertim affines. Missæ hoc in monasterio dicentur, ait monachus. Tunc dæmon in affines suos truces oculos convertens, inquit: Nisi dictis facta compensaveritis, me iterum in hanc rediturum, persuadeatis volo. Missæ dictæ sunt. Mulier vero, quæ adhuc vivit, hactenus semper illæsa fuit. Ceterum hæc diabolus, quia ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit, Domino Jesu volente, dicit, factique. E

Mulier per magicas artes male affecta, a b

214 Etiam non hoc duximus prætereundum, quoniam modo quædam mulier de monte Miliario *a*, a dæmone & incantationibus, quas vulgo malias *b* appellant, S. Joannis precibus fuerit liberata. Hæc itaque nunc anus, tunc puella, cujusdam iniqui, ut fertur, presbyteri herbis quibusdam, diabolicis additis verbis, a dæmone ita torqueri, [ut] mente sanisque sensibus privata penitus videretur. Quid misera ageret, quo se verteret, quem Sanctorum in sui auxilium exposcat, cum sui juris non esset, ignorabat. Demum orantibus suis, S. Joannes, cujus devota a teneris annis extiterat, in mentem venit; cujus gratia illustrata hæc lacrymans effudit: O Joannes beatissime, Jesu familiaris & amice, tuam respicias ancillam, in tot tantisque ærumnis & miseriis, suis peccatis poscam: oro, non peccata consideres mea, non meorum etiam; sed devotionem, quam tibi toto corde semper exhibui: velis, Pater sanctissime, tuis apud Jesum Virginemque Mariam precibus impetrare, [ut] hac truci intolerabilique pœna liberata, valeam more solito & melius & devotius tibi sanctas orationes ac devotas mittere; monachis conversisque omnibus tuæ Religionis solitum exhibere cum caritate hospitium. O mira & stupenda in Sanctis gratia! o ineffabilis in eis dignitas & potestas! o Domini Jesu verba verioribus vera, qui inquit Apostolis suis: Et majora horum facietis: ita vos mittemini.

Invocata S. Joannis opem fame-

215 Illico, ea parva oratione habita, adeo convaluit, adeo in pristinam rediit hospitatem & incolumitatem, ut melioris sensus

Digitized by Google

A ac antea, & majoris existeret pulcritudinis. AUCT. HIER. RAD. EXMSS. Visum est tamen utilius & securius, etsi, ut diximus, ad plenum convaluisset, tum affinibus, tum omnibus, ad hoc S. Mariæ monasterium usque una cum ipsa ire. Huc igitur summa cum fide & reverentia venientes, eis S. Joannis brachium, audito tanto miraculo, devote ostensum est. Eo igitur osculato, in patriam læti rediere.

qua fe deinde gratam oftendit.

216 Sed etiam hæc nostra tempestate operæ pretium est eam advertere diligenter; qua fide, qua caritate, quo vultu hilari, jocundaque fronte, quam opipare non hujus monasterii tantum, sed totius etiam Religionis excipiat tum monachos tum conversos. Ubi primum eos transeuntes domum juxta audit vel videt, ita annis obsita, ætate confecta, prosilit in viam, orat, vexat, trahit, [ut] suam ad quiescendum ingrediantur domum. Expertus loquor: hæc enim nisi de pietatis fonte fieri, & quia accepti beneficii memor [est,] dubitat nemo. Proh bone Jesu! quantum interest inter hanc mulierem & eum, cujus gratia hoc
B in monasterio, ut paullo supra diximus, defunctorum celebratum est Officium. Hæc illam, quam non est pollicita, quotidie exhibet misericordiam; illius vero affines nec quod monasterium exposuit, persolverunt. Quid mirum, cum de leprosis mundatis Jesus Christus dicat; Nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt? Non est inventus, qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Nunc ad reliqua.

ANNOTATA.

a *Franchius lib.* 10, *pag.* 383, *hunc montem vocat* monte Mignaio; *ejus situm frustra inquisivi*.

b *Vox Italica* malia *idem significat, quod Latine* magia *vel* veneficium.

PARS XVII.

NON dies, ut aiunt, sed annus me deficeret, si omnes homines, quos propriis oculis vidi, de agro Ceticæ aliisque
C finitimis locis, tum dæmone captos, tum ex aliis infirmitatibus laborantes, qui istud S. Mariæ adiere monasterium, connumerare vellem. Proh bone Jesu! ausim dicere, ferme singulis [mensibus], horrida tamen dempta hieme, non unam tantum mulierem, verum nonnumquam tres, quatuor; interdum etiam & viros & cujusvis conditionis mortales, hoc S. Mariæ monasterium adiisse; ita ut nobis admirationi tædiove existeret sæpe: nam una vel unus [vix erat] liberatus: ecce de improviso alteram vel alterum, & hæc & nemora rupesque omnes & concavas valles rusticis tartareisque vocibus complentem.

Multi in agro Ceticæ,

omne genus variis malis affecti,

218 Verum cum annuatim, dum in eam concederent, Salvatorem quemdam, nostræ religionis monachum presbyterum convenirem, (nam ipse omnibus, præsertim monachis aliique Religiosis & vultu & rebus ipsis amicabilem se præbere) sæpius in hujusmodi verba inter alia cum ipso incidi: Unde, Salvator, tot ad nos de hac provincia magis quam de aliis confluunt homines? Nescio, inquit ille, nisi forte quia hujus villæ magis
D liberales & securiores ceteris existunt finitimis. Nam ut cetera omittam, soliti sunt filias suas, tum puellas maritatas, tum nubiles, sine comite ad nemora, ad pascua, ad prata, pro lignis, pro pascendis bobus, pro fœno, proque aliis necessariis, quavis hora [mittere;] nil verentes, non lupos, non ursos, non juvenes cereos ad carnis aliarumque malarum rerum voluptates: eo fit sæpius [ut,] cum nonnumquam sero, interdum vero obscura nocte domum repedent, (nosti enim mulierum & præsertim puellarum virginum naturas adeo timidas esse) si arborem, foliumve, plantasve novellas motas vento, vel parva etiam aura fiante, viderint, illico retro metu redeant. Cui ego: Multas tamen a dæmone captas huc venisse vidi & audivi. Ita est, inquit ille: fit enim nonnumquam arte diaboli, [ut] post metum sequatur eos præcipue in mulierem. Verum quamplores semifactæ vel alio morbo fatigatæ, illud nostrum S. Mariæ, ut tute ipse scis, quæsivere E monasterium.

jam ei iisdem persuasum, quin S. Joannis diem festum colant.

219 Ad hoc hæc etiam addidi: Mea sententia, [ut] se, te, nosque his honeribus levent, hoc optimum factu censeo: te persuadere illis [cupio, eos] facile posse his posthac liberari periculis, si devote & fideliter annuatim, S. Joannis agant commemorationem. Illico lætus ille hoc idem approbans, inquit: Numquam audivi melius ad hoc consilium dari: quapropter accingar. Postridie autem ego patriam revisi meam; ipse vero huic negotio intentus, quampluribus de primoribus populi rem enarravit. Assensere omnes. Demum, inter se consilio inito, decretum est, in S. Joannis vigilia hæc commemoratio annis singulis ageretur. Vide lector clementiam Jesu Christi; vide Virginis Mariæ inauditam pietatem; vide, quantum eis eorum fides, & S. Joannis profuerint preces. Quintum jam annum [agimus ex] tunc; nec unus adhuc a dæmone captus, aliove morbo irretitus, incolumis [nisi] fuerit, hanc S. Mariæ quæsivit domum *a*. Forsan spiritibus iniquis omnibus nomine Jesu bonus Angelus impetravit, ne illam, cum S. Joannis peregerint commemorationem, ingrediantur provinciam. Hinc [patet] præcipue, quanta in Joanne beatissimo, divina præveniente gratia, insit virtus, [cum] omnes, qui devote suum implorant auxilium, quamprimum, quidquid velint, impetrent.

a F

Affert Auctor, aviam suam prodigii deformem,

220 Neque turpe, neque inhonestum duxi, in calce fere horum miraculorum matrem meam, tum etiam & matrem patris mei ponere; ut ex hoc quivis intelligere valeat, me non tantum propter habitum religionis, verum etiam multis aliis de causis, sanctissimo Joanni longe obligari. Matrem igitur patris mei, Xantham nomine, adhuc puellam, quidam furcifer, & iniquissimæ vitæ presbyter magiis & incantationibus ex formosa & corpore solido & succi pleno, adeo vietam & veternosam & ægram & squalidam reddidit, ut effigiem corporis seu potius umbram, non corpus dixisses, &, cum vix ossa ossibus hærerent, & suis se vestigiis etiam cum bacillo haud sisteret, lecto humi strato decumbere [cogeretur.] Ad quam visan-

Digitized by Google

A sendam multi undique ex populo convolarunt: nam horrendum de se tristeque etiam sibi infensis spectaculum præbere; verum cum, qui aderant, sibi opem tanto in discrimine haud ferre possent, forte quidam ex agro Ceticæ nova re ductus, huic tam miserabili spectaculo supervenit; & cum ingens mulierum gemitus & ploratus omnibus lacrymas excuteret, his etiam, qui nulla secum affinitate tenentur, inquit ille: Absint lacrymæ, dolor omnis penitus e cordibus vestris solvatur; & quæ dicam, silentio animadvertatis, oro.

Vallombrosanum monasterium,

221 Est locus, qui Vallimbrosa dicitur; abest enim hinc per decem fere & duo millia passuum sub ipsis radicibus montium nostræ Alpis, tamen sub promontorio, quod montani Macenariam vocant vergens in Occidentem, inter duos editos & ambos præcipites dirutosque colles, qua nobis primo vere æstivoque tempore descensus est Florentiam petentibus, ubi inter ampliſſima prata perpulcrum cernitur monasterium: quod bi-
B na cingitur silva: altera enim, quæ Occidentem spectat, quercus habet ingentes; altera vero, quæ in meridiem porrigitur, proceras habet abietes, quæ densissimæ & opacæ locum horrendum & venerabilem reddunt. Quod monasterium, ut fertur, in Virginis Mariæ matris Jesu nomen decusque vir quidam sanctissimus, cui nomen Joanni Gualberti est, construi voluit: cujus os aridum brachii dextri etiam hac nostra tempestate ingentibus pollet miraculis; cujus mira & stupenda prodigia, quæ non solum audivi, sed vidi, si ex multis quædam narrare vellem, dies mihi non sufficeret ad dicendum.

cujusdam fœminæ adventus,

222 Eo si sapitis, & si hujus miseræ puellæ saluti consulere vultis, eam quamprimum illuc ducere, cæteris posthabitis auxiliis, velitis, oro. Ne vos labor iterque deterreat: per amœna prata, tum amore Jesu, tum quia huic puellæ bene opto, ducam: & vobis persuadeatis, volo, (modo integra fide locum exquiratis) Virginem Mariam una cum Joanne sanctissimo huic puellæ opem laturam. Eamus, inquiunt omnes uno ore,
C & Jesu Christi servum potius, ac humana auxilia in hoc quæramus. Iter igitur cum Jesu Virginisque Mariæ nomine, eo comite, aggressi [essent], demum ad hoc S. Mariæ devenere monasterium. Verum hoc mirabile dignumque memoria extitit, quod, ubi loca monasterii & hujusce nostræ Alpis attigere, illico diabolus mutus effectus [fuerit,] cum antea valles omnes ululatibus tartareisque vocibus compleverit.

ex S. Joannis meritis pristinæ sanitati restitutam fuisse.

223 Fuere tunc, qui dicerent, dæmones non tantum Joannis beatissimi, sed & suorum locorum, utpote sanctorum, virtutem ferre non valentes, alio, quo meriti erant, contendisse: quod ita esse probo; tum quia tempestate nostra evenit compluribus, tum etiam, quia mulier ipsa per se Deum laudare, insuper orationem Dominicam, Virginisque Mariæ salutationem devote dicere, signum crucis, quod majus est, composite ornateque, nomine Trinitatis invocato, id est Patris, & Filii, & Spiritus sancti, edere, & omnia, quæ [sunt] sani hominis, officia agere. Et quod palmarium prædicabileque duco, & Virginis Mariæ sanctique Joannis precibus, non corporis tantum, verum & D animæ integram recuperavit sanitatem. Cum AUCT. enim ante, ut omnes fere faciunt puellæ, HIER. ut animum ad aliquod vanum studium adjun- RADIOL. gant, sese ornare, comere, fucis, aliisque EX MSS. coloribus (quæ instrumenta sunt luxuriæ) uti [soleret,] hoc sibi miraculo experto, sanitateque recuperata, quamplures hoc prædicantes audivi, ipsam omnes vanitates posthabuisse, & oculis demissis, & capite semper velato ecclesias adiisse; & ne quis hoc ficte potius ac vere factum existimet, texentem telam studiose ipsam sæpius domi offendere quamplures, mediocriter vestitam, capillos passos circum caput negligenter rejectos habentem. Hinc facile quivis percipere potest, optimum esse corporis cruciatus aliaque ad tempus pati (modo læto jucundoque animo tolerentur) cum ad bonos mores non solum nos instruant, verum etiam ad Deum nos ire compellant.

E

Auctoris mater,

224 Pari modo matrem meam, maliis & incantationibus confectam, accepi; verum secus sospes effecta [est.] Ea tempestate in hoc S. Mariæ monasterio, quidam meus patruus, Bartholomæus nomine, morabatur, religiosus profecto bonusque vir, & monasterio, quia [erat] prudens, longe utilis; cujus plurima benefacta & memoria digna prætereo, ne illius vitam [potius], quam Joannis sanctissimi miracula prosequi videar. Hic forte tunc patriam nostram, ut germanos suos conveniret, adiverat. Cum igitur matris meæ miserabili spectaculo insperato & de improviso interfuisset, eam, lætitiam vultu simulans, propriis & bonis sensibus privatam ita alloquitur: Flora (nam sibi id nomen est) quid tibi est? Unde obsecro ita incomposite das modos, ita insulse, inepte & stulte loqueris, quæ alias & bonis moribus excedebas & sapientia. Eia cur tuum non respicis fratrem, qui te, ut suam diligit vitam?

in honorem S. Joannis concepto voto,

225 Cum igitur hæc & alia misericordia digna proferret verba; vix ipsa capite e sinu alterius, aliis juvantibus mulierculis, elevato, eumque aspiciens in fletum prorupit, & illico F iterum in sinum caput declinans lacrymis implevit obortis. Ille itaque, quia hujusmodi rebus sæpenumero interfuerat peroptime calluit, illas esse incantationes, arte diaboli factas; cæterum non in eis diabolus admixtus. Eo pro ipsa interdum orare; sæpius eam habita oratione hortari, se gloriosissimæ Virgini Mariæ, & S. Joanni ex corde commendaret. Et hoc crebro & sæpius faciens, demum desivit mulier stulta & inepta & incomposita agere. Addidit tunc ipse: Fac votum S. Joanni, Flora soror, te per decennium S. Joannis domum annuatim, modo possis, devote visitaturam, suumque festum, dum spiritus tuos rexerit artus, etiam lubenter sanctificaturam; & mihi crede, te brevi sospitatem consecuturam. Facio, inquit illa, totoque corde, tota mente, totisque viribus Virgini Mariæ gloriosæ, sanctoque Joanni, me his eruant malis, commendatam reddo.

a magistro malefidis liberatur.

226 Mirabilis Deus, ait Propheta, in Sanctis suis! Vix votum emiserat, cum illico paullatim in pristinos rediit sensus. Hoc tantum sibi divino evenit judicio: nam comam capitis, quam sibi diligenter nutrierat, nondum

Digitized by Google

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

dum completo anno, ſenſum cadendo amiſit. Quam rem haud ægre ferens, Virginem Mariam & S. Joannem miris laudibus extollere: tum quia eam ex intolerabili infirmitate incolumem reddiderant, cum etiam, quia multorum ſcelerum materiam ſibi abſtulerant. Eodem itaque anno in S. Joannis feſtivitate hanc S. Mariæ domum lubens viſitavit, & non ſolum per decennium, ut voverat, verum inde annuatim in tanti Sancti feſtivitate brachium ſuum exoſculavit devote. Jam enim ſeptimus & trigeſimus annus completus eſt, quod ei talis accidit caſus. Hinc profecto mex converſationis originem duco extitiſſe. Hanc enim religionem inceſſi puerulus, ſextum videlicet & dimidium a nativitate agens annum.

Ante S. Joannis ſepulcrum ex adoleſcente ſex dæmones ejiciuntur.

227 In calce omnium miraculorum Joannis ſanctiſſimi, quæ & ipſi vidimus & audivimus viventes divinitus e cælo precibus ejus impetrata, hoc, quod Gregorius vir religioſiſſimus, olim Palliniani monaſterii procurator, in ſcripturis non inconcinne reliquit, ponemus. Ex Linari oppido fuiſſe adoleſcentem quemdam memoriæ prodidit; qui quidem a ſex ſpiritibus immundis acriter & immaniter torquebatur. Hunc itaque parentibus & affinibus, cum nullam aliam ſui liberandi ſpem haberent, ſalutare viſum eſt ad ſanctiſſimi Joannis ſepulcrum deferre. Comite itaque ipſius oppidi presbytero venerabili, cum manibus affectis [laborantem,] & loquelæ officio privatum ad Palliniani monaſterium deducunt. Cum itaque ante S. Joannis ſepulcrum conjuraretur, dæmones ipſius ſanctiſſimi virtutem haud ferentes, unus poſt alterum in rem ſuam malam etiam per aerem (mirabile dictu!) ejulanter receſſere. Ille vero adoleſcens incolumis & lætus cum ſuis, S. Joannis virtutem ubique prædicans, domum propriam reperiit. Hujus tanti miraculi teſtes ſunt omnes, qui illud tunc monaſterium, ſicut ipſe refert, incolebant.

ANNOTATA.

a *Vitioſus & obſcurus ſenſus. Vult Auctor indicare, tempore quinque annorum neminem ex eo agro a dæmone poſſeſſum, aut alio morbo afflictum, Vallem Umbroſam adire debuiſſe. Plures habet ſenſus intricatos, præſertim cum plerumque omittat conjunctionem* ut, *quam tamen claritatis causa ſæpius ſupplevi.*

LIBER SECUNDUS

PROOEMIUN AD EUMDEM.

Exponit Auctor, quid in libro primo ſcripſerit.

IN ſuperiori parte operis hujus, Laurenti magnifice, ſatis, quod pollicitus ſum, explicatum arbitror. Nam non omnia, quæ de ſanctiſſimo Joanne legeram, videram, & a viris fide dignis acceperam; ſed carptim, ut quæque memoria digna videbantur, [volui] perſcribere; ut facile quivis percipiat, quantum Jeſu Chriſti virtus in dæmonibus evertendis ejiciendiſque in eo valuerit, indieſque valeat; & non ita eſſe, ut nonnulli falſiſſime opinantur, brachium ejus ſanctiſſimum pene (quia ſuper caput mulæ poſitum tempore Domini placidi a hujus monaſterii Abbatis aiunt) amiſiſſe virtutem. Id fuiſſe falſiſſimum, quamplura, quæ poſt eum Placidum feliciſſime egerit miracula, longe lateque declarant. Quod ſi ita eſſet, ut malevoli quidam aſſerere nituntur, nec indignum ducerem, nec contra jus faſque factum alios ducere debere arbitrarer, præſertim cum dæmonia ingredi belluas & poſſe, jamque ingreſſa eſſe, & Chriſti Jeſu Evangelia & ſanctorum Patrum hiſtoriæ, præſertim Hilarionis eremitæ venerabilis, oſtendant.

& quid hac ſecunda di Liber ſit.

229 His igitur cum ſuis falſis commentitiis omiſſis, aliorum miraculorum genera proſequar, quæ non ad dæmonis intolerabiles cruces, ut ſuperiora, verum ad alios morbos pertinent. Omittam tamen, quæ olim a S. Actone b, hujus ſanctæ Mariæ monaſterii abbate, & inde Piſtorienſi Epiſcopo, diligenter perſcripta ſunt; quæ quidem extant adhuc. At ea tantum litteris & memoriæ tradere curabo, quæ noſtra tempeſtate & propriis aſpexi oculis, & a viris fide dignis accepi. Quæ ubi legeris, ex beatiſſimo Joanne facile perſpicies, ſanctiſſimos viros a Domino Jeſu, quidquid velint, conſequi poſſe, & mortales omnes, ſi recta & æqua æque rectoque Sanctos ipſos petant, numquam incaſſum ſeu fruſtra petere; & ille ingens amor, quem in Religionem iſtam re oſtendis, ſi augeri poteſt (quod equidem haud ſcio) major indies fiet, cum intellexeris Joannem beatiſſimum, illum olim civem Florentinum, non ſolum ipſi patriæ, verum etiam univerſis fidelibus Chriſtianis & profuiſſe & prodeſſe ſemper. Lege ergo feliciter.

ANNOTATA.

a *Puto, quod hic indicetur Placidus Pavanelli, qui anno* 1448 *inſignitus eſt titulo Biblenſis epiſcopatus, poſtquam Congregationem Vallumbroſanam quindecim annis rexerat.*

b *Hic eſt B. Acto vel Atto, de quo egimus in Commentario prævio num.* 23 & 32, *quique ſcripſit Vitam* S. Joannis Gualberti, *quam ſecundo loco edidimus.*

PARS I.

Infamia rei familiaris angitur.

TEmpore ſanctiſſimi in Chriſto Martini Papæ V a, cum Florentinis belli periculum, tum ex eo, tum ex quibuſdam aliis finitimis, regibuſque ea poteſtate pollentibus immineret; & ipſi libertatem, patriam, parentesque armis tegere concuperent (quia niſi ingenti ære hoc inter mortales agi non licet perfecte) omnibus tum ſuæ ditioni parentibus, nec religioſis amotis, onus non parvum in pecunia ſolvenda impoſuere; &, [ut] quamprimum ſolveretur, quia periculum præſens & inevitabile eſſet, imperavere. Quapropter cum multi ex religioſis eo tempore haud pecunioſi exiſterent, nec etiam aliam pecuniam, aliis temporibus id exigentibus, ſua aut amicorum fide ſumptam, penuria rerum ſolvere poſſent, ut in tali diſcrimine fieri ſolet, beneficiorum ſuorum poſſeſſiones civibus, in Republica & auctoritate

Digitized by Google

A ctoritate & divitiis tum florentibus, ingenti ære ab his ſumpto, inviti ad eorum filiorumque vitam tradidere. In eo religioſorum numero & R. P. Ricciardus *b* hujus S. Mariæ monaſterii Abbas probatur exſtitiſſe; non quia imprudens aut prodigus [erat,] verum [ob] tributum iniquum, ſua tempeſtate imperatum, æs alienum non parvum fecerat. Præterea [erat hic] ingens monachorum numerus; ad hæc & aliorum miniſtrorum, quos vulgato nomine converſos dicimus, ex quibus quidam [ſunt] inſtituti ad cultum divinum peragendum; quidam autem ad forum rerum venalium, cum res ipſa neceſſitaſve expoſtulat, mittentur: nam domus magnæ numero virorum prudentium conſervantur, illuſtrantur & augentur.

b

appigneratio monaſterii filiorum quidam auſcindere volentes,

c

232 His igitur neceſſitudinibus abbas tunc circumventus, cum quibuſdam prædiis nemus quoddam etiam contulit, cujus gratia S. Joannes tale dedit miraculum. Eſt locus his in Alpibus in orientem vergens, quod Metatum montani *c* etiam noſtra tempeſtate vulgato nomine appellant: Abeſt enim ab iſto S. Mariæ monaſterio ferme duo millia paſſuum, in quo nemus quoddam, diligenter conſitum, quercubus aliiſque generibus arborum refertum, faciem intuentibus lætiorem oſtendit; quia juxta flumen jugi aqua piſcibuſve refertum labitur, æſtivoque tempore pecore atque cultoribus & civibus interdum frequentatur piſcandi gratia. Cum igitur cuidam civi Florentino, cui nomen Bernardo de Serzellis, ut fructus ex eo perciperet, daretur in poſſeſſionem; & ille contra jus & fœdus, inter monachos & ſe percuſſum, mox, poſſeſſione accepta, arbores omnes juſſit incidi. Hoc inique fœdeque factum ex noſtris converſis quidam, qui tunc prata tondebant, ægerrime ferentes, eos, qui incidebant, adeunt, monent, orant, ne tale facinus agant, [&] velint quandoque ab impio opere deſiſtere.

B

invocato a monachis S. Joannis auxilio,

233 Ceterum, cum illi tantum contumelioſa minarumque plena verba redderent, converſi veriti pejora, ſi pergerent, illico hanc exquirentes ædem, P. abbatem lacrymantes adeunt, remque omnem, uti erat, enarrant. Ille, etſi potens vim vi cum ſuis repellere, tamen quia in tali tempore vis

C civium magis lenienda, quam exagitanda erat, fretus virtute divina, S. Joannis præſidium ſtatuit implorare. Igitur juſſu ſuo collectis undique, qui foris domique erant, monachis & converſis, capitulum, ut mos eſt, flebiliter adeunt; hiſque imprimis Abbas, cur accerſiſſet, aperiens, inde præſenti fortique animo ſint, hortatur; nec dubium foret, eis S. Joannem opem quandoque laturum, modo bono rectove corde humiliter & reverenter ab eis requiratur. His dictis ſignum cum campanis fieri, ut mos eſt, jubet: inde P. Abbatem omnes imitantes ſacrarium ſubnixi ingrediuntur. Cereus accenſus ab eo, qui ſacrario præeſt, cuique datur; & pluteo ſeu armariolo aperto, quo S. Joannis brachium honorifice ſervatur, quibuſdam ad Jeſu Chriſti decus Virginiſque Mariæ & S. Joannis cantatis prius genibus flexis antiphonis abbatis juſſu.

233 Deinde ad ſuum quiſque conceſſit

negotium peragendum, ea tamen fide ac ſpe, D ut crederent, Joannis beatiſſimi præſidium non AUCT. deſuturum in tempore opportuno; quod re- HIER. ipſa paulo poſt probatum eſt: nam qui incide RADIOL. bant, operi nefario cum inſtarent, [&] quoſ- EX MSS. dam etiam paſtores, bonos profecto viros, *divinitus impediuntur,* qui eos orare & monere [cœperant], ne tantum in nemore diſcidii agerent, ſpernerent & irriderent, nutu divino ſecures e manibus incidentium delapſæ cecidere. Quod cum ceteris hoc metum & horrorem inſuper & non parvam incuteret admirationem, unus aliis nequior & improbior, eos hortari [ut] iterum ſecures ad reliquum nemus incidendum corriperent. Renitentibus his & accuſantibus, ille non futurum ſibi prævidens caſum, raptim ſecurim capiens, eam perſtrenue elevavit. Sed o verendum ab omnibus Chriſti Jeſu judicium! nec manus nec ſecurim deponere a tergo cum poſſet, in ſua tamen malitia perſeverans, dum ſpiritus ſuos peſtiferos rexit artus, manus poſt numquam retraxit. Hoc quamprimum P. Abbati nuntiari curaverunt paſtores; at illum ingens gaudium atque dolor ſimul occupavere: nam lætabatur intelligens, ſilvam illam perpulcram S. Joannis precibus [conſervatam eſſe, &] eveniſſe, ne malorum audacia [eam] ſtirpitus exſtirparet; porro anxius eſſe ob miſeri illius inevitabile malum. E

234 Eadem etiam die, & ea hora, qua monachi, ut diximus, S. Joannis implora- *& hujus exiſtimatur auctor manifeſto punitur.* vere auxilium, ipſius civis, cui jure illud devenerant nemus, tres rure domos non inutiles combuſtas [fuiſſe] manifeſtum eſt; quod ubi accepit, exiſtimans, id quod erat, ſibi merito id mali eveniſſe, nolens cum ſanctis & Jeſu familiaribus rem agere, illico [petiit, ut ſibi] ſuæ redderentur pecuniæ, & ipſe, quidquid monaſterii poſſidebat, reſtituere curavit. Hoc equidem tam verendum ſtupendumque miraculum aliis, qui ea tempeſtate eccleſiarum bona, ea, quam dixi, conditione habuere, mentem conſiliumque inique agendi, veritis pejora, ademit. Et ne quis illud falſum fictumque exiſtimet, ſciat me a nonnullis tum abbatibus tum converſis in decrepita ætate conſtitutis, qui his interfuerunt, accepiſſe. Silva quoque illa, ſi homines ſilerent, calamitatem ſuam etiam hac noſtra tempeſtate oſtendit, cum quercus, de- F inde plantatæ, ceteris multo humiliores inruentibus appareant. At mihi profecto multa legenti, audientique plurima, conſtat S. Joannem etiam memoria noſtra miraculis & prodigiis claruiſſe, & adhuc ita clarere (pace omnium dixerim) ut ei nullus Sanctorum hac in provincia inveniatur ſecundus.

235 A Faventia civitate Flaminiæ oppidum, cui Berzighella *d* nomen eſt, non *Mulier quotidiana febri* procul abeſſe dicitur; in quo quædam mu- *laborat.* lier, non obſcuro loco nata, cum ex quotidiana diu febre laboraſſet, nec medicorum, in quibus multum pecuniæ conſumpſerat, aliquo poſſet remedio liberari, precibus cujuſdam noſtri monachide Maratha, qui eam gratia viſitationis adiverat, ſanctiſſimi inſuper Joannis miraculis ducta, votum ſic vovit: Joannes beatiſſime, domum tuam, ſi tuis meritis ſoſpitatem recuperavero, viſitabo cum muneribus; mihi, quæſo, Pater ſanctiſſime,

A AUCT. MIER. RADIOL. EX MSS.

etsi peccatrici opem ferat tamen. Vix verba compleverat, & ecce e vestigio miraculum; quæ capta omnibus membris in lecto jacebat, functa officio totius corporis, suis pedibus ingenti omnium, qui eam noverant, admiratione hoc S. Mariæ monasterium adivit devote; ubi primum capellam cum duobus ingressa comitibus, genibus flexis, coram adoravit; inde surgens, osculato altari, aliquantulum pecuniæ obtulit; quam libenter ea die & liberaliter habuimus. Postridie vero, Missa celebrata, & S. Johannis brachio osculato, domum contendit suam.

& aliora a fonte sanguinis

236 Aliud etiam miraculum præterire consilium non fuit, quod in eodem oppido nostra tempestate cuidam mulieri, quæ fluxu sanguinis diu fatigata [fuerat,] evenisse S. Johannis meritis probatur. Olim quidam civis Forolivienſis cum ex febre, lenta tamen, ceterum continua, laboraret, hoc S. Mariæ monasterium annuatim multæ devotionis gratia adivit; qui forte iter incedendum cum comitibus propter fontem, qui fons S. Joannis dicitur, iter habuit; qui quidem religione Patrum ad hæc nostra tempora usque eodem, ut fertur, topho herbaque viridi circumdatus,

B

quo ipsius S. Johannis tempore, præstanter clauditur. Abest enim ab ipso S. Mariæ monasterio fere per quingentos passus, qui quidem parvulis abietibus hinc inde perpulcre cingitur. Ille itaque cum à nostris rem omnem cognovisset, ut S. Johannis fons diceretur, ut quandoque illuc solus iret, ut crebro oraret, ut majores nostri devotionis ipsius gratia noluissent secus lapidibus sculptis exornare, manibus eorum sumptua cum reverentia, quia fons altus est, aquam pronus libavit; inde secutum miraculum: nam mox omni illa febri, qua prius jugiter afficiebatur, extincta, sospes efficitur.

Iterum.

237 Hic igitur cum lætus in patriam contenderet, domum jam dictæ mulieris vel affinitatis vel amicitiæ gratia concessit, & quid ei de haustu fontis ob virtutem Johannis sanctissimi evenerit, ipsa præsente, compluribus enarravit. Ea spe recuperandæ sanitatis ducta, duos ex filiis impigros deligens, eos ad hoc S. Mariæ monasterium cum mandatis hujusmodi misit; S. Johannis imprimis altare visitarent devote, &, missa oratione ad Jesum, oblationem darent; dein aquam ex ipsius S. Johannis fonte haustam secum deferrent. Brevi itaque illi mandata efficientes cantharum aqua plenum secum tulere; quem ipsa fideliter sumens cyathum illico hausit. Quo

C

hausto, mira Dei potentia! mira in Sanctis suis clementia! quæ diu morbo intolerabili confecta [fuerat,] illico incolumis evasit. Hoc stupori & admirationi non solum his, qui oppidum Berzighellæ habitabant, verum finitimis omnibus exstitit.

Civis Spoletanus, a S. Joanne in somnis monitus, e

238 Vir quidam egregius, Johannes nomine, civis Spoletanus *e*, eruditus satis tum litteris Græcis tum Latinis, cum circa præcordia morbo quodam intolerabili afficeretur, ita ut nonnumquam, ut ipse referre solitus erat, cor sibi gladio videretur transfigi; & quod remedium ei morbo esset, qui doceret, medicorum hactenus neminem. Eo divinum statuit implorare auxilium. Qui cum Jesum pianque Matrem ejus, [ut] ferrent opem,

invocaret, crebro talis ei viso per somnum, ut ipse referre solitus erat, fuit [oblata.] Venerabilis vir quidam, monachali prætexta indutus, visus est dicere sibi: Vis hujusmodi morbo liberari? Volo, inquit ille, imo & percupio, modo Jesu Christo placitum sit; cui vir venerabilis: Monasterium meum, quod in Etruriæ partibus situm est, devote adibis, quod S. Mariæ de Valle Umbrosa dicitur; inde aliud, ubi corpus meum jacet sepultum, visitabis; & tertium, ubi cucullus, quo, dum vita viverem mortali, circumdabar, a monachis adhuc conservatur devote. Qua via, Pater, hæc monasteria sine prævio & monstrante, quæ sint, intelligam; cum multa in Etruriæ partibus sita monachorum habitacula dicantur? Abbatem S. Mariæ de Eremita super hoc consule, inquit Pater ille, & quidquid dixerit, devote perficias.

D

Sanatur.

239 Primo itaque mane sequentis diei vir ille devotus abbatem quamprimum adiens, ei, quidquid viderat, enarravit; abbas vero ex monachali prætexta & verbis, quibus usus fuerat, S. Johannem hujus religionis institutorem esse declarans, eum rite cuncta edocet; inde litteris, quas hujus monasterii abbati redderet, datis & fido comite, qui has omnes optime callebat regiones & monasteria, eum Jesu Christo commendans, dimisit. Voluit tamen in tanto itinere, quia corpore invalido, & inedia vigiliisque exeso & macilento [erat,] equum habere, quem fessus itinere pedestri quandoque ascenderet. Demum vero, duce famulo abbatis, die sexta, qua domo sua abierat, huc pervenit; vespere vero, accersito hujus monasterii abbate, cunctis, quæ in somnis viderat & audierat, ei declaratis, postridie pro sua salute Missæ celebrentur, orat. Quo opere pio devote peracto, locis istis devotissimis, & eremitarum etiam cellulis intus foriſque suppliciter visitatis, & inde non parvo munere oblato, & ipse ab abbate liberaliter habitus, concessit Passinianum: & itidem, ut in hoc S. Mariæ monasterio Missis pro sospitate ipsius celebratis; & S. Johannis sepulcro subinxe visitato, perrexit ad S. Salvium; ubi pari modo & Missis auditis, & ipsius S. Johannis cucullo viso, iterum concessit ad nos. Postridie vero sospes & lætus ad urbem Spoletanam contendit; &, ut nobis quidam de jam dicto monasterio S. Mariæ de Eremita monachus deinde retulit, dum civis ille vixit vitam hanc miserrimam, numquam amplius eo morbo intolerabili laboravit.

E

F

Mercator Florentinus sterilis,

240 Florentiæ olim quidam nobilis exstitit civis, cui nomen Zanobio; vir equidem in Republica Florentina præstantissimus, insuper auri agrorumque ditissimus; cui uxor sterilis cum esset, ægerrime id ferre, quia multæ ei essent divitiæ, quarum heredem filium exacta jam sua ætate haud relinquere possent. Forte fortuna fuit, cum die quadam cum D. Bartholomæo, olim S. Trinitatis de Florentia [abbate] in colloquium venisset, & inter alia cum de infortunio suo quereretur, quod ei uxor sterilis esset, inquit abbas: Tibi profecto, clarissime Zanobi, bonum cum honore dignissimo & optavi & opto, cupiamque semper, & quid hac in re dicam, ignoro penitus. Tantum bona

A animo perferre nos duco oportere, quæ Jesus Dominus noster agit, cui curæ sumus: & si, ubi humana desunt auxilia, ut me melius nosti, nos commendatos recto corde redderemus, spero non abs re fore. Persæpe hoc ego [feci] inquit Zanobius. Experiamur iterum, inquit abbas, & cum multa prodigia de Johanne, sanctissimo Gualberti filio, narrentur, & per omnium ora quotidie nova & inaudita volent miracula, mihi quidem utile videretur Virgini Mariæ imprimis, & S. Johanni te & tuam ex corde commendares familiam; & videor videre tibi prolem, dignissimam futuram, Jesum daturum.

Invocato S. Joanne secunda redditur.

241 Hæc in ecclesia S. Trinitatis Florentiæ cum, nullo præsente, ab his diceretur, civis flexis genibus coram S. Joannis altari hujusmodi pectore ab imo fudit verba: Johannes beatissime, si hoc apud Jesum precibus tuis impetravero, saltem uxor mea unicum mihi pariat filium, Missæ quamplures hoc in altari ad tui decus celebrabuntur, ipsumque altare ornamento purpureo, sericis
B & auro incexto, ornabo. Hæc itaque oratione & voto emisso, abbati valedicens, spem bonam filium habendi secum portans, domum ingressus est, remque omnem uxori suæ, magno natu mulieri, enarrare curavit. Hoc itaque cum ei longe gratum existeret, sese etiam mulier Virgini Mariæ & S. Johanni commendans, sperabat, divinam gratiam adfuturam: nec eos spe falsos habuit, cum nono mense post filium masculum eis bonitas concesserit divina. Eo non tantum, qui de familia erant, verum omnes vicini gestire, quia eis Jesus meritis Johannis beatissimi filium heredem dedisset. Zanobius igitur plura & meliora, ac voverat, reddens, dum vitam vixit, S. Johanni, & religioni universe bonus & devotus existit; & abbatem ex amico amicissimum plurimis beneficiis datis & acceptis fecit. Hæc, multis præsentibus, ab ipso D. Bartholomæo abbate accepimus.

Gerardus quidam,
C 242 Memoria nostra cuidam Gerardo, qui prædium hujus S. Mariæ colebat & adhuc colit, casum quemdam accidisse accepimus, qui equidem talis exstitit. Cum enim jam dudum avi atavique sui & parentes & ipse divi Bartholomæi festum annuatim ipsa die honorifice celebrare consueti essent, honorificentius solito eo anno, quo hoc accidit, gratia quorumdam civium, qui eos adiverant (sunt enim satis locupletes) celebrare cum statuissent, hunc, quem diximus Gerardum, in Casentini partes pro vitula emenda ceteri misere fratres. Ea itaque empta, cum domum rediret, nondum Prati magni hujusce nostræ Alpis altiora juga attigerat, & jam in ecclesia S. Romuli de Praco, S. Fidelis de Strumis horrendoque Hospitali pro Virginis Mariæ salutatione signum campanæ pulsabatur.

vere edit., 243 Cum igitur comite uno contentus, tum obscuritate noctis, aere in tempestatem mutato, tum etiam tarditate & vitulæ & matris nequirent properare, vix ad fontem, qui supra eremitorium S. Mariæ de Casseca in hinere jugi manat, lumine quodam parvulo noctis non penitus obscuro vel usu potius pervenere. Cum cito inexspectata & subita vis ventorum & immani aquarum procella, D obscurato cælo, undique & undique oboritur: AUCT. miseri itaque illi in tanto talique discrimine HIER. positi quid agerent, quo se verterent, igno- RADIOL. rabant penitus; nam nec progredi ulterius EX MS. poterant ob nubium densarum obscuritatem, & illic esse diu locus sterilis & penuria rerum, sed præsertim futurum & instans festum non permittebat. Rati itaque hoc in rem suam fore, divinum videlicet implorare auxilium, Gerardus tota mente tale edidit votum: Maria Virgo spes unica salusque & tutissimum desolatorum [refugium,] miserorumque omnium portus, tuque Apostole Dei Bartholomæe, familiæ & domus nostræ defensor, vobis nos nostraque, quantum in me est, tota corde & tota mente commendo. Liceat saltem hac nocte S. Mariæ de Valle Umbrosa adire monasterium; quod si vestris precibus hoc apud Jesum impetravero, in honorem decusque vestri tabernaculum in triviis Malisariæ condendum instituam.

Ingens periculum evadit
E 244 His dictis socium, ne inde, quoad redeat, discedat, monens & orans & signo crucis se muniens, S. Johannis virtute fretus, iter obscurum aggreditur. Eum ego sæpius hanc rem prædicantem, quam dicturus sum, audivi; quid videlicet sibi præter spem acciderit humanam. Mox enim [aiebat,] sedi a quodam rapido vento suspensus deferber, hoc S. Mariæ monasterium audivi & concitis crebrisque clamoribus Jacobum quemdam conversum advocans, per Jesum ad me foras egredi cum torre optime adusto, nec causam tum vellet inquisere oravi. Ille illico ad me egrediens lumine accenso cum testa undique clausa meum comitatur iter ad socium, quem reliqueram, usque; inde siquid aliud vellem, inquirens; ego econtra: sat habeo. Datis acceptisque dexteris & ex more dignis salutationibus habitis, ille illico ad monasterium, ego domum meam abii. Constat itaque Virginis Mariæ imprimis, inde precibus Johannis sanctissimi huic, in tanto discrimine posito, divinam misericordiam adfuisse, & ei, ut olim Danieli Prophetæ, per angelum tutisse opem. Inde ille, quod voverat, mox peregit.
F

ANNOTATA.

a *Is Martinus V, alias III, electus est anno* 1417, *& obiit anno* 1431.

b *De hoc abbate Ricciardo actum est in auctariis post partem primam libri primi miraculorum.*

c *Metatum pro villa rustica sumi alibi diximus. Itaque* metatum Montani *hic villam montanam significare existimo.*

d *Oppidum hoc ab aliis vocatur* Brisighella *aut* Brefogella, *situmque est in Flaminia seu Romandiola, septem circiter milliaribus Faventia inter meridiem & occidentem.*

e *Spoletum urbs Italiæ in Umbria ad montium radices partim in colle & partim in planitie & ad Tessinum amnem. Incolæ vocantur a Plinio* Spoletini, *a recentioribus* Spoletani.

PARS II.

Abbas quidam S. Joannis qui,
D. Matthæus olim abbas S. Trinitatis in Alpibus monasterii hujus Ordinis, vir pro-

A profectu bonus, & haud mediocriter inſtructus, cum cujuſdam parvuli & nullius fere reditus Prioratus, videlicet S. Donati in Aretino agro ſiti, qui vernacula lingua de Vinea dicitur, poſſeſſionem mihi præberet, ut ſacri Canones cenſent tradendum, [&] iter una egreſſus eſſet; neſcio quo caſu ſeu temeritate: Cum enim ab ipſo equitando paululum diſtarem, eum humi toto corpore porrectum reperi. Igitur cum tantæ rei male actæ cauſam exquirerem, & ille dolore effectus ad plenum non poſſet dare reſponſum (fere enim crus fregerat unum) eum cœpi obſecrare & orare, ſe fideliter & ex corde Virgini Mariæ ſanctoque Johanni commendatum in tanto diſcrimine reddere vellet omnino; quod & fecit, tale vovens votum: Crus cereum, Johannes Pater beatiſſime, altari tuo, quod in monaſterio S. Mariæ de Valle Umbroſa ſitum honorifice habetur, deſuper pendere jubebo, modo ope tua inceptum peragam iter. Jeſu bone! illico ſervo ſuo Johannes

B beatiſſimus auxilium ferens, in meum, cui inſidebam, proſilit mulum: Nam ſuus auſugerat & niſi a quibuſdam ruricolis & montanis qui ſanum eſſe ob loci frequentiam optime noverant, vi & calliditate fuiſſet captus, haud a cœpto itinere deſtitiſſet, quoad S. Trinitatis in Alpibus adiiſſet monaſterium.

Inceptum iter peragit.

246 Quid multis opus eſt, læti Aretium verſus equitantes, eum, quia facillime ſibi dabantur verba, ita exorſus ſum [alloqui:] Mi Pater Abbas, unde vobis vel quomodo tam gravis caſus, ſi dici poteſt, exſtitit? Ille imprimis pudore deductus fingere quædam; demum cum inſtarem, rem, uti erat, aperuit: Aiebat enim cum neceſſitate coactus de mulo deſcendiſſem, & deinde in ipſum iterum aſcenſum ſtrenue pararem, oblivione & concito impetu ductus habenas more ſolito non attingi. Cupiens itaque in ipſum proſilire, quamprimum mulum [aſcendit;] procul a me vero humi ſtratum ægerrime ferens intellexi eſſe. Demum Virginis Mariæ precibus re noſtra fine optimo & felici concluſa properantes, ille Florentiam; ego vero ad iſtud monaſterium contendi. Nec multo poſt, empto crure cereo nos lætus reviſere cupiens huc conceſſit, & ſuum devotiſſimę complevit votum. Crus etiam illud cereum in teſtimonium tanti miraculi diu ſupra S. Johannis altari pendens conſervatum eſt.

C

Monachus quidam in carcere poſitus.

247 Hoc etiam ſilentio præterire non fuit conſilium, quod noſtra tempeſtate monacho cuidam Puppienſi cognovimus accidiſſe. D. Antonius Puppienſis, quem falſo nomine vulgo quidam Gigarim dixere, cum in quibuſdam facinoribus, ut erat tunc rumor, comprehenſus a R. D. Placido ea tempeſtate hujus Ordinis Generale ea voluntate in tetro Pithiani carcere detineretur, nec eum inde niſi defunctum abſtraheretur vellet, modo in ſua eſſet poteſtate, infelix monachus plurimum parti ſuæ timens humaniſve auxiliis plurimum diffidens, ſtatuit omnia, priuſquam periret, experiri. Eo hac via, ut ab ipſo accepimus, divinum requiſivit præſidium. Veſperi quodam cum infortunium ſuum & miſerias & egeſtatem & quo in loco vitam ærumnis plenam ducere oporteret, [ut] ole in carcere inculto tenebris & odore fœdo, & quod cum viro ſibi infenſiſſimo agendum eſſet, animo ſuo ſæpius revolveret, tandem oculos mentis ſurſum in cœlos elevans ex intimis præcordiis hujuſmodi verba habuit:

D

Implorato D. virginis & S. Joannis auxilio,

248 Virgo Maria ſanctiſſima omnium mortalium & præſertim in ærumnis & mœrore & luctu exiſtentium ſolatium, refugium, virtus, ſpes tutiſſima, me totum tibi dedo, & animam meam tuæ fidei, ut alias ſemper, ita nunc tota mente totiſque viribus commendo. Inſuper, ſi mereor, me ex his miſeriis & ærumnis incolumem reddere velis, oro; ſin minus, [ut] non ægre hos cruciatus perferam, vires ſaltem deprecor adminiſtres: nam ſic vitam degere & intolerabile mihi & indecens eſt; tuque Pater, fidelium dux atque lumen, Joannes ſanctiſſime, cujus Ordinis tuendi defendendique gratia multa perpeſſus ſum, ut peroptime noſti, qui omnia e cælis vides, tuum fidelem tutari velis militem, eumque per Jeſu Chriſti clementiam, perque illam tuam in alios ſolitam benignitatem e

E manibus impii crudeliſque tyranni Placidi a liberes, oro. Hæc igitur & hujuſmodi ſæpius & ſæpius geminando cum diceret, cum his etiam vota faciens, inter dicendum, ita ut fit, ſomno laboreque feſſus caput ſuper genua declinans, paulatim eum ſopor invaſit. Quieſcens itaque talem, ut ipſe referre ſolitus erat, in ſomniis viſus eſt vidiſſe viſionem; virum videlicet venerabilem ei aſſiſtere, & ipſum imprimis humaniter ſolari, & demum his hortari verbis: Legaturam ſeu funem ex hoc tegmine lacerato & in plura fruſta diviſo, ut vales, confice & his cratibus ferreæ feneſtræ circumligato & per ſeipſum te ſenſim manibus alternatim ſuſpenſis deſcendere, &, quo te tua fortuna ſinet, permittere ne cunctaris. Te haud deſeram; mihi crede.

miraculoſe ex ea deſcendit.

249 Evigilans itaque & ratus, quod erat, ſe Virgini Mariæ [&] S. Joannis curæ eſſe, quæ in ſomnis viderat, quovis modo tentare ſtatuit. Miſſa igitur ad cælos imprimis oratione, inquit: Te Jeſum, divinum iſtud opus, ſi divinum eſt, ratum facere; ſin minus, diſſipare [velim;] & me ab hoc diſcrimine eripias oro. Inde, ſigno crucis edito coopertorium fruſtulatim ſcindens ſuni ſimile dedit & tremens ac pavens Chriſtum Jeſum, ipſum defendat, pluries ingeminans: inſuper & matrem ejus piiſſimam Virginem Mariam [invocat.] O divina & clementiſſima Chriſti Jeſu pietas! o Virginis Mariæ ſanctique Joannis optimum præſidium! Cui hoc veriſſimum veriſimile videbitur, niſi illi, qui per fidem omnia prodigia & miranda per Virginem Mariam Sanctoſque Dei fieri poſſe crediderit? [quod] monachus quadragenarium agens annum, veſtibus & prætexta monachali indutus etiam cum compedibus ferreis per parvulum foramen, quod gratia puſilli luminis dandi in ergaſtulo tenebroſo poſitis relictum erat, abſque ulla læſione egrediatur. Et quid? deinde aliud non minus ſequitur miraculum: fune enim, quem confecerat, a ſolo per quatuordecim ulnas diſtante, ipſe in terram ipſum faciens ab excubantibus cuſtodibus inter cadendum auditur quidem, videtur autem minime, etſi omnia diligenter etiam inter vepres hinc inde perluſtraſſent.

F

A *ut, ſolutis compedibus,*

250 Illis itaque cuſtodibus, omni ſpe inveniendi eum prorſus depoſita, concedentibus in rem ſuam, ille, lento gradu tamen, utpote qui a compedibus ferreis impediretur in nemus ſecurum longeque poſitum divina præeunte gratia contulit ſeſe, eique quieſcenti ac timido quidam ex Liguriæ partibus, qui Figlini fabrilia exercebat, cum armis ſuis occurrit: Nam ad Cafentini partes lucri gratia iter faciebat; qui ſentum, ſqualidum, ægrum admirans ita eum affatur: Quid tu hic pater? Quid tibi iſti compedes? Curve hæc loca incolis invia & deſerta? Me miſerum, inquit monachus lacrymans, ſic eſt factum meum! vitam infelicem extrema per omnia ducam! Me ad has ærumnas me deduxere peccata. Verum te per Jeſum omnipotentem, (quia omnia tibi ſunt abunde) me his compedibus liberes, oro; ut expeditus iter, quod incepi, peragere valeam. Ego vero id agam, inquit Ligurus; & illico eum a compedibus ferreis explicat.

B

251 Monachus gratias ei agens inquit: Hoc quam maxime potes occultum habeas deprecor, ne iterum ad pejora ac paſſus ſum, revocer. Cui ille: Nihil eſt quod vereare, mi pater, tantum pro me ora. Inde uterque viam ſuam contendit. Hic itaque D. Antonius D. Placidi hujus monaſterii Abbatis, de quo ſupra verbum fecimus, ejus atque conſpectum fugiens, & ad quemdam comitem Parthenopes *b* regiones incolentem, qui ſibi olim Romæ amiciſſimus exſtiterat, *c* ſe conferens & cum eo ad ſanctiſſimi Nicolai *c* ſummi Pontificis V tempora uſque vitam ducens, Eugenioque *d* pontifice defuncto, jam ſecurus patriam reviſens, votum ſuum peregit devote: nam cereum non parvi ponderis Virgini Mariæ & S. Joannis offerens ſuper ipſius altari, quod & in Cellarum eremo dicatum eſt, pendere voluit. Qui quidem adhuc in tanti prodigii memoriam eo in loco conſervatur. Nec ille inde diſceſſit vitam parce ac duriter pœnitentiæ gratia agens, quoad plures Miſſas ad honorem Virginis Mariæ ſanctique Joannis celebravit.

fugiens poſtea etiam perſolvit.

b

c

d

C

252 Varia equidem ſanctiſſimi viri Joannis & ſunt jugiter & fuere prodigia: nam omnes, qui S. Hilari agrum incolunt, adhuc affirmant, quod modo ſcripturus ſum. Quidam enim illius regionis ruſticus, Antonius nomine, vir profecto, ſi virum dici fas eſt, ut ferebatur, flagitioſus, cum in ſanctiſſimi Joannis feſtivitatis die, avaritia potius & cupiditate quadam, quam neceſſitate urgente ductus, culmos tritici plenos ad aream cum bobus deferret, caſu unus ex finitimis, qui ad hoc S. Mariæ monaſterium ob S. Joannis feſtivitatem concedebat, pone eum iter habuit; quem primo demirans, quod tantam non obſervaret devote & reverenter feſtivitatem, blandis inde verbis eum obſecrans, inquit: Ha amice, quid [agis?] neceſſitaſne vel rerum penuria, vel hoſtes imminentes, vel ſubitus & nimius imber te ad hoc impellunt, ut tanti noſtri Patris Joannis, hujus loci tutoris & defenſoris feſtivitatem non celebres? Velis oro ab hujuſmodi opificio hodie deſiſtere, & una mecum iter aggredi: Adhuc enim ſaltem majori Miſſæ intereri-

Ruſticus S. Joannis feſto laborans,

mus, cum tantum quinque millium paſſuum iter ſit, & nunc ſol his in regionibus primum appareat. Ille econtra, animo inquieto, inquit: Tantumne eſt ab re tua tibi otii, ut aliena cures? I tu quo vis, & ſine me meo interea agere modo. Da veniam [inquit] ille alter, & age, ut lubet. His dictis quiſque ſuum, quod cœperat, peregit iter.

D

AUCT. HIER. RAM. DIOL. EX MSS.

253 Hic itaque Antonius infelix cum parum ſaluti ſuæ conſuleret, neque, quod deſuper periculum immineebat, adverteret, dum ſuum illud negotium executioni mandare nititur, forte boves currum ſeu traham transverſe agere, & a recta divertere ſemita; quos cum iratus crebro ſtimulis inſtigaret, & hi jugiter tum cornibus tum dorſo ſeſe motarent, & ſe traha in rupem verteret, ad quam ſuſtentandam concite cum curreret ille, boves ob hoc in formidinem verſi cum nec alio propter jugum, quia eo jungebantur, ire poſſent, nutu divino plauſtrum atque miſerum ruſticum una ad rupis ima trahentes & iſtum reſupinum calcantes, a quibuſdam, qui juxta iter habuere, inventus eſt mortuus. Hoc equidem, cauſa cognita, omnibus finitimis præſertim, & horrori exſtitit & admirationi.

moritur;

E

254 Eum igitur exanimum in carpento jacentem domum ſuam uſque, ululantibus hinc inde affinibus, traxere boves. Eo domus tota in mœrorem & luctum verſa [eſt.] Ubi rediere, qui hoc S. Mariæ monaſterium adierant, parentes, cadaver illud turgidum &, ut aiebant qui interfuerant, ſupra modum & morem humanum lividum & fœdum humo tradidere. Memoriæ etiam datum eſt & diffuſe ſcriptum, idem fere in agro Paſſiniani cuidam ruſtico in translatione iſtius ſanctiſſimi Joannis, quæ celebratur VI Id. Octob., accidiſſe: verum ille, cum præter conſuetudinem regionis illius ſereret, non vinam, ſed boves amiſit. Ceterum ipſius ſanctiſſimi Joannis feſtivitas celebratur IV Id. Julii. Hinc diſcant omnes, quid diſcriminis tum animæ tum corporis immineat his, qui Domini Jeſu Sanctos digno non celebrant honore, etſi hac in præſenti vita non eas, quas merentur, dent pœnas. Ceterum, ut ſupra dixi, o quam expediret hic, quam alibi, pro noſtris ſceleribus flagris tortuiſque affici! Verum ad S. Joannis miracula redeamus, quæ ſeſe nobis catervatim offerunt.

ac alium hunc jacere

F

255 Alteri ex noſtris agricolis filia & paralytica, id eſt, omni membrorum officio privata cum eſſet, tale ad S. Joannem votum miſit: O Pater & paſtor noſter, Joannes beatiſſime, ſi tuis precibus filiam meam incolumem videro, tibi de penuria mea tantum offeram frumenti, quantum ipſa filia mea in pondere & numero computabitur. Mira res! e veſtigio ſequitur miraculum: Mox enim voto emiſſo, filia quam raptim ad patrem ſe conferens, qui adhuc flexis genibus humi procumbebat, collum amplecti, faciem oſculari; dein toto corpore geſtire. Eo ipſe, & qui de familia erant præ gaudio lacrymis orbortis Jeſu & Virgini Mariæ matri ejus gratias agebant & Joannem ſanctiſſimum pro tanto prodigio extollebant ad ſidera, &

Puella paralytica ſanatur,

illico

Digitized by Google

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

A illico frumentum ponderatum, ut voverat ipse, cuidam nostro procuratori, qui tunc Paterno præerat, per germanum puellæ mittere curaverunt: qui, cum quamobrem hoc frumentum daretur, interrogaret, ei adolescens rem omnem aperuit. Ille itaque Jesu & S. Joanni gratias agens, accepto frumento, multis præsentibus miraculum declaravit. Quod cum mater in S. Joannis festivitate prædicaret, ad nostras etiam aures tanti prodigii fama pervolavit.

Pastor monasterii Valumbrosano damnum inferens

256 Nec etiam duco prætereundum [quomodo] duo ex finitimis fulmine interierint, qui huic S. Mariæ monasterio detrimentum inferebant. Montanus quidam de monte Migliario (qui quidem mons Migliarius ab isto S. Mariæ monasterio per quatuor millia passuum ferme abest iter orientalem & septemtrionalem plagam) cum pascua hujus S. Mariæ monasterii ei finitima suis cum pecoribus annuatim, nec verbis nec minis territus, utpote ferox, pasceret, nutu divino die quadam, cum oves coactas sub fago quadam lata & umbrosa ad æstus caloris evitandos, ut pastoribus æstivo tempore mos est, haberet, tempestate & vi ventorum ingenti cum tonitruo subito exorta, fulmen ab aere cum fœtore & splendore contortum, pastorem ipsum una cum pecudibus canibusque omnibus, qui parum ab arbore semoti erant, occidit.

B

ovium cum canibus fulmine percussus.

257 Operæ pretium erat aspicere quot mortales cujusque conditionis & generis, qui ob varia tunc Alpem excolebant, ad hoc inaudium & stupendum miraculum, seu verius dicam, judicium confluxere, cui horribili spectaculo & pavendo quidam ex nostris conversis interfuit, qui hæc nobis statim curavit referre, Ceterum cum nonnulli, ut in re maxima fieri solet, impossibile ducerent, uno ictu fulminis mille & eo amplius pecudes ad extrema vitæ usque deduci posse; Non recte sentitis inquit: nam his oculis hausi. Sensim omnes, uti morbo contagioso fieri solet, & sulphureo fœtore & tonitruo ingenti utpote attonitæ & perculsæ extingui [cœperunt:] imo, quod majus est, carnes illas ut putridas, nec alii canes nec volucres etiam attingere voluerunt; & coria insuper seu pelles, quia mox scindebantur, nullius pretii extitere. Cadaver vero illius miseri pestiferive pastoris maximis clamoribus femineisve ululatibus, rusticorum more, affines sepulturæ dederunt.

C

Item rusticus

258 Sunt & villulæ quædam & etiam oppidula non multum distantia ab monasterii Alpibus, quæ quidem meridiem spectant; in quibus fuere nonnulli, qui soliti erant hujusce nostræ Alpis arbores, cum quercus tum aceres nonnumquam & pomiferas arbores, ut castaneas, ut fagos sine modo & mensura, nulla habita super hoc permissione, incidere; minas insuper & accusationes (quia nostra tempestate Rectorum maxima pars muneribus corrumpuntur) parvi facere. Nostri igitur, quia jus negat, vim vi repellere; ad solita decurrere arma, ad preces videlicet, & orationes Jesu Christo & Virgini Mariæ matri ejus & S. Joanni fundentes, liceret saltem portiuncula hujus nemoris uti. Exaudivit Dominus servos suos, ut ait propheta, de templo sancto suo, & nobis hoc modo tulit opem.

D

ejusdem monasterii arbores ejudem,

259 Cum unus ferocior ceteris etiam hic prope nostras dejiceret arbores, ecce repente vi ventorum aer clarus & lucidus atque serenus in gravedinem & tempestatem mutatur, adeo ut nobis in monasterio commorantibus dies in noctem videretur versa. Proh bone Jesu! [audivimus primo tonitru;] quod deinde tonitruum secutum est fulmen, quo equidem rusticus ille injuste agens obiit. Memoria mea numquam talem sonitum audisse me memini. Monachi omnes ad preces, pueris junioribus præ pavore flentibus, currere. Quid multis opus est? Nescio, quid tum cum Abbate nostro, cui nomen Francisco Altovita *e*, venerabili longeque prudenti viro, & jam in decrepita ætate constituto, de monasterii gubernatione tractans [agerem:] Illico palatii tabulata tremere, & ruere omnia visa repente. Jesu! inquit Abbas. Ego etiam: Virgo Maria esto nobis miseris præsidium!

E

fulmine interemptus sepelitur.

260 Rusticus itaque ille, quia a fulmine exstinctus, domum vesperi propriam cum non rediisset, familia omnis imprimis in stuporem & admirationem versa [est;] inde alio se illa nocte contulisse putantes, quiescere, [incipiebant,] cum subito malus superveniens nuntius, eum fulmine diem clausisse extremum, asserebat. Advolantibus itaque illuc, ubi cadaver jacebat, quamplurimis adolescentibus, id in lignis funibus connexis tulere domum: quod quidem cadaver non parvo suorum fletu humo tectum est. Ceterum hæc summæ admirationi esse, quia nec arbor aliquo in loco tacta, nec ipse [læsus] aspiciebatur. Tantum ligula soleæ lacerata, quam non multo longe a cadavere intra folia repererunt. Hæc igitur, quia inevitabilia, multis mortalibus prope longeque manentibus pro tempore incussere metum; verum ad solitum opus rediere quidam: Nam semper homines, quibus opes nullæ vel parvæ sunt (imo dicam, quod intolerabilius est) hi interdum, quibus secundæ res sunt & divitiæ multæ, furtis & fraudibus, modo possint, aluntur; sed ut alias sæpius retulimus conducibilius esset secus vitam instituisse. Nunc ad reliqua.

F

Quidam monasterii desertor,

261 Presbyter quidam, Jacobus nomine, olim hujus monasterii S. Mariæ monachus; verum nec expresse seu solenniter professus [erat,] bene [tamen] tacitus: nam octavum & decimum jam agebat annum, cum Poppii in S. Fidelis hujus religionis monasterio sub D. Antonio procuratore una vitam duceremus. Hic, nescio quo malo dæmone instigatus, habitum suæ religionis spernens, & ab se exuens, huc illuc, ut malus & apostata, nullius verecundiæ signum moribus vel vultu indicans, per Casentini ecclesiolas vagabatur; quem memini, jam præsentibus aliis presbyteris, cum non erubesceret, etiam Poppium sine S. Joannis prætexta venire & officiis & Missæ una cum ceteris religiosis, quod haud poterat, ipsis invitis, interesse [voluisse,] eo semel a præfato D. Antonio summo cum dedecore e S. Marci ecclesia, quæ Poppii est, populo præsente convitiis pulso. Inde factum est, ut oppidum illud nam-

A umquam postea adiverit, nisi dum sacerdotali officio fungeretur.

postea pedibus scalis

262 Hic itaque cum non multo post quamdam S. Mariæ ecclesiam in loco, qui Ama vernacula lingua dicitur (abest enim a monte Alverne ferme quatuor millia passuum) ab Episcopo Aretino jure sacerdotali impetrasset, in tantum suorum hominum odium & inimicitias capitales obstuprum cuidam puellæ illatum brevi devenit, ut quidam ex his rusticis, puellæ affinitate [conjunctis] sibi magis infensi, sæpius undique armati convolarent (Talis enim eis mos est; non tantum verbis, verum etiam armata manu jus suum exquirere) [&] in eum interdum de improviso prædonum more infestos impetus facerent, tum minis atrocibus, flagrisque hostilibus impeterent, ita ut cum manibus sese ultum ire, tum quia sacerdos, tum quia solus, in multos haud posset, cogeretur genibus flexis rem negare, [&, ut] B sibi parcerent, orare. Ceterum cum rusticorum durum genus his haud flecteretur, imo atrocius fieret, alium loco sui ex ipsorum sententia relinquens, ad affines & propinquos qui haud procul aberant, convolans, inde domum propriam adiens genitoribus suis rem omnem aperuit.

S. Joannis opem erutus juvenum subditorum animos flectit.

263 Verum cum vi ecclesiam suam recuperare vellet; quia res parum ei processerat, ignorans, quid in re tam atroci esset agendum, æstuabat: Cui mater, quia religiosa & [pia erat,] recte consulens inquit. Mi fili, mihi credas volo, nulla adeo ex re illuc tibi accidere, nisi quia S. Joannis habitum temerarie deposuisti; quocirca tibi consule, meisque acquiesce consiliis, ne immaturum corpus terræ, animam vero æterno incendio tradas; aut habitum sume, quem mente proterva deseruisti; aut, si hoc non placet, istoc utitor; fac votum, & ego una tecum [faciam,] annuatim in ipsius S. Joannis festivitate [ut] nonnullæ Missæ celebrentur in sui laudem & decus, & jam esto securus: nam nihil est, quod amplius vereare, mi fili. Voveo, inquit ille, ac lubens faciam, nec illuc redibo, nisi prius hæ Missæ celebrentur. Res mira! mox celebratis C Missis, solus & inermis se ad ecclesiam suam conferens, libenter jucundoque animo ab omnibus, paulo ante infensissimis, accipitur, & hactenus, ut percepi, omnibus semper carus & gratus exstitit. Quis igitur hunc sanctissimum Joannem suis in necessitatibus non advocatum & patronum suique defensorem requisierit, cum hoc, & aliis miris prodigiis luce clarius constet, eum non solum sibi religione conjunctis, sed omnibus etiam extraneis præsto ad auxilium & ad opem ferendam esse.

ANNOTATA.

a *Is est, ni fallor, idem Placidus Pavanelli, de quo supra in Annotatis meminimus. Hic quidem, ut loquitur Simius in Catalogo pag.* 253, in spiritu Eliæ *vexit Congregationem Vallumbrosanam sed ob id ipsum, utpote austeritatem vitæ, & vigorem monasticæ disciplinæ a Simio aliisque laudatur. Quare miror, quod monachus, præsertim in oratione ad Deum fusa audeat virum hunc, abbatem suum*, impii crudelisque tyranni *nomine compellare*, & *quod tamen divinum auxilium Sanctorumque opem experiri meretur.* D AUCT.

b *Ita olim vocabatur Neapolis, urbs in ora maris Tyrrheni celeberrima. Eodem nomine appellatur insula parva maris Tyrrheni* vulgo Ventotiene *in regno Neapolitano. Suspicor Auctorem de Neapoli agere, cum vocet* Parthenopes regiones, *non insulas.* HIER. RAD. EX MSS.

c *Is electus est summus Pontifex anno* 1447.

d *Eugenius IV post decimum sextum Pontificatus sui annum, ut testatur S. Antoninus, obiit anno* 1447.

e *Franciscus Altovita electus est Generalis Vallumbrosanus circa annum* 1430, *& obiit anno* 1479 *die* 22 *Aprilis, ut testatur Simius in Catalogo pag.* 108.

PARS III.

Differitur locus.

LAudabile visum est, [ut] his S. Joannis prodigiis aliud, quod [de] nostro tempestatis duobus finitimis eremitis, qui in decus hujus monasterii plura & dixere & egere turpia, inferam: verum prius de situ loci paucis differam. In jugis hujusce nostræ Alpis mons saxosus, asperrimus, incultusque exstat, qui quidem ex ea parte, quæ meridiem occasumve spectat, rupes horribiles, confractas, abscissasque habet mirum in modum, quæ in vasta solitudine horrorem aspicientibus non parvum incutiunt. Inter duas igitur rupes vastas ingens saxum in Orientem porrigitur, in cujus eminentiori parte conspicitur oratorium satis venerabiliter & pulcre constructum, quod ex una parte atra silice jamjam ruinam minante, ex altera vero casis humillimis circumdatur; quem locum, qui prius habuerit, paucis aperire curabo, inde ad inceptum redibo.

in quo Marcus quidam

265 Tempore itaque Eugenii summi Pontificis IV extitit molendinarius quidam, cui nomen Marco, de valle, quam vulgares & plebeii Chiantim vocant. Hic imprimis, etsi egenus rerum temporalium, tamen vitam suam more priscorum beatorum virorum instituit, paree ac duriter vivens, ecclesias frequenter F adiens, pauperibus, ut poterat, alimoniam præbens. Is denique uxore orbatus, filios duos Jesu Christi servitio obligat: nam huic religioni unum, qui adhuc vitam hanc vivit, alterum Camaldulensi, qui præsenti vita functus est, ut ipse expeditius Jesu inserviret, emancipavit. Inde quidquid sibi supererat, pauperibus tribuens, nudus nudum Jesum statuit sequi. Tali itaque mente devota hoc S. Mariæ monasterium suppliciter adiens, a R. D. Placido tunc Abbate, non habitum, verum temporis probationem facile impetravit.

ex fervori monachi,

266 In hoc itaque S. Mariæ monasterio per annum integrum corpusculum suum jejuniis, vigiliis, aliis etiam flagris, quæ abstinentia amat, oppido enervavit: nam, ut alia omittam, quæ propriis aspexi oculis (aderam enim) hieme aspera, vili veste & palliolo contentus etiam nudis pedibus inter nives & asperas glacies, nobis solo visu rigentibus, incedebat; quem morem fere, dum vixit, servavit. Inter cetera, quæ spiritualiter non superstitiose ageret, ad exemplum edomandam erat, quod crebrimo

intus

Digitized by Google

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

A intus & foris nuda genua nudæ humi flectebat. Insuper quoties nos pueri gratia exercitii vel quietis ad Alpes seu ad nemora consederemus, hic una semper nobiscum iter aggrediebatur : monere, hortari ad meliora, ad vitam æternam, numquam desistere.

fallus est eremita,

267 Idem igitur sæpius agens, nobiscum ascendens & descendens, solitariam tandem vitam cupiens, statuit secum esse, secumque, ut dicitur, vivere. Petita igitur missione & facile impetrata (nam nondum probationis habitum acceperat) illuc ad eum locum inaccessum, de quo supra verbum fecimus, non sine maxima difficultate, nobis pueris comitantibus, & arma, quibus cædendum esset saxum, ferentibus, demum concessit. Ceterum a jugo Alpium ad saxum iter nullum erat : omnes enim in his locis, præter recta itinera, semitæ præcipites & amfractę & angustę sunt; ita ut, qui paululum titubaret, lapsu pedum in præcipitium (quia nulla virgulta & stirpes sunt) laberetur; nec etiam sunt radices, ad
B quas pede aut manu quisquam eniti possit; utpote quia loca arida herbis humillimis & lapillulis cooperta fere semper sunt, nisi hieme, qua nive geluque omnia rigent.

a
ar in asperis rupibus habitans

268 Tandem martis *a* & sarculis loco purgato per declivum montis semitam instar sulci egessimus. Quid multa? demum ferro, incendio, acetoque rupes mollitur, frangitur, panditur. Triennio itaque hoc in opere difficili consumpto, oratorium ad honorem Virginis Mariæ dedicatur; quod quidem omnibus finitimis & longinquis, qui locum devotionis gratia adibant, lætitiæ esse & admirationi. Lætabantur, hac ætate ferrea talem eremitam his in locis reperiri: admirabantur abstinentiam viri, loci asperitatem, omnium insuper rerum victui necessariarum difficultatem : nam, ut dixi, nudo fere corpore, nudis pedibus, fame, frigore, squallore, barba impexa membris torridus, genibus, crebris orationibus quassatis, fractis, inter rupes asperrimas, hieme nive glacieve oppletas, Jesu Matrique ejus Virgini Mariæ interdiu & nocte deservire studebat.

cum omnium admiratione,

269 Verum imprimis mirabile, unde tantus talisque animus sibi [esset,] ut in rupibus asperrimis ædificium aggrederetur : nam, ut cetera in corpusculum domandum admiratione digna omittam, Jesum testor & SS. Angelos
C ejus (ut patris *b* mei Hieronymi verbis utar) nos monachos omnes sæpius eum in Nativitate Domini Jesu & in aliis præcipuis festivitatibus gratia Communionis & Missæ audiendæ, quando deformis stridet hiems, fessum vento Boreæ, oppletum nive, cruribus sanguinolentis calcaneisque scissis, lætum tamen ipso festivumque in Domino, hoc S. Mariæ monasterium adiisse; nos vero omnes admiratione ducti, undique visendi studio ad eum confluere. Alii palliolum tergere; alii aquam calidam pro fricandis pedibus ferre; quisque pro se certatim obsequium libenti animo præstare.

b

asperam vitam,

270 Ceterum hoc summopere admirabantur omnes, quomodo, cum brevi corporis statura esset, altam nivem molemque glaciei vitasset; præsertim cum interdum per mensem toto aere ningeret. Est & aliud majus, quo insuperabile iter superare [vix] posset: nam novere omnes, super veterem nivem, intactam præsertim, nova modicæ altitudinis
D cum sit, non facile pedes ingredientium insistere : dilabitur enim pes per nudam glaciem, cum non recipit vestigium, &, pede fallente, nec manibus nec genibus nec adminiculis quisquam periculum anceps vitare valet; ita in lævi glacie tabidaque volutatur corpus, secantur interdum pedes, nudi etiam quandoque in infimam ingrediuntur nivem & ibi luctatio fit; cum glacies lubrica, ut dixi, non recipiat vestigium, & plerumque velut pedica capti hærent, visu miserabile! in dura & alta concretaque glacie.

& in eorum specie plam inflati;

271 Cum enim interdum quidam ex nostris misericordia ducti eum, quomodo ex hujusmodi periculis evasisset, interrogarent, inquit voce tenui & demissa: Jesus est; Jesus est : interfui enim sæpius cum ex patribus quidam his verbis eum castigabant : Pace vestra, frater Marce, dicemus : quia præter ætatem vestram, & præterquam [quod] religio & res adhortetur, dure & parciter vitam ducitis. Proh! fidem Dei atque hominum! quid quæritis? vultisne indiscrete vi-
E tam æternam arripere? vultisne in morte acerbo ante tempus aliquo casu perire? Ille econtra, se ita vitam jam dudum instituisse, & se ita vivere velle, dum spiritus suos regeret artus, aiebat, & spem suam in Jesu Christi gratia sitam affirmare. Denique sæpius a nostris fatigatur; omnia in pejorem partem accipiens indignatur [&] veluti si pulsus hoc S. Mariæ monasterio fuisset, amplius non rediturus, eo animo discessit.

ii vero pestis tempestate Vallumbrosam

debacchari cœpit;

272 Exinde, nescio qua furia arreptus, cœpit contra monasterium animos hominum vehementer grassari *c*: nam nullo maledicto se abstinere; verum ubique debacchari in monachos, convitia in conversos turpia, & maledicta sæpius geminando addere, &, quod dictum quoque nefarium, abbatem monasterii virum egregium verbis lacerare; demum nihil prætermittere, quod in nostri dedecus fore existimaret. Ceterum nos flocci pendere, tantum sui misereri, eo quia indiscreta pœnitentia in hanc deveniisse insaniam censebamus. Res mira! hinc sibi prima mali labes: nam illico non nobis tantum, verum omnibus finitimis cœpit infensus existere : complures enim in forum judicum contra jus fasque ducere conatus est. Verum tempus quam res maturius
F me detexerit, fide his, quæ in quodvis genus mortalium injuste egerit, singillatim aut [pro] magnitudine parum differerem.

& forte fallaci visum,

273 His igitur & aliis multis insulse ineptequę peractis, tantum sibi omnium hominum odium vendicavit, ut nec victum, etiam sibi soli necessarium, ostiatim petendo inveniret. Fuerunt ea tempestate, qui dicerent, cum hac gratia, Jesu occulto judicio id premittente, in illam deveniisse insaniam, quia quadam visione delusus nimium sibi vindicaret, dum alios quosvis religiosos præ se parvi faceret. Quę quidem visio seu dęmonis illusio, ut ipse referre solitus erat, talis fuit. Erat huic fratri Marco cum quodam, qui [incolit] domum hospitalariam S. Marię de Florentia, quæ in egenos infirmosque suscipiendos & tollendos nuper ędificata fuit, amicitiæ vetus consuetudo; cui quia interdum quędam sibi munuscula rusticalia deferebat, gratissimus esse,

&

A & dum eum negotia vel religio Florentiæ in longum protraxiſſet, illuc pro neceſſariis corporis ire ſemper. Ibi fama eſt, in quiete viſam ab eo Virginem Mariam cum pompa Angelorum, quæ ſe a Jeſu diceret miſſam.

274 Verum viſio, ut ab ipſo accepere quidam, fuit talis: matutinalibus Officiis expletis, hic more ſuo cum corpuſculum quieti paululum dare vellet, Virgo Maria piiſſima (ſi Virgo Maria fuit) præeunte non parvo luminis globo, ſuper ſaxo, ubi ædem ædificaverat frater ipſe, gratia honoris ſpiritibus angelicis comitantibus, ut ſibi in illa quiete viſum eſt, præſto affuit. Cum igitur ille, inſolita re horrore perfuſus, paululum moraretur, indeque etiam, quæ tam inſigni, tam decora mulier eſſet, interrogaret, inquit illa; Illa ſum equidem, cui tota mente, & toto corpore inſervire ſtatuiſti, & gratia cujus, his in locis ſilveſtribus, & fere inhabitabilibus oratorium ædificare voluiſti.

quæ hic deſcribitur.

B 275 His igitur in maximam ſpem, ſe quandoque aliquid magnum fore, adductus, flexis genibus, ſoſpitatem animæ & corporis orabat: Cui Virgo Maria: Hæc potiſſimum cauſa a Domino Jeſu huc miſſa ſum, ut pro tot cruciatibus, quibus corpuſculum tuum exeſum, & animæ obnoxium mea potiſſimum cauſa reddidiſti, gratiam tibi tribuam abunde: eo enim magis [id faciam,] quia nuſquam te tutum ſeu incolumen, niſi in meo præſidio putas. Inde cum omni pompa ceu fumus ex oculis intuentis evanuit. Hic ingens cupido eum, ut oratorium illud huic monaſterio præponeretur, invaſit. Itaque, hac cupidine atque inſolentia, ut ſupra diximus, neque dicto neque facto aliquo abſtinere, quod modo ambitioſum foret, quoad ſemet præcipitavit. Nam Romæ ..... *d*, dolore & tædio affectus, diem clauſit extremum.

in ſuperbiam lapſus, miſere mortuus eſt.

C 276 Poſt hunc longo tamen intervallo ſucceſſit alter; de quo (quia omnium rerum ſimulator & diſſimulator fuit omnium, quos umquam gentium viderim, maximus) idoneum viſum [eſt quædam præfari, &] de natura moribuſque ejus paucis differere. Huic igitur nomen Joannes erat, natione Hiſpanus, corpore procerus, ſatis eloquentiæ, parum ſapientiæ habens, & ut *καπὶ ἀντιφράσιν* decet, hypocrita maximus: Omnia nempe, quæ ad illud officium pertinent, optime callens, quibus multos mortales variis modis decepit. Hic namque fuit unus ex his pſeudo-religioſi, qui Florentinam urbem tempore Pontificis Pauli II *e* adivere, ex quibus unus crucem ligneam inſtar D. Andreæ Apoſtoli [geſtubat] ultra omnes, quos umquam viderim, mortalis varius & mutabilis, qui quidem niſi ſuapte præter Chriſti Jeſu poterat convenire aut colloqui *f*; cujus ineptias & deliramenta, quia longe inutilia & vana, prætermittenda duxi, & ad Joannem noſtrum redire, de quo in initio verbum fecimus.

Alter hypocrita

e *f*

277 Iſte enim crucem ferream, ut picturæ plus quam Prophetæ Joannis Baptiſtæ adſpicientium occurrit oculis, præ ſe ferre. Proh Jeſu bone! hic Joannes cilicinam veſtem ſupra pannos habere, quam Joannes Baptiſta ſupra nudum corpus ferre ſolitus erat. Ille propheta, imo plus quam prophe-

ſeſ. Joannis Baptiſtæ imitatorum jactus.

ra, nudis pedibus; hic non ſolum ſoleis, ſed ocreis circumdatus incedere; ille ad deſerta, ne levi ſaltem famine vitam maculare poſſet; hic ad populos & ad turbas ſeſe crebro conferre. Ille ſolus & dure & parciter vitam agere: hic vero, multis comitantibus, & copioſe & laute. Ille vina & carnes, ut venenum fugere; hic optima exquirere. Ille omni virtute, hic cunctis vitiis refertus: & quamquam talis & tantus nequam & pſeudo-religioſus, quocumque in trivio, quacumque in turba, ſe novam religionem inſtituturum ad S. Joannis Baptiſtæ nomen, dicere.

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

E 278 Quid? quod his falſiſſimis multum fidei, multum devotionis a cunctis haberetur? Proh Jeſu bone! ubi primum provinciam hanc ingreſſi ſunt, ex cunctis agris, oppidis & civitatibus, mortales cujuſque condicionis & generis eis obviam ire, ipſis hærere parati panem & alias neceſſaria ſibi & ſuis dare, commeatum portare; poſtremo quæ imperarentur, facere. Hæc, non ut audita, ſed ut viſa refero: interfui, vidi, tetigi: & multa inſulſe & temerario ab his acta atram mihi bilem moverunt, præcipue hoc, cum eis ſacerdotes ſenes, venerabileſque religioſi inſervirent in rebus etiam infimis & viliſſimis. Verum quid mirum? Cum beatum & felicem ſe fore quiſque putaret, ſi vel fimbriam horum pannoſorum tetigiſſet. Quippe ita res humanæ ſe habent, ut non ſolum imprudentes rerum, verum etiam interdum & prudentiſſimos nova omnia fucatis faciebus fallant.

ad cumulum quæ ſit magnus populi concurſus.

279 Ceterum alios prætermittentes (neque enim digni ſunt, de quibus verba fiant) ad noſtrum falſum Joannem Baptiſtam veniam. Hic imprimis codicillos falſos ſeu bullas, in quibus, unde hujuſce religionis initium oſtendebatur in lucem proferre; quæ quidem omnibus in rebus adipiſcendis hac noſtra tempeſtate optima via eſt ad fallendum. Præterea annum quamdam, [habebat,] quæ ſub habitu monialis Romæ cum aliis tribus in columnis templi D. Petri Apoſtoli, F gratia pœnitentiæ agendæ, latens fingere, ſibi per viſum S. Joannem Baptiſtam apparuiſſe, in ora hominum propalare & multa alia, quæ inſtrumenta fraudis ſunt, dicere & facere; poſtremo quæcumque dici aut fingi poſſunt ad ſimulationem conducentia, nihil prætermittere. His itaque & aliis artibus inſtructus ad has ſe contulit regiones.

In parte figuræ.

280 Ceterum imprimis mulierculas quaſdam, quæ Florentiæ domi propriæ, veluti in monaſterio, ſe clauſerant, ſocias ſibi fore & conſiliorum participes oſtendens, diu noctuque ſuis ſimulationibus fatigando, denique omnia tentando ad eas aditum invenit. Inde diſceſſit, ex utriuſque voluntate rebus diligenter compoſitis. Erat ei frater quidam fugitivus, negotiorum curator fidus acceptuſque, & omnium conſiliorum, niſi noviſſimi, ut inferius dicetur, particeps, quem ſuarum artium antea ignarum quotidiano uſu facile parem ſimilemque ſibi efficere curavit: nam ſupplicem, humilem, oculiſque humi demiſſis, & contra morem Sabaraitarum *g* tacitum ad tempus reddere, ita ut his & aliis virtutibus fucatis, omnibus aliis vehementer admirationi, ſibi vero gaudio & utilitati eſſet.

& dolos dolis cumulans

g

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

A Proh nefas! etiam puerum adoleſcentulum, quem aiebant filium illius mulieris clauſæ, de qua ſupra verbum fecimus, exiſtere, ut ſe piloſa veſte indutum cum alio comite equitando ducebat. Verum plurima prætermittens, quædam magis neceſſaria paucis aperiam.

præmittit a ſe veria monaſteria ædificanda.

281 Hujus igitur fama paſſim non agrum Tuſciæ tantum, verum & finitimos omnes complevit; alterum videlicet Joannem Baptiſtam veniſſe, futurum Eccleſiæ Chriſti pene dirutæ novum compoſitorem. Ideo, dum verbum Domini hinc inde prædicaret (nam, ut dixi, ſatis eloquentiæ habebat) multi mortales, alii audiendi verbum Jeſu, alii nova cupidine tanti viri (ſi virum dici fas eſt) viſendi illecti, ad eum variis locis confluere: nam memini, me ſemel caſu quodam, ita ut fit, dum negotiorum gratia varia loca luſtrare neceſſe eſt, in D. Martini feſtivitate prædicationi ſuæ interfuiſſe, in qua inter alia, quæ ab ipſo ſatis ornate, copioſe, diſtincteque prolata ſunt, pollicitus eſt, ceu montem aureum, quam multa ſe monaſteria etiam tum monachorum cum monialium conſtructu-

B rum, & eos pro nomine Chriſti Jeſu frigus, famem, ſitim, & eodem tempore inopiam & laborem, demum cruces & tormenta immania, turpiſſimam etiam mortem ingenti conſtantique animo perlaturos. Aſſerebat etiam, monaſteria finitima & longinqua, imo & religiones ceteras huic ſuæ pediſſequas fore.

Cum multi ad eum confluerent,

282 Quibus auditis, ſimulans neceſſitatem corporis, ſtomachatus foras quam raptim me contuli, demirans, non dico hominis dementiam, verum & inſaniam, qua talia coram profetre auderet. Demum, confirmato animo, una cum aliis iter ad hoc, quid dixi, S. Mariæ oratorium, ut rei exitum perciperem, feci. Mirum, quanta illi equitanti auctoritas, quanta ab omnibus haberetur fides. Proh nefas! audebat, uti mos epiſcopis eſt, ubi jus eis datur, etiam omnibus occurrentibus benedictionem dare. En audacia, imo inſolentia! Ceterum nos cæci mente, & novarum rerum cupidine illecti, proſequebamur; non ruricolæ tantum, verum & nobiles, cives, & quod majus eſt, etiam & egregii

C presbyteri, qui ſua portenta & prodigia in itinere pleno ore, adductoque ſupercilio, multo plura & majora, quam fecerit dixeritve, nobis enarrabant. Quid quod noſtræ temeritatis eadem die pœnas luimus; cum enim, caſulis mapalibuſque ruſticorum relictis, iter rupis arduum jamjam aggrederemur, aere ſereno in tempeſtatem mutato, cito inexſpectata & ſubita vis ventorum & immanis aquarum procella, obſcurato cœlo, undique & undique oboritur. Nos miſeri, qui iter pedibus aggreſſi, in tali tantoque diſcrimine [eramus] poſiti, quid agere, quo nos vertere deberemus, ignorabamus penitus: nam ob ventorum immanitatem & copiam imbrium vix progredi ulterius poteramus, & retrogredi ducebamus turpe, & illic eſſe diu ſub divo locus ſterilis, & penuria rerum omnium non permittebat.

tandem poſt fracti,

283 Ipſe vero Joannes veritus pejora, ne vel ſolus vel cum paucis montani loci abrupta & concava adire cogeretur, verbis fucatis & compoſitis, quæ ſibi abunde erant, nos ad altiora hortari, non ſatis eſſe, id nos voluiſſe aggredi, niſi durando ſummum rei teneremus; ad hæc Virginem Mariam, uni-D cum omnium mortalium refugium, in ærumnis præſertim non defuturam. His igitur aliiſque rationibus probatiſſimis, ubi animos noſtros erectos vidit, calcaribus ſtringens equum, feſtinare, nos miſeri quam raptim ſequi; demum feſſi, & ſudore & pulvere & imbre copioſo pleni, Virginis Mariæ oratorium adivimus, quod tunc quidam alius, Franciſcus nomine, juvenis eremita habebat, quem olim S. Joannes captum a dæmone liberaverat.

& pinatis molestiam,

284 Illic itaque iſte bonus vir, toto corpore humi proſtratus, dum Virginis Mariæ hymnum veſpertinum caneremus, jacuit ſemper. Cum ecce repente monachorum noſtrorum non parva turba, ventos perpeſſi & imbrem, oratorium ingrediuntur. Inde ſurgens ille, oppletis oculis totaque facie lacrymis, conſtitit in medio, atque oculis nos omnes circumſpiciens, demiſſa & lacrymabili voce inquit: Vos omnes oro deprecorque, Jeſum, Virginemque ejus matrem Mariam precari velitis, [ut] me conſtantem & firmum invincibilemque contra inſidias diaboli faciat: nam hoc oratorium, mihi æternam fore ſepulturam, ſpero; nec plura, ut fertur, per ipſam diem locutus [eſt,] niſi in remotioribus & abditis locis. Nos demum, quia jam ſol declinaverat, inde, admirantes & varia in itinere de eo, ut fit, confabulantes, ad monaſterium læti conceſſimus, exitum rei cum gaudio præſtolantes.

ſeelera ejus patefiunt,

285 Ceterum non multo poſt ſocius frater, de quo ſupra verbum fecimus, lite inter eos de cæremoniis obſervandis nata, palam multis ſua mala ſecinora fecit. Hinc ſibi prima mali labes: hinc ab omnibus deinde obſervari, iniquus & perverſus a cunctis haberi. Erant eo tempore, qui exiſtimarent, hunc ſub ſpecie eremitica loca illa ſaxoſa & fere inhabitabilia adiiſſe, ut ibi, omni metu ſublato, furtivas monetæ officinas cum paucis clientulis exerceret; ſed ex aliis vitiis magis, quam quod cuiquam hoc compertum foret, hæc fama volabat: nam paulo poſt, quis qualiſve exiſteret, ſua multa nefanda facinora, quæ turpiter obſcœneque egit, declaravere: nam æs alienum imprimis variis dolis & aſtibus grande ex diverſis locis conflavit, quo monaſteria, quæ dixerat, exædificaret. Verum, more bilinguium, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habebat. Ducebat enim quoſdam ſacinoroſos ſecum, tum religioſos fugitivos, tum ſeculares, quos precibus de ergaſtulo extraxerat. Mutuas litteras & crebras a mulieribus, quas ſub ſpecie monialium clauſas ſupra memoravi, dare ſæpius & accipere; eas interdum, comite uno contentus, viitare.

ubique infelicem vitæ exitum ſortitur;

286 Sed, ut verum fatear, huic pſeudo-eremitæ non minor vanitas inerat, quam hypocriſis; neque reticere, quæ audierat, neque ſuamet ſcelera celitare. Me videnteb & audiente, plura dixit & egit inepte & inſulſe, & quod levitatis potiſſimum eſt, ſcenobatæ *b* officia ridicula ludoſque ambitioſos ore, oculis, manibus efficere; prorſus, nec quid diceret, nec quid faceret, quidquam penſi habere; poſtremo indies magis inſanire. Demum cum multa nefaria ſtupra feciſſet, præſens periculum formidans, congeſta mutuo & etiam ex vaſis ſacratis & pla-

netis

A netis ipſius Virginis Mariæ oratorii non parva pecunia, clam cum quodam peſtifero ad alias ſe contulit regiones. De ejus exitio varia apud nos dicuntur. Sunt qui affirment, eum officium gaeconis [exercuiſſe] & meretriculas conducentem, luxuria perditum, & lenociniis infamem, & omnibus flagitiis & facinoribus coopertum, a ſuis conſimilibus, ita ut in tali re evenire ſolet, in fruſta conciſum. Alii ob furtum Romæ inique perpetratum, depoſito eremitali habitu, cum quibuſdam nefariis cruce ſuſpenſum. Nobis, ea res etſi pro locorum abſentia parum comperta ſit, tamen ſatis conſtat, turpi morte pœnas luiſſe. Ita ille novus Joannes Baptiſta, qui novam Chriſtianæ fidei religionem profeſſus fuerat, dignum moribus factiſque ſuis finem vitæ invenit.

Loco antem illius ſucceſſit eremita pius,

a87 Huic ſucceſſit alter Ariminenſis [b] bonus profecto vir; cui nomen etiam in ipſo ſacro fonte baptiſmatis eſt Homo-Dei; qui quidem, veluti ſupradictus frater Marcus, plus hoc in monaſterio S. Mariæ [quam] B annum ſub ſeculari & converſali habitu peregit. Inde optans paulo aſperiorem vitam, præterquam inſtituta P. Benedicti, adamare, diligere, illud S. Mariæ monaſterium adivit. Qui, ut alia prætermittam, ad libidines & voluptates corporis domandas, numquam carnes, numquam vina, numquam lacticinia deguſtat; raro oluſcula, raro poma [comedit], fere jugiter pane & aqua contentus. Quid? quod in hac eremo, quamvis ipſe ſatis nobilis, & quod magis eſt, delicatis rebus prius aſſuetus, quando etiam deformis ſtridet hiems, nudis pedibus inter nives & aſperas glacies incedit, eo tempore etiam vili veſte & palliolo circumdatus; & circulo ferreo inſtar Euangeliſtæ Lucæ ſupra nudum corpus aſſidue utitur: orat frequenter, & corpus ſuum jugibus afficit maceratque diſciplinis; lectione etiam Scripturarum, quæ vernacula lingua imprimuntur, inſtat ſemper; etiam Domini Jeſu præcepta pro viribus adimplere conatur.

C *& ergo S. Joannem Gualbertum decuit,*

a88 Domum hanc, ubi primum ſuam ſecundum Deum incepit inſtituere vitam, crebro viſere cœpit, S. Joannem ubivis gentium extollit, ſua egregia facta narrando ad cælum ferre; de monachis ceteriſque noſtris omnia bona dicere. Sic ab omnibus bonis puro diligitur affectu; mali vero eum odio habent, qui perverſam eorum vitam inſectantur & crimina, & probatis veriſque rationibus flagitia turpitudineſque eorum effulminat. Stupent omnes in eo & oris gratiam, & ſuavitatem ſermonis, quia nec jejuniis nec aliis flagris quibus corpus afficit, moroſus & anxius & iracundus & difficilis; ut quidam, imo perbenignus, ſuavis, dulcis, jocundus & affabilis efficitur. Cujus opera egregia in religione Chriſti Jeſu, quæ vidi & accepi, ſi velim omnia diligenter litteris mandare, tempus quam materia citius me deſeret.

qui, Auctore hæc miracula conſcribente, etiamnum vivebat,

a89 Quocirca, quia vita adhuc ſupereſt eis, & quem exitum ſit habiturus, ignoramus penitus, & apud Chriſtianos non initium, verum finis laudatur, de eo finem faciam dicendi, ſi prius monuero omnes, ut non ſe corde vel operibus extollant; verum cum propheta dicant: Ego autem ſum vermis & non homo. Et: Non nobis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam; AUCT. & cum Jeſu: Ego non quæro gloriam meam. HIER. Et ita agens quis, proſpere ei ſuccedent o- RADIOL. mnia; ubi autem ſecus vitam mortalis omnis EX MSS. inſtituerit ſuam, quamquam fortunatus videatur, ad tempus hoc erit; demum vero complebitur in illo id, quod idem propheta dixit: Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum, ſicut cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat; quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Quod multis exemplis, ſe præſertim his ſuperioribus liquido patuit.

ANNOTATA.

a Martus *uſurpatur pro malleo apud Convenium de Fabaria de coſibus S. Galli cap.* 24. *At dubito, an hic non derivetur ab Italica voce*, Martora, *quæ, præter certum animalis genus, fuſcinam ſignificat, quod eſt inſtrumentum locis expurgandis aptum.*

b *Auctor per Patrem ſuum, ut opinor, hic intelligit S. Hieronymum, ſuum patronum, cujus* E *nomen gerebat.*

c Graſſari *hic pro commovere vel concitare poſſit Auctor, ut patet ex ſenſu.*

d *Omiſi hic abſurdam quamdam & ſcandaloſam parenthefin, quæ ad rem non facit. An autem ea ab hoc Auctore per ſimplicitatem ſcripta, an ab alio per malam fidem inſerta ſit, ignoro.*

e *Paulus II creatus Pontifex anno* 1464, *obiit anno* 1471.

f *Iterum ſenſus mutilus, quo, quid Auctor ſignificatum velit, non intelligo.*

g *Puto intelligi hæreticos Sabaitas, qui S. Joannis Baptiſtæ diſcipuli nuncupari volebant. De iis vide Labbeum noſtrum Tom.* 2 *Conciliorum col.* 402.

h *Vox Græca eſt a* σκυνοβατέω *id eſt in ſcenam prodeo, vel in theatrum produco. Inde* σκυνοβάτης *hiſtrio, qui privata flagitia omnium oculis in theatro exponit, uti explicat Budæus.*

i *Sic vocatur ab* Arimino *vulgo* Rimini, *quæ eſt urbs Romandiolæ ſita in ora maris Hadriatici* F *ad oſtia fluvii Arimini, eſque inter Bononiam ad occaſum, & Anconam ad ortum hibernum quaſi media.*

PARS IV.

QUoniam beatiſſimus vir S. Joannes monaſterium hoc in honorem Virginis Mariæ dedicari voluit, nos etiam ejus exemplo ducti, quædam ipſius Virginis Mariæ prodigioſa acta ſupra his miraculis inſeruimus; non indignum etiam nunc viſum eſt, egregium & memorabile facinus utriuſque deſcribere. Quidam Florentinus de Ughis, cui nomen Ugho, nobili genere natus, filium unicum in cunis adhuc poſitum habens, cum æſtivo tempore, quando frumenti tritura fervet, ut mos eſt nobilium, cum uxore totaque familia rus peteret, accidit die quadam, nutricem cum infante ad aream contendiſſe. Inde forte, vel caſu vel alio negotio præpedita, infantem in paleis, jacentem ſeu ſedentem deſerens, abiit. *Infans,*

a91 Ceterum trituratores, hujus rei penitus ignari, infantem una cum paleis, ligneis furcis & aliis armis ſeu inſtrumentis, tali negotio neceſſariis, in tugurium, ubi palea *cujus pater in B. Virginis & S. Joannis honorem eum ædificaverat,*

Digitized by Google

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

A reconditur, suffocantes intruserunt; inde nutrix rediens, & infantem, quo in loco posuerat, minime reperiens, in fletus mulierbri more prorupit. Statim scisscitantes vicinæ, quidnam esset, cognita causa, ut illico abiret, consuluere. Illa itaque, verita pejora, fugam Arizium *a* versus cursim arripuit. Ubi autem ad heri aures, nutricem cum filio abiisse, pervenit, primum eam per suos sequi conatur; verum postquam id frustra fuit, divinum statuit auxilium implorare; eo illico tale emisit votum: Virgo Maria dulcissima, nominis Christiani unica spes, miserorum refugium, desolatorum solatium, a qua cuncta proveniunt bona; & tu Joannes beatissime, decus & honor non solum urbis nostræ, verum & totius provinciæ, vobis duobus voveo, ecclesiam constructum ire, quam prædiis aliisque bonis ditabo, si filium meum invenero [vivum] vel defunctum.

a

B *mortis periculo eripitur.* *b*

292 Res mira! non longo dato intervallo, cum ex famulis quidam ad paleas deferendas ob lecta *b* sternenda iisset, visum est sibi, infantis vagitum audisse, verum in primis vel murium vel aliorum animalium sonum existimans, rem suam peragebat. Cum igitur iterum & iterum & sæpius vagitum auribus captaret, suspenso gradu, ut callidus explorator, tugurium introgressus; & paulatim progrediens, sæpiusque subsistens, melius semper sonum aure captare. Demum, ubi propius ventum est, vere infantis vagitum esse, percepit. Submotis itaque leviter paleis, eum illæsum, risibilem, & bonæ habitudinis, Virginis Mariæ, & S. Joannis gratia, non sine maxima admiratione, gaudens & lætus conspicit. Inde sublevans, osculansque crebro, ad parentes suos ovans, & Jesu gratias agens, detulit.

b

293 Quem ubi primum parentes conspexere, lætitia lacrymis obortis, in oscula ruunt; ille vero veluti ad notos alludens, [amorem reddidit.] Tantus vigor in illo, & dulcis blandientis infantis risus apparuit, ut pater ingenti repletus gaudio [fuerit; qui] inquit: Mi fili, quem vel sublatum, vel laniatum a feris putabam, talem [te] conspicio? Quis, mi fili, te mihi ad hanc horam deduxit? Unde datur mihi ora tueri, nate tua? Te tantum Virgo Maria, & Joannes beatissimus in hunc servavere diem; sic equidem, mi fili, ducebam animo, rebarque futurum; nec me Jesu Christi gratia, mea cura, fefellit. Vix hæc verba ediderat, quod * additum est verbis miraculum: nam infans, qui vix balbutiendo nomen patris prius exprimeret, clara voce, quidquid pater dixerat, affirmabat; quomodo Virgo Maria eum lactaverat, nutrierat, conservaverat. Deinde conticuit. Mox pater Jesu gratias agens, inclytam ædem ad Virginis Mariæ, sanctique Joannis decus dedicari jussit; prædia etiam nonnulla huic S. Mariæ monasterio dono dedit, quæ propriis aspexi oculis: nam hæc Virginis Mariæ ædes a S. Hilario abest fere per duo millia passuum Orientem versus; jus cujus ecclesiæ etiam hac nostra tempestate hujus S. Mariæ monasterii constat esse.

& loquela sua miraculum confirmat.

C

* *Id est* quin

294 Quis, o bone Jesu! tam obtuso ingenio, tam impio [est] animo, qui non te, Domine Jesu, in Sanctis tuis extolleret, cum accipit, videt, experitur interdum, quot quantave prodigia per ipsos ubique terrarum operaris, bone Jesu, etiam tempestate nostra! Nam quidam, Joannes nomine, de villa, quam vulgares & plebeii Fornacem appellant, exstitit. Hic equidem more pauperum & egenorum cum suam vitam parce ac dulciter ageret, carbonesque, ad ferra igne edomanda, & in varia instrumenta conflanda, conficeret (horresco referens) ut parum cautus, in ardentes ignivomosque rogos toto corpore prolapsus est. Qui cum esset, ut igni voraci voraretur, illico inquit: Virgo Maria, tuque Joannes beatissime, mihi miserо, in tanto talique discrimine posito, oro, feratis opem; & ego utriusque ædem jejunus, nudisque pedibus visitare satagebo *. Mirabilis Deus! Vix emiserat votum, ut ipse satagam referre solitus erat, cum statim ardor ignis, oblitus naturæ suæ, quasi ros efficitur. Ille illico ex igne prosiliens, nullam passus combustionem, nec pili quidem, Jesum, Virginem Mariam, sanctumque Joannem laudando expleri nequibat.

D *Quidam miraculose ab igne servatus.*

* *lege*

E

295 Inde, ut sibi eundi copia data est, utramque ædem, hanc scilicet, & illam aliam Virginis Mariæ, quæ intra Casentini montes & Alpes nostra memoria constructa est: de qua (quoniam ad hoc per hunc ruricolam devenimus) non indignum visum est [quædam dicere, &] describere, unde, quo tempore incepta sit, ut ab his accepimus, qui aniculam illam super hoc convenere sæpius, cui Virgo Maria apparere dignata est. Illud idem indicant annalia *c*; indicant & picturæ, quæ memoria & religione patrum hactenus in dextero coram altaris conspiciuntur. Præterea additur rei miraculum. Cum enim templum illud his superioribus annis conflagrasset, parietem illum ignis haud est ausus attingere, ubi hujus templi origo in picturis, ut diximus, oculis aspicientium occurrit adhuc. Quid? Cum cetera saxa (nam illic saxorum ingens copia est) igne scissa, & in pulverem redacta sunt, illud tantum, *in* quo Virgo Maria sedere dignata est, illæsum ab igne pro miraculo conservatum est. De cujus loci situ pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

ex voto adit B. Virginis templum

c

F

296 In Casentini partibus oppidum est, vel rectius dicam villam, quam loci incolæ dixere Stiam *d*, a qua Occidentem versus abest mons ferme octo millia passuum, a quo oritur flumen a septemtrionali plaga, nomine Arnus; sed ex eo medio, quasi collis oritur, satis in immensum pertingens; vestitur humillimis quercubus, seu ilicibus, aliisque generibus arborum, quas humus arida cingere solet. Locus profecto suavis & amœnus. In hujus collis rupe humano artificio potius, quam natura, planities cernitur, muris, in tribus vel quatuor brachiis elevatis, undique vestientibus. Medium tenet ecclesia horrenda, & religione dignissima, cujus talem constat fuisse originem. Tempore Martini Papæ V, cum quibusdam simultatibus & discordiis Florentinis, tum ex eo Pontifice, tum ex quibusdam aliis variis causis, ut tum ferebatur, acciris bellum immineret (nam discordiis & simultatibus incendia urbium

cujus finis describitur

d

Digitized by Google

A bium ruinæque paulatim aluntur) insuper & pestis inguinaria quibusdam in locis vigeret, etiam, peccatis id exigentibus, repentini largi subitive imbres e cælo vi ventorum, qui omnia devastarent, eo anno dimitterentur, pro se quisque Jesum Virginemque ejus matrem Mariam, [ut liberarentur] a tanto periculo, & excidio, orationibus & processionibus & aliis, quæ religio fieri amat, orarent, Virgo Maria sic se voluit excellentissime ostendere, & patriam istam liberam reddere.

297 Ceterum pace omnium provinciarum ausim dicere, toto orbe terrarum haud esse locum, qui ita Virgini Mariæ curæ sit, & ubi plura beneficia ab ipsa Virgine conferantur mortalibus, & ipsa merito devote honorifice sancteque colatur, veluti in Etruria, & præsertim in ea parte, quæ a Florentinis habetur. Verum nunc ad propositum. Igitur

Narratur, quæ, quando B. Virgo,

B hoc tempore anui cuidam devotissimæ feminæ, Joannæ nomine, sarculo granum frumenti purganti, Virgo Maria, ubi nunc ecclesia ædificata est, apparuit, saxo desuper sedens, quod, ut supra diximus, æde flagrante, meritis ipsius Mariæ Virginis mire una cum quibusdam picturis illæsum servatum est. Verum apparitio talis fuit. Cum enim præter aeris morem, ut supra dictum est, copiosi subitique imbres vi ventorum omnia late vastantium e cælo dimitterentur, qui tunc in agris erant, alii antra, alii tuguria ad vim aquæ devitandam peterent, secumque, uti mos est, alter alteri diceret: Unde hoc infortunium isto anno nobis miseris mortalibus præter aeris morem & conditionem accidit? Proh fidem Dei atque hominum! quod si diu hic subitus & nimius imber perrexerit, peribimus funditus. Inde alii prosequi: Unde putas, nisi unde dici solet, propter peccata veniunt adversa? Nostrum est igitur, habita imprimis nostrorum scelerum vera confessione,

C Jesu Christi, Virginisque Mariæ matris ejus auxilium inquirere, si forte sua solita pietate opem tulerit.

298 Dum hæc & alia, ut voluntas fert, jactitarent, accidit, ut anus, quam diximus,

Pia anui apparet,

quoddam etiam tuguriolum adierit, ubi Virgo Maria tali habitu & specie, ut ipsa referre solita erat, apparere dignata est. Formam itaque, uti venerabilis matronæ velatæ, vestibus etiam candidissimis indutæ, galerum insuper capite sustinentis, & in manu libellum, quem assidue legebat, conspicit; cujus adventu omnes cæli nebulæ dissipatæ sunt, imber concidit, sol de more cuncta suis radiis illustravit. Cum igitur anus illa, perfusa horrore, venerabundaque astitisset, nec contra ob splendorem intueri valeret, Virgo Maria inquit: Abi, nuntia plebano Sciæ, ceterisque finitimis, filium meum Jesum, Dominum nostrum, hoc in loco templum mihi dicari velle. Quapropter si tantam cladem, tantamque imbrium effusionem effugere & evadere optant, ædi futuræ initium muneribus & donis præbeant, & hoc tuguria cum cruce & populo devote lustrent.

299 Dubitanti itaque anui & rem prolatanti *, ne, si nullum visionis daret signum, inter homines pro ludibrio haberetur, rursus Virgo Maria, inquit: Abi jam, & quod in tantæ rei confirmatione velis signum dari,

* *id est* differenti *dativ etiam pu-blice jam voluntas, ut fignit,*

jam datum est, mihi crede. His dictis Virgo Maria anum illam hac oratione instruxit, quam nec indecens visum est huic miraculo inserere; est enim talis: O alto, o glorioso Iddio; illumina le tenebre del cor mio; dammi fede dritta, speranza certa, carità perfetta, seno e conoscimento di te, ch' io faccia il tuo verace e santo comandamento *e*. Inde Virgo Maria sublimis abiit. Ad- *e*
dictum est etiam huic & aliud mirum. Quidam enim Petrus Campedonici, gregem ovium pascens super eumdem locum mirum splendorem instar solis mirabundus præter morem conspexit. Inde felix Joanna, repleta & gratia & stupore, monitis Virginis obtemperare gestiens, ad quoddam molendinum, ubi cognata sua morabatur, iter cepit, quod quidem non multum ab Arno distans in alveo fluminis fere situm est. Referuntur visa cognatæ, quæ, etsi tunc pro ridiculis habe-

D AUCTO. HIER. RADIOL. EX MSS.

ret, tamen deinde, causa diligenter cognita, E summa devotione singulis pene diebus cum eleemosynis tugurium illud adibat.

300 Joanna igitur, sic a cognata delusa, domum, quæ non multum distabat, mœsta abiit, in cujus vestibulo cum clibani officio inserviret, o rem mirabilem! o sanctum prodigium! ecce illico Spiritus sanctus, in specie humilis columbæ domum mulieris ingressus, mulierem non solum gratia confirmatam, verum etiam & apud mortales beatam, & fide dignam fecit. Postridie itaque plebanum Sciæ adiens, rem omnem, multis præsentibus, ordine aperuit. Mirum quantum illi nuntianti hæc, quia [erat] profecto bona mulier, fidei [datum] fuerit: verbis etiam illius Petri Campedonici, qui, ut supra diximus, splendorem supra tugurium conspexerat, addita [est] miraculo fides. Illico fama tanti prodigii oppidum agrumque complevit. Fit itaque virorum & mulierum utriusque ætatis & conditionis numerus non parvus; & communi consilio ad Dominum Jesum, Virginemque piissimam Mariam supplicationes statuunt, inde humiles orationes fundentes, & ex oppido devote abeuntes cum hymnis & canticis spiritualibus tugurium una cum Joanna femina devotissima circumeunt; cum repente eo in loco luminæ visæ, angelicæque voces auditæ [fuerunt:] Ex hoc enim cuncto populo lacrymis gaudio ob- F

illud templum ædificari curarit,

ortis, virginem Mariam, [ut] se, omnesque fideles defendat & tueatur, implorant; inde læti, quia Virgini Mariæ curæ essent, domum redeunt.

301 Demum Virginis Mariæ precibus, bello, peste, imbre sedatis, causa tanti boni, unde esset, late cognita, non finitimi tantum monachi & clerici cum plebe sua, verum ex omnibus Etruriæ partibus, præcipue ex urbe Florentina turmatim & certatim votis muneribusque cumulati, illico advolant. Inde egregii templi origo, & in tantæ rei memoriam majus altare saxum, in quo Virgo Maria olim sedere dignata est, est dedicatum. Quid? quod annuatim XVIII Kal. Oct. in die Exaltationis sanctissimæ Crucis Christi Jesu, quando templum illud dedicatum est, manant tota Etruria ex Senarum civitate usque catervatim frequentes homines, & undique viæ passim complentur; & hoc nos monachi, qui in hoc S. Mariæ

ad quod fit ingens populi confluxus.

Digitized by Google

A monaſterio degimus, conſpicimus annuatim, quia eundo & redeundo infinitus mortalium numerus monaſterium noſtrum juxta iter habent, Meritis itaque glorioſæ Virginis Mariæ plura miracula, & beneficia mortalibus collata, [in] imaginibus cereis aliiſque donis & muneribus intuentur Chriſtiani. Libet in fine miraculi interrogare eos, qui propter ingentes divitias, felices & beatos ſe fore exiſtimant; quid beatius anu illa, quæ cum pauperrime, bene, beateque ac ſimpliciter viveret, meruit Virginem Mariam, non ſolum aſpicere, verum ſæpius convenire & colloqui! O me beatum & felicem, ſi daretur ejus dumtaxat conſortio frui, qui Virginem Mariam hiſce mortalibus oculis conſpexiſſet ſemel!

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

302 Quod nunc ſcripturus ſum, a multis religioſis, tum abbatibus tum monachis noſtræ religionis fide dignis accepi. In monaſterio S. Salvii prope Florentiam, quod ſanctiſſimus Joannes poſt iſtud S. Mariæ ædificari voluit, quidam miniſter, ſeu, rectius dicam, converſus exſtitit, cui nomen Bartholomæo; quem ſæpius vidiſſe me memini; cujus opera, & quæ dæmon in eum inique egerit, quia præſertim hac tempeſtate magna & atrocia fuere, litteris mandare haud abſurdum viſum eſt, ut hinc quivis fideles intelligere poſſint, ut ait Apoſtolus, omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutiones pati, & hos ſolum tentationum expertes eſſe, qui ſuas voluptates explere fatagunt. Hic itaque, cum vitam ſuam ſecundum Deum & S. Benedicti regulam multo labore, multa cura, modeſtiſſime parendo, & ſæpe jejunando, aliis etiam flagris corpuſculum ſuum caſtigando ſancte ſapienterque inſtituiſſet, in tantam ſimplicitatem & puritatem brevi pervenit, ut omnibus vehementer carus exiſteret: nam, ut cetera omittam, quibus ad enervandum corpus utebatur, ſæpe nocturno tempore, hieme etiam torrida, inter nives & aſperas glacies conſpectus eſt nudus jacens: virtutibus cujus inimicus nominis Chriſtiani diabolus invidens, cui mille nocendi artes, multis variiſque eum aggreſſus eſt fraudibus, tentans, ſi quo modo poſſet ipſum ab inſtituto tramite deviare. Ille e contra, Jeſu favente, pro viribus reſiſtere.

Plus quidam conversus;

B

C

303 Verum cum diabolus videret, ſe ſemper ab eo repelli, ſtatuit aliam viam aggredi ad ipſum perterrefaciendum: nam imprimis ſpeciem Angeli lucis ſibi aſſumens, blandis eum verbis alloqui, numquam denique quietus eſſe, ſed ſemper inſtare, fundere, orare, ut eum, ad ſe adorandum, impelleret. Interdum etiam formoſæ mulieris faciem ſibi vendicans, ſe virginem Mariam eſſe prædicabat. Nec mirum, nec incredibile alicui videatur, dæmones varias ſpecies atque ora tum hominum tum ferarum ſumere: nam ſit ſubito ſus horridus, atraque tygris, ſquammoſus draco, & fulva cervice læna; ſit etiam Angelus lucis, ſit juvenis pulcher, formoſus, ſit ſenex incurvus, venerabilis, tremulus, ut in Vitis ſanctorum Patrum, præſertim D. Antonii legitur; denique, quam vult, ſibi ſumit ſpeciem, & eam illico deponit.

a dæmone tentatur;

304 Ceterum, cum nec precibus nec minis hunc Bartholomæum ad ſuam voluntatem flectere poſſet, majora & atrociora auſus eſt aggredi: nam umbras quaſdam atras horrendaſque, oculos ignitos præ ſe ferentes, ſulphureum peſtiferumque ſumum naribus hiulcis edentes præſto coram adeſſe conſpicit, quarum prima, inquit: Hunc nobis infenſum, vobis tormentis afficiendum devorandumque, niſi ſibi conſulat, & nobis jamjam aſſentiatur, præbeo. Verum cum ipſe haud perterritus, eorum ſperneret & flocci faceret minas, iterum illa: Monſtrum hominis taces? Nobiſne ridendo inſultas? Nec te pudet, o omnium hominum peſſime? Inde ceteris: Efferatur foras, & demergatur in profluentem, &, ut meritus eſt, abſorbeatur aqua intolerabili. Vix ipſa dixerat, cum ſtatim ſpiritus illi horridi & diri eum, ad Jeſum & ad Virginem Mariam & ad S. Joannem exclamantem, ſæpius ſublime tollunt; quam vocem tum nullus ex monachis, forte quia aliis negotiis intenti [erant,] perſenſit, [& quia] etiam ipſe aliquid operabatur foris, & nox jam adventaverat.

D

E

Quem dæmones cum ad lacum quendam rapiunt;

305 Dæmones itaque ipſum ad lacum quemdam in inferiore parte rupis ſtagnantem, a monaſterio Paſſiniani ferme per trecentos paſſus diſtantem, cum hac exprobratione tulere: Modo modo peribis peſſime: te enim deorſum, ut meritus es, trudemus, nequam; Ille vero, exitium tum animæ tum corporis eo in diſcrimine timens, fortiter, Virgo Maria fer opem! S. Joannes ſerva me! geminando ſæpius exclamare. Dæmones e contra tartareis vocibus intonare: Modo peribis, flagitioſe; ura una tartarea petemus regiones. Ergo tace: nam incaſſum fundis preces. Verum huic duello, ut ipſe referre ſolitus erat, S. Joannes numquam defuit; ſed, ut Jeſus Dominus noſter certamen Antonii ſanctiſſimi, ita & Joannes ſervi ſui ſpectare. Tandem dæmones, D. Joannis gratia operante, victi, confuſi, deſpecti miſerum illum, tum rigore, tum labore, verberibus pugniſque conciſum, jam jam extrema petentem, aliorſum tendentes reliquere.

F

fortiter ei reſiſtit,

quem monachi in monaſterium;

306 Quid interim monachi, qui in monaſterio Paſſiniani degebant, egerint, nec ſentio prætermittendum: cum enim præfatum Bartholomæum haud in hoſpitio more ſolito reperiſſent, veriti pejora (acceperant enim, diabolum eum ſæpius & deluſiſſe & minitatum eſſe) mœſti abbati referunt. Tum ille, diligenter eum explorent, intus foriſque, ſi forte reperiatur, imperat. Eo monachi expediti cum lumine, Jeſu, Virgini Mariæ, & S. Joanni imprimis ſe commendantes, alii alio, ubi ſibi perſuaderent, eum eſſe, ad multum noctis errantes, totum monaſterium intus foriſve luſtravere. Demum conſilio cujuſdam boni viri, cui nomen Simon, qui tunc Prior eidem monaſterio præerat, turmatim eccleſiam mature adeunt. Illic devote pſalmos, qui pœnitentiales intitulantur, cum Letaniis decantant, ſperantes, Dominum Jeſum ei, ſive extrema patienti, ſive innocenti, opem ſuam ſolita pietate laturum.

demum ante altare S. Joannis ſemianimes inveniunt;

307 Denique cum jam ad mediam noctem pernoctaſſet, feſſi ſomno, Prioris mandato, quiſque ſuum repetit cubile. Vix cellas ingreſſi [erant,] cum repente trinum ſonitum majoris campanæ accipiunt. His in admira-

tio-

Digitized by Google

A tione m prius, inde in lætitiam verſi una iterum eccleſiam ingrediuntur, & fratrem iſtum madefactum, humore & limo oppletum, in ſcabello altaris, ubi ſanctiſſimi Joannis corpus ſacratiſſimum quieſcit, exanimatum conſpiciunt. His igitur fratribus eum interrogantibus, ubinam gentium ea nocte fuerit, undelimus ille, unde humor [eſſet], nullum tunc dedit reſponſum; nec poterat, ſi voluiſſet: Nam, ut diximus, jamjam extrema tenebat. Tunc ex monachis quidam de mandato Prioris ad hoſpitium ſubnixum deculere, eamque pro ſe quiſque, ut in tali re fieri ſolet, quam poterant Jeſu Chriſti amore, caritatem exhibentes & miſericordiam; poſtridie vero, jam reſumptis viribus, non tantum monachi, verum etiam & converſi, & qui aderant, ruricolæ & opifices omnes (aderant enim multi propter novum monaſterium ædificandum) ad eum tumultuario concurſu irrumpentes, quidnam præterita ſibi acciderit nocte, vel ubinam locorum fuerit, inquirebant.

B

& conſolantur.

308 Tum ille voce humili & demiſſa omnia ordine ſuo aperire, ut ſæpius a diabolo variis imaginibus deluſus ſit, ut numquam, Jeſu favente ſibi, [conſenſerit:] aſſerit, ut dæmon eum ſuffocare, ni S. Joannes opem tuliſſet, voluerit, ut nunc etiam non ſibi quies dari potuerit, & multa alia, quæ, ne lectori faſtidio ſim, prætermittam. Hæc itaque noſtra tempeſtate inaudita non admirationem tantum, verum & metum præſentibus incutere, nam quiſque ſibi pejora vereri; tamen, ut fratrum mos eſt, eum blandis verbis lenire; nihil eſſe, quod vereri deberet; tum quia imitari Jeſum pro viribus ſtudebat, tum, quod primum putandum eſt, quia S. Joanni curæ foret. Ad hæc addere: Nec diabolus valet, quod vult: frangitur enim Dei potentia, Sanctorumque virtute debilitatur.

Plus ille converſationi ſuorum a dæmone vexatus,

309 His igitur & aliis verbis in ſpem animum arrectus, ſe omnium orationibus commendans ad S. Salvii monaſterium, ut ſecurius viveret, conſulentibus fratribus, perrexit; quem & illic etiam diabolus infectari: nam multis, quæ illic crudeliter iniqueque egeſit, prætermiſſis, uno tantum contenti erimus, quod quidem a venerabili viro D. Franciſco *f*, qui univerſæ Congregationi præeſt, accepimus. Verum & cicatrices in facie diu aſpicientibus monſtratæ ſunt. Quod quidem ſic ſibi accidit. Cum Bartholomæus iſte poſt Completorium æſtivo tempore, ut religioſorum mos eſt, ad calorem intentiſſimum devitandum clauſtrum orando luſtraret, & in hoc opere laudabili, jam multum noctis conſumpſiſſet, dæmon bonitati illius invidens, ſumpta facie hircina ſeu caprina, frontem cornibus exaſperatam oſtendendo elevans, ſulphureumque fumum ore putrido evomens, ipſum miſerum in faciem pedibus igoitis prius percuitens, eumque in puteum aquarum, qui haud longe ab clauſtro aberat, conjicere voluit, ſed non valuit: nam S. Joannis virtute debilitatus & fractus dæmon, alio in rem ſuam malam teterrimum & hircinum fragrans fœtorem, conceſſit.

C

f Ciſco *f*, qui univerſæ Congregationi præeſt, accepimus. Verum & cicatrices in facie diu aſpicientibus monſtratæ ſunt. Quod quidem ſic ſibi accidit. Cum Bartholomæus iſte poſt Completorium æſtivo tempore, ut religioſorum mos eſt, ad calorem intentiſſimum devitandum clauſtrum orando luſtraret, & in hoc opere laudabili, jam multum noctis conſumpſiſſet, dæmon bonitati illius invidens, ſumpta facie hircina ſeu caprina, frontem cornibus exaſperatam oſtendendo elevans, ſulphureumque fumum ore putrido evomens, ipſum miſerum in faciem pedibus igoitis prius percuitens, eumque in puteum aquarum, qui haud longe ab clauſtro aberat, conjicere voluit, ſed non valuit: nam S. Joannis virtute debilitatus & fractus dæmon, alio in rem ſuam malam teterrimum & hircinum fragrans fœtorem, conceſſit.

tendens ad aliud monaſterium miſſus,

310 Abbas vero monaſterii per nuntium ſervum, qui eum toto corpore humi prolapſum invenerat, quid ſibi evenerat, &, quid periculi deinceps ſibi impenderet, intelligens poſtridie, convocatis quibuſdam ex patribus, D
conſilium habet, quidnam de hoc fratre Bar- AUCT.
tholomæo, quem diabolus tam atrociter in- HIER.
feſtabatur, agendum eſſet. Verum varii va- RADIOL.
ria ſentire: alii clauſum eum habere, & o- EX MSS.
pipare & delicate alere, ſi forte deficeret in ſenſu; alii necubi eſſet foris, neu contenderet; alii alia. Demum Abbas, ita [dixit:] Cenſeo, eum pro tempore abeſſe, & ad S. Caſſiani monaſterium in Scalario monte duci, ſibique ſub virtute ſalutaris obedientiæ imperari, ut vitam agat laxiorem, ne velit indiſcrete & ante tempus aliquo caſu perire, & etiam, ſi monaſterium extra hortulos vel aliud opus ageret, ſocios adeſſe, ne forte diaboli arte aliquid ſiniſtri ei eveniret. Probatur ab omnibus & ſalutare ducitur, quod P. Abbas cenſuerat.

ab ejus infeſtationibus omnino liberatur.

311 Ei itaque accerſito vix perſuadere E
potuerunt, ut interdum aliquid cocti ſeu ſorbitiunculæ cum pauxillulo vini deguſtaret, aſſerans, ſe nec ſecus poſſe & carnis titillationes & dæmonis varios laqueos evadere: nam antea tantum herbis agreſtibus & quibuſdam leguminibus & pomis veſcebatur. Ubi igitur de mandato patris ſui abbatis monaſterium S. Caſſiani adivit, omnia, quæ imperabantur, vilia & contemptibilia agere, neque in hujuſmodi rebus priorem pati alium, imo ſemper antevenire; quibus rebus & artibus ita Jeſu Chriſto cariſſimus exſtitit, ut, ipſo Jeſu volente, quæ Congregationi evenere bona, quæ etiam contigere mala, longe ante non ſolum præſagierit, verum etiam prædixerit. Quid quod hactenus dæmon in eum amplius haud auſus eſt debacchari, etſi aſperitatem adhuc priſtinam ſervet, & non niſi ſuper nudo ligno, ſeu frondibus quieſcens jacet; de quo pro tempore ſatis dictum arbitror. *Hic aliqua ſequuntur capita ad Sanctum noſtrum non ſpectantia, quorum titulos, ut a Papebrochio deſcripti ſunt, tradimus.*

Cap. xx Quid in die feſtivitatis S. Mariæ Mandalenæ & S. Jacobi Apoſtoli in monte Milliarii acciderit, eorum feſta ſervili opere violantibus. F

Cap. xxi Ut quidam nautæ meritis glorioſæ Virg. Mariæ e naufragio & peſte evaſere.

Cap. xxii De quodam monacho hujus monaſterii, quem Virgo Maria, jamjam extrema patientem, ſua ſolita pietate liberavit.

ANNOTATA.

a *Forte vult dicere* Aretium *vulgo* Arezzo, *de quo ſupra in annotatis actum eſt.*

b Lectum *in neutro genere pro maſculino hic adhibet Auctor, quod nuſquam reperi; quamvis apud ſcriptores mediæ & infimæ latinitatis* lectum-ſtratum *pro* lectiſternio *inveniatur.*

c Annalia *hic idem ſignificare videtur, quod communiter* Annales.

d *Eſt in tractu Caſentino, ferme inter Vallem Umbroſam & Camaldulum, non procul a fluvio Arno.*

e *Eſt oratio Italica, qua petit fidem, ſpem & caritatem ad cognoſcendum & implendum Dei mandatum.*

f *Cum Auctor hic in præſenti loquatur, haud dubie intelligit Franciſcum Alteroltam, quem anno* 1479 *obiiſſe ſupra diximus.*

LIBER

A

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

LIBER TERTIUS

Cap. I *Unde & quomodo ædes S. Mariæ de Laureto initium ſumpſerit.*

Cap. II *Unde templum S. Mariæ Servorum initium habuerit.*

Cap. III *De origine templi Virg. Mariæ, quod S. Mariæ de Gratia dicitur.*

Cap. IV *Templum Virg. Mariæ juxta portam Flaminiam.*

Cap. V *Templum Virginis Mariæ in agro Forolivienſi noviter ædificatum.*

Cap. VI *Unde eccleſia S. Mariæ, quæ de Saxo dicitur, initium habuerit.*

Papebrochius noſter, qui magna ex parte hæc miracula exſcripſit, teſtatur, poſt hos titulos ad S. Joannem Gualbertum proprie non pertinentes, in eodem codice ſubnexti ſequentia.

PARS I.

B

REm profecto mirabilem, longeque ſtupendam, rebuſque veris veriorem deſcribo; cujus rei teſtes omnes hujus S. Mariæ monaſterii monachos & converſos & alios, tum cives, tum religioſos viros in medium afferre poſſem, ſi hoc opus ad infidelium, & non fidelium manus putarem venturum. Ceterum quia apud Chriſtianos nihil eſt tam incredibile, quod non credatur, a ſanctis viris & Dei amiciſſimis fieri poſſe, eo hoc miraculum aggrediar, & tempus, perſonas etiam nonnullas nominibus propriis annotare curabo; quod ſuperius feci in quibuſdam, in aliis vero minime, cum tempus obſcurum & anni indiſtincti eſſent; & conjecturare, aut dubia fingere, præſertim hiſtoriam ſeu miracula ſcribenti, non liceat.

Auctor pauca præfatur.

313 Anno ab Incarnatione D. Jeſu MCCCCLXXV, tempore Xiſti Pontificis 11 *a*, hujus S. Mariæ monaſterii Abbate D. Franciſco Altovitha, venerabili jam provectæ ætatis viro, ex oppido S. Miniatis, quod vulgato nomine dicitur del Tedeſco *b*, inter nobiliſſimam Urbem Florentinam & vetuſtiſſimas Piſas conditum, quidam D. Joannes de Bon-Romæis, cauſidicus haud contemnendus, cum filia, ſextum & decimum agente annum, & cum quibuſdam aliis comitibus & religioſis, hieme deformi ſtridente gelu, & concretis nivibus, ad hoc S. Mariæ monaſterium exſanguis & moribundus acceſſit. Ceterum prius, quid domi ſuæ, quid Florentiæ diabolus dixerit feceritque, dicendum puto, quam ad ipſius liberationem, & ad S. Joannis miraculum veniamus.

adfert cauſidici cujuſdam narrationem,

a

b

C

314 Itaque hic, quem diximus, Joannes, præſentibus fere omnibus hujus monaſterii monachis, hæc lacrymis retulit obortis: Venerabiles Patres, quæſo, æquo animo audite. A quinque præteritis menſibus, die quadam quædam novitiæ puellæ *c*, non obſcuro loco natæ, domum meam juxta, ita ut ſit, una lanam trahentes conſederant, hac mea filia per feneſtram deorſum reſpiciente: cum diabolus horam fallendi nactus, optans inter concordes jurgia ſerere, lapidem non parvum ſupra puellas, ea parte, qua filia mea reſpiciebat, deorſum jecit; qua de re ipſæ puellæ iraſci, & convitia in filiam

quæ exponit quomodo demonstrius inter vicinas,

c

meam dicere, eique mala minari; quod ubi ad perentum aures devenit, quam raptim ex his quidam, quibus ne injuſte agerent, obſticeram, convolavere ad me clamitantes, indignum facinus, filiam meam lapidibus ſuas velle obruere, nec poſſe vicinas pati; hæc [inquiunt,] niſi te volente, haud fierent. Quibus ego: Ne velitis oro, tam cito puellarum verbis fidem adhibere. Noſtis mores earum, quomodo in maledicendo de parvis magna loquuntur: inſuper mihi hæc conviciari, prudentium hominum non eſt; cum peroptime calleatis, me non eos ſolum, qui ſunt de familia mea, ut recte vivant, quantum in me eſt, curare; verum & alios, modo facilem præbeant aurem, monere. Et illi: Satis dictum puta; vide ne poſthac ad arma venire cogamur. Et ita diſcedunt a me acſi mecum bellum ineundum ſit.

315 Ego illico domum petens meam, ceteris ſemotis, filiam his verbis aggredior: Cur filia inter nobis infenſos litem & bellum recrudeſcere cupis? Mi pater, inquit illa, oro quorſum hæc. [Reſpondi:] Quia, ut fertur, lapidem in tales hodie injeciſti puellas. Ha, mi pater, nec faci nec auſim facere; has profecto, ut ſorores diligo. Tamen factum eſt, inquam ego; Poſthac, mea filia, da operam, ut, ubi in via puellæ illæ conſiſtunt, ne feneſtris in partes illas vergentibus hæreas. Illa inquit: Faciam mi pater. Poſtridie veto, quia ea via parum profeccrat dæmon, iterum lapide acriter quamdam ex puellis jam dictis vulneravit, ita ut tonſore indiguerit ad vulnus præcidendum. Fit ob hoc concurſus virorum, undique ſtrictis gladiis decurrentium, atque, ubi eſtis perituri! declamantium. Mei ſtatim media domus, oſtia clauſere, & ex amicis & propinquis quidam per poſticum ad me armati convolant; &, ni vitaſſem, a meis ea die peſſimum facinus perpetratum fuiſſet.

vixit *cecidit veris*

D

E

316 Dum hæc hinc inde agerentur, cohors prætoria armata illuc cum equite properans, rem omnem diremit, & viri boni populares cauſa diligenter cognita fœdus & pacem inter nos iniere. Ego itaque ancipiti malo permotus, quod, neque unde iſtud mihi eveniſſet, ſatis conjecturare poſſem, neque ſi pejus inde ſequeretur, quid in ea re agendum foret, ſcirem penitus, divinum ſtatui ab his, qui domi erant, auxilium inquirendum. Cum igitur pro cujuſque ingenio & ſtudio crebro ad Jeſum & ad Virginem Mariam preces darentur, filia mea hæc forte tum in thalamum, ut ſecretius oraret, ſe conferre volens, anum quamdam lectulo accumbentem, manumque dextram inter pulvinar & genas tenentem aſpexit. Primo dubia, quidnam inſolita facies oſtenderet, vereri; inde, pulſo timore, putans unam eſſe ex familiaribus, ulterius proceſſit. Cum ſtatim diabolus, qui in anilem formam ſeſe transformarat, caput efferens, & eam trucibus aſpiciens oculis, tartarea voce inquit: Vide, quid agas, quove te conferas.

ac deinde ibi anili firma,

F

317 His igitur verbis, talique aſpectu perterrita, Virginem Mariam exclamans, ad nos timida rediens, rem, timore gelida atque rigida, vix valuit aperire. Ego falſam, quibus ſæpe deludimur, imaginem putans, ne hæc curaret, blande monui. Ipſa econtra verum eſſe

filiam ſuam in ſe ſatetur,

Digitized by Google

A esse, affirmare. Deum sibi satisfaciens, & illuc me conferens, & imprimis lectum simulque omnia circumspiciens, anum illam haud videre quivi. Itaque mente suspensus, filias meas, ne quid vererentur, monens, aliis rebus, mihi magis necessariis, incumbens, in forum me contuli, cum paulo post ex filiabus meis alia, aliquanto junior, nescio qua causa, in thalamum iter habeas, præfatam anum pari modo jacentem, ut hæc viderat, respicens, non parvo timore correpta, ad alias prosilivit quamprimum.

Quæ, facta a sacerdote conjuratione,

318 Hæc igitur mihi de foro venienti dicentes, quid hoc esset, mirabar. Cogitanti itaque, & in animo sæpius volventi, diaboli opus existere, venit in mentem: eo quam primum, sacerdote monacho accersito, qui ecclesiam prope domum gubernabat, rem omnem clam sibi aperui. Ille statim clerico sexio imperat, aquam benedictam & conjurationum deferre librum. Quibus delatis, thalamum intrepidi, signo crucis prius edito, ingredimur: spargitur statim a sacerdote a-

B qua, sale & orationibus expurgata; inde ordine quodam ad lectum accedentes: Conjuro te, inquit sacerdos, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti; si malus hanc habitas cameram spiritus, mihi quid velis, quidve inquiras, aperias. Vix hæc sacerdos expleverat, cum statim querulosam audivimus vocem: Heù ferte opem miseræ! cruciatus tantos perferre nequeo! Quomodo te juvare possumus, inquit sacerdos? Si Missas [ait] Gregorianas cum defunctorum obsequiis pro me curaveritis celebrari. Fiet, ait sacerdos, tu tantum in rem concede tuam, ne tuis detrimentum metusve sit: aiebant enim, se patris mei matrem jam defunctam esse. Imperat ergo sacerdos devote omnia in Christi Jesu nomine agi.

A dæmone percutitur;

319 His itaque rite, ut sibi placuerat, peractis, nocte quadam nos sopori deditos hoc modo exterruit dæmon: imprimis enim filiam meam, quæ hic est, excitans, eamque se Virgini Mariæ devote commendantem immite in genis percutiens, inquit: Tu tuatim, non meatim ages? quousque abuteris patientia

C mea? Hem! tibi hæc diutius licere speras? me volente, hæc amplius non facies. Quo fonitu, quibus verbis excussus somno, illico e lecto desiliens, lumine accenso, concessi ad eam partem lectuli, ubi filia accumbebat; Mea filia, inquam, quid agis? Unde oro hic gemitus? lacrymabatur enim: nondum enim mihi dederat responsum, cum subito idem dæmon inferiorem partem petens, filium parvulum, qui eodem in loco quiescebat, suffocare nitebatur. Ego statim opem tuli puero vagienti: signo enim crucis me imprimis, & ipsum muniens, inde libera voce dæmoni aiebam: Cur his innocentissimis, pessime, hujusmodi cruces & tormenta infers? I, quo meritus es, in barathrum inferni, perfide, inique, maledicte.

& acrius vexatur;

320 Necdum verba finieram, & hanc filiam meam querentem audio: Mi pater, si qua in te filiæ tuæ pietas est, fer opem, fer auxilium! me etenim dæmon iterum suffocare conatur. Parvulo itaque relicto, accurro ad eam, eodemque modo, ut puerum, crebris Christi Jesu signis muniens, dæmoni minari, si forte Jesum Virginemque Mariam vererentur, non desisto. Ille his crudelior effectus, D puerum, ut torqueat, iterum repetiit. Ego AUCT. illuc propero; ille ad filiam; ego ad eam: HIER. ille ad puerum; [ego quoque ad eum] Quid RADIOL. vos multis moror? Cum in tanto talique dis- EX MSS. crimine quid agerem, quo me verterem, ignorarem penitus (quia, meis peccatis id exigentibus, neque Jesus, neque piissima Maria in tempore opportuno auxilium ferebant, & eorum mater etiam tunc domo aberat) mira voce, finitimi, vicini mihi succurratis, oro! ter quaterque exclamare cœpi: cum velocius dictis vicini advolant, præsertim monachus iste, qui præsens est: rem enim malam ob præteritas conjurationes præsagiebat.

Ad tujus auxilium;

321 Ubi advenere, foribus clausis inventis (ego enim a pueris meis abire, ne majus oriretur malum, haud audebam) pars claustra portarum fudibus & cuneis, & vi multudinis in id obnitentis, si forte a cardinibus evellere possent, tentare; pars per scalas, & qua sors dabatur, ad fenestras E scandere. Ita brevi domus cujuscumque conditionis viris & mulieribus repletur, & causa cognita, omnes, unde hoc mihi malum esset, rogabant; Quibus ego: Hei! unde putatis, nisi ob scelera mea fieri? Miseremini mei omnes, miseremini mei, quia manus Domini super me facta est. Ædes igitur meæ, multitudinem non capientes, [cum repletæ essent,] turba multa domum circa, voces varias volutans, fere totum commovet oppidum; quibus, ita ut fit in re nova, brevi spatio dato, clerici cujuscumque ordinis & nobiles & clari viri & alii quamplures, [præter] ignobile vulgus pro vallo domus meæ quingenti & amplius convenere.

Fletum parant mihi.

322 Extemplo itaque sacerdotes, &, qui aderant, religiosi viri, mihi misero ubertim lacrymas emittenti, compatientes, flexis genibus subnixe Virginem Mariam, suumque dilectum filium Jesum hymnis & psalmis aliisque orationibus immixtis, mei misererentur, orare cœperunt; idem & ceterum vulgus pro cujusque ingenio agere: & ita in oratione diu una mecum pernoctantes, eosque somno fatigatos conspiciens, sic flebiliter alloquor: Deus bonus, justus, & pius, fratres, vobis F præmia digna ferat, qui me, meosque miseratí, tantum onus pertulistis. Ite omnes in rem bonam; isti religiosi pro rei necessitate modo fiat erunt, dum paululum caput posuero: nam datur hora quieti: hi enim alternatim Jesum jugiter exorent. Inde discessere omnes. Dum itaque fessos oculos subtraho labori, religiosi, qui aderant, Jesum & Virginem ejus matrem Mariam exorabant: jam enim aurora diem produxerat almum, cum adhuc dæmon, neque orationibus victus, neque religiosorum precibus fatigatus, aliovorsum [non] concesserat.

Filia mœstum patrem consolatur.

323 Ego itaque me divino auxilio penitus destitutum putans, magis curarum fluctuans æstu, atque animum, nunc huc celerem nunc divideus illuc, in partes varias trahebam, perque omnia versabam, cum Deus ex alto prospectans, mihi, misero & iniqua animo volventi, succurrere per Mariam piissimam matrem suam sic voluit: nam filiam hanc ad me summa animi consternatione moribundam, flagranter lacrymis perfusam genas direxit,

Digitized by Google

A xit, atque his me alloquitur verbis: Mi pa-
AUCT. ter, per has ego te lacrymas, per, si quis
HIER. filiæ tuæ tangit honos animum, unum oro,
RADIOL quia unica spes tuarum filiarum, quia in te
EX MSS. omnis domus inclinata recumbit, ne te cru-
cies, ne te maceres, neque tuam propter me,
sollicites senectam: imo, quod viri fortis & constantis est, animum revoca, mœstumque mitte dolorem, atque olim hæc meminisse juvabit; per varios casus, per tot discrimina rerum ad vitam tendimus beatam, sedes ubi Jesus, uti, te prædicante, accepi, quietas per Euangelistas suos ostendit; illic sus est perpetuo cum Jesu Matreque ejus gaudere ævo.

324 His itaque filiæ meæ verbis, corporis animique viribus paululum recuperatis, *& animus;* quievi, existimans, me non penitus destitutum esse, cum filiam, puellam adhuc, ita me exhortantem audirem. Demum religiosis omnibus gratias agens, & quandoque reipsa ostensurum, modo vita superesset, pollicens, eos missos feci, uno hoc tantum monacho, qui nunc adest, contentus: hic enim semper
B præsens meis in necessitatibus & discriminibus adfuit. Ubi discessere, his Virginem Mariam [verbis implorare] orando exorsus sum: Mater misericordiæ, mater pietatis & gratiæ, desolatorum refugium, miserorum portus, me tibi, tocamque meam commendo familiam; saltem his in periculis, nusquam gentium auditis, animæ ne pereant nostræ, tua solita pietate concede: nam nobis non cum mortalibus, sed cum diabolo res est, cui nomina mille, mille nocendi artes, & quocum, nulla spes datur non solum vicendi, verum nec evadendi quidem.

atque iterum 325 His dictis, quem exitum res habitura esset, tristis exspectabam, cum repente hanc meam filiam ter geminatis ictibus diabolus atrociter in genis percutiens, mihi matrique suæ (nam domi tunc erat) ultra quam credi possit, adauctus [est] dolor, eoque consternati humi procumbebamus; filia vero mea tales cruciatus nec amplius ferre valens, ad Virginis Mariæ picturam, quæ domi in quadam tabula conspiciebatur, confugiens, suppliciter tunso pectore crinibusque
C passis talem ad eam orationem imo pectore effudit: Quo me vertam nescio, si me deserueris virgo beata, eo per Jesum filium tuum, ne me penitus abjicias, deprecor; quod si feceris, o omnium piissima, me totam tibi voveo tuis inserviturum obsequiis. Mira res! ex eo enim Virginis Mariæ precibus factum est, ut nihil metueret, nihil timeret, sese omnibus in torturis invincibilem impassibilemque redderet. Me, patres dilectissimi, tempus quam verba maturius desereret, si in omnibus, quæ diabolus in hanc meam filiam, in nosve fecerit, narrando immorari vellem. Quamobrem nonnulla magis memoria digna, quia intenti accipitis, referam.

Interea 326 Instanti igitur nocte, ecce iterum dæmon ex improviso me fatigatum somno, atque id nec opinantem reperire sperans, ut meam filiam vexaret, more suo venit. Verum ego, qui somnum fingebam, venientem intelligens, signo crucis filiam meam tunc securam reddidi. Id ille ægerrime ferens, fulcrum lecti ad se summis viribus trahebat; ego econtra ad me retrahere, Virginem Mariam, ut opem ferret, assidue invocans. D Ita in miserabili duello maxima noctis parte consumpta, diabolus Virginis Mariæ precibus victus furibundusque in inferiorem domus partem sese propripuit; ibi vasa multa effringere, ostia arculasve aperire, strepitu & tumultu omnia miscere. Noctis igitur quod superfuerat, trepidi omnes duximus. Proh bone Jesu! hanc meam filiam deinde quoties ille in maxillis & in genis verberando [percussit!] & ego una cum ipsa orando ambo defessi fumus.

327 Forte quinquies, nobis præsentibus, *a domo.* domum extra eam crudeli afficere morte, *ne infes-* [voluit:] per aerem ipsam jugiter clamantem, Virgo Maria fer opem serva me obsecro! exportavit. O quam miserabile flebileque spectaculum omnibus oppidanis erat, eam in aere suspensam deportari, nosque longe miseros post eam Jesum Virginemque Mariam invocantes, & uti insanos properantes aspicere! Mitto, quid mater in his infortuniis agebat, uti suis questibus plateas vicosque omnes implebat, matres & filias ad fletum gemitumque invitabat. Verum hoc tacendum non duco, uti, dum dæmon eam, Virginem Mariam invocantem, per scalarum gradus ulla vi contrudere non valeret, iratus & accensus eam mediam complectens, sicque per aerem deportans, aiebat: Pessima nunc peribis, jamque exemplum te omnibus dabo. Quid puella virgo, tamen ita acerrime, ac si vir esses, resistis? Mihi, crede non te tuæ preces, vel tuorum orationes tuentur. Cui illa? Non me tuæ deterrent minæ, o omnium dæmonum pessime; verte te omnes in facies, & contrahe quidquid sive animis sive arte tartarea vales, te tuasque, ut dixi, minas, Jesu Virgineque Maria opem ferentibus, parvi facio. E

328 Ita secum verbis dissidentibus, dæmon *feriter* se a puella separari ægerrime ferens, eam *cius mi-* super quemdam puteum, qui domum extra *nas &* erat, [ut] ad terram summa vi dejiceret, *blandi-* deportavit. Verum ipsa, divino freta auxi- *tias spre-* lio, cum nihil vereretur, mutare sententiam *uit.* dæmon statuit, & quam minis acribusque verberibus non vicerat, calliditatibus seu blanditiis vincere aggressus est. Igitur eam talibus verbis hortabatur: Jacta te deorsum mi amicissima; nihil est, quod vereare; quod si feceris, posthac esto secura. Ne faciam, inquit illa, ne faciam. Noli, o omnium pessime, assentari. Inde Virginem Mariam in sui auxilium crebro invocare. Quis, o bone Jesu! tam obtuso ingenio, quis tam impio & efferato animo esset, quin obrigesceret & concuteretur simul videre tantam dæmonis in puellam Virginem crudelitatem, & econtra puellæ in eum audaciam animadvertere, & tot cujuscumque conditionis viros & mulieres, qui illuc confluxerant, & jugiter confluebant, omnes suspensos, & ad rem nusquam auditam, nusquam visam, penitus intentos aspicere; videre insuper matrem una cum puellæ sororibus, multitudinemque matronarum cognatarum & affinium omnes crinibus solutis unguibus ora fœdare, & pectora pugnis tundere, ita ut lamentis & gemitu femineoque ululatu tecta fremerent, resonaret & magnis plangoribus æther? F

329 Imprimis matris querulæ voces omnes,

qui

Digitized by Google

A' qui aderant, mortales ad gemitum compellere: Per medios enim veluti fatua crinibus paſſis ruens, vociferando aiebat: Hanc ego te filiam aſpicio, te talem miſera concepi, atque ad hanc alui diem, ut non a mortalibus, ſed a dæmone hiſce oculis crudeliter affici atque torqueri aſpiciam? O me miſeram! Quid tantum demerui, quidve criminis admiſi, ut filiam meam ludibrio dæmoni eſſe, tam turpiter tam fœde videam? Heu dæmon, qui filiam meam nulla jure infectari ſtatuiſti, me crucia potius, me tormenta d! ſi qua tibi eſt pietas, in me omnia, quæ potes, conjice mala; aut tu, bone Jeſu, Pater Divum, miſerere animi non digna ferentis, tuoque inviſum hoc detrude caput ſub tartara telo, quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

mater miseram

330 Inde paululum ad ſanam rediens mentem, ad populum ſe convertens inquit: O vos, præſertim matres, audite, ſi qua piis animis gratia mei infelicis manet, ſeu filiæ meæ, in tanto talique diſcrimine poſitæ, cura remordet, flexis genibus una mecum Jeſum, piiſſimamque Mariam matrem ejus invocetis, ſi forte ſua ſolita pietate opem ferat, oro. Quod mox fecere omnes. O Jeſu bone! e veſtigio filia ad matrem ruens, hilari jucundaque facie ita eam ſemivivam ſolatur: Mea mater pelle timorem, flere deſine; hic adſum tua filia; nil dæmonis ludibria metuas, oro. Forſan me torqueri & cruciatibus affici putas? Minime, mea mater; imo ſuavi & inenarrabili afficior dulcedine. Semper enim, deſolatorum refugium, Virgo Maria præſens eſt, hortatur, adjuvat: perſeverem, monet: Sic, inquit, filia itur ad aſtra. Ideo, tu mea mater, voſque omnes parcite metui, ponite modum dolori, & gratias Chriſto Jeſu, Virginique Mariæ matri ejus, ſi plura & majora nobis adhuc mala ſuperſunt, agite ſemper.

filia sua sortem deplorat,

331 Hæc itaque filiæ meæ verba, non ſolum jucunditati, verum & admirationi omnibus exſtitere. Demum quiſque ſuſpenſo animo domum ſuam conceſſit. Nos vix læti intro ingreſſi, aliquod novum a dæmone ſemper operiebamur malum. Nempe dum hæc lacrymis obortis nobis ſuo ordine, ut dixi, enarraret, omnes ſui miſereri, adeo ut quibuſdam lacrymas moveret. Inde illud, quod ſupereſt ad hunc, ſi moleſtum eſt, paucis differam. Cui omnes: Dicite: nam nihil in inſtanti tempore gratius fieri poteſt, & ſumus otioſi. Dum enim, ut paulo ante retuli, in re dubia ſuſpenſos animos gereremus, ecce ex improviſo dæmon atrocius ſolito filiam meam imprimis, deinde me aggrediens, pedes totumque corpus mordicatu cruciabat, non ſecus ac famuli prætoris ignitis forcipibus nudum damnati corpus variis in partibus, illo clamores horridos ad ſidera tollente, excruciant: nam modo crus, interdum genu, quandoque pectus, nonnumquam genas mihi crudeliter ſeu dentibus ſeu unguibus (nihil enim conſpicere poteramus) attrahere.

qua'iterum a dæmone vexatur,

332 Qui cum in his difficultatibus, quid agerem, neſcirem, Jeſu reſpiciente, ad ſolitum unicum Virginis Mariæ præſidium confugi, cujus Officium cum devore cotam imagi-

ut promisit se sua futuram monialem

ne ſua peragerem, id ægerrime dæmon ferens, librum vi e manibus meis abſtulit, lampades cereoſque accenſos exſtinxit, arculas omnes, ſupellectilem etiam, vaſaque ſubvertit, laceravit, fregit; &, ne multis, Paternitatibus veſtris tædio ſim, tantum detrimenti mihi in rebus mobilibus attulit, ut ultra centum aureos in his reſtaurandis recuperandiſque expoſuerim. Cum igitur diaboli gravis ira, nec exſaturabile pectus, me cogerent preces deſcendere in omnes, quia eum nec longa dies, pietas nec mitigaret ulla, eum demum amplius ferre non valens, in hæc gravi pectore verba prorupi: Ha! cur me in oppido ingenti ſolum infectari ſtatuiſti? A me & a filia mea, oro, quid vis; quidve inquiris? Si juſtum petieris, & in re poteſtateque noſtra fuerit, fiet; tantum dic quid vis. Nihil aliud volo, niſi hanc tuam filiam, inquit ille. Cui ego: Creatura Dei cum ſit, eam tibi tradere nec volo nec poſſum. Sat, inquit, habeo, ſi monialis non efficitur.

AUCT. HIER. RADIOL. EX MSS.

quam promiſsionem facere recuſat;

333 Ego itaque, cognita re, præ nimia cordis triſtitia mente cæcus filiam ſeorſim advocans aio: Filia mea dulciſſima, ut propriis oculis aſpexiſti, nihil ob gratiam tui inauſum reliqui [ex iis,] quæ potui infelix. Qui memet in omnia verti, vincor a diabolo. Quod ſi meæ preces non ſunt magnæ ſatis, dubitem haud equidem implorare, quod uſquam eſt. Non vult te dæmon monialem effici. Aſſentiendum eſt, ſi ſaltem hac cauſa, ſibi potiſſima, nos inſequi deſiſteret, ſi forte parceret, ſi finem his malis daret. Hoc enim tibi non votum, verum devotio exſtitit; non obligatio integra, ſed quædam bona voluntas; ideo hanc a te voluntatem penitus amoveas, oro, & tibi, nobiſque demum quietem dari velis. Ad hæc filia mea: Si mihi non animo fixum immotumque ſederet, ne cui me vinclo vellem ſociare jugali, & ſi Virgo Maria pugnam cum diabolo pro me non iniret, huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ: ſed mihi vel tellus, optem, prius ima dehiſcat, vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, pallentes umbras erebi, noctemque profundam, ante pudor quam te violem, aut te deſeram Chriſte Jeſu; tu qui primus a me vanos ſæculi abſtuliſti amores, me conſerves, meque liberes, oro precorque.

quare dæmon ejus vultet lacerat,

334 Sic effata ad Virginis Mariæ matris imaginem ruens, ſinum lacrymis implevit obortis. His accenſus, præſto affuit hominum ille ſeductor, &, quia diſcordiæ, ſimultates, & iræ, quas ſuggeſſerat, parum proceſſerant, ut in Job olim virum juſtiſſimum, ita & in filiam meam ſævire cœpit: nam in primis lineam veſtem, qua carnes teguntur, inde laneam; demum, quæ ſericis deſuper contexta erat, ut nubiles ſolent ferre puellæ, fruſtulatim fregit, laceravit, diſſipavit, conſumpſit; eamque fere nudam deſerens, capitis comam vi evellere cœpit. Exclamat filia: Mi pater, ſer tunicam, me nudam cooperi, tuque Virgo Maria dulciſſima fer opem, ſerva me obſecro! Ego in tanto diſcrimine cum vix eſſem apud me, & mortem [potius] quam vitam optarem, tamen illico tunicam afferri, inde tonſorem vicinum

cur-

A curſim advocari juſſi. Ubi venit, capitis cri-
AUCT. mes flavos, uti nunc etiam conſpicitur, to-
HIER. tondit & raſit.

RADIOL EX MSS. 335 His diligenter expletis, me cum lacrymis in orationem dedi: Jeſu, inquam, omnipotens aſpice nos hoc [in periculo] tantum, &, ſi pietate meremur, da deinde auxilium; fin minus una nos interfice; oramus, des finem tandem tantis laboribus: nam, patres, quod conſilium mihi, aut quæ jam fortuna dabatur? quo enim melius per me vel per alios fiebat, eo diabolus crudelior in nos miſeros ſeviit. Econtra filia mea ſolari, hortari, orare, ne tantopere iraſceretur. Hinc profecto, venerabiles patres, Domino Jeſu, Virginique Mariæ matri ejus non parvas gratias agebam, qui mihi, in tot tantiſque diſcriminibus poſito, talem dediſſent filiam, [in qua] haberem, quo confugerem, ubi conquieſcerem, cujus in ſermone & ſuavitate omnes curas doloremque deponerem. Mirabar præterea ſummopere *incredibilem*
B ejus virtutem, & fortitudinem, eamque neque animi neque corporis laboribus *defatigari*. Me miſerum! etiam ægerrime tuli feroque', eam tali virtute, fide, humanitate, probitate præditam in tantos cruciatus propter mea ſcelera incidiſſe.

petre nequidquam opem implorante.

336 Denique mihi, qui nunc huc ingentes nunc illuc pectore curas mutabam, amici, [ut] filiam monaſterio monialium traderem, conſuluerunt. Feci, putans, Jeſum ob hoc his malis quandoque finem daturum. Verum longe aliter, ac ratus eram, res evenit. Diabolus enim, quia promiſſa non ſervaveram, valde ſæviens, crebros & infeſtos impetus, etſi inviſibilis, in moniales faciebat, tum minis atrocibus flagriſque hoſtilibus impetebat, tum, quidquid in uſum inopis vitæ dabatur, perquam impie diripiebat, omniaque ſacra violata relinquebat, voces tartareas, dum divina ipſæ peragebant Officia, edebat; omnia mala tandem, quæ dici aut fingi poſſent, agebat; quibus moniales territæ trepidare, neque loco neque ſibi invicem, præſertim noctu, ſatis credere; &
C interdum adeo mente conſternabantur, ut vix ex tanto pavore reciperent animos: nam inter cetera, ut ſolitæ erant referre, ſæpius pugnis alapiſve cædebantur. His itaque coactæ, Virginem Mariam, ne eas deſereret, pariter exclamabant. Demum ex monialibus quædam, quibus mens ſanior eſſet, ne in pejus diſcrimen inciderent, quia orationes incaſſum ad Jeſum pro ea fiebant, filiam meam ad me quamprimum remittendam cenſuere; quod, me tamen ægre ferente, factum eſt.

Inter moniales collocata ab dæmonis furentem vestire cogitur.

337 Tum idem dæmon, qui fere per menſes quinque nos ad extrema deduxerat, in eam ingreſſus, debacchari, currere, inſanire, domum totam pervolare, nos omnes hoſtiliter impetere; ego, uxorque mea, filiæ omnes, cum cetera nobis deeſſent auxilia, exclamare. Quibus clamoribus vicini perterriti, iterum ad nos convolantes, fraude & vi filiam meam capientes, & a tergo manus vincientes, ipſamque, præ rabie ſpumas emittentem, invitam tenuere. Animadvertatis, quæſo patres, quod cor, quis animus, quæ mens mihi tunc eſſet. Tum profecto mihi mortem conſciviſſem, ni prohibuiſſent, qui aderant, amici. Quid facerem miſer, quo

Dein a dæmone poſſeſſa

me verterem, quo confugerem, quem im- D
plorarem? O quam miſerum, quam lacrymoſum, ſuam aſpicere matrem, ſuas præterea ſorores, *crinibus paſſis*, pectoribus ſciſſis, ora pugnis fœdatas?

matrem

338 Demum mater, cum talem non poſſet amplius perferre dolorem, in hæc prorupit verba: O Jeſu omnipotens, tantone me crimine dignam duxiſti, & tales me voluiſti pendere pœnas? Numquamne quieſcam? Semperne in his verſabor malis? Sed tu, o Pater, precor me tuo fulmine interfice, vel permitte, ne quas genui filias, tam acriter, tam inique a dæmone torqueri videam. Inde in filiam hanc oculos convertens, hæc multo cum gemitu proferebat verba: Hei filia mea! heu mea lux, meumque deſiderium! unde enim omnes gaudium & lætitia ſumere ſoliti eramus, te nunc, mea filia, ſic vexari, ſic jacere in lacrymis & ſordibus aſpicimus! idque fieri noſtra culpa. Me miſeram! talem te his video oculis mea filia! o me perditam! o afflictam! Quem nunc pro te ro- E
gem, mea filia, cum ſuperi & *inferi* nobis adverſentur.

vicinique ad commiſerationem movet.

339 His dictis, medium ſermonem abrumpit, & auras ægra fugiens, ſeque in pavimentum conſternens, terram capite tundere cœpit; quam, & corpore & animo confectam, ſuſceperunt famulæ, collapſaque membra marmoreo referunt thalamo, ſtratiſque reponunt. Inde filiæ, aliæ, &, quæ aderant, mulieres, quia atrocior dæmon eſſet, & filia magis inſaniret, mœſtam implere clamoribus domum. Paſſim inque per omnes vias ad tale ſpectaculum concurritur, quorum omnium crimina diabolus per os puellæ dicere, exprobrare; demum, cum parceret nemini, neminemque relinqueret intactum, omnes illico, mente ſuſpenſi, & pallore pudoreque confuſi, abibant; protinuſque ad oppidi prætorem fama hujus rei convolat: inaudita re in ſtuporem verſus horam ſtatuit, qua ſummo cum honore, multis comitantibus, filiam viſeret meam. Venit tandem: noluiſſet veniſſe: multa enim convitia in prætorem & in comites diabolus protulit, quæ F
nunc prætermittenda exiſtimo.

Florentiæ fruſtra implorata Sanctorum auxilia.

340 Conſuluere deinde boni viri quidam, eam Florentiam ad Sanctorum reliquias duceodam. Placuit. Omnibus itaque pro voluntate paratis, iter in Chriſti Jeſu nomine aggredimur, quibuſdam comitantibus, quibus profueram & profum ſæpe. Venimus Florentiam, omnia experti ſumus, &, Sanctorum ejuſdem civitatis Reliquias devote viſitantes, nihil profecimus. Mihi itaque anxio & animo conſternato, exiſtimantique, Jeſum omnino nolle nobis opem ferre, quidam ex affinibus & amicis Florentinis inquiunt: Vis filia ut ſalvetur tua? Volo, [inquam,] opto, & percupio. Eam igitur quamprimum [, aiunt,] ad S. Mariæ de Valle Umbroſa monaſterium ducere ne cunctaris, etſi ſtridet deformis hiems. Accepimus, vidimus, experti ſumus, incaſſum S. Joannis opem petiiſſe neminem, modo toto corde bonaque mente expoſcat quivis. Ego, qui omnia aſpera & ardua, levia dulciaque (modo filia liberaretur) ducebam, quidquid dixerant peragere ſtatui.

341 Abbatem itaque veſtrum imprimis adeun-

A adeuntes [ſalutavimus, qui] nos liberaliter honorificeque habuit. Inde miſerans caſum noſtrum, inquit: Ite in rem bonam, & ne quis veſtrum dubitet, rituberque: ſpero enim, Dominum Jeſum Virginis Mariæ & S. Joannis precibus tantum vobis lætitiæ, quantum mœroris ex ea ſumpſiſtis, daturum. His arrecti animum dictis, iter in Jeſu nomine aggreſſi [ſumus.] Qua iter erat, & præſertim per pontem Sævum *c* multi mortales, re nova & inaudita impulſi, ad nos etiam frigore rigentes de oppidis, de villis concurrere. Erat operæ pretium [videre,] jumentum non niſi orationibus & conjurationibus hujus, qui adeſt ſacerdotis, iter, diabolo id annitente, agere velle. Demum, quibuſdam diebus conſumptis, huc venimus hac ſpe, ut veſtris orationibus fiat huic miſeræ ſalus. Hæc ipſo ad ignem narrante, aliiſque, qui cum ipſo aderant, ita eſſe aſſerentibus, accepimus.

eadem ad Vallumbrosanum monaſterium addulla,

342 Nunc autem ea, quæ his propriis oculis aſpeximus, ſtudebimus enarrare. Ubi itaque primum bas noſtras adiere regiones, jumentum ita ſiſti a dæmone, [ut] nec ulterius paſſum unum faſtibus baculiſque tundentes, qui aderant, ire poſſe [crederent:] eam inſuper de jumento cum depoſuiſſent, multi ab humo elatam ex noſtris ferre nequibant. Quod ubi intus cognitum eſt, ex monachis unus cum S. Joannis cruce illuc pergens, demum eam, ipſo jugiter conjurante, ad Sanctorum elatam detulere ſepulcrum; quo in loco multis conjurationibus multiſque precibus incaſſum conſumptis (nam dæmon interroganti nullum dabat reſponſum) eunt triſtes monachi intro; illi vero domum hoſpitum conceſſere. Poſtridie vero, Miſſis ex more celebratis, cum monachi cum S. Joannis brachio extra monaſterium devote irent, dæmon, S. Joannis virtutem non ferens, cantantibus monachis & pſallentibus, in angulum ipſius capellæ, ubi erat puella ſe conferens, ſemper querulas, ut quidam audivere, proferebat voces.

per S. Joannis brachium B

343 Poſito itaque brachio ſuper caput puellæ, nullum ipſa, quia dæmon aberat, niſi ſanæ mentis dare ſignum. Eo omnes gaudere, uno ore omnes S. Joannem ad ſidera extollere & præcipue pater præ gaudio lacrymabatur. Inde nos intro, illi læti hoſpitium petunt. In meridie vero cum puella, quia præterita nocte haud quieſcere poterat, paululum ſe ſopori dediſſet, illico adfuit illi efferatus dæmon. Exclamat puella: nam eam ſuffocare volebat. Accurrit pater, accurrunt & ceteri, eamque triſtes de lectulo ad ignem deferunt. Illico rem omnem intro nuntiari curant. Mittitur a decano ex ſacerdotibus unus, cui illic domi dæmonem conjuret. Conjurat itaque ille dæmonem; in rem ſuam abeat, imperat in nomine Jeſu. Econtra ille inflare. Cum igitur nihil [ſe] proficere intelligeret ſacerdos, ne vereantur orat; credant Jeſu gratiam precibus Joannis ſanctiſſimi brevi affuturam. Iterum ceteri omnes Jeſum Virginemque Mariam totius orbis refugium orent, imperat decanus; fit ſuppliciter ab omnibus.

& monachorum precat, C

ab omnibus dæmonis infeſtationibus liberatur.

344 Sequenti vero die dæmon eodem modo, quo ſupra, non exſpectato S. Joannis brachio, nobis ordine itinerario pſallentibus, invitus & murmurans in rem conceſſit ſuam. Inde puella vere incolumi effecta, decretum eſt, ſua, ne iterum dæmon in eam vim haberet, conſiteretur peccata. Eam itaque in confeſſione de Patris noſtri mandatis audivi, ſinguloſque actus ejus diligenter inſpexi; & ut cetera, quæ etiam poſt confeſſionem licet fari, omittam, quam devota, quam humilis, quam ſubnixa Virgini Mariæ ſemper exſtitit! quot orationes, quot preces in Chriſti Jeſu nomine effudit! quoties præter jejunia indicta ab eccleſia jejunavit! ut mirum ſit dæmonem eam ingredi facultatem habuiſſe, niſi Jeſus Dominus noſter, quos diligit, caſtigaret & corriperet. Ad ſoſpitatem comprobandam diem integrum, deinde & dimidium, poſtquam convaluit, hunc locum habuere. Inde Jeſu & Virgini Mariæ ſanctoque Joanni gratias agentes, nobis omnibus tanto tamque repentino bono gaudentibus, læti in patriam rediere. Ceterum pater tanti beneficii haud ingratus, ſacrarium hujus monaſterii pulcherrimis cereis adornavit, E quos Florentiæ de induſtria juſſerat fieri.

D AUCT. HIER. RAD. EX MSS.

ANNOTATA.

a *Per errorem hic Sixtus vocatur II: eſt enim iſtius nominis IV, qui a Paulo II ex Ordine Franciſcano ad Cardinalatum aſſumptus, ei ſucceſſit in Pontificatu anno* 1471.

b Miniatum Teutonis *vulgo* ſan Miniato M Tedeſco *eſt urbs Hetruriæ in colle ſita ad Arnum fluvium inter Florentiam ad ortum, & Piſas ad occaſum, utrimque* 20 *milliaribus diſtans.*

c *Per* novitiam puellam *intelligunt Latini ancillam, quæ nondum per annum miniſtravit. At plus per* novitias *hic ſignificari* juniores, *cum dicat Auctor, fuiſſe puellas* non obſcuro loco *natas.*

d Tormentare *pro* cruciare *apud medii ævi ſcriptores invenitur. Veroſimiliter hic Auctor Italus ab Italico verbo* tormentare *deſumpſit.*

o *Eſt pons conſtructus ſuper fluvium* Sævum *vulgo* Siene, *per quem Florentia ad Vallem Umbroſam itur, ut apparet in mappis geographicis.*

PARS II.

QUamquam incredibili fama & ſanctitate Joannis, quæ non ſolum in Hetruriæ partibus, ſed in Gallia etiam citeriore, & ire per totam Italiam percrebuit, undique, etiam de Gallia ulteriore, ad hoc S. Mariæ monaſterium nobiles atque ignobiles homines affatim pro ſoſpitate habenda, & præſertim a dæmone capti affluant, & [miracula ejus] ſint celeberrima, tamen perſcribam quædam memoria digna magis, in quibus, quod modo ſcripturus ſum, clarum & vulgatum non ſolum in Florentino agro, verum & in urbe habetur. De S. Gaudentii oppido puella exſtitit, quæ nondum alicui nupſerat, cui nomen Antonia, neptis D. Bartholomæi Abbatis Florentiæ. Hanc itaque puellam talis adortus fuerat dæmon, ut ſe nec ad hoc S. Mariæ monaſterium duci, nec alio [pateretur,] ubi ſui egreſſus periculum imminere: nam quoties Jeſu vel Virginis Mariæ ſeu S. Joannis ſive alterius Sancti, ita ut in conjurando ſit, mentio ageretur, toties dæmon in eam debacchari, furere, crudelior fieri ſolito; hoc agere ſemper ille, quia bonorum invocatione, vel acceſſione

Dæmon puellam

Digitized by Google

A *ſanctorum locorum crudeliores ſolito dat poenas.*

ADCT. HIER. RAD. EX MSS. *energumenum,*

346 Forte fortuna fuit, ut germanus ſuus Nicolaus, Abbas S. Mariæ de Fontana, ſuperveniens, cunctantibus ſuis & ſpem & conſilium dederit: illico enim ſuam lacrymantem adiens ſororem, ſigno crucis in diabolum prius edito, inquit: Ne lacrymeris obſecro, mea ſoror; nihil eſt, quod vereare; ſolum tota mente Virgini Mariæ, & S. Joanni hæc [te] commendes jugiter. Non tulit has voces dæmon: mox enim eam vehementer agitare, concutere, ad terram dejicere, ſternere; ille Nicolaus exorciſare dæmonem, conjurare; nihil, quod puellæ utile futurum ſperaret, intentatum relinqueret. Jeſu tandem pietate quieſcens, demum ad hoc S. Mariæ monaſterium iter, comite illo D. Nicolao, accelerant, totis viribus tamen, ut id fieret, dæmone annitente. Econtra Abbas ille Nicolaus orationibus continuis nihil apud ſe remiſſum, neque apud diabolum tutum pati.

B *ab itinere Vallumbroſano deterrere nititur.*

347 Ubi vero ad has regiones ventum eſt, diabolus in puellam magis inſanire, præſentem, niſi retro irent, mortem ei minitari, denique nihil moderati habere; voces indecoras in Jeſum Sanctoſque ejus edere, neque puellam quieſcere, neque iter inceptum agere pati: Oratur itaque ab omnibus; Virginis Mariæ, nec incaſſum, requiritur auxilium. Illico enim dæmoni iræ & minæ cecidere. Ceterum cum haud procul a monaſterio fere per ducentos paſſus eſſent, tunc dæmon totis viribus niti, ne ulterius duceretur puella; cui ſumma ope ſe monachus opponere, orationibus inſtare, ne diaboli malus animus compleretur in ſorore; & quo ferocius clamitabat dæmon, eo infeſtius monachus & ceteri in eum invehi; tentare ſi qua via vel trahere, vel elevatam ferre valerent. Quod ubi ſecus, ac voluiſſent, procedit, neque quod intenderant, efficere poſſent, quamprimum ſe in turbam confertiſſimam converſorum & aliorum, qui his clamoribus exciti globum fecerant, recepit. Qui clamores illi? Quiſnam repentinus ille curſus? inquit Abbas: aderat enim, aderamus & religioſi complures. Hei, [ait] monachus ille, ſoror mea, mi Pater, ita [a] dæmone peſſime torquetur, ut jamjam laboret in extremis; &, quod atrocius eſt, dæmon ipſe neque precibus neque vi flecti poteſt, ut iter inſtitutum huc uſque peragamus ſaltem, & deprecor, ut noſtrum, mi Pater, opem ferendo miſereamini.

C

Sed S. Joannis devocatione,

348 Mox Abbas monachos cum S. Joannis cruce præſto adeſſe jubet; deinde his, qui præſentes erant ſæculares & converſi, [ait:] Adeſte & vos; nihil eſt, quod exſpectetis; his in diſcriminibus ſine cunctatione properandum eſt. Cum itaque inde juvenes ferociſſimi eam amovere vellent, facile diabolus docuit, vires humanas ſine Numine divino in eum vanas eſſe: nihil enim niſi ſtrepitus & vociferationes more ſuo agere. Ceterum, ubi illuc cum S. Joannis cruce ventum eſt, dæmonis vires, nulla adhuc emiſſa conjuratione, ita cecidere, ut nullam amplius dæmon, niſi ubi in rem ſuam conceſſit, dederit vocem, & exinde prorſus in facie vultuque puellæ pallor, calor autem vitalis abeſſet omnis. Fertur itaque ſublimis inter manus & ora parentum ad Sanctorum ſepulcrum uſque, & illic leniter humi elabitur, ſternitur. Fiunt more ſolito conjurationes, interrogatur dæmon, interrogatur & ipſa; tacet uterque. D

ex sacerdotis ore.

349 Tandem ſacerdos, ſtomachatus ſaliditateſque diuturno ſilentio, jubet inde amoveri puellam, & indignatus in diabolum hæc protulit: Velis nolis, aut tibi aliorſum concedendum eſt, aut loquendum. Inde concedunt hi intro, illi vero ad eis præparatum foris locum: intus enim mulieribus neque acceſſus eſt, neque locus, &, ut a majoribus noſtris accepimus, nec fuit umquam. Sed o bone Jeſu eu miraculum! Dum enim ad hoſpitium puellam deferrent, ut ubivis gentium in Chriſtiana religione ſit, Virginis Mariæ veſpertinam Angelicam ſalutationem de more in monaſterio campana pulſavit. Quo ſonitu [cum] mox puellam, [ut] leniter humi flexis genibus, digitis infectis devote Virginem Mariam oraret, deponerent, illico nullam puellæ inferens moleſtiam diabolus in rem malam abiit. E

Ad idem aut alium poſtea verſus,

350 Verbis equidem cujuſdam noſtri converſi addita miraculo fides, qui domum rediens, jam die peracta & tenebris exortis, inſolitos ejulatus adhuc perfuſus horrore & tremebundus domi, ſe in nemore audiviſſe, compluribus enarravit. Micum quanta illi converſo nuntianti hæc (quia bonus profecto [erat] vir) fides fuerit. Omnes igitur Jeſum, & Virginem Mariam, & S. Joannem laudantes domum propriam diſcedunt. Ceterum non multo poſt ([an]idem vel alter diabolus eam ſit ingreſſus, nobis non ſatis conſtat) ſævior tamen longe, longeque crudelior [eam invaſit.] Eo omnis familia, in luctum verſa, ægerrime caſum ferre, ſe miſeros deſertoſque penitus clamare. His & matris jam decrepitæ aſſidui queſtus & ejulatus addebantur: nam interdiu, nec noctu quieſcere: ſed hæc inter alia: Mea filia in hoc me longa vita, & ſenectus infelix traxit, ut te non morbo humano, non ærumnis miſerorum mortalium, non denique caſu aliquo fatali, verum diabolo peſſimo & inclementi videam atrociter & inique torqueri! Mea filia nec ego hujus mali expers ſum: nam niſi te genuiſſem, ita intolerabiliter non cruciareris. Inde cum in amplexum filiæ irruere vellet, vi diaboli filia ipſa turpiter miſerabiliterque, manibus celeriter in eam verſis, in terram conſternatam dejecit, fletuſque ab omni turba mulierum & comploratio hominum orta horrendum omnibus præbebat ſpectaculum. F

puella ad S. Salvii monaſterium deducta,

351 Conſolatur ægros animi Nicolaus monachus; inde poſtera die ſumma luce, omnibus rebus compoſitis, ad S. Salvii monaſterium, quod ab urbe Florentina per mille paſſus abeſt, contendere ſtatuit, quia iſtud S. Mariæ monaſterium ea tempeſtate ob nives altas & concretas non ſine maximo ſororis diſcrimine adire poterat. Ubi itaque ad S. Salvii monaſterium, ubi S. Joannis venerabile caput *a* digne honorificeque habebatur, pervenere, ſit ſubito hac re nova illuc utriuſque ſexus & conditionis hominum concurſus non parvus. Hoc gaudere diabolus, hac de re ſummopere lætari: ſperabat enim, multitudine hominum admiratione ſui in unum

a

collecta,

A collecta, facile aliquid discordiæ malive machinari: Equidem si ea, quæ mihi perspicua & explorata sunt, recensuerim, quæ diabolus dixerit egeritque stupenda, dum in sancto Salvio, ut sospes puella fieret, moram traxere, profecto maturius me tempus, quam res desereret: eo illustriora quædam, parce tamen ac modice, perscribam.

post multos tentumultus obscena sequitur.

352 Igitur Kal. Decembris, quibus Florentia abiverant, quia jam diei extremum erat, dæmonis conjurationem in aliam diem transtulere. Ceterum cum res in dæmonem acerrime a monachis tum conjurationibus tum orationibus ageretur, ex eo numero, qui operi pio instabant, paucos reliquit intactos; hunc helluonem, illum lascivum, alium hypocritam appellare. Præterea cum plus solito dæmon urgeretur, in Jesum Sanctosque ejus verba indecora edere, &, ne lectorem detineam, omnia probra, quæ dici & fingi queunt, ore diabolico proferre, & amplius alia, quæ quidem non grata futura, si operi huic infererem, cum forsitan necessaria [essent] exB empli causa, eo absunt. Hæc cum monachi ægre ferrent, multo ægrius abbas, optimum factu pro tempore rati, si secretius propter populum conjuraretur. Eo inhabitum templi partem, id est in sacrarium secedentes, illic, nullo de vulgi multitudine intromisso, licentius conjurare: cachinnari quandoque dæmon, interdum mite cum omnibus ingenium de se dare, jocum movere, sermone uti modesto molli vel procaci, monachorum manus tactu levi attrectare, singulos benigne appellare, & multa alia, quæ instrumenta luxuriæ & malæ libidinis sunt, in adolescentes monachos agere; denique omnibus modis tentare, si eorum animos molles & ætate ægros posset ad puellæ nefarios tactus & incestuosos complexus maculare.

Cogit, ut adhuc ter corrumpat.

353 Verum ubi hac via intelligit, se nihil proficere: difficile enim est, omnes mortales, & præsertim monachos, a teneris annis bonis sanctisque monitis oppido instructos, his diaboli cavillationibus fraudibusque falli. Eo aliam, qui mille nocendi sibi artes, [habet] aggressus est viam: statim enim turpissimas corporis partes, pro pudor! aperire: C nulli enim, quæ dici aut fingi potest, turpitudini parcere, sperans, ex quo nequivit corpora, saltem animos voluptate corrupta fœdare. Verum in his abbatem non minus, quam in monasterii regimine, magnum prudentemque religiosum fuisse, comperio. Igitur veritus, ne, si diabolus his mollibus & procacibus verbis diu uteretur, animi monachorum juvenum, adhuc invicti, ætate tamen fluxi ad aliquod tetrum facinus converterentur, jussit inde ad altare majus omnes contendere & illic res agi, malens in rei discrimine a populo indecora audiri, quam monachorum animas periclitari.

Festo ingenti

354 Dum igitur utrimque maxima vi decertaretur, & hinc inde utriusque sexus & conditionis eo concurrerent mortales, intactum diabolus, præsertim si aliquis cupidine audiendi illectus puellæ propius inhæreret, relinquere neminem; hunc improbum, illum furem, alium adulterum, eum ganeonem appellare, eorum flagitiosa scelera more suo in propatulo aperire. Eo multi, pudore victi, sua secum peccata & crimina ex mala conscientia reputantes, rubore vultum faciemque perfusi, domum eo animo, ne amplius illic redirent, discessere. Quibus rebus non solum ager Florentinus, sed tota civitas permota est; quo frequens populus ad rem tantem visendam facile percurrit: nemo enim tam impurus animo credebatur, quin, his audictis seu visis, non aliquantulum flecti posset ad bonum; quo non jam in templo se hominum tumultus sustinere, sed passim monasterium totum invadere. D AUCT. HIER. RADPOL. EX MSS.

populi concursus.

355 Cum igitur hujus tantæ rei miraculum etiam & primores civitatis ad visendum impelleret, quacumque inter eundum incederent, ex omnibus locis urbis concursus plebis post eos fieri, ita multis passim agminibus per omnes vias ad S. Salvium curritur; diversis etiam itineribus, ne motus ex multitudine tumultuarii orirentur, alii urbem, alii monasterium petere. Fuere tamen nonnulli, quos, quia merito a diabolo castigati [erant], hujusmodi itineris pigueris pœnituerit quæ: complures enim, qui nondum ædem adiverant sacratam, propriis appellans nominibus, fœneratores, schismaticos, infideles dicere, eosque, ubi ad se venerant, reprehendere, tum in templo tum foris insectari acriter. Ceterum paE truus suus S. Trinitatis Abbas, de quo supra verbum fecimus, vera pro fictis ducens, statuit rem tentare: illico enim R. P. Vallis Umbrosæ Abbatem Franciscum Altovitam, his rebus novis & inauditis anxium, secumque multa mente agitantem ubi primum opportunum fuit, adiens, sic [alloqui] familiariter per amicitiam, jam a teneris inceptam, exorsus est.

abbas quidam mutato habitu dæmonem simul fallens,

356 Reverende Pater cum nuntius, hujus meæ neptis prodigia & portenta asserens, omnium, qui in urbe quique extra urbem sunt, implerit aures, quæ equidem mihi pro commentis habentur (itidem R. V. esse duco,) visum est non abs re fore, si mutata prætexta periculum, si vera sint necne, facere ausim. Quonam modo, inquit Vallis Umbrosæ abbas, hoc fiet periculum? Cucullum vestrum me induam, illuc modeste F & humi defixis oculis pedetentim concedam. Hanc enim optimam viam ad fallendum duxerim, cum & habitu & corporis motu ac gestibus alium, quam sim, simulaverim falso; qui si diabolus est, hæc omnia, quorsum tendant, callet peroptime; sin minus, facile existimabimus, hæc omnia ostentui esse. Deus incepta nostra secundet, inquit abbas alter; & ita, rebus una inter se compositis, rem tentare aggreditur ille. Mira res! nondum enim eo cuculio indutus ecclesiæ fores adierat, cum dæmon clara voce præsentibus inquit: Cedite, cedite; en quidam bonus vir, facie quidem & habitu religiosus apparet, moribus autem secus esse facile probatur; ecce, qui nos ultro derisum ac tentatum venit.

sed ab eo agnitus, convicijs affligitur.

357 Vix hæc ediderat diabolus, & ecce abbas ille tristis, gravitate quadam & severitate compositus, capite deflexo per ecclesiam ire; quem dæmon agnoscens, eique insultans ait: Depone pater habitum, depone: non tuus, quem nunc fers, est cucullus. Hypocrita cur aspectum deforis potius, quam intus animum mutasti? Quid; cum puella, non mecum rem te acturum putabas? Nunc, ut meritus es, tuis eruciaberis dolis,

Digitized by Google

A qui rem manifeſtiſſimam non cognoſcere, verum tentare voluſti. His Abbas ille, conſternatus mente, in fletum prorupit : conſcientia enim, ceterum neptis caſu infelici movebatur magis : exinde pœnitentia ductus, neptem ſuam abbati aliiſque monachis longe commendans, ad ſuum monaſterium diaboli verbis, &, quod indecentius, re ipſa caſtigatus, triſtis ac lacrymans diſceſſit.

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

Multis iterum confumtibus.

358 Verum Dominico quodam die (qui dies feſtus atque celeberrimus ubivis Chriſtianorum habetur (cum multo plures ſolito ex tota urbe ex omnique parte agri ad S. Salvii monaſterium advolarent cujuſcumque conditionis & generis mortales, & diabolus plus ſolito in eos inſaniret, & unumquemque nominans, tandem quo vitio circumventus eſſet, diceret, fere major pars hominum ſibi diffidens, & ex conſcientia Dei judicium timens, alii alio concedere, pauci in templo eſſe. In hoc numero & primates urbis fuere complures, qui tunc in Republica Florentina ſatis pollentes potenteſque videbantur, qui, ut ſolet plerumque nobilitas, ore ſoluto ac libero deteſtari, & quæ veriſſima ſunt, pro fictis ducere, & quocumque modo ſpernere & irridere. Hi tamen, ubi hominum tumultus intellexerunt abeſſe, illuc contulere ſeſe.

B

Dæmon ſua peccata ſe exprobrat.

359 Tum dæmon fortius ſolito exclamare ; Cedite o monachi, ite his obviam, hos honorifice habeatis, qui ad unguem noſtra inſtituta ſervant; ad hæc maledicta alia cum dæmon ſtrepens adderet, cives illi, pejora veriti, ultro prodire noluerunt ; verum conſcientiæ ſtimulis citati, alio tramite, quo venerant, & alia porta, qua urbe egreſſi fuerant, in civitatem rediere. Ex his vero quidam, habita ſuorum ſcelerum diligenti confeſſione, ſperantes ſe Jeſu & Virgini Mariæ, gratia contritionis & confeſſionis, curæ fore, humiles & confuſi uno tantum comite contenti, ſancti Salvii monaſterium adeuntes, demiſſis oculis pro ea orare ; quos dæmon torvis aſpectans oculis, tacere. Cui ex monachis unus: Hi ſunt ex illorum numero, ſi neſcis, quos heri contumelioſis tamdiu inſectatus es verbis. Hos, inquit dæmon, neque injuriis laceraſſe, neque vidiſſe me memini ; quo, quanti vera humiliſque confeſſio ſit, demonſtratur ; cum hos antea ſcelerum ſcelerumque coopertos, nullis probris, maledictiſque verbis parcens, dæmon eo deduxit, ut indignabundi & furibundi domum properarent ſeſe ; modo vero, quia per confeſſionem maleactæ vitæ tetra facinora laverant, horrens dæmon, ſuis in eos deſtitutus viribus, ipſos ſe haud noſſe fatebatur. Hæc eadem alibi accidiſſe litteris & memoriæ datum eſt.

C

& puellam ad aliud B. Virginis templum.

360 Igitur multis diebus in hoc opere pio incaſſum conſumptis (nam diabolus verbis ſe diſceſſurum aiebat ; ceterum reipſa indies aſperior intolerabiliorque fieri) ſanum pro tempore viſum eſt conſilium, eam ad S. Mariæ Servorum eccleſiam, ſi forte beatiſſimæ Virginis Mariæ precibus res proſpere irent, duci vel trahi. Ex monaſterio itaque, diabolo ſumma ope enitente, ne tale iter ei admodum contrarium fieret, diſcedentes, Florentiam verſus, hinc inde concurrentibus utriuſque ſexus mortalibus, contenduntur. Manat totis agris totaque urbe rumor, puellam illam urbem petere, quam viſere optabant ; id ita eſſe voces ejulatuſque dæmonis tartarei affirmabant. Eo clerici, religioſi, viri clari, nobiles ignobileſque, quo ibat, irrumpere, ita ut jam omnes complerent vias, nec iter niſi cum difficultate occurrentibus daretur.

D

miraculis celebre deſcribit.

361 Tandem invito diabolo antiquiſſimum illud S. Mariæ Servorum ingrediuntur templum; de quo auſim dicere, toto orbe terrarum haud eſſe ædem ſacratam, in qua ejuſdem Virginis Mariæ meritis majora ac plura miracula beneficiaque collata mortalibus, [in] imaginibus cereis intueantur Chriſtiani. Sunt & nexus ferrei, & catenæ, & compedes, & manicæ in foribus templi parietibuſque ſuſpenſa, quæ omnia non parvam introeuntibus religionem incutiunt & horrorem; eſt & aliis opimis ſpoliis exuviiſque, tum regum, tum principum templum illud mirifice exornatum, de quo quia paulo ſupra latius ſcripſimus, in inſtanti tempore pro re ſatis dictum puto. Quo redeam, unde digreſſus ſum, ſequebatur illam turba ; quidquid Virginis Mariæ in templo ſeu extra occurreret oculis, quidquid mente, orare, puellam miſeram illam ſoſpitem reddi. Nec preces incaſſum miſſæ, [fuerunt:] nam, ut ſemper, diabolus Virginis Mariæ virtutem ferre non valens, (necdum templum ingreſſi fuerant) alio pro tempore, nullo dato ſigno, contulit ſeſe. Ita eſſe, hoc potiſſimum ſignum fuit : nam, ut a germano ſuo accepimus, infecta dæmone, triſtis, pallida, mœſta, oculis in terram defixa, niſi vi diabolica excitaretur, ſemper eſſe ; at ubi Virginis Mariæ templum inivit, hilaris illico & læta effecta eſt, cunctos nitidis intuens oculis: apagite, inquit, inde procul eſſent, orans. Ad Virginis Mariæ altare, marmore auroque & ingentibus columnis mirifice conſtructum, devote & ſuppliciter ſe conferens, hanc digitis infectis orationem habuit: Gratias tibi ago, glorioſiſſima ſemper Virgo Maria, cujus precibus a tanto tamque diabolico morbo me ſoſpitem & incolumem eſſe cognoſco ; tibique poſthac, miſerorum refugium, me dedo, orans & obſecrans, animam corpuſque meum e manibus diaboli liberum, ſecurumque facias.

E

F

At adhuc gratiis, paulo poſt dæmon in eam redit.

362 His dictis, exoſculato altari, devote in ſuorum turbam ſe geſtiens contulit. Clamor inde hominum ortus Virginem Mariam pro ſe quiſque certatim laudare, ad cælum ſuas virtutes extollere, &, ut in tali re plerumque a vulgo fieri ſolet, alter alteri [dicere :] Virgo Maria illa eſt ductrix cælorum itineris; Virgo Maria omnium diaboli machinationum ruina; Virgo Maria omnium flagitioſorum & facinoroſorum refugium, modo ad eam ſupplices proficiſcantur. Hæc & alia multa de Virgine Maria tunc dici ; inde igitur ingenti ſtupore percuſſi omnes, alii alio euntes diſcedere ; puella vero læta cum ſuis in patriam contendere. Nondum ab urbe per ducentos aberant paſſus, cum ſubito idem dæmon, ſuis minime id ſperantibus, atrocius ſolito irrumpit, humique eam cum hac exprobratione dejiciendo ſtravit : Quid peſſima me teque, loca ſancta petendo, his intolerabilibus torturis affici vis ? Iniqua audeat deinde talia alius vel alia, niſi de te-

monu

A monumentum mortalibus omnibus dedero. Eam mox hinc inde movendo quatere, ac nimium crudeliter torquendo discerpere.

363 Comploratio comitum illico exoritur; *quæ ad S. Salvii monasterium ducuntur.* conveniunt illuc complures, tum muliones tum agasones; insuper & diversi generis mercatores, qui, lucro vel egestate ducti, urbem crebro cum rebus venalibus adeunt, &, quid hoc sit, scisciantur: tacere illi, dolore horroreque perfusi. Deficiente itaque his consilio, hunc Nicolaus frater in itinere, complorantibus aliis, crebra dans suspiria gemebundus, stando infectis digitis cælum aspicere, nunc errando viam pervagari. Tandem illi, multa secum cogitanti, Virginis Mariæ, quam plurimum nunc tacita mente, nunc ore libero invocabat, præsidium non defuit. Iterum sanctum Salvium [ut] petat, pectori sibi occurrit. Eo igitur cum venissent, & admirationi monachis exstitere & misericordiæ. Nam fama tanti miraculi non urbem tantum, verum agrum compleverat, puellam [nempe esse] Virginis Mariæ meritis liberatam, in qua antea dæmon existens
B tantum de se terroris & admirationis dederat. Quocirca omnes, quid hoc sit, admirari, semper tamen Virginem Mariam laudare. Tanta devotio de Virgine Maria semper apud omnes mortales merito constat: nam, ut alias veris rationibus asseruimus, quidquid miraculorum & virtutum hac in vita mortalibus fit, per Virginem Mariam fieri [censendum est], nec nostrum esse Dei secreta vel consilia velle conjecturare; verum Jesum & Virginem Mariam, quæcumque fors acciderit mortalibus, semper extollere, [debemus, &] taciti mœstique rerum exitus exspectare.

364 Ceterum, quia jam multum diei pro- *& a Præpositi quidam,* cesserat, conjurationem in diem posterum transtulere. Postridie vero cum dies festus S. Thomæ passim celebraretur, ex Officio clericatus Præpositus quidam, vir magno natu, primo mane, multis sacerdotibus comitantibus, seu misericordia ductus, seu potius tentandi gratia, eo cum nonnullis diversorum Sanctorum Reliquiis se contulit. Cum igitur
C ad altare, ubi dæmon tormentis afficiebatur, accederet, eum sagina plenum prius terribilibus oculis aspiciens dæmon, inde jocabundus inquit: En hic magis vultum, quam ingenium curat. Ad hæc; o pater reverende, hæ, quas attulisti Reliquias, quid sibi volunt? Ut his forte me perterrefacias, meque hinc dejicias, venisti? Ha quam falleris, si hanc tibi cepisti provinciam! eo desine. Non ego, inquit ille, sed Dei virtus meritis Sanctorum, quorum Reliquiæ hic sunt, operabitur in servum Dei.

365 Inde singillatim cum dæmon alia pro- *e Variis Sanctorum reliquiis, conjuratur* bra diceret, Sanctorum Reliquiæ jussu illius Præpositi afferuntur. Instabat itaque ille cum Sanctorum Reliquiis, alio contenderet; econtra dæmon, etsi longe torqueretur, durando resistere. Utrimque per horam magna vi certatur; Præpositus autem, postquam videt frustra inceptum [esse,] neque diabolum alio contendere velle, & popularium animos & religiosorum non tam in admirationem, quam in derisionem jam venisse, statuit cal-

lidius, si vere dæmon esset, tentare velle: D
mox enim stomachatus, unam atque alteram AUCT.
ex Sanctorum Reliquiis proferens, inquit: HIER.
Conjuro te in Jesu Virginisque Mariæ matris RAD.
ejus virtute, si dæmon es, veluti malis mo- EX MSS.
ribus te esse fateris, quorum Reliquiæ hæ sint, nominatim aperias; & unam ostendens, [inquit:] Da nomen. Stephani, ait dæmon. Inde alteram: Laurentii, dæmon exclamare. Demum vere (nam quorumdam tituli ita esse manifeste ostendebant) omnes suo nomine dicebat. Quibus illi, ingenti stupore perculsi, urbem petentes hujusmodi rem mirabilem passim vulgarunt.

366 Hæc tantæ rei fama nonnulli ex primis *ad quod spectaculum convenit magna hominum multitudo* civitatis impulsi, quamprimum sanctum Salvium versus ea die iter arripuerunt, quibuscum dux Cebaliæ fuisse fertur, qui forte ea tempestate ob publica negotia Florentiam contenderat; quos secuta est & alia omnis ætatis & omnis ordinis turba: jam enim non solum sancti Salvii templum, sed passim omnes mortalibus complentur viæ. Inclytorum autem & eorum, qui non in obscuro vitam agebant, ad-
E ventum more suo semper dæmon prædicere, insultare quibusdam, irridere alios. His igitur rebus admirationem de se omnibus non parvam dare. Eo illuc catervatim gentes passim irrumpere. Primoribus itaque civitatis ingredientibus templum, tantus tumultus hominum fuit, ut jam plus civium apud sanctum Salvium, quam Florentiæ esset. Circumventi igitur a ceteris dextra sinistraque, & jam turba ex omni parte cedente, locum, ubi dæmon erat, vix adiere. Tunc spectaculum horribile in ecclesia esse, cum illuc omnis turba vi intromitti vult.

367 Ex hoc dæmon toto corpore gestire; *ob quorum frequentiam* cives vero una cum monachis, circumferens truces oculos, [intueri;] turbæ, ni cederet, minari; modo singulos, modo universos terrere clamore, impera, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat. Cunctantur paululum, qui in primo latere erant, dum alius exeat, alium circumspectat. Tandem [plurimi] civium minas terroresque pro nihilo ducentes, clamore sublato, undique cupidine visendi & audiendi, quæ a diabolo dicebantur, illuc, ubi conjurabatur dæmon, veluti globo facto, irrumpunt, sed cum primi tota vi resisterent, &, qui a tergo erant, pro se quisque alter alterum trudere, vel de loco, quem primum acceperat, amovere totis viribus conabatur, gradus scalarum & cancellos omnes turba hominum complevit.

368 In tanta igitur turba nec tempera- *oriuntur rixæ,* tum manibus foret, dum alter alterum vincere, trudere, infectari quovis modo curaret, ni bonorum quorumdam monachorum consilio in sacrario, intromissis quibusdam ex primoribus, res ageretur. Tunc duo famuli inter se imprimis jurgia dare, inde pugnis, eo quod alter alteri impedimento esset, minari; demum, effervescente ira, arma capere, & jam nudatis gladiis sese hostiliter petere cœperunt; & fecissent profecto, ni, qui aderant, ictus venientium sustinuissent & exclamassent: O scelus! o nefas! quænam vos tam dira ira coegit, ne, ubi gentium sitis, ne quid agatis, consideretis? Miseri, nonne in æde sacra-

Digitized by Google

AUCT. HIER. RAD. EX MSS. & parim.

ta estis? Nonne hic sacrum corpus Christi conficitur! Nonne hic Sanctorum adsunt Reliquiæ? Eo ab armis abstinete, date manus ad pacem.

369 Interim cum ad hæc spectacula omnium ora conversa, deditæque eo mentes cum oculis essent, mirum quam diabolus lætari, gestire, nec se ob lætitiam capere. Ægre tandem sedati illi a plebe, multo ægrius diabolus passus est, se amoveri inde. Eo amoto, plebs & populus, qui novarum rerum avidi illuc venerant, brevi dilabuntur; nobiles vero & primi civitatis, jam magna parte diei exacta, rigentes & trepidi in itinere secum, quid præter morem puellæ accideret, conferentes, in civitatem rediere. Abbas vero Vallumbrosæ intelligens, quantum periculum populo Florentino impenderet, quia catervatim frequentes ad hæc visenda advolarent mortales, propere convocato sancti Salvii abbate, aliisque monachis, quos idoneos ducebat, consilium habet, quid de hac puella agendum sit.

B *suadente quodam abbate,*

370 Verum cum varia sentirent, inquit Abbas: Quo tardius fit, quod de cælo operimur bonum, eo magis refert, mihi vobisque timere. Quare ita censeo, eam ad tempus abesse; & nisi hiemis asperitas retardet, ad Vallem Umbrosam equitando ducatur; sin minus alio, vel domum repetat suam. Probant omnes salutareque ducunt, quod P. abbas censuerat. Tantum diabolus, quia jam suum impendere exitium intelligebat, tum quia rem ex sententia in sancto Salvio non gesserat, secum sentire. Inquit enim: Si pro tempore aliorsum tetendero, tamen ne se absolutam putet, quæ me in tot torturas, dum melius sperat, detrusit. His puellæ obortæ lacrymæ. Consolantur ægram animi & corporis tum religiosi, tum affines, nullam penitus, nisi nutu divino diabolo virtutem fore, asseverantes.

ad monasterium Vallumbrosanum

371 Primo itaque sequentis diei mane diabolus, ante pro ludibrio habitus, jumento & ceteris, quæ itineri necessaria forent, ex sententia paratis, intelligens demum, sese ad majora tormenta ductum iri, ne quo modo, eo id annitente, fieret, precibus seu minis [impedire conabatur.] Puella jumentum ascendere; verum ad terram consternari capillis passis, manibus pectus flebiliter tundere, humi corpus crebro volutando spectaculum miserabile præsentibus de se dare. Quod opus nefarium cum dæmonis non puellæ esse, abbas, ceterique optime callerent, de more ipsum dæmonem, conatusque ejus conjurationibus frangentes, vimque suam, quæ nulla, ubi favor Jesu adest, probatur esse, ad nihilum redigentes, eam demum super jumentum stravere, delectis etiam ex omni numero duobus religiosis, qui, si diabolus more suo iter impediret, præsto orationibus suppliciisque adessent; quos deinde Nicolaus frater, eis ingentes agens gratias, se satis pro ambobus, divina præeunte gratia, fore sperans, missos fecit.

summa cum difficultate pertrahitur

372 Quid autem laboris in illo itinere asperrimo opera diaboli pertulerint, quid admirationis per omnes villas, vicos, oppidaque, qua iter facerent, de se diabolus dederit, non facile dici posset: nam, ut cetera omittam, ipsum germanum suum Nicolaum prædicantem audivi, potum cibumve aliquem, nisi orationibus & conjurationibus D præmissis, nequivisse sumere; tanta cupido, eo in corpore esse, vel potius suam sibi animam vendicare, dæmonem invaserat: multo enim plus temporis laborisque per mille passus monasterium juxta comites cum nonnullis familiaribus clientulisque nostris eam vi trahendo consumpsere, ut retulere quidam, ac prius in octo & decem millibus passuum consumpserant. Demum illud S. Mariæ monasterium adeuntes, dæmon, paratus ad dissimulanda omnia, talem fingebat puellam: supplicem, humilem, oculisque humi demissis; & ipse prorsus tacere, eamque, contra illorum morem, signo se S. crucis munire, orationem Dominicam & Virginis Mariæ salutationem tali tantaque devotione edere permittebat, ut & nostris vehementer admirationi, suis vero & gaudio & admirationi pariter esset.

ubi e dæmoniaca, E

373 Ceterum, quia expertis in re, difficile est imponere, fuere, qui dicerent non oportere ita facile dæmonum calliditatibus credere, verum periculum cum cruce cererisque Reliquiis faciendum. Idem omnes probant; qua, ubi ad certamen ventum est, quantæ astutiæ, quantique doli in dæmone insint, facile patuit; illico enim suis viribus usus, inde alio ire retis viribus conatus est, feciisseque satis, ni quidam penes monasterium palantes & affusi puellam tentantem fugam cepissent. Globo igitur juvenum facto, ad eam irrumpunt, & vinctam vi ad constitutum locum sublimem deferunt. Illic cum more solito res cum S. Joannis brachio ageretur, diabolus acerrime certare; nusquam alibi ita atrocem se dedisse aiebant, qui aderant, comites. Pueliam enim mirum in modum quatiendo excutere, vociferari, debacchari, in monachos convitia dicere, in alios maledicta sæpius geminando addere; nihil indignum, nihil infonum in Jesum Sanctosque ejus, quin ore maledico ederet, prætermittere.

& S. Joannis infamat apparentis prædictione coercetur F

374 Econtra monachi, religiosi viri acrius in eum instare; non frigoribus intensissimis, non diuturno labore frangi: virtus omnia vincere. Demum dæmon, suis diffidens viribus, se Deo daturum locum, sæpius exclamabat. Itaque S. Joannis precibus ad nihilum redactus est malignus, & indignatione & ira mutus effectus: eo utile visum est, a conjuratione desistere. Inde igitur intro monachi, hi solitum hospitium petiere. Nocte igitur nativitatis Domini Jesu, ut ipsa referre nobis præsentibus solita erat, ei quiescenti talis visio fuit: Joannes sanctissimus ea hora, qua veritas de terra orta est, præeunte non parvo luminis globo, præsto adfuit. Cum igitur puella, insolitæ rei horrore perfusa, paululum morata esset; inde, quisnam esset, interrogaret: Ille, sum, inquit, cui toto pectore, tota mente animam corpusque commendas. Fidem verbis & cucullus monachalis, & crux, cum qua pingitur, fecere: ipsam enim tunc præ manibus, ut ajebat gestare.

eadem sospes recedit,

375 Ea igitur in maximam spem recuperandæ sanitatis adducta, ei sospitatem redderet, orabat. Cui Joannes beatissimus: Hac patissimum causa a Domino Jesu missus sum cum nusquam te tutam seu incolumem, nisi

in

A in ſua virtute exiſtimes. His & ſignum crucis addidit, inde cum omni pompa ſublimis abiit, jam illa a diabolo liberata. Hinc repente gaudium oritur, ubi, quinam ei evenerit, cognovere omnes; quod quidem, neſcio qua gratia, quo fato, in mœrorem verſum eſt: vix enim narrandi finem fecerat, cum illico, ut in ęgroto corpore accidere ſolet, reſtricta oculorum acie, in terram prolapſa, paulatim, depulſo ſanguine, calor in ea extinguebatur una cum ſpiritu, ita ut exanimatam dicerent quidam. Eo germanus aliive affines in lacrymas prorumpere; quos Benignus, hujus monaſterii monachus, his ſolabatur verbis: Sint lacrymę metuſque omnis procul: hoc enim nec novum eſt, nec inauditum: me vidente, mulieribus, a dęmone captis, accidit millies. Tum quid Jeſu temporibus, ut Euangeliſtę referunt, ei puero, quem dæmon conſueverat in aquam & in ignem trudere, ut eum perderet, evenerit, animadvertatis oro. Nonne Jeſu præſente, cui omnia parent, dæmone tam atroce invito diſ-

B cedente, puer humi ſtratus, veluti mortuus, jacebat, qui, Jeſu volente, ſtatim ſurrexit? Idem paulo poſt iſti puellæ S. Joannis precibus fore, dubitet nemo.

376 His paululum arrecti animi; oculos in eam ſæpius & ora vertentes, triſtes reliquam partem noctis duxere inſomnem, hora autem, qua ad Miſſam auroræ campanæ pulſantur, mox puella illa, quaſi a ſomno excuſſa, oculos aperiens imprimis, inde paulatim movere membra. Surrexit tandem. Hi, qui aderant, primum horrore perfuſi, inde in lætitiam verſi, Deum laudare, Virginem Mariam, & S. Joannem ad ſidera efferre. Huic ſpectaculo noſtræ religionis monachi cum miſericordia cum novitate rei interfuere quamplures. Interfui & ego, & hæc ita, ut in tali re fieri ſolet, muſſitantes conferebamus: Unde tanta vis, tantave in diabolo poteſtas? Quid iniquitatis, quid injuſtitiæ una virgo puella in Deum commiſerit, ut de ſe tan-

C tum meruerit? Nec tum nobis, quid omnium ſuo tempore juſtiſſimus Job ſuo in corpore, ſuis in filiis, in his omnibus, quæ poſſidere videbatur, pertulerit, haud occurrebat.

cum omnium admiratione & lætitia,

377 Sed redeo ad puellam ipſam, quæ quidem, ubi data eſt ſibi facultas, talem Jeſu Virginique Mariæ orationem habuit, qualem numquam antea in muliere audiveram: domi, Florentiæ, hic beneficia, quæ ſibi contulerat, referens, ſeſe in tanto diſcrimine, quod ei, ut erat, primum videbatur, numquam ab his deſertam aſſerens. Ad hęc profecto maluiſſe mala, quam mundi bona, perpeſſam eſſe: his enim in fide & clementia Dei majorem ſpem, ac antea, ei ſitam: omnibus enim ad vitę ęternę patriam cupientibus feſtinare, nihil eis aſſiduis tribulationibus opportunius dicere: nam hinc amor Dei, cognitio ſui, animus ad patientiam ingens, libidinis malarumque cupiditatum, quę ex inſolentia ſunt, exſtirpatio. Hæc ubi dixit, oculos in nos benigne intendens, inde vultu demiſſo ſic profatur: Jeſus, a quo bona multa proceduut, vobis, pro tot tantiſque in me collatis beneficiis, in Sanctorum patria reſtituat; veſtriſque ſuppliciis & orationibus me commendatam habeatis, oro. His itaque verbis, fere omnibus præſentibus lacrymas concuſſit. Inde alii, ſed præſertim Nicolaus monachus, quia liberaliter habiti, omnibus gratias agentes, domum propriam diſcedunt. Sunt qui dicant, ea nocte nativitatis Chriſti Jeſu, qua dæmon in rem ſuam malam conceſſit, varios ſtrepitus clamoreſque horrendos in ſancti Salvii monaſterio auditos, lampades eccleſiæ fractas: nobis tamen hoc parum compertum.

adverſitatique miſ. ſuæ exſultans, gratias egit.

D AUCT. HIER. RAD. EX MSS.

ANNOTATA.

a *Diximus in Commentario prævio, caput S. Joannis in monaſterio Paſſinianensi conſervatum fuiſſe, hodieque conſervari. An autem per aliquod tempus in S. Salvii monaſterio exſtiterit, vel an auctor per caput quamdam capitis partem intelligat, docere nos poterunt Vallumbroſani.*

PARS III.

E *Quidam ex amore factus infanus,*

EX oppido, quæ Plebs S. Stephani dicitur, duos ſemifatuos, qui dæmoni crebro aperte ſe dederant, ad hoc S. Mariæ monaſterium, non parva hominum comitante turba, contendere vidimus; qui ut veram mentem, ſanoſque ſenſus recuperaverint, enarrare ſtudębo, ſi prius, quomodo in illam devenerint inſaniam, liquido patefecerim. De primo igitur a ſociis ſic accepimus. Cum enim amore miro quamdam virginem deperiret, eamque ſibi nuptui dari, inſtanter peteret, alteri tandem, non parum ſibi infenſo, in matrimonium juncta eſt: quo ſupra bonum honeſtumque percuſſus longe, inſanire, debacchari, exclamare, per vicos & compita miſerum ſeſe dicere, dæmoni vitam, ſuumque animum committere; puellæ, adoleſcentulique viri [domum] explorans; ut interficeret eos, [occaſionem] quærere, & alia multa, quæ inſanus amor fieri amat, tum dicere, tum agere.

F *poſt varia media adhibita,*

379 At illi, ubi intelligunt, eo proceſſum, ut aut diſcedendum [foret,] aut furioſus ille in vincula conjiciendus eſſet (nam neque caveri anceps periculum, neque cum inſanis rem agere niſi cum dedecore poſſe, cognoſcebant) affines ſuoſque omnes, malum vitent, orabant. Eo parentes vinctum domi clauſum multis diebus prope regalibus dapibus, ſi forte his in viam rediret, educatum habuere. Quibus nec ille curari, nec furor leniri, verum indies magis ac magis inſania malove ſpiritu agitari; dæmonem in ſui auxilium, proh nefas! appellare; [&] mihi mortem conſciſcam, exclamare, ni hinc extraxeritis! demum nil niſi inſani capitis prorſus dicere, aut facere. His aliiſque rebus affines nimium perculſi, cum nec quid agere, quo ſe vertere, ad plenum intelligerent, inſanuſne eſſet, an a dæmone captus, omnia dubitationem afferre. Cunctantibus his, multaque ſecum agitantibus, utile viſum eſt, ſuper hoc Jeſu, Virginis Mariæ, & S. Joannis gratiam experiri.

ad Vallem Umbroſam ducitur ab affinibus,

380 Ipſum itaque vinctum in lucem prodire, anteque ora hominum ſpiritus plenum, torvis terribilibuſque oculis ſpectantem trahi jubent.

Digitized by Google

AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

A jubent. Quid? quod ferociam animi, quam habebat in vultu, numquam, nisi recuperata sanitate, deposuit. Igitur postridie, compositis ex voto rebus, proficiscentibus ex urbe, illo furente procaciterque exclamante, turba hominum, hinc inde dextra lævaque circumdantium eum, admirari, &, qua iter erat, ex agris, villis cujuscumque sexus ad eum concurrere mortales. Ægre denique, asperis itineribus, difficultateque rerum fessi, hoc S. Mariæ monasterium secunda vigesima fere hora *a*, tertia die, qua domo abierant, tenuere. Liberaliter itaque a monachis habiti, conjurationibus & orationibus persenserunt, eum non morbo dæmoniaco, verum insania quadam laborare. Quod equidem cum non satis constanter affines ceterique socii perferrent, ut immodesti, verba indecora edere, se Deo Sanctisque rite fidere haud ulterius posse, asserebant.

a

qui ab abbate in spem erecti,

381 Quæ cum abbati nuntiarentur, eorum ignorantia & immoderatione linguæ permotus, hospitium, monacho altero comitante, adire curavit quamprimum. Ibi imprimis eos B castigare, quod tam imbecilles, tamque leves essent, [ut] neque id perpeti possent, unde magna spes, major etiam merces [proveniret.] Nonne, si constantes esse voluerimus, omnia bona a Jesu nobis abunde erunt, divitiæ sempiternæ, decus, gloria? Ad hæc benigne eos hortari, admonere, constanti animo perferrent egestatem, ærumnas, calamitates omnes, quæ multa & varia in hominum vita fortunasque versantur; inde ad S. Mariam Servorum Florentiæ consulit, suppliciter devoteque proficiscantur; nihil esse tam arduum, tamque incurabile, dicere, quod Virginis Mariæ precibus a Jesu non impetrent mortales, modo recto corde id inquirant; præterea ea mansuetudine, & misericordia Virginem Mariam semper fuisse affirmabat, ut nemo umquam ab ea frustra auxilium petiverit. Quod etiamsi aliud mentibus vestris agitaretis, [inquit,] esset tamen quandoque redeundum in viam, & corda vestra ad Jesum intendere Matremque ejus toto corde, [ut] vobis miseroque huic opem ferat, ut dixi, invocare C [oporteret.] Pia est, misericors est, desolatorum refugium, miserorum spes, portus tutus per hoc procellosum mare navigantium; &, ne multis vos detineam, ipsa est, quæ non solum in terris, sed quæ in cælis sunt, pacata tranquillaque fecit; spesque nostræ omnes in ea sitæ sunt.

& ad ejusmi-nistrandum excitati, forsi-tan sanum mentem impetrant.

382 Postquam accepere ea, qui aderant, viri, etsi haud secus, ac abbas differuerat, sentirent, tamen postulavere plerique, [ut] proponeret, qua via hoc aggredi deberent. Censeo, inquit abbas, aliorum more fieri votum pro eo: nam spolia opima regum, ducumque, aliorumque hominum, cereæ imagines, quæ oculis ingredientium ædem illam sacratam se offerunt occurruntque, quid aliud, quam in variis calamitatibus vota Virgini Mariæ obligata, ostentant, vehementissimeque ad id peragendum, si quis daretur casus, intuentium accendant animos? Hoc idem vos, si sapitis, si vere viri estis, aggredi longe fore utile dico. Postquam autem animos eorum ad aliquod votum emittendum alacres vider, valedicens, eos dimisit. Illi igitur postero die summo mane festinantes, has spes & cogitationes secum portantes, urbem Florentinam ingressi sunt. Inde Virginis Mariæ templum adeuntes, eum Florentinis occurrentibus conspicuum, insania, novitasque vocum & ineptiæ, nusquam visæ, faciebant. D

Alteri ab ejusdem hæreditatem ad insaniam redeli.

383 Mira res! ea die, qua Florentiam isti contenderant, ecce alter repente, nostris, qui tunc foris essent, apparuit, qui ex eodem oppido Castellano, eodem etiam insanæ mentis morbo affectus, hoc S. Mariæ monasterium spe bonæ mentis recuperandæ peteret. Hic non parvum sibi occurrentibus, quia absque exemplo insaniret, dolorem & admirationem incutere. Scisciranti itaque abbati, unde sibi hæc insania [esset,] sic comites dedere responsum. In paternæ hereditatis divisione a germanis fraude deceptum, suisque bonis, commentis quibusdam ab his spoliatum, nullo jure, pecunia amicitiaque prohibentibus, recuperare valuisse; unde prius dolorem ingentem, hanc deinde insaniam concepisse sibi ait: interdum enim ita vehementissime mens ejus insania occupatur, ut nudato gladio quosdam graviter atrociterque vulnerasset, ni cauti quamprimum petiissent fugam. Nobis igitur his difficultatibus anxiis, rebusque humanis diffidentibus, fuere, qui ita consulerent, priusquam aliud novum oriretur malum, huc contenderemus. Ea spe igitur & fiducia carpsimus iter hoc arduum; S. Joannem, ut miseris ceteris, ita nobis his in ærumnis opem laturum, censemus. E

affines ab abbate,

384 His P. abbas cum aliis, qui aderant ad pietatem motus, ut alios, liberaliter in hospitio habere curavit, & paulo post eo se conferens, cibo potuque recreatos non parum hac parvula oratione erexit: Jesu Christo, dilectissimi fratres, quiscumque casus acciderit, merito gratias agere obligamur; eapropter revocare animos; forti atque pacato animo sitis, & memineritis, omnes viros, egregios virtute glorioslsque factis, per varios casus per multa discrimina rerum supera petiisse: F nam patienter tolerando non regna inania, non fluxas divitias, non potentiam mox perituram, verum veram patriam, libertatem, vitamque quærimus æternam, quæ omnia a Jesu, si duraverimus, dabuntur.

ad fidem excitati

385 Ceterum, quia eo huc venistis, ut hic sospitatem integrumque recuperet sensum, paucis accipite. Mos nobis est, eos orationibus, Reliquiisque conjurare, qui diabolo capti sui esse desierint, quique etiam devotione, vel dudum beneficiis a S. Joanne habitis, suis in adversitatibus languoribusque aliis quotidie, ita ut fit, devote hoc S. Mariæ monasterium petierint; cum stultis autem nihil agitur: Sanctorum enim reliquias polui putamus, si eas, quamvis, egregias, si sit insanus, tangere oscularique sit ausus *b*; quocirca, ut aliis hesterna die, ita vobis consulo, urbem Florentinam petere, templumque S. Mariæ Servorum suppliciter cum vobis adire: nam neque locus alter sanctior his in regionibus, miraculisque clarior; neque quisquam Sanctorum auxiliaretur, cui Virgo Maria non ferret opem.

386 Id

A *Sanum mentem obtinent.*

386 Id omnes uno ore salubre utileque fore, asseverantes, nostrisque orationibus supplices commendantes, postera die pariter cum ortu solis discedentes, Florentiam concessere. Eis vix civitatem ingressis alii, qui ab æde Virginis Mariæ sacrata, domum redibant, fiunt obviam ante portam, quærentesque: Res satin salvæ? Minime inquiunt; quid enim salvi est homini, vero sensu amisso? Quibus illi: In Deo spem ponere, & fideliter Virginem Mariam exorare, vestrum est. Et ut iste paulo ante insanus, jam nunc bona mente suum peragit officium, nec secus huic alteri Virginis Mariæ precibus censemus eventurum. Cum ita utrimque res verbis solatiis ageretur, conveniunt miraculo, ut fit, rei novæ, qui juxta portam intus foris que aderant, homines. Re itaque cognita, quisque Virginis Mariæ, sanctique Joannis præclarissima facta verbis ad cælum ferunt, qui tot celeberrima & egregia prodigia & operati essent, & operarentur quotidie; inde
B illi de Plebe S. Stephani, alii ad Virginis Mariæ templum, alii domum contendunt.

Gratias agentes pariter vota persolvunt.

387 Hi itaque, ut illi superiores, a Virgine Maria impetravere facile, quæ petebant. Mox læti, donis templo additis, ut sociis se jungerent, maturavere iter. Primi de industria eos morantes tardius ire: eo facilius una pontem Sarum juxta convenere. Illic repente utrimque denuo gaudium exortum est; Virginem Mariam, sanctumque Joannem pro se quisque laudare, extollere, magnificare. Quippe res mortalium ita se habent; in prosperis vel malus lætatus Deo gratias agit, Sanctosque ejus laudit. Isti igitur cum alio itinere, [quam] advenerant, domum redire, [&] vota etiam, quæ sancto Joanni emiserant, persolvere vellent, ne sibi ceterisque oneri essent, inito inter se consilio, ex omni numero quatuor maxime impigros eligunt, & eos ad nos cum mandatis & donis mittunt. Illi itaque, ubi ad istud S. Mariæ monasterium venere, nos cupidos, reique exitum exspectantes, acta edocent, ut statim precibus Virginis Mariæ & S. Joannis in sensum bonum redierit ille; ut redeuntes suis occurrerint; ut incolumis ille alter; ut sua venit vota persolvere. His audicis Jesu & Virgini Mariæ matri ejus, quæ sua solita pietate deserit neminem, gratias egimus. Postera die,
C Missis ex voto eorum celebratis, in patriam contendunt suam.

Epilogus auditorii ad Laurentium Mediceum.

388 Sed mihi, Laurenti magnifice, multa legenti, multaque audienti, videnti etiam quamplura, quæ Jesus per Virginem Mariam & Sanctos suos mari terraque præclara facinora ac prodigia fecit, constat, non tantum Sanctorum meritis, quam mortalium fide hæc patrata esse: nam, ut sacra nos carmina edocent, credenti bonoque corde exigenti impossibile nihil; imo facile omnia impetrare quivis fidelis posset. Hæc a me in calce horum miraculorum breviter perstricta sunt, ut eorum infidelitatem, seu, rectius dicam, insolentiam perfringam, qui, ut Crispus *c* ait, quæ sibi facilia factu putant, æquo animo accipiunt; super ea, veluti ficta pro falsis ducunt. Vale vir magnanimis diu felix, nosque in tuis secundis rebus respice *d*.

ANNOTATA.

D AUCT. HIER. RADIOL EX MSS.

a *Id est ferme circa vesperam.*

b *Certe erronea fuit illa persuasio, qua bi monachi putabant, Sanctorum Reliquias contaminari fluxorum attactu: nam in variis mundi partibus Sanctorum Reliquiæ insanis applicantur, ut sanam mentem recuperent.*

c *Quem putemus hunc Crispum, antea indicavimus.*

d *Nota universim in hoc Auctore plurimos esse sensus mutilos, oblongos, vitiosos, & obscuros, quos semper corrigere nec lubuit nec licuit. Inter alia obscuritatem pariunt quædam particulæ, quas aut crebro omittit, aut in sensu vix ullato adhibet. Sic sæpe omittit conjunctionem ut, ubi plane est necessaria; quam tamen majoris claritatis causa plerumque supplevi. Etiam sæpissime utitur eo pro ideo, & ac pro quam. Præterea crebrissime habet Infinitivi præsens, pro imperfecto Indicativi, aliaque multa in aliis scriptoribus rara occurrentia.*

E

APPENDIX

De translatione Crucifixi, qui S. Joanni Gualberto caput inclinavit.

Ex libro Ms. Actorum Congregationis Vallis Umbrosæ signato ad extra littera N, a pag. 137 usque ad 145.

Crucifixi translatio

IN *Commentario prævio num. 19 promisi, me hic daturum solennem miraculosi Crucifixi translationem, a D. Angelo Maria Rivola nobis submissam, qui ante eandem ita præfatur*: Hisce præmissis (*egerat antea de materia & forma crucifixæ imaginis, de qua ego § 2, Commentarii prævii*) veniamus ad relationem translationis, quæ ex eodem libro (*nempe qui in titulo hic citatur*) facta est die XXV Novembris MDCLXXI, auctore, sicut concessionis, ita pariter hujus translationis, Reverendissimo Patre D. Theodoro Baldini a Castilione Florentino, qui
F tunc temporis erat Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ. Verba autem, quibus in eodem libro a pag. 137, usque ad 145 refertur hujusmodi translatio, sunt sequentia. *Hactenus sunt verba laudati D. Angeli, post quæ addit ea, quæ sequuntur, ex Actis Vallumbrosanis desumpta.*

præparatur,

a Rebus hisce completis, plenaque partium satisfactione peractis, Serenissimus ac Reverendissimus princeps Cardinalis, protector noster, non contentus magnam pecuniarum vim pro solennitate peragenda erogasse, jussit insuper, ut suis sumptibus tota crux argentea tela, quam lamam vulgo appellant, convestiretur; vestem autem ad morem Græcorum, instar scilicet dalmaticæ diaconalis aptavit D. Ferdinandus Tacca præfatus. Mane diei XXIV Novembris, pridie quam solennis translatio fieret, Pater Generalis una cum dicto architecto Tacca, & aliquot ex nostris [illegible]

tribus ad ecclesiam S. Miniatis se contulit, ex mss. ibique crucem, ad terram prostratam, & alteri tabulæ superpositam, veste illa vestivit, ibique eo modo aptatam reliquit, commodiori tempore asportandam ad ecclesiam S. Nicolai ultra Arnum intra Florentiam, cujus ecclesiæ rector jam a Serenissimo & Reverendissimo principe Cardinali protectore jussus fuerat, ut ad nostri Patris Generalis nutum imaginem dictam reciperet, nobisque, ubi necessitas postularet, manum præberet. Interea de mandato Serenissimi magni Ducis, & ex permissione supremi consiliariorum senatus, per publicos civitatis præcones pompa solennissima edictum est hujusce solennis translationis festum in sequentem diem XXV, datis etiam pro eadem die induciis etiam debitoribus cameræ ducali. Pridem etiam schedulis ad ecclesiarum valvas & reliqua publica urbis loca affixis populus invitatus erat, & omnes viri nobiles, datis ad eos litteris, ut ad translationis processionem dignarentur intervenire, etiam fuerant invitati.

3 Vespere itaque ejusdem diei Martis XXIV, *quę primo fuit privata,* sub primam noctis horam, aperta de mandato Serenissimi porta ad S. Miniatem, præfatus Reverendissimus Pater, assumptis secum aliquot ex sacerdotibus nostris, ad ecclesiam S. Miniatis perrexit, atque inde, ad præsentiam Illustrissimi Domini Ugoccionis prædicti, abstulit sacrosanctam imaginem sic vestitam, eamque omni majori veneratione, præcedentibus aliquot confratribus societatis S. Isidori de Planitie Ripulensi cum cereis facibus accensis & aliquot balliſtariis, quos vulgo bombarderios vocant, patres prædicti, manum admovente eodem Reverendissimo, ad ecclesiam S. Nicolai prædictam asportarunt, unde mane diei sequentis facienda erat solennis translatio ejusdem imaginis ad nostram sanctæ Trinitatis ecclesiam.

4 Dum hujusmodi privata translatio no- *& nocturna.* cturno tempore fieret, Patres Minores S. Francisci de observantia, conventus S. Francisci ad montem, solenni campanarum pulsatione, C & genuflexionibus extra conventum egressi, sacram imaginem sunt venerati. Sed id etiam silentio præterеundum non est, quod tamersi, concursus vicandi studio, tempus nocturnum pro hujusmodi translatione privata electum consultissime fuerit, fieri nihilominus non potuit, quo minus devotissimus populus ad Christum præteruntem turmatim accurreret e vicinioribus vicis, & e fenestris etiam, quas lampadibus & lucernis illuminaverant, copiosissima tum virorum tum mulierum multitudo sacram imaginem veneraretur. Sed heu quot lacrymæ, quot suspiria e devoti populi cordibus erumpebant! Quodvis vel durum dirumque cor ejusmodi cordis contriti certissima testimonia in ferventissimas lacrymas resolvere valuissent. Imo etiam subauditum est, quamplurima monialium monasteria, apud quas hujusmodi translationis fama pervenerat, summa domus fastigia conscendisse, ut sic vel a longinquo ex intimis præcordiis sponso cælesti devotionis obsequia exhiberent.

5 Placet etiam hic litteris consignare spe- *Deinde omnis dispo-nuntur,* cialissimum favorem, quem Illustrissimus & Rev. Dominus D. Franciscus Nerlius, archiepiscopus Florentinus, ad instantiam Illustrissimi & Rev. Domini D. Philippi Soldanii, Fesularum episcopi, & Serenissimi ac Reverendissimi Principis Cardinalis protectoris nostri, auditoris, ac de Congregatione nostra optime meriti, nobis impertitus est. Nam cum consideratum fuerit, in insignem solennitatis decorem cessurum, si abbates, qui processioni interessent, mitra uterentur, placueritque hujusmodi consideratio D. Cardinali protectori, & prædicto episcopo, Celsitudinis suæ Reverendissimæ auditori, scripsit hic ea de re Romam ad præfatum Illustrissimum archiepiscopum, qui ad ejus efficacissimas instantias inclinatus, permisit abbatibus, processioni prædictæ interfuturis, mitræ usum; atque hujusmodi permissionis litteræ, ab archiepiscopo ad episcopum datæ, Florentiam eadem die XXIV a tabellario Januensi delatæ sunt, & ab Illustrissimo episcopo statim Generali nostro participatæ, qui summa animi exultatione ejusmodi nuntium excepit, atque Patribus omnibus publicavit. E

6 Ubi sacrosancta imago in prædictam S. *ad pali-um* Nicolai ecclesiam delata fuit, est collocata super thensa ibidem parata, atque aptata in modum lecti portatilis, appositо desuper conopeo pretiosissimo circa latera, & in anteriori parte aperto, ut sacra crux, intus erecta, posset a populo conspici, dum sequenti mane solenniter deferretur. Totam autem noctem illam arserunt cerei circa imaginem, ad cujus item custodiam quatuor ibi selecti fuerant sacerdotes ex nostris, cum totidem balliſtariis. Jam autem ad solennem processionem devenimus.

7 Mane itaque diei XXV, hora XV, in *translatio itur.* quam statuta erat processio, serenissimo quidem præter spem cælo, sed gelidissimo, Reverendissimus Pater Generalis cum aliquot senioribus Patribus ingressus est ecclesiam S. Nicolai prędictam, in qua erat sacrum depositum, eoque delata paramenta sacra pro abbatibus & ministris jubebat excipi, & in ecclesiam introduci a balliſtariis, qui tunc temporis una cum multis Helvetiis militibus ecclesię portas custodiebant, ne frequentissimus populus, eo accurrens, irrueret. Placuit etiam F Serenissimo D. Cardinali protectori, ut huic ecclesię, tum ecclesię S. Trinitatis (in quam nulli ante processionem patuit ingressus) assisterent Illustrissimi Domini Franciscus Maria & Carolus Ventura Del Nero, fratres germani ex baronibus Porciliani, & Celsitudinis suę Reverendissimę familiares, viri nobilissimi sane, & perquam humanissimi, Illustrissimus quidem D. Franciscus Maria adstitit ecclesiæ S. Nicolai; Illustrissimus vero D. Carolus Ventura ecclesię S. Trinitatis, cui etiam in subsidium fuerant assignati plures Helvetii milites, ut de ecclesia S. Nicolai superius est dictum.

8 Eadem hora XV S. Miniatis arx quam- *quæ magno Religiosorum comitatu* plurimis bombardarum ictibus novo Christi Redemptoris triumpho plausum fecit; ad quod signum tota civitas ad ecclesiam S. Nicolai, unde inchoanda erat processio, convenit. Nos autem cum PP. Cassinensibus, PP. Cistercіensibus, & PP. Cęlestinis congregati sumus in ecclesia S. Gregorii ad plateam Mozziorum. Ex nostris autem, tum abbatibus, tum monachis & conversis, quamplurimi ex vicinis monasteriis convenerunt, ut

in

A in longius quam fieri posset, extenderetur processio. Invitavimus vero prædictos monachos Cassinenses & alios, quia similem gestant nostræ cucullam: nec enim livreo varioque amictu faciendam duximus processionem; fore ut magis placeret & magis congrueret uniformitas, arbitrati.

& multo lumine illustrata

9 Dato itaque processionis signo ad XVI horam, hoc ordine cœptum est. Primo ex ecclesia prædicta S. Gregorii, ubi adunatio facta fuerat, discessit vexillum S. Trinitatis, post quod incedebant omnes prædicti monachi cum face cerea Veneta accensa: media quidem via incedebant bini; eos autem a dextris & a sinistris comitabantur famuli virorum nobilium item cum cerea face accensa. Faces autem accensæ tum monachorum tum dictorum famulorum & aliorum secularium erant numero circiter bis mille.

instituit.

10 Processio autem sic ordinata ex dicta ecclesia S. Gregorii transibat ante ecclesiam S. Nicolai; procedebat vero per viam, quam dicunt Fundacium S. Nicolai; inde autem per

B viam Bardorum pervenit ad Pontem veterem & ad columnam & plateam S. Felicitatis, ubi erant duodecim clerici dictæ ecclesiæ cum cereis facibus accensis, qui jussu dominæ abbatissæ ejusdem monasterii & ecclesiæ S. Felicitatis, exspectata imagine sacra, eam sunt comitati usque intra ecclesiam nostram. A dicto loco S. Felicitatis per viam Guicciardinorum pervenit processio ad plateam & palatium Pittorum, residentiam Serenissimi magni Ducis & reliquorum Serenissimæ Medicææ familiæ principum & inde ad ecclesiam & monasterium monialium S. Petri Martyris, unde tandem per viam Maji pervenit ad pontem & intra ecclesiam S. Trinitatis.

Vexilli monachi,

11 Sed notandum, quod immediate post vexillum & ante monachos incedebat societas S. Isidori, superius nominata, quam componebant ducenti & triginta confratres omnes discalceati (ut mos est eorum processionibus interesse) & singuli cum cerea face accensa; ea vero devotione & modestia incedebant, ut admirationi, ædificationi & exemplo essent universo populo Florentino. Post monachos cucullatos & binos incedentes ordine superius descripto, incedebant turmatim quam-

C plurimi viri nobiles cum facibus cereis accensis. Hos sequebantur bini, numero triginta septem Patres, paramentis albi coloris induti, qui hoc ordine incedebant. Primo octo Patres Vallumbrosani, Camerarii, Lectores, Magistri & Priores cum dalmaticis & facibus cereis accensis; subsequebantur alii octo nostri Patres, Abbates titulares & Priores titulares cum planetis & facibus cereis item accensis, infra quos omnes, & a lateribus eorum incedebant plures viri nobiles cum cereis facibus accensis.

& abbates

12 Succedebant deinde duodecim abbates cum pluviali & mitra, decem quidem Vallumbrosani, id est P. D. Cherubinus Orellius, abbas titularis; P. D. Petrus Melioratus, Abbas titularis, & eremitæ cellarum Vallis Umbrosæ; P. D. Victorius Lapinius, Abbas S. Christinæ, P. D. Theophilus Coppa, Abbas Susinanæ; P. D. Maximus de Castro, abbas S. Reparatæ de Marradio; P. D. Felix Florentes, Abbas abbatiæ Pistorii; P. D. Alamannus Borghius, Abbas S. Pancratii Florentiæ; P. D. Alexius Meliorius, Abbas S. Trinitatis Florentiæ; P. D. Placidus Jorini, Abbas Passinianæ; P. D. Camillus della Torre, Abbas Vallis Umbrosæ: ultimi duo erant P. Abbas Cœlestinorum, & P. D. Anselmus Campionius, Abbas abbatiæ Florentinæ Patrum Cassinensium. Abbas Cistercienssium non intervenit. Ultimo tandem sequebatur Reverendissimus P. D. Theodorus Baldinius noster Abbas Generalis, medius inter duos Patres, cæremoniarum præfectos, superpelliceo supra cucullam indutos, eratque mitra & pluviali argenteo tela confecto vestitus. Abbates autem & Generalis prædicti non deferebant manibus cereas facies, ut reliqui patres, sed eas ferebant DD. ephebi Serenissimi magni Ducis, quos vulgo pegios vocant, qui hinc inde circa Abbates astabant.

D ex int.

præcedunt Crucifixum;

13 Sequebatur deinde thensa seu machina, supra [quam] intra conopeum albi coloris collocabatur sacra imago; portabatur vero ab octo ex nostris sacerdotibus dalmatica albi coloris indutis: quæ cum ex ecclesia S. Nicolai educeretur, salutata fuit quampluribus ictibus ignitorum tormentorum; tunc autem jam pervenerat vexillum ad ecclesiam S. Trinitatis; excepta etiam fuit sub baldachino ecclesiæ Metropolitanæ, cujus hastilia deferebant octo viri nobiles, quibus alternis vicibus per aliquantulum viæ spatium alii octo viri nobiles succedebant usque ad clivum pontis S. Trinitatis prope ecclesiam, unde usque intra ecclesiam deportarunt baldachinum octo senatores; omnes autem viri nobiles, qui hujusmodi pietatis obsequium exhibuerunt, fuerunt numero centum & sexaginta, senatoribus prædictis non computatis.

E

qui a musicis circumdatus

14 Sacram imaginem circumdabant septuaginta musici de capella ejusdem ecclesiæ Metropolitanæ, & tibicines, qui vicissim cum musicis ad egressum ecclesiæ S. Nicolai & per viam Christo Jesu triumphanti canebant. Octo item alii tibicines, equo insidentes, præcesserunt universam processionem tubis alternatim per totam viam canentes, & dulcisonis modulis populum ad lætitiam & devotionem excitantes. Sacram imaginem hoc modo portatam sequebatur Illustrissimus D. eques De Ucoccionibus provisor, & magistratus artis mercatorum. Deinde vero sequebatur innumera populi & nobilium multitudo, quæ populabat omnes processionis vias, quæ etiam eo venustiores erant pro aulæorum ingentis pretii va-

F

rietate, quibus tum fenestræ, tum exteriora domorum parietes ornabantur.

magna populi devotione

15 Passu lentissimo incedebat, tum quia rei majestas sic exigebat, tum quia grave machinæ pondus, ut sæpe sæpius consisteret Patres portitores, efficiebat; qua etiam de causa populorum desiderio est satisfactum, cum hoc modo sacram imaginem pro libito inspicere potuerint & venerari. Ubi vero ante palatium Serenissimi magni Ducis perventum est, aliquanto amplius est pausatum, ut Serenissimis principum nostrorum Celsitudinibus ad palatii mœnia, pretiosissimis holosericis rubeis apparata, genuflexis locus daretur sanctissimum Crucifixum venerandi, inspiciendique, tibicinibus interim & cantoribus sacras & dulcisonas melodias concinentibus. Cum autem perveni-

mus

A mus ad columnam S. Felicis, in platea pau-
ex mss. fatum itidem eſt aliquanto, ut ſacræ illæ
virgines monaſterii S. Petri Martyris genu-
flexæ intra monaſterii portam commode poſ-
ſint cæleſtem Sponſum triumphantem con-
ſpicere & adorare.

16 Tandem per viam Maji perventum eſt ad
& ſalu- eccleſiam noſtram S. Trinitatis, & dum pontis
tare aliquo clivum deſcenderet imago, ſalutata eſt innu-
excipitur. meris pene ignitorum tormentorum ictibus,
& ante eccleſiam dulciſſimis tibicinum & muſi-
corum cantionibus. Campanæ autem eccleſiæ
noſtræ ab acceſſu vexilli ſemper pulſatę ſunt,
ſicuti etiam campanæ aliarum eccleſiarum, an-
te quas ſanctiſſimus Crucifixus tranſibat. Cum
vero thenſa in eccleſiæ veſtibulo firmata eſt,
cumque eſt ſub organorum ſonitu in eccleſiam
importata, incredibile eſt, quam frequentia
& quam ferventia fuerint monachorum tum
ceterorum etiam ſuſpiria & lacrymæ & preca-
B toriæ voces, quæ præ immenſo contriti cordis
affectu, & præ ſumma inventi theſauri lætitia
fundebantur.

17 Eccleſiæ frontiſpicium [quamvis], ut D
quod eſt opere Corinthio conſtructum, alio- *frontiſpi-*
quin ſit elegantiſſimum, elegantius & pulcrius *cium ec-*
apparebat præ tribus magnis pictis tabulis, *cleſiæ S.*
claro obſcuro elaboratis, ibidem appenſis, quæ *Trinita-*
repræſentabant tres hiſtoricos caſus ſancti no- *tis,*
ſtri inſtitutoris Joannis Gualberti: nam ſupra
majorem & mediam portam eccleſiæ pendebat
picta tabula, duabus aliis aliquanto major, au-
ctore D. Pallonio, perquam eleganti pictore,
quę exhibebat ſacram crucem, ſe totam & ca-
put inclinantem S. P. N. Joanni Gualberto,
amictu militari induto, ſubtus quam tabulam
in alia quadam pendente ovalis figurę tabula
inſpiciebatur ſequens *inſcriptio*, quam ſimul
cum duabus aliis in animi erga Congregatio-
nem noſtram propenſi teſſeram compoſuerat
Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus D.
Opicius Pallavicinus, Genuenſis patricius &
Archiepiſcopus Epheſinus, atque apud Sereniſ-
ſimum magnum Ducem Nuntius Apoſtolicus,
& vir in omni ſcientia & varia eruditione ſa- E
ne clariſſimus & exercitatiſſimus.

CRUCEM, CÆLESTIS MAGISTRI CATHEDRAM,
EX QUA ITERUM DOCUIT INIMICOS DILIGERE,
QUOD NASCENS, VIVENS, MORIENS, PATRAVERAT,
CONGREGATIO VALLIS UMBROSÆ,
SUPER HUNC ANGULAREM LAPIDEM ÆDIFICATA,
COSMO III PRINCIPE OPTIMO FAVENTE,
FESTIVA POMPA FAUSTOQUE OMINE EXCIPIT,
PERPETUAM AUSPICATA FIRMITATEM
SUO JUNCTA FUNDAMENTO.

18 Aliæ duæ pictæ tabulæ, quæ erant ex
Inſcri- manu D. Cęſaris Dandini, ęqua proportione
ptionibus ſupra dexteram & ſiniſtram portas eccleſię
Epiſcoris pendebant, quarum illa, quę pendebat ſupra
dextram portam ad ſiniſtram intrantibus, ex- *in quibus aliquæ S.*
hibebat S. Joannem inimico veniam dantem, *Joannis*
appoſita in ſimili ovali figura inſcriptione ſe- *Gualberti*
quenti ejuſdem auctoris. *geſta*

NOVUM FORTITUDINIS EXEMPLAR
JOANNES GUALBERTUS
VICTORIAM RENUENS, QUA VINCAT INERMEM,
C HOSTEM SIBI PAREM AGGREDITUR, F
SCILICET SEIPSUM:
CONSTANTER VINCIT PARCENDO SUPPLICI,
GEMINOS SIBI PARANS TRIUMPHOS,
IN VENIA HOSTI DATA,
IN SUI VICTORIA.

17 Siniſtram eccleſiæ portam, quę eſt ad
exornata dextram intrantibus, ſimilis picta tabula ex-
erat ornabat, quę exhibebat S. Joannem, pro-
priis ſibi manibus ante altare comas tonden-
rem, aſſumentemque monachalem amictum,
quem patris metu monaſterii Abbas illi ne- *elegantes*
gaverat. Ad calcem autem ejuſmodi pictę *explica-*
tabulę in alia figura ovali pendebat inſcriptio *tiones.*
ſequens ejuſdem Illuſtriſſimi & eruditiſſimi,
& numquam ſatis laudati auctoris.

QUEM SE MAJOREM SUI VICTORIA FECERAT,
UT VERE REDDERETUR MAGNUS,
HUMILIS AMICTUS TEGIT,
CUJUS SUB UMBRA LATENS
VICTOR SUI, HUMILITATE VINCITUR.
GUALBERTUM IGITUR ADMIRARE,
DUM PARCIT, VINCIT, VINCITUR,
EX ÆQUO MAXIMUM.

20 In intercapedinibus harum pictarum
tabularum, atque reliquo, tota variis & pul-
cherrimis paramentis cooperta erat facies tem-
pli: in quod importata thenſa atque ad ſca- *Imaginis in templo celebratio.*
las presbyterii deducta, inde per plures no-
ſtros prælatos ſublata ſanctiſſima crux, quę
tandem

Digitized by Google

A tandem opere D. Ferdinandi Tacca, excellentis architecti prænominati, elevata est ex parte interiori chori, & collocata intra tabernaculum inauratum & elegantissime elaboratum a D. Carolo Poccetto cælatore, & aptatum & immobiliter firmatum supra aræ maximæ epistyliä; quod quidem dicto altari, tum toti ecclesiæ non modicam pulcritudinem affert.

21 Stabilita itaque cruce atque in eum modum aptata, ut bene posset ejus veneranda facies sola discooperta, & lucidissima crystallo obtecta, inspici a populo, qui nihil adeo anxie cupiebat, incepta sunt duobus exquisitissimorum musicorum choris Missarum solennia, quæ, diacono & subdiacono & ministro & clericis inservientibus, celebravit P. Abbas D. Petrus Melioroctus, eremita Cellarum Vallis Umbrosæ, in quem, ut eximiæ bonitatis virum, simul atque in crucem sanctissimam collineabant populi devotissimi obtutus. Missa autem fuit de Passione Domini, & cum usu mitræ. Terminavit autem in horam diei xx semper cum elegantissima musica, quæ item eodem modo fuit eadem die ad Vesperas, & ad Missam, & Vesperas duorum sequentium dierum, xxvi videlicet & xxvii; quibus item eadem Missa ab eodem Abbate eremita & eodem modo cantata est; sed hora magis competenti, quam die illa prima, in qua non ante potuit Missarum solennium functio terminari, quia in solennissima illa processione multum temporis insumptum est.

Et solenne Sacrum,

22 Tota ecclesia paramentis nigris & albis obtegebatur, qui elegantissimus, & rei, quæ agebatur, maxime condecens apparatus pulcherrimo evasit aspectu. Ara maxima, super quam collocatus erat sanctissimus Crucifixus, ornamento sumptuosissimo aptata erat, atque argenteorum candelabrorum numerosissima supellectile dicata; super qua etiam, ut item circa ecclesiam candelæ numero trecentæ triginta ingentis ponderis tres dictos dies continuos a summo mane ad usque mediam noctis horam absque intermissione arserunt.

& in templ's pulcre ornato

23 Statutum fuerat, ut omnibus hisce tribus diebus a viris doctissimis de S. P. N. Joanne Gualberto ad populum concio haberetur; sed cum consultissime fuerit animadversum, primam solennitatis diem fore impediendam præ longiore processionis mora, ut rei probavit eventus, in reliquos duos dies dumtaxat concio decreta est; quarum quidem primam, die videlicet xxvi, mane ante Missam solennem eruditum tersique styli panegyricum [habuit] Pater de Paulicellis, clericus regularis Theatinus; qui etiam inter concionandum publicavit indulgentias, a summo Pontifice Clemente X concessas nostræ ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis per tres dies a die xxvii, in quam prima vice statuta erat sacræ imaginis Crucifixi translatio; neque, facta nova ejusmodi translationis determinatione in diem xxv, rescribendi Romam sese obtulit occasio. Unde indulgentiæ prædictæ pro diebus xxvii, xxviii & xxix, quarum duabus ultimis fuere quidem indulgentiæ, non tamen publicæ adorationi exposita erat & discooperta sacra imago, quæ, cum tribus tantum diebus aperta & exposita fuerit, ad vesperam diei xxvii cooperta & clausa est: quæ diesa die xxv prædicta, erat tertia & peremptorii. *concionet* C

ex mss. habentur.

24 Die xxvii eruditissimum ac devotissimum panegyricum ad populum habuit P. Lector Cherubinus de Bibena, Ordinis Minorum S. Francisci de observantia; qui quidem panegyricus, licet stylo planiore compositus fuerit: quia tamen rei erat magis aptatus; majoremque habuit in sacro oratore, alioqui celeberrimo, energiam, auditoribus magis placuit, dignusque est judicatus, qui paucis interjectis diebus in lucem publicam ederetur, insignitus nomine Reverendissimi P. D. Theodori Baldinii, Congregationis nostræ Abbatis Generalis dignissimi, cujus tandem studio & operæ referre debemus acceptum tam insigne beneficium concessionis nobis universæque nostræ Congregationi a Serenissimo magno Duce factæ de sacrosancto illo sanctissimi Crucifixi pignore. D

Tandem magno populi concursu, E

25 Tribus prædictis diebus innumera populi, nedum Florentini, sed e pagis etiam & locis vicinis ad ecclesiam nostram sanctæ Trinitatis convenit Christum Dominum crucifixum adoratura multitudo. Solenniatem etiam honoraverunt Illustrissimi DD. Nuntius, & Episcopus Fesulanus prænominati, qui Missam in ara maxima ad sanctissimum Crucifixum celebraverunt; ac tandem nostrorum principum & principissarum Serenissimæ Celsitudines, quibus ob insignes favores, Congregationi nostræ collatos, plurimum debemus; fusuri semper ad omnipotentem Deum pro ipsarum conservatione & prosperitate ferventissimas preces.

solennitas finitur.

26 Clausum tandem est in tabernaculo, super aram maximam collocato, sacrum pignus, & ex duabus diversis clavibus una penes magistratum artis mercatorum residet, alteram retinente Abbate sanctissimæ Trinitatis. Verum cum ara maxima dicta sit familiæ nobilissimæ de Gianfigliazzis, hæc instituit, ut aliqua fieret publica & authentica cautela, qua declararetur, monachos vel monasterium S. Trinitatis, aut alium quempiam, nullum omnino jus aut dominium acquirere in aram prædictam, & nullum præjudicium inferri dictæ illustrissimæ familiæ; quod quidem quia certe justissimum & congruentissimum, ita peractum est publico instrumento, ut exponebatur & petebatur a dictis Illustrissimis Dominis Gianfigliazzis. Quod instrumentum, sicuti & aliud celebratum cum Magistratu artis mercatorum, huic narrationi annexuissem, si post mille instantissimas supplicationes tandem obtinuissem. Videantur itaque in protocollis D. Caroli Novellii, notarii, vel in libris monasterii sanctissimæ Trinitatis, ad quos lectorem remitto. Hæc sunt, quæ ad futuram rei memoriam potui litteris conferare de tota serie concessionis, & etiam solennissimæ translationis sanctissimi Crucifixi, cui laus & honor & gloria & potestas & imperium in sempiterna seculorum secula. F

Translationis hujus authentica fides.

27 *Ut autem constet, hanc translationis narrationem ex citatis sæpe Actis Vallumbrosanis fideliter & authentice excerptam esse, testimonium D. Angeli Mariæ Rivola, qui post Crucifixi translationem, jam a nobis exhibitam, ita scribit:* Suprascripta omnia, quæ in libro manuscripto Actorum Congregationis Vallis Umbrosæ

Abrosæ signato ad extra littera N, a pag. EX MSS. 137, usque ad 145 expressa asseruntur, ego infrascriptus, pro Actis intra eamdem Congregationem vigore Apostolicorum privilegiorum Cancellarius & Notarius publicus, ex eodem libro descripto per Patrem S. T. M. D. Valentinum Calzolavi, ejusdem Congregationis hieromonachum, & pro Actis intra eamdem Congregationem pariter Cancellarium & Notarium publicum, de verbo ad D verbum hic fideliter transcripsi ..... & in fidem propria manu scripsi & subscripsi ad laudem Dei. Ex Abbatia S. Bartholomæi de Ripulis prope Florentiam hac die XVI Augusti MDCCXXI.

D. Angelus Maria Rivola monachus sacerdos Congregationis Vallis Umbrosæ.

DE S. LEONE CONFESSORE

ABBATE MONASTERII CAVENSIS IN ITALIA.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti cultus, elogia; tempus regiminis; Vita, ejusque Auctor; monasterium Cavense.

B

ANNO MLXXIX.

Monasterium Cavense agi Salernitani S. Leonem habuit abbatem;

Cava, insignis est civitas ac monasterium in agro Salernitano apud Picentinos in Principatu citeriore regni Neapolitani, ut jam pridem dictum ad diem XII Aprilis occasione S. Alferii, ejusdem monasterii fundatoris & primi abbatis, nec non S. Leonis, *de quo hic agimus, in dignitate abbatiali antecessoris ac magistri. De quo loco consule etiam Ughellum tomo I Italiæ sacræ, col. 645, & col. 651. Quibus adde ejusdem etymologiam ex Baronio ad an. 1050:* Est autem Cavense monasterium ita dictum a loco; nempe a Cava Metelliana, quæ quinto lapide a Salernitana distat civitate versus Amalphitanos. *Videri etiam potest Mabillonius Act. Bened. sec. VI parte I, pag. 728, ubi agit de S. Alferio.*

2 *Coli autem* S. Leonem *in ecclesia Cavensi ritu Officii duplicis, jam pridem observatum reperies ad dictum diem XII Aprilis, pag. 97, in Annotatis lit. a. Kalendarium, cujus fragmentum profert Mabillonius; quodque in Observationibus Vitæ a se editæ prævias, part. 2, Act. Bened. sec. 6, pag. 366, vocat* pervetustum, *sic* S. Leonis *obitum indicat:* Anno MLXXIX depositio domni Leonis abbatis. *Et in Chronico brevi ad Cyclos paschales ibidem citato dicitur:* Anno MLXXIX Leo abbas sanctæ Trinitatis obiit, & Petrus abbas statuitur; qui matrem habuit neptem domni Adelferii abbatis. *Petro de Sancto hac nostro meminere Dorganius, Menardus, adde Buccelinum, cum insigni elogio ex ejus Actis, & Ferrarium. Ad finem Vitæ, ex Ms. Francisci Mariæ Florentinii a Papebrochio descriptæ, de Sancti cultu ista adjiciuntur:* A quo Pontifice fuerit in Sanctorum albo adscriptus, antiquitas non patitur, ut dignoscamus. Venerabiles tamen ejusdem Congregationis patres continuata serie ultra ter centum annorum spatium, in ejus honore Missarum solennia, & divina Officia cum propriis lectionibus celebrarunt: a quibus nostra hac tempestate non desistunt: qui ad Sixtum V Pontificem Maximum pro prædictæ celebrationis confirmatione referentes, librumque, in quo sanctorum suorum Abbatum in pergameno litteris Longobardis Vitæ sunt descriptæ, & in lectiones distinctæ; illam hujus venerabilis abbatis demonstravere alia approbatione non indigere, & a Pontificio oraculo responsum habuere, ut constat ex decretis Capituli generalis, celebrati Mantuæ in monasterio S. Benedicti Congregationis Casinensis die IX Maji MDLXXXVIII.

E

Indulgentia a Clemente concessa visitantibus ecclesiam Cavensem.

3 Et Clemens VIII omnibus Christi fidelibus concessit plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem omnibus visitantibus utriusque sexus prædictam venerabilem Cavensem ecclesiam sanctissimæ Trinitatis ejusdem Congregationis in festivitatibus S. Felicit.... & S. Leonis abbatis, ut patet per Breve datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris anno salutis MDXCVII, pontificatus prædicti summi Pontificis anno sexto; quod servatur in archivio prædicti monasterii. Ejus venerabile corpus servatur maximo cum honore in capella seu potius sacrario patrum, sita in dicta ecclesia Cavensi.

quem colit ecclesia Cavensis ritu duplici: collato ei cultu ab immemorabili tempore.

C

4 *Baronius ad prædictum annum* 1050, *dicit ipsum* successisse in locum (*S. Alferii:*) ejus discipulum & sanctitate proximum; post quem ad multos annos non defecit propago Sanctorum eidem monasterio præfectorum. *In Catalogo Abbatum Cavensium apud Ughellium tomo 7, col. 520, brevi quoque elogio condecoratur,* S. Leo Lucensis, S. Alferii discipulus, ac sanctitate & miraculorum gloria socius, secundus Abbas Cavensis, claruit ab anno Domini ML usque ad an. MLXXIX. *Supra dicta de cultu confirmari hinc possunt: nam ibidem dicitur hac die vita duplici in Cavensi ecclesia celebrari: ejusque corpus venerabiliter coli in crypta ecclesiæ. Ad Sancti laudem etiam pertinet, quod annos undetriginta morum probitate ac prudentia subditis suis sancte præluxerit. Quod colligitur e versibus, dicto apographo Vitæ adscriptis:*

Quadam fragmenta pro Sancti elogio.

F

Abbas Alferius divina virtute coruscus
Cavensis domus primus fundator & abbas.
Hunc Leo subsequitur, vir providus atque benignus;
Qui minus uno ter denis præfuit annis.

laudatur etiam a Victore PP. III, libro 3 Dialogorum pag. 157.

Differitur de Vitis Mr.

5 *Vitæ non unicum in promptu est exemplar. Unum habemus inter alia ex Ms. laudato Francisci Mariæ Florentinii cum sequenti testimonio:* Sumpta est præsens Vita S. Leonis, secundi Abbatis sacri monasterii Cavensis, ab originali libro, inscripto de Vitis sanctorum Patrum

A trum, in pergameno characteribus Longobardis exarata; qui ſervatur in archivio ſupradicti ſacri monaſterii, nihil addito vel diminuto. Et in fidem ego Daniel Camillus a Capua, archiviſta & notarius Apoſtolicus, ex privilegio Apoſtolico in dicto archivo me ſubſcripſi, ſignoque ſolito ſignavi requiſitus. Datum ex eodem archivo, die XII Januarii MDCXXVI, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, D. Urbani D. P. Papæ VIII, anno III. *Paulo infra apponitur* ✠ locus ſigilli. *Vita hac brevem præmittit prologum, ab ea, quem edidit Surius, longe diverſum. Ceterum, tametſi Vita quoad ſubſtantiam ſatis conveniat cum illis editis, atque etiam cum vulgatis a Mabillonio, videtur tamen a ſcriptore recentiore, quam ſit primus ac genuinus Auctor, interpolata: idque indicio eſt, quod in fine habeatur ſequens clauſula poſt dictum ſancti Abbatis obitualem.*

6 Obiit anno ſalutis MLXXXIX, VI Idus Junii *, qui dies memorabilis eſt morte D. Paulini; qui fuit primus Luceuſis Epiſcopus, illuc miſſus a D. Petro Apoſtolo. *Videndum per litteram majuſculam* D., *bis ibi poſitam, deſignari titulum* divus *pro vè* ſanctus *vel* beatus? Quod, *uti notavimus die* XI *hujus in Commentario prævio S. Joannis, Epiſcopi Bergomenſis ac Martyris, num.* 20; quod, *inquam*, in rebus Eccleſiaſticis olim inuſitatum; & in Breviario Romano non legitur, niſi forte in recentiſſimis lectionibus. *Adde, quod prædicta clauſula nec apud Surium, nec apud Mabillonium inveniatur; atque adeo tenſenda ſit huc poſtea adjecta. Caret præterea illa brevitate & ſimplicitate quibus exaratum exemplar aliud, quod datum ſumus. Quin tamen illud idem alteri iſti præluxerit, puto indubitatum eſſe, attenta utrobique ſermonis ac materiæ convenientia. Et ſane antiquius eſſe, quod damus, quam id, quod accepimus a Florentinio, patet ex ejuſdem verbis num.* 1: Nam, ut diſcipuli ejuſdem, qui uſque ad noſtra tempora in monaſterio fuerunt, referre ſoliti ſunt. *Quæ recentior interpolator ſic effert*: Nam ejus diſcipuli, ejuſdem monaſterii monachi, referre ſoliti fuerunt.

7 *At ex ſequenti fragmento maxime confirmatur, Vitam Ms. Florentinii interpolatam fuiſſe: in qua, quæ hic ſimpliciſſime narrantur, oratorie ibi ſic adornantur:* Spelunca etiam non valde erat longe a monaſterio, quam mira magnitudinis draco obtinebat: qui terribili aſpectu, eruento ore, dente venenato, infectis ocu-C lis halituque peſtifero omnia perdebat, lateque vaſtabat. Cumque terrore illius beſtiæ locum adire incolæ metuerent, hoc venerando abbati Leoni intimare curarunt: qui re cognita, incredibili animi conſtantia, præſtantique fide locum adiit: draconem circumſperſum ſanie, atroque cruento fœdatum, in ſpelunca latentem, cladem peſtemque non ſolum haliru & ore, ſed etiam flammiferis oculis minitantem inviſit; & velut in particulari certamine deſcenderet, ante oſtium antri intrepidus acceſſit inermis; ſed innocentia undique armatus, ſe totum orationi addicavit. Immanis ergo draco triluſca * armatus ſquamma, horribili cauda immenſa ſinuans volumina, triplicique ſibilans lingua, gelido timore omnium pectora affi-

B

E

8 *Ceterum quod Mabillonius aliam viderit Vitam præter eam, quam typis edidit, liquet ex notis Vitæ impreſſæ adjectis. Unde etiam colligo, illam diſcrepare a Ms., quod miſit Florentinius. Vita, quæ hic datur, edita eſt apud Surium, & Mabillonium; eaque viſa eſt præ reliquis prælodigna, tamquam magis antiqua & genuina. Editio utriuſque iſtius Auctoris conſonat: ſi excipias prologum ſatis longum, a Surio præmiſſum Vitæ; quod miſeris: cum ſit prologus Vitæ S. Alferii, die* XII *Aprilis a nobis editæ; adeoque hic rurſum non repetendus; ab eodem Auctore compoſitus; nam in eodem prologo legitur, quod* venerabilium Patrum Alferii, Leonis, Petri atque Conſtabilis, abbatum Cavenſium Vitas atque miracula ſcribere propoſuit. *Jam vero cujuſnam profeſſionis fuerit, non obſcure indicat, dum ait, ſe* de clauſtro illo (*Cavenſi*) velut terra promiſſionis egreſſum, in longinqua regione paſcendos atque multiplicandos ſuſcepiſſe greges.

9 *Demum ſe illis, quorum Vitas conſcribit, ab Auctore coætaneum aut certe ſupparem fuiſſe, indicat his verbis; quibus dictum prologum concludit:* Quia item nova ſcribendi tempora contemni ſolent, fidem dictorum relatoribus, non ſcripis lector adſcribat: quia etſi illo tempore ſcribimus; ea, quæ ab antiquis monaſterii ſenibus ſunt nobis dicta, narramus. *Enimvero in Vita S. Petri a ſe ſcripta, & a nobis edita die* IV *Martii, clarius ſe explicat, dum B. Simeonem, abbatem quintum monaſterii Cavenſis, num.* 27, *ſuum abbatem agnoſcit*; inter quem & S. Petrum ab hujus obitu vixit Conſtabilis ſolum menſes XI & dies XIII, *ut obſervat Henſchenius ibid. in Comm. prævio, num.* 2; *addens, eumdem Auctorem num.* 31 *aſſerere, ſe* ex Cavenſi ad Venuſinum monaſterium veniſſe, *ubi* eum abbatem *ſeu* patrem exſticiſſe monachorum cœnobii ſanctæ Trinitatis, quod Cavenſi congregationi tunc ſuberat, *tradit aſſerit in Ms. Chronico Cavenſi, dicique* eruditione illuſtrem has vitas graphice luculenterque deſcripſiſſe. *Cum vero ante memoratus B. Simeon, teſte Ughello, tom.* 7, *col.* 521, claruerit ab anno Domini MCXXIV, uſque ad an MCXLI, quo feliciter in Chriſto requievit, XVI Kal. Decembris *abunde inſtruimur de ætate ſcriptoris Vitæ* S. Leonis, *B. Simeonis ſubditi; quem recte Mabillonius in Obſervationibus præviis Vitæ S. Alferii loco ſupra citato, num.* 1, procedente ſeculo duodecimo *ſcripſiſſe refert.*

10 *Qui notitias exſtiterat de monaſterii Cavenſis ſitu, exordio, conſecratione, indulgentia perpetua, idem monaſterium viſitantibus conceſſa; epiſcopali juriſdictione ac dignitate abbatis Cavenſis, nec*

D

F

Quæ hic datur:

Vitæ ſcripta; ubi & ab ejus profeſſione.

Plenior datur notitia monaſterii Cavenſis.

* an triſulca?

Digitized by Google

A *non de origine Congregationis Cavensis; adeat Chronicon Anonymi apud Ughellum eodem tom. 7, a col. 511; ubi etiam a col. 517, inveniet titulum & Ordinem episcopalem ejusdem monasterii; basilicam ipsius in cathedralem erectam; monasterium traditum in commendam; unitum cum Congregatione S. Justinæ, florentissimo Ordinis S. Benedicti monasterio, & a commenda liberatum; denique secundum erectionem episcopatus Cavensis, & avulsionem ipsius a monasterio; tandem nomina ac loca Pontificum Romanorum, qui de illo meminerunt. Post quæ subtenitur catalogus Abbatum. Vide, quæ compendio refert Mabillonius num 3. Bullam Urbani II PP. in ipsius favorem, privilegiis prærogativis ac gratiis locupletissimam impressit Ughellus tom. 1, a col. 646; Bonifacii autem IX de Cavensis episcopatus institutione, a col. 652; quas longum foret referre.*

AUCT. J. P.

VITA

B **Edita apud Surium & Mabillonium, cum aliis Vitis collata, Auctore abbate Venusino anonymo subæquali.**

Sancti magister; virtutes; miracula.

1 SEcundus a Cavensis monasterii pater Leo, vir valde venerabilis fuit, viri reverendissimi Alferii discipulus institutione, sed socius spiritu & virtute; quia fructum ejusdem magisterii in perfectione protulit summæ & sanctissimæ conversationis. Hic namque Tuscus genere, civis Lucensis, in Salerni partes veniens, ubi ejusdem patris celebrem famam comperit, ei se protinus in sanctissima conversatione erudiendum dedit. In qua nimirum ita brevi profeciſſe cognoscitur, ut non solum æmulator laborum magistri sui, sed etiam mirabilium operum cooperator existere videretur. Siquidem cum pro resuscitando mortuo vir venerandus Alferius orare proposuit, hunc solum ex omnibus discipulis secum retinuit, cum quo pariter se in orationem dedit: quod utique vir Sanctus non

Leo S. Alferii discipulus & in resuscitando mortuo socius;

C faceret, nisi ex vitæ ejusdem perfectione colligeret, quia ad obtinenda tam grandia adjutorium sibi præstare potuisset. Qui licet magistri sui tempore magnus haberetur, tamen post ejusdem mortem magis claruit. Nam ut discipuli ejusdem, qui usque ad nostra tempora in monasterio fuerunt, referre soliti sunt, in tantam cordis puritatem profecit, ut venerabilem Domini nostri Genitricem orationis tempore videre mereretur.

2 Præterea tantæ humilitatis atque misericordiæ vir extitisse dicitur, ut ab adjacenti cellæ suæ eremo lignorum sarcinas propriis humeris Salernum ferret, easque distrahens, panes emeret, quos pauperibus erogaret. Haud secus utique se Matris Domini adspectum promereri noverat, quam si magnis virtutibus polleret, & se magna humilitate dejiceret: ut despectus foris, intus nequaquam intumesceret, sed virtutum tenerum ædificium in summa humilitatis petra solidaret. Et fortasse vir sanctus se illi D ministerio conjunxit, quia ad æternam vitam per labores temporales ire dispositi. Opus ergo misericordiæ illud probavit, quod cum corporei laboris sacrificio convenire cognovit, ut ex utroque velut pingue omnipotentis Dei holocaustum fieret, amoris videlicet flamma sic totus affluens, ut corpus omne laboribus, & totam mentem dedicaret pietati.

quanta fuerit humilitate;

misericordia erga pauperes divinitus honorata;

3 Ferunt etiam, quia quadam die cum a prædicta civitate veniret, & lignorum suorum pretium in pane pauperibus divideret, Gisulfo *b* quoque Salerni principi sudoris sui panem porrexit; qui cum primo oblatum sibi panem despiceret, reprehensus a militibus, quod non panem, sed in pane Dei hominem sperneret: confestim reversus est; de viri Dei manibus panem accepit & comedit, atque ex illa jam die tanto patri familiaris fuit. Ex qua nimirum gratiæ ubertate accidit, ut in multam donorum messem panis ille frustra, ut putabatur, diviti oblatus cresceret, & quasi bonum semen fructus sui copiam abundanter effunderet *c*. Nam cum idem Princeps, sæculari potentia tumidus, plura crudelia sævaque proponeret, hic solus audebat obsistere, solus pravis ejusdem dispositionibus libera auctoritate contraire, quem nimirum sæpe humilibus precibus leniens, sæpe comminationibus impetens, nonnumquam sibi subjectum & obedientem ita reddidit, ut obtineret quandoque, quæ peteret; quandoque, quæ impendere nollet, ab invito auctoritate non precibus extorqueret; nam scriptum de hujusmodi sanctæ Ecclesiæ potentibus est: Justus ut leo confidit. Et iterum sacra Scriptura loquitur, dicens: Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum.

constantia in adversis;

4 Vir ergo Domini significatum sui nominis virtute magnæ constantiæ exhibebat: pauper siquidem rebus, cælestis patrimonii desiderii dives, hujus mundi divitibus tanto liberius obsistere poterat, quanto in mundo, quem non amabat, perdere nil metuebat: eodem namque tempore memoratus princeps contra Amalfitanos bellum moverat, in quos ita sævire visus est, ut quoscumque ex eis F caperet, magnis tormentorum cruciatibus deputaret. Quis vero explicare sufficiat, pater venerabilis Leo quanta tunc capitis auctoritate, quanta liberalitate succurrerit? quam largiter carceratos paverit, spoliatos induerit, vinctos absolverit, tortos eruerit, atque a vicina membrorum amputatione liberaverit? Nam tanta libertate pro eis, qui ad pœnas ducebantur, eidem principi obstitit, ut eos ab ipsis cruciatibus violenter auferret atque non jussus absolveret.

misericordia erga captivos, intercessio principis studiosa, & prædictus exitus;

5 Quadam namque die, dum ad mensam cum fratribus sederet, tristis nuntius affuit, qui venerando viro tres homines privari lumine jussos a principe indicavit, & ejulans atque exclamans subjunxit, dicens: Curre, pater, curre, quia jam miseri producuntur. Tunc pater venerabilis a mensa surgens, & velut alter Tobias prandium deferens, Salernum concito gradu perrexit: & jam viros illos extra civitatem perductos inveniens, tenuit

Digitized by Google

A nuit & absoluit, atque abire liberos jussit. Cumque carnifices vehementer timerent, ipse pro eis se principi reddere rationem promisit: quam profecto, ut promisit, exhibuit: quia se, ut dixit, vadem pro eis obtulit; sed de crudelitate, quam in Christi fideles exercebat, non ut vas pœnarum, sed ut tutor justitiæ vehementer increpavit. Cui etiam aliquando indignanti, & superbiæ tumore salutis monita contemnenti, crudelitatis suæ meritum per prophetiæ spiritum pronuntiavit, dicens: Pro crudelitate tua post parum temporis, hujus terræ dominus non eris. Quod cum princeps audisset, timuit; sed tamen feritatem suam non reliquit: unde non immerito viri Dei minas expertus est. Post non multum denique temporis Salernitana civitate a Roberto Duce obsessa & capta, ut vir Sanctus prædixerat, regimen, quod pie moderari princeps noluit, amisit *d*. Quo jure trium patrum gratia floruisse venerandus pater agnoscitur: Tobiæ scilicet, qui, ut mortuos reconderet, reliquit prandium: S. Nicolai, qui, ut insontes eriperet, tenuit spiculatoris manum: S. Benedicti, qui regi Totilæ futuram mortem puntiavit, & ejusdem feritatem, quam ex toto auferre nequivit, terrendo minuit. Justorum quippe fulgore enituit, qui more Sanctorum paracleti Spiritus gratia plenus fuit. *e*

Sustentatio & Justitia in servando alterius depositio.

6 Neque *e* illud silendum arbitror, quod Gisulfus Princeps, cum Amalfitani cujusdam opes depositas Salerni apud obedientiam monasterii, videlicet S. Nicolai de palma, cognovisset, ad locum accessit, & depositum eruere tentavit: quod cum beato viro innotesceret, prævenire principem studuit, ut videlicet arcæ illi insideret, ne depositum, quod intus latebat, sine sui injuria educi potuisset. Tunc princeps, qui tanto patri injurias inferre metuebat, quasi per jocum manus ad arcam tendere, &, ut surgeret de eadem arca, rogare cœpit. Sed vir Dei exterioris calliditatis arte blandienti eadem voluit arte illudere, ut prave callentis intentio effectum habere minime potuisset: nam C quoties ad arcam princeps per jocum manum tendebat, vir Domini quasi sancte ludendo manum principis baculo ferire minabatur: cumque hoc sæpius fieret, & idem princeps jam non joco sed serio & importune res arcæ latentes exigeret, vir Dei irato principi non solum non acquievit, sed etiam facti temeritatem vehementer increpavit. Tunc princeps tam constantia quam solertia Sancti viri superatus recessit, & depositum hominis intactum reliquit. Sed de tanti viri auctoritate ista tetigisse sufficiat: nam si quis per singula cuncta describeret, quoties scilicet se pro solvendis vinctis objecerit, quoties, ut alios eripere, semetipsum obtulerit; quibus aut quantis blandimentis & precibus, quibus minis & terroribus, quot item vicibus & artibus eumdem principem aggressus fuerit; non paginam, sed enormem codicem impleret. Quod profecto Beati viri propositum quantum Domino placeret, apertis rebus ostensum est.

Vestimenta ejus a pluvia intacta; precibus accitus serpens;

7 Festum quippe beatæ virginis & martyris Cæciliæ, pro affectu, quem erga ejusdem meritum habebat, solenniter celebrare consueverat. Die autem illo, qui festum ejusdem prædicandæ virginis præibat, ita apud jam sæpedictum principem pro absolutione vinctarum fuit occupatus, ut ad cellam, nisi incumbentibus jam noctis tenebris, redire nullatenus valeret. Peractis ergo negotiis, & more suo carceribus deprædatis, cum extra cellam manere noluisset, ad lumen cerei sequentibus fratribus iter arripuit, & reverti ad monasterium cœpit. Tunc orta tempestate, inter immensa venterum flamina atque ingentis pluviæ inundationem, ardentem cereum detulisse fertur, & ita sicca vestimenta, ac si serено & tranquillo aere, aut operta porticu veniisset. Spelunca * etiam non erat longe a monasterio, quam miræ magnitudinis serpens obtinuerat: cumque terrore illius bestiæ locum adire incolæ vehementer metuerent, venerando patri Leoni hoc intimare curaverunt: quod ut cognovit, se homo Dei in orationem dedit, atque in loco illo in quo erat, ita draco extinctus illius oratione est, ac si non hunc verbis impeteret, sed trabali telo viscerum ejusdem secreta perculisset. B

8 His *f* ergo & hujusmodi virtutibus clarus, cum jam plena dierum senectute gravaretur, æternæ quietis levamine, pondere carnis depositio, susceptus est. Cujus utique meritum, ut ipsa etiam ejusdem morte claresceret, sævioris elementi virtute subtracta, non sine ingenti omnium mentium stupore monstratum est. Venerabile namque Sancti viri corpus a flentibus & orantibus discipulis in oratorio servabatur. Cum unus ex cereis super feretrum cecidisset, & super pallium, quo operiebatur, ut erat ardens, incubuit: sed ut tanti viri meritum panderet, vim luminis habuit sine ardore combustionis. * *id est* Nam cum ad eumdem lectum * quidam fratres oculos levarent, [&] ardentem in pannis ignem adspicerent; combustionis damnum accidisse crediderunt: cumque festinanter eumdem cereum levarent, ita operimentum sancti corporis illæsum apparuit, ac si ignis in eo nullus cecidisset. Tunc fratres omnes ingenti miraculo mirabilique lætitia stupere atque simul exultare cœperunt, dum sancti patris merita naturæ suæ cessatione elementa muta prædicarent. Quod fortasse ideo foris ostensum est, ut spiritualis etiam viri dignitas convenienti miraculo spiritualiter signaretur. Aperte quidem recolimus, quia rubus, in quo Dominus in igne apparuit, illuminatus est, & non arsit; habuit lumen, ardore caruit; sed ut sedes Dei meritum habeat lucis, non habeat defectum diminutionis. Pater ergo venerabilis insignibus & convenientibus miraculis ostensus est: quia hunc, ut locum proprium, divina lux semper incoluit, quem ut meritum illustravit; & quæ in eo per ardorem punirentur, nequaquam invenit. Cujus etiam meritum si quis aliter velit hac ostensione cognoscere, facile post: nam perfectioribus electis per semetipsum veritas repromittit dicens: Capillus de capite vestro non peribit. Illius ergo operimentum corrumpi igne non potuit, cujus nullus labor periit, sed fructum optimum meruit æternæ mercedis. F

feretrum post Sancti mortem a vero illo sumens. *f*

ANNOTATA.

a De Prologo, *apud Surium impresso, a Mabil-*

ex Surio ex Mabill.

leato, & à nobis hic prætermisso, diximus in Comm. prævio, num. 7.

b *In Vita S. Petri, abbatis Cavensis die 4 Martii, pag. 330 scribitur* Gisulfus: *de quo pag. sequenti in Annot:* Gisulfus II, & princeps XV Salernitanus & ultimus e Longobardis, mortuo patre Guaimario anno 1052, cum quo aliquamdiu regnarat, præfuit solus usque ad an. 1075; quo a Guiscardo Apuliæ Duce est principatu dejectus.

c *Observat Mabillonius, in altera Vita addi:* Præfatus siquidem princeps beato viro, ejusque monasterio donationes plurimas & privilegia multa concessit. *Quæ non legi in Ms. Florentinis.*

d *Citat Mabillonius ex Annalista, tradi ab eumdem Casinensi id contigisse* 1075: *additque in altera Vita sic haberi:* Etenim non multo post, in anno scilicet Domini MLXXVI Rupertus Guiscardus dux Salernitanam civitatem obsidione oppugnavit, & Gisulfum a principatu ejecit, *&c. quæ ita non legit Ms. Florentini.* D

e *Observat Mabillonius totum hunc numerum deesse in altera Vita: qui paucis mutatis habetur in Ms. Florentini.*

f *Monet Mabillonius, hæc verum, quæ sequuntur, hæc legi in altera Vita:* His ergo & aliis multis virtutibus & miraculis clarus, cum jam plena dierum senectute gravaretur, onusque regiminis jam ferre non posset; successorem in monasterio sibi constituit beatissimum Petrum, ejusdem monasterii monachum. Ipse vero ad ecclesiam S. Leonis de Veteri, quam paucos ante annos ipse construxerat, secessit; divinarum illic rerum contemplationi vacans: nec paulo post glorioso fine quievit 19 Idus Julii MLXXIX. E

DE B. ANDREA PUERO A JUDÆIS TRUCIDATO

IN VALLE OENANA PROPE OENIPONTUM IN COMITATU TYROLENSI.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

J. P.

§ I. Notitiæ ad hunc Beatum, ejusque cultum spectantes, unde acceptæ.

ANNO MCDLXII.

B. Andreæ Judæorum victima, defectum documentis,

NOtissima est perfidorum Judæorum ex invoterato in Messiam odio, in tenella puerorum ætate explete, plus quam ferina barbaries: ut necesse non sit alias hujusmodi tragœdias hic exhibere: præsertim cum plures in hoc genere innocentes victimæ jam jam enumeratæ sint in Actis nostris ad diem XIX Aprilis, pag. 697, occasione pueri Wernheri, simile crudelitatis rabiem experti; quibus addi possunt ex tomo 3 Bavariæ sanctæ Raderi nostri pag. 172, alii seu Ratisbonæ; & pag. 176, Michael nondum quadrimulus in Palatinatu Bavariæ nuper. Eamdem sortem subiit B. Andreas noster hac die; ad cujus Acta illustranda cum accederemus, nihil in promptu erat præter eorum epitomen brevissimam manuscriptam, quam P. Ernestus Biedermann, Societatis nostræ sacerdos, olim in Provincia Germaniæ superioris apud Archiducem Sigismundum in aula Oenipontana concionator, & post ejus mortem Collegii Neoburgensis ad Danubium Rector, ibique demortuus ad Majores nostros migrit. Ex dicta epitome docebamur quidem de martyrio, deque ejus loco, tempore, ac reliquis, quæ ad historiam spectabant, adjunctis; nil pariter utcumque de cultu; sed dubitatum, an is, quod primum hic erat examinandum, satis ab immemorabili tempore esset stabilitus. B C

2 In tanta itaque sufficientium documentorum penuria, recursum est Oenipontum, quo plenius certiusque de tota re instrui possemus. Nec frustra: nam varia quæsita a R. P. Joanne Evangelista Rassler, Collegii nostri Oenipontani tunc Rectore, & ab eodem responsa; sedulam imprimis operam navante Illustrissimo Abbate Vilibinensi Martino, ut votis nostris fieret satis, submini-

recursum Oenipontum unde mora responsis subsecuta ad varia quæsita,

strando uberiora monumenta, quæ in decursu subnotitiarum Vilibinensium nomine citabimus. Quid vero inde fuerit petitum, quid acceptum, docebunt sequentia. Quæsitum primo, an Andreas pro sancto habeatur ab immemorabili tempore, sic ut post decreta Urbani VIII cultus ille perseveraverit, & perseveret etiamnum. 2 Utrum extet sacellum a Maximiliano I Cæsare extrui jussum, in quo religiosa veneratio ei exhibeatur. 3 De tumulo ac Reliquiis. 4 Quis fidelium concursus in ejus festo vel per annum? 5 An & in quibus morbis invocetur? 6 An miracula? 7 An denique nulla de eo peculiaris Legenda, &c? Spem itaque plenioris instructionis Rasserus facere nobis cœperat die XIII Januarii anni MDCCXXII: significans se pridie ejus diei iterum convenisse Illustrissimum Vilibinensem; rogantem inducias plurimum per trimestre: tum enim e prælo emersurum opus, quod concinnaret Collegii sui professor emeritus theologiæ, quodque plene satisfaceret quæsitis. Et demum die 2 Junii ejusdem anni scribit, laudatum Illustrissimum ipso tempore matutino ad se misisse epitomen Latinam operis illius Germanici, sua manu subscriptam, ut de ejusdem fide constet, ad manus nostras feliciter delatam: unde vero descriptio ista prodierit, sic indicat: P

3 Fontes, ex quibus hujus descriptionis omnia & singula desumpta fuerunt, sunt potissimum quinque. Primum & præcipuum aperiunt Annales ecclesiæ nostræ Vilthinensis, in quibus tota historia cum omnibus pene ejusdem circumstantiis, licet succinctiori calamo in Vita Ingenuini, XV Præpositi, & primi

e quinque fontibus hausta:

Digitized by Google

A primi infulati Abbatis deſcripta habetur. Alter, & æque præcipuus conſtitit in pictura vivis coloribus in muro eccleſiæ S. Apoſtoli Andreæ in Rinn tunc expeſſa, quando circa annum MCDLXXV ſacrum innocentis parvuli corpuſculum ex prima ſua ſepultura fuit erutum. Pictura viviſcebatur ſubjuncta epigraphe, Germanico idiomate ſeu lineis bene longis contenta; quæ tamen anno MDCXX hinc & inde ita inveniebatur corraſa, ut ſingula ejus verba haud amplius potuerint legi; licet colligi quoad ſubſtantiam ſatis potuerint ex contextu. Greſcente ſucceſſive populo, cum prædicta S. Andreæ eccleſia ampliorem in formam redigeretur, pictura pariter & ſcriptura auferri debuit: mox tamen ſubſtituta eſt alia recentior. Fons tertius habetur ex manuſcriptis Hippolyti Guarinonii, qui juſto abhinc ſæculo hanc martyrii hiſtoriam cum omnibus ſuis circumſtantiis laboriosiſſime conquiſivit, & ſcripſit: ob immixta tamen quæ-

B dam impertinentia ita fuſe, ut liber R. D. Parocho in Ampaß quidem configuratus, huc uſque tamen ad typum datus non ſit. Fuit hic Guarinonius natione Tridentinus, profeſſione medicinæ doctor, ac Ferdinandi II Imperatoris Auguſtiſſimi titulo; ejus autem Sereniſſimarum ſororum Chriſtiernæ & Eleonoræ actualis perſonarum, & tum etiam totius Regii parthenonis Halæ medicus; vir [tam] doctrinæ quam pietate præclariſſimus, inſigni etiam volumine dem breui der perwiaſſung * celebris: qui anno Chriſti MDCLIV, ultima Maji, vitam hanc fugitivam cum perenni mutavit, anno ætatis ſuæ LXXXIII.

* Abominatio deſolationis.

4 Quantum fontem facit conſtans traditio, eaque univerſalis & uniformis: cui majus adhuc robur daturus prælaudatus Guarinonius una cum R. D. Andrea Mayr, ſacræ theologiæ Doctore, tunc temporis parocho in Ampaß, poſtea Abbate in Wilthan vigilantiſſimo, teſtes plurimos vitæ inculpatæ, & ætatis ita provectæ, ut alii LX, alii LXX, alii etiam LXXX, & plurium annorum fuerint, examinavit: quorum teſtimonia repetiebantur

C iter ſe ita convenientia, ut & quivis eorum totius hiſtoriæ teſtis de viſu fuiſſet. Ultimum denique fontem nobis exhibet triumphus martyrii rhythmice compoſitus, ac de ſuperiorum licentia jam tertia vice impreſſus; hicque locorum ita celebris, ut non modo ad privatam ſpiritus exhilarationem ſerviat multis, ſed in ſolennibus etiam communitatum proceſſionibus non ſine pietatis ſenſu publice decantetur. *Utque conſtet dicta excerpta cum laudatis fontibus concordare, apponitur hoc teſtimonium*: Nos Martinus, Dei providentia Abbas Wilthinenſis, in robur veritatis teſtamur, deſcriptionem martyrii innocentis pueri Andreæ in Rinn ſuprapoſitam (*in exemplari huc miſſo*) in omnibus conformem eſſe quinque illis fontibus, qui ad finem illius apponuntur. In quorum fidem ſigillum noſtrum ſubjunximus. Dat. in abbatia noſtra Wilthinenſi a Junii MDCCXXII. *Inferius apponebatur ſigillum in cera rubra Hiſpanica. Hinc itaque pluvima delibabimus ad compenſandam nimiam brevitatem epitomes Bidermannianæ; cujus tamen contextus ita quoad ſubſtantiam convenit cum epigraphe Wilthinenſi, ut dubium mihi non ſit, quin ambo prodierit ex iiſdem primigeniis fontibus.*

quæ hic producuntur, cum authenticis teſtimoniis.

5 *Idem ſtatus de libro Germanice conſcripto extenſionis amplioris, appoſitis ad capita ſere ſingula imaginibus, facti ſpectrum repræſentantibus, luci quidem publicæ nunc deſtinato, atque in hac a notitiis laudatis dumtaxat diverſo, quod diffuſior ſit, & non paucis hinc inde digreſſionibus moralibus infartus; qui haud dubie alterum ſit exemplar, e quo deſumptæ ſunt eadem notitiæ, hiſtoriam deſcribentes. Jam vero alius quidam, ut refert Raiſius in literis, narrationem eandem typis paravarat, ſed interceſſit Abbas Wilthinenſis: fugillaverat enim Auctor ſacerdotum Magiſtratuum illius temporis cum eccleſiaſticorum tum ſecularium, qui non illico promoverint cultum beati pueruli: in qua accuſatione diluenda multus eſt compilator iſtarum notitiarum, ut patebit.*

D AUCT. L. P. *Quid de Beato Germanicodium.*

6 *De cultu publico beati Martyris pauxilla premittemus, antequam perveniamus ad ejus Acta, pauxilla etiam reſervabimus poſt illa, præſertim ea, quæ ad ejuſdem incrementum ac propagationem pertinent. Sciendum autem eſt, non ſtatim a morte Beatum ſacris honoribus gaviſum fuiſſe apud Rinnenſes: nam, ſicut tradunt notitiæ Wilthinenſes*, de ipſis Rinnenſis pagi incolis quidam ſeu nimium ſimplices, ſeu neſcio qua hic locorum inolita plebis apprehenſione pati noluerunt, ut cadaver ex arbore ſuſpenſum (*quale fuit noſtri Martyris*) ſepultura ſacra donaretur; formidantes ne non hac ratione parentum majorumque ſuorum corpora in ſua quiete turbentur ac temerentur, illo fortaſſis S. Pauli textu inducti Gal. 3: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Alii, quibus poſtmodum acceſſit Hippolytus Guarinonius, inde offenſionis ſumebant anſam, quod arbitrati ſint reliquias Martyris in odium Chriſti occiſi non in terram debere deſodi, ſed aſſervari loco honoratiori: quemadmodum id probe obſervatum fuiſſe audierant a Tridentinis in ſuo Simone. *Hic committit compilator paracheniſmum, cumulans ea, quæ annis 13 inter ſe diſtant*, Andreæ *nimirum occiſo anno* MCCCCLXII, *Simone autem anno* MCCCCLXXV, *uti habet* XXIV *Martii. At metum hunc amovere non fuit difficile; quod inter pendere nocentem & pendere innocentem ex arbore, plurimum interſit, propoſito exemplo 55. Apoſtolorum Petri & Andreæ, imo & ipſius Chriſti Domini. Alii ibidem reſpondetur, plurimos Martyres in cœmeterio communi ſepultos: & tum temporis Andream nondum fuiſſe martyrem declaratum; imo quo minus tum declarari tamquam talis commode potuerit, obſtitiſſe turbas Tyrolenſes eccleſiaſticas atque ac civiles, ab anno* MCCCCL, *uſque ad annum* MCCCCLXIV *agitatas; errare laudatum Guarinonium, quando neglectum honorationis ſepulturæ uni iſtius temporis ignorantiæ adſcribit: cum ibidem florerent viri virtute ac doctrina præſtantes, videlicet Eminentiſſimus Cuſanus, loci Ordinarius; Ingeninus Wilthinenſium Præpoſitus, atque Oſwaldus tunc parochus Ampaſſenſis, poſtea vero in iſtius monaſterii Abbatem adlectus.*

E

F

7 *Mirum non videri Joannem* III, *Abbatem Wilthinenſem* II: *quia* & Reliquias Sanctorum excoluit ex argentifodinis comobii, & præfuit quinque annis, defunctus anno MCDLXIX, *teſte Bucelino; ubi dictus* Oſwaldus... non integris duobus menſibus ſedit; exſtinctus XXVI Februarii anno MCDLXX: *qui etiam indicat*, Ingeninum Moſi ex vicino pago Aldras oriundum, adminiſtratorem ſub Erhardo egiſſe;

poſt mortem ejus ad tempus dilatus,

A egisse, a morte successisse: Concilio Basileensi interfuisse: in quo insulam & Abbatis titulum meruit; mortuum XXI Octobris MCDLXIV. *Nec vero pauci Wilthinenses fuisse, quo minus statim a morte parvulus cultus fuerit, videtur fuderit ex eo, quod ista aetate religiosae disciplinae exactissima observantia florerent; atque adeo in hoc casu socordes & oscitantes praesumi non debeant: nam Albertus III, Bavariae Dux, cognomento Pius, qui apud Ritters-husium natus ponitur anno* MCCCXCVI, *mortuus* MCDLX, *& apud Apostolicam Sedem literis instituit, ut omnia sua ditionis monasteria per modo nominatum Cusanum ad normam Wilthinensis reformarentur; ut affirmant supe dictae notitiae, mentionem facientes Bullae commissionis*, XII *Januarii, anni* MCDLIX *Romae ad ipsum datae, ex Matthia Burglechner, excelsi regiminis superioris Austriae olim Vicecancellario. Memorant eadem notitiae, de rebus occasione hujus martyris tunc gestis nihil memoriae proditum esse in archivio dynastiae Sunneburgensis, domesticisve annotationibus parochiae* B *Ampassensis, Wilthinensisve collegii; tametsi annuente Serenissima Maria Christierna, Ferdinandi II Imperatoris sorore, & tum temporis Regii parochorum Halensis Antistitis, diligenter fuisse investigatum. Sed tametsi talia documenta intercidere potuerint aut posint, observat notitiarum compilator verisimile esse, nihil calamo fuisse exceptum; atque ad juridicum processum deventri vix potuisse, quia patruus* B. Andreae *idem & traditor, in furias actus fuit, ut narrat martyrium; sicuti vero Judaei sese subduxerint. Obiter nota, dictum parthenonem exordia sua referre ad annum* MDLXIX, *uti liquet ex libello Germanico eodem anno* MDCLXIX, *a primaeva institutione jubilaeo, eidem oblato a Collegio nostro Halensi.*

AUCT. I. P.

§ 8 *Atque haec ita erant; quando visis pluribus mirabilibus, prout notitia Wilthinenses memorant, quibus honorari videbatur Martyr, Rinnenses sacrarum ipsius Reliquiarum translationem e priore loco minus nobili in digniorem ardentissime desiderarunt: aft iterum interjectae moraе propter exortum post mortem Cardinalis dissidium circa ipsius in cathedram Brixinensem successorem; quod narrat Hundius de Episcopis Brixinensibus pag. 453 tomi 1, Metrop. Salisb. Quo demum post annos septem cum dimidio composito, de* B. Andreae *corpore transferendo serio laborari coepit. Notitia his verbis rem gestam exponunt:* Reliquiae ex anteriore suo tumulo diligentissime conquisitae, & ad unam omnes repertae, in pulcherrima arcula bono ordine sunt collocatae, atque Sabbato ante Dominicam, SS. Trinitatis specialiter sacram, in medio ecclesiae sub baldachino, accensis undique candelis & lampadibus, sunt positae: donec ipso die festo Missa de solennitate festivitatis per Reverendissimum ac Amplissimum Dominum, Alexium Abbatem Wilthinensem in pontificalibus fuisset decantata: tunc quippe populosissima processione per sex RR. DD. Canonicos deportatae sunt ad lapidem martyrii, ubi hymno S. Ambrosii solennissime decantato, & ingenti Crucifixi Salvatoris imagine per eumdem Wilthinensis ecclesiae Praesulem solenniter benedicta, atque prope lapidem martyrii collocata, reportatus rursum est thesaurus ad ecclesiam sancti Apostoli Andreae in Rinn, non amplius in communi coemeterio, sed in repositorio, quod in templi pariete hunc in finem studio fuerat excavatum, recludendus: ubi etiam sacra lipsana non sine ingenti omnium devotionis sensu ita sunt recluса, ut tamen concurrenti populo ex vitreis senestellis satis apparerent, atque ad veneration-nem prostarent. *Nam antea, sicut ibidem praemittitur*, licet diœcesis duo haberet capita; neutrum quidquam solidi praestare poterat... Donec tandem Leone (*competitorum unus*) ad aliam insulam, quae Viennae ipsi postmodum obtigit, reservato, solus Georgius (*competitorum alter*) diœcesim administrarit. Sub hujus proinde regimine... negotium servida non minus quam constanter urgebatur.

gesten inchoatus, solenniter translato corpore in decantatorem locum;

C

D

9 *Atque haec publica venerationis exordia non tam & apud vicinos populus amplificatus.* *tugens apud vicinos incrementum accepere*; nam illius vicinia incolae, visa tenerrima populi devotione, unanimi consensu statuerunt eamdem processionem cum sacris Reliquiis quotannis Dominica SS. Trinitatis repetere: quod etiam integro duorum saeculorum spatio fideliter praestiterunt, tum ad agendas divinae Majestati gratias; quod ex eorum gremio innocentem parvulum purpurato Martyrum col- E legio associare dignatus sit; tum ad (*eum*) invocandum. *Huc maxime spectat* hoc ipso tempore in ecclesia sancti Apostoli Andreae in Rinn ad parietem hunc peracti infanticidii historia picturis penicillo cum praecipuis suis circumstantiis effornata, ac hoc modo posterorum notitiae transcripta. *Pictura ista sive antiquior, de qua hic agunt notitiae Wilthinenses; sive recentior, de qua supra, absque ullo dubio prototypum fuerit tabellae in aes incisae atque vulgatae Oeniponti apud Michaelem Wegnerum anno* MDCLVIII, *quae iconculis omnino viginti, in folio expanso successive conjunctis, feralis tragoediae scenna repraesentat: quas praecedit imago alia majoris formae, caput Martyris radiis coronatum, ejusque victoriae tropaeum exhibens. Superscriptionem totius tabellae, nec non inscriptiones metricas Germanicas, iconculis singulis subjunctas, praetermittimus, substitutis earum loco aliis, prout in hac tabella: alterius ellypo, cernis; quae videnda oculis pathetice subjicit ea, quae in sequenti martyrio Bidermanniano legenda proponuntur.*

§ II. B. Andreae martyrium illustrationibus F interspersum.

QUando. *& a quo martyrium istud fuerit conscriptum; hactenus me latet. Sic autem habet:* Natus Andreas in vicinia pagi Rinn toparchiae Sonnenburgensis, diœcesis Brixinensis anno MCDLIX, XVI Novembris. Parentes habuit Simonem Oxner, & Mariam, humilis quidem conditionis, sed inculpatae vitae homines. Mortuo post annum & semestre patre, vidua mater Andream filiolum unicum in aedibus patrini seu compatris, Mayer vocati, educavit. Frequens ea tempestate transitus mercatorum ad nundinas Bolsanenses, singulis angariis celebres, propter has aedes fuerat. Inter multos alios negotiatores, plurimi etiam Hebraei cum forte hac iter facerent, parvulum nostrum Andream ad viam cum sodalibus ludentem conspexerunt. Placuit eis prae reliquis ob singularem oris venustatem; &, nisi matris praesentia obstitisset, jam tum innocentem praedam ad lanienam suam paschalem rapuissent. Subeunt itaque proximam tabernam, in qua patrinus ille

Nundinae Bolsanenses, quae occasionem dedere Judaeis sui sceleris.

, inter

CORONA TRIUMPHALIS ET MARTYRIUM SANCTI ET INNOCENTIS PUERI ANDREÆ

in Rinn, OEnanæ vallis inferioris Parochia Ampaſſenſis, qui Anno MCDLXII; XII Julii ab Judæis crudeliter occiſus eſt, et pro Chriſto Sanguinem Suum copioſe profudit, in æs hiſtoricè inciſa, atque hîc oculis Subjecta.

Iuxta exemplar, editum Oeniponti apud Michaelem Wagnerum Cum Licentia Superiorum.
Anno M D C L VIII

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google

A inter pocula agebat. Hunc de parvulo varia interrogant Hebræi, afferuntque dignum omnino esse meliori sorte & educatione. Cumque homo se infantis patrinum & tutorem fateretur; multis verbis instant, sibi ut hoc pignus crederetur; se loco parentum ei futuros, curaturosque, ut in omnem vitam ei commodissime sit prospectum. Ingens insuper promissum, nempe pileum aureis plenum annuenti patrino adjiciunt. *Pagus Rinn jacet inter Oenipontum & Halam; hinc distans paulo ultra horam; illinc duabus cum dimidia, in spatiosa supra montem planitie meridiem versus; extra quem pagum (patio quadrantis horæ in loco Hocstrass habitasse matrem Andreæ asserunt notitiæ Wilthinenses: in quibus male dicitur, puerum numerasse tres annos cum dimidio, vitio illius qui eas e Germanico in Latinum transtulit, uti postea nobis indicatum est: nondum enim tertium ætatis annum expleverat, quando occubit.*

11 *Bocenum*, *Bozzenum*, vulgo Pösen & Pozzen *incolis*, Bolzano *Italis* (*unde hic in* Bis explanatur. *textu* Bolsanensis) *urbs est in tractu Athesino* B *ad fluvium Eysacum*, *Tridentum inter ad Meridiem*, & *Brixinonem ad Septemtrionem media*, *æquali sex milliarium Germanicorum intervallo*, *habet quotannis nundinas quatuor*: & *primas quidem die proximo Lunæ post Dominicam* Oculi: *secundas proximo die feriato post festum Venerabilis Sacramenti*; *quod anno* MCDLXII, *incidit in* XVII *Junii*, *Pascha vero in* XVIII *Aprilis*: *atque adeo hæ nundinæ recte cohærent cum martyrio*, *cui occasionem Judæis præbuerunt*; *quamvis enim* singulis angariis, *id est*, *statis temporibus nundinarum*, *quibus merces aut vecturæ ibant aut redibant*, *frequens hæc esset transitus*; *hæ tamen*, & *non aliæ* Andreæ *fuerint fatales*, *tertiæ enim nundinæ celebrantur* VIII *Septembris*: *quartæ postridie S. Andreæ. De quibus videri potest Topographia Meriani. Cetera in iis*, *quæ promissa a Judæis patrino facta spectant*, *longiorem narrationem pertexunt notitiæ Wilthinenses*; *præplacet nostra*, *quia brevior & simplicior. Pergamus in martyrio.*

12 Luculento hoc pretio captus homo, statim assensit, recepitque, se, ubi post septimanas quatuor a nundinis Bolzano reverterentur, infantem in manus Hebræorum commissurum. Dictum, factum. Redeunt. Judæi decem circiter cum Rabbino suo, die quadam Veneris ante S. Margaritæ, subsistuntque die altera, sabbatum celebraturi: quod idem inter pocula prædictus patrinus cum Hebræis coluit. *Designatur hic dies nona Julii*, *quæ dicto anno* MCDLXII *fuit feria* VI; *quos dies*, *mensis atque hebdomadis recte exprimunt notitiæ supradictæ convenienter ad feriam* X, *hic paulo post signatam*, *quæ fuit duodecima*, & *ad Sanctam modo notatam*; *quæ in Romano quidem colitur die* XX *hujus*; *alibi vero* XIII; *de quo consule Usuardum illustratum. In notitiis Wilthinensibus dicitur ibidem coli* XII *hujus.* Interea mater innocentis Andreæ proximo die Lunæ, quæ fuit XII Julii anni a Christo nato MDCLXII, ad messem in campos Ombrosanos abiit; prius tamen filiolum suum fidei compatris sui commendans. Fuit tum circa sextam matutinam: cum impius nundinator, absente jam matre, Judæos per posticum in ædes & conclave induxit. Illi sine mora promissis aureis pileum hominis implent: in vicem ille infantem inter sicariorum brachia depositi. Sed ecce, vix illi innocentem prædam strinxerant, cum derepente cælum nubibus obduci, & tantum inter fulgura & fulmina nimbum excutere cœpit, ut messorum turba certatim ex aggris domum properarit. Veriti itaque Judæi ne a supervenientibus domesticis vel etiam ipsa matre deprehenderentur, in cauponam proximam iterum per posticum sese conjecerant. *Puto superius scribendum* Ombrasanos, *vel* Ombrassanos. *In notitiis est* Ombrass; *alibi lego* Ambrass, Umbrass; *estque castrum media circiter leuca Oeniponto distans*, *a pago vero Rinn duabus circiter horis junta easdem notitias. Inter Abbates Wilthinenses apud Bucelinum habetur Simon Cammerlander natus* in Ombras.

13 Porro mater ipsissima hora insolitum animi deliquium passa, in agro sub arbore remansit. Inde jam jam sibi restituta, sereno iterum cælo, cum reliquis operis ad messem perrexit. Hebræi vero ad latrocinium innocentis filioli, rapuerunt hunc præpropere ex patrini ædibus in vicinam betularum silvulam: in cujus medio ingens saxum, quod hodieque lapis Judæorum dicitur. (*Festum lapidi nomen indidit* Juden *quippe Judæos*: stein *vero lapidem significat Germanice.*) Ad hanc aram ubi innocens victima deportata fuit, manibus Rabbini excipiebntur. Is denudatum vestibus infantem saxo imposuit; & ne pleratu facinus proderetur, fascia os obligavit. Tum enimvero inter horrendas in Christum blasphemias ritu Judaico circumciditur: luculento vulnere ambæ ejus sauciantur genæ: brachii utriusque secantur venæ, & defluens sanguis vasculo ab astante Hebræo excipitur. Porro ut singuli quoque suam in innocentem Martyrem rabiem exercerent, mutatis vicibus in coxendice & suris vulnera inflixerunt. Cumque exhaustum sanguine Martyrem animam agere animadverterent, eumdem supra saxum in modum cruci affixi extenderunt; sicque extenso guttur a sanguinario Rabbino haustum fuit: quin & in defuncti corpusculum ab infandis latronibus sævitum fuit. Suspenderunt illud ex proxima betula, indeque celeri fuga per vallem Oeni in tutiora se subduxerunt. *Barbaries ista pluribus narratur in notitiis Wilthinensibus*; *quæ hic sufficienter tametsi breviter exponitur.* F

Barbara sanguinariorum laniena in exanimicando parvulo.

Quæ die Martyr Judæis traditus, & clam ea se abstulit.

C

14 *Raslerus in litteris* XXIII *Januarii* MDCCXX *refert*, *vogatum se fuisse ab Illustrissimo Wilthinensi*, *ut Tridentinum scriberet*; in parochia enim Ampassensi quamdam traditionem esse, Judæos, qui Andream Rinnensem occiderant, fuisse eosdem, qui tredecim post annis in B. Simeonis Tridentini martyrio fuerint comprehensi; *cujus veritas aut falsitas ex processu criminali ibidem actitato intelligi possit. In processu criminali, dato ad* XXV *Martii consignantur nomina sicariorum*; *in nostro autem martyrio nullum exprimitur! Unde ergo rem decides? Deinde nulli ex istis Judæis Tridentinis objicitur simile factinus alio loco aut tempore patratum, sed altum silent de hac re accusatores, judices, testes ac rei, uti constat ex tabulis ibidem productis. Quid itaque moverit Ampassenses ad hoc credendum aut suspicandum, non divinamus*; *experientia docente hujusmodi popularibus traditionibus parum fidei habendum. Lapidem martyrii tradunt*

cum dissentiente aliquorum adjunctorum.

ipsa

A *ista notitia* ex superiori parte mensæ planitiem
AUCT. J. P. referre ; habere insuper ex latere , quo Septemtrionem respicit , formam sediculæ cum scabello recipiendi parvuli . . . . artubus peraccommodam ; *figuram hanc miraculose lapidi inductam fuisse , & Martyri inservivisse pro sedili , multis fieri credibile , ibidem legitur* ; *non tamen admittitur in notitiis aliter , quam sicut* res aliquatenus dubia ; *pro qua & nos desideramus testimonia* ; *cum , ut ipse in sæpe dictis notitiis* annotationes archivii Wilthinensis specialem *de ea* mentionem non faciant. *Rursus nos ad martyrium.*

15 Dum hæc in parvulum innocentem a crudelibus Hebræis exercerentur , piæ matri cum aliis in agro Ombrosano metenti triticum , ex improviso gutta sanguinis primo , secundo & tertio in dexteram ex alto decidit. Sdectarunt hoc ipsius sociæ feminæ cum attonita matre : quæ cum nihil boni exinde præsagiret , continuo domum properat ; filiolum in cunis quærit ; absentem per vicinam inter coæquales investigat : rogat compatrem , quo Andreas suus excurrisset. Proditor omnia dissimulat. Verum cum anxia
B mater etiam cum ejulatu instaret , & commissum ab homine filiolum requireret ; subjecit ille : sine cura esset : optime provisum filio. Simul manu prehensam matrem in conclave duxit , pileum auro plenum ei exhibens. De hoc ut mater in solatium deperditi filii , partem acciperet , cum urgeret ; ecce subito omne aurum in folia salicis mutatur. Hoc spectaculo attonitum convictumque proditorem innocentis filii mater vehementer urget , diceret , quo infans devenisset. Fatetur ille a Judæis abductum , & quidem per posticum in proximum nemus. *Hæc agebat mater cum patrino in* Hochstrass *prope Rinn , ex agro Ombrassensi redux.*

de qua ejus matre celebratur memoratus ; videndus alibi in pœnitentia a Judæis pro ipsa data universalem.

16 Extemplo mater eo properat : cumque multum plorans Andream suum per silvulam inclamaret , ad fatale saxum pervenit. Hic cum circumspiceret , vidit ex vicina betula lamentabile spectaculum , filiolum suum nudum ac cruentum pendere : mox in vociferationes effusa , plures ex accolis spectatores ad tristem scenam excivit. Hanc
C spectabant illi , condolentes quidem afflictissimæ matri ; sed , quæ temporum illorum ruditas fuit , sine sensu & æstimatione insignis martyrii. Perinde sacrum Martyris corpus sine ullo cultu de arbore in sinum matris deposuerunt , nempe ut communi sepulturæ illud committi curaret. Nec ipsa parens , tota in luctu , sublimius quid de filiolo suo Martyre apprehendit ; sed tenui involutum linteo ad tumulum in pagum vicinum Ambos deportavit. Hic aperto in cœmeterio inter alios a parocho sacrum Andreæ corpus terræ mandatum fuit. *Longa horum rursus narratio in notitiis VVilthinensibus in hæc verba* : Primo quidem omnium cogitare cœpit *(parvuli mater)* de Christiana ejus sepultura : unde e re fore judicabat , si ipsamet ad R. D. Parochum suum iret , totamque rei seriem fideliter eidem exponeret. Quod & præstitit : sive quia intolerabile ipsi accidebat occisi filioli corpus continuo aspicere ; sive quia domum redire , perfidoque patrino sub oculos venire nolebat ; sive quia a zeloso animæ suæ pastore in extrema hac desolatione solatium haurire posse sperabat. Vadit igi-

Iturus ab ea filius ,

tur itineris asperitate ac longitudine (distat D enim minimum integræ horæ spatio) non obstantibus , celeri gressu in Ampass : ubi tunc temporis erat domus canonica totius parochiæ ; cujus ecclesia S. Apostoli Andreæ in Rinn una cum quatuor aliis erat filia. Tota vero parochia Ampassensis ex dono Brunonis Episcopi Brixinensis pertinebat , & de facto adhuc pertinet ad collegium VVilthinense sacri & exempti Ordinis Canonicorum Præmonstratensium ; e quorum proinde numero erat tam R. D. Parochus ipse , quam religiosus ejus socius , hic locorum communiter cooperator dictus.

17 *Hinc solvo dubium de Martyris sepultura* *ubi sepul.* *fuerint natum : cui in martyrio , quod damus ,* *tur qua* *assignatur , ut modo vidimus* , pagus vicinus *occasione* Ambos *(Ampass.) Et rursum paulo post dicitur* *datur serie de* *hic* divina bonitas tantum thesaurum in Am- *VVilthi-* bosano cœmeterio latere noluisse. *Ac paulo* *nensium* *post memorantur ejus* ossa de cœmeterio Ambosano levata. *Quæ quomodo concordant cum* E *iis , quæ habent notitiæ VVilthinenses ?* Itum recto itinere ad ecclesiam D. Andreæ Apostoli in Rinn ; ibique funus terræ mandatum in cœmotaphio Silleriano : quod extra ecclesiam quidem in cœmeterio , attamen ita pone laterale altare jacet , ut solus templi paries sive murus intermediet , prout hodie adhuc videre est. *Idem locus erui potest ex pluribus aliis verbis earumdem notitiarum. Sed ista duo vere non pugnant : nam Ampass & Rinn , physice diversa loca , moraliter eadem sunt ob alterius ab altero dependentiam & subordinationem ; ut deducitur ex verbis notitiarum inferius alia occasione proferendis num. 24. Sive itaque cum martyrio nostro sepulturam fuerat in pago Rinn , sive cum notitiis in Ampass , eodem redit : cum idem utriusque sit pastor , eadem ecclesiæ , parœcia eadem. De donatione Ampassensis ecclesiæ cœnobio VVilthinensi agit Hundius Metrop. Salisb. pag.* 488 , *factum innectens anno 1256. Quibus adde ex eodem alios favores eidem cœnobio anno 1260 concessos , annoque sequenti eos , qui præcesserant , confirmatos. Pro majore notitia adjungi his possunt ,* F *quæ scribit Bucelinus Monasteriologiæ Germanicæ parte altera , pag.* 325 , *asserens* Brunonem , Episcopum Brixinensem incorporasse Witmaro , nono VVilthinensium Præposito , parochiales ecclesias Ampass & Patsch *Wilthinense cœnobium olim ad Benedictinos spectasse : sed postea spectare desiisse , ecclesias ad clericos seu canonicos regulares devolutas , tandemque per Reginbertum , ex monacho Admontensi & Abbate S. Petri Salisburgi Episcopum Brixinensem , ad Præmonstratenses translato. Idem Hundius pag.* 244 *ait extare diploma , in quo laudatus Præsul ponit* Wilthinensem ecclesiam a se utcumque plantatam ; tradens ei quidquid juris ecclesia Brixinensis ante hoc inter illos præfinitos terminos in decimis majoribus ac minoribus , in silvis , campis , villis & vicis habuit &c. ad monasterii perpetuos usus &c. Actum anno MCXLI. *Nunc ad martyrium redeamus.*

18 Interea perfidus compater subito tantis agitari furiis cœpit , ut validis funibus & catenis ipsissimo in conclavi , in quo innocentem parvulum Judæis vendiderat , vinciri debuerit. Tenebatur in hoc carcere per solidum biennium ceu indomita bestia : cumque jam a pedibus ad caput vivus computresceret , ob intolerabilem fœtorem domo ejectus , in stabuli

Pueri venditor punitus sui & temeratæ floris sui ra Martyris sepulcrum emuli.

Digitized b

A ſtapuli angulum compactus fuit. Hic infelicem animam poſt alterum biennium inter furias egit. Porro eum divina bonitas tantum theſaurum in Amboſano cœmeterio latere nollet, ſuique Martyris gloriam orbi conteſtatam facere vellet, candidiſſimum lilium ſub autumni proximi initium de tumulo Martyris progerminavit. Cumque floris calix ſe latius explicaret, animadverſæ ſunt literarum notæ, a pluribus quidem obſervatæ, ſed non explicatæ. Floruit miraculoſum hoc germen per plures dies: verum quia ſepiendi cura incolis non fuerat, ab inſolenti quodam puero decerptus fuit; ac non impune: nam & ipſe, & poſteritas ejus in hæc uſque tempora hanc luit proterviam: ſiquidem rarus ex ea progenie, qui non vel immatura, vel violenta morte obeat. *Notitiæ Wilthinenſes id factum memorant a* petulantibus quibuſdam pueris ex Pegleriana familia; *teſtante Guarinonio, ſicut lego ibidem*, ſibi ipſi præter feminam ex
B eadem familia, inſania correptam, probe etiam fuiſſe notum quemdam Franciſcum Pegler, qui duos litigantes reconciliaturus, cultro tam infeliciter fuit vulneratus, ut intra paucos dies vitæ ſuæ finem fecerit; in hoc aliis felicior, quod ſanctis Eccleſiæ Sacramentis more Chriſtiano adhuc provideri potuerit.

Caprarius ob excisam arborem, e qua Martyr pependerat, punitus.

29 *Martyrium ſic proſequitur*: Ad hæc betula illa, de qua innocens martyr pependit, per ſequentem hiemem, nudis omnibus aliis in ambitu arboribus, ſola revireſcebat: manſitque miraculoſus hic viror per integrum ſeptennium. Nec hic tamen rudibus incolis cura fuit arborem hanc ad arcendam injuriam ſepe munire: perinde etiam a protervo quodam caprario ſecuri dejecta fuit. Cumque arboris ſtipitem ad focum domeſticum trahere moliretur, crus fregit, ex eoque vulnere deinceps inſtar exſuccæ plantæ exaruit, & mortuus eſt. *Quid moverit caprarium*
C *ad excidionem betulæ, tradunt notitiæ Wilthinenſes*: *cum enim capræ* ad eamdem, præſertim dum alia pabula paulatim defecere, magno frequenter pruritu accurrerent, ramuſculos inde perpetuo virentes depaſturæ; idque ſæpe non ſine ingenti tædio caprarii, qui pecudes ſuas longo ſæpe ſpatio nolens volens ſequi debuit, ad hanc betulam; (*hic*) tandem hac ſeſe moleſtia exempturus, ſecurim adhibuit, & arborem ſuccidit.

30 *Martyrium ita abſolvitur*: Suffecerant ejuſmodi prodigia plebi ruſticanæ, ut digniores de cultu Martyris ſui cogitationes conciperent. Verum non niſi poſt tredecim annos, cum par Judæorum crudelitas in innocentem parvulum Simonem Tridenti deſæviit, ſapere didicerunt: nam ubi ſacra Simonis lipſana a Tridentinis impenſe coli, tumbaque argentea incluſa fuiſſe perceperunt, ad parem excitati cultum, eam operam dederunt, ut anno ſalutis MCDLXXV, Dominica SS. Trinitatis, ſacra Andreæ oſſa de cœmeterio Ambroſano levarentur; indeque per ſolennem ſupplicationem (quæ quotannis eo feſto repetitur) ad ſaxum Martyris, dein ad templum deportarentur. Ab eo tempore multis innocens Martyr miraculis clarere cœpit. Moverunt ea Maximilianum Cæſarem, hac forte poſt XL annos iter facientem, ut templum honori & nomini ſancti innocentis Andreæ poneret. *Fuit is Maximi-* D
lianus I, Frederici Imperatoris filius, anno Ca- AUCT.
roli V, Rex Romanorum electus 1486, die Ju- I. P.
vis, XVI *Februarii*; *coronatus Aquiſgrani* IX *Aprilis*; *patris in imperio ſucceſſor 1493 obiit* XII *Januarii 1519. Quæ de templo hic breviſſime, paulo latius deducunt notitiæ Wilthinenſes*; *addunt que Auguſtiſſimum Principem rem quæ ibi erat geſta, probe edoctum, mox* notabilem pecuniarum ſummam pro ædificando ibidem... ſacello contuliſſe: addito gratioſiſſimo mandato, ut ipſi quoque illius vicinitatis accolæ aliquid eum ipſum in finem contribuant; quod & fideliter factum; *ſed dilapidata pecunia a Jacobo Haan, & rem non ſatis efficaciter ac nonniſi poſt annos* 20 *accolis ſerio urgentibus, tandem in jus vocatur diſſipator*; *coactuſque fabricam inchoare, languide primo eam promoviſſe, & poſt ejus mortem heredes etiam penitus eam neglexiſſe ibidem perhibentur*; *at non impune*: E
nam ut addunt dictæ notitiæ, tempore Hippolyti Guarinonii etiamnum in vivis agebat Vitus Haan, infidelis architecti nepos, homo ſexaginta annorum; qui interroganti eidem Guarinonio ingenue faſſus eſt, omnem totius eorum familiæ interitum proveniſſe ab infelici avo. *At edis ſacræ ædificatio, has tum difficultates paſſa, commodiora poſtea tempora invenit, quibus conderetur, prout patebit ex paragrapho ſequenti de cultus Beati augmento, propagatione ac Reliquiis ejus.*

§. III. Beati Andreæ cultus ad noſtra uſque tempora ſucceſſive continuatus; ſupplicationes; erectum templum; ſtatus Reliquiarum modernus; miraculum; anathemata.

F

Supplicationes novum templum.

Corrado, quæ ad illuſtrandum cultum publicum Beati, ad hæc uſque tempora ſucceſſive continuatum, & in ſine martyris parciſſime tactum conducunt, inſiſtens notitiis Wilthinenſibus pluries laudatis. Inter alios, qui ad eccleſiam Rinnenſem, atque ad lapidem ſacrum, venerationis causa confluxere, præcipue in iiſdem celebrantur incolæ pagorum Tulfes & Rinn, peradia quotannis communione Paſchali illuc concurrentes. Quin etiam integræ ſæpe communitates eo verſus ſolennes ſupplicationes inſtituere: quarum dignior præ aliis memoriæ commendatur Halenſis die XII *hujus, anno* MDCXXI *ad obtinendam aeris ſerenitatem: quam ornavit ſtudioſa juventus, ac panegyris a P. Joanne Eyſelin noſtro ibidem tunc habita. Subſequenti vero dicti anni in Gymnaſio Halenſi dramatice exhibitum fuit martyrium coram Sereniſſimo Archiduce Auſtriæ, ac Comite Tyrolenſi Leopoldo. Præceſſerat ſedula aliquorum cura in ſuppeditandis ſumptibus ad exædificandum novum templum in Rinn; inter quos primus fuiſſe fertur memoratus Guarinonius; non obſtante, quod paulo ante ſuis impenſis a fundamentis erexiſſet eccleſiam in honorem S. Caroli Borromæi in pago Volders ad Oenum, Hala diſtante ſpatio unius horæ: cui eccleſiæ ante annos circiter viginti adjunctum Servorum B. V. Mariæ monaſterium. Templi fabrica anno* MDCLXX *ad finem perducta.*

32 *Poſtea acceſſit altare ſummum munificentia cœnobii Wilthinenſis*; *atque aliud ad ipſius eorum*

Suan-

AUCT. L. P.

Reliquiæ publicæ venerationi expoſitæ.

A *Euangelii doctor Regii parthenonis Halenſis, illi reſpondente ad cornu Epiſtolæ lapide martyrii, ut rurſum nos docent notitiæ Wilthinenſes; e quibus habemus, huc pariter translatas fuiſſe Beati Reliquias, publicæ venerationi exponendas ex indulto* Epiſcopi Brixinenſis Paulini, *anno* MDCLXXI, *die* XX *Septembris, quæ fuit Dominica tertia dicti menſis; confluente innumera populi multitudine, inſtitutamque ſupplicationem ſubſequente cum veſtibus pontificalibus Ampliſſimo Wilthinenſi Dominico Lor; qui tum vivebat; natus videlicet* XXVIII *Decembris* MDC; *profeſſus* VIII *Februarii* MDCXXIV; *electus Abbas* IX *Januarii* MDCLI, *mortus* X *Maji* MDCLXXXVII; *prout notatur in additamentis Wilthinenſibus, de quibus in Appendice proxima.*

an Paulini Ep. Brixinenſis indulti Anathemate.

B 23 *Die* XXII *Octobris* MDCCXXII *inter alia rogavi ſæpe nominatum Raslerum, quando ſedere cœpiſſet, ac deſiſſet ſupra dictus Paulinus Brixinenſis Epiſcopus. Re itaque cum Abbate Wilthinenſi communicata, dicti Raſleri interea vita functi in reſtaurato Collegii Oenipontani ſucceſſor R. P. Franciſcus Meſſu, reſponſum ſcripto accepit ab eodem Illuſtriſſimo, ad hoc atque ad alia quæſita ad nos dirigendum: in quo ſignatur Paulinus electus die* XXIX *Aprilis* MDCLXXVII; *vita autem functus die* XXIX *Septembris* MDCLXXXV: *citaturque R. D. Andreas Ziegler in concione funebri. Itaque juxta hoc documentum Paulinus nondum erat Epiſcopus Brixinenſis anno* MDCLXXI. *Quomodo ergo ſcribi poteſt in notitiis Wilthinenſibus dediſſe facultatem exponendi Reliquias publicæ venerationi iſto anno? Verum ut ad templum novum redeamus, frequentiſſimo concurſu adiri cœpiſſe, teſtantur eadem his verbis*: Ingens mox peregrinantium multitudo, non de propinquis tantum, ut fere hactenus, ſed & de remotioribus locis convenire cœpit, ſuis quiſque neceſſitatibus ex hoc novo gratiarum fonte medelam quæſiturus: quam etiam claudi, cæci, ſurdi, muti mirabiliter ſæpe invenere, & etiamnum inveniunt; prout appenſa magno numero per eccleſiam anathemata ſatis demonſtrant. *Indidem diſcimus, templum iſtud a prædicto Epiſcopo Brixinenſi annis a tranſlatione ſeptem, die* 2 *Decembris, una cum binis altaribus in honorem omnium Sanctorum Innocentium conſecratum fuiſſe.*

C 24 *Nec vero in Beati cultu promovendo ſegniter ſe geſſerunt Wilthinenſes; nam* a tempore conſecratæ novæ eccleſiæ, ut peregrinantium devotioni plenius poſſet ſatisfieri, non modo ſingulis per annum feſtivis diebus divina ibi, Miſſæ nimirum ſacrificium cum concione celebrabantur a R. D. Parocho in Ampass, & ejus capellanis: ſed & auguſtiſſimum alteris Sacramentum de ſublimioris poteſtatis licentia inſtituebatur perpetuo ibi aſſervandum. Ultimis hiſce temporibus legenda etiam eſt Miſſa in ſingulis anni hebdomades fundata. Unde cum labores indies notabiliter excreſcant, & via ex Ampass ſit perquam incommoda & difficilis, modernus Abbas Martinus ex Wilthinenſi collegio duos ſuorum canonicorum vicino in loco ipſius potiſſimum monaſterii impenſis expoſuit, ut ſimul & uviculas utriuſque pagi Tulfes & Rinn zelo Norbertino paſcant, & peregrinantium ad eccleſiam innocentis parvuli Andreæ curam gerant: quod etiam præſtant emolumento ſpiritualis lucri non modico, & devotione erga beatum Martyrem indies creſcente. D *Quam vero late diffuſa, & quanto incremento ad noſtra uſque tempora propagata ac continuata ea fuerit*, non levi argumento eſſe poteſt numeroſa illa proceſſio, quæ ad implorandam ejus interceſſionem ex quindecim populoſis communitatibus inſtituta fuit anno Chriſti MDCCIII, dum provincia Tyrolenſis ex bina hoſtium invaſione extremo jamjam in agone jaceret. *Atque hæc omnia totidem argumenta ſunt, quibus ſolide ac certo ab immemorabili tempore* B. Andreæ *cultus ſtabilitur, & ſucceſſive huc uſque continuatus probatur, antiqua pariter ac moderna veneratione ſtabiliter perſeverante.*

Proamplificando Beati cultu alloboratum a Wilthinenſibus

Status præſens Reliquiarum.

25 *Adde quæ ad nos ſcribebat Raslerus die* XXIII *Januarii* MDCCXXII, *ſuum erga Beatum ſtudium ſignificans*: Ego per me nihil magis velim, quam promovere cultum beati pueri; ad quem & puer ego ante annos triginta aliquot peregrinabar. Et jam in feriis autumnalibus Profeſſores noſtri pene quotidie peregrinantur ex Tuſculo, horam breviculam inde diſſito. *Eam litteris a Julii ejuſdem anni indicat*, in Judenſtein, ſeu ad lapidem E Judæorum, (ita vocatur templum novum & elegans, in quo beati pueruli oſſa requieſcunt) *peculiarem Miſſam hactenus lectam non fuiſſe, ſed tantum* votivas de SS. Innocentibus; id nunc agere *pro ſuo in ipſum ſtudio Illuſtriſſimum Wilthinenſem*, ut impetret propriam: ita eum ſibi retuliſſe *paucis quam ipſa ſcriberet.*

idem ſignificavit a noſtro Oenipontano;

26 *De ſtatu præſenti Reliquiarum hæc ſubdo ex notitiis Wilthinenſibus*: Corpus reclusum fuit (*condito jam novo templo*) *anno ut ſupra ſignavimus* MDCLXXI, ſub triplici ſera pone lapidem martyrii, in tabernaculo ad id ſpecialiter facto: ita tamen ut per feneſtellas vitreas probe videri poterit. Quo in ſtatu uſque in hodiernum diem perſeverat; *ita quidem integre conſervatum, ut omnibus ſuis partibus conſtet, excepto extremo digiti articulo; quem notitiæ narrant petiſſe atque obtinuiſſe Epiſcopus Brixinenſis, poſtquam conſecraverat novum templum cum duobus altaribus*; eumque argenteæ thecæ incluſum, magno, quoadusque vixit, in honore habuiſſe. Aliæ particulæ de ſacro corpuſculo quam ardenter ſæpe expetuntur, tam conſtanter denegantur; adeo ut in hodiernum diem præter memoratum digiti articulum nihil deſideretur. *Ex quibus præſens ſtatus ſacri hujus depoſiti, impenſiſſimo Rinnenſium in eo poſſidendo æſtimatio, & plane ſingularis in conſervanda ſollicitudo abunde intelligitur.*

F

Miracula non hic deſcripta ſed extra Appendicem.

27 *Miracula quædam recentiora, Beati ope patrata, rejecimus in proximam appendicem, cum adjunctis locorum, perſonarum, ac notis chronologicis ſatis accurate deſcripta. Aliud, quoniam abſque nota temporis inter notitias Wilthinenſes recenſitum, ad nos pervenit, epimetri loco hic ſubnecto: quod ibidem expoſitum factum* devotæ virgini Barbaræ Sillerin, quæ & ipſa ex ea deſcendebat familia, quæ innocentis parvuli corpuſculo ſepulchralem indulſit quietem. Hæc veneratione beati Martyris adeo erat addicta, ut diebus ſingulis minimum ſemel martyrii arenam frequentaret, ardentes ibi ad Deum preces fuſura. Dominicis autem diebus atque feſtivis a prandio tempus fere omne in oratione ibidem inſumebat, idque

G aeris

A aeris intemperiei nulla habita ratione. Contigit semel æstivo tempore, ut devotionis causa peregrinaretur in Seelfeld, locum octo horis dissitum (nunc ibi est monasterium Eremitarum S. Augustini) adoratura Deum eucharisticum, qui jam ab anno MCCCLXXXIV ibi asservatur. Quo anno illum sub formula majori nobilis dynasta Oswaldus Chilser pro sua communione paschali petiit & obtinuit: sed dum sacerdos consecratam hostiam porrigebat, tellus sub fastuoso nobili instar mollis cera cessit; & cum ipse manibus se retinere vellet in tabula altaris; hæc quoque fulcimento esse recusavit; prout hodie adhuc impressis genuum ac digitorum vestigiis videre est.

28 Ex hoc igitur loco sub noctis crepusculum, etiamnum jejuna, redux cibum capere distulit, donec consuetum innocentis parvuli pensum persolvisset. Quare in genua ibi prostrata cum aliquamdiu orasset, cœpit viribus ita deficere, ut elumbe corpus lapidi sese inclinare cogeretur. Sed, ecce, dum
B sic inclinata vix amplius respiceret, primum ex odore, mox etiam ex tactu, frustum panis recenter cocti advertit: quod dum apprehendens comedisset, fassa est, se nil unquam sapidius tota vita sua gustasse hoc pane, per intercessionem beati martyris Andreæ cælitus sibi demisso. *En tibi quæ alia miracula in Appendice: quorum occasione mentio fit anathematum, in ejus honorem appensorum ab iis, qui pio ad ipsum recursu divinam opem implorarunt: & jam num. 23, mentio de iis injecta est.*

APPENDIX

Recentiora quædam miracula.

Ex Ms., ab Illustrissimo Abbate Wilthinensi huc misso.

Miracula sequentia ab Ordinario typis emitti permissa. C

Post responsa altera ad altera quæsita mea, secundis curis proposita, & ab Illustrissimo Wilthinensi Martino diligenter huc transmissa, invenio additamentum miraculorum, feliciter nactus eadem ipsa opportunitate plus quam determinate rogaverem: ad quæ ita præfatus eorumdem collector vel transcriptor: Cetera quædam pauca hic beneficia subjungere placuit, per intercessionem B. Andreæ ultimis his temporibus obtenta; non quod hæc prioribus, & hactenus, prout anathemata per ecclesiam appensa exhibent, consueris majora sint; sed quod viva etiamnum voce probari, & juramento firmari possint, & ut plurimum firmata sint: quin & missa ad Officium Ecclesiasticum Celsissimi DD. Ordinarii, indeque remissa una cum approbatione permissiva & licentia, ut per typum in publicum edantur. *Quibus præmissis sic ea exponit collector.*

Gressus Lotharingiæ Duci redditus;

30 Serenissima Poloniæ Regina, Augustissimi Imperatoris Leopoldi soror, quatuor ex secundo cum Carolo V.° Lotharingiæ Duce, ac Tyroleos gubernatore suscepit filios: quos inter primogenitus Leopoldus Josephus (ea ipsa nimirum Regia Celsitudo, quæ ex Serenissimis fratribus sola superstes, de facto adhuc felicissime regnat in Lotharingia) cum D AUCT. J. P. quinto ætatis anno pedes in gressum solvere nondum posset, licet perfecte solverent duo juniores fratres, Carolus Josephus, & Ferdinandus Josephus, Serenissima Parens anno MDCLXXXIV votum fecit B. Andreæ in Rinn. Et ecce, Princeps mox itare, paulatim etiam perfecte incedere poterat. Anathematis loco Regia Majestas duos calceos ex argento confectos, qui hodie adhuc ibidem visuntur, obtulit: ipse vero Serenissimus Princeps, cum ad majorem veniisset ætatem, ad Reliquias innocentis parvuli itinere satis difficili venit; pro accepto beneficio gratias acturus. *Serenissima supra dicta est Eleonora Maria, anno 1653 nata; 1670 Michaeli Wisowizkio Polonia Regi, deinde ex tribus post annis, & quod excurrit, mortuo, Carolo Leopoldo Duci Lotharingiæ 1678 nupta: cujus morte anno 1690 vidua facta, obiit 1697. Vide Imhofii notitiam S. R. I. Germ. pag. 11. Eadem Leopoldi I Imperatoris fuit soror germana, non uterina: is enim ex Maria Anna, Philippi III, Hispaniarum Regis, & Margaritæ Austriacæ filia, prima Ferdinandi III Conjuge natus: illa vero ex Eleonora Gonzaga tertia ejusdem conjuge.* E

cæco visus;

31 Martinus Jabinger, modernus ad B. Andream ædituus, homo, quinquaginta annorum, dum in infantia variolis laboraret, oculis ita læsus est, ut non solum nihil amplius viderit, sed & palpebris reclusis aliud non apparuerit nisi cruda caro: ubi vero ad monitionem matris in honorem B. Andreæ aliquamdiu orasset, somno correptus est: ex quo post horam cum dimidia evigilans, oculos sibi eorumque usum esse restitutum animadvertit: quibus adhuc hodie tam perfecte gaudet; ut non modo ædituum, sed & ludimagistrum agat, ad juventutem Rinnensem in legendo & scribendo instruat. *Ex characterismo temporis, qui hic apponitur, factum id fuerit circa annum 1678.*

alteri gressus;

32 Michael Pichler ex Rinn ante annos XL manibus pedibusque ita obrigit, ut adhibito duplicis baculi adminiculo vix misere incedere potuerit. Hic cum media omnia videret esse frustanea, contulit se ad ecclesiam beati & innocentis patriotæ sui: ubi in preces ardentius effusus, mox advertit priorem sibi agilitatem redire: & rediit ita perfecte, ut non solum eodem adhuc die arborem conscenderit, cerasa lecturus; sed & nuperrime vocatus trium horarum itinere Wilthinam, & inde Oenipontum venerit venerabilis LXXXIII annorum senex, de accepto hoc suo beneficio testimonium perhibiturus. *Quæsita nostra acuerint laudatissimam diligentiam Reverendissimi & Illustrissimi Wilthinensis, ut ex toto vel ex parte miracula hæc suo jussu recentissime colligerentur, ad nos transmittenda. Id videtur plane colligi ex characterismo temporis hujus loci, & alterius infra num. 34.* F

uti & puella quadrimula:

33 Anno a partu virginis MDCCV D. Nicolaus Jochamb, civis Halensis, privignam suam, quatuor annorum parvulam, omni adhuc gressu carentem, ad Reliquias beati martyris Andreæ portari curabat. Dum ipse cum uterina infantis matre, Susanna Oberpergerin, devotioni ibidem aliquamdiu insistit, parvula per ecclesiam cursitare cœpit, & ex illo tempore usque in hodiernum diem sine defectu incedit.

Digitized by Google

A AUCT. J. P. *linguæ usus adversis*

34 R. P. Simon Troſtberger, Ordinis Servorum B. V. Mariæ, nunc temporis in celebri conventu Oenipontano ad S. Joſephum ſacrarii cuſtos, ſub fide ſacerdotali die XXIII Octobris anni MDCCXXII in ſcriptis de ſe ipſo teſtatus eſt, ſe, dum ſextum agebat ætatis annum; linguæ uſu adhuc ita fuiſſe deſtitutum, ut non ſolum verbum proferre potuerit nullum, ſed & matrem dubiam valde reddiderit, an non mutus perpetuo ſit manſurus; quæ huic malo obviatura, peregrinationem ad B. Andream inſtituit, ibique SS. Miſſæ ſacrificium pro filii ſalute offerri fecit. Et ecce! ſub elevatione hoſtiæ, puer alta voce ad matrem dixit: Eo mater, Chriſtus Dominus elevatur. *Ordo Servitarum ſub regula S. Auguſtini inſtitutus eſt verſus annum 1232, concurrentibus ſeptem mercatoribus Florentinis, ac præſertim annuente S. Philippo Benitio: de qua re ex profeſſo agi poterit die XXIII Auguſti, & diſtingui Ordo Servitarum plus unus; nomen ſortitus a peculiari ſervitio erga B. V. Mariam: confirmatus a Benedicto PP. XI apud Raynaldum ad annum 1304.*

B

35 Simile beneficium obtigit Franciſco Antonio Iſſer, civis Oenipontani filio, qui cum completo tertio ætatis anno nondum balbutiret, dominam aviam ſuam Annam Trautſchonin, apud quam morabatur, timidam reddidit, ne loqui penitus non diſcat. Unde hæc ad innocentem Andream peregrinationem inſtituit die XXX Aprilis MDCCXIII; ubi precibus pro nepote ſuo abſolutis, cochlearium, quorum magnus ibi numerus in ſignum obtentæ loquendi facultatis appenſus eſt, ſecum tulit; ex quo dum parvulus cibos ſumpſit, infantium more non ſine lacrymis præ gaudio dominæ aviæ ſuæ mox garrire cœpit, & deinceps loqui. *Atque hæc omnia confirmantur authentico & autographo teſtimonio Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Abbatis Wilhinenſis Martini, ſubmiſſi, ſicut ex decurſu patuit, pluribus imo prope omnibus, quæ produximus, documentis, de beato puerulo* Andrea *ac de nobis quam cumulatiſſime meriti: quod ita ſonat:* Hæc additamenta eamdem fidem habere, quam habet hiſtoria (*martyrii*) tranſmiſſa, manu propria & ſigillo abbatiali atteſtari volui. *Et addebatur alia manu* XXIII Januarii MDCCXXIII. *His* B. Andreæ *martyrium, & hunc diem concludimus.*

D *Item puero primum vegetatum.*

E

DIES DECIMA TERTIA JULII

SANCTI QUI III IDUS JULII COLUNTUR.

S. Joel) prophetæ V. T. in
S. S. Eſdras) Palæſtina.
S. Silas ſive Silvanus, S. Pauli Ap. ſocius, in Macedonia.
S. Anacletus PP. & martyr Romæ.
S. Serapion martyr apud Græcos.
S. Serapion)
S. Trophimus)
C S. Meleus)
S. Euangelus)
S. Propolus) Martyres Ale-
S. Attalus) xandriæ.
S. Zeno)
S. Mineus prbr.)
S. Trophima V)
S. Macrobius)
S. Myrope martyr, in Inſula Chio.
S. Juſtina) martyres Tergeſti in
S. Zeno) Iſtria.
S. Sara V. abbat. in Sceti Libyæ.
S. Juvenianus magnus Conf. Eyſtadii in Germania.
S. Eugenius epiſcopus Carthaginenſis, Albigæ in Occitania Galliæ, & ſocii ejus a VVandalis paſſi.
S. Cholinduch martyr apud Græcos, Hierapoli, ut videtur, in Syria. F
S. Mildreda Virgo abb. Tanetenſis, Cantuariæ in Anglia.
S. Stephanus Sabaita, Thaumaturgus, monachus in Laura S. Sabæ prope Hieroſolymam.
S. Turianus ſeu Tyriavus epiſc. Dolenſis in Britannia Armorica.

Digitized by Google

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

MAura & Britta *seu* Brigida, *prout variis locis colunntur, sic diversis diebus consignatæ sunt. Inter Prætermissos die* v *Maji ipsas ad hunc diem* XIII *Julii remisit Henschenius, ut quæ tunc Nongenti colli dicantur, subdubitans, utrum eadem sint de quibus actum fuit* XV *Januarii. Ad hunc, inquam, diem ipsas remisit, sperans eruenda alicunde monumenta, a fabellis Hibernicis aliisque repurgata, quæ nimirum hoc die illustrari possent. At licet schedas nonnullas reperiam, ad illas spectantes; quas easdem prorsus & a Turonensibus, & a Bellovacensibus, Nongentinisque celebrari non dubito; nihil adhucdum occurrit, quod dictis præfata die* XV *Januarii superaddi hodie mereatur. Eadem igitur spe, qua Henschenius involutas eatenus historias hic evolvi posse existimavit, consedere ego ausim, quæ hactenus reperta non sunt, aliquando inventum iri, eaque proinde ad diem qua de ipsis agi cœptum est, ad supplementum ipsius mensis censui remittenda* XV Jan.

B. Joannis episcopi & confessoris, Ardinis Carmelitarum *est singularis annuntiatio additionum Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum; quæ non video indicari alium posse præter* S. Joannem Eleemosynarium, *de quo hoc die agunt codices Usuardini Centulensis, Bruxellensis, & plures alii in Auctariis nostris citati. De celebri Sancto actum est die natali* XXIII Januarii.

S. Margarita virgo, filia Belæ regis Hungariæ, Posonii in Pannonia, Ard. Prædicatorum *loco non suo refertur a Ferrario in Catalogo generali, forte immemore, se eandem melius signasse ipso die quo colitur & quo de ipsa egimus* XXVIII Januarii.

S. Gildam *alicubi hoc die legit Bollandus, sed de eo actum est* XXIX Januarii.

S. Gabrielis Archangeli *festivitatem hoc die certatim celebrant sacræ Græcorum tabulæ, Menæa impressa, Horologium, Maximus Cythererum episcopus, Epitome excusa Menologii, Index in Typicum Sabæ, Menologium Slavo-Russicum, aliud Sirleti & Ephemerides Græco-Moscæ. Quibus adde Kalendarium Syriacum seu Chaldaicum Romæ impressum an.* 1624, *quod Majoribus nostris Latine dictavit D. Josephus Maronita an.* 1661, *atque item Arabo-Ægyptium, versum a Gratia Simonio, ut satis pateat, receptum in Oriente fuisse hoc die sancti Gabrielis festum: de cujus institutione hic nobis agendum non est, cum apud Latinos communis non sit, neque hoc die celebretur in Officiis Hispanicis, in quibus ponitur* XVIII Martii.

S. Cleti Papæ & martyris; S. Marcellini Papæ & martyris *in Matricula Carthusiæ Ultrajectinæ male hoc die referuntur, spectant enim & de iis actum est ad diem* XXVI Aprilis.

S. Petronilla (*Gall.* Perrenelle) *uxor S. Gilberti fundatoris & primi abbatis Neovimontium*, *ipsa* fundatrix & prima *item* abbatissa (*Castellanus* Priorissam *vocat*) monasterii S. Gervasii & Protasii de Albaterra Claromontensis diœcesis *a nonnullis refertur hoc die, ab aliis* III *Octobris, quod pluribus explicatum habes tomo* I *Junii pag.* 762, *ut hic dicta repetere opus non sit: at cum de ea*

nihil sciatur, præter ea quæ in Sancti conjugis Actis continentur, ipsam remittimus ad diem qua de illo actum est VI Junii.

S. Pontia *Sanctorum conjugum* meritissima filia, ejusdem cœnobii post matrem præposita, *non uno etiam die reperitur commemorata, nominatim* XX *Maji, ut etiam signavit Castellanus: sed cum ejus æque ac matris gesta, cum jam citatis connexa sint, actum non agimus; sed videatur & de ipsa* V Junii.

Artisii, de antiquis Christi discipulis *memoria agitur in Codd. Usuardinis Florentinis, qualis mihi necdum notus est. Corruptum opinor nomen ex* Artema S. Pauli *discipulo, de quo meminit ad Titum scribens, ut vide* XXI Junii.

Trophima virgo & martyr, *ex mera nominis synonymia, nisi vehementer fallor, hoc die Minorensibus adscribitur a Ferrario, quæ alibi aliis sociis jungitur. Ne sæpius idem dicendum sit, vide S. Serapionem cum turma sua loco proprio. Ceterum* Trophimæ virginis Siculæ translatio *notatur in Martyrologio Siculo nostri Cajetani. Vide dicta* V Julii.

S. Petrum *abbatem Perusinum hoc rursus die memorat Bucelinus, nulla indicata repetitionis causa; colitur is natali die, quo superius a nobis de eo abunde actum est* X Julii.

B. Petrus de Luxenburgo Cardinalis *hoc die male collocatur a Greveno; notior est dies ejus natalis, quam ut inde erui debeat. Vide* II Julii.

S. Cyprianus martyr Pictavis *perperam hoc die refertur in Editione Lubeco-Colon. & Greveno: satis sæpe confusus est, & cum Savino conjunctus* XI Julii.

Uguzonem *martyrem in Valle Cavernia apud Insubres in hunc diem transtulit Castellanus in suo Martyrologio universali, natalem ejus die præcedenti retulit Ferrarius cum quo de ipso egimus* XII Julii.

S. Menulfi confessoris *commemoratio fit in codicibus Usuardinis Victorino & Reg. Suecia; die non proprio, neque recte efformato nomine.* S. Menulfum *dedimus die præterito* XII Julii.

Neemiæ, Zorobabel, filii Salathiel, & Jesu filii Josedech, qui Ecclesiastici 49 Sanctis Patribus veteris Testamenti connumerantur; *verba sunt a Canisio adoptata ex Grevemi Additionibus ad Usuardum, qui Sanctos ipsos, ab Ecclesiastico recensitos, non aliunde accepit quam ex Petro de Natalibus, a nobis hoc ipso die laudato in prophetis Joele & Esdra, quos Actis inseruimus ex antiquis classicis Martyrologiis, quorum verba in hodiernum Romanum translata sunt: at plures e veteribus illis Patribus Fastis nostris sacris inserere, ex sola Equilini aut Grevemi auctoritate, nobis licitum non putamus. Elogia ipsorum apud Petrum habes, iis conjuncta, quæ de Joele & Esdra suis locis describimus. Atque eo cursim notasse, hoc loco sit satis.*

Joannes PP. III, *nescio ex quibus aut cujus ecclesiæ tabulis a Maurolyco signatus sit inter Sanctos* XII Januarii, *& alienis die, cum satis constet, ipsum hoc die obiisse, ad quem eum in Catalogo Prætermissorum hoc remisit Bollandus; non quod vere Sanctum existimaverit, sed*

Digitized by Google

A *ut vis hic examinaretur : nam diſerte ait*, haud dum exploratum ſibi eſſe, an colatur, licet Henricus Spondanus, *hic ſupra Baronium ſapiens*, in Epitome Annalium ad an. 572 num. 1 ita ſcribat: S. Joannes Papa obiit III Idus Julii. *Neque vero mihi explioratum eſt hactenus, illum Sanctorum honoribus uſpiam donatum, quidquid in noviſſimis tabellis Cavallerianis obductum capiti circulum & præfixum habeat S. ſeu* Sancti *titulum, quem certe apud Ciaconium non reperiebat imaginum iſtarum effigiator. Eſt hæc igitur auctoritas aut exigua aut nulla, quemadmodum & Maurolyci, qui eadem die XII Januarii etiam Joannem PP. II retulit, de quo uti & de noſtro III, faſſus eſt iterum Bolandus, ſe* necdum comperiſſe an publice colatur : id diſquiremus, *inquit*, quo die a pluribus, licet alio videatur obiiſſe, occaſione S. Joannis Papæ & martyris refertur XXVII Maji. *Aſt illo die de Joanne II nec verbum ſupradictis adjecit Papebrochius, de Joanne I ſatis fuſe agens : neque ego aut Romæ aut alibi ulla veri cultus indicia reperire memini*; B *quæ donec accedant, Joannem iſtum III inter Sanctos collocare, mihi integrum non putavi.*

S. Margarita *aliqua, ut virgo ipſa & martyr, tamquam urbis patrona colitur hoc die Telezii in Moravia, diœceſis Olomucenſis, ad limites Bohemiæ, ubi collegium eſt noſtræ Societatis & domus tertiæ Probationis adjacens templo parochiali S. Jacobi, cujus uſum Patres habent. Sacra ea lipſana ex Urbe in Bohemiam detulit vir notæ virtutis R. P. Nicolaus Lancicius; quæ anno 1636 debite approbata, iſti collegio demum tranſcripta ſunt anno 1655, mox ſingulari religione frequentata & pluribus beneficiis celeberrima : præſertim adverſus immites iſtius regionis cæli & aeris montani injurias. Solenniſſimo apparatu & populi concurſu ibi annuo recolitur* S. Margaritæ *feſtivitas ritu duplici ſecundæ claſſis cum octava, proceſſionibus &c. quæ paulo fuſius deſcripta habeo a noſtro* C *P. Georgio David, alibi in biſce Actis laudato. Verum cum ſanctæ iſtius* Margaritæ, *alia notitia invenire non poſſit, hæc pro more noſtro hic annotaſſe ſufficiat.*

Margareta *alia Donauenſis in Bohemia parthenonis prælata tertia, filia fundatorum, regum nempe, ut beatæ memoriæ prædicatur a noſtro Bohuslao Balbino in Epitome hiſtorica rerum Bohemicarum pag. 355., ubi & aliæ multæ virgines ſanctitatis laude inſignes enumerantur, adeo ut Doxanenſe cœnobium, pantheon quoddam dici poſſe exiſtimet ſeu domicilium ſanctitatis, utpote in quo* præclara ad poſteros innocentiæ & omnium virtutum gloria ætate illa vixerint & obierint. *Plura ibi, quæ ut omnia lubens admittam, necdum video, aut huic Margaritæ pro hoc die, aut aliis præmiſſos eſſe honores eccleſiaſticos, nec forte tam facile concedendos. Sufficiat hic obiter de iis meminiſſe.*

Fortunatam virginem & martyrem *Catalogo generali hoc die inſerunt Ferrarius, ut quæ Sutrii in diœceſi Nepeſina, p. m. 24 ab urbe Roma colatur.* An ibi paſſa ſit, *inquit*, & quando, necdum [ſcire] potuimus, cum Acta videre non licuerit. *De ea inter Sanctos Italiæ non meminit, ut ſuſpicari merito liceat, Sanctam eſſe, quæ ex cryptis Romanis eo delata ſit, nomine iſto ſatis communi inſignita. Siquid diſtinctius ſuggeratur, alibi de ea agi poterit. Sufficiat hic indicaſſe confuſam notitiam a Ferrario acceptam.* D

Feſtivitas corporis Chriſti, miraculis clariſſimi, quod anno 1369 Judæi tranſfoderunt, pro ut adhuc hodie cernere licet, *ſic annuntiatur a Molano ut celebranda ſic Bruxellis* Dominica die poſt feſtum B. Margaretæ, *nempe quod hoc die idem Molanus configuat, ex proprio Officio S. Gudilæ, quod habemus excuſum Pariſiis anno 1516. Hodie prædicta feſtivitas ſolennis haberi conſuevit* Dominica III *Julii, cujus ultimi Jubilæi feſtiviſſimos triumphos recenter vidimus, exhibitos anno 1721. Quæ ſatis eſt hic verbo annotaſſe.*

Serapionis, Agathonis & Arſenii, qui in Deciana perſecutione, ob egregiam in fidei confeſſione conſtantiam, inſigniter corona donati ſint *memorantur hoc die a Galeſinio*, ex Martyrologio ſcripto, *quod paſſim fallit, æque ac illud quod ſubſequitur*: Eorum martyrium pluribus exponit Artimanus monachus. *Quid hic velit ſcriptor ille, non intellexit Florentinius; neque ego aſſequor*: Sera- E pionem *cum veris ſactis infra dabimus ex Hieronymianis : jam ſæpius dictum eſt, manuſcriptum iſtud Galeſinii qualecumque Martyrologium rebus ſacris tenebras affundere ſolitum.*

Serapion, Meleus, Trophonius, Martialis, Alexander *apud Maurolycum, paulo prepius accedunt ad genuinum textum Hieronymianorum; ſed & ibi confuſio eſt, a nobis ſuo loco ſublata* : ſic ut Agathonem & Arſenium *Galeſinii*; Martialem *item* & Alexandrum *Maurolyci ut martyres Alexandrinos pro hoc die non agnoſcamus.*

S. Attalus martyr *in nonnullis Hieronymianis parvis a majori claſſe perperam ſejunctus, inde in alios codices tranſiit, præſertim in Roſweydinum; ſed de eo hoc die agitur cum Serapione & ſociis, ut ibi iterum monemus.*

SS. Mennæ, Serapionis, Zenonis & Naſei presbyterorum, *eſt annuntiatio Uſuardo Bruxellenſi inſerta, & ex hoc additionibus Mss. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum : aſt & ipſi* F *ex eadem Hieronymiana turma procedunt, corrupto primo & ultimo nomine, ut vide loco ſuo.*

S. Trophimus *etiam ſolus ab aliquibus ponitur.*

SS. Zenon & Naſæus.

SS. Euangelus & Trophima V. *Sed ut iterum dicam, omnes iſti ſimul conjuncti ſuo loco referuntur.*

S. Caſtulus martyr in Bavariam translatus *dicitur in codice Uſuardino Hagenoyenſi : neſcio hactenus quis hic Caſtulus ſit inter tam varios de quibus jam actum eſt prioribus menſibus, ut ex indice noſtro colligere eſt.*

Leonardus presbyter & martyr *Brixiæ in eccleſia S. Afræ, ſub Aureliano præfecto, ut plures alii, & pridie etiam S. Maximus* ob Chriſtianam fidem capite truncatus *memoratur in Martyrologio Brixiano Bernardini Faynı, & in notatione adſcribitur* nobili vetuſtæque familiæ de Griphis ex Valle Camunica. *Alia veri martyrii argumenta deſiderantur, priuſquam hujuſmodi Sanctos admittere tuto poſſimus.*

Arno *ſive* Artno *Herbipolenſis epiſcopus apud Demochares de divino Miſſæ ſacrificio pag. 69 ponitur ordine nonus his verbis* S. Arno ſive Artno præfuit annis XXXVI, menſibus VI, diebus XII. Inſtauravit eccleſiam Cathedralem fulmine collapſam, obiit XIII Ju-

lii

Digitized by Google

A lii DCCCXCI, qui inter Miſſarum ſolennia occiditur cum multis millibus ab ipſis infidelibus: honorifice ſepelitur in eccleſia Herbipolenſi. *Pluſculum ſuggerunt* icones virtuoſæ *Sanctorum, Beatorum & aliorum epiſcoporum Herbipolenſium anno* 1712 *excuſæ, ubi etiam* Sancti *appellatio præfigitur. De eodem meminit Ferrarius in Catalogo generali, & Caſtellanus in Martyrologio univerſali. Citantur & alii pro ipſius cultu; at ferme eadem recidunt omnia, paucis & ſatis obſcure expreſſa, altero alterum abſque examine deſcribente, vel cum Sauſſaye in Martyrologio Gallicano alia comminiſcente, dum interim in Officiis propriis Herbipolenſibus ſeu antiquis ſeu novis nec verbum exſtat de S. Arnone. Hæc priuſquam typis committerem, de re tota certior fieri volui a noſtro P. Joanne Seyfrid, in Academia Herbipolenſi Hiſtoriarum profeſſore, mihi reſpondit in hæc verba*: Teſtatur Reverendiſſimus

B D. Suffraganeus, cum pluribus conſiliariis eccleſiaſticis, quod nullum cultum publicum hic habeat (*Arno*) nulla ejus fiat in ſacris commemoratio, nullibi expoſita habeatur ejuſdem imago. Illa autem quæ theſibus philoſophicis anno MDCCXII, & poſtea hiſtoriæ Herbipolenſi a D. Ludvvig Hallenſi inſerta cernitur, inventum eſt pictoris, qui in delineandis primorum epiſcoporum Herbipolenſium iconibus, vultus veſteſque affixit, ut voluit, permittente ſic D. Suffraganeo, tunc ſacellano aulico & imaginum curatore. Neſcitur quoque hujus tumulus: verbo, nullum exſtat de S. Arnone veſtigium, præter nomen, quod Kalendario, & pauca alia quæ Chronicis Mss. Herbipolenſibus inſcripta, & a me in ſchediaſmate notata ſunt. *Hæc Seyfridus, recitans verba Kalendarii perpetui F. Wilhelmi Rottingenſis, cœnobitæ Brunthenſis ad Joannem Godefridum epiſcopum Bambergenſem & Herbipolenſem Ms. Ætatem colligo ex eo quod Joannes Godefridus obierit anno* 1622. *Chronica uniformia non ſunt; alia enim in Saxonia, alia in Miſnia, alia in Moravia confeſſum volunt Arnonem epiſcopum, certe non in Cathedrali ſua, ut erravit Caſtellanus. Ab Arnulfo rege privilegia multa & libertates eccleſiæ Herpipolenſi impetraſſe haud diffitemur; verum hæc omnia neque martyrium probant, neque Sanctorum honores Arnoni unquam fuiſſe delatos, ut proinde alia cultus argumenta expectanda ſint, priuſquam inter Cælites connumerari poſſit.*

C Olbertum *ſive* Albertum in cœnobio S. Jacobi Leodii, *ut magnæ ſanctitatis & doctrinæ virum beati appellatione hoc die ornat Menardus, citans in notis Sigeberti Chronicon: ſatis recte, ſi pro Sancto haberetur, qualem non agnovit Piſenus, elogium ejus referens die ſequenti, quidquid eum hoc quoque die Sanctum prædicet Sauſſayus* divinæ approbationis teſtimoniis illuſtrem.

Commemorationem Sanctorum ſuæ eccleſiæ *a Ciſonienſibus hoc die celebrari notavit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii, agens de S. Arnulfo ibidem martyre, ut vide in Actis ad diem* XXIX *Januarii, ubi de prædicto S. Arnulfo.*

Henricus *laicus Villarienſis, ut vir ſummæ demiſſionis, ac maxime pauperibus in xenodochio addictus, laudatur hoc die a Raiſſio in Auctario Molani, ſed omni ſanctitatis titulo abſtinet: Henriquez & Chalemotus* beatum *appellant, de cultu probando parum ſolliciti.* Beatæ memoriæ *virum nominavit Sauſſayus.*

Maria *regii ſanguinis virgo Luſitana, in monaſterio S. Dionyſii de Odivelas Ciſtercienſe inſtitutum profeſſa,* beatæ *titulo donatur ab Henriquez, a Chalemoto* venerabilis *donatur, quem ei libenter concedimus.*

Ægidius de Roya *Ciſtercii monachus a Chalemoto, ut piæ memoriæ, duobus ſuperioribus interponitur, qui laboribus & perſecutionibus in Regali monte exagitatus, ad Dunenſes in Flandriam profugus, Brugis in Dunenſi hoſpitio pia morte extinctus dicitur, & apud Sanctimoniales novæ Jeruſalem ſepultus.*

Henricus Dionyſius *e Societate Jeſu hoc ipſo die a Raiſſio inſigni elogio exornatur. Obiit is, ex Necrologio Provinciæ, Trajecti ad Moſam* VIII *Novembris* 1571.

Joannes Patriarcha Hieroſolymitanus, S. Angeli frater, ſurdos, claudos, dæmoniacos, & cæcos curando fuit mirabilis, obiit anno 1222. *Ita lego in Acie bene ordinata & in annotationibus Mss.; ſed talem pro eo tempore Hieroſolymis Patriarcham necdum reperi.*

Commemoratio plurium Sanctorum, quorum reliquiæ hac die cum corpore S. Juſti pueri, & parte Crucis boni Latronis, illuc ſolenniter translatæ, *nempe* ad eccleſiam S. Thomæ *Mediolani*, jugi fidelium cultu adorantur; *eſt annuntiatio Petri Pauli Beſcæ in recenti Martyrologio Mediolanenſis eccleſiæ, cui ſubjuncta eſt longior notatio. Sed nobis ſatis eſt iſtius rei hic meminiſſe.*

Henricum *a loco natali* Herpium *Ord. S. Franciſci Mechliniæ defunctum anno* 1477, venerabilem *prædicat Raiſſius, ſed more ſuo beatum vocat Arturus, hoc etiam die eodem titulo donans.*

Joannem a Gandia *Auriæ in Hiſpania,*

Matthæum Citrarium *in Calabria,*

Et Mariam a Plagis *Sanctarenſi in territorio Ulyſſiponenſi, virginem nobiliſſimam, de qua rurſus meminit in Gynæceo, variis Sanctis feminis referto, de quarum præcipuis hoc die meminimus ſive in Actis ſive in Prætermiſſis: præter quas addidit ipſe*

Margaretam Clitheroam *Eboraci in Anglia martyrem,*

Maxentiam martyrem *in Japonia.*

Elevationem S. Reginæ *V. M. in Ædulis prope Alesiam.*

Translationem B. Margaretæ *Poſonii in Pannonia.* Suſceptionem reliquiarum S. Margaretæ V. M. *Leodii.*

Winnianus epiſcopus *Sanctis Scotis adſcriptus eſt a Thoma Dempſtero, quem ſecutus eſt Ferrarius in Catalogo generali; verum quamdiu certiora ſanctitatis & cultus indicia non reperio, haud tutum credo, ex ſola Dempſteri auctoritate quemquam inter Sanctos collocare; quod nec ſunt auſi facere Majores noſtri* VI *Junii in Prætermiſſis.*

Joannes epiſcopus Dunkeldenſis & S. Andreæ archiepiſcopus, *Dempſtero ignotus, a David Camerario inventus eſt, qui* Vinianum, *de quo ſupra, retulerat* VI *Junii. Ut verbo dicam, neque hic, neque Dempſterus, homines ſunt quibus ſine vade & teſte fides ſuo haberi poſſit.*

A Taidocus *apud Colganum in 55. Hibernicis menſe Martio pag.* 449, *notatione* 5, *coli hoc die dicitur auctoritate Marian. Gorman & Maguir: ſed nos hunc & alios id genus Sanctos iis adſcribimus, quos ex Strino jam ſubjicimus.*

Moſilocus cum his heroibus (*aliis ſcilicet Sanctis exteris quos hoc die memorat*) adit perpetuæ pacis regiam, *ut ex Ænguſſio explicat Strinus*; *apud quem* Kal. *Caſſel.* Silogum *vocat. Sola adjungitur patria, necdum inventa. Jam dixi ſupra cum Bollando, magis nobis conſtare debere de Feſtilogorum & Martyrologorum Hibernorum antiquitate, puritate & fide.*

Fintanus ſacerdos de Kill air-) *memorantur a-*
thir) *pud Strinum,*
Finnus ſeu Finoius, filius A-) *abſque ulteriori*
rathi) *notitia, quæ*
Ultanus filius Aradii) *ſaltem de cultu*
Ercus Sacerdos &) *eis unquam ex-*
Erninus de Inis-chaoin) *hibito prorſus*
Taidocus de Teach-Taud-hoc.) *neceſſaria eſt.*

B *Sequitur eſtque loco* Grelloca Oeblech de Tamlacht-Charna in Hi-breſſalia orientali. *Videtur hæc* Grelloca, *inquit Strinus, eſſe quæ* Grella *dicitur Ænguſſio: verum unum dixeris, vel diverſas, plus aliquid requiritur ut operi noſtro inſcribantur.*

S. Terentiani & plurium aliorum Sanctorum *a Patribus noſtræ Societatis in diverſis collegiorum Belgii eccleſiis depoſitorum (quæ e cryptis Romanis accepta ſunt) translationem hoc die*, pro proxima Dominica feſto S. Bonaventuræ, *fuſius commemorat Raiſſius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii; quos inter præcipui ſunt* S. Victor *Infulis*; Florentinus *Arebati*; Severinus *Valentianæ*; Henricus *Montibus Hannoniæ*, Proſper martyr Romanus *Antverpiæ in domo Profeſſa*; *& locis aliis alii, quos ſigillatim non enumero, cum apud ipſum videri poſſint, plura vero Sanctorum iſtiuſmodi corpora omittantur, quæ in templo hoc noſtro Domus Profeſſæ perpetua veneratione & annua ſolennitate celebrantur; de quibus aut in ipſo hoc opere aut ſaltem inter Prætermiſſos aſſignatis diebus actum eſt, & porro agetur impoſterum, uti & de aliis, quorum notitia ad nos pervenerit, ut de S. Margarita Telezenſi hoc ipſo die notamus. Verbo dictum ſit, erraſſe Raiſſium, dum ait* S. Proſperum *in Domo Profeſſa depoſitum: is enim in templo Collegii venerationem pridem obtinuit, habetque hactenus.*

C S. Fortunati epiſcopi, qui epiſcopalem inſulam martyrii corona redimivit, Mediolani in baſilica Portiana *nobis hoc die annuntiat Petrus Paulus Boſca in Martyrologio Mediolanenſi eccleſiæ anno* 1695 *edito, ubi hanc annotationem apponit*: Ex Ughello tom. 4. Italiæ ſacræ, una cum pluribus aliis ſcriptoribus Mediolanenſibus, qui libellos de baſilicis Mediolanenſibus ediderunt: item ex Viſitatione S. Caroli, & conſuetudine hujuſce templi, ubi hodie recitatur Officium ritu duplici de S. Fortunato. *Vaga cumprimis eſt iſta Ughelli citatio; neque quis, aut cujas, aut cujus eccleſiæ epiſcopus fuerit docere potuit Boſca. Mirer, Ferrarium aut alios de tali Sancto non meminiſſe; ut perſuaſum habeamus habeam, cum aliquo alio e pluribus Sanctis Fortunatis Portianum iſtum confundendum eſſe, cujus fortaſſe reliquiæ ad iſtam eccleſiam translatæ ſint, aut, ſi mavis, ſacrum corpus eſſe ex cryptis Romanis eo deportatum: etvte ſola Boſcæ auctoritas me non movebit ut Sanctum, alibi prorſus incognitum, continuo amplectar.*

D Batalanum *nobis hodie ex conſulis Æthiopiæ & Ægypti accerſit Caſſellanus in Martyrologio ſuo univerſali, in quo fortaſſe gentium omnium qualeſcumque Sanctos locum habere voluit. Aliis diebus alios notavimus ex Faſtis Copticis Jobi Ludolfi acceptos: verum ego hujuſmodi Sanctos non admiſero, niſi probe Catholicos fuiſſe, ex melioribus tabulis abunde probetur.*

Memoria beatiſſimi patris noſtri Joſephi Theſſalon. Conf., paſſi exilium ob icones anno DCCCXVI ſub Leone Armeno, *inſcripta legitur Menologio ſlavo Ruſſico. Hoc etiam die nomen ejus exprimit Horologium Græcum ex quo, de more, Melanus. Nos ipſum cum Sirleto aliiſque Synaxariis differimus in diem proxime ſequentem* XIV Julii.

E S. Bonaventura *S. R. E. Cardinalis epiſc. Albanenſis ex Ord. Minoritarum hoc die in multis codicibus Uſuardinis ſignatur: utpote quem ſcriptores aliqui hoc die obiiſſe aſſerunt. Res tota, de integro diſcutienda, ſpectat ad diem ſequentem, quo hodie colitur, & quo de eo agendum erit* XIV Julii.

S. Henricus Imperator *recurrit etiam in Editione Lubeco-Colon. & in Greveno cum longiori elogio; ſed pridem monuimus, ſpectare ad diem ſequentem, in Romano autem differi ad* XV Julii.

S. Jacobi epiſcopi & confeſſoris *legitur in additionibus Mſs. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum; verum hic, ni fallor eſt Jacobus Niſibenſis, de quo ad diem* XV Julii.

S. Reginſwindis, *ſeu* Reginſwindæ *translationem in ipſius Vita reperit Bollandus, ſed ea ab Actis ſejungenda non eſt; de iis agetur* XV Julii.

F S. Margarita *ſeu* Margareta *V. & M. ex Romano, ni fallor, hoc die ſignata legitur in pluribus codicibus Uſuardinis inter Auctaria in noſtra editione recenſitis, quos opus non eſt hic ſigillatim enumerare, ut nec recentiores alios, cum ſatis conſtet diem ejus natalem eſſe* XX Julii.

B. Franciſcum Solanum *Ord. Minorum Limæ in regno Peruano, aliis ſuis, quos titulo* Beati *illuſtrat, hoc die admiſcuit Arturus, quod jam a Majoribus noſtris merito vituperatum eſt. De hujus cultu ſatis conſtat, & de beatificatione facta anno* 1675. *Diem obitus alii hunc, alii diem ſequentem ſtatuunt, verum feſtivitas ob intercurrentia alia feſta, auctoritate Apoſtolica dilata eſt in diem, quo de eo agemus,* XXIV Julii.

S. Mauri epiſcopi, Pantaleemonis & Sergii martyrum translatio *hoc die Vigiliis in Apulia, vulgo* Biſegli, *annuntiatur in Catalogo generali Ferrarii: nos eam cum Actis ipſis illuſtrabimus ad diem quo in Romano poſiti ſunt ipſi Sancti* XXVII Julii.

S. Dominici canonizatio *hoc die a Balinghem relata, illuſtrabitur die* IV Auguſti.

S. Wigbertum *ſeu* Wicbertum *vocat Caſſellanus* Vicobertum, *in Heſſia Germaniæ abbatem Fritiſclarienſem, eumque hoc die ſignat, nulla ejus ætate reperta, nullo indicato duce, quem in eo ſequatur. Ne hic in nominibus variis efformatis ludamus, non alius his nobis videtur ab eo, qui in Uſuardinis Auctariis notatur* XIII *vel forte etiam* XII *Auguſti, quo die alium habent Molani Natales. Res necdum liquet, de integro & accuratius diſcutienda ad dictum diem* XIII Auguſti.

S. Verani, in Italia Venetienſis epiſcopi, viri admi-

A admirabili ſanctitate illuſtriſſimi, *neſcio cur hodie memoriam agat Bucelinus, obſervans alios de ipſo agere* XI, *alios* XIII *Novembris, ſeque de eo actorum ſuo loco. Cur ad proprium locum non remiſit, qui potius* IX *Septembris dicendus eſt, quam ullus ex ibi notatis? Neque* Venciam *ſeu* Vintias *in Italiam ablegare debuit, licet ei ſatis finitima ſit. Remittendus interim Sanctus, S. Eucherii Lugdunenſis filius, ad dictum diem* IX Sept.

SS. Neon, Nicon & Heliodorus *martyres Mevomilli in Phrygia ad hunc diem a Caſtellano retracti ſunt contra Menologium & Menæa Græcorum, in quibus cum aliis ſociis conſtanter referuntur* XXVII *Septembris. Facile crediderim, virum in Sanctis ad proprios dies reducendis ſcrupuloſe diligentem, rationem alicubi reperiſſe, cur iſti potius die collocandos cenſeret; at nobis licitum non putamus dies natales in tabulis ſeu Græcis ſeu Latinis paſſim admiſſos, pro arbitrio mutare. Itaque Sanctos ipſos* D *ad eum diem reducemus, quo eos jam ſignatos diximus* XXVIII Septembris.

S. Chelidoniæ *virginis Sublacenſis tranſlatio hoc die facta cum Actis ipſis illuſtrabitur* XIII Octob.

S. Quintini *tranſlationem aliquam neſcio quo in codice pro hoc die invenerit Bollandus; at qualiſcumque ea ſit, pertinet & ipſa ad diem quo Sanctus colitur* XXXI Octobris.

S. Wilehadi epiſcopi ordinatio *hoc die refertur a Ferrario ex Crantzio, Stadenſi & aliis, ſed recte obſervat natalem ejus recoli die, quo de illo agemus,* VIII Novembris.

S. Stephani protomartyris *commemorationem habet Chiffletius in ſua Veſontione part.* 2, *pag.* 134, *haud dubie occaſione brachii, eo tranſlati, cujus rei hiſtoriam bene longam ad nos tranſmiſit, quæ opportunius examinabitur vel* III *Auguſti, vel cum ipſis Sanctis Actis* XXVI Dec.

DE SS. PROPHETIS JOELE ET ESDRAE

IN PALÆSTINA

Sylloge de cultu ex Martyrologiis: elogia ex Equilino. I. B. S.

XIII Jul. II. NOtavi pridem *in Obſervationibus ad Uſuardum fontem ipſum, Romanum parvum, ex quo multi e veteri Fudere ad Faſtos noſtros Sancti acceſſere, prophetam* Joelem *diverſis duobus locis ſignaſſe; primo quidem* VI *hujus,* Eſaiæ & Johe prophetarum; *hoc vero:* Eſdræ & Johel prophetarum; *quod etiam ab Adone facilitatum, melius Uſuardum correxiſſe indicavi; ſic ut* Joel *hoc ſolummodo die comparet,* Eſdræ *conjunctus in tota Uſuardi progenie, & recentioribus pluribus, quo ſigillatim recenſere, plane ſuperfluum judico. Neque magnopere curandum, ſi forte diverſimode ab aliquibus collocentur, cum ad diem* I *Julii in Aarone ſacerdote, Maria ſorore aliiſque ſatis oſtenderim, qua occaſione aut geneſi plures abolitæ Teſtamenti patres in noſtra Martyrologia, diebus* C *ferme pro arbitrio ſelectis, ſucceſſive tranſferint. De Oſea & Aggæo actum* IV *hujus. Hic ea iterum ratio a me ſervabitur, ut præmiſſe qualicumque in Eccleſiæ catholicæ Faſtis cultu, elogium aliquod deinde ſubjungam, quale hic mihi demum ſuggerit laudatus locis citatis Equilinus Epiſcopus. Nec quærendum à Græcis aut aliis Orientalibus ſubſidium, cum ex dicto die* I *Julii ſatis pateat, nihil prorſus lucis ex ipſorum Menæis aut Menologiis ſperandum. Et de* Eſdra *quidem ubique ſilentium: Joelis commemoratio ſit in Menologio* XIX *Octobris, quo die in Ephemeridibus Græco-Moſcis tali ornatur verſiculo:*

Ἔστιν ἐν δεκάτῃ μόρος ἁρπεκάλυψεν ΙΩΗΛ

Mors decima nona Joelem ſuſtulit orbi.

Joelis prophetæ natalis ex Equilino.

2 *Ut igitur iis quæ ad hiſtoriam eccleſiaſticam nihil omnino conferunt, paucis me expediam, habe primum ex Equilino Joelis elogium, quod an ipſe ſatis accurate ex citatis a ſe auctoribus deſumpſerit, ſcrupuloſius non examino. Eſt autem hujuſmodi lib.* 6 *cap.* 89: Johel propheta de tribu Ruben, filius Fatuel, natus in agro Bethoren, eodem tempore & ſub iiſdem regibus, quibus & Oſee, prophetavit; videlicet in diebus Oziæ, Joathan, Achaz & Ezechiæ regum Juda: & ſicut ille, ſub nomine Effraim, ad x tribus dirigit vaticinium ſuum, qui vel Samariam vel Iſrael ſæpe memorat; ſic in hoc propheta omne quod dicitur, ad tribum Juda directum eſſe, intelligere debemus: deſcripſit enim terram duarum tribuum eruca, brucho, locuſta, rubigineque vaſtandam. Et poſt everſionem prioris populi, prædixit Spiritus ſancti effuſionem futuram ſuper ſervos Dei & ancillas; quod factum eſt in die Pentecoſtes in cœnaculo Sion. Et hic in Bethoren in pace mortuus eſt, & ſepultus III Idus Julii. Hic propheta ex numero duodecim prophetarum colligitur, qui minores appellati, in ſanctorum Patrum catalogo Eccleſiaſtici 49 capitulo conſcribuntur. Hæc Joſephus & Hieronymus; & ex hiſtoria Scholaſtica. *De Joele hactenus; cujus Jadertę (Veneti* Zaram *vocant) Dalmatiæ metropoli, in eccleſia cathedrali ſub ara maxima corpus conditum eſſe, tradit* Joannes Cotovicus Ultrajectinus, *in Itinerario ſuo Hieroſo-* F *lymitano, Antverpiæ edito an.* 1619 *pag.* 13.

3 *De Eſdra paulo pluribus agit Equilinus cap.* 91, *his verbis:* Eſdras ſacerdos Aaromin, de tribu Levi, tam a Joſepho quam a beato Hieronymo in ſanctorum Patrum priſci temporis numero colligitur: cujus inſignia opera in ejus libris recoluntur. Hic ſub Artaxerxe rege Perſarum claruit; qui in Chaldæa Legem Moyſi a Chaldæis ſuccenſam, quam memoriter didicerat, reparavit. Novos quoque apices litterarum, qui faciliores ad ſcribendum & pronuntiandum fierent, excogitavit; & propter hoc Scriba velox dictus eſt. Addidit etiam quædam in veteri Teſtamento de ſuo, ſicut titulos Pſalmorum, & plura quæ in Pentateucho leguntur. Sic quoque intelligendum eſt, ipſum quædam ſuperflua ſubtraxiſſe. Tradunt etiam, quemdam modum ſcribendi a dextra in ſiniſtram eum Judæis tradidiſſe, cum prius ad modum era- *Item Eſdra,*

ticium

A titium ſcriptitarent, unde & ſcriptura exara-
AUCT. tio ſolet dici. Scribebant enim a ſiniſtro cornu
J. B. S. in dextrum, & a dextro redeundo ſcribebant in ſiniſtrum. Eſdras autem invenit gratiam in oculis Artaxerxis regis Perſarum & impetravit ab eo licentiam aſcendendi in Hieruſalem, ut in Lege, quam reparaverat, populum ſuum erudiret. Tradidit ergo ei rex epiſtolam ad ſuos principes trans flumen, ut traderent Eſdræ neceſſaria: miniſtros vero templi ab omni vectigali & tributo abſolvit. Dedit autem Eſdræ poteſtatem amovendi & conſtituendi judices trans flumen ſecundum ſapientiam ſuam, & puniendi contumaces & fuerunt cum eo MDCC viri, & venerunt in Hieruſalem menſe quinto: & ſilueruot tribus diebus; quarto vero die obtulerunt quæ ſecum attulerant in domo Domini.

reciprocat ſeſe complectitur;

4 Tunc adjuravit Eſdras ſacerdotes, principes & levitas, ut projicerent univerſas mulieres alienigenas, & eos qui de eis nati erant, nam plures filiabus alienigenarum ſe B copulaverant. Fuit autem Eſdras eruditiſſimus Legis divinæ & clarus magiſter omnium Judæorum, qui de captivitate regreſſi fuerant, ut dicit Joſephus. Primo autem die Scenopegiarum, quæ celebrantur menſe ſeptimo, legit Eſdras coram omni populo librum Legis Domini juxta portam aquarum, de mane uſque ad mediam diem. Secunda vero die, juxta præceptum Legis, tollentes arborum frondes celebrarunt feſtum Tabernaculorum VII diebus. Die vero octava fecerunt collectam, quoad oleum & panes propoſitos, & ligna ad ſacrificia. Poſt hæc juxta Legem ſeparaverunt alienigenas ab Eccleſia, & in craſtinum in emundationem jejunaverunt, juxta quod Eſdras illis mandavit. Convenerunt octies ad audiendam Legem, quater videlicet de die, & quater in nocte: & lectione terminata, populus ſteterebatur ad orandum, & fiebant D preces ſuper eum, & tandem benedictio ſacerdotis. Correxit autem Eſdras populum, & erudivit in Lege Domni omnibus diebus quoad vixit, & officium ſacerdotale ſtrenue miniſtravit, eique populus in cunctis obediens fuit: & mortuus eſt Eſdras in ſenectute veneranda, & ſepultus in Hieruſalem III Idus Julii. Hunc quidam Judæorum autumant fuiſſe Malachiam, ſed male: nam Malachias poſt regreſſum captivitatis natus eſt in Judæa, ut dicit Hieronymus. Hæc ex libro Eſdræ, & ex dictis Joſephi, Hieronymi & hiſtoriæ Scholaſticæ, nec non ex chronica Guilielmi.

quæ in Scriptura ſacra plenius explicantur.

5 *Hæc mare noſtro pauca, ſed abunde, opinor, ad ea intelligenda quæ ſeu ad prophetarum, ſeu aliorum eventi Fudere Sanctorum in Eccleſia Catholicam cultum attinent. Rerum ab Eſdra geſtarum, quarum ſummam qualemcumque dedimus, plenior notitia repetenda eſt ex ipſis libris, qui inter Canonicos ſub ejus nomine recepti ſunt. Primi ſcripſit eſt ipſe, alterius Nehemiæ, quem cum Zorobabele & Jeſu ſu Joſue, filio Joſedech, eodem etiam libro annumeravit laudatus Equilinus. Ad grandem ætatem pertigiſſe, oſtendit longa annorum ſeries ab interpretibus, & potiſſimum a noſtro Sulano ordinata, ad quos lectorem remittimus, ut de favoribus, ei ab Artaxerxe conceſſi, de exterminatione mulierum alienigenarum, de Lege ab eo inter ſuos magno zelo reſtituta aliiſque rectæ Chronologiæ conformandis, de tota demum præclara vitæ ſerie edoceantur: nobis, ut iterum dicam, ea potiſſimum præfixa ſunt, quæ faciunt ad res eccleſiaſticas eruderandas illuſtrandaſque, cum quibus nihil commune habet veteris Teſtamenti hiſtoria, niſi qua parte Sanctorum inde acceptorum cultus origo & nobis explicanda ſunt; id quod hic ſatis præſtitum exiſtimamus.*

DE S. SILA SIVE SILVANO APOSTOLO S. PAULI SOCIO

C F

IN MACEDONIA.

J. B. S.

SYLLOGE HISTORICA.

De cultu, geſtis & obitu.

SEC. I. *Ab Adone veſte appellatur apoſtolus;*

A *Poſtolum appellamus* S Silam Silvanum, *à Græcis perperam in duos diſtractum, ea latinæ acceptione, qua Apoſtoli Pauli collaboratores Barnabas, Lucas, Timotheus & alii* apoſtoli nuncupari conſueverunt; *quem titulum non video cur Molanus in ſecunda ſua Uſuardi editione mutaverit in alterum* epiſcopi, *contra quem recte in priore editione cum Uſuardo ſcripſerat* apoſtoli; *neque enim dubium eſt, quin is qui inter Martyrologos eum primus ſignavit Ado, duobus quibus de ipſo agit locis, ſic utrobique diſerte ſcripſerit; in Martyrologio quidem:* Item natalis S. Silem apoſtoli, *ubi ſatis certum eſt, per* Sileam *intelligi* Silam *noſtrum ſive* Silvanum, *, ut clarius exprimunt adjuncta omnia in Feſtivitatibus Apoſtolorum his verbis:* Natalis S. Silæ apoſtoli, qui cum eſſet unus de primis fratribus, & ab Apoſtolis ad eccleſias gentium deſtinatus cum Barnaba & Juda, poſtea ab Apoſtolo Paulo aſſumptus, prædicationis officium, gratia Domini plenus, inſtanter conſummavit, atque apud Macedoniam paſſionibus ſuis Chriſtum clarificans, poſtmodum requievit. *Ex quibus manifeſte patet, unde ſua Uſuardus acceperit, atque inde in Romanum tranſierint, uti ad ipſum Uſuardum obſervavimus; expuncto tamen* apoſtoli *titulo, de quo plurimus diſceptare non lubet. Id forte mirum videbitur, a nullis aliis Martyrologis Latinis tam celebrem Sanctum ſignatum fuiſſe, ne quidem a*

Mat-

Digitized by Google

A *Notkero, Adonem de cetero tam accurate deſcribere ſolito.*

a Græcis perperam in duos dividitur.

2 *Recte notavit Baronius, de S.* Sila *nemine aſſe Actus Apoſtolorum capp.* 15, 16, 17 & 18, *ex quibus aliqualem geſtorum ejus ſeriem texere conabimur; S. Hieronymum porro epiſt.* 143, *ad Damaſum ſcribentem, eumdem eſſe* Silam *cum* Silvano, *qui ponitur in inſcriptione Pauli epiſtolæ ad Theſſalonicenſes. Sunt hæc, inquit, verba Hieronymi, etiam a noſtro Thoma Maſſutio in S. Pauli Vita recitata:* Sciendum, Silam collegam Pauli Apoſtoli, lingua Hebræa Apoſtolum dici, qui cum eo nonnullas epiſtolas ſcribit, & vitioſe Silvanus legitur pro Sila, cum Silvanum in Apoſtolorum Actis non legamus; *ut appoſite cum laudato Maſſutio lib.* 5, *cap.* 5 *ſentire videantur, qui Hebraum Sila nomen ad Græcam ſeu Latinam inflexionem limatum eſſe exiſtimant, tanquam notius ipſi vocabulum. Obſervat rurſus Baronius, Græcos* Silam & Silvanum, *non unum ſed duos putare, & de ambobus agere ſimul in Menologio* III *Kalendas Au-*

B *guſti. Diverſos item inter ſe conſtituere Dorotheum, dum* Silam epiſcopum Corinthiorum: Silvanum vero Theſſalonicenſium *tradit. Sed nos hunc aut alios ejuſdem pretii ſcriptores non moramur: neque magni faciunda Menologii jam dicti diviſio, neque adjuncta alia nullo fundamento ſubnixa Andri ejus verba:* Natalis ſanctorum apoſtolorum Silæ & Silvani ac ſociorum, qui urbe Chalcedone & Gallia, atque in orbe terrarum Chriſtianæ fidei verbum prædicantes, multos ab impietate ad veri Dei notitiam converſos baptizarunt, & in pace animas ipſi Deo reddiderunt.

In eorum Officiis olim conjunctus

3 *In Ephemeridibus Græco-Moſcis ante tertium Maji notantur iidem quoque ut diſtincti, cum* Creſcente, Epæneto & Andronico, *ipſe illo die* XXX *Julii, quo in Officiis ſolennior fit eorum commemoratio, quemadmodum & multa referuntur in Menæis de quinque iis apoſtolis, qui ex Dorothei Synopſi ordine deſumpti ſunt, atque in Menologio & Maximo Cytherio tam confuſe laudati, ut quæ apud Dorotheum ad unum ſpectant, ibi omnibus tribuantur. Verum intoſus fons eſt, & tum prædicationes ipſæ per orbem terrarum, tum ſingularia* Silæ & Silvani *patrocinia, atque id genus varia ab ipſis Actorum verbis abhorrentia, omnino prætermittenda cenſui, præſertim cum videatur feſtivitas eſſe, in earum apud*

C *Græcos numero, quas arbitrarias plures habent de Sanctis variis conjunctis, quorum pleraque commemorationes apud Latinos ſeorſim aguntur, ut de Andronico* XVII *Maji; de Creſcente* XXVII *Junii; Epæneto, inter ſeptuaginta commemorabitur ad* XV *Julii, quo Diviſio Apoſtolorum in pluribus eccleſiis celebratur, quando Petrus de Natalibus Dorothei catalogum cum Galeſinio & aliis ſecutus videtur. Ad* Silam *noſtrum propius pertinet magiſque placet is, qui ipſi in nonnullis Gallie eccleſiis redditur, cultus præſertim Andegavis, in cujus Officiis de* S. Sila *habetur propria lectio. Item Baiaci & Bellovaci, teſte Tillemontio tome* 3, *pag.* 143 *Eſt penes nos Kalendarium Bellovacenſe ex Breviario anni* 1554, *ubi ad* XIV *Julii ponitur* Silæ Apoſtoli 3 lect. *Ut patrocinium colit in Epinay prope S. Dionyſii, in diœceſi Pariſienſi, apud Caſtellanum annotatum invenio.*

quæ ſecutus eſt Petrus de Natalibus.

4 *Vix operæ pretium eſſet Equilini antiſtitis verba huc adducere, niſi aliqua diſerte aſſereret, a Græcis, procul dubio hauſta, quæ receptiſſimæ Eccleſiæ Latinæ opinioni adverſantur. Sic habet libro* 6, *capite* 94: Silas diſcipulus de ſeptuaginta duobus unus, ut plurimi aſſeverant; unus fuit ex primis fratribus, & ut dicitur Actuum 15, ab Apoſtolis Domini cum Barnaba & Juda ad eccleſias gentium deſtinatus. Cum autem Paulus a Barnaba diviſus eſſet, idem Silas ab Apoſtolo in miniſterium aſſumptus, prædicationis officium gratia Domini plenus, inſtanter conſummavit, atque in paſſionibus ſuis Chriſtum glorificans, poſtmodum apud Macedoniam requievit III Idus Julii. Hic enim epiſcopus Corinthiorum ab Apoſtolo conſtitutus fuit, qui & Silvanus fuiſſe a quibuſdam fertur; ſed falſum eſt, quia ille Theſſalonicæ, hic Macedoniæ quieſcit. *Ex his admitto S. Adonis elogium, ſed quæ ei ſubjunguntur, ut male conſuta, ita plane rejicienda ſunt; quandoquidem nulla certa antiquorum fide ſubſiſtant; fruſtra vero alibi quærantur adminicula, ſive apud pſeudo-Dorotheum ſive apud alios; cum de Sancto nihil omnino conſtet, præter ea quæ ex Actorum Apoſtolicorum hiſtoria aut ex Canonicis* 55. *Petri & Pauli epiſtolis breviter & ubique collegit Ado, neſquepaulodeſtinctius explicata ſubjiciemus, ex quibus de epiſcopatu Corinthiorum, de obitus tempore aut ſepulturæ loco, nec verbum erui potuit, ut mox patebit manifeſtius.*

Epiſtolæ Petri Romæ in Aſiam latæ;

5 *Præcipua* S. Silæ *geſta, ſaltem quæ ad nos pervenerunt, iis Actorum capitibus recitantur, quæ ſuperius cum Baronio notavimus: et ſatis communis Interpretum opinio eſt,* Silvanum *illum* fidelem fratrem, *per quem ſcripſiſſe ſe ait S. Petrus Apoſtolus primam epiſtolam ad* electos advenas diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ, *eumdem ipſum* Silam *noſtrum fuiſſe, eumque ipſum prædictam epiſtolam Roma, unde ſcripta eſt, in Aſiam tuliſſe circa annum Chriſti* 44 *vel* 45: *unde rurſus colligunt, ipſum S. Petro primum adhæſiſſe, eumdemque Romam ſecutum, unde tali occaſione per Aſiam Jeroſolymam redux, a primo Apoſtolorum concilio Antiochiam obiegatus ſit, ut ſtatim docebit ipſa rerum ſeries. Neque deſunt, qui ex præclaris elogiis, quibus in Actis ornatur, tamquam ſenior inter fratres & prophetæ, plane exiſtiment, haud inveriſimiliter argui poſſe, e ſeptuaginta Chriſti diſcipulis unum fuiſſe, atque adeo S. Pauli Apoſtoli in prædicando gentibus Evangelio collegam. Civem iterum Romanum, æque ac ſanctum Paulum, ſatis indicare videntur verba paulo poſt citanda ex Actorum cap.* 16. *dum Philippis in Macedonia cum ipſo Apoſtolo turpiter virgis cæſus eſt, quæ ſupplicio vetitum eras afficere quoſcumque, etiam exteros, Romana civitate donatos.*

a primo Concilio Apoſtolorum,

6 *Utcumque ea habeant, &* Paulus, *fortaſſe de ſe ſolo loquens. multitudinis numero uſus ſit, ut ad verum ſeriem accedam, nulla mihi ſecurior & certior viſa eſt, quam ipſa S. Lucæ narratio, ex qua ſuam Baronius aliique concinnarunt, quamque & hic curſim, ipſius ferme ſacri Hiſtorici verbis contexam. Quemadmodum quem verum a S. Petro extra Syriam geſtarum ordinem is non proſequitur, ita nec de* S. Sila, *ejus in peregrinatione Romana comite, meminit: verum præmiſſis cap.* 14, *ſanctorum Pauli & Barnabæ in Aſiatica miſſione laboribus ac paſſionibus, non capite ſequenti deſcribit ortam Antiochiæ ſeditionem propter Judæos, quod ipſi gentes ad Chriſtum converſas circumcidi vellent, quorum cauſa habitum fuit Jeroſolymis primum Apoſtolorum concilium, cui &* S. Silas *interfuerit; ubi deciſa in*

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S. *gentium favorem controverſa*; tunc, *inquit ſacer textus*, placuit Apoſtolis & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Judam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in Fratribus, ſcribentes per manus eorum. *Atque hic demum in virorum Apoſtolicorum numero innoteſcit* Silas *ut* vir primus in Fratribus. *In ipſa decretali epiſtola repetitur*: Miſimus ergo Judam & Silam, qui & ipſi verbis referent eadem: *quod a ſynodo cautum videtur, ne forte Paulo & Barnabæ, cum quibus ante contenderant, minus fidei haberent Judaizantes Antiochæi.*

cum ſynodali decreto Antiochiam d. rigitur:

7 Illi ergo dimiſſi, *pergit textus*, deſcenderunt Antiochiam; & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam: quam cum legiſſent, gaviſi ſunt ſuper conſolatione. Judas autem & Silas, & ipſi cum eſſent prophetæ, verbo plurimo conſolati ſunt Fratres & confirmaverunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace a Fratribus ad B eos qui miſerant illos. Viſum eſt autem Silæ ibi remanere. *Quamdiu iſtic manſerit, quidve geſſerit, ſigillatim non exprimitur: ſed ad ipſum quod attinet, ſuberta Paulum inter & Barnabam diſſenſione, cujus cauſa ſeparati ſunt; nihil antiquius habuit Paulus, quam ut virum Petro antea probatiſſimum, miſſionis ſibi ſocium aſſumeret*; Paulus vero, electo, Sila, profectus eſt. *Perambulata autem* Syria & Cicilia, pervenerunt Derben & Lyſtram, *ubi adſcitus eſt a Paulo Timotheus diſcipulus*. Tranſeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem ... cum pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem. *Oſtenſa vero ibi Macedonis viſione, junctoque verosimiliter S. Luca ipſo, exinde prima plurali perſona uti ſalito*; navigantes a Troade recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim, & inde Philippos. *Hic aperitur oſtium Macedoniæ, palæſtræ nempe iſtius in qua Apoſtolus & ſocii, præſertim Silas egregie deſudarunt, ad carcerem uſque & compedes, & effuſionem ſanguinis decertantes.*

C *Inde Paulum ſecutus, cum eo virgis cæditur,*

8 *Sequitur itaque apud ſacrum Hiſtoricum converſio Lydiæ purpurariæ, & expulſio maligni ſpiritus a Pythoniſſa*; *quod* videntes Domini ejus, quia exivit ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum & Silam, perduxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magiſtratibus dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram, cum ſint Judæi: & annuntiant morem, quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere cum ſimus Romani. Et cucurrit plebs adverſus eos: & magiſtratus, ſciſſis tunicis eorum, juſſerunt eos virgis cædi. Et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi, ut diligenter cuſtodiret eos. Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno. *Quid id* ligni *fuerit, quo Apoſtolorum pedes conſtrictos ait S. Lucas, non ſatis liquet*: rem examinat Tillemontius *nota 22 in Paulum pag. 552. Mihi veroſimile eſt quod ſentit Gallonius*, compedes *fuiſſe, vel* nervum; *quocumque demum modo ea carnificinæ inſtrumenta explicanda cenſeas. Id conſtat, durum quidem fuiſſe ſed breve Apoſtolis martyrium*: media *namque* nocte, Paulus & Silas orantes laudabant Deum, & audiebant eos qui in cuſtodia erant. Subito vero terræ motus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & univerſorum vincula ſoluta ſunt. D

9 *Hinc* tremefactus *carceris cuſtos*, procidens Paulo & Silæ ad pedes, *audivit* verbum Domini cum omnibus qui erant in domo ejus, & tollens eos in illa hora noctis lavit plagas eorum, & baptizatus eſt ipſe, & omnis domus ejus continuo. Cumque perduxiſſet eos in domum ſuam, appoſuit eis menſam & lætatus eſt cum omni domo ſua credens Deo. Et cum dies factus eſſet, *data a magiſtratibus abeundi licentia, expoſtulavit Paulus illatam Romanis civibus injuriam, ſicque incuſſo timore, ab ipſiſmet honorifice dimiſſi ſunt*. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam, & viſis fratribus, conſolati ſunt eos & profecti ſunt. Cum autem perambulaſſent Amphipolim & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, ubi erat ſynagoga Judæorum; *in qua diſputante Paulo*, quidam ex iis crediderunt, & E adjuncti ſunt Paulo & Silæ, & de colentibus gentilibuſque multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. *Exorto inde zelantium Judæorum tumultu*, Fratres confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum & Silam in Beræam. Qui cum veniſſent, in Synagogam Judæorum introierunt. Hi autem erant nobiliores eorum, qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent. *Inſtantibus vero Paulo & Sila prædicationibus ſuis*, multi crediderunt ex eis, & mulierum gentilium honeſtarum, & viri non pauci.

& cum eodem in Macedonia

10 *Pergit textus*: Cum autem cognoviſſent in *&c.* Theſſalonica Judæi, quia & Berææ prædicatum eſt a Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, *virili fervore laborat:* commoventes & turbantes multitudinem. Statimque tunc Paulum dimiſerunt Fratres, ut iret uſque ad mare: Silas autem & Timotheus remanſerunt ibi. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum uſque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad eum, F profecti ſunt. *Mora tamen, opinor, non modica interpoſita, quam prædicando Beræa & per reliquam Macedoniam impenderint, dum interim Paulus Athenis celeberrimam ſiliam habuit in Areopago concionem, qua etſi pauci tunc quidem converſi fuerint, femina certe fecerit ad fundandam ibi aliquando illuſtrem eccleſiam.* Poſt hæc egreſſus de Athenis venit Corinthum, *forte & ibi aliquamdiu apud Aquillam & Priſcillam hoſpitatus, priuſquam rediret, quos e Macedonia evocaverat*. Cum veniſſent autem Silas & Timotheus, inſtabat verbo Paulus, teſtificans Judæis eſſe Chriſtum Jeſum: *allaborante procul dubio collega* Sila, *fideli & conſtanti prædicationis æque ac paſſionum ſocio*, per annum & ſex menſes, *quibus ibi ſedit Apoſtolus*, docens apud *Corinthios* verbum Dei.

usque plura de eo ſciuntur.

11 *Hactenus de S.* Sila *ſacer Actorum hiſtoricus, nullum deinceps verbum de eo faciens, ut nemo divinare, nedum colligere aliunde poſſit, quid ipſi poſtmodum acciderit; martyrne, ut ſermo Ado inſinuare videtur, an confeſſor obierit, ut Græci diſtinctius audent aſſerere. Meminit ejus ſub* Silvani *nomine, de vivo loquens, Paulus in utraque ad Theſſalonicenſes epiſtola, quas per id tempus veroſimile eſt Corintho (ex communi) datas circa annum 52 & 53. Cum in poſterioribus (nam hæ primæ*

Digitized by Google

A *me fuere*) de Silvano *saltem ut adhuc superstite, altum silent Apostolus, haud improbabiliter existimant prudentiores, ipsum paulo post vel Corinthi vel in Macedonia e vivis excessisse; ut non facile intelligam, quod ait Massutius lib. 10, cap. 5, inter anonymos Pauli comites Act. 20, 4 enumeratos, etiam censeri potuisse* Silam, *quem non magis ibi quam aliis locis sinistet Lucas, qui alia persona utens, & se tum non adfuisse, satis ostendit. Neque magis verosimile est, indicari ab Apostolo* Silam 2 *Cor. 7, loquente de fratre, cujus laus est in Evangelio, aut alibi: neque mihi plura occurrunt, quæ de Sancto satis tuto commemorari possint: id sæpe miratus sum, inventos esse hac nostra ætate, qui inscite prorsus allusione, venerandum* Silæ *nomen audaculo uni alterique homini imponere non exhorruerint, quod il Silvestres potius quam Silvani pseudo-Paulo alicui, erroribus suis notissime, pertinacius adhærescerent.*

12 *De Sancti reliquiis nihil magnopere traditum invenio;* Reliquiæ & cultus apud Morinos. *nonnulla opportune suggerit tomus nonus tertius quartus Junii ubi pag. 26 & 27 agitur de S. Baino Morinorum episcopo, quem memorant, circa annum 691 a Sergio PP. S. Silæ reliquias impetrasse, magnaque solemnitate eosdem in S. Mariæ Teruanensem eidem Cathedralem intulisse, ut paulo fusius istic ex Malbranco describitur, hicque adeo repetendum non est. Notatur ibidem, in Breviario Morinensis ecclesiæ hac die* XIII *Julii præscribi Officium de S. Sila in editione anni 1542; at cum Breviarii istius solam partem hiemalem habeamus, lectiones quærendæ fuerunt in antiquiore anni 1518, quibus sola historia continetur, quam hic dedimus supra num. 8; cum oratione;* Da nobis, quæsumus Domine, beati apostoli tui Silæ solemnitatibus gloriari &c. *Perseveravit haud dubie cultus iste, & sacrarum reliquiarum veneratio, donec anno 1553, urbem expugnatam Carolus V Cæsar totam a fundamentis, una cum celeberrimo beatæ Virginis templo, excindi, everti, cremari atque solo adæquari imperavit, unde vetus illa inscriptio chronica* DeLeti Morini; *quando & S. Silæ memoriam interciderit existimo: certe neque in proprio hodierno Audomarensi, neque in Iprensi, quas ecclesias vetustiori Morinensi successisse novimus, ulla modo superest S. Silæ commemoratio.*

B

DE S. ANACLETO

PONTIFICE ROMANO MARTYRE.

COMMENTARIUS. J. B. S.

De S. Anacleti a S. Cleto diversitate, antiquo cultu, gestis & reliquiis.

ANNO XCV.

Quod in observatione ad Usuardi Martyrologium XXVI *Aprilis polliciti sumus, de discutienda rursus controversia super identitate vel distinctione duorum fere synonymorum Pontificum; id modo, quantum per densas tenebras fieri poterit, exequi conabimur, breviter tamen & succincte, majorum nostrorum vestigiis insistentes, a quibus cur recedamus, nihil, post operosiorem disquisitionem, occurrit hactenus quod tantopere competiat. Henschenius ad dictum diem* XXVI *Aprilis hunc Commentarii sui primo capiti titulum præfigit;* sancti Cletus & Anacletus diversi Pontifices, *idque argumentum erudite versat, urgentes auctoritates adducens, quibus demonstret, Romanæ Ecclesiæ monumenta omnia pro asserta distinctione evidenter pugnare; unde ex prudentissima Baronii regula, a nobis etiam recitata, nempe* in his quæ sunt Romanæ Ecclesiæ, majorem esse adhibendam fidem ejus alumnis, quam exteris, *tantum non evincit, male a* ceteris *illis, sive Græcis sive Africanis, ob nominum affinitatem, confusos esse in unum, qui vere duo fuerint,* Pontifices Romanos Cletum & Anacletum, *quemadmodum & aliis id accidisse ibidem probat, nominatimque ex Pontificum* Marcelli & Marcellini *confusione, quam viri non pauci doctissimi tuendam susceperc, sed a qua Clar. Castellanum ante obitum ita abterruit ut tandem fassus sit, se eam opinionem plane retractasse, id quod indicare non prætermisi in jam dictis Observationibus ad* XVI *Januarii &* XXVI *Aprilis.*

Dissimilis ab Henschenio assertæ,

C

ab aliis etiam propugnatæ,

2 *Porro sanctorum* Cleti & Anacleti *fuisse fateor, non tam evidentia mihi hucusque apparere discrimina, præterquam quod antiquiorum, licet exterorum, seu non Romanorum scriptorum suffragia, a nostro Petro Halloix ad S. Irenæum erudite expensa, & ab Henschenio non undequaque refutata, ita animum suspendant, ut omnibus multum diuque sedulo perpensis, Antonio Pagio subscribendum videam, qui in Critica Baroniana ad annum* 101, *relato* S. Anacleti, *tamquam a* S. Cleto *diversi obitu, tactaque obiter eruditorum, præsertim Gallorum, contraria sententia, rotunde enuntiat, se rem incertam agnoscere, sed* a communi opinione non discessorum: *idemque denuo profitetur nepos ejus Franciscus in Breviario Romanorum Pontificum tom. 1, pag. 15. Neque mihi in ea incertitudine ab Henschenii plectis iubet discedere, quidquid Papebrochius aliam viam sternere visus sit, qua & unus* Cletus & *duplex quodammodo supponi posset, semel eum S. Clementi anteponendo, rursum vero S. Clementi successorem faciendo: quæ ut satis feliciter excogitata non inficior, talia tamen ab eruditis censentur, ut nec uni nec alteri contendentium parti faciant satis. Nobis semper tutius visum est, ab antiquis Ecclesiæ Romanæ monumentis non recedere, quamdiu evidentior in contrarium auctoritas non apparet, præsertim in iis quæ ad Pontificum seriem ordinandam conducunt.*

ex recepta olim opinione tenendo videtur;

3 *Veteres eorum Catalogos quam diligenter evolvit & discussit, tam non ociosanter eruderavit laudatus Henschenius; ante tomum 1 Aprilis, singulorum Pontificum ætates, characteres & gesta discernent, illorum vero Catalogorum a sæculo quarto auctoritate, pro* Cleto *ab* Anacleto *distinguendo, potissimum certat num. 2, 3 & 4, quas hic pro insertis haberi cupimus, ubi utriusque Pontificis diversissimæ origo, diversa acta & tempora referuntur, quæ non commode ad unum tandemque*

AUCT. J. B. S.

A *demque hominem quis reduxerit. Adde his veteres alios Catalogos, a laudato Pagio Criticæ Baronianæ præfixos, quos nemo nisi temere contemnendos dixerit. Hæc porro magis etiam confirmantur ex Missalibus & Breviariis Romanis, in quibus a tot seculis* Cletus & Anacletus *ut Sancti duo diversis diebus & Officiis per urbem Catholicum celebrati sunt, hodieque celebrantur. Accedunt scriptores omnes, quotquot hactenus egisse sciuntur de Vitis Romanorum Pontificum, ibi ab Henschenio enumerati, apud quos una est & concors assertio, alium esse* Cletum *ab* Anacleto, *quidquid forte in eorum disponendo ordine tantillum dissentiant. Atque in his quidem nihil magnopere occurrit, in quo ab Henschenio recedendum persuadeamur.*

cui ſi non favent Martilia omnia,

4 *Non ita pridem quæ ex Martyrologiis pro tuenda communiori opinione ab ipso allegata sunt; neque certe Bedam & Florum, etiam ut ab ipso & Papebrochio edita sunt, in favorem suum pertrahere potuit, quamvis enim S.* Cletum *hi ambo referant* XXVI *Aprilis, at de S.* Anacleto
B *altum fient, atque adeo auctoritas ipsa contra ipsum potius quam contra adversarios militabit. Non minus ipsi obest verus Usuardi textus ad diem* XXVI *Aprilis, ubi non* Cletus *sed* Anacletus *seu* Anencletus *diserte signatus est, hoc vero die* XXII *Julii nec verbum exstat de alterutro. Tantumdem confert adductus ab Henschenio Wandelbertus, apud quem solus* Cletus *memoratur. Si itaque, ut candide fateamur, ex plerisque Martyrologiis ab ipso relatis dirimenda sit controversia, Gallorum eruditorum opinioni magis quam nostræ ea omnia robur adjiciunt, ut in hac parte Henschenii argumentum cogar deserere postquam non minimam operam posui in expendendis singulorum Martyrologiorum momentis, pertexendaque eorum genealogia in ipsa ad Usuardum præfatione, quam nemo, quod sciam, vellicavit hactenus præter anonymum aliquem Pratensem monachum, in eo totum, ut quo potest conatu, cœnobii istius verum seu prætensum autographum propugnet, in quo contentionis funem ducere, haud quaquam operæ pretium existimo.*

multæ identitati oppoſitæ ſunt;

5 *Neque tamen Martyrologia omnia communiori opinioni ita adversantur, ut in ipsis pro ea nihil subsidii supersit. Rabanus inprimis* Cletum
C & Anacletum *ut diversos agnovit, tametsi a statutis diebus recedens, illum* XXIX *Aprilis, hunc* XI *Junii consignarit. Neque Ado plane contrarius est, licet enim* Anacletum *referat* XXVI *Aprilis,* Cletum *vero* XII *Julii; id certum manet, eum ambos Pontifices minime confudisse, uti neque Notkerus, qui & ipse festa quidem transposuit, sic tamen ut* Cletum *hoc die annuntiet, quo a recentioribus omnibus* Anacletus *constanter signatus est, quemadmodum ex Auctariis plurimis ad Usuardum facile intelliges. Ex his porro perspicuum est, sæculi* IX *Martyrologos istos veteres Romanorum Pontificum Catalogos habuisse pro oculis, a quibus cur recesserit Usuardus, Adonis descriptor perpetuus, fateor me divinare non posse, nisi forte de amborum identitate aut distinctione alicunde dubitaverit. Non adeo mirum, quod a Romani parvi auctore prætermissus sit* Cletus, *etenim in concinnando Martyrologio suo Rufinum is præcipue secutus est Eusebii interpretem, cum vero in tota ea historia unicus* Anacletus *seu* Anencletus *comparet, solum istum ipse retulit, quem in fonte suo reperierat: Patet igitur, Martyrologia non deesse ex quibus firmetur communis sententia, quibus accedant retentiones uni-*D *versi, excepto Castellano, non æque facili ad hanc, quemadmodum ad alteram de* Marcello & Marcellino *identitatem vetrahendam.*

ſic tamen ut res dubia maneat.

6 *At enim, ut supra dicebam, neque mihi adeo evidens est duorum horum Pontificum diversitas, ut non potius cum Pagio plane sentiam, rem hactenus ita intricatam, sive personas spectes, sive ipsarum gesta, ætatem & successionem, ut velim, nolim, fateri cogar, omnino incertam esse; neque Pontificum Catalogos, Missalia, Breviaria aut Martyrologia tanti ponderis conferri, ut prorsus elidant tot sanctorum Patrum auctoritatem, tot scriptorum antiquorum testimonia, ab Halloixio & aliis studiose expensa, quæ nec undecumque nec undequaque satis refellit Henschenius: ut jam taceam recentiorum nubem,* E *certatim contendentium, sub duplici nomine unum eumdemque latere, qui Græce* Ἀνάγκλητος, *a Latinis passim contractius* Cletus *appellatus sit. Quantamcumque diligentiam, ad detam fidem liberandam adhibuerim, ut sive ex Pontificum successione, sive ex diversis gestis, sive ex diversa patria, aut aliunde quid novi eruerem, unde certior redderetur utriusque distinctio; cum nihil sit ubi tuto pedem figas; neque ex adversa parte satis clara sint antiquorum istorum auctoritates, quibus explicandis, & ad sensum summo torquendis insudat Tillemontius tomo* 2, *pag.* 555, *id reliquum est, ut dubiam & incertam hactenus fateamur utramvis opinionem; interim tamen, quamdiu incerta est, a communi non discedemus, quæ tamdiu in sua possessione persistet, donec urgentiora producant, qui eam tanto conatu convellere nituntur.*

Quid de geſtis reſtituat tempus.

7 S. Anacleti *ætatem, sedis ingressum & exitum nullius satis tuto fixerit, qui non decessorum ejus & successorum tempora apte ordinarit, id vero tentare, æque fere arduum est ac tædium jam superius controversiam dirimere. Sequar igitur & hic receptiorem opinionem, licet ea hodierno Romano Breviario contraria sit, quam sic breviter expressit laudatus Franciscus Pagius:* S. Anacletus, natione Græcus, patria Athenienſis, S. Cletum eodem anno LXXXIII excepit. Ecclesiam, quam super corpus S. Petri Apostoli presbyter inchoarat, Pontifex creatus perfecit, ex libro Pontificali. Duabus ordinationibus, mense De-F cembri habitis, creavit diaconos tres, presbyteros quinque, episcopos diversis in locis sex. Pontificatum tenuit usque ad annum Christi XCV, quo Martyr occubuit sub Domitiano, post sedem annorum XII, mensium decem & trium dierum, *pro quibus mavult Henschenius substituere* menses *duntaxat* duos: *sed eos scrupulos hic non discutimus. Gesta ejus alia, in prædicti Breviarii lectione relata, sive ex Decretalibus, ejus nomine circumferri solitis, sive aliunde accepta, non parvi verisimilitudine, quæ cetera, jam ex Pagio data, narrantur: quæ vero de eo comminiscitur Sanssayus* XI *Octobris, &* I *Junii in Supplemento pag.* 1124, *nec citari nec refutari merentur. Decretales autem ipsi abjudicandas, hodie satis probat eruditorum omnium receptissimus consensus, cui Galesinium aut alios frustra opposueris.*

quidnam de reliquiis.

8 *De sacris ejus exuviis id solum dici potest, quod in laudatis Catalogis etiam satis clare exprimitur; corpus ejus depositum fuisse apud S. Petrum, cui ipse vivus in Vaticano tumulum paraverat, ab abbate Bartholomæo Piazza in Hemerologio ad hunc diem pluribus exornatum. Inde reliquias alio absportatas, satis certo non novimus: cum totum corpus ibidem supersse asserant Panci-*

rolius

Digitized by Google

A volitis & alii sacrorum Romæ locorum & pignorum descriptores, ut videre etiam est in tractatu de Basilica Vaticana tomo VII Junii pag. 41 & 83. In ordine Officii divini, juxta consuetudinem dictæ Basilicæ, a Josepho de Fide digesto pro anno 1665, hoc die legitur: S. Anacleti Papæ dup. habemus ejus corpus. *Memini me alicubi legere,* S. Anacleti *reliquias Neapoli asservari, aliasque Romanis reperisse Mabillonium; at quales hæ sint, aut quo cultu honorentur, an vero & alibi aliæ expositæ sint, distinctius explicatum non reperi. Atque hic sistendum censeo promissam disquisitionem, ne plura cumulando, ingratam cramben recoquam, nullo alio laboris fructu, quem quod actum agurus sim, ea repetendo quæ jam ad nauseam disputata esse si probe norunt, qui similibus tricis emodandis assueti sunt; aliis id genus disceptationes nec placere nec prodesse consueverunt.* D AUCT. I. B. S.

DE S. SERAPIONE MART.

Ex Synaxariis Græcis, & Martyrologio Romano. J. P.

SUB SEVERO. B *Notitia Sancti;* C

NOtissima in Græcis Tabulis S. Serapionis memoria est; tametsi non eodem ubique die celebrata. *Menæa impressa, eorumque Index cum Maximo Cyberensium episcopo, præter solam Sancti annuntiationem die* XII *hujus nihil habent. Nos eum differimus in hunc diem, cum Martyrologio Romano, sic ipsum signante:* S. Serapionis martyris, qui sub Severo Imperatore, & Aquila præside per ignem pervenit ad coronam martyrii. *Præsenti etiam die Sanctum referunt Synaxarium Basilianum, Menæa bibliotheca Ambrosiana, Supplementum ad Menæa impressa ex Synaxario Sirmondi una cum Stricto, ita ejus gesta breviter prosequto:* Natalis sancti martyris Serapionis, qui fuit sub Severo imperatore divinæ pietatis studiosus, & probitate morum insignis: qui detentus ab Aquila præside, interrogatus cujusnam esset religionis, libera & clara voce respondit; se Christum Dominum colere. Quamobrem igni traditus, martyrii coronam reportavit. *Conveniunt Excerpta e Menæis bibliotheca Ambrosiana. Reperi etiam* S. Serapionis *memoriam in Kalendario Syriaco seu Chaldaico: de quo in Prætermissis ad hunc diem, & in Arabico-Ægyptio, a Gratia Simonio Maronita ex Arabico verso.*

2 *Plura in sancti Martyris laudem protulit dictum Basilianum Synaxarium?* Serapion Christi martyr erat sub regno Severi, vir divini cultus studiosus ac bene moratus. Ab idololatris autem ob Christi confessionem comprehensus, Aquilæ, regionis istius præfecto, traditus fuit. Cumque coram illo adstaret, & interrogaretur, cujusnam religionis esset, libere Christum confessus est. Ideo itaque vehementer cæsus, ferroque acuto totum corpus rasus, ad carcerem remissus est, fame & siti eum vexante. Post plurium vero dierum decursum e carcere extractus, Præfecto vinctus adstitit. Cumque nullam plagam aut vulneris cicatricem ferret in corpore; quia statim a Christo erat sanatus, omnes in stuporem rapuit, multosque ad Christi fidem adduxit. Præfectus autem, veritus ne plures ad Christum adduceret, igni ipsum tradidit; & sic, decurso immortalitatis agone, martyrium consummavit. *elogium ex Synaxario Basiliano,* E

3 *Baronius, de* S. Serapione *agens in Annalibus, triumphos ejus effigit anno* 205; *nimis tempori interim indeterminate visus asserere,* celebrari ejus natalem diem XIII Julii, tam apud Græcos, quam Latinos, ut illorum Menologium & Romanum Martyrologium significant. *nimis tempori martyrii.* F

DE SS. MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

SERAPIONE, TROPHIMO, MELEO, EUANGELO, PROPOLO, ATTALO, ZENONE, MENEO PRESBYTERO, TROPHIMA VIRGINE, ET FORTE MACROBIO.

Ex Hieronymianis. I. B. S.

XIII JULII. *Synonymorum confusio vel repetitio*

EX variis tabulis Græcis, non undequaque *ad* exactis, Serapionem *aliquem sub* Imperatore Severo, Aquila præside *martyrem, ignota prorsus martyrii palæstra, hoc die proxime retulimus, quem ex Menologio Sirleti Baronius cum multis aliis Martyrologio Romano inseruit, usquam in Fastis Latinis sic expressum. Unde & ex id genus pluribus Græcorum textibus ad Latinos comparatis, tanta confusio Serapionum orta est, ut in Observationibus ad Usuardum* XXI *Martii, item* IX *Julii, & ipse hoc die in Prætermissis dixerim, difficile esse, inter synonymos Sanctos distinguere, præsertim cum adjuncta tam varie transposita aut translata sint, ut cui propria aptes, omnino discerni nequeat. Hic Græcum ipsum, incerti loci Martyrem, Græcis reliqui, cujus elogium proxime dedimus Sf reduci* *videtur hallucinatio inextricabilis*

A *reduci prorſus non poſſent, niſi ſuccurrerent Hie-*
AUCT. *ronymiani codices, ex quibus tot unda ferme no-*
J. B. S. *mina in auctaria Bedæ, Flori & Uſuardi pro-*
fluxerunt. Id porro dolendum maxime, emanuen-
ſium oſcitantia, & pro variarum eccleſiarum ar-
bitrio, & praterita in his codicibus aliqua, & ſic
luxata eſſe nomina, ut certum numerum & ratio-
nem inire nequeas. Adde quod & iſtic Serapion
non unus occurrat, nullo prorſus charactere diſtin-
ctus; jam ut claſſis anteſignanus; jam aliis im-
mixtus, quemadmodum ex ſolo Indice apud Flo-
rentinium cognoſces. Notabilis eſt laterculus XXI
Martii, ubi Serapion Alexandriæ *ſignatur,*
cum ſeptem aliis ſociis, ferme ut hoc die, quo
paulo major eſt in codicibus nominum diverſitas.
Alius denuo Alexandriæ Serapion XXVIII *Au-*
guſti, alii ibidem VIII, XI *&* XV *Septembris.*
Verum hæc de Serapionibus ſatis hic dicta ſint:
nunc quærendum eſt, quot & quales ſocii hodierno
noſtro adjungendi ſint.

B 3 *Sic textum ſuum refert Florentinius:* In A-
lexandria, Serapionis, Tropimei, Melei,
Euangeli, Propoli, Attali, Zenonis, Pto-
pili, Meneo presbyteri, Troſinæ virginis. C
Id potiſſimum in eo laterculo diſplicet, quod Pro-
poli *&* Propili *pro duobus ſupponant, qui in*
aliis codicibus unus eſt & idem martyr Propo-
lus, *ſive præpoſitus Attalo, ſive ei poſtpoſitus. Se-*
cundum nomen formavimus Trophimi *qui in ve-*
tuſtiſſimo Epternacenſi codice in feminam mutatus
eſt; ſic enim aptius legi puto, quam Tropimei
ſupra, vel Tropomei, *ut Corbejenſis, apud quem*
pro Zenonis, *habetur* Gelenis. *In Epternacen-*
ſi pro Melei, *eſt* Mellei; *ſed in eo melius ex-*
primitur in fine Trophina *quam apud alios* Tro-
ſina *vel* Tropimia, *quæ anſam non nemini de-*
derit, hic inveniendi Trophimenam Minorenſem,
vel Triphinam *Siculam, de quibus egimus v*
hujus. In ſolo Corbejenſi occurrit Macrobius, *quem*
idcirco ut dubium dumtaxat adjicimus. Nomina a
Mauroſyco & Galeſinio male efformata in Prater-
miſſis rejecta ſunt. Vides, ut ſupra dicebamus, non
adeo pervium eſſe, vera nomina a deformatis, ve-
rum ordinem a turbato diſcernere. Putamus, hic D
veriſimillime ordinata eſſe omnia, ſaltem quoad li-
cuit per codices, emanuenſium ſocordia ſæpe corruptos.

Quos hodierni Serapionis ſocios fuerint.

DE S. MYROPE MART.

IN INSULA CHIO.

Notitia ex Synaxariis Græcis.

J. P.

Sub. DECIO. *Annuntiationes ex variis Synaxarii, elogium* *elogium Græcum Latinum*

S Myrope, *ab unguento, Græce μύρον dicta, quod e corporibus Sanctorum profluens hauriebat, infirmis in medicinam adhibendum, nomen ſortita, ut habetur inferius in ejus elogio, in variis Synaxariis notatur. Nomen ipſius reperio in Menæo Chiffletii, in excerptis, quæ aſſervamus, e Menæis bibliothecæ Ambroſianæ cum elogio; Sirleto ac Synaxario Baſilitano, quod hoc modo elogium ipſius recenſet.*

C Ἡ τῦ Χριςῦ μαρτυς Μυρώπη ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τ βασιλείας Δεκίυ ἐν τ νήσῳ Χίῳ. Περιήρχετο δὲ τ Ἐφεσίων πόλιν, πὶ ἐκ τ λειψάνων τ ἁγίων Μαρτύρων ϗ Ἀποςόλων προχεόμενα μύρα συλλέγουσα, ϗ ἰωμένη τὰς ἀῤῥωςίας. Ὅθεν ἡ φερωνύμως ἐκλήθη Μυρώπη. Καταλαβοῦσα δὲ τ νῆσον Χίον, ϗ εὑροῦσα τ ἅγιον Ἰσίδωρον, διὰ Χριςὸν μαρτυρησαντα ϗ πλειωθέντα, ἀνείλετο τὸ λείψανον αὐτῦ, ϗ ἐκρυψε παρ ἑαυτῇ. Καὶ πολλῶν κρατυμένων διὰ τ τῦ λειψάνυ ἀφαιρέσεως, ϗ τιμωρυμένων, ἐφανέρωσε ἑαυτὴν, λέγουσα λαβεῖν ϗ κρύψαι τὸ λείψανον. Κραθεῖσα δὲ παρὰ τῦ ἡγεμόνος Νυμεριανῦ, τῦ ϗ τ ἁγίου Ἰσιδώρου βασανίσαντος, ἐτύφθη ῥαφδῶς, ϗ ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, ϗ δι ὀπτασίας τῦ ἁγίυ Ἰσιδώρυ τῶν ἀποκειμένων αὐτῇ ἀγαθῶν ϗ ἐπαγγελίας λαβοῦσα, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκεν.

a Myrope, Chriſti martyr ſub regno Decii extitit, ex inſula Chio. Circuibat autem Epheſum, unguenta ex Martyrum & Apoſtolorum corporibus profluentia ſecum adducens, & ſanans infirmos. Ex quo nomen Myrope ſortita fuit. Poſtquam in inſulam Chium reverſa eſſet, & inveniſſet S. Iſidorum, martyrio functum propter Chriſtum ac mortuum, ſuſtulit corpus ejus, & apud ſe recondidit. Cumque multi compreheſi & cruciatibus eſſent affecti propter ablatum corpus, ſe ipſam manifeſtavit, dicens, ſe abſtuliſſe & abſcondiſſe corpus. Comprehenſa itaque a Numeriano præfecto, qui ſanctum quoque Iſidorum cruciaverat, graviter cæſa, & in carcerem concluſa eſt. Et, ab apparente ipſi S. Iſidoro, de bonis, quæ ipſam manebant, certior facta, Deo ſpiritum tradidit. *Conſonant excerpta ex Menæis bibliothecæ Ambroſianæ. Sirletus hæc paulo aliter, rem brevius referens:* Eodem die (13 *Julii*) ſanctæ Martyris Myropis, temporibus Decii Imperatoris, quæ primum habitavit in inſula Chio; poſtea vero ad Epheſiorum urbem profecta, religioſe admodum hauriebat unguenta, ex ſanctorum Martyrum corporibus profluentia, ex quo & cognomen ſortita eſt. Poſtea in inſulam Chium reverſa, & ſe Chriſtianam eſſe confeſſa, a præſide Numeriano vectibus vehementer verberata, Deo ſpiritum reddidit.

E

F

Digitized by Google

A

DE SANCTIS JUSTINA ET ZENONE MARTYRIBUS

TERGESTI IN ISTRIA.

Ex Ferrario. J. B. S.

FORTE SEC. III.

CUm in Sanctos hosce, alibi prorsus ignotos, aliud agens incidisset Papebrochius, a quadraginta & amplius annis Tergestinum virum semel scripsit ad nostrum P. Carolum Vitellium, quo distinctiores notitias impetrare tentaret, unde de eorum gestis, ætate & cultu paulo certior fieret. Respondit Vitellius 12 Aprilis 1679, nihil ibi reperiri præter narrationem, veteri alicui Breviario ecclesiæ Cathedralis ejusdem civitatis insertam, quam Papebrochius vix

Infantis Pedis ignoti,

B *inspexerat, quin continuo adverteris, ex Actis S. Dorotheæ & Theophili plane contractam esse, servato ipsomet nomine* Sapritii *præsidis, sed mutatis nominibus* Dorotheæ *in* Justinæ, *ac* Theophili *in* Zenonis, *manente utrobique præcipua totius passionis substantia; quod mirum est, effugisse oculos Ferrarii, adeo ut in sua annotatione non dubitarit asserere*, Acta horum Martyrum accurate scripta legi, neque aliquid controversum aut inverisimile in illis se deprehendisse. *Mirum*, inquam, *ubi vel pueris nota est* S. Dorotheæ *Legenda, notissimaque historia de floribus & pomis cælestibus per angelum ad* Theophilum *transmissis, quæ, ut non differamur, semel ac iterum prodigiose accidere potuisse, sic non tam leviter, tamquam sincera admittenda sunt, quæ apertissime ex aliis Actis mutuata deprehenduntur.*

Legenda S. Dorotheæ tres ornati sunt,

C a *Quid? quod & ipsa* S. Dorotheæ *Legenda, tum propter exemplarium varietatem, tum propter alia, a multis hodie non tanti fiat, quanti eam Bollandus æstimasse videtur. Addo vero Sanctos ipsos* Justinam & Zenonem *in nullis prorsus sacris Fastis unquam consignatos, neque Ferrarium distincti quidquam de eorum cultu dicere potuisse. Non esse autem omnino conformia Acta ad nos missa & Ferrarii compendium, ex eo patet, quod ad ipsum alius dicatur præses, forte ab aliquo emanuensi cautè mutatus, ne nimium in oculos incurreret commissum plagium. Laudati scriptoris Catalogus generalis, ex quo fuse procul dubio hic accepit Castellanus, sic annuntiat*: Tergesti in Istria, S. Justinæ virginis & martyris sub Diocletiano cum Zenone, *allegunturque in notis tabulis ecclesiæ Tergestinæ, ex quibus Legendam Italice vulgaverit Nicolaus Manzolus J. C. in historia Istriæ, edita 1611, quam dum consulo, ipsissimam esse comperio, quam huc misit Vitellius, hoc solo excepto, quod apud Manzolum, casu an studio nescio, pro* Sapritio, *non* Fabianus *substituatur, ut legerat Ferrarius, sed* Fabricius: *quod sufficiet, hic verbo indicasse. Cum igitur alia nota non sint præter prædictam historiam, ut verbis superfluis parcamus, Ferrarii compendium describere satis habebimus. Sic legit.*

ejus hic aliquod compendium.

3 Justina virgo Tergestina, Christianis parentibus orta, annorum XXV, cum ob formæ pulchritudinem a multis in matrimonium postulata, se Christo, cui virginitatem voverat, desponsam diceret, apud Fabianum præsidem accusata & ad eum perducta, diis sacrificare jubetur, cumque illa deos dæmones appellaret, Fabianus optionem Virgini dat aut colendi deos, aut tormenta subeundi, ac primum illam alapis cæsam, quod libere deos contemneret, extendi, & virgis cædi, deinde in equuleo suspensam circa mammillas ungulis excarnificari jussit. Ipsa vero Christo gratias agens, virtutem, & animi constantiam petebat, quo ad paradisum de hoste triumphans perveniret. Damnata autem a præside, ut gladio feriretur, cum quidam ex primis apud præsidem, nomine Zeno, per jocum Virgini diceret, Sponsa Christi transmitte mihi mala de sponsi tui paradiso; dum ad supplicium duceretur, infantulo sudariolum dedit, Zenoni deferendum, dicens; Dicito illi: Justina virgo Christi mittit tibi mala, quæ de paradiso sponsi sui postulasti. Decollata itaque Virgine, corpus a Christianis sepulturæ traditum est, III Idus Julii, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus anno salutis CCLXXXIX. Zeno autem, ubi a puero sudariolum accepisset, diceretque, Bonum erit ad faciem tergendam; dum illo coram præsidis familiaribus faciem tergit, se repente mutatum tanto sensit Christi amore captum, ut nomen illius publice extollere non dubitaret. Quare delatus Præsidi, ab illoque accersitus & dementiæ objurgatus, cum respondisset; Quid mali facio, si Christi veri, & solius Dei, qui Justinam virginem ad se suscepit; meque in servum accipere dignatus est, nomen collaudo? tamdiu plumbatis cædi jussus est, donec animam exhalaret, cumque nomen Domini Jesu Christi extollere non cessaret, lingua illi præciditur, & eadem caput amputatur die prædicta.

A

DE S. SARA VIRG. ABBATISSA D

SCETI IN LIBYA.

Notitia ex tabulis Græcis, & Vitis Patrum.

J. P.

CIRCA FINEM SÆCULI IV.

Sanctæ memoria apud Græcos.

S*Anctæ* Sarræ *memoriam, in aliis Synaxariis hac die ignotam, reperio in Menæis Chiffletii; quæ etiam inferbitur in Supplemento ad Menæa impressa ex Synaxario Sirmondi & Menæis Chiffletii his verbis:* Τῇ αὐτῇ ὑπερθέτου ὁσίας Σάρρας τῆς εἰρήνης πλ. *Eadem die* (*decima tertia Julii*) S. Sarra in pace obiit; *appositis hisce versiculis:*

Κάλπυς ἀποφεύγω, ἣν σὺ Σάρρα δέχου
Ὁ τῆς παλαιᾶς Ἀβραὰμ Σάρρας ἀνήρ.
Sarram novam tu recipe promisso sinu
Pater Abraham, cui Sarra vetus uxor fuit.

quem Arturus annuntiat die non suo.

B

2 S. Sarram *ab Arturo in Græcco sacro die* XXX *Maji collocatam esse* pro consueta sibi licentia, nullo antiquiori exemplo, *monuimus in Prætermissis ad illum diem, a quo huc retracta est a nobis, Græcorum duo supermemorata Synaxaria secuti. Porro non erit alienum a proposito, transcribere annuntiationem, quam dictus Arturus ibidem habet*: Sceti in Ægypto S. Sarræ virginis abbatissæ, quæ Theodosii senioris tempore, virtute castimoniæ, sapientiæ, & monasticæ observantiæ insigniter refulsit. *Sed antiquiora non desunt, quæ sanctæ Abbatissæ nomen illustrent.*

vitis Patrum effinditur ejus castimonia;

3 *Etenim excelsa ipsius mens & virtutibus exaggeratissima, vivis lineamentis exprimitur apud Rosweydum in Vitis Patrum; unde pauca quæ huc spectant, delibo. Atque imprimis quam fuerit* S. Sara *virginei propositi tenax, quam invicto pectore prædita adversus machinationes impuri spiritus, a quo diu multumque & acriter vexabatur, planum fit ex lib.* 5, *pag.* 574., *ubi lego:* Narraverunt de abbatissa Sara, quia manserit tredecim annis fortiter a fornicationibus dæmonum impugnata: & numquam oravit, ut recederet ab ea hujusmodi pugna, sed solum hoc dicebat; Domine, da mihi fortitudinem. *Eadem habet Cotelerius. Inter Apophthegmata Patrum tomo* 1 *Monumentorum Eccl. Græcæ pag.* 631.

C

odium vanæ gloriæ,

4 *Quam vero aliena fuerit a vana gloria; quamque certo persuasum habuerit, omnem sufficientiam suam esse ex Deo, indidem probatur:* Dixerunt iterum de ea, quia infestior ei fuerat aliquando imminens fortius idem fornicationis dæmon, mittens in cogitationem ejus sæculi vanitates. Illa autem non relaxans animum a timore Dei, & a proposito abstinentiæ suæ, ascendit semel super lectum * suum orare; & apparuit ei corporaliter spiritus fornicationis, & dixit ei: Tu me vicisti Sara. Illa autem respondit: Ego non te vici, sed Dominus meus Christus. *Quæ & Cotelerius loco citato.*

* *Cotelerius*, lectum, *Græce* κραββατον.

mirabilis oculorum custodia,

5 *Oculorum custodia pene supra fidem mirabili excelluit, ut fidem faciunt verba ibid. pag.* 587; *ubi hæc narrantur:* Dicebant de abbatissa beatæ memoriæ virgine Sara, quod supra alveum fluminis sexaginta annos habitaverit, & numquam inclinata est, ut flumen ipsum aspiceret. *Quæ etiam recenset Cotelerius, uti duo sequentia pag.* 691, 692.

6 *Jam vero in muliebri sexu virilem cum animos gessisse, cum pœnitentiæ virtute conjunctos, nemo dubitabit, qui in dictis Vitis pag.* 603 *sq. quæ ipsius effatum legerit:* Venerunt aliquando duo senes de partibus Pelusii ad abbatissam Saram. Et cum ambularent, dicebant ad invicem: Humiliemus vetulam istam. Et dicunt ei: Vide, ne extollatur animus tuus, & dicas: Quia ecce solitarii viri veniunt ad me, quæ mulier sum. Et dixit ei abbatissa Sara: Sexu quidem mulier sum, sed non animo. *vivis fortitudo,*

7 *Puri & integri cordis habuit Sancta nostra impensissimam curam. Audi ipsam loquentem ibid. pag.* 609: Iterum dixit abbatissa Sara; Si poposcero a Deo, ut omnes homines ædificentur in me, invenior ante januas singulorum pœnitentiam agens; sed magis oro, ut cor meum cum omnibus purum sit. *Atque hæc sunt, quæ de* S. Sara *ibidem reperire licuit, & quæ postea materiem præbuerint Petro de Natalibus lib.* 11, *cap.* 46; *S. Antonino part.* 2 *Historiarum titulo* 15, § 2, *pag.* 144 *verso, ac Vincentio Bellovacensi in speculo Historiali lib.* 17. *cap.* 9. *Supraddo pauca ex Cotelerio pag.* 692: Dixit iterum: Mitto pedem meum super scalam, ascensura; & mortem ob oculos pono, antequam confessionem faciam. Hoc etiam protulit: Bonum est etiam propter homines facere eleemosynam: licet enim studio placendi hominibus fiat, postea tamen procedit ad studium placendi Deo. Aliquando Scetiotæ convenerunt matrem Saram, quæ apposuit eis canistrum. Illi vero bona poma relinquentes, vitiosa comedebant. Et dixit eis: Revera scetiotæ estis. *Petrus Thomas Saracenus de Bonnia Carmelita,* S. Saram *perpetuam inscripsit Catalogo plurium Sanctorum & Beatorum utriusque sexus eremitarum B. Mariæ virginis de monte Carmeli, subnexo notis Menologii Carmelitani,* a se editi, & festis resumendis. cordis integritas. E

F

De loco & tempore quibus floruit.

8 *Ceterum* clatuisse *sanctam Abbatissam hanc* in Scythi, *solitudine Libyæ*, tempore Theodosii senioris, *auctor est Petrus de Natalibus, cujus sententiam secuti*, S. Saram *Sceti in Libya assignavimus in titulo; & vitam ipsius alligavimus sæculo quarto exeunti; quam, an & quamdiu ultra produxerit, nos latet; nullo apud Græcos Hagiologos loci, in quo vixit, vel temporis, quo floruit, indicio a nobis reperto; quod mirum fortasse cuiquam videri possit: quia apud Græcos non fuit prorsus ignobilis, ut colligitur ex Triodio Græcorum, in cujus canone, solito recitari ad Parascevem ante Dominicam Tyrophagi seu Quinquagesimæ, & ubi figillatim commemorantur deiferi Patres, qui in monastica exercitatione excelluerunt; in cujus, inquam, Triodii canone, ode septima, quæ est de sanctis Mulieribus, ipsius fit mentio*: Marina, cælestis sapiens, nunc honorentur cum magna Matrona. Syncletica vero & Sarra, simul cum Justa, cantibus, ut sapientes virgines, celebrentur.

D E

Digitized by Google

DE S. JUVENIANO MAGNO CONF.

EYSTADII IN GERMANIA.

Notitia de cultu.

XIII JULII. IN *fchedis noſtris ſeu aliquot Sanctorum indicibus a Bollando relictis, notatum hoc die invenio* S. Juvenianum Magnum confeſſorem, *ut qui colatur in templo noſtro Eyſtettenſi, nulla prorſus addita notitia, unde in Sancti cognitionem aliquo uſque deveniri poſſit. Scio equidem iſthic, aque in templo noſtro Antverpienſi, & in aliis per urbem eccleſiis plures coli reliquias Sanctorum Martyrum ex cryptis Romanis acceptas; quin & tales Martyres in eodem templo Eyſtettenſi referuntur, propriis ſuis nominibus expreſſi* Venerius, Leontia, Caſtus & Livenius *in Actis noſtris* 1. *die Martii pag.* 22; *neque miratur, ſi id genus plures ibidem reperiantur. Verum de Confeſſoribus non eandem eſſe rationem, vulgo notum eſt. Quapropter ſedulo inquire capi, nullane in Muſeo noſtro* Juveniani *illius* Magni confeſſoris *exſtarent poſteritas ſubmiſſa indicia, antiquiſne iſte Sanctus, an novus eſſet, an Eyſtettenſis patria, an aliunde eo allatus: quo ſæculo vixiſſet; a quo tempore ibi coleretur. Aſt evolutis noſtris Tabulis, Faſtis, Martyrologiis, & quibuſcumque Sanctorum Catalogis, cum nihil uſpiam occurreret, alia ſubſidia conquirenda putavi.*

Sacris omnibus Faſtis prætaritus.

a *Confugi itaque ad amicum noſtrum P. Joannem Seyfrid, in Academia Herbipolenſi Hiſtoriæ Profeſſorem, ex cujus reſponſo id demum colligere potui, vere Sanctum eſſe, ſacris aris olim admotum, & in templo noſtro Eyſtettenſi, jam a ſæculo, publica veneratione cultum. Ita ille ad quæſtiones meas,* XXII *Februarii anni* 1722 *miſſos,* XVIII *Martii proxime inſequentes ſcripſit*: Dum reſponſorias Eyſtadio exſpecto, de iis quæ circa S. Juvenianum Magnum confeſſorem interrogavit Rev. veſtra, per otium luſtravi Necro & Martyrologia, quæ pauca habeo; & inter illa inveni Kalendarium Breviarii eccleſiæ Hersfeldenſis Ord. S. Benedicti Ms. cum hoc titulo. INCIPIT BREVIARIUM &c. In hoc III. Idus Julii, præter S. Margaretam virginem & Martyrem, ponitur S. JUVENIANUS CONFESSOR. Dubitavi utrum hoc nomen Sancti eſſet, in quem inquirit Rev. V., & cui additum eſt cognomen vel elogium Magni. Dubium ſuſtulit epiſtola R. P. Edmundi Sickingen Rectoris Eyſtadiani, quam heri cum acceſſis accepi. Unus idemque eſt S. Juvenianus Eyſtettenſis cum Hersfeldenſi, & dicto Kalendario reliquorum Sanctorum feſta, quorum reliquiæ Hersfeldæ olim ſervabantur, iiſdem diebus conſignata ſunt, quibus in epiſtola P. Agricolæ notantur.

ex litteris Eyſtettenſibus inventis.

3 *Atque hæc eſt epiſtola, cui tota cultus hujus diei ratio innititur, lectu ſane digna, utpote inſtrumentum exarati miſſionarii Caſtrenſis P. Joannis Agricolæ Societatis noſtræ; epiſtola, inquam, data ad Celſiſſ. & Reverendiſſ. Dominum Joannem Chriſtophorum Eyſtettenſem epiſcopum, qua de re viſa teſtatur, quæque totius caſualis inventionis, & ſubſecuta tranſmiſſionis ordo perſpicuus redditur. Venit Deus, ut, ea lecta, curioſi Germani, ſive Hersfeldenſes ſive alii excitentur ut de Sancto iſto* Juveniano, *aliiſque nonnullis, eodem tempore repertis, plura ſuggerant, quæ, ſi non hic, ſaltem alibi, pro Sanctorum meritis & gloria illuſtrari queant; ut de Cyrillo Alexandrino, Wigberto, ſocio aliquo S. Mauritii, Lullo Archiepiſcopo Moguntino, aut aliis tectum, quorum geſta aliunde ſatis jam nunc eruderata ſunt. Ambagibus quidem nonnullis utitur laudatus Agricola, qua erga munificum Collegii fundatorem mera urbanitatis Officia recte dici poſſunt verum ut inſtrumentum integrum, hallenus, ſaltem quod ſciam turbidum, cunctis patuit, viſum eſt, totum hoc loco inſerere, prout illud a R. P. Edmundo Sickingen per Seyfridum acceptimus. Autographum epiſtola ſcriptum eſt in folio pergameno, & appenſo Illuſtriſſ. D. Generalis de Tilly ſigillo munitum; habeturque in tabulario Collegii Societatis Jeſu Eyſtadii. Sic incipit P. Agricola:*

DEUS OPT. MAX.

Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Principi ac D. D. Joanni Chriſtophoro, Epiſcopo Eyſtadiano, omnem ſalutem tribuat.

quid epiſcopo Eyſtettenſi ſignificet

4 Bellum alios perdit, alios ſervat, Illuſtrime ac Reverendiſſime Princeps, prout favet aut iraſcitur cælum, cui ſoli peccamus, & reſipiſcimus. Me certe, præter ſpem & meritum, benevole bellum habuit, qua vitam in periculis, qua valetudinem bonam licet morti ſæpius quam manum objecerim. Quin cum paupertas mihi ſemper in voto, ad divitias evectus ſum, eaſque tantas, ut munera mihi ſuperſint pro Regibus, niſi mallem deſtinare Pontifici, Reverendiſſimæ Celſitudini veſtræ. Quærat quis, utrum ſpoliis, an furto rapiniſque opes accreverint: utroque modo quidem in bello contingunt, & hoc altero fere ſolent, ſed illæ tantum quas pauperes amant. Longe aliæ divitiæ ſummi regni heredibus in pretio ſunt; quæ ferant titulum pietatis, non refert quo acquirantur modo. Illuſtriſſima Celſitudo veſtra ſentiet mecum, ſcio; ſi rem ſimpliciter audiet. *Hucuſque P. Agricolæ non inficeta prafatio, qua ſatis nitide & ingenioſe Celſiſſimi & Reverendiſſimi Principis benevolentiam captat. Sequitur modo rei totius geſta ocreſſo, & accurata deſcriptio,*

eadem quæ in templo Hersfeldenſi

5 Hoc vertente anno Chriſti MDCXXIII, in menſe Junio, Catholicorum exercitus ille, nuper Palatinatus & Bohemiæ victor, contra vinnanum Ducem Brunſwicenſem (quem deinde VT Auguſti fortiſſime fudit) nomine Chriſtianum, movetur a ſuo illuſtriſſimo & invictiſſimo heroe Duce, & D. Joanne Comite Tſercklaes de Tilly &c., cum quo ego caſtra

A sequor, an pacem? Pervenitur Hersfeldam, quod prope flumen Fuldam, oppidum est in AUCT. J. B. S. Hassia, olim abbatia Germaniæ splendida. Subsistitur ibidem aliquot diebus, & spectatur amplum templum, in eoque novem Sanctorum ordine pictæ imagines, quarum inscriptio præter nomina (quæ commutata dolo malo videntur) habet, ipsos corpore adesse & quiescere. Nemo non doluit, tot Sanctorum mausoleum a centum annis tam negligenter habitum, & nudos ad lapides a Calvinistis, ante quinque, plus minus, annos redactum, ut scilicet jusserat princeps Mauritius Hassiæ Landgravius, antiquorum monachorum bona, non antiqua fide invadens. At Illustriss. & Excellentiss. D. Comes de Tilly &c. a me jubet inquiri, si quid de Sanctorum ossibus superesset.

Inutile fui voti reliquias 6 Dum hoc ago, & diu frustra fum, tandem præit digito quidam civis; Hic, inquit, juxta sinistrum latus templi, scruta sunt antiquæ cæremoniæ: quippe qui paucis ante annis sacra vastaverant, in locum bene clausum nil poterant, clavibus jam diu amissis; ideo satis erat ipsis, lapidem prope januæ cardines fregisse, quantum erat opus ad inspectum. Viderunt, contempserunt, & in reliquis reliquerunt. Ego vero serarium accerso, qui privam intra templum januam facile patefecit. Inde aliquot gradibus, imus ad alteram; sed ferreum pessulum immissum lapidi, validoque insuper ferro, contra tales insidias tectum, movere non poterat, nisi lapidem una cum ferro decideret; quo facto, & repaguli, & Sanctorum latibulum patuit. Ingredior locum a fornice munitissimum, & fenestris parvis parvum illustrem, quas ipsis occluserat vitrum situ araneisque obductum. Inter reculas video novem fercula reliquiarum, id est pictas arcas, ut solent in festo Corporis Christi circumferri, quas tamen a sæculo hic in publicum non prodisse, constat. Ut quamvis aperuit serarius, per ostiolum infra clandestinum tento thesauri tenebras, & ipsum teneo.

quantum partem templo Eystadiensi S. J. dedisset, 7 Extemplo ego ad Illustriss. Excellentiam rem nuntio, gaudet, spectatum properat, lustramus omnia, reperimus nomina Sanctorum foris in ferculis intus cum reliquiis; videmus etiam altare integrum, quod unum atque unicum hæreticorum vim evasit. Ergo ex conclavi Illustriss. Excellentiæ sacrum Missæ Officium quotidianum, ad sacrum hunc locum ego sociusque Pater transferimus. Insequentibus diebus Sanctorum reliquias otiosius inspexi, collegi, composui, ut Monachium ad Sereniss. Bavariæ Ducem Maximilianum S. R. J. Archidapiferum & Electorem mitterentur, qui eas amanter amplexus est. Ceterum ut redivivorum Sanctorum celebrationes obirent multi, singulis reliquiis decerpti aliquid, altari temploque dignum, partim annuente, partim dissimulante Illustriss. Excellentia. Hæc mea sunt opima spolia, unde tantum ditari possunt regna & provinciæ, quantum augeri pietas. Non circumveniar, si repetundarum reus, conveniar ad Superum tribunal. Placuit autem Eystadium his Sanctorum monumentis donari pro solo nostro templo, quod ab Illustriss. Celsitud. vestra, omnium SS. Angelorum nomine Deo dicatum est. Videbantur B enim respicere vestram Celsitud. S. Lullus Archiep. Moguntinus & S. Wigbertus, quorum adsunt reliquiæ; nam ille monasterium excitavit Hersfeldense, impetrans eidem a summo Pontifice, & Imperatore Carolo magno omnes immunitates, ad instar Illustriss. Celsitudo vestra, nobis aliisque fecit, facit: altera ex Anglia, & a S. Bonifacio venit in has terras cum Euangelio, sicut Eystadium sanctus Wilibaldus ipsius æqualis, & sine dubio magnus amicus.

reliquiæ inter suos S. Juveniani Magni; 8 Honorate o! Eystadiani sanctos Anglos eum SS. Angelis. Plura de his Sanctorum reliquiis ad R. P. Rectorem nostri Collegii Eystadiani Gebhardum Razenriedt. Hic tantum recenfebo nomina, festis diebus eorum adnotatis ex registro Chori Hersfeldensis, quod hic inveni Ms. anno MCCCLIX. Afferentur ergo ad Illustriss. Celsitud. vestram de sacris ossibus S. Constantii Episcopi & mart. III Kal. Februarii; S. Justini mart. X Kal. Aprilis; S. Decentii episcopi & mart. E VIII. Idus Maji; S. Cyrilli episc. Alexandrini & mart. VI. Idus Julii. S. Juveniani Magni conf. III. Idus Julii; S. Wigberti conf. Idibus Augusti; unius ex sociis S. Mauritii X Kal. Octobris; S. Laurentii episcopi & conf. IV. Kal. Octobris; S. Lulli Archiep. conf. XVII. Kal. Novembris. His addidi caput ignotum, nisi forte schedula intus lateat, ut ex vetusto involucro intelligatur, reliquias repertas esse veras. Ut autem hæc sacra novi templi munera splendorem & ab offerente habeant, Illustriss. Celsitud. V. accipiet ab ipso Illustriss. D.D. Joanne Comite Tserclaes de Tilly, Barone de Marbeis, Domino de Balastre & Montigni &c. Ferdinandi II. Rom. Imp., nec non Ser. Maximiliani Bavariæ Ducis & S. R. J. Archidapiferi Electoris, & Catholicorum confœderatorum imperii principum & statuum copiarum locum tenente generali, nisi aliunde impedimentum itineris enascatur. Idem Illustriss. heros, meis exoratus precibus, etiam has præsentes, postquam de F verbo ad verbum me recitante audivit, suo fecit sigillo insignes, ad earum fidem in posteros, qui precor, ut semper gratulentur, quod nostra jam ætas semper exoptat, Illustriss. Celsitud. V. in episcopatu annos S. Wilibaldi. In hibernis nostris Hersfeldæ Idibus Decembris an. MDCXXIII. *Subscribit* Joannes Agricola Societatis Jesu presb.

de quibus quid conferri posse videatur. 9 *Non habeo in his omnibus quo P. Agricolæ aut Comitis Tillii fidem in dubium revocem; at fateor ingenue*, Juveniani Magni, *præsertim ut confessoris, nomen mihi nequaquam occurrere; quod in nullis usquam tabulis, quas nec paucas nec ofcitanter consului, extra Hersfeldam notus sit. Neque satis hactenus capio, quis sit ille* Cyrillus Alexandrinus episc. & mart. VI. Idus Julii; *multo minus quid sibi velit* Laurentius episc. conf. IV. Kal. Octobris. *De reliquis Martyribus* Constantio, Justino & Decentio *non tantopere laboro, cum Sancti ifti ex cryptis Romanis Hersfeldam facile transferri potuerint, additis subinde etiam* Episcopi *titulo, ut tot aliis locis contigisse, vulgo ferme notum est. Si conjicere liceat, non verebor suspicari*, Juveniani Magni *nomen* con-

luisse

Digitized by Google

A *luisse ex* SS. Januario & Magno *Sixti PP. Diaconis, quorum reliquias & forte sacra corpora, cum aliis prope innumeris, ad B. Rabanum Mauruum delata fuisse, habes in ejus Actis* IV. *Februarii. Porro jam dictorum* Januarii & Magni *sacra ipsorum ab Humberto episcopo Herbipolensi, regente Rabani, in ecclesia parthenonis Holcheriche deposita, invenies in citatis Actis cap.* 6, *num.* 34, *pag.* 519. *Quam facile prædictæ reliquiæ, aut saltem earum pars aliqua communicari potuerit cum cœnobio Hersfeldensi, non adeo procul dissito; vel synonymi alii, sic forte baptizati, eo adduci, quemadmodum* Magnus *aliquis Herbipoli a S. Burchardo recenditus dicitur in ejus Vita lib.* 2, *cap.* 8, *apud Mabillonium sæc.* 3 *Bened. parte* 2, *pag.* 709. *Tum vero ex* Januarii & Magni *nominibus, non clare expressis, succedentium sæculorum barbaries effinxerit* Juvenianum Magnum, *eique confessoris titulum adjecerit. Ut vera sit mea hæc conjectura, sic S.* Juveniani Magni *qualiscumque cultui fraudi esse nolim aut detrimento: veræssimæ Sancti vel Sanctorum reliquias existimo, sub cujuscumque demum nomine Eysadii honorata sint, & modo honorentur.*

D ADD. J.B.S.

DE S. EUGENIO EP. CARTHAGINENSI

ALBIGÆ IN OCCITANIA.

Item de illius sociis in persecutione Vandalica plurimum passis.

E G. G.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Eugenii cultus & elogia.

B

ANNO DV.

A Lbia *vel* Albigia *vulgo* Alby *culta Galliæ civitas, olim in Aquitania lata dicta, nunc in Occitania ad Tarnem fluvium sita, totius tractus Albigensis est caput. Hæc urbs antea episcopalis sub archiepiscopo Bituricensi, nunc ab Innocentio* XI, *die* 3 *Octobris, anno* 1678 *ad archiepiscopalem dignitatem evecta, gloriatur, se præter alia Sanctorum ipsarum possidere* S. Eugenii *episcopi Carthaginensis corpus, quod Ludovicus de Ambesia Albiensis episcopus ex vico Viancio, non procul ab urbe dissito, cum aliis Sanctorum reliquiis in ecclesiam cathedralem, sanctæ Cæciliæ dedicatam, transferri jussit. Hæc translatio quamvis* XXIX *Septembris facta, quotannis* II *Octobris ibidem recolitur, ut ex Breviario Albiensi se didicisse testatur* Raynerius *in Historia Persecutionis Vandalicæ Part.* 2 *cap.* 8. *An autem Albienses habeant solidas rationes asserendi, hunc* S. Eugenium, *quem venerantur, fuisse illum ipsum illustrem Carthaginis episcopum, posthac discutietur. Interim hic ejus sociorumque cultum stabilimus.*

S. Eugenius Albiæ in Gallia colitur.

C

2 *Martyrologii tum antiqui tum recentiores festivitati illius assignant diem* XIII *Julii, adjunctis ipsi multis Carthaginensis cleri confessoribus, qui in Hunerici persecutione plurima pro fide Catholica passi sunt. Vetus seu parvum Martyrologium Romanum hac die sic annuntiat.* SS. Confessorum Eugenii episcopi & universi cleri ecclesiæ. *Florus autem sub Bedæ nomine, sic habet:* Apud Africam natale sanctorum confessorum Eugenii Carthaginensis episcopi, fide & virtutibus ac miraculis gloriosi, & universi cleri ejusdem ecclesiæ. *His Flori verbis Ado addit sequentia:* Qui crebe inediaque macerati, fere quingenti vel eo amplius (inter quos quamplurimi erant lectores infantuli) gaudentes in Domino, procul exilio crudeli excrusi sunt. In quibus erant nobilissimi, archidiaconus nomine Salutaris & Muritta, secundus in officio ministrorum, qui plurima pro confessione catholica perpessi supplicia, & tertio confessores, gloriosa in Christo perseverantiæ titulo illustrati sunt. *Eadem fere, mutatis suo, ex Adone ad verbum descripsit Usuardus.*

Martyrologii Usuardi tum antiqui tum recentiores festivitati illius assignant diem XIII *Julii, adjunctis ipsi multis Carthaginensis cleri confessoribus, qui in Hunerici persecutione plurima pro fide Catholica passi sunt.*

3 *Modernum Martyrologium Romanum Adoni & Usuardo omnino consonat, præterquam quod in eo lectores & infantuli per conjunctionem &, in Adone & Usuardo omissam, distinguantur. Fatetur eam distinctionem etiam placuisse Notkero, a quo lectores infantulique in exilium pulsi dicuntur; sed in citatis duobus Martyrologis ac ipso Victore Vitensi nulla interpunctionis nota cernitur. Dum autem legis* infantulos, *intellige pueros ad canendum in ecclesia adhiberi solitos, ut patet ex Victore Vitensi & Venantio Fortunato lib.* 2 *ubi inter alia habet hoc carmen:* Pontificis monitis, clerus, plebs, psallit & infans. *Itaque Victoris Vitensis aliorumque sine interpunctione scribentium lectio commodam satis explicationem recipiet, si per lectores intelligantur cantores. Non tamen id ita stricte accipiendum est, quasi illi pueruli eo Ordine ecclesiastico fuerint initiati, qui inter minores Ordines Acolythatum præcedit: Lectoratus enim in ecclesia Africana non nisi viris eruditione clari & ætate provectis conferebatur, ut ex Cypriani epistolis & Concilio* IV *Carthaginensi erudite probat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum. Omitto recentiores Martyrologos, qui hac die de* Eugenio *sactisque meminerunt. Non possum tamen, quin hic verbo præmuniam lectorem contra errorem Galesinii, qui cum perperam vocat Eusebium.*

Martyrologiorum discrepantia explicatur.

F

4 *Quamvis, ut dixi, in assignanda festivitatis die plerique conveniant, nonnulli tamen dissentiunt: Albienses enim sexto Septembris eum celebrant Officio duplici; quo die in Breviario suo sic legunt:* Eugenius .... in Galliam pulsus in Albigensi pago ad Veram amnem, juxta sepulcrum Amaranthi martyris consedit, ubi ædificato monasterio tot laboribus ærumnisque perfunctus mortuus est, ejusque sepulcrum gloriosum fuit. *Cætera hic describere supervacaneum foret, quoniam desumpta sunt ex Victore Vitensi & Gregorio Turonensi, quorum textus postea dabimus. Non dubito, quin hunc cultus diem ex Majorum suorum traditione acceperint, eoque patent Sanctum suum obiisse. Atque in ea opinione illos confirmare potest antiquus codex manuscriptus bibliothecæ Colbertinæ, in quo Passioni S. Eugenii ex Gregorio Turonensi descripta præmittitur hic*

Non est idem cultus dies apud omnes.

Digitized by Google

AUCT. G. C. *hic titulus* : Incipit Vita ſancti Eugenii epiſcopi, qui obiit in vico Viancio VIII Idus Septembris. *Eccleſia Africana ejuſdem Sancti feſtum colit* V *Januarii* : *nam in Kalendario Carthaginenſi, quod non diu poſt S.* Eugenii *mortem conſcriptum fuiſſe oſtendit Mabillonius tom.* III *Analectorum veterum pag.* 401, *leguntur ſequentia* : Nonis Jan. depoſitio ſancti Deogratias & Eugenii epiſcoporum : *Quidquid ſit de hoc diverſo cultus die, nos cum pleriſque Martyrologis ac Martyrologio Romano* S. Eugenium *hac* XIII *Julii illuſtrandum ſuſcepimus. Quare præcipuos ejus cultus teſtes jam adduxiſſe ſufficiat.*

Quo ſenſu dicatur martyr.

5 *At ſupererit fortaſſe cuipiam dubium, an* S. Eugenius *ut confeſſor, an ut martyr colendus ſit* ; *præſertim cum in Breviario Albienſi & quadam Gregorii Turonenſis editione martyris titulo decoretur. De hac re multis diſputare operæ pretium non eſt* : *nam etſi a pleriſque ei confeſſionis titulus tantum concedatur, tamen ipſi martyrii deſiderium ac meritum non defuiſſe quilibet fatebitur* : *utpote qui poſt varios pro Chriſti nomine toleratos labores, poſt ingentes ærumnas, & imminentis mortis contemptum ſemel atque iterum e* B *patria pulſus in exilio tandem vitam finivit. Itaque cum Albienſes eum vocant martyrem, in paulo latiori ſignificatione intelligendi ſunt* ; *quod etiam ipſimet inſinuare videntur, quando ei Reſponſorium iſtud aſſignant, quod pro iis, qui ſanguinem ſuum non fuderunt, ſolet recitari. Ceterum videor, mutato nomine de eo poſſe dicere quod habet Hieronymus de S. Joanne Euangeliſta lib.* 3, *Comment. in Matth. cap.* 20, *quodque in ejus feſto ante Portam Latinam quotannis recitamus.* Sed ſi legamus eccleſiaſticas hiſtorias, in quibus fertur, quod & ipſe propter martyrium ſit miſſus in ferventis olei dolium, & inde ad ſuſcipiendam coronam Chriſti athleta proceſſerit, ſtatimque relegatus in Pathmos inſulam ſit, videbimus martyrio animum non defuiſſe, & bibiſſe Joannem calicem confeſſionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet perſecutor non fuderit ſanguinem.

Honorifica de S. Eugenio teſtimonia.

6 *Præter Martyrologos ſupra enumeratos de præclaris* S. Eugenii *geſtis meminere ſcriptores quamplurimi. Victor Tunnunenſis, vel ut alii ſcribunt, Tunnenſis in Africa epiſcopus, qui floruit medio ſeculo* VI, *in Chronico ita de eo loquitur* : Eugenius epiſcopus Carthaginenſis eccleſiæ poſt dira eremi exilia plurimis afflictionibus pœniſque clarus habetur. *Omiſſis aliis hujuſmodi ſcriptoribus, qui de hoc Sancto obſtrepunt, honorificum tantummodo profero teſtimonium, quo* S. Eugenii *factorumque conſtantiam ſic laudat Gelaſius I Papa Epiſt.* 13, *ad epiſcopos Dardaniæ* : Ecce nuper Honorico, regi Vandalicæ nationis, vir magnus & egregius ſacerdos Eugenius Carthaginenſis epiſcopus, multique cum eodem Catholici ſacerdotes conſtanter reſtiterunt ſævienti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque perſecutoribus reſiſtere non omittunt. *Nunc pergamus ad eos auctores, qui ex profeſſo, ut ajunt, Sancti noſtri Acta ſive breviora, ſive prolixiora conſcripſerunt.*

§ II. Acta, eorumque ſcriptores.

S. *Gregorius Turonenſis lib.* 2, *Hiſtoriæ Francorum teſtatur, ſe legiſſe quorumdam martyrum & confeſſorum Africanorum Paſſiones, in* C *quibus nonnulla excerptis hiſtoriæ ſuæ inſerenda.* *Quinam ſcripſerint ejus Acta.* *Utinam tam pretioſa monumenta poſteritati relicta quiſſet integra! Haud dubie in iis invenieſſemus quædam,* S. Eugenii *natales, patriam, ætatem aliaſque res geſtas enucleatius explicantia* ; *cujus rei vel hoc ſolum indicium eſt, quod a Gregorio Turonenſi nobis conſervata ſit tanti præſulis epiſtola, quæ in longioribus Victoris Vitenſis Actis deſideratur. Paſſionum illarum compendium a Gregorio in Hiſtoria Francorum traditum hic infero* ; *illud autem pro indubitato haberi poſſe cenſeo, tum quod ea ex Paſſionibus a ſe lectis hauſerit, tum quod pleraque eadem ab auctoribus* S. Eugenio *coæqualibus ſcripta ſint, ut ex ipſis Actis, poſt hunc Commentarium dandis patebit.*

8 *Gregorius igitur lib.* 2 *Hiſtoriæ Francorum, præmiſſis quibuſdam de Vandalorum excurſione & in Africam adventu, ita ſcribit cap.* 3 *& ſequentibus* : ſed quoniam eorum tempore perſecutio in Chriſtianos invaluit, videtur, ut aliqua ex his, quæ circa Dei eccleſias intulerunt, vel quemadmodum de regno expulſi ſunt, memorarem. Defuncto igitur Traſimundo *, poſt ſcelera quæ in Sanctis Dei exercuit, Honoricus mente crudelior Africanum occupat regnum, atque ex electione Vandalorum ipſis præponitur : cujus ſub tempore quanti Chriſtianorum populi pro ipſo Chriſti ſacratiſſimo nomine cæſi ſint, ab hominibus non poteſt comprehendi. Teſtis eſt tamen Africa quæ miſit, & Chriſti dextera, quæ gemmis immarceſſibilibus coronavit. Legimus tamen quorumdam ex ipſis martyrum paſſiones, ex quibus quædam replicanda ſunt, ut ad ea quæ ſpopondimus, veniamus.

S. *Gregorius Turonenſis memorat.*

E

* *leg.* Genſerico

9 Igitur Cirola, falſo vocatus epiſcopus, hæreticorum tunc maximus habebatur aſſertor. Cumque ad perſequendum Chriſtianos rex per diverſa tranſmitteret, ſanctum Eugenium epiſcopum, virum inenarrabilis ſanctitatis, qui tunc ferebatur magnæ prudentiæ eſſe, in ſubrbano civitatis ſuæ reperit perſecutor. Quem ita violenter rapuit, ut nec ad cohortandum gregem Chriſti locum habere permitteret. Ille vero cum ſe videret abduci, epiſtolam civibus ſuis pro cuſtodienda fide Catholica hoc modo tranſmiſit. *Hic jam ſequitur epiſtola* S. Eugenii *ad populum Carthaginenſem, quam paragrapho ſequenti integram exhibebimus. Dein ita pergit idem ſcriptor* : Ductus itaque ſanctus Eugenius ad regem cum illo Arianorum epiſcopo, pro fide Catholica decertavit. Cumque eum de ſanctæ Trinitatis myſterio potentiſſime devicciſſet, & inſuper multas per eum virtutes Chriſtus oſtenderet, in majorem inſaniam idem epiſcopus, invidia inflammante, ſuccenditur : Erant enim tunc temporis cum ſancto Eugenio viri prudentiſſimi atque ſanctiſſimi, Vindemialis & Longinus epiſcopi pares gradu, & virtute non impares. Nam ſanctus Vindemialis eo tempore ferebatur mortuum ſuſcitaſſe, Longinus autem multis infirmis ſalutem tribuit : Eugenius quoque non ſolum viſibilium oculorum cæcitatem, ſed etiam mentium depellebat.

Quomodo S. Eugenius pro fide certaverit.

F

10 Quod cernens ille nequam Arianorum epiſcopus, vocatum de ſe quemdam hominem, ab illo quo ipſe vivebat errore deceptum, ait : Non patior, quod hi epiſcopi multa in populo ſigna depromunt, illoſque cuncti,

& Arianum epiſcopum

Digitized by Google

A cunctis, me neglecto, sequantur. Adquiesce nunc his, quæ præcipio, & acceptis quinquaginta aureis, sede in platea, per quam nobis est transitus, & manum super clausos oculos pones, me prætereunte cum reliquis, exclama in magna virtute dicens: Te beatissime Cirole, nostræ religionis antistes, deprecor, ut respiciens manifeste gloriam ac virtutem tuam, ut oculos meos aperiens, merear lucem videre, quam perdidi. Qui justa complens, residensque in platea, transeunte hæretico cum Sanctis Dei, iste, qui Deum irridere cogitabat, exclamat in magna virtute, dicens: Audi me, beatissime Cirole, audi me sancte sacerdos Dei, respice cæcitatem meam. Experiar ego medicamenta, quæ sæpe cæci reliqui a te meruerunt, quæ leprosi experti sunt, quæ ipsi etiam mortui persenserunt. Adjuro te per ipsam virtutem, quam habes, ut mihi desideratam restituas lucem, quia gravi sum cæcitate percussus: veritatem enim nescienS verum dicebat; quia

B cæcaverat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentiæ irridere per pecuniam æstimabat.

fit miraculo hæresim flebiliter confitetur.

11 Tunc hæreticorum episcopus paullum se divertit, quasi in virtute triumphaturus, elatus venenoso atque superbia, posuit manum suam super oculos ejus dicens: Secundum fidem nostram, qua recte Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox hoc nefas erupit, risus mutatur in planctum, & dolus episcopi est patefactus in publico: nam tantus dolor oculos miseri illius invasit, ut eos digitis vix comprimeret, ne crepарent. Denique clamare cœpit miser ac dicere. Væ mihi misero! quia seductus sum ab inimico legis divinæ. Væ mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, ut hoc facinus perpetrarem. Ad episcopum autem ajebat: Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Vosque rogo, gloriosissimi Christiani, ne despiciatis miserum, sed velociter succurrite pereunti: Vere enim cognovi, quia Deus non irridetur.

vero miraculo confunditur.

12 Tunc Sancti Dei misericordia moti: Si, inquiunt, credis, omnia possibilia sunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui

C non crediderit Christum Filium Dei, & Spiritum sanctum æqualem habere substantiam atque deitatem cum Deo Patre, hodie, quæ ego perfero, patiatur. Et adjecit: Credo Deum Patrem omnipotentem, credo Filium Dei Christum Jesum æqualem Patri, credo Spiritum sanctum Patri & Filio consubstantialem atque coæternum. Hæc illi audientes, & se invicem honore mutuo prævenientes, oritur inter eos sancta contentio, quis oculis ejus signum beatæ crucis imponeret. Vindemialis vero ac Longinus Eugenium; ille autem econtra eos exorat, ut manus imponerent ei. Quod cum fecissent, & manus suas super caput ejus tenerent, sanctus Eugenius crucem super oculos cæci faciens, ait: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti veri Dei, quem trinum in una æqualitate atque omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et statim, ablato dolore, ad pristinam rediit sanitatem. Manifestissime autem patuit per hujus cæcitatem, qualiter hæreticorum episcopus oculos cordium misero affer-

D tionis sua velabat amictu, ne veram lucem illis liceret fidei oculis contemplari. O mi- AUCT. serum! qui non ingressus per januam, id. G. C. est per Christum, qui est janua vera, lupus magis gregi, quam ejus custos effectus & pacem fidei, quam in credentium cordibus debuerat accendere, pravitate cordis sui exstinguere. Sancti vero Dei alia signa in populis multa fecerunt, & erat vox una populi dicentis: Verus Deus Pater, verus Deus Filius, verus Deus Spiritus sanctus, una fide colendus, uno timore metuendus, eodemque honore venerandus: nam ea, quæ Cirola effecit, falsa esse cunctis est manifestum.

13 Videns autem Honoricus rex affectiones suas per sanctorum fidem gloriosam ex- *S. Eugenii exilium.*

E taliter denudari, nec erigi sectam erroris, sed potius destrui, fraudemque pontificis sui in hoc scelere fuisse detectam, Sanctos Dei post multa tormenta, post oculos, post flammas, post ungulas jussit interfici; beatum vero Eugenium decollari jussit, sub ea specie, ut si in ea hora, qua ensis super cervicem ejus incumbebat, non reverteretur ad hæreticorum sectam, non occideretur, ne eum pro martyre excolerent Christiani, sed exilio damnaretur: quod ita factum esse manifestum est: nam cum imminenti morte interrogatus fuisset, si mori pro fide Catholica destinaret, respondit: Hæc enim est sempiterna vita, pro justitia mori. Tunc suspenso gladio, apud Albigensem * Galliarum urbem exilio * *alias* deputatus est, ubi & finem vitæ præsentis Albu-
fecit. Ad cujus nunc sepulcrum multæ vir- *nensem.*
tutes & creberrimæ ostenduntur. Sanctum vero Vindemialem gladio percuti præcepit, quod & impletum est in hoc certamine. Octavianus vero archidiaconus & multa millia virorum ac mulierum hanc fidem adserentium interempta atque debilitata sunt. Sed pro amore gloriæ nihil erant hæc supplicia confessoribus Sanctis, qui in paucis vexati, in multis bene se noverant disponendos, juxta illud Apostoli: Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelatur in nobis.

F

14 Multi tunc errantes a fide, accipientes *& Honoricus rex moritur.*
divitias, inseruerunt se doloribus multis. Infelix autem quidam episcopus nomine Revocatus, eo tempore est revocatus a fide Catholica. Tunc & sol tetrer apparuit obscuratus, ita ut vix ab eo pars vel tertia eluce-

* *alias* Hilderi-
cus.

Huic Childericus * successit, quo defuncto Gelisimirus regnum suscepit. Ipse quoque a republica superatus vitam principatumque finivit, & sic regnum decidit Vandalorum. *Hactenus Gregorius Turonensis; in cujus narratione quidem occurrunt errores: nam Trasamundum facit Hunerici prædecessorem; quod toti historiæ Vandalicæ manifeste repugnat. Sed Trasamundi nomine Genfericum ab eo semper designatum fuisse ex narrationis scire facile colligitur. Quando autem Hunerici successorem vocat Childericum vel Hildericum; de immediata succes-*

se

A ut intelligi nequit, ut ex ſcriptoribus coævis patet.

AUCT. G. C. Qualis ſit ſcriptor Allorum.

15 *Habeo præterea Ms. quoddam ex monaſterio S. Maximini Treviris, in quo Vita S. Eugenii ab auctore Anonymo ſcripta invenitur. Cum vero nec magnæ antiquitatis nec auctoritatis eſſe videatur, ad certiorem Allorum ſcriptorem propero. Eſt is Victor Vitenſis auctor ſynchronus & multarum rerum teſtis oculatus, quem olim quidam perperam Victorem Uticenſem appellarunt, ut demonſtrant Chiffletius noſter, Theodoricus Ruinart aliique viri eruditi. Lis eſt inter auctores, an Victor ille, qui quinque libris Vandalicam perſecutionem complexus eſt, Sanctorum Catalogo ſit adſcribendus. In hodierno Martyrologio Romano die* XXIII *Auguſti legitur:* Uticæ in Africa, beati Victoris epiſcopi. *Baronius quidem in Notis ad hunc locum monet, eum ipſum eſſe Victorem, qui ob ſcriptam Vandalicæ perſecutionis hiſtoriam celebris eſt. At Lucas Holſtenius in Animadverſis ad Martyrologium Romanum hoc a recentioribus additum fuiſſe conqueritur. Quidquid ſit, ea lis ſatis intricata ad diem* XXIII *Auguſti decidetur. Ex hoc Victore Vitenſi* S. Eugenii *ſociorumque Acta edidit Surius, cujus editionem cum fonte collatam & emendatam ſequemur, notatis ad marginem Victoris libris, & indicatis quibuſdam majoris momenti, quæ in editione Suriana aut omiſſa aut diſcrepantia invenerimus.*

B

§ III. S. Eugenii epiſcopatus, & exilium.

Parochiæ ejus de epiſcopatu S. Eugenii.

DE S. Eugenii *natalibus, vitæ profeſſione, rebuſque ante epiſcopatum geſtis nihil reperi: nam veteres ſcriptores primum de hoc ſancto viro agunt, quando fuit conſecratus epiſcopus. Teſte Ruinartio, Victor Tunnonenſis in Chronico de ea conſecratione ſic loquitur:* Viviano V. C. & Baſilio conſulibus Carthaginenſis eccleſia poſt Capreolum Quodvultedus, Eugenius epiſcopus ordinatur. *Altera ejuſdem Victoris editio per Scaligerum curata ſic habet:* Leone Aug. II. Viviano V. C. Coſſ. Carthaginenſis eccleſiæ poſt Capreolum, Quodvultedus, Eugenius epiſcopus ordinatur. *Dein in margine notatur alia lectio: nempe:* Leone Aug. II. & Severo Aug. Coſſ. *Obſcurum eſt, quænam ex his variis lectionibus ſit præferenda. At ſane juxta Faſtos conſulares, memoratorum virorum conſulatus incidit in annum Chriſti* 462 *vel* 463; *quæ epocha S. Eugenii ordinationi convenire non poteſt, ut recte probat Ruinartius in Hiſtoria Perſecutionis Vandalicæ part.* 2 *cap.* 8. *Ejus argumentationem hic tamquam meam profero.*

C

ex Ruinartio demonſtratur,

17 Ex alterius, *inquit*, Victoris Vitenſis ſcilicet hiſtoriam certum eſt, Eugenium huic eccleſiæ præfectum fuiſſe ſub Hunerico rege, cum nimirum iſte barbarus ad Zenonis imperatoris Placidiæque Olibrii relictæ preces, Catholicis Carthaginenſibus permiſiſſet epiſcopi electionem, ut fuſius narrat ille auctor libri ſecundi initio. At anno CCCCLXII (*adde ego* 463) Genſericus Hunerici pater & præceſſor adhuc in vivis agebat, & Zeno his temporibus nondum conſcenderat imperialem thronum, uti certum eſt, & ex ipſo Victoris Tunnonenſis Chronico probari poteſt. Sane ex aliis compluribus Victorini hujus Chronici locis certum eſt, hunc auctorem, cum epiſcopos diverſarum ſedium recenſet, ſimul in unum annum plures congeſſiſſe, quos tamen variis & plurimum diſſitis temporibus ordinatos fuiſſe, nemo inficiabitur. Sic paullo inferius Hilarium, Simplicium & Felicem Pontifices Romanos in unum congeri, ſicut & Gennadium, Anatolium & Acacium epiſcopos Conſtantinopolitanos, & ut ceteros taceam, Alexandrum, Martyrium & Julianum Antiochenos.

D

18 *Dein argumentum ſuum ſic urget ac confirmat.* Adde Victorem eo loci nullam Deogratias epiſcopi feciſſe mentionem; quem tamen inter Quodvuldeum, qui pro fide in exilium pulſus eſt, & Eugenium eccleſiæ Carthaginenſi præfuiſſe conſtat. At Eugenii ordinationis tempus ex longe certioribus argumentis colligere licet, ex iis ſcilicet, quæ ſupra cap. VI Num. VI de beato Deogratias ejus deceſſore obſervavimus: cum enim ex his pateat, Deogratias anno circiter CCCCLVII ad Superos abiiſſe, aliundeque ex Victore Vitenſi lib. II, Num. I certum ſit, eccleſiam Carthaginenſem annis XXIV poſt ipſius obitum epiſcopo deſtitutam manſiſſe; patet quoque Eugenii ordinationem, qui, ut ex eodem auctore diſcimus, beato Deogratias ſucceſſit, anno circiter CCCCLXXXI debere conſignari. Et quidem hoc anno nondum aperta erat gravis illa perſecutio, qua Hunericus poſtea tam graviter Africanam turbavit eccleſiam, ut ſupra cap. præcedenti Num. X & ſequenti expoſuimus. *Ex his manifeſtum eſt aut Victorem Tunnonenſem plura in unum confudiſſe, aut memoria lapſum,* Eugenii conſecrationem ante tempus memoraſſe. *Sed hæc de epiſcopatu illius chronotaxi dicta ſufficiant.*

E

19 *Altera chronologica controverſia de exilio ejus agitanda eſt. Ut autem ritetur confuſio, accurate diſtinguendum eſt duplex* S. Eugenii *exilium. Primum ſub Hunerico, quando in ſolitudinem Africanam fuit relegatus; alterum ſub alio Vandalorum rege, quando ex Africa in Galliam fuit ejectus. S. Gregorius præter inverſam regum Vandalorum ſeriem, hoc ultimum exilium confudit cum priori, ut obſervat Baronius aliique moderni ſcriptores. Verum ipſe Baronius vitans charybdim incidit in ſcyllam:* F *nam in Annalibus ad annum Chriſti* 495 *perperam ſupponit,* S. Eugenium *ex uno exilio immediate ad alterum tranſiſſe, quæ ſane aſſertio repugnat Victori Tunnonenſi aliiſque veteribus chronologis, qui diſerte teſtantur, hunc Sanctum præſulem e primo exilio fuiſſe revocatum, ut poſtea videbimus. Hæc de primo exilio ſatis certa ſunt; at de ſecundo major inter auctores eſt controverſia; nempe an ſub Guntabundo, vel Traſamundo Guntabundi ſucceſſore illud contigerit. Quæſtionem hanc utrimque teſtimoniis ac rationibus ſuffultam hic breviter diſcutiemus.*

20 *Eminentiſſimus Cardinalis Baronius tom.* 6. *Annalium eccleſiaſticorum ad annum Chriſti* 495 *ſcribit,* S. Eugenium *in Africa exulantem juſſu Guntabundi in Galliam expulſum eſſe. Opinio ejus nititur auctoritate Procopii, qui lib.* 1, *de Bello Vandalico tradit, Chriſtianos a Gundebundo atrocius fuiſſe excarnificatos; eoſque a Traſamundo Gundebundi ſucceſſore potius blanditiis & muneribus, quam minis & tormentis ad deſerendam fidem fuiſſe invitatos. Deinde ſuam ſententiam confirmat ex verbis S. Fulgentii, qui Traſamundum appellat* parente meliorem. *Addi his potuiſſet argumentum deſumptum ex epiſtola Gelaſii Papæ paragrapho præcedenti citata, & initio anni* 495 *ad*

ſed rege Guntabundo ſtatuit Baronius.

A *ad Dardaniæ episcopos data. In ea quippe Pontifex testatur, quod* Eugenius *post offensam sub Hunerico constantiam, adhuc eo, quo scribebat, tempore, id est, quo regnabat Guntabundus, persecuteribus fortiter resisteret.*

Ejus argumenti responderetur,

21 *Antequam Eminentissimi viri argumentis veterum scriptorum testimonia opponam, breviter iis respondere conabor. Imprimis Procopius in rebus aliunde certissimis interdum hallucinatus est, uti evidenti exemplo ostendit Tillemontius tom.* XVI *pag.* 544. *Quod ad S. Fulgentii phrasin attinet, ea ad placandum infensissimum Catholicorum hostem adhiberi potuit. Sic* Eugenius *noster in epistola sua apud Victorem Vitensem libro secundo relata Hunericum crudelitate notissimum, vocat* dominum ac clementissimum Regem, *& deinde litteras suas sic concludit:* Quod petimus, ut benignitate, qua tantus est, & justitia sapientiæ suæ dignetur annuere. *Certe ex plurimis antiquis scripturibus constat, multos Catholicos a Trasamundo in exilium ejectos fuisse. Quin imo ipse Fulgentius eo tempore, quo Trasamundum*

B *dicto elogio ornavit, cum ceteris Byzacenæ provinciæ episcopis exulabat. Denique epistola Gelasii Papæ sub Guntabundi regis primordiis scripta satis commodam admittit explicationem. Nam verosimile est, Guntabundum primis regni sui annis inchoatam persecutionem permisisse, aut saltem non impediviſſe. Quod Arianis odio furentibus sufficiebat ad persequendum Catholicos. Id facile credet, qui posita in Actis num.* 32, *hæc legit:* Nam illo tempore crudelius Arianorum episcopi, presbyteri & clerici, quam rex (*nempe Hunericus*) & Vandali sæviebant. Nam ad persequendum ipsi cum suis clericis ubique gladiis accincti currebant. *Vere itaque dicere potuit Gelasius Papa,* Eugenium *cum aliis dignitatis suæ collegis, dissimulante videlicet Guntabundo, talibus etiamnum* persecutoribus resistere. *Jam responsionem nostram antiquorum auctorum testimoniis confirmemus.*

& probatur ex antiquis scripturibus,

22 *S. Isidorus Hispalensis episcopus in brevi Vandalorum historia hæc habet:* Hunerico succedit Guntamundus regnans annis duodecim; qui statim pacem ecclesiæ reformans Catholicos ab exilio revocavit. *Tum de Trasamundo*

C *sic testatur:* Guntamundo mortuo, Transemundus regnat annis viginti septem, mensibus quatuor. Iste Ariana insania plenus Catholicos infectatur, ecclesias claudit, Sardiniam exilio ex omni Africana ecclesia centum viginti episcopos mittit. *Eodem fere modo de Guntabundo loquitur Victor Tunnunensis in ipsa Africa episcopus & Isidoro antiquior, qui hæc in Chronico suo scribit.* Hunerico succedit Guntamundus, regnat annis duodecim, qui nostros protinus de exilio revocavit. *Accuratius omnia distinguit Tironis Prosperi Chronicon, seu potius, ut illud appellat Norisius lib.* 2 *Hist. Pelag. cap.* 21, *nobile Fragmentum appendicis Chronici Prosperi, quod ex Ms. codice Augustano edidit Henricus Canisius tom.* 1 *Lectionis Antiquæ. Porro integrum hujus antiquioris auctoris locum ex editione Canisiana transcribere visum est, cum maxime aptus sit ad ea conciliandæ, quæ de Guntabundo apud veteres scriptores contraria apparent.*

ac præsertim Chronico Tironis Prosperi,

23 *Canisius igitur tom.* 1 *Antiquæ Lectionis pag.* 161, *sic habet.* Post hunc, *nempe Genserichum,* regnavit Hunerix, filius ejus, annis VII, mensibus X, diebus XIIX; qui in fine anni VII regni sui Catholicæ ecclesiæ persecutionem fecit, omnesque ecclesias clausit, & cunctos Domini Catholicos sacerdotes cum Eugenio Carthaginensi episcopo exilio relegavit. Qui Dei judicio scatens vermibus vitam finivit. Post eum regnavit Guncamundus Gentunis *, ejusdem Hunerici regis fratris, filius annis XI, mensis IX, dies XI. Qui tertio anno regni sui cœmeterium sancti martyris Agilei apud Carthaginem Catholicis dare præcepit, Eugenio Carthaginensi episcopo ab eodem jam de exilio revocato; decimo autem anno regni sui ecclesias Catholicorum aperuit, & omnes Dei sacerdotes, petente Eugenio Carthaginensi episcopo, de exilio revocavit. Quæ ecclesiæ fuerunt clausæ annos XI, menses VI, dies V, hoc est ab octavo anno Hunerici, id est ex die VII Idus Februarii usque in decimum annum regis Guntamundi in diem IV Idus Augusti; in quo completi sunt supra- * *leg.* II dicti anni X *, menses VI, dies V. Qui memoratus Guntamundus rex postmodum vixit annos II, mensem I. Post quem re- E gnavit Trasamundus Gentunis filius annos XXVI, menses VIII, dies IV. *Differt nonnihil hoc chronicon ab Isidoro Hispalensi in computu annorum; at in re, de qua est quæstio, conveniunt. Quoad chronologiam autem censeo, hoc Chronicon tanquam Isidoro antiquius præferendum esse. An autem habeat titulum* Tironis Prosperi, *quod ab aliquo tirone seu discipulo S. Prosperi scriptum sit, non nisi temere divinari potest. Saltem videtur antiquum esse. De eo plura vide apud Ruinartium in Hist. Persec. Vandal. part.* 2, *cap.* 10.

illud sub Trasamundo ac. cidisse.

24 *Ex hactenus dictis facile colligi potest, nos secundum S.* Eugenii *exilium ad Trasamundi tempora differre. At quæret forte quispiam, quare Trasamundus* Eugenium *relegaverit in locum ditioni suæ minime subjectum: nam tunc Alibi Gothorum potestati suberat. Respondeo nobis non occurrere probabiliorem hujus rei causam, quam antiquum Vandalorum cum Gothis fœdus, & ejusdem sectæ communionem. Hæc ratio non improbabiliter* Eugenii *persecutores inducere potuit, ut is a suo grege reliquisque Africæ episcopis longe terrarum marisque intervallo disjunctus, Catholicos verbo & exemplo ad tuendam fidem adhortari desineret, ac inter Gothos acerrimos Ariani dogmatis defensores, quibus tunc Alarichus imperabat, miseram vitam duceret. Hæc aliaque hac paragrapho dicta ac dicenda ut verisimiliora defendimus, libenter aliam sententiam amplexuri, ubi quis certa documenta aut probabiliores rationes attulerit.*

§ IV. S. Eugenii mors & scripta.

Quo anno S. Eugenius mortuus sit

TErtia eaque brevior quæstio est de anno, quo Sanctus noster ærumnosam vitam felici fine clausit. Baronius loco supra citato aliique innuunt, S. Eugenium *anno* 495 *mortuum esse. Verum hac sententia omnino repugnat Victori Tunnunensi, qui diserte asserit,* S. Eugenium *sub Theodori consulatu, id est anno Æræ Christianæ* 505 *obiisse. Hæc sunt ejus verba in Chronico per Scaligerum edito:* Theodoro V. C. Cos. Eugenius Carthaginensis episcopus confessor moritur. *Nec dici hic potest Victor Tunnunensis res plures in unum commiscuisse, ut supra in* Eugenii *ordina-*

Digitized by Google

A *ductione eum fecisse ostendimus: nam ex Chro-*
AUCT. *nico tironis Prosperi ante citato constat*, S. Euge-
G. C. *nium anno Guntabundi octavo impetrasse, ut ec-*
clesiæ aperirentur, & exules revocarentur. Idem
Chronici auctor ait, Guntabundum post hanc exu-
lum revocationem duos annos vixisse, quibus nul-
lam fecit persecutionis mentionem, eum non omis-
surus, si mota fuisset. Præterea Gelasius anno 495
scribit S. Eugenium *eo tempore persecutoribus ad-*
huc restitere, quod probabilius de Eugenio *in*
Gallis exulante non dixisset. Ex his aliisque simul
sumptis judico, martem S. Eugenii *anno 495*
consignari non posse, sed eum ad Trasamundi
tempora esse differendam. Nunc quæ Sanctus
noster scripserit, exponamus.

Quænam scripserit, 26 *Gennadius Massiliensis presbyter in Catalo-*
go de illustribus Ecclesiæ scriptoribus cap. 97 ha-
bet sequentia: Eugenius Carthaginis Africæ civitatis episcopus, & confessor publicus, admonitus ab Hunericho Vandalorum rege, Catholicæ fidei expositionem & maxime verbi homousii proprietatem disserere cum consensu omnium Africæ, Mauritaniæ & Sardiniæ atque Corsicæ episcoporum & confes-
B sorum, qui in Catholica permanserunt fide, composuit librum fidei, non solum sanctarum Scripturarum sententiis, sed & Patrum testimoniis communitum, & per collegas confessionis suæ porrexit. Jam vero asportandus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium, epistolas velut commonitorias fidei, & unius sacri & conservandi baptismatis ovibus suis quasi pastor solicitus dereliquit. Alterationes quoque, quas cum Arianorum præsulibus per internuncios habuit, conscripsit, & relegendas per majorem domus Hunericho transmisit; similiter & preces pro quiete Christianorum eidem velut apologias obtulit. Vivere adhuc ad confirmationem Ecclesiæ dicitur. *Honorius Augustodunensis presbyter eodem libro de Luminaribus Ecclesiæ num. 97. brevius sic contraxit:* Eusebius (*sic etiam Galesinius habet pro* Eugenio) Carthaginis Africæ civitatis episcopus & confessor publicus scripsit expositionem fidei & altercationes, quas cum præsulibus Arianorum habuit.

C *An fuerit auctor expositionis fidei.* 27 *Expositio fidei, quæ apud Victorem Vitensem tertium Vandalicæ persecutionis librum conflatur, a quibusdam ipsi Victori adscribitur; ipsique ipse titulus favere videtur. Sed cum postea ab alio quopiam additum fuisse suspicor; etenim ipse Victor in fine libri secundi eum pluribus attribuit dum dicit:* Quod ante nostri providentes, libellum de fide conscripserant. *In codice autem Carthusiæ sanctæ Trinitatis prope Divionem sic inscribitur hic liber:* Incipit liber fidei Catholicæ contra Wandalos editus a Januario Zaterense, Villatico e Casis Medianis episcopis Numidiæ; Bonefacio Foracianense, & Bonefacio Gazanense, episcopis Byzacenis. *Verum apud Victorem Vitensem post illam fidei professionem dicitur liber ille non per præfatos episcopos editus aut compositus, sed directus. In vetusto codice Ms. ecclesiæ Lauduncnsis sub hoc titulo habetur:* Incipit libellus episcoporum Catholicorum ad Unericum regem Vandalorum datum. *In tanta hujus rei incertitudine judico Gennadii scriptoris synchroni judicio acquiescendum esse, eumque librum* S. Eugenio *tanquam præcipuo auctori attribuendum, quamvis omnium nomine Hunerico fuerit oblatus. Id etiam confirmatur ex Chronico brevi antiqui auctoris Anonymi, quod*

exstat apud Ruinartium pag. 712, & in quo D
traditur Eugenius composuisse librum fidei, & per
collegas confessionis suæ porrexisse. Posuit autem
Victor Vitensis hanc fidei professionem operi suo in-
serere, sicut eidem edictum Hunerici & Eugenii
epistolam inserit.

28 *Alia opera* S. Eugenii, *quorum meminit*
Gennadius citatus, aut perierunt aut latent, præ- *J. Greg. Turon. conservavit epistolam,*
ter unam epistolam admonitoriam, quam nobis
conservavit Gregorius Turonensis. Cum vero a Vi-
ctore Vitensi sit omissa, eam hic integram dabo ex
S. Gregorio Turonensi lib. 2, hist. Franc. cap. 3,
sic illam referente: Dilectissimis & in Christi amore dulcissimis filiis & filiabus ecclesiæ mihi a Deo commissæ, Eugenius episcopus. Regalis emanavit auctoritas & pro exercenda fide Catholica edicto nos ad Carthagi-
nem * venire præcepit. Et ideo ne abiens * *al.* a
a vobis Ecclesiam Dei in ambiguo, hoc est Carthagine.
in suspenso dimitterem, aut oves Christi non verus pastor silentio relinquerem, necessarium duxi, has pro me vicarias vestræ dirigere sanctitati, in quibus non sine lacrymis peto, hortor, moneo, & satis abundeque
E obtestor per Dei majestatem, & per tremendum judicii diem, atque adventus Christi terribilem claritatem, ut fixius teneatis Catholicam fidem, asserentes Filium Patri esse æqualem, & Spiritum sanctum eamdem habere cum Patre & Filio deitatem.

29 *Servate itaque unici baptismatis gra-* *qua J. Eg. aut gregem se. um hortatur,*
tiam, custodientes Chrismatis unctionem. Ne-
mo post aquam revertatur ad aquam, rena-
tus ex aqua. Nutu enim Dei sal in aqua
conficitur, sed si in aquam redactum fuerit,
omnis species ejus confestim evacuatur. Un-
de non immerito Dominus in Euangelio ait:
Si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Et
utique hoc est infatuari, velle secundo condiri,
cum semel factum sufficiat. Non audistis Chri-
stum dicentem: Qui semel lotus est, non habet
necessitatem iterum lavandi? Ideoque fratres
& filii, filiæque meæ in Domino, non vos
contristet absentia mea. Quia si Catholicæ
disciplinæ adhæretis, ego vos nec longin-
quitate aliqua obliviscar, nec morte a vobis
divellar. Scitote quia quodcumque fecerit me F
dividi a vobis, mecum est palma. Si ad exi-
lium abiero, beati Johannis Euangelistæ ex-
emplum habeo; si ad mortis exitium, mihi
vivere Christus est & mori lucrum. Si rediero,
fratres, implebit Deus desiderium vestrum.

40 *Attamen sufficit modo, quod vobis non* „ *et in fide Catholica perstiterit.*
tacui; monui & instruxi, quomodo potui,
ideoque immunis sum a sanguine omnium
pereuntium; & scio quia adversus eos legen-
tur litteræ istæ ante tribunal Christi cum
venerit reddere unicuique secundum opera
sua. Si reversus fuero, fratres, videbo vos
in hac vita; si reversus non fuero, videbo vos
in futura. Dico tamen vobis: Valete, ora-
te pro nobis, & jejunate: quia jejunium &
eleemosyna semper Dominum ad misericor-
diam deflexerunt. Mementote esse scriptum
in Euangelio: Nolite timere eos, qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt oc-
cidere. Timete autem eum, qui postquam
occiderit corpus, habet potestatem & ani-
mam perdere & mittere in gehennam. Tille-
montius Tom. 16, pag. 570, censet hanc episto-
lam potius ad secundum quam ad primum I. Eu-
genii exilium pertinere. Sed non video solidas ad

id

A *id afferendum rationes; saltem ex ipsa epistola erui non possunt. Nunc ad majoris momenti controversiam procedamus.*

§ V. Adventus in Galliam & sepultura.

Sauffayus florida exornat ejus adventum in Gallias.

ADventum S. Eugenii *in Galliam, aliaque hunc confecuta, magnifice (utinam tam solide) celebrat* 1 *Januarii Andreas Sauffayus in Corollario Martyrologii Gallicani part.* 2, *pag.* 1207, *ita scribens*: Albigæ in Aquitania, adventus sancti Eugenii episcopi Carthaginensis & martyris. Qui Africæ Primas, trophæis de Ariana impietate multiplici de agone revectis, admodum nobilitatus, a Gundabundo *impio* Wandalorum rege, Hunnerici in eadem sævitia successore, ex odio Catholicæ pietatis (quæ sub tanto antistite de furente exitiali hac hæresi mirifice triumphabat) iterato, post egregium nec incruentum certamen, exilio damnatus, atque fragili rate in Galliam deportatus, Albigæ auspice Christo paulum respirans consedit: ubi post elapsos aliquot menses, consummato præclaræ con-
B certationis stadio, spiritum tot laureis coronatum, placido efflatu quietæ mortis exhalavit. Sepultus est pone tumulum beati Amaranti martyris, cujus sibi apparentis suavi alloquio ad beatorum Christi pugilum societatem, paulo ante fuerat invicatus, multisque ibi refulsit emeritæ clarificationis insigniis. *Ea, quæ hic tam confidenter affirit, scilicet Eugenium a Guntabundo impio Vandalorum rege iterato exilio damnatum, ac fragili rati impositum in Gallias advenisse, & quædam alia vel ex recentioribus hausit, vel ex proprio finxit cerebro, elogiorum non infœcundo. Quare antiquam & majori fide dignum scriptorem de hac re audiamus.*

S. Gregor. Turonens. S. Eugenii sepulcrum.

32 *Gregorius Turonensis lib.* 2. *hist. Franc. capite* 4 *de* S. Eugenio *hæc narrat*: Apud Albigensem Galliarum urbem exilio deputatus est, ubi & finem vitæ præsentis fecit. Ad cujus nunc sepulcrum multæ virtutes & creberrimæ ostenduntur. *Præterea libro* 1 *de Gloria Martyrum cap.* 58, *postquam capite præcedenti de glorioso S. Amarandi martyris tumulo egerat, de* S. Eugenii *sepulcro ita loquitur*: Huic cryC ptæ sociatur & ille Honorificianæ * persecutionis martyr Eugenius, sacerdotalis infulæ maximum decus, quem in hac urbe detrusum exilio, vel ipsius vel sociorum ejus Passio narrat. Hic cum magnis in sæculo polleret virtutibus, & jam victor de tormentis martyrialibus exstitisset, tempus vocationis suæ, quo accerseretur ad gloriam, Domino revelante cognovit, illud præcipue, quod populis occultabatur, manifestum noscens, se martyri Amarando socium esse futurum, ad ejus sepulcrum dirigitur, prostratusque solo diutissime orationem fudit ad Dominum. Dehinc, expansis per pavimentum brachiis, spiritum cælo direxit. Qui a Christianis collectus, in ipsa, qua diximus, crypta sepulturæ mandatus est. *Hic in codice Colbertino aliqua sequuntur de gestis* S. Eugenii *miraculis, quæ cum in aliis codicibus desint, etiam omisi.*

* *leg.* Hunericianæ

33 *Deinde peculiare miraculum refert hoc modo*: Ad cujus festivitatem cum tempore quodam innumeri populi convenissent, negotia multa in atrio protulerunt; puella vero una ex habitatoribus loci stationem adiit, quasi aliquid coemptura, speciemque sibi aptam aspiciens a negotiatore suscepit, statim dicto citius porrectam alteri, negat se accepisse. Negotiator vero intente aiebat: Mea, eam tibi manu protuli, tuque rimandam solicite accepisti. Illaque negante, ait negotiator: Si tibi tanta est pertinacia, avaritia stimulante, negandi, judicet illud sanctus mar- * *Cod. Colb.* confes-
tyr * Eugenius, ad cujus sepulcrum si cum sor
sacramenti interpositione dixeris, te non accepisse, damni mihil nihil æstimo, quod amisi. At illa pollicita, se posse ex hoc exui sacramento, vadit ocius ad sepulcrum, elevatisque manibus, ut juraret, extemplo membris dissolutis irriguit, plantæque ejus infixæ sunt pavimento, vox hæsit in gutture, tantum os patulum a sermone nudum hiabat. Quod negotiator cernens cum reliquo popu- E
lo ait: Profit tibi, inquit, virgo hæc species, quam tulisti mihi. Sufficit tibi ultio data per hunc pontificem Eugenium. Et hæc dicens a loco recessit. Illa vero in hoc tormento diutissime detenta, tandem martyre jubente locuta, palam confessa est, quod clam latere voluerat. *Ex his satis certum est, corpus* S. Eugenii *episcopi Carthaginensis prope Albigam sepultum fuisse, in vico scilicet Viancio non procul ab urbe Albiensi dissito, qui hodie S. Amarandi nomine appellatur; ibidem vero illud multis seculis permansisse, ex sequentibus patebit.*

D AUCT. G. C. *& miraculum, ante illud patratum, describit.*

34 *Guilielmus Catellus in Historia comitum Tolosanorum libro* 1, *cap.* 16, *profert authenticum instrumentum, datum circa finem sæculi decimi, in quo fit mentio de* S. Eugenio. *Maximam instrumenti partem lectoris oculis hic subjicio. Sic habet*: In nomine Domini nostri Jesu Christi & sancti Eugenii & sancti Amerandi, ego Pontius comes rogatus a Domino Pontifice Albiensi Amelio, & Canonicis sanctæ sedis Albiæ, & Domino abbate Viancii Adalardo, & Aymerico præposito, & Amelio Capiscolæ, Magefredo, Benedicto, Benjamin, Gaudentio Canonicis, per consilium Isarni Vicecomitis & aliorum virorum meorum; illum meum vicum de Viancio, quem Dominus F
Amelius episcopus & Canonici Albiæ de me habent ad honorem sancti Eugenii, & sancti Amerandi martyris, & ceterorum sanctorum, salvum fore constituo imposterum. *Tunc, constitutis contra malefactores pœnis, sic concludit*: Hoc edictum stabile & firmum teneri institui imposterum ad honorem sancti martyris Amerandi, & confessoris Christi Eugenii, & ceterorum Sanctorum, qui ibi in Domino requiescunt. Data mense Septembri, Luna XIIII, rege Lothario defuncto, anno 11, quo filius ejus Ludovicus cœpit regnare; sit firma & stabilis omni tempore.

Duplex diploma

35 *Postea idem edictum a Pontii successoribus confirmatum invenio apud Catellum loco citato his verbis*: In nomine Domini nostri Jesu Christi, ego Raimundus Tolosanus comes filius Ildefonsi comitis, donum illud, quod Pontius comes avus noster Albiensi episcopo & Canonicis sedis beatæ Cecilæ de vico Viantii fecit, & ad honorem beati Eugenii &

Comitum Tolosanorum in quo fit mentio S. Eugenii.

Digitized by Google

AUCT. G. C. aliorum Sanctorum, qui ibi requiescunt, immunitatem fieri constituit : Pater quoque meus eodem modo prædictum locum Canonicis perpetua stabilitate concessit & confirmavit. Ego simili modo ob devotionis eorum memoriam recolendam ad honorem sanctæ Ceciliæ & sanctæ Crucis, & Sanctorum qui in Viantio venerantur, ipsis Canonicis tam præsentibus quam futuris confirmo, & præfatum locum sub firma & stabili immunitate salvum fore in perpetuum constituo ; ita ut nulli hominum liceat eidem loco vel canonicis ibi degentibus violentiam aliquam vel gravamen inferre. Data mense Junio, Luna XIX in die sabbathi, regnante Ludovico rege Francorum.

Quandonam corpus ejus Albiem fit translatum.

36 *Deinde post varias lites inter monachos Anvillacenses & episcopum ac canonicos Albienses de ecclesia Viancii, quibus se immiscuerunt summi Pontifices, ut videre est apud Stephanum Baluzium lib.* 4, *pag.* 466, *abbatia Viancensis transit in* Prioratum ecclesiæ Albiensis, *ut vocatur in Actis visitationis factæ a Simone de Loco bello archiepiscopo Bituricensi apud eumdem Baluzium lib.* B 4, *pag.* 318. Tandem, *inquit Ruinartius in historia Persecutionis Vandalicæ part.* 2, *pag.* 8. Ludovicus de Ambesia Albiensis episcopus, sanctorum Eugenii, Vindemialis, Longini, Amaranthi martyrum & Charissimæ virginis corpora, quæ ab ipsa illorum morte in ecclesia Viancii in territorio Albiensi reposita fuerant, in ecclesiam cathedralem, sanctæ Ceciliæ sacram transferri curavit anno MCCCCXV, die XXIX Septembris, ubi etiam nunc religiosissime asservantur. *At certe erratum hic est in anno translationis, si a Ludovico de Ambesia facta sit : cum juxta Catellum in historia Occitaniæ lib.* 5, *pag.* 1012, *& Sammarthanos tom.* 2 *Galliæ Christianæ, pag.* 86, *prior Ludovicus de Ambesia Albiensem cathedram conscenderit anno* 1473 ; *alter vero Ludovicus de Ambesia initio sæculi* XVI, *patruo suo in episcopatu Albiensi successerit. Pluribus id demonstrari posset, si opus foret. Sed suspicor in numerum annorum a Ruinartio positum, typothetæ aut amanuensis oscitantia aliquod mendum irrepsisse. Ut ut est, sufficit nobis aliqualem dedisse seriem testimoniorum,* C *quibus* S. Eugenius *Carthaginensis episcopus Albiæ coli & quiescere probatur.*

Tarvisini vendicant sibi corpus S. Vindemialis & Eugenii,

37 *Non obstantibus his argumentis propositione Albiensium, Tarvisium urbs ampla Italiæ, quæ toti Marchiæ Tarvisinæ nomen suum indidit, contendit se habere corpora sanctorum Florentii, Vindemialis & Eugenii episcopi Carthaginensis. Tarvisinorum opinioni suffragatur Petrus de Natalibus in eadem Marchia Equilinus episcopus, qui in Catalogo Sanctorum lib.* 4, *cap.* 116 *refert, illos in insula Corsica mortuos esse, eorumque corpora, vastata a Saracenis ea insula, Tarvisium a Titiano ejusdem urbis episcopo translata fuisse,* quæ successor ejus Rotharius postmodum in majori ecclesia S. Petri honorabilius tumulavit. *Antea enim in Basilica S. Joannis Baptistæ deposita fuerant. Ughellus Tom.* 5 *Italiæ sacræ, col.* 468, *ejusdem translationis meminit his verbis :* Titianus floruit circa annum CCCC nostræ salutis. Cujus temporibus ex Africa Tarvisium venerunt sancti episcopi & confessores Florentius & Vindemialis, qui Carthaginensi concilio contra Arianos interfuerunt, ibidemque sanctissime defunctos, apud S. Joannem Baptistam episcopus Titianus sepelivit propre cathedralem, marmorea arca tegente, ubi scriptum legitur : Reliquiæ sanctorum confessorum atque episcoporum Florentii & Vindemialis. *Video hic enormem in Ughello paræbroniſmum. Quomodo enim Titianus circa annum* 400, *episcopus potuit transferre corpora eorum, qui tantum anno* 484, Carthaginensi concilio contra Arianos interfuerunt? *Sed de his postea pluribus. Interim ipsius Titiani narrationem audiamus.* D

Idque contendunt e silentio Petri Equilini.

38 *Henschenius noster tom.* 2 *Mail, pag.* 271, *ex codice Ms. Reginæ Sueciæ dedit integram horum Sanctorum historiam auctore Titiano episcopo Tarvisino. Nos, ne actum agamus, hic breviter tum ea excerpemus, quæ ad præsentem controversiam propius spectant. Postquam de congressu Carthaginensi sub rege Hunerico, & Catholicorum episcoporum exilio egit, sic prosequitur :* E quibus Carthaginensis episcopus Eugenius & Vindemialis . ... a propriis sedibus expulsi, peregrinationis causa ad transmarina convolarunt. *Deinde post narrata utriusque miracula,* E *& apostolica opera in insula Corsica, sic rursum pergit :* sanctus Eugenius usque ad finem vitæ suæ Christo Domino deservivit, & est commoratus in insula prope Vadense castrum, distans duobus inde milliaribus.... ubi & ipsius venerabile corpus requiescit ; ad cujus tumulum multa & innumerabilia per illum omnipotens Dominus dignatus est operari miracula. Sanctus vero Vindemialis a præfato castro recedens, Corsicam properans, Christo Domino militans, ibi in sancto propsito incontaminatum reddit spiritum.

& Titiani Tarvisini episcopi

39 *Denique sanctorum corporum translationem a se factam sic narrat :* Qualiter autem corpus beatissimi confessoris Christi ad hanc civitatem pervenerit, omnibus in Christo fidelibus enarrare desideramus. Quia postquam a Saracenis captam Corsicam multasque ecclesias Dei a fundamentis destructas relatu multorum comperissemus ; Ego Titianus sanctæ Tarvisianæ ecclesiæ episcopus, nutu divino ad præfatam perveni insulam ; ubi tam a nautis, quam a loci illius incolis didicimus, ubi beatissimorum confessorum Christi in sarcophagis posita corpora fuerant, Vindemialis F utique atque Florentii episcoporum. Triduano vero jejunio peracto, cum magno tremore ac reverentia accessimus ad tumulos ; indeque corpora eorum levantes ad navim usque perduximus, ipsorum intercedentibus meritis, atque ad Tarvisianum solum, Deo miserante, pervenimus, & in locis venerabilibus, ubi nunc requiescunt, Deo permittente, collocavimus in basilica sancti Joannis Baptistæ, ubi usque hodie per illos omnipotens Dominus multa & innumerabilia dignatus est miracula operari, cui est honor & gloria per infinita sæcula sæculorum. *Hæc est præcipua auctoritas, qua nituntur Tarvisini. Quid de tota hac re sentiat Henschenius noster, videre est tom.* 1 *Mail, pag.* 270, *in Commentario ante hanc Titiani narrationem.*

Lis cum Ruinartio dirimitur,

40 *Jam, audita utrimque parte, ferri facile potest de ea causa judicium. Quidquid enim ejusmodi litibus terminandis exigua plerumque gratia, odii plurimum nos manet, a veritatis amore nos satis manifeste evicisse videtur laudatus supra Ruinartius, qui expensis prius Tarvisinorum argumentis, ita respondet lib.* 2 *Vandalicæ perse-*

A *perſecutionis cap.* 8. Ex hac Titiani narratione complura colligere licet. Primo ipſummet Titianum ſæculi quinti *initio*, ut Ughellus exiſtimavit, non vixiſſe; ſi quidem Vindemialem & Eugenium conventui Carthaginenſi, qui ſub Hunerico rege anno CCCCLXXXIV coactus eſt, interfuiſſe refert. Sed & ejuſdem rei aliud præbet nobis argumentum cum ſe ſanctorum Florentii & Vindemialis corpora ſuam in urbem tranſtuliſſe narrat, eo tempore, quo poſt captam a Saracenis Corſicam inſulam diruta erant eccleſiæ; quas ſane ſeptimo aut octavo ſæculo, quibus Saraceni inſulam iſtam, aliaſque regiones vicinas depopulabantur, potius videntur congruere, quam quarto aut quinto. Quippe cum ea tempeſtate Corſica Romanorum aut certe Vandalorum dominio ſubeſſet.

qui variis rationibus Titiani auctoritatem infirmat, & oſtendit,

41 Deinde ex Titiani narratione deducimus, ipſummet Titianum multa de Eugenio, Vindemiali &c. conſcripſiſſe, quæ non ei ſatis comperta erant, imo & a veritate alie- B na: nam ut de Vindemiali nihil dicam, Eugenium a ſe laudatum, ipſum eſſe putat celebrem Carthaginenſem epiſcopum, qui conventui Carthaginenſi interfuit; quod tamen certis & indubitatis hiſtoriæ monumentis repugnat. Legantur, quæ de Eugenii Carthaginenſis exilio & ærumnis, quas ab Antonio apud Tamallumam paſſus eſt, ſcripſit teſtis integræ fidei Victor Vitenſis lib. v, num. xi, nemoque non advertet, ea cum iis, quæ de ſuo Eugenio narrat Titianus, componi nullatenus poſſe. Deinde Eugenius Carthaginenſis ex Gregorio Turonenſi auctore ſuppari, atque ob locorum vicinitatem minime ſuſpecto, in Albigenſi Aquitaniæ civitate defunctus eſt, ubi ſepulcrum ipſius jam tunc temporis ob creberrima miracula celeberrimum erat, quod & ex ejuſdem eccleſiæ continua traditione veteribuſque inſtrumentis confirmari poteſt. Titianus vero ſuum Eugenium in inſula quadam Italiæ vicina e vivis exceſſiſſe ſcribit.

S. Eugenium epiſcopum Carthaginenſem cum alio confuſum eſſe

42 Cum itaque nobis conſtet, Eugenium & Vindemialem a Titiano memoratos, alios eſſe ab iis ſanctiſſimis antiſtitibus, qui apud Victorem & Gregorium Turonenſem ſub iiſdem nominibus celebrantur, nihil nobis de illis dicendum occurrit, niſi quod forte fuerint ex illorum confeſſorum numero, qui ex Africa ob Vandalorum perſecutionem extorres facti, in Corſicam devenerunt, ubi in Chriſti divinitatis confeſſione defuncti, celebres evaſerunt. Horum vero reliquias poſt aliquot ſecula nactus Titianus Tarviſianus antiſtes, eorum vitam, tum ex iis, quæ publica regionis iſtius fama vulgata erant, tum etiam ex iis, quæ ſibi aliunde comperta erant, de Eugenii Carthaginenſis præclare geſtis conſarcinavit, vera ſcilicet cum falſis, ut fit, incaute permiſcens; indeque apud auctores, qui poſtmodum in iſtis partibus floruerunt, invaluit opinio Eugenium & Vindemialem, quos venerabantur; eoſdem eſſe cum Eugenio Carthaginenſi & Vindemiali Capſenſi epiſcopis, quos tantopere veteres hiſtorici celebraverant.

fuse etiam fabulam de S. Vindemiali

43 Eamdem fere fortunam expertus eſt Vindemialis in Romano Martyrologio die 11 Maji: Cum enim ex antiquis Fastis Vinde- C mialis Dorſicenſis, abſque ullo addito, prædicta die memoraretur, qui poſtea Martyrologii Romani editionem curarunt, eumdem eſſe hunc Vindemialem cum altero, quem Gregorius Turonenſis laudat, exiſtimantes, Gregorii elogium addiderunt prioris commemorationi; atque ita unum ex duobus conficientes, neutrum rite recolendum propoſuere. Sic quippe ibi laudatur: Sancti Vindemialis epiſcopi. Hæc de Corſicenſi dicta erant. Additum eſt, quod de Vindemiali altero Gregorius ſcripſit: Et martyris, qui una cum ſanctis Epiſcopis Eugenio & Longino doctrina & miraculis adverſus Arianos decertans ab Hunerico rege obtruncari jubetur. Et quidem Ferrarius, quaſi nulla hic eſſet Vindemialis Corſicenſis mentio ipſum eumdem cum Eugenio inter Sanctos, qui in Martyrologio Romano non habentur, recenſuit in Catalogo, die item 11 Maji. *Ruinartius, cujus rationibus eruditus lector ſtatuere poteſt, quid de litigioſa hac cauſa ſit judicandum. Arbitror ego Vindemialis & Eugenii nomen illis ſeculis non adeo rarum fuiſſe, quin duo aut plures ſynonymi invenirentur, inter quos facta ſit confuſio. Vide, ſi lubet de hac re differentem Henſchenium noſtrum tom. 1 Maji, ad diem 2 iſtius menſis, pag.* 270. *In toto hoc Commentario prævio potiſſimum egi de S. Eugenio Carthaginenſi epiſcopo, quia de ſocii nihil peculiare reperi præterquam in Actis Victoris Vitenſis, quæ hic jam ſubjicimus.* D. AUCT. G. C. II

ACTA

AUCTORE VICTORE VITENSI.

Ex Surio collato cum editione Chiffletii & Ruinartii.

CAPUT I.

Hunerici ſimulata conniventia, & barbara in ſuos crudelitas.

MOrtuo igitur Geiſerico, *a* Hunericus major filius patri ſuccedit. Qui in primordio regni, ut habet ſubtilitas barbarorum, cœpit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem noſtram: ut etiam antea ſub rege Geiſerico præjudicatum * fuerat, ne ſpiritales fierent conventus, conventicula concurrerent populorum. Et ut ſe religioſum oſtenderet, ſtatuit ſolicitus requirendos hæreticos Manichæos: ex quibus multos incendit, plurimos autem diſtraxit navibus tranſmarinis: quos pene omnes Manichæos ſuæ religionis invenit, & præcipue presbyteros & diaconos Arianæ hæreſeos. Unde magis erubeſcens, amplius in illos exarſit. De quibus repertus eſt unus, nomine Clementianus*, monachus illorum, ſcriptum habens in femore: Manichæus diſcipulus Chriſti Jeſu. Propter quod magis laudabilior memoratus tyrannus videbatur, in uno diſplicens, quia cupiditati inſatiabili vehementius inhiabat, & provincias regni ſui variis calumniis atque indictionibus onerabat, F *a* LIB. II. VICT. VIT. *Hunerici moderatio cum fama* **al.* prædictum * *al.* Dementianus.

Digitized by Google

A ut de illo præcipue diceretur: Rex egens, magnus est calumniator. Dedit autem licentiam
AUCT. VICT. VITEN. Zenone Imperatore atque Placidia *b* relicta Olibrii rogantibus, ut Carthaginensis ecclesia
b sibi, quem velle, Episcopum ordinaret, quæ jam per viginti quatuor annos tali ornamento fuerat destituta.

Catholicum episcopum eligi permittit.

2 Mittit ergo tunc ad ecclesiam Alexandrum illustrem, hujusmodi legationem ferentem, ut in præsentia ejus Catholicus populus dignum sibi peteret sacerdotem; destinans quoque per notarium suum, nomine Witared, edictum, quod publice legeretur, hunc continens modum: Jussit vobis dominus noster dici, quia Imperator Zeno, & nobilissima Placidia, per Alexandrum virum illustrem scripserunt, petentes ut ecclesia Carthaginis, religionis vestræ proprium Episcopum habeat, hoc fieri præcepit atque eis rescripsit, vel legatis ab eis directis dici jussit, ut sicut petierunt, vobis Episcopum, quem volueritis, ordinetis: eo sub tenore, ut nostræ religionis Episcopi, qui in Constantinopoli sunt, & per alias provincias Orientis, ex ejus præcepto Episcopi, li-
B berum arbitrium habeant in ecclesiis suis, qui-
c bus voluerint linguis populo tractare, *c* & legem Christianam colere, quemadmodum vos hic, vel in aliis ecclesiis, quæ in provinciis Africanis constitutę sunt, liberum arbitrium habetis in ecclesiis vestris Missas agere vel tractare, & quę legis vestrę sunt, quemadmodum vultis, facere. Nam si hoc circa eos non fuerit observatum, tam Episcopus, qui ordinatus fuerit, quam clerici, sed & alii Episcopi cum clericis suis, qui in Africanis provinciis sunt, jubebuntur inter Mauros mitti. Quod edictum dum nobis præsentibus XV Ca-
* *al.* Juniarum lendarum Juliarum * universæ ecclesiæ legeretur, gemere cœpimus musitantes, eo quod meditantibus dolos, malorum esset futura persecutio præparata. Et ita legato dixisse probamur: Si ita est, interpositis his conditionibus periculosis, hæc ecclesia Episcopum non delectatur habere. Gubernat eam Christus, qui semper dignatur gubernare. Quam suggestionem legatus accipere neglexit. Simul & populus, ut tunc fieret, ut ignis exarsit; cujus erat clamor intolerabilis, qui nulla posset ratione sedari.

Ad ejus vicem alius ordinatur

C 3 Ordinato itaque Episcopo Eugenio viro sancto, Deoque accepto, sublimis nata est lætitia, & gaudium cumulatum est Ecclesiæ Dei. Exultat multitudo Catholica sub barbara dominatione, de ordinatione pontificis reparati: nam maximus juvenum numerus atque adolescentularum, sibimet in commune congaudens attestabatur, quod numquam vidisset Episcopum in throno sedentem. Porro ille vir Dei sacerdos Eugenius cœpit per conversationem operum bonorum venerabilis & reverendus haberi etiam ab eis, qui foris sunt, & ita esse omnibus gratus, ut si fas esset, animam suam pro eodem universos ponere delectaret. Eleemosynas quoque tales per eum Dominus dignatus est facere, ut incredibile videatur tanta eum impendere, ubi ecclesia, totum barbaris tenentibus, nec unius nummi habere cognoscitur facultatem. Humilitatem in illo, charitatem, pietatem divinitus condonatam, si quisquam incipiat laudare, non poterit explicare. Pecuniam apud eum mansisse non probatur, nisi forte tali hora offerretur, quando D jam sol diei explicans cursum, nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Tantum reservabat, quantum diei sufficeret, non quantum cupiditas expetisset, Deo nostro subinde quotidie ingentia & majora donante.

Arianor episcopor adversus eum,

4 Sed cum fama ejus esset celebris atque manifesta, cœperunt exinde Arianorum Episcopi invidia gravi torqueri, quotidianis, & præcipue Cyrila, eum *d* calumniis infectantes. Quid primum? Suggerunt regi de illo, ut suum nequaquam sederet thronum, neque Dei populo verbum faceret consuetum. Deinde, quoscumque mares vel feminas, in habitu barbaro * incedentes, in ecclesia * *al. ef.* Vandalico conspiceret, prohiberet: Ille respondit, ut decuit: Domus Dei omnibus patet, intrantes nullus poterit repellere: maxime quia ingens fuerat multitudo nostrorum Catholicorum, in habitu illorum incedentium, ob E hoc quod domui regiæ serviebant. At ubi ab homine Dei tale responsum accepit, statuit in portis ecclesiæ collocare tortores. Qui videntes feminam vel masculum in specie sua gentis ambulantes, ilico palis minoribus dentatis jactis in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementius strigentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli, dum hoc fieret, statim oculos amiserunt: alii ipso dolore defuncti sunt. Mulieres vero post hanc pœnam capitibus pelle nudatis, præcone præeunte per plateas, ad ostensionem totius civitatis ducebantur. Quod sibi magis, quæ patiebantur, lucrum maximum computabant. Quorum nos plurimos novimus, nec scimus, eorum aliquem tunc, etiam pœnis urgentibus, a recto itinere destitisse.

& regem ad crudelitatem excitant.

5 At ubi isto modo fidei infringere non valuit murum, cogitat, ut nostræ religionis homines, in aula ejus constitutis, neque annonis, neque stipendiis solitis potirentur: addidit quoque & laboribus eos conterere rusticanis. Dirigit viros ingenuos & admodum delicatos ad campum Uticensem *e*, ut sub ardentis solis incendio cespites messium desecarent: ubi omnes cum gaudio pergentes, in Domino F lætabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridam habens manum, quæ per annos quamplurimos nullum ei præstiterat obsequium. Qui cum veraciter excusaret se operari non posse, magis violenter jussus est pergere. Sed ubi ad locum ventum est, & præsertim pro eo orando ingemuerunt omnes, pietate divina illa arida incolumis confessoris restituta est manus.

Tyrannus savit in consanguineos

6 Hinc jam Hunerici persecutio, doloris atque parturitionis nostræ sumpsit initium. Ipse autem qui sese jam dudum omnibus lenem ostenderat, desiderans post obitum suum filiis, quod non contigit *f*, regnum statuere, Theodoricum *g* fratrem filiosque ejus, Gentonisque fratris nihilominus filios, crudeliter cœpit insequi. Quorum nullum dimitteret, nisi ei mors desiderii sui voluntatem auferret. Primo sciens uxorem Theodorici fratris astutam, credo ne forte maritum aut majorem filium, qui prudens & sapiens videbatur, consiliis actioribus adversus tyrannum armasset, crimine appositio, gladio eam interfici jubet. Post occiditur & ille filius,

magis

A magis litteris inſtitutus, cui ſecundum conſtitutionem Geiſerici, eo quod major omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſſimum debebatur. Accenditur adhuc crudelius aliquid perpetrare. Adſtante vulgo, in media civitate pro gradibus plateæ novæ epiſcoporum ſuæ religionis, nomine Jocundum, quem
i Patriarcham *i* vocitabant, præcepit incendio concremari ob hoc, quod in domo Theodorici germani regis acceptiſſimus habebatur, cujus forte ſuffragio memorata domus regnum poterat obtinere.

7 In quo impietatis ſcelere futurum nobis
Inſinuat. adeſſe proſpeximus malum, ajentes ſinguli invicem nobis: Qui in ſuo ita crudelis effectus eſt ſacerdote, quando noſtræ religioni vel nobis parciturus eſt iſte? Tunc & Gentonis majorem filium, nomine Godagiſum *k*,
k cum uxore abſque ſolatio ſervuli aut ancillæ, crudeli exilio delegavit; fratrem vero Theodoricum poſt occiſionem uxoris & filii, nu-
B dum atque deſtitutum ſimiliter exulavit: poſt cujus mortem filium, qui ſupererat, infanculum, duaſque filias ejus adultas, impoſitas afinis, longius affligendo projecit. Sed & comites quamplurimos & nobiles gentis ſuæ objectionibus falſis inſectans, ob hoc quod germano faverent, alios incendit, alios jugulavit, imitator exiſtens Geiſerici patris, qui ſui fratris uxorem, ligato pondere lapi-
l dum, in Amſagam *l* fluvium Cirtenſem famoſum jactando demerſit, & poſt necem matris, etiam filios interfecit.

8 Sed & multos ei Geiſericus pater mo-
& ſuos amiſer. riens, ſacramento interpoſito, commendaverat; quos ille immemor fidei & ſacramenti violator, diverſis pœnis & incendiis trucidavit: nam Heldicam, quem pater ejus præpoſitum fecerat regni jam veteranum atque annoſum cum dedecore capite truncavit, ejuſque uxorem cum alia, nomine Theucaria, in medio civitatis incendit: quarum corpora per vicos & plateas trahi mandavit, quæ tota die jacentia, rogatus a ſuis epiſcopis, vix veſperi ſepeliri conceſſit; Gamuth namque Heldicæ fratrem, quia ad eccleſiam eorum confugerat *m*, occidere non potuit;
m C quem tamen in loco latrinarum obſceno concluſit, temporeque multo eum ibi degere ſtatuit. Poſtea cum caprario quodam & ruſtico ad faciendas ſcrobes vineis profuturas condemnavit: quos etiam duodecies per annum, id eſt, per ſingulos menſes flagellis crudelibus diſſipabat, vix modico aquæ cibarioque pane conceſſo. Hoc per quinque vel amplius perpeſſi ſunt annos, quibus hæc ſupplicia proficere poterant ad æternam mercedem, ſi Catholici fuiſſent, & fidei ſuæ merito iſta perferrent. Sed ideo iſtud fieri nequivimus, ut impietatem regis etiam in ſuis minime fileremus: qui non ſolum epiſcopum ſuum Jocundum, ut ſuperius demonſtravimus, flammis aduſſit, ſed & presbyteros & diaconos ſuos, id eſt Arianos quamplurimos, incendit, necnon & beſtiis mancipavit.

ANNOTATA.

a Geiſericus *vel* Genſericus, *Vandalorum rex, juxta communiorem ſententiam mortuus eſt anno Julii Tomus III.* 477. *Hæc tamen epocha difficultate non caret, ut videre eſt apud Tillemontium tom. XVI, note XI in S. Eugenium, pag. 795.*

b *Hæc Olibrii vidua, erat glos Hunerici, ſive Eudoxiæ, illius uxoris, ſoror.*

c Populo tractare *idem eſt quod concionari ad populum. Sic Victor Vitenſis libro 1 Vandalicæ perſecutionis num. 3 agit de S. Auguſtini* tractatibus popularibus, quos Græci homilias vocant.

d *Scribitur etiam Girila, Cyrilas & Cyrillus ſed hæc diverſa nomina eumdem ſignificat pſeudo-epiſcopum Arianum, infenſiſſimum Catholicorum hoſtem.*

e *Is eamptus haud dubie ſic dictus ab* Utica, *antiqua Africæ urbe, Floro, Plinio, aliiſque ſcriptoribus nota. Vide Ruinartium in notis ad proconſulem proconſulorem pag. 230.*

f Quod non contigit *ſubintelligo* hactenus: *nam nondum contigerat, cum hanc hiſtoriam ſcriberet Victor, anno ſcilicet 487. Sed poſtea contigit, quando, defunctis Guntabundo & Traſamundo, Hildericus Hunerici ex Eudoxia filius regnum obtinuit.*

g *Hinc patet craſſus error Procopii lib. 1 de Bello Vandalico, ubi dicit, hunc, neutrius ſexus liberis relictis, ante mortem patris vitam expleviſſe.*

h Gentonis *alias* Genzonis *vel* Gentunis. *Is erat ſecundus Genſerici filius.*

i *Familiare fuit apud iſtos aliosque barbaros, præcipuum gentis ſuæ epiſcopum* patriarcham *nuncupare. Vide de hac re fuſius diſſerentem Ludovicum Thomaſſinum lib. 1. Novæ & Antiquæ Eccleſiæ Diſciplinæ part. 1, cap. 21.*

k *Dubitant aliqui, an is idem ſit, qui poſtea Hunerico ſucceſſit, nomine Guntabundus. De qua re vide Ruinartium in Hiſtoria Perſec. Vandal. part. 2, cap. 10.*

l *Alii legunt* Auſagam. *Fluvius ille nunc patria lingua vocatur* Suffegmar, *qui Africam propriam a Mauritania ſeparat.*

m *Hinc patet, etiam ipſos Arianos eccleſiaſticum aſylum veneratos fuiſſe.*

CAPUT II.

Varia viſiones & dira in Catholicos perſecutio. F

AMputatis igitur in brevi omnibus, quos timebat, & ſolidans ſibi, ut putabat, regnum, quod breve futurum erat & caducum, omni ex parte otioſus atque ſecurus, univerſa tela furoris in perſecutionem Eccleſiæ Catholicæ, rugiens ſicut leo, convertit. Ante perſecutionis tamen tempeſtatem, multis præeuntibus viſionibus & ſignis, immineos demonſtratum fuerat malum: nam ferme ante biennium, quam fieret, vidit quidam Fauſti *a* eccleſiam ſolito in ornatu fulgentem, cereis quoque fulgentibus, palliorumque velamine ac lampadibus rutilantem. Et dum lætaretur candore tanti fulgoris, ſubito, ait, luminis illius concupiſcibilis extinctus eſt fulgor, ac tenebris ſuccedentibus, adverſarius natibus natus eſt ſutor, omniſque illa albatorum turba, expellentibus quibuſdam Æthiopibus, minuta eſt foras; ob hoc jugiter lamentans, quod eam *Futura Catholicorum perſecutio.*

A. VICTORE VITENSI. *verite visionibus,*

in charitate prisina nequaquam viderit iterum restitutam : nam visionem istam, nobis præsentibus, sancto retulit Eugenio.

10 Vidit & quidam presbyter ipsam Fausti ecclesiam refertam turbis innumerabilium populorum, & post paululum evacuatam, & repletam porcorum multitudine atque capraram. Item alius vidit aream tritioeam, ventilationi paratam, granis adhuc ventilationis * judicio necdum a palea separatis ; & dum ingentis massæ, licet confusæ, magnitudinem miraretur, subito ecce turbo veniens tempestatis sonivago flatu cœpit adventum suum surgente pulvere demonstrare : cujus impetu palea illa omnis omnino volavit, remanentibus granis. Post hæc venit quidam procerus, splendido vultu habituque nitido fulgens, & cœpit grana vacua, macilenta atque similagini reproba, purgando projicere. Quæ diu examinans, vix magnitudinem illius massæ, licet probatæ, ad acervum tamen perduxit exiguum. Item alius ait : Stabat quidam præcelsus super montem, qui B Ziquensis dicitur, & clamabat dextera lævaque: Migrate, migrate. Alius conspicit, rugiente cælo atque turbato, sulphureas nubes, ingentes lapides jaculari : qui lapides, dum cecidissent in terram, plus accendebantur, & majoribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domorum, quos invenerant, incendebant ; qui autem vidit, ait ; quia cum se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione divina ad eum flamma non potuit pervenire. Reor, ut illud propheticum compleretur : Claude ostium tuum, & abscondere aliquantulum, donec transeat ira Dei.

al. ventilatoris

11 Vidit & venerabilis Paulus Episcopus arborem, usque ad cælos ramis florentibus extensam, quæ etiam dilatatione sua omnem pene Africam opacabat. Et cum universi ejus magnitudine & speciositate gauderent, ecce subito, inquit venit alius violentus, qui defricans cervicem suam super robur radicum ejus, impulsu suo cum ingenti sonitu illam mirabilem arborem elisit ad terram. Sed & Quintianus *b* honorabilis Episcopus vidit se super quemdam montem stare, de quo conspi- *b*
C ciebat gregem innumerabilium ovium ; & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ovium occisores, qui earum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret, omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas ollas, Sicca Veneria & Laribus *c*, duas esse *c*
civitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata, e quibus incendium initium sumpsit ; aut Hunericum regem, & Cirilam Episcopum ejus. Sed de multis visionibus, quia brevitati consulendum fuit, hæc dixisse sufficiat.

ac signis præmonstratur.

12 Quid ultra ? Censet primo tyrannus jussione terribili, ut nemo in ejus palatio militaret, neque publicas ageret actiones, nisi sese Arianum fecisset. Quorum ingens numerus vigore invicto, ne fidem perderet, militiam temporalem abjecit. Quos postea domibus projectos, omnique substantia exspoliatos, in insulas Siciliam & Sardiniam relegavit. Quin etiam statuere per totam Africam festinavit, ut nostrorum Episcoporum

Barbara crudelitas contra fideles

defunctorum fiscus sibi substantiam vendicaret ; qui autem defuncto succedere poterat, non ante ordinaretur, nisi fisco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc ædificium ubi construere visus * est diabolus, statim *al nisus
destruere illud dignatus est Christus. Suggerunt ei domestici sui, dicentes : Si istud firmaverit præceptio vestra, nostri episcopi, in partibus Thraciæ & aliis regionibus constituti, pejora incipient pati.

13 Præcepit deinde sacras virgines congregari, dirigens Vandalos cum suæ gentis *præcipit sacras virgines*
obstetricibus ad inspicienda & contrectanda contra jura verecundiæ verecunda pudoris, ubi nec matres aderant, nec aliqua Catholicarum matronarum. Quas torquentes gravi suspendio atque ingentia pondera pedibus colligantes, laminas ferri ignitas dorso, ventri, mammillis, & lateribus apponebant ; quibus inter supplicia dicebatur : Dicite, quoniam Episcopi vobiscum concumbunt & cle- E
rici vestri. Quarum acerbitate pœnarum plurimas tunc scimus extinctas. Aliæ, quæ remanserunt, cutibus arescentibus, factæ sunt curvæ. Nitebatur enim semitam invenire, per cujus aditum publicam, sicut fecit, faceret persecutionem. Et ita faciens, nullo modo investigare potuit, quomodo Christi Ecclesiam macularet.

& episcopi ejus clericique exules.

14 Quibus autem prosequar fluminibus lacrymarum, quando Episcopos, presbyteros, diaconos, & alia Ecclesiæ membra, id est quatuor millia DCCCCLXVI ad exilium æterni destinavit ? in quibus erant podagrici quamplurimi, alii per ætatem annorum lumine temporali privati, in quorum erat numero beatus Felix, *d* Abdiritanus episcopus, habens jam in episcopatu XLIV annos ; qui paralysi morbo percussus, nec sentiebat quidquam, nec penitus loquebatur. De quo nos maxime cogitantes, quod non posset jumento portari, suggessimus, ut a suis Rex peteretur, ut saltem eum, propere morituram, Carthagini esse juberet, quod ad exilium nulla posset ratione perduci. Quibus ita fertur tyrannus cum furore dixisse : Si animali sedere non potest, jungantur boves indomiti, qui eum colligatis funibus trahendo perducant, quo ego præcepi. Quem ex transverso super burdonem *e* vinctum, quasi quemdam ligni truncum, toto itinere portabamus. Congregantur universi in Siccensem & Laresem civitates, ut illuc occurrentes Mauri sibi traditos ad enemum perduxissent.

d

e

Catholicorum in fide constantia.

15 Supervenientes igitur Comites duo, subtilitate damnabili, blandis sermonibus cum Dei confessoribus agere cœperunt : Quid vobis, inquiunt, videtur, ut ita pertinaces Regis & domini nostri præceptis minime obtemperetis, qui esse poteritis in conspectu regis honorabiles, si ejus festinetis facere voluntatem ? Statim, illis clamantibus & dicentibus ingenti vociferatione, Christiani sumus, Catholici sumus, Trinitatem unum Deum inviolabilem confitemur ; jacloduntur graviori quidem, sed adhuc latiori custodiæ, ubi nobis copia dabatur & introire, & verbum admonitionis fratribus facere, & divina mysteria celebrare. Ibi & infantuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno sequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ

terra-

A retrahentes: aliæ gaudebant se martyres pe-
*al. moliendo riisse, aliæ morituros * diluvio rebaptizationis nitebantur a confessione fidei revocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinavit ad terram. Nam quædam quid tunc fecerit anus, breviter referre delectat.

& mirum illius in ano curam. plum.

16 Dum inter ageremus cum Dei exercitu comitantes, & forte magis noctibus promoveremur propter solis ardorem, conspicimus mulierculam sacculum & alia vestimenta portantem, manu infantulum unum tenentem, atque in his sermonibus consolantem: Curre Domine meus: vides universos Sanctos quomodo pergunt & festinant hilares ad coronas? Quam nos cum increparemus, quod importuna videretur aut viris pro sexu jungi, aut exercitui Christi sociari, respondit: Benedicite, benedicite, & orate pro me & pro isto nepote parvulo meo, quia etsi peccatrix, filia sum quondam Quiritanæ * civitatis Epi-
al. Zuritanæ scopi. Cui nos: Et quare ita abjecta ambulas, B & qua ratione de tam longo itinere huc pergere demonstraris? Quæ respondit: Cum hoc servo vestro parvulo ad exilium pergo, ne inveniat eum solum inimicus, & a via veritatis revocet ad mortem. Ad hæc verba repleti lacrymis, nihil dicere valuimus, nisi ut voluntas fieret Dei.

Exules carcerit fœtore,

17 Sed ubi adversarius, qui jam forte dicebat: Partibor spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea: nullum potuit occupare, inquirit angusta & teterrima loca, in quorum conclavibus Dei exercitum coarctaret. Tunc eis etiam visitationis humanæ negata consolatio, puniuntur & custodes fustibus, & graviter affliguntur, jactantur confessores Christi super invicem angustia coarctante, unus super alium ut agmina locustarum, & ut proprie dicatur, ut grana pretiosissima frumentorum. In qua constipatione secedendi ad naturale officium nulla ratio finebat loci, sed stercora & urinam, urgente necessitate, ibidem faciebant, ut ille tunc fœtor & horror uni-
C versa pœnarum genera superaret: ad quos aliquando dantes ingentia munera Mauris, dormientibus Vandalis, vix clam admissi sumus intrare. Qui introeuntes, veluti in gurgite luti usque ad genua cœpimus mergi, illud tunc Hieremiæ videntes fuisse completum: Qui nutriti sunt in croceis, amplexati sunt stercora sua. Quid multa? præcepti sunt, undique perstrepentibus Mauris, ad iter u-
al pro- bi destinati sunt præparari *.
perare *& itineris incommodi cruciati,*

18 Exeuntes itaque die Dominica, linita habentes stercoribus vestimenta, facies simul & capita, a Mauris tamen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione Domino decantantes: Hæc est gloria omnibus Sanctis
f ejus. Aderat enim ibi tunc beatus pontifex Cyprianus *f* Unizibirensis Episcopus, consolator egregius, qui singulos pio & paterno fovebat affectu, non sine fluminibus currentium lacrymarum, paratus pro fratribus animam ponere, & se ultroneum, si dimitteretur, talibus passionibus dare, qui totum, quod habuit, egentibus fratribus in illa tunc necessitate expendit. Quærebat enim occasionem, qualiter confessoribus sociaretur, ipse animo & virtute confessor: qui postea per multos agones & squalores carceris, ad exilium, quod desiderabat, cum exultatione perrexit.

19 Quantæ tunc multitudines de diversis regionibus & civitatibus, ad visendos Dei martyres occurrerint populorum, testantur viæ vel semitæ, quæ cum agmina venientium nequaquam caperent, per vertices montium & concava vallium concurrens turba fidelium inæstimabilis descendebat, cereos manibus gestantes, suosque infantulos vestigiis martyrum projicientes, ista voce clamabant: Quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas? Qui hos baptizaturi sunt parvulos fontibus aquæ perennis? Qui nobis pœnitentiæ munus collaturi sunt, & reconciliationis indulgentia obstrictos peccatorum vinculis soluturi? Quia vobis dictum est, Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælis. Qui nos solennibus orationibus sepulturi sunt morientes? A quibus E divini sacrificii ritus exhibendus est consuetus? Vobiscum & nos libeat pergere, si liceret, ut tali modo filios a patribus nulla necessitas separaret.

at a Mau. rit in sic,

20 In his vocibus & lachrymis nullus jam pergere admissus est consolator, sed arctabatur multitudo ad currendum, ut ubi cannava g * erat præparata, laboriosam caperet mansionem: qui cum senes deficerent, & alii forte, etsi juvenes delicati, cœperunt hastilium cuspidibus ad currendum & lapidibus tundi: unde magis deficientes, amplius lassabantur. Post vero imperatum est Mauris, ut eos, qui ambulare non poterant, ligatis pedibus ut cadavera animalis mortui traherent per dura & aspera lapidum loca, ubi primo vestimenta, postea membra singula carpebantur. Quibus per gladios acutos petrarum, huic caput conterebatur, alii latera findebantur, & ita inter manus trahentium spiritum exhalabant: quorum numerum nequaquam valuimus colligere, multitudine coercente.

& loca exilii crudeliter affligantur.

21 Exaltatur tamen per totum aggerem publicum vilis sepultura Sanctorum, loquentibus tumulis. Reliqui habiliores ad solitudinis loca perveniunt, in quibus collocati, hordeum ad vescendum ut jumenta accipiunt. F Ubi etiam venenatorum animalium atque scorpionum tanta esse dicitur multitudo, ut ignorantibus incredibilis videatur, quæ solo flatu etiam procul positis veneni virus infundat: ab scorpii autem percussu, nullum dicunt aliquando evasisse. Quorum feritas virulenta usque ad præsens tempus Christo defendente, nullum servorum ejus nocuisse docetur. Sed cum illic alantur hordeaceis granis, postea & hoc ablatum est, quasi non poterat Deus, qui pluerat patribus manna, pascere & nunc tali exilio mancipatos.

ANNOTATA.

a *De hac S. Fausti ecclesia legitur in Chronico Tironis Prosperi: Ætio & Studio consulibus, id est anno vulgaris æræ* 454, Carthagine ordinatur episcopus Deogratias in Basilica Fausti die Dominico, VIII Kalendas Novembris. *De hujus basilicæ magnificentia plura vide apud Ruinartium in Notis ad Librum* 1 *Victoris Vitensis Nota* 25.

B Co-

D AUCT. VICTORE VITENSI. *e Catholicis hæreticis*

Digitized by Google

AUCT. VICTO. RE VITENSI.

b *Codex Colbertinus hunc vocat* Quintinianum. *Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum dit* 23 *Maji cum Siccenſem epiſcopum fuiſſe cenſet. An hoc ſolide probetur, vide in Actis noſtris Tom.* 5 *Maji, ad diem* 23, *pag.* 247.

c *Sunt nomina duarum civitatum, quæ olim erant epiſcopales in Africa proconſulari. Sed hæ duæ ſedes in Africæ notitia non explicantur.*

d Felicis, & 4965 *ſociorum memoria celebratur in Martyrologio Romano* 12 *Octobris. Alii codices dicunt univerſim fuiſſe* 4976. *Vide de hac re Ruinartium in Hiſt. Perſec. Vandal. pag.* 168.

e Burdo *interdum mulum, interdum baculum oblongum peregrinorum ſignificat. Puto prioris vocis ſignificationem hic magis congruere.*

f *Hujus Cypriani aliorumque ſupra memoratorum feſtum recolunt vulgata Martyrologia* XII *Octobris.*

g Cannava *apud media ætatis auctores ſignificat locum ſubterraneum, quod hic ſenſui non repugnat.*

B

CAPUT III.

Hunericus per epiſtolam Catholicos epiſcopos ad diſputandum de fide convocat. S. Eugenii reſponſum & miraculum. Diſputatio cum Arianis.

COgitat acriora adverſus Eccleſiam Dei, ut qui membra aliqua abſciderat, totum laniando perderet corpus. Nam die Aſcenſionis Domini; legato Zenonis Imperatoris Regino præſente *a*, legendum in media eccleſia Epiſcopo Eugenio dirigit præceptum tali tenore conſcriptum; quod etiam univerſæ Africæ, veredis currentibus, deſtinavit: Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum *b*, univerſis Epiſcopis Homouſianis *c*: Non ſemel, ſed ſæpius, conſtat eſſe prohibitum, ut in ſortibus Vandalorum ſacerdotes veſtri conventus minime celebrarent, ne ſua ſeductione animas ſubverterent Chriſtianas. Quam rem ſpernentes plurimi, reperti ſunt contra interdictum Miſſas in ſortibus Vandalorum egiſſe, aſſerentes ſe integram regulam Chriſtianæ fidei tenere. Et quia in provinciis a Deo nobis conceſſis ſcandalum eſſe nolumus, ideo Dei providentia cum conſenſu ſanctorum Epiſcoporum noſtrorum hoc nos ſtatuiſſe cognoſcite, ut ad diem Kalendarum Februariarum proxime futurarum, omiſſa omni excuſatione formidinis, omnes Carthaginem veniatis, ut de ratione fidei cum noſtris venerabilibus Epiſcopis poſſitis inire conflictum, & fidem Homouſianorum, quam defenditis, de divinis Scripturis proprie approbetis, quo poſſit agnoſci, ſi integram fidem teneatis. Hujus autem edicti tenorem univerſis Epiſcopis tuis per univerſam Africam conſtitutis direximus. Data ſub die XIII Kalend. Junias, anno VII Hunerici.

Hunericus Africæ epiſcopos per epiſtolam,

a
b
c

C

tervet, & ad fidei certamen convocat.

23 Cognoſcentibus igitur, qui aderamus, ſimulque legentibus, contrita ſunt extemplo corda noſtra, & contenebrati ſunt oculi noſtri, & vere tunc dies feſti noſtri converſi ſunt in luctum, & cantica in lamentationem, dum edicti tenor indicaret futuræ perſecutionis furorem. Et præſertim ubi dixit: In provinciis noſtris a Deo nobis conceſſis ſcandalum eſſe nolumus: quaſi diceret: In provinciis noſtris Catholicos eſſe nolumus. Tractatum eſt, quid fieret. Nullum invenit remedium imminens calamitas, niſi a ſancto Eugenio rationabilis, ſi cor barbarum mollireturr, ſuggerenda *d* daretur tali textu conſcripta.

D

d

24 Quoties animæ vel vitæ æternæ ac fidei Chriſtianæ cauſa tractatur intrepide, ſicut regalis providentia compromiſit, neceſſe eſt, ut, quod competit, ſuggeratur. Nuper poteſtas regia per Witaredum notarium parvitatem meam admonere dignata eſt, qui nobis de merito ac religione fidei præceptum ejus in eccleſia, præſente clero & plebe, recenſuit. Ex cujus tenore cognovimus ad omnes coepiſcopos meos præceptum regium ſimiliter emanaſſe, ut die conſtituta pro diſputatione fidei veniatur. Quod nos venerabiliter accepiſſe ſuggeſſimus, cui præfato notario humilitas mea ſuggeſſit, debere etiam tranſmarinarum omnium partium, qui nobis ſunt in una religione vel communione conſortes, agnoſcere, quia ubique regno ejus obtemperant univerſi, maxime quod totius mundi ſit cauſa, non ſpecialis provinciarum Africanarum tantummodo. Et quia ſecundo reſponſo ſuggerendam me promiſi oblaturum, merito ſuppliciter peto magnificentiam tuam, ut ad Domini & clementiſſimi Regis aures memoratam ſuggeſtionem meam perferre digneris, quo ejus clementia dignanter agnoſcat, nos diſputationem legis cum adjutorio Dei nullatenus declinare vel fugere, ſed ſine univerſitatis aſſenſu nos non debere aſſerendæ fidei noſtræ cauſas aſſumere. Quod petimus, ut benignitate, qua tantus eſt, & juſtitia ſapientiæ ſuæ dignetur annuere. Data ab Eugenio Epiſcopo eccleſiæ Catholicæ Carthaginis.

E

Illi pro epiſtolam reſpondet S. Eugenius.

F

Rex, habito ſermone cum ſuis, quem S. Eugenius

* *al.* Cubadum

25 Sed cum hæc ſuggeſtio a beato Eugenio offerretur, ille jam, qui conceperat dolorem, urgebatur iniquitatem gravius parturire: & ita ſancto viro epiſcopo Eugenio per Obadum * præpoſitum regni ſui mandaſſe videtur: Subde mihi univerſum orbem terrarum, ut ſub poteſtate mea totus mundus redigatur, & facio, o Eugeni, quod dicis. Ad quod beatus Eugenius reſpondit, ut potuit *: Quod rationem, inquit, non habet, dici non debuit. Sic eſt hoc, quomodo ſi dicatur homini, ut per aera fetatur & volitet, quod moris non eſt humanæ naturæ. Dixi enim, ſi noſtram fidem, quæ una & vera eſt, poteſtas regis cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos: ſcribam & ego fratribus meis, ut veniant coepiſcopi mei, qui vobis nobiſcum communem fidem noſtram valeant demonſtrare, & præcipue Eccleſia Romana, quæ caput eſt omnium eccleſiarum. Ad hæc Obadus: Ergo tu & Dominus meus Rex ſimiles eſtis? Eugenius epiſcopus dixit: Ego non ſum ſimilis regis, ſed dixi: Si veram cognoſcere deſiderat fidem, ſcribat amicis ſuis, ut dirigant noſtros Catholicos Epiſcopos: & ego ſcribo coepiſcopis meis, quia Catholicæ fidei univerſæ una eſt cura.

* *al.* decuit

26 Hoc

Digitized by Google

A *doctiſſimos epiſcopos in exilium pellit,*

16 Hoc agebat Eugenius, non quia deeſſent in Africa, qui adverſariorum objecta refellerent: ſed ut illi veniſſent, qui alieni ab eorum dominatu, majorem fiduciam libertatis haberent, pariterque oppreſſionis noſtræ calumnias univerſis terris & populis nunciarent. Ille autem, qui ſectebat dolos, audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, ut quoſcumque Epiſcoporum audierat eruditos, variis inſectationibus agitaret. Jam ad exilium Vibianenſe ſecundo Donatianum, impoſitis centum quinquaginta fuſtibus, miſerat Epiſcopum, necnon & Sufetulenſem Præſidium, virum ſatis acutum. Tunc & venerabiles Manſuetum, Germanum, Fuſculum, & multos alios fuſtigavit *e*.

& fuit inordinati commercium cum Catholicis. * *al.* vescerentur

17 Dum hæc geruntur, imperat ut cum noſtræ religionis viris, illorum menſam nullus communem haberet, neque cum Catholicis omnino verſarentur *, quæ res non ipſis aliquod præſtitit beneficium, ſed nobis maximum contulit lucrum. Nam ſi ſermo eorum, dicente Apoſtolo, ſicut cancer conſuevit ſerpere, quanto magis communis menſa ciborum poterit inquinare? cum dicat idem Apoſtolus: Cum nefariis nec cibum habere communem. Sed cum ignis jam perſecutionis accenderetur, & flamma infeſtantis ubique regis arderet, oſtendit Deus noſter quoddam miraculum per ſervum ſuum fidelem Eugenium, quod præterire non debeo.

B

Cæcus ter in ſomnis monitus,

18 Fuit in eadem civitate, id eſt, Carthagine, quidam cæcus, civibus civitatique notiſſimus, nomine Felix: Hic viſitatus a Domino, dicturque ei nocte per viſum: (dies enim Epiphaniorum illuceſcebat) Surge, vade ad ſervum meum Eugenium epiſcopum, & dices ei, quia ego te ad illum direxi: Ex illa hora, qua benedicet fontem, ut baptizentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos & aperientur, & videbis lumen. Qui tali viſione commonitus, putans ſe, quomodo aſſolet, deludi per ſomnium, ſurgere noluit cæcus. Sed cum iterum vergeretur *in ſomnum, ſimiliter ut ad Eugenium pergeret, compellitur. Rurſus negligit, tertioque feſtinanter & graviter increpatur. Excitat puerum, qui ei ſolitus erat manum porigere. Pergit veloci agilitate ad Fauſti baſilicam, orat & veniens cum ingentibus lacrymis, ſuggerit cuidam diacono *, nomine Peregrino, ut eum Epiſcopo nunciaret, indicans ſe habere aliquod ſecreti genus intimandum. Audiens Epiſcopus, juſſit hominem introire. Jam enim ob celebritatem feſtivitatis, hymni nocturni per totam eccleſiam canente populo concrepabant. Indicat cæcus antiſtiti ordinem viſionis ſuæ, dicitque illi: Non te dimittam, niſi mihi, ſicut a Domino juſſus es, reddideris oculos meos. Cui Eugenius ſanctus: Recede a me, frater; peccator ſum & indignus, & ſuper omnes homines delinquens, utpote qui & in hæc tempora ſervatus ſum. Ille autem tenens genua ejus, aliud non dicebat, niſi illud, quod jam dixerat: Sicut juſſum eſt, redde mihi oculos meos.

C

* *al.* urgeretur

* *al.* ſubdiacono

e S. Eugenio illuminatur.

19 Attendens quoque Eugenius inverecundam credulitatem, & quia jam tempus urgebat, pergit, cum eo, comitante Officio clericorum, ad fontem. Ubi fixus genibus cum ingenti gemitu, pulſans ſingultibus cælum, crispantem benedixit alveum fontis, & cum completa ſurrexiſſet oratione, ita cæco reſpondit: Jam tibi dixi, frater Felix, peccator homo ego ſum: ſed qui te viſitare dignatus eſt, præſtet tibi ſecundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos, ſimulque vexillo crucis conſignat oculos ejus; ſtatim cæcus viſum Domino reddente recepit. Quem ſecum quouſque univerſi baptizarentur, ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus, virum contereret, qui receperat lumen. Fit poſtea manifeſtum Eccleſiæ univerſæ. Procedit ad altare cum Eugenio, ſicut moris eſt, qui fuerat cæcus, ſuæ ſalutis oblationem Domino redditurus. Quam Epiſcopus accipiens, altari impoſuit. Fit ſtrepitus gaudio provocante irrevocabilis populorum: ſtatim nuncius pergit ad tyrannum. Rapitur Felix, inquiritur ab eo, quid factum ſit, qualiterque receperit lumen. Dicit illi ex ordine totum, dicuntque Arianorum Epiſcopi: Hoc, Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppreſſi confuſione, lumen non poterant nubilare, eo quod Felix univerſæ civitati manifeſtus eſſet & notus, tamen volebant eum, ſi fas eſſet, necare, quomodo Judæi ſuſcitatum Lazarum cupiebant occidere.

D

AUCT. VICT. VITEN.

E

Epiſcopi Catholici ad diſputationem convocati,

20 Appropinquabat jam futurus dies ille calumnioſus Kalendarum Februariarum, ab eodem ſtatutus. Conveniunt non ſolum univerſæ Africæ, verum etiam inſularum multarum Epiſcopi, afflictione & mœrore confecti. Fit ſilentium diebus multis, quouſque peritos quoſque & doctiſſimos viros interim ſepararet, calumniis appoſitis necandos. Nam unum ex ipſo choro doctorum, nomine Lętum *f*, ſtrenuum atque doctiſſimum virum, poſt diuturnos carceris ſqualores incendio concremavit, æſtimans tali exemplo timorem incutiens reliquos ſe eliſurum. Tandem venitur ad diſputationis conflictum, ad locum ſcilicet, quem delegerant adverſarii. Evitantes igitur noſtri vociferationis tumultus, ne forte poſtmodum Ariani dicerent, quod eos noſtrorum oppreſſerit multitudo, eligunt de ſe noſtri, qui pro omnibus reſponderent decem. Collocat ſibi Cirila cum ſuis ſatellitibus in loco excelſo ſuperbiſſimum thronum, adſtantibus noſtris, dixeruntque noſtri Epiſcopi: Illa eſt ſemper grata collatio, ubi ſuperba non dominatur elatio: ſed ex conſenſu communi venitur, ut cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum eſt, agnoſcatur. Nunc quis erit cognitor, quis examinator, ut libra juſtitiæ, aut bene prolata confirmet, aut prave aſſumpta refellat?

f Ler.

F

ſibi ſuppetiarum reddunt.

21 Et cum talia & alia dicerentur, notarius Regis reſpondit: Patriarcha Cirila dixit, alipuos veſtrum ſuperbe & illicite ſibi nomen Catholicorum uſurpaſſe. Noſtri teſtati dixerunt: Dictum fuit: Legatus nobis, quo concedente iſtud ſibi nomen Cirila aſſumpſit. Et exinde ſtrepitum concitantes, calumniari adverſarii cœperunt. Et quia hoc noſtri petierant, ut ſaltem ſi examinare non licebat, prudenti multitudini vel expectare liceret, jubentur univerſi filii Catholicæ Eccleſiæ qui aderant, centenis fuſtibus tundi. Tunc clamare cœpit beatus Eugenius: Videat Deus vim, quam patimur: cognoſcat afflictionem perſecutionum, quam a perſecutoribus ſuſtinemus: convertiquæ noſtri, Cirilæ dixe-

Digitized by Google

A dixerunt: Propone quod disponis. Cirila dixit: AUCT. Nescio Latine. Nostri Episcopi dixerunt: Sem- VICT. per te Latine esse locutum manifesto novimus, VITEN. modo excusari non debes, præsertim quia tu hujus rei incendium suscitasti. Et videns catholicos Episcopos ad conflictum magis fuisse paratos, omnino audientiam diversis cavillationibus declinavit. Quod ante nostri providentes, libellum de fide conscripserant, satis decenter sufficienterque conscriptum, dicentes: Si nostram fidem cognoscere desideratis, hæc est veritas, quam tenemus *g*.

ANNOTATA.

a Implicata hic admodum est lectionum varietas: nam alii legunt Rege non præsente. *Alii*; Regina præsente. *Alii* rege nostro. *Nos vulgatam hanc lectionem dedimus, quam etiam ob plures rationes præfert Ruinartius in Notis ad librum* II *Victoris, nota* 87, *pag.* 170.

b Hæc natio Vandalis socista cum illis Hispaniam & Africam invasit.

c Sic vocati sunt Catholici a sua sententia, quod B *semper dicerent Filium Patri ὁμοούσιον vel ὁμοούσιον id est* consubstantialem.

d Colligo ex sensu suggerendam (idem sentiendum de voce suggestio*) hic significare, libellum supplicem vel simile quoddam scriptum.*

e Horum omnium memoriam post Usuardum & Adonem agit Martyrologium Romanum VI *Septembris.*

f Hic fuit episcopus Leptimensis, ut vult Baronius, seu potius Neptimanus in Byzacena, ut patet ex Notitia provinciarum & civitatum Africæ. Ejus memoriam cum Sanctis mox memoratis celebrant vulgata Martyrologia VI *Septembris. De eo plura habet Ruinartius in Notis ad Victorem Vitensem nota* 98, *pag.* 173.

g Hæc sequitur Catholica fidei professio, a Surio omissa, quæ apud Victorem Vitensem constituit librum tertium, apud quem videri potest. De illius auctore quædam diximus in Commentario prævio num. 27.

C CAPUT IV.

Arianorum calumniæ & fraudes.

QUi cum noster libellus legeretur oblatus, veritatis lumen nequaquam sufferre cæcis oculis potuerunt, insanientes, vociLIB. IV bus infrementes, graviterque ferentes, quaVICT. re nos nomine nostro Catholicos dixerimus. VIT. Statimque mentientes suggerunt Regi de no- *Ariani falso accusant Catholicos.* bis, eo quod strepitum fecerimus, audientiam fugientes. Qui eadem hora accensus & credens mendacio, festinavit facere quod volebat. Et jam conscriptum habens, & occulte cum eodem decreto per diversas provincias suos homines dirigens, Episcopis Carthagine positis, una die universæ Africæ ecclesias clausit, universamque substantiam Episcoporum & ecclesiarum, suis Episcopis munere condonavit. Nesciens quoque quid loqueretur, neque de quibus affirmabat, legem, quam dudum Christiani Imperatores nostri contra eos & contra alios hæreticos pro honorificentia Ecclesiæ Catholicæ promulgaverant, adversum nos illi proponere non erubuerunt, addentes multas de suis sicut placuit tyrannicæ potestati *a*. D

a & impium edictum obtinent contra eos.

33 Post hæc feralia edicta veneno toxicato transversa jubet cunctos Episcopos, qui Carthagine fuerant congregati, quorum jam ecclesias, domos & substantiam ceperat, in hospitiis, quibus erant, expoliari, & expoliatos foras muros propelli: non animal, non servus, non mutanda, quæ ferebant, vestimenta penitus dimittuntur: addens adhuc, ut nullus quempiam illorum hospitio reciperet, aut alimoniam præstaret. Qui autem hoc miserationis causa facere tentasset, cum universa domo sua incendio cremaretur. Sapienter tunc etiam profecti * Episcopi fecerunt, ut licet mendicantes exinde non abirent, quia si recederent, non tantum violenter omnino revocarentur, sed & mentirentur eos, sicut mentiti sunt, fugisse conflictum: maxime quia ubi reverterentur, jam nequaquam fuerat ecclesiis substantia, vel domibus occupatis.

* *al.* projecti.

34 Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo sub aere jacerent, factum est, ut Rex impius ad piscinas exisset. Cui universi occurrere maluerunt, dicentes: utquid taliter affligimur? Pro quibus malis forte commissis ista perpetimur? Si ad disputationem congregati fumus, quare expoliamur? Quare traducimur? Quare differimus, & sine ecclesiis & domibus nostris foras civitatem fame & nuditate laborantes, mediis stercoribus volutamur? Quos ille torvis oculis adspiciens, priusquam suggestionem eorum audisset, jussit super eos cum sessoribus equos dimitti, ut tali violentia possent non solum conteri, verum etiam necari. Quorum tunc multi contriti sunt, & præcipue senes & infirmi.

qui frustra de injuria apud barbarum regem conquerentur. II

35 Tunc deinde jubentur ad quemdam locum, qui dicitur Ædes Memoriæ, illi viri Dei occurrere, fraudem sibi nescientes aptatam. Ubi cum venissent, charta eis ostenditur involuta, diciturque illis ista subtilitate serpentis: Dominus noster rex Hunericus, licet doleat, quod fueritis contemptores, & adhuc ejus voluntati obedire tardetis, ut ejus efficiamini religionis, cujus est ipse, nunc tamen bonum de vobis cogitavit. Si juraveritis ita, ut quod ista charta continet faciatis, dimittit vos ecclesiis & domibus vestris. Ad quod universi Episcopi responderunt: Semper dicimus, & diximus, & dicturi sumus: Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem unam & veram tenemus. Factoque post confessionem fidei silentio modico, illi qui a rege fuerant destinati, festinabant extorquere Episcopis sacramentum.

Hæretici episcopi ad juramentum inducere conantur. ||

36 Tunc beati viri Hortulanus & Florentinianus Episcopi *b*, pro omnibus & cum omnibus, dixerunt: Numquid animalia nos irrationabilia sumus, ut nescientes quid charta contineat, facile aut temere juremus? Acceleraverunt quoque illi a rege destinati scripturæ eis propalare tenorem, qui hujusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat: Jurate, si post obitum Domini nostri Regis, ejus filium Hilderichum desideratis esse regem: vel si nullus vestrum ad regiones transmarinas epistolas diriget: quia si sacramentum hujus rei de-

quid fuerint plurimi quidem præfati.

Digitized by Google

A dederitis, restituet vos ecclesiis vestris. Cogitavit tunc multorum pia simplicitas, etiam contra prohibitionem divinam sacramentum dare, ne Dei populus in posterum diceret, quod vitio sacerdotum, qui jurare noluerunt, non fuerint ecclesiæ restitutæ.

prudentioribus jurare nolentibus.

37 Alii quoque astutiores episcopi, sentientes dolum fraudis, nequaquam jurare voluerunt, dicentes, prohibitum fuisse Euangelica authoritate, ipso Domino dicente: Non jurabis in toto. Quibus ministri regis: Secedant in parte, inquiunt, qui jurare disponunt. Qui cum secederent, notariis scribentibus quis quid diceret, & ex qua civitate fuisset, exceptum est. Similiter factum est & de illis, qui minime juraverunt. Statimque pars utraque custodiæ mancipatur. Post vero fraus, quæ celabatur, apparuit. Jurantibus dictum est: Quia contra præceptum Euangelii jurare voluistis, jussit rex, ad civitates atque ecclesias vestras numquam redeatis, sed relegati, colonatus jure ad
B excolendum agros accipiatis: ita tamen, ut non psallatis neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus gestetis, non baptizetis, neque ordinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non jurantibus ait: Quia regnum filii domini nostri non optatis, idcirco jurare noluistis. Ob quam causam jussi estis in Corsicanam insulam relegari, ut
c ligna profutura navibus dominicis incidatis *c*.

ANNOTATA.

a *Post hæc verba apud Victorem Vitensem sequitur impium regis Hunerici edictum, quo Catholicam doctrinam prohibet.*

b *De duobus his episcopis inter alios fit mentio in Martyrologio Romano 28 Novembris.*

c *Hinc patet, insulam Corsicam tunc Vandalorum dominio subditam fuisse.*

CAPUT V.

Immania Tyranni tormenta & Catholicorum constantia.

C

ADdidit itaque bestia illa, sanguinem sitiens innocentum, Episcopis necdum adhuc in exilium directis, per universas Africanæ terræ provincias uno tempore tortores crudelissimos destinari: ut nulla remansisset domus & locus, ubi non fuisset ejulatus & luctus, ut nulli ætati, nulli parceretur sexui, nisi illis, qui eorum succumberent voluntati. Hos fustibus, illos suspendio, alios ignibus concremabant. Mulieres & præcipue nobiles, contra jura naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus unam nostram Dionysiam *a*, cursim ac
a breviter nominabo. Cum viderent eam non solum audacem, sed etiam matronis ceteris pulchriorem, ipsam primo nisi sunt fustibus expoliatam appetere. Quæ cum pateretur, diceretque de domino suo secura: Qualiter libet cruciate, verecunda tamen membra nolite nudare: amplius illi magis furentes, celsiori loco vestimentis exutam constituunt, spectaculum eam omnibus facientes. Quæ inter ictus virgarum, dum rivuli sanguinis toto jam corpore fluitarent, libera voce dicebat: Ministri diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipsa est laus mea. Et quia erat Scripturarum divinarum scientia plena, arctata pœnis, & ipsa jam martyr, alios ad martyrium confortabat. Quæ suo sancto exemplo universam suam patriam liberavit.

D AUCT. VICTORE VITENSI.

In genuvasi perforatione mulier quædam cruciata.

filium suum alloquitur ad martyrium hortatur.

39 Quæ cum suum unicum filium admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum, timore pœnarum formidolosum conspiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans authoritate materna, ita confortavit, ut matre multo fortior redderetur. Cui inter crudelia verba constituto, ita dicebat: Memento fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Ecclesia Catholica baptizati sumus: non perdamus indumentum nostræ salutis, ne veniens invitator vestem non inveniat nuptialem, & dicat ministris: Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, & stridor dentium. Illa pœna timenda est, quæ numquam finitur. Illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus itaque filium
E solidans verbis, velociter martyrem fecit. Venerabilis vero adolescens, Majoricus nomine, in certamine confessionis spiritum reddens, cursum palmiferum consummavit. Amplexansque illa hostiam suam, quantis potuit vocibus Domino gratias agens, ad gaudium spei futuræ in sua domo maluit sepelire, ut quoties super sepulcrum ejus Trinitati preces effundit, alienam se a filio numquam esse confidat. Quanti igitur per eam in illa civitate, ut fati sumus, acquisiti sunt Deo, longum est enarrare. Nam & ejus germana, nomine Dativa, atque Leontia, filia sancti Germani Episcopi, cognatusque Dativæ venerabilis Emelius medicus, religiosus quoque Tertius, Trinitatis confessione præclarus, vel Sibidensis Bonifacius quanta pertulerint, qualibusque cruciatibus eviscerata vel eviscerati sint, qui valet, ex ordine dicat.

Servi cujusdam supplicium.

40 Servus *b* quoque Tuburbitanæ civitatis majoris generosus & nobilis vir, pro Christo quas pertulit, quis explicet pœnas? Qui
b post cædes innumerabilium fustium, trochleis frequentibus elevatus, dum tota præ
F urbe penderet, hunc in sublime tollentes ictu celeri, dimissis iterum funibus canabinis, super silices platearum pondere corporis veniens, ut lapis super lapides corruebat. Sed & sæpius tractum, & lapidibus acutissimis defricarum, & cutibus separatis, pellis corporis lateribus dorsoque videres & ventre pendere. Iste jam temporibus Geiserici non valde dissimilia pertulerat, ne amici cujusdam sui secreta nudaret: quanto magis nunc, ut suæ fidei sacramenta muniret? Et si homini gratis fideliter exhibuit fidem, quantum debet illi, qui redditurus est pro fide mercedem.

Mulieris cujusdam Culusitanæ,

41 In civitate vero Culusitana *c* non valeo quæ gesta sunt nunciare, quia & ipsam quantitate martyrum vel etiam confessorum impossibile est homini supputare. Ubi quædam matrona auctrix sui nominis Victoria, dum in conspectu vulgi continuato suspendio cremaretur, a marito jam perdito, filiis præsentibus, taliter rogabatur: Quid pateris conjunx; Si me despicis, vel horum, quos genuisti, miserere, impia, parvulorum. Quare oblivisceris

c

meri

AUCT. VICTO. RE VI. TENSI

A uteri tui, & pro nihilo ducis, quos cum gemitu peperisti? Ubi sunt fœdera conjugalis amoris? Ubi societatis vincula, quæ inter nos dudum honestatis jure tabulæ conscriptæ fecerunt? Respice, quæso, filios ac maritum & regiæ jussionis implere festina præceptum, ut & imminenta adhuc tormenta lucraris, simul & mihi doneris & liberis nostris. Sed illa nec filiorum fletus, nec serpentis audiens blandimenta, affectum multo altius elevans a terra, mundum cum suis desideriis contemnebat. Quam cum jam continuatione suspendii vulsis humeris, etiam qui cruciabant, conspicerent mortuam, deposuerunt prorsus omni parte exanimem. Quæ postea retulit, quamdam sibi virginem adstitisse, atque tetigisse membra singula, & ilico fuisse sanatam.

Et presul sibi Carthaginensis in fide confirmatus.

42 Qualiter autem Adrumentinæ civitatis civem Victorianum *d*, tunc Proconsulem Carthaginis, prædicem, nescio, deficientibus verbis: qui in Africæ partibus nullus ditior fuit, qui etiam apud impium Regem pro rebus semper sibi commissis fidelissimus habebatur. Mandatur ei a Rege familiariter, *d*

B dicitur que, quod eum habiturus esset præ omnibus, si ejus præcepto facilem commodasset assensum. Sed ille vir Dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna responsum: Securus de Deo & Christo Domino meo, dico, quæ regi dicatis. Subigat ignibus, adigat bestiis, excruciet generibus omnium tormentorum, si consensero, frustra sum in Ecclesia Catholica baptizatus. Nam si hæc præsens vita sola fuisset, & aliam, quæ vere est, non speraremus æternam, nec ita facerem, ut ad modicum atque temporaliter gloriarer & ingratus existerem ei, qui suam fidem mihi contulit creditori. Ad quod tyrannus excitatus, quantorum temporum, & quantis eum afflixerit pœnis, humanus sermo non poterit explicare. Qui tripudians in Domino, feliciterque consummans, martyrialem coronam accepit.

Duorum fratrum certamen pro fide.

43 Apud Tambaiensem quoque civitatem gesta quis queat certamina martyrum explicare? Ubi duo germani Aquisregiensis civitatis, sibi securi de Domino invicem juraverunt, & rogaverunt tortores, ut una pœna parique supplicio torquerentur. Et dum

C primo suspendio molibus lapidum pedibus alligatis tota die penderent, unus illorum petivit sese deponi, & sibi inducias dari. Cui frater alius, metuens ne fidem negarer, de suspendio clamabat: Noli, noli frater; non ita juravimus Christo. Accusabo te, cum ante thronum ejus terribile venerimus: quia super corpus ejus & sanguinem juravimus, ut pro eo invicem patiamur. Ista dicens & alia multa, confortavit germanum ad prælium passionis. Qui clamans, ingenti voce dicebat: Adigite suppliciis, quibus vultis, & pœnis Christianos arctate crudelibus. Quod frater meus facturus est, hoc etiam ego. Quantis jam laminis ignitis adusti sunt, qualibus unguis exarati, quibus cruciatibus torti, ipsa res docet, & quod eos ipsi tortores a sua facie projecerunt, dicentes: Istos imitatur universus populus, ut nullus ad nostram religionem penitus convertatur, & præcipue quia nulli livores, nulla pœnarum vestigia in eis penitus videbantur.

Martyres præcisi lingais loquuntur

44 In Typasensi vero quod gestum est Mau- D ritaniæ majoris civitate, ad laudem Dei insinuare festinemus. Dum suæ civitati Arianum episcopum ex notario Cyrilæ ad perdendas animas ordinatum vidissent: omnis simul civitas evectione navali de proximo ad Hispaniam confugit, relictis pauciss imis, qui aditum non invenerant navigandi. Quos Arianorum episcopus primo blandimentis, postea minis compellere cœpit, ut eos faceret Arianos. Sed fortes in Domino, non solum suadentis insaniam irriserunt, verum etiam publice mysteria divina, in domo una congregati, celebrare cœperunt. Quod ille cognoscens, relationem occulte Carthaginem adversus eos direxit. Quæ cum regi innotuisset, comitem quemdam cum iracundia dirigens, præcepit ut in medio foro congregata illuc omni provincia, linguas eis & manus dexteras radicitus abscidisset. Quod cum factum, Spiritu sancto præstante, ita loquuti sunt & loquuntur, quomodo antea loquebantur *e*. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim & ibi reperiet unum de illis subdiaconum Reparatum, E *e*

fermones politos sine ulla offensione loquentem. Ob quam causam venerabilis nimium in palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipue regina mira eum reverentia veneratur.

Insuperabilia martyrum merita.

45 Sed quis congruo sermone possit exequi aut coacervare diversitates pœnarum, quas ex jussu regis sui, etiam ipsi Vandali in suos homines exercuerunt? In ipsa quoque quæ gesta sunt Carthagine, si nitatur scriptor singulatim adstruere, etiam sine ornatu sermonis, nec ipsa nomina tormentorum poterit edicere. Quæ res hodieque posita in promptu demonstrat. Alios sine manibus, alios sine oculis, alios absque pedibus, alios truncos naribus auribusque incendas, aliosque videas nimio suspendio scapulis evulsis, caput, quod eminere solebat, in medio scapularum fuisse demersum, dum jugiter in altis ædibus suspendio cruciantes, impulsione manuum funibus agitatis, per vacuum aerem huc atque illuc faciebant vagari pendentes. Qui nonnumquam diruptis funibus, de illa altitudine suspensionis ictu valido corruentes, plurimi arcem cerebri cum oculis amiserunt: alii, confractis ossibus, spiritum continuo reddiderunt, alii post paulum exhalaverunt. F

Et matrona ad confessionis victoriam.

46 Sed qui hoc fabulosum putat, Uranium Zenonis legatum interroget, in cujus præsentia præcipue gesta sunt, illa scilicet causa, quia veniens Carthaginem, sese pro defensione Ecclesiarum Catholicarum venisse jactabat. Et ut illi ostenderet tyrannus, se neminem formidare, in illis plateis vel vicis plures tortores & crudeliores statuit, in quibus legatis moris est ascendendo ad palatium & descendendo transire, ad opprobrium videlicet reipublicæ ipsius, & in nostri jam deficientis temporis fœcem. Tunc igitur & quædam uxor cujusdam cellaritæ regis, nomine Dagila, quæ temporibus Geiserici multoties jam Confessor exiterat, matrona nobilis ac delicata, flagellis & fustibus omnino debilitata, exilio arido & invio relegatur, ubi nullus hominum forte consolationis gratia veniendi haberet accessum, relinquens cum

gaudio

A gaudio domum, maritum simul & filios. Cui postea oblatum esse dicitur, ut in mitiorem eremum translata, frueretur, si vellet, solatio sociorum. Illa vero ingens sibi adesse credens gaudium, ubi nullus humanus esset consolantis affectus, ne fieret, supplicavit. Tunc etiam, Eugenio pastore jam in exilio constituto, universus clerus Ecclesiæ Carthaginis cæde inediaque maceratur, fere quingenti vel amplius. Inter quos quamplurimi erant lectores infantuli *f*, qui gaudentes in Domino, procul exilio crudeli trudantur.

ANNOTATA.

a *Dionysium, & filium ejus Majoricum aliosque hic frequentes colit Martyrologium Romanum 6 Decembris.*

b *Hic Servus in Martyrologio Romano colitur 7 Decembris. De errore Ferrarii occasione hujus martyris vide Ruinartium in Hist. Persec. Vand. part. 2, cap. 6.*

c *Urbs est in proconsulari provincia. De illius urbis situ & cum aliis confusione vide Ruinartium in Notis ad Notitiam eccles. Africanæ Not. 33, pag. 236.*

d *De hac sancta Victoriana, duobusque fratribus infra laudandis egerunt ad diem 23 Martii cum Martyrologio Romano Majores nostri, tom. 3 Martii, pag. 460.*

e *De his confessoribus absque lingua loquentibus vide Æneam Gazensem testem oculatum, aliosque, quorum verba adducit Ruinartius in Historia Persec. Vandal. part. 2, cap. 7.*

f *De his lectoribus infantulis egimus in Commentario prævio num. 3.*

CAPUT I.

Libertas Muritta diaconi; multorum exilium; puerorum in fide constantia & Ariani episcopi impia sævities.

C SEd libertatem tunc, dum media urbe caderentur, Muritæ [a] Diaconi, ceteris liberiorem tacere non debeo. Fuit quidam Elpidoforus [*] nomine, nimium crudelis & ferus, cui fuerat delegatum, membra confessorum Christi suppliciis grassantibus laniare. Hic enim dudum fuerat apud nos in ecclesia Fausti baptizatus, quem venerabilis Muritta diaconus de alveo fontis susceperat generatum. Post vero dum apostataret, tantæ extitit feritatis adversus Ecclesiam Dei, ut superior omnibus executor persecutionis fuisset inventus. Quid multa? Dum primo presbyteri suppliciis macerandi ordine citarentur, post archidiaconum Salutarem arctatur pœnis memoratus Muritta. Fuit enim secundus in Officio ministrorum. Qui cum, Elpidoforo sedente & fremente, honorabilis senior cœpisset extendi, priusquam exueretur, clam forte, nescientibus cunctis, illa, quibus eum suscipiens de fonte dudum rexerat, sabana b bajulabat, quibus ventilatis, simulque in ostensione cunctorum extensis, in his verbis totam ad fletum & lacrymas commoviisse dicitur civitatem.

48 Hæc sunt linteamina, Elpidofore minister erroris, quæ te accusabunt, dum majestas venerit judicantis, custodiente diligentia mea ad testimonium tuæ perditionis, ad demergendum te in abyssо putei sulphuratis. Hæc te immaculatum cinxerant de fonte surgentem. Hæc te acrius persequentur, flammantem gehennam cum cœperis possidere: quia induisti te maledictionem sicut vestimentum, scindens atque amittens veri baptismatis & fidei Sacramentum. Quid facturus es miser, cum servi patris familias ad cœnam regiam congregare cœperint invitatos? Tunc te aliquando vocatum, terribiliter indignatus exutum stolam rex conspiciet nuptialem, dicetque tibi: Amice, quomodo huc venisti, vestem non habens nuptialem? Non video, quod contuli: non nosco, quod dedi. Perdidisti militiæ chlamydem, quam in tela * virgineorum membrorum decem mensibus texui, & tendicula Crucis extendens, aqua mundavi, & purpura mei sanguinis decoravi, non conspiciunt oculi mei: characterem non video Trinitatis: talis interesse non poterit epulis meis: ligate eum pedibus & manibus funiculis suis, quia ille ipse voluntarie separare voluit a Catholicis dudum fratribus suis. Ipse funes extendit continuatos in laqueum, quibus & semetipsum vinxit, & alios, ne ad istud venirent convivium, impedivit. Juxta semitam multis scandalum posuit, quem nunc cum rubore perpetuo & dedecore sempiterno de convivio meo projeci.

49 Hæc & alia Muritta dicente, igne conscientiæ ante ignem æternum obmutescens Elpidoforus torrebatur. Parantes itaque universi dorsa sua verberibus, alacres ad exilium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris viæ constitutis, destinantur, episcopis Arianorum suggerentibus, homines immisericordes ac violenti, ut illud, quod eis forte misericordia Christiana victui contulerat profuturum, crudeliter auferretur, quando unusquisque eorum libentius forte cantabat: Nudus exivi de utero matris meæ, nudum me oportet ad exilium pergere: quia Dominus novit esurientibus cibum porrigere, & in deserto vestire. Vandali namque suo sub Geiserico sæpius confessores, comitante matre contemptis omnibus divitiis suis, cum eisdem clericis ad exilium perrexerunt.

50 De multitudine autem pergentium confessorum, id est, Ecclesiæ Carthaginis clericorum, suggerente quodam ex lectore [c] Teuchario * perdito, quos ille noverat vocales, strenuos atque aptos modulis cantilenæ, designatione sua debere dicit duodecim infantulos separari, quos ipse, dum Catholicus esset, tunc discipulos habuit. Statim, illo suggerente, sub festinatione viro dimittuntur, & vi barbarici furoris bis senus numerus puerorum de itinere revocatur. Segregantur corpore, non spiritu, a grege Sanctorum. Qui timentes præcipitium, cum suspiriis lacrymarum ne divellerentur, constringebant manibus genua sociorum. Quos violentia tamen hæretica minacibus separans gladiis, Carthaginem revocavit.

D AUCT. VICT. VITEN. *quæ apostatam increpat.*

E * *al.* tela

Multi in exilium trudun-tur.

F

Libertas Muritta diaconi, * Helpidiphorus

Duodecim pueri a reliquis exulibus separantur,

c * *al.* Theutorico

Digitized by Google

A AUCT. VICT. VITEN. *& fustibus cædantur.* * *al.* non blandiriis

51 Sed dum cum eis quasi cum tali ætate jam blandiriis * ageretur, superiores fuit inventi sunt annis, & ne obdormirent in morte, lucernam sibi Euangelici luminis accenderunt. Indignantur ob hoc graviter Ariani, & se superatos a pueris erubescunt. Unde accensi, subdi fustibus jubent, quos jam ante pauciſſimos dies variis verberibus dissipaverant. Imprimuntur vulneribus vulnera, & rursum pœna restaurata crudescit. Factum est, Domino confortante, ut nec ætas minor deficeret in dolore, & magis animus crescceret roboratus in fide. Quos nunc Carthago miro cultu affectu, & quasi duodecim Apostolorum, eborum conspicit puerorum. Una degunt, simul vescuntur, pariter psallunt, simul in Domino gloriantur.

Nomina variorum martyrum.

52 Illis diebus & duo negociatores Frumentius & alius Frumentius *d* ejusdem urbis, egregio martyrio coronati sunt. Tunc & fratres *e*, non natura, sed gratia, simul in monasterio commanentes, confessionis certamine expleto, immarcescibilem pervenerunt ad coronam, id est, Liberatus Abbas, Bonifacius diaconus, Servus subdiaconus, Rusticus subdiaconus, Rogatus monachus, Septimus monachus, Maximus monachus. Nam illo tempore crudelius Arianorum episcopi, presbyteri, & clerici quam rex & Vandali sæviebant. Nam ad persequendum ipsi cum suis clericis ubique gladiis accincti currebant: sicut quidam episcopus inter illos ceteris crudelior, Antonius nomine, qui tam nefaria & incredibilia in nostros exercuit, ut narrari non queant.

B

53 Fuit iste in quadam civitate proxima eremo, quæ Tripolitanæ provinciæ vicinatur. Qui ut bestia insatiabilis, Catholicorum sitiens sanguinem, huc illucque ad rapiendum fugientes * excurrebat. Nam impius Hunericus, sciens Antonii ferocitatem, in ipsis eremi partibus voluit sanctum Eugenium relegare. Quem dum custodiendum Antonius accepisset, ita eum arctiori custodia cinxit, ut nullum ad eum introire permitteret: insuper variis insidiarum atque pœnarum suppliciis extinguere cogitavit. Sed Eugenius sanctus, dum nostræ persecutionis defleret incommoda, & asperitate cilicii senile attereret corpus, nudamque super humum cubitans, stratum facci sui rigaret imbribus lacrymarum, aliquando sensit infestum paralysis morbum.

S. Eugenius in exilium mittitur. * *al.* fugiens

C

54 Quo nuncio in gaudia conversus Arianus, pergit festinus ad cubile eximii hominis Dei. Et eum videret urgente passione verum pontificem balbutientia verba producere, cogitavit simul extinguere, quem superesse nolebat. Præcepit ut acetum asperum nimisque acerrimum quæreretur. Cui cum fuisset allatum, venerabilis senis recusantibus & nolentibus faucibus ingerebat. Nam si communis Dominus, qui ad hoc venerat, ut potaret *, cum gustasset, noluit bibere: quanto magis iste servus & confessor fidelis omnino nollet, nisi hæretica feritas ingessisset? Ex quo aceto, præsertim illi passioni noxio, morbus accipit augmentum; cui pietas Christi misericorditer subveniens, postea sanum exhibuit.

ab Ariano episcopo, diro afflictus

* *al.* ut pateretur

55 Alium autem nostrum episcopum Habetdeum *f*, similiter relegatum, Tamallumensis civitatis, in qua Antonius fuerat, quantum potuit infestare, res ipsa demonstrat. Nam cum diversis eum persecutionibus affligeret, nec posset eum facere Arianum, videretque Christi militem semper in confessione constantem, promiserat suis, dicens: Nisi eum nostræ fecero religionis, non sit Antonius. At ubi in sua promissione minor inventus est, suggerente sibi diabolo, cogitat aliud. Pedibus manibusque ligatis, vinculis ingentibus arctat episcopum, oreque obturato, ne lingua clamaret, aquam corpori ut putabat rebaptizationis spargit: quasi valeret conscientiam ligare cum corpore, aut non adesset, qui audit gemitus compeditorum, & cordis secreta rimatur: vel superare posset aqua mendax tantæ voluntatis propositum, quod jam homo Dei mentantibus * lacrymis miserat ligatum in carcerem.

Habetdeum ab eodem frustra tractum.

D

* *al.* lamentantibus

56 Exuit statim virum vinculis, & tali quasi gaudens prosequitur voce: Ecce jam frater Habetdeum noster, Christianus effectus es. Quid ultra facere poteris, nisi ut voluntati consentias regis? Cui Habetdeum: Illa est, impie Antoni, mortis damnatio, ubi voluntatis tenetur assensio. Ego fidei meæ tenax, vocibus confitens crebris, quod credo & credidi, clamando defendi. Sed & postea quam catenis vinxisti, & oris januam oppilasti, in prætorio cordis violentiæ meæ scribentibus angelis, gesta confeci, & lecturanda Imperatori meo transmisi.

Arianus prætor alias vexatione;

E

ANNOTATA.

a *Hanc Maritimam aliquot Martyrologia singillatim memorant die* 24 *Martii; at communiter ejus memoria cum* Eugenio, *Salutari, aliisque celebratur hac* 13 *Julii.*

b Sabanum, *a Græco* σάβανον *idem est quod* linteum, *quod Hispani etiam dicunt* sabana *vel* savana. *De hac voce plura invenies curiosus lector in Notis ad vitam S. Zozimi* 24 *Januarii tom.* 2, *pag.* 608.

c *Videtur legendum* exlectore *uno vocabulo; ut ostendatur, hunc olim ecclesiæ lectorem, postea apostatam fuisse.*

F

d *De his duobus Frumentiis meminit Martyrologium Romanum* 23 *Martii.*

e *Hos septem confessores memorat Martyrologium Romanum die* 17 *Augusti. Sed Maximus, qui illic vocatur puer, hic vocatur monachus. Poterit de iis agi eo die, ac dari eorum Passio ex Ruinartio pag.* 101, *quam a Victore Vitensi conscriptam censet.*

f *Varii fuerunt in Africa hujus nominis episcopi, de quibus vide Ruinartium part.* 2, *cap.* 6.

CAPUT VII.

Violentia Arianorum episcoporum; fœminæ Catholicæ zelus, & patheticus auctoris epilogus.

ERat quidem generalis ista violentia tyrannorum. Nam Vandali pro hac re ubique fuerant destinati, ut transeuntes itinera, sacerdotibus suis adducerent jugulandos ac

A ac ubi eos fallacis aquæ gladio peremiſſent, indicium eis perditionis, Scriptura teſte, tradebant, ne alibi ſua violentia traherentur: quia non licebat ſive privatis, ſive negotiatoribus alicubi tranſire, niſi ſcriptam characteris indicio ſuam miſeri oſtenderent mortem. Quod per revelationem ſervo ſuo Joanni olim oſtenderat Chriſtus, ubi dicit: Nulli licebit aliquid emere vel vendere, niſi qui habuerit characterem beſtiæ in fronte ſua & in manu ſua.

Catholici ut rebaptizent.

58 Nam & Epiſcopi atque presbyteri illorum cum armatorum manu nocturnis temporibus vicos & oppida circuibant, & ſic deſpicatis poſtibus januarum aquam gladiumque geſtantes, animarum prædones intrabant; & quos domi repererant, alios forte in lectulis ſoporatos, imbre igneo atque fulmineo reſpergentes, dæmoniaca vociferatione Chriſtianos ſuos ipſi pariter vocitabant, ut ludum potius ſuæ hæreſeos, quam aliquam religionem oſtenderent. In quo minus capaces & ignari, impletum in ſe pollutionis ſacrilegium putabant: prudentiores vero, nihil ſibi, B quod nolentibus atque dormientibus ingeſtum eſt, obeſſe gaudebant. Nam & multi eadem hora cinerem capitibus ſuis injecerunt: alii ſeſe, vel quia factum eſt, cilicio lugubri texerunt: nonnulli cœno fœtido linierunt, & linteamina violenter impoſita per fila conſciderunt, atque in latrinas fœtidaque loca manu fidei projecerunt.

& parvos rebaptizandos a parentibus auctoritate

59 Tali violentia, nobis videntibus, in Carthagine filius cujuſdam nobilis annorum circiter ſeptem, juſſu Cirilæ a parentibus ſeparatus eſt, matre ſine verecundia matronali ſolutis crinibus poſt raptores tota urbe currente, infantulo clamante ut poterat: Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum. Cui Trinitatem vê his ternis vocibus declarantem os obturantes, inſontem infantiam in ſuum gurgitem * demerſerunt. Ita de filiis medici venerabilis Liberati *a*, factum eſſe probatur. Nam cum juſſu regis cum uxore & liberis ad exilium mitti juberetur, cogitavit impietas Ariana a parentibus filios parvulos ſeparare; quo poſſet per C pietatis affectum, etiam virtutem proſternere genitorum, disjunguntur tenera pignora filiorum. Qui cum vellet lacrymas emittere, authoritate uxoria increpatur, & in ipſo meatu exitus ſui ilico lacrymæ ſiccaverunt. Ait enim ei conjunx: Eo propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuiſſe natos. Nam & ipſos omnino vindicaturus eſt Chriſtus. Nonne vides eos clamantes & dicentes, Chriſtiani ſumus.

Mirabilis ejuſdem fœminæ zelus,

60 Sed hæc mulier quid in conſpectu judicum egerit, tacendum non eſt. Nam cum ipſa & maritus, licet ſeorſum, carceris tamen cuſtodia tenerentur, ita ut ſe penitus non viderent, mandatur mulieri, dicturque illi: Solve jam duritiam tuam. Ecce vir tuus paruit imperio regis, & noſter factus eſt Chriſtianus. Aitque illa: Videam illum, & faciam ego, quod voluerit Deus. Educta igitur de carcere, invenit virum ſuum ſtantem cum ingenti multitudine pro tribunalibus connexum: & verum æſtimans, quod finxerant inimici, injecta manu apprehendens oram veſtimentorum ejus gutturi proximam, viden-

Juniī Tomus III.

tibus omnibus, ſuffocabat eum, dicens: Perdite & reprobe, gratiæ Dei & miſericordiæ ejus indigne, quare voluiſti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? Quid argentum? Numquid liberabunt te de camino gehennæ? Dixit & alia multa. Cui maritus reſpondit: Quid pateris mulier? Quid tibi videtur? Aut quid forte de me audire potuiſti? Ego in nomine Chriſti Catholicus *b* permaneo, nec amittere potero aliquando, quod teneo. *b*

AUCT. VICT. VITEN.

Varii Catholici fame & frigore pereunte

61 Tunc hæretici mendacii ſui conſcii & & detecti, fallaciam ſuam colorare minime potuerunt. Et quia ſuperius de violentia immanitatis eorum breviter diximus, hanc plurimi metuentes, alii in ſpeluncis, alii in deſertis locis viri vel feminæ, nullo ſibi conſcio, ſeſe claudebant, & ibidem, nulla ſuccurrente ſuſtentatione ciborum, fame vel frigore victi, contritum & contribulatum ſpiritum exhalabant, inter hæc afflictionis incommoda inviolatæ ſecum fidei ſecuritatem E portantes. Sic enim Creſconius *c* presbyter Mizentinæ civitatis, in ſpelunca Ziquenſis montis repertus eſt, putreſcente jam ſolutus cadavere. *c*

Epiſcopus Habetdeum fruſtra libellum offert regi.

62 Et quia de ſancto Habetdeum præſuli jam ſumus, pergit tunc ad Carthaginem, adire cenſuit nefarium Regem, ut conſcientiam ſuam, quam ſemper familiarem Trinitatis habuit & amicam, etiam hominibus faceret manifeſtam: Nec eum retinere potuit Antonius, propter verecundiam ſuam. Offert impiiſſimo regi libellum in hac ſimilitudine verborum: quid, quæſo, jam cum projectis habetis? Quid cum eis quos exilio relegaſtis, quotidie dimicatis? Abſtuliſtis ſubſtantiam; eccleſiis, patriæ domibuſque privaſtis, ſola anima remanſit, quam captivare contenditis. O tempora, o mores! univerſus hæc mundus intelligit, & ipſe qui perſequitur, videt. Si fides dicitur, quam tenetis, quid veræ fidei membra tantis perſecutionibus agitatis? Quid vobis cum exilio noſtro? Quid vobis cum egenis in ſæculo, quorum eſt vita ſemper in Chriſto? Liceat ſaltem gaudere conſortio beſtiarum eis, quos F abjeciſtis a facie omnium populorum. Dum hæc & his ſimilia Pontifex dixiſſet, ſceleratus tyrannus hoc ei mandaſſe perhibetur: Vade ad epiſcopos noſtros, quod tibi dixerint ſequere, quia ipſi hujus rei habere noſcuntur per omnia poteſtatem. Sed neque Antonium hæc res ab inſania potuit revocare, ſcientem ſe magis imperio regis ob hoc multum poſſe placere, Habetdeum vero epiſcopus, gaudens bono conſcientiæ ſuæ, ad locum exilii maluit remeare *d*. *d*

Auctor Historiæ de Ariano condolens querit ur,

63 Sed quid ad tot tantaſque impietates reſpondebunt? Si diſputare nitebatur de fide nobiſcum barbara ferocitas & hæreſis Ariana, rationabiliter diſputaret. Sed quando tenuit rationem, quæ a patre Deo Deum filium ſeparat Salvatorem? Quare dolis & calumniis egerunt, & velut ſpiritus tempeſtatis, procellæ ſui furoris totum ſubvertere voluerunt? Si diſputatio neceſſaria fuerat epiſcopalis, quare ſuſpendia, quare ignes, quare ungulæ, ſimul & cruces? Quare Arianorum ſerpentina proles, contra innocentes genera talia tormentorum invenit, qualia nec

Digitized by Google

AUCT. VICTORE VITENSI.

ipſe Mezentius *e* exquiſivit? Dimicavit contra innocentiam cupiditas furoris, & avaritia crudelitatis, ut & animas & perderet, & ſubſtantiam harpagaret. Si collatio deſiderabatur, quare rapinæ rerum alienarum, non tantum ſacerdotum, verum etiam omnium laicorum? Sed illi exſpoliati lætati ſunt, & rapinam rerum ſuarum cum gaudio ſuſceperunt.

e

& monet Catholicos ad commiſerationem invitat;

64 Adſit jam, quæſo, omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, adſit, obſecro, omnis turba Catholici nominis, quæ gremio materno toto orbe geſtatur, quæ ſola germanum commodare novit affectum, quæ didicit a Paulo magiſtro, & gaudentibus collætari, & cum lugentibus lamentare. Conveniant ſimul ad domum noſtri doloris, & paribus oculis fundamus flumina lacrymarum, quia cauſæ & fidei noſtræ unum eſt negocium. Nullum volo ad condolendum mecum hæreticum convenire, qui forte addere concupiſcit ſuper dolorem vulnerum meorum, & gratulatur quotidie malis meis. Nolo, nolo ego extraneum, ſed fraternum quæro
B affectum: nolo aliquem filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quia filii alieni ſemper mentiti ſunt mihi, qui inveteraverunt & claudicaverunt a ſemitis ſuis. Iſti dicunt mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus, dum affligitur populus precioſo agni ſanguine comparatus? Inter quorum opprobria ego ad flagella paratus, cantare non deſiſto Domino flagellanti: Amove a me flagella tua, quia defeci, non a fortitudine manus tuæ, ſed a perſecutione hæreſis Arianæ. Adveniant omnes, qui mecum anguſtæ viæ carpunt iter, & propter verba labiorum Dei vias cuſtodiunt duras: & videant, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Quoniam vindemiatus ſum in die furoris Domini: aperuerunt ſuper me os ſuum omnes inimici mei, ſibilaverunt & fremuerunt dentibus: dixerunt, devorabimus eam. En iſta eſt dies, quam expectavimus: invenimus, vidimus.

Deinde angelos,

65 Adeſtote Angeli Dei mei, qui numquam deeſtis conſtituti in miniſterio veſtro, propter eos qui hæreditatem capeſſuri ſunt æternæ ſalutis, & videte Africam totam, dudum tantarum eccleſiarum cuneis fultam,
C nunc ab omnibus deſolatam: tantis ordinibus ſacerdotum ornatam, modo ſedentem viduam & abjectam. Sacerdotes ejus & ſeniores in deſertis locis & inſulis defecerunt, quærendo ſibi eſcas ad manducandum, & non inveniunt. Conſiderate & videte, quia Sion civitas Dei noſtri facta eſt vilis, facta quaſi polluta menſtruis inter inimicos ſuos. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia ejus, quia vidit gentes invadere & ingredi atria ſua, de quibus præceperas, ne introirent eccleſiam tuam. Viæ ejus lugent, eo quod nemo veniat in die feſto. Egreſſus eſt a facie omnis decor & delicia, didicerunt vias aſperas ambulare, virgines & juvenes ejus in aulis educati monaſteriorum, abierunt in captivitatem Maurorum, dum lapides ſancti * ejus diſperguntur, non tantum in capitibus omnium platearum, ſed etiam in locis ſqualidis metallorum. Dicite Deo noſtro ſuſceptori, & habentes fiduciam ſupplicandi, quoniam tribulatur, & venter

* al. ſanctuarii

illius turbatus eſt a fletu ejus: quia ſedit in D
ter gentes & requiem non invenit, nec eſt, qui conſoletur eam. Quæſivit a Patribus Orientis, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit conſolantem, & non invenit: dum manducaret in eſca ſua fel, & in ſiti ſua potaretur aceto, ſponſi & Domini ſui paſſiones imitando, qui idcirco paſſus eſt pro ea, ut ſequatur veſtigia ejus.

Sanctos invocat,

66 Deprecamini patriarchæ, de quorum ſtirpe generis nata eſt, quæ nunc laborat in terris. Orate ſancti prophetæ, cognoſcentes afflictam, quam antea vaticinante præconio ceciniſtis. Eſtote Apoſtoli ſuffragatores ejus, quam ut congregaretis, univerſum orbem, aſcedente in vobis Domino, ut equi velociſſimi curſitaſtis. Præcipue tu Petre beate, quare ſiles pro ovibus & agnis, a communi Domino magna tibi catula & ſolicitudine commendatis? Tu ſancte Paule, gentium magiſter, qui ab Hieruſalem uſque ad Illyricum prædicaſti Euangelium Dei, cognoſce quid Vandali faciunt Ariani, & filii tui gemunt lugendo captivi *f*: univerſique ingemiſcite ſancti ſimul pro nobis Apoſtoli. *f*

E

ut ecclſiæ Africanæ ſuccurrant.

67 Sed ſcimus, quia indignum eſt vobis pro nobis orare, quia iſta evenerunt nobis, non ad probationem, quomodo ſanctis, ſed malis meritis ſupplicia debebantur. Sed & pro malis orate jam filiis, quia & Chriſtus oravit etiam pro inimicis Judæis. Sufficiant caſtigationi, quæ juſte illata ſunt nobis, & jamjamque delinquentibus venia poſtuletur. Dicatur angelo percutienti: Sufficit; jam cohibe manum tuam. Quis ignoret hæc nobis probrorum noſtrorum ſcelera procuraſſe, aberrantibus a mandatis Dei, & in lege ejus nolentibus ambulare? Sed proſtrati rogamus, ut non ſpernatis veſtros miſeros peccatores, per eum, qui vos ad Apoſtolicum culmen provexit humiles piſcatores. Tenuit ſceleratiſſimus Hunericus dominationem regni annis ſeptem, menſibus decem, meritorum ſuorum mortem conſummans. Nam putrefactus & ebullions vermibus, non corpus, ſed partes corporis ejus videntur eſſe ſepultæ. Sicut ille legis datæ tranſgreſſor rex quondam, ut aſinus ſepultus eſt, ita iſte in brevi ſimili morte periit *g*.

F

ANNOTATA.

a *De Liberato medico ejuſque uxore & filiis egerunt Majores noſtri ad diem* 23 *Martii, tom.* III *ejuſdem menſis, pag.* 461.

b *Nomen* Catholici *ſemper fuit diſtinctivum veræ fidei, ut teſtatur Lactantius lib.* 4, *cap.* 30. *S. Auguſtinus contra epiſtolam Manichæi cap.* 4 *ait, hæreticos, peregrino alicui quærenti, ubi ad Catholicam conveniatur eccleſiam, non audere oſtendere baſilicam ſuam vel domum.*

c *Hujus Creſcenii cum prædictis confeſſoribus* 23 *Martii meminerunt Acta noſtra loco citato.*

d *Poſt hæc verba a Victore Vitenſi deſcribitur valida fames in Africa exorta, quam Surius emiſit, quia hiſtoriam* Eugenii *parum ſpectat.*

e *Is fuit rex Tyrrhenorum notus ſua feritate apud veteres Latinos ſcriptores.*

f *Hic in aliquibus Victoris Vitenſis codicibus interſeritur hæc ad B. Andream oratio:* Tu Petri germane, & non in Paſſione diſpar, glorioſe Andrea, qui interpretaris virilis, quoniam viri-

A viriliter certasti, considera geminum Africani populi, & non displiceat tibi, sed intervені pro nobis ad Deum.

§ *Varia in variis codicibus est Victoris Vitensis clausula. Sed hanc loci restitutio ex Ruinartio facta mihi praplacet: nam videtur auctor alludere ad id, quod refertur Jeremiæ cap.* 22, *ubi* D *propheta prædixit Joakim regi Judæ, quod sepultura asini esset sepelitendus* putrefactus & projectus extra muros Jerusalem. *Reliqua autem lectionis vix sunt explicabiles.*

DE S. CHOLINDUCH MARTYRE

HIERAPOLI, UT VIDETUR, IN SYRIA.

SYLLOGE HISTORICA.

J. P.

§ 1. Cultus, sexus, distinctio, cognatio; elogia ex Synaxariis Græcis.

SUB INITIUM SÆCULI VII.

HIerapolis *duplex potissimum distinguitur: unam Syriæ, alteram Phrygiæ sibi vendicat. Harum priorem Sanctæ nostræ assignamus, causam dabit paragrapho proxime sequenti, prolatis ejus gestis ex Auctoribus synchronis. De ea agunt Græci,* B *apposito passim titulo* Martyris, & cognomento In Synaxaris nota die non sunt. Mariæ. *Menæa impressa hoc die ipsam referunt; uti & eorum Index Ms. cum Maximo Cythereorum Episcopo. Strictus verecam habet* XI *hujus: Synaxarium Basilianum* XII *cum Menologio Slavo-Russico, apponente annum* DLXXVIII, *quo vixerit, addit Supplementum ad Menæa impressa ex Synaxario Strumadi & Ms. Chifletii, ejusque Menæum, nec non Menæa Bibliothecæ Ambrosianæ eodem die* XII. *Consequens itaque est, nimis determinate dicere Henricum Valesium in Annotationibus ad cap.* 20, *libri 6 Evagrii*, ejus diem natalem Græcos celebrare XI Julii, *ut addit* legi in Menologio, *Strictii intellige: præter quod nullum est ex modo allatis, quod ista die tam referat. Effermatio nominis multiplex est*; *nimirum* Cholinduch, Golinduchta, Chelinduche, Golinduch, Golanduchta, Golauduch, Colinduca; *& si quæ sunt alia ejusdem nominis metamorphoses*; *quibus lectorem morari nolim.*

Præterea Vossius virili sexui eam annumerat. C

2 *Tomo* I *Julii pag.* 634, *inter alios Martyres locum etiam suum dedimus cum Strictio* S. Cholinducho, *monentes nomen* Cholinduch *pariter haberi apud ipsum die* XX *hujus. Idemne isti omnes, an diversi? Imprimis Martyrem relatum die tertio, distinguendum esse a nostra, evincit non modo virilis sexus, cui ipsum accensendum putamus ex terminatione nominis ejus; sed maxime hoc probant tempora, quo passus fuit, genusque ac comites martyrii; de quibus nos ibidem in eorum elogio: ut necesse sit duos ejusdem nominis sed diversi sexus martyres, diversis diebus inserere Fastis sacris; relatam vero die* XX *huc retrahere, ab hodierna haud distinctam: tametsi Vossius lib.* 3, *de Historicis Græcis pag.* 416, *virili sexui eam imperite annumerat, ita scribens*: Golauduch ille a magis Persis variis excruciatus tormentis, martyris coronam accepit anno DXCIII ut est apud eosdem (*Evagrium ac Nicephorum*) ac Theophylactum in historia Mauritii Imperatoris lib. IV, cap. XII.

Errorem quo citati scriptores convicti

3 *At vero si eorum, quos citat, textus vel levi oculo inspexisset, non adeo turpiter hallucinatus fuisset. Evagrius quidem aptat titulum suum sanctæ matri* Golauduch; *cui consonat narratio inferius producenda*; *Theophylactus autem sic vocatus illa habet, interprete Jacobo Pontano nostro*: Refert autem fama, quo tempore Chosroes in regiam redierit, feminam vixisse apud Hierapolim Cholinducam nomine. *Nicephorus ita loquitur*: Tum temporis vero etiam Golinduch martyr vivens (ζῶσα in feminino *Julii Tomus III.*

4 *Duplex in promptu est elogiorum classis*; *alia quippe genuina ac sincera, ab Auctoribus synchronis ad posteros transmissa: alia vero fontes Metaphrastis sordibus infectos sapiunt, ac fabulosis quisquiliis turgent*; *ut nimium quantum Græcis familiare est in hac parte loquaculos congerrones agere, ac scenæ servire potius quam veritati: quæ hujusmodi mercibus non leviter contaminatur. Ipsius farinæ censeo esse Acta in supradicto Supplemento narrata post duos sequentes versiculos, ipsius triumpho adaptatos:*

Elogia non omnia ejusdem auctoritatis: e quibus suspectum nobis supplementum ad Menæa excusa.

Σκιναῖς Γολιν δοὺχ, εἰς Ἐδὲμ δὲ σκιναί σοι
Τὸ τῦ βαλσάμυ, ὡς σκιάζουσαι νάπαι.

Scenæ Golinduch subit: at est scena illius, Cœli fluentes balsamo, umbrosum nemus. E

Λύτη ἰδοῦ ἐκ Περσίδος σωοικήσασα ἀνδρὶ ἀρχιμάγῳ, ἐπὶ μετὰ βασιλέως Περσῶν Χοσρόε, Ῥωμαίων δὲ Μαυρικίυ. Γενομένη δὲ ἐν ἐκστάσει, ὁρᾷ ἄγγελον Θεῦ, πόσον αὐτῇ σκότος καὶ πυρὸς ὑποδεικνύοντα, ἐν ᾧ ἰδεῖν λέγεται τὰς προγόνας αὐτῆς, τοῖς εἰδώλοις πιςδόντας, καὶ ἕτερον φωτεινόν, ἐν ᾧ ἐχαίρουσι, καὶ ἠγάλλοντο οἱ τῷ Χριςῷ λατρεύοντες. Εἰσελθεῖν δὲ βυλομένην αὐτῇ, ἐκωλύετο ἐπὶ τῷ φανομένῳ ἀγγέλῳ, ἀνεπίβατον εἶναι τοῖς ἀπίςοις λέγοντος τὸν τόπον. Λύτη καὶ ἀναπνεύσασα, βαπτίζεται, καὶ Μαρία μετονομάζεται. Καὶ διὰ τῦτο καθεδίζεται ἐπὶ τῷ ἀνδρὸς καὶ παρὰ τῷ Βασιλέως, ἐκπέμπει εἰς τὸ Λίθυς φρέαρ, καὶ διαγαγῦσα ἐν αὐτῷ, χρόνυς ἑπτὰ καὶ ἐπτά, ἐμ μὴ πειθθεῖσα, εἰς λάκκον ἐκβάλλεται, ἐν ᾧ ἰδοὺ δράκων κατέπλαξεν ἑαυτοῖς τοῖς προσιοῦσι. Καὶ πεξαμνατον χρόνον ἐν τῷ λάκκῳ ποιήσασα, ἐξαμείρουσί πι αὐτὸν, ὡς αὐτῇ ἐπικλίνεσθαι καὶ ἀναπαύεσθαι. Καὶ ἄσιτος μείνασα, χαίρει λαβοῦσα ἐκ

Auct. J. P.

Θεῷ μᾶλλον πείθεσθαι, μὴ δὲ προσδεῖσθαι ἀνθρωπίνης σοφῆς. Εἰσιοῦσι δὲ αὐτοῖς ἀπόκρυφον ἐφάνη, τῷ τοῦ Χοσρόου υἱῷ παιδίον ἀναιρεῖς ἔθεσαν, καὶ τύπτουσι μάχαιρᾳ παρ' αὐτῷ, ἐξ οὗ ὁ μαχὸς αὐτῆς διαῤῥήγνυται, καὶ σὺν σπαρῷ ἀθαλῆς καμινίας ἐμβληθεῖσα τῷ κεφαλῷ, καὶ ἀσφαλισθεῖσα, ἔν τινι τόπῳ καπνοῦ προσρίπτεται, ἀβλαβὴς διαφυλαχθεῖσα, ἐπὶ ὃν εἰσῆκται, ἔνθα προσεταχθησαν ἄνδρες ἀπολῦσαι, εἰσιὸντες εὑρίσκουσι τὸ σῶμα αὐτῆς.

5 Οἱ δὲ εἰσερχόμενοι, παντελῶς ἠφάνισον κρυπτομένην παραδόξως ὑπό τινος ἀοράτου. Σφαγιασθεῖσαν δὲ ξίφει, καὶ ἀπαγομένην τμηθῆναι τὴν κεφαλήν, ὑπὸ ἀγγέλου ὁρμηθέν, ὃς ὁρᾶται τὴν σφαγίδα ποιῶν ἐκ τοῦ ξίφους αὐτῆς ἐκβαλεῖν, τῷ ἀπαγοντι δημίῳ δίδωσιν ἀπολῦσαι αὐτήν. Τῆς δὲ δυσφορούσης ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ἐπεστὰς ὁ ἄγγελος, ξίφος κατέχων, πλήττει παντὶ τῷ αὐχένι, καὶ ἔδοξε μόλις ἐργάσασθαι, καὶ ἐκ τομῆς αἷμα ῥυὲν σὺν καὶ πολλοῖς ἐμάτια ἐμολύνθησαν, καὶ ἱκανοὺς πολλοὺς ἐργάσατο. Ἡ δὲ Ἁγία παραγενομένη εἰς Ἱεροσολύμους, καὶ προσκυνήσασα τοὺς ἁγίους τόπους, τισὶ μοναστηρίοις παρέβαλε τὴν, ἐν οἷς ἡ δυσσεβὴς Σεβήρα αἵρεσις ἐπολιτεύετο.

6 Αἰτησαμένη δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποκαλυφθῆναι αὐτῇ, εἰ χρὴ προσελθεῖν τῇ κοινωνίᾳ αὐτῶν, ὁρᾷ ἄγγελον, δύο κατέχοντα πόρους, ἐν μὲν σκότος μεστὸν, καὶ ἕτερον φωτός. Τὸ μὲν οὖν τοῦ φωτὸς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐστί. Τὸ δὲ σκότος αἱρετικῶν. Παρακληθεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ κατὰ καιρὸν ἱερέως τῆς ἐκκλησίας παραγενέσθαι εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ πὰ ἀγαθὰ τοῖς βασιλεῦσιν εὐξασθαι, εἶπεν ἐγγὺς εἶναι τὸ αὐτῆς μετοικεσιον, καὶ εἰς τὸ χρεὼν ἀπαλυσιν. Ἐλθοῦσα δὲ ἀπαντᾷ τῷ Νικηβίου καὶ τῷ Δαρᾶς εἰς τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Σέργιου, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστήσασα, καὶ ποσῶν μακρῶν καταχθεῖσα, καὶ μέλλουσα ἐκλιπαρεῖν, ἠύξατο πάντι τῷ κόσμῳ σωτηρίαν, καὶ ὕπνῳ τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Τρύφωνος, τῷ ὄντι πλησίον τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἀρχαίας κώμης.

7 Erat ipsa (*Golinduch*) e Perside, cohabitans viro magorum principi, sub imperatore Persarum Chosroe, Romanorum autem Mauritio. In ecstasin vero rapta videt angelum Dei, qui ostendebat ipsi locum tenebrarum & ignis, in quo ferunt vidisse majores suos, qui idola coluerant; & alium luminosum, in quo choreas ducebant & exultabant cultores Christi. In quem dum vellet intrare, prohibebatur ab angelo, qui ipsi apparebat, dicente, locum istum infidelibus impervium esse. Mox itaque ad meliorem mentem reducta, baptizatur, & Maria cognominatur. Qua de causa a viro, & ab Imperatore condemnatur, & dimittitur in custodiam Lethes; ubi exactis octo & decem annis *, & a proposito non dimota, injicitur in lacum, in quo erat draco, horrorem incutiens aduentibus. Tribus autem mensibus in lacu morata, eum mansuefecit, adeo ut ei ipsi inclinaret, & requiesceret. Cum vero absque cibo degeret, gratiam accepit a Deo, ut a fame non cruciaretur; & humano cibo non indigeret. Postea inde extracta, filii Chosroae tribunali sistitur, flagrisque ipsius jussu caeditur. Unde mammilla ejus disrupta fuit; atque ipsa in D facecum, fuligine camini instructum, capite projecta, at illaesa, in locum quemdam solitarium projicitur; at sine damno conservata, in domo ponitur, in qua constituti erant viri, ut eo ingressi, corpori ejus injuriam inferrent.

8 Postquam intrassent, ipsam haud reperierunt, mirabiliter absconditam, ut non videretur. Itaque, appositio ad collum signaculo, cum abducererur, ut capite plecteretur, ab angelo liberata est; qui invisibiliter signaculum servavit integrum; a collo ejus ereptum; & lictori, eam abducenti, tradidit ut eam dimitteret. Ubi autem aegre ferret, quod non pateretur propter Christum; angelus, qui adstabat, gladium tenens, percutit collum ejus, & scindenti similis apparuit, fluente e scissura sanguine, quo vestimenta ejus, quibus erat induta, respersa fuerunt, multaque E sunt sanationes operata. Sancta vero, Hierosolymam digressa, & loca sacra venerata, ad monasteria aliqua se contulit, Severi haeresi infecta. Cumque petiisset a Deo, ut sibi revelaret, an cum illis communicare par esset, angelum videt, tenentem duo poculа; unum quidem tenebrarum plenum, alterum vero luminis. Lumiois autem, Catholicae Ecclesiae (*symbolum est*) tenebrarum vero haereticorum. Accita porro ab eo, qui tum temporis erat Pontifex ecclesiae, ut Constantinopolim tenderet, & illis, qui imperabant, bene precaretur; dixit prope adesse discessum suum, & debitam naturae resolutionem. Postquam autem perveniisset ad medium Nisibis & Darae ad oratorium S. Sergii, Deoque gratias egisset, longo morbo detenta, jamque defectura, precabatur toti orbi salutem, & sic spiritum Deo tradidit. Celebratur autem ejus solennitas in oratorio S. Tryphonis, quod est prope S. Irenae antiquae & novae.

9 *Notat Rosweydus in Onomastico suo ad Vitas Patrum, locum* Lethes (*Graece* λήθης) *id est* oblivionis, *fuisse* postremis temporibus apud Persas carcerem, cui LETHE nomen impositum; in quem nullus nisi capitali supplicio destinatus conjiciebatur. *Addit nominis etymon ex Procopio lib. 1, de Bello Pers.* Quidam enim casu fortuito in hunc carcerem injectus fuit; nec ejus apud illos, qui ipsum ei mancipandum judicabant, memoria superesse lex sivit: sed praedictio calamitatis, ipsa F fuit mors. Unde & denominationem hanc apud Persas accepit. Semel autem Armenorum Historia dicit per legem carceris Lethes dissolutam esse Persarum potestatem hoc modo *etc. Paulus Diaconus Histor. lib. 17*: In Perside autem est carcer, qui dicitur Lethe, & Rex Persarum multos a diversis gentibus in hoc conclusit una cum captivis civitatis Darae. *Porro de Dara, ab Anastasio Imperatore ex vico ignobili, in urbem evecta, sita in Mesopotamia ad limitem Persicum, & a Justiniano Imperatore non segniter munita, agit Procopius de Aedificiis lib. 2, cap. 1. Non procul inde Nisibis; de qua supra etiam mentio. Jam vero non mirum hic alicubi ad limites Persidis oratorium stetisse S. Sergio sacrum, non modo quia hic Martyr, ut ait Baronius ad annum 592, in Oriente celeberrimus fuit; sed etiam quia vota ab ipso Chosroe* in periculis constituto, sedulo studio *eidem* nuncupata *fuisse, ibidem tradit. De quo videri*

potest

Ex Symeone Sirmondi

& Mr. Chiffletii

quid & latine.

* *melius infra*: longo tempore

& notationibus illustrem.

A *poteſt Euagrius lib. 6, cap. 21. Et ſequenti anno narrat, eumdem* jam ad ſuum regnum reſtitutum, miſiſſe ad Gregorium Epiſcopum Antiochenum, crucem multo auro & lapidibus pretioſis exquiſite elaboratam, qua honorem Sergii, martyris inclyti illuſtrari voluit. *De templo antiquo S. Irenæ CPoli, a Conſtantino Magno ædificato; aliisque ejuſdem nominis novo, agit Gangius CPoli Chriſtiana lib. 4, pag. 197.*

§ II. Alia quædam ejus elogia: Acta Sanctæ ex purioribus fontibus.

Quid de S. Golinduch aut Synaxario B. Mariæ.

QUamvis Synaxarium Baſilianum nihil habeat ſingulare, quod præter illa, quæ jam edidimus, hic referri mereatur; tamen quia eorum menſis Julius iſtius Synaxarii, ad calcem tomi primi eorum ſui Græce, Latine vero redditus ſuoque ordine per omnes ejuſdem menſis tomos vagari debet, viſum eſt de nova hac etiam cum Latinum reddere: Chriſti martyr Cholinduch e Perſide fuit ſub regno Mauritii. Dum vero cohabitaret viro magorum principi; videt in ſomnis angelum Dei, qui oſtendebat ipſi locum luminoſum, in quo juſti ducebant choreas, & alterum tenebroſum, in quo idololatræ pœnas dabant. Dumque tentabat intrare in luminoſum locum, prohibebatur, dicente angelo: Quod ſi non fias Chriſtiana, non intrabis. Simul atque igitur e ſomno evigilaſſet, baptizatur. Quod ubi innotuiſſet viro ſuo, & Imperatori; incluſa eſt in cuſtodia, cui nomen Lethe: deinde in lacum, in quo erat draco, per multos etiam annos immiſſa, variis modis cruciata eſt: & appoſita ad collum bulla, ducebatur, ut capite plecteretur. Poſtquam autem angelus bullam abjeciſſet, ſalvam illam dedit lictori; qui Sanctam contriſtatam quod non pateretur propter Chriſtum, percutiens ſpatbula ſecundum collum, ſanguinem quidem inde fecit effluere, at non abſcidit caput. Poſt hæc cum vixiſſet, multiſque profuiſſet, migravit ad Dominum. *Hæc ibi; quæ ſunt compendium Synaxarii ſuprediti, cui fere conſonant quæ habet Ruderus noſter parte 1 Viridarii Sanctorum a pag. 245, e Menæis impreſſis. Longe brevior eſt in rebus geſtis Sanctæ recenſendis Sirletus; pauca, quæ compendio refert, apud ipſum videri poſſunt die 21 hujus.*

ac Nicephorus Calliſtus.

21 *Multus etiam eſt in hiſtoria* Golinduch *pertexenda Nicephorus Calliſtus lib. 18 Hiſt. Eccl. cap. 35, nonnulla adjungens iis, quæ ſupra dedimus, nonnulla inde reſecans; magis rem ex vero relaturus, ſi plura reſecuiſſet.* Magis Perſicis progratam *dicit*, Aſmodoch ſcilicet patre, & Myzuch matre . . primario ex ſenatu viro in matrimonio collocatam, duos progenuiſſe filios. Et poſt triennium per extaſim extra ſe ipſam rapeam, ab angelo divino diſpenſationis ſalutis noſtræ myſterio eſſe initiatam; deinde Magis traditam *tormenta plurima ſuſtinuiſſe*, ac miracula infinita & prodigia mirifica edidiſſe; identidem angelo, qui dux ejus fuit, ad eam veniente, & ut leviter & facile omnia perferret tormenta, curante: multas etiam res arcanas indicaſſe, utpote providentiæ gratiam a Deo conſecutam. *De dracone prudenter tacet; utinam pluſculum ſibi etiam temperaſſet in ſequentibus!*

Poſtquam multos annos tormentis exercitata coronam martyrii ferre concupivit, qui ei ſolitus erat apparere, angelus aſſiſtens, & juvenem quemdam enſiferum producens, deſiderio ejus ſatisfecit: præcipiente namque illo, juvenis caput ejus ferro retrunit; & ſanguis ejus e jugulo profluens in interiorem ejus lineam veſtem femoribus tenus cruentatam manavit: quæ veſtis innumera viſa eſt edere miracula; atque ita etiam, poſt reſectionem capitis, deinceps ſuperſtes vixit. *Hæc ſatis. Reliqua, quæ habet, melius habentur ex ſcriptoribus ſynchronis. Interim nullo modo ſit mihi veriſimile aut credibile, quod aſſerit Valeſius in Notationibus ad librum 6, cap. 20 Euagrii, Nicephorum Calliſtum Vitam ejus (Cholinduchæ) ac martyrium, & res geſtas breviter deſcripſiſſe, ſicut a Stephano Hierapolitano epiſcopo, qui librum de ejus Vita ſcripſit, acceperat. Supereſt, ut adeamus parietes fumo, defectus inde aquas hauſturi; quarum admixtione ſuperiora, in quibus vera fulſis videntur monumenta, expurgari queant a ſordibus.*

B

C

D

E

F

22 *Laudatus Euagrius eodem libro 6, cap. 20 breviſſime geſta Martyris perſtringit interpretis Valeſii in hac verba:* Iiſdem temporibus (*ætate de Choſroe Juniore*) Golanduch, martyr vivens ac ſpirans, apud nos manſit: quæ a Perſarum Magis graviter excruciata, diuturnum & laborioſum martyrium pertulit, multaque miracula perpetravit. Porro ejus Vitam ſcripſit Stephanus antiquior, epiſcopus Hierapolitanus: *qui claruiſſe legitur circa annum 598. Utinam ea aliquando erui poſſit, ut tranſmittat ad poſteros plurima de hac Sancta ſcitu digniſſima, quæ haud dubie ibidem deſcribuntur, atque hactenus nos latent. At jacturam hanc utcumque compenſat Theophylactus Simocatta, lib. 5 cap. 12, cujus textus, ex jam dicta forteſſe Vita contractus, ſive, quod præplacet, ex fama communi acceptus, ita habet ex verſione Pontani noſtri.*

Damnum ſincerioris ex Euagrio.

& ex Theophylacto.

23 Refert autem fama, quo tempore Choſroes in regnum redierit (*de quo Euagrius lib. 6, cap. 19; quemque Baronius anno 593 in regnum reſtitutum refert*) feminam vixiſſe apud Hierapolim, Golinducham nomine: ſed τίς ἡ πόθεν; quo & undenam fuerit, ſecundum poetam, dicatur ſane, ut magnificentiſſima narratione perfruamur. Nata eſt Babylonię e magorum familia. Pater ejus de illuſtribus præfectis, veſtigalibus Perſicis exigendis præerat. Poſtquam vero ætate floreſcens, viro tempeſtiva eſſe cœpit, homini nobili deſponſa eſt. Forte epulis cum marito accumbebat; cum viſa eſt repente viribus deſici, maneregue immoto corpore, & longo intervallo ſenſibus convaleſcere. Qui caſum intuebantur (ſi modo divinam hanc extaſim caſum nominare licet) adoleſcentulam interrogant, quid ei acciderit. Reſpondet, aceibus alicubi ſub terra pœnas conſtitutas; magnorum contra bonorum delicias Deum maximum colentibus decretas fuiſſe; quem Chriſtiani religioſe venerantes, a Perſis irridentur.

Aſſaſſatio

14 Tum vir ejus verba ſubſannare, perſpectoque conſtanti illius Chriſtianiſmi complectendi propoſito, fuſtibus impingendis ad ſanitatem reducturum arbitrari: necem inſuper minitari, quam Perſæ more majorum illis inferunt, qui magorum dogmata aſpernantur. Sed illa divino amore mentem erecta,

A cta, aures claudere; dicta in vento & aura
AUCT. J. P. scribere. Eidem alia quædam divina, præstantiorque illustratio contigit. Astitit enim angelus forma & veste fulgentissimus, iterum priora ei spectacula exhibens, & mox futurum mariti obitum prænuntians. Prædicta eveniunt: maritus diem suum obit: mulier relicta Babylonia, Nisibin proficiscitur; ibique Christianorum sacerdotes nacta, vicissim confitetur magnalia Spiritus: atque ab iisdem sacerdotibus vere cælesti & arcana Christianorum disciplina initiatur.

brevitas describentis.

15 Hoc ut magi compererunt, eam requisitum se in viam dant: Nisibi adsunt, & potissimum agunt, indeque secum abducere feminam conantur. Cum verbis actum agerent, tetro carceri eam longo tempore includunt: sed auxilio Dei omnia circumspicientis, eamque nullo tempore absque testimonio sibi reliquentis, angelo apparente e custodia exit; atque Romanorum provinciæ succedens, apud
B Hierosolymam insignem & inenarrabilem Dei magnificentiam divulgat, sacrisque precationibus ad sepulcrum magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi effusis, & Crucem passi monimentum similiter venerata, Hierapolim regressa est: multaque eventura Chosroæ vaticinata (cum etiam Romanis de ejus ad ipsos perfugio ac transitione, antequam fieret, prædixisset) & vita exemplo angelico, atque ut decet Sanctos, tum animo tum cor- D
pore traducta, ab his rebus mortalibus discessit, tolerantiæque corona triumpho sempiterno redimita est. *Brevius quidem, at sincera narratio: procul valere jussis oratoriis phaleris, adornationibus scenicis, & catastrophis parum verisimilibus; qualia superius in productis elegis nonnulla notavimus, theatro aptiora, quam Actis Martyrum sinceris ac genuinis.*

16 *Ceterum non rari aut obscuri præluxerunt nobis characteres, ut de ætate, qua Sancta vixerit, fluctuatur. Hujusmodi characteres sunt Mauritius, Chosroes (Junior videlicet) Evagrius ac Theophylactus Simocattus; adde Stephanum Hierapolitanum, Vitæ scriptorem; e quibus arguimus, Sanctam floruisse exeunte sæculo sexto, & forte etiam septimi initia attigisse. Utra vero Hierapolis, in qua videtur e vita migrasse, quantum colligimus ex textu Theophylacti num. 13, hic intelligi debeat; an Syriæ, ab eodem lib. 6 cap. 19* E
nuncupata; metropolis Euphratesiæ; an vera Phrygiæ; non videtur ambiguum: nam si oculos conjiciamus in profectionem Sanctæ Nisibin versus, relicta Babylonia; venerationemque sepulcri ac crucis Domini nostri Hierosolymis, unde in civitatem Hierapolitanam regressa sit, de quibus loquebatur Theophylactus; non videtur alia Hierapolis hic posse intelligi, quam Hierapolis Syriæ in provincia Cyrrhestica; in qua supremos transegerit ac clauserit dies, inde in cælestem Hierapolim translata.

Quo tempore vixerit; quo loco obierit S. Cholinduch.

DE S. MILDREDA VIRG. ABBATISSA CANTUARIÆ IN ANGLIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

I. B. S.

§. I. Sanctæ cœnobium, in Taneti insula, ejusque fundationis occasio.

CIRCA AN. DCC

Hoc die colenda Sancta C

Cantia Angliæ provincia, a Belgis & Picardia non nisi freto divisa, qua parte ad Orientem & Septemtrionem in Oceanum quodammodo excurrit, angulum in extremis suis maritimis finibus protendit, qui qua continentem spectat, lato alveo circumseptus, insulam effermat, antiqua religione & sacris monumentis celebrem, quam inter alias sanctissimas virgines, virtutum & miraculorum fama illustriorem reddit ea, qua de hic nobis agendum est, S. Mildreda, Mildrada, Mildrida *seu* Miidritha, *e regio Anglo-Saxonum sanguine progenito, septuaginta sanctimonialium mater & institutrix, egregiis scriptorum Anglicorum encomiis laudata, de qua in Pratermissis olim locuti sunt Majores nostri* XX *Februarii, eam ad hunc diem, utpote natalem, remittendo his verbis:* S. Mildredæ virginis corpus in monasterio S. Augustini Cantuariæ anno CIↃCCLXII, X Kal. Martii in novo feretro politum est, ut in Chronico scribit Wilhelmus Thorn. pag. 1905. In Martyrologio Anglicano Wilsoni adscriptus huic diei natalis ejus in priore editione, in posteriori translatio, sicut & in Menologio Laherii. Ferrarius simpliciter ista habet: In Anglia, S. Mildredæ virginis. Citat in notis Molanum, qui ejus hoc die non meminit, sed XIII Julii, ut & Miræus in Fastis, tradit corpus Daventriam allatum. *De Saussaye ibi etiam sermo est, sed nos de ipso agemus infra.*

2 *Insulæ tutius, cui nomen* Tanet, *seu* Tanetum *vel* Tanetum, *templorum ejus veterum & monasteriorum topographicam tabulam satis accuratam exhibet Monasticon Anglicanum tomo 1, pag. 84, quem hic, ut cimelium non contemnendum, ad operis nostri formam contrahi, in æs incidi & recudi curavimus, quamquam Monasticon illud eruditis notissimum sit, & in multorum manibus versetur. Neque enim dubitamus quin Catholicorum oculis placitura sint vetusta illa pietatis Anglicanæ specimina, atque adeo distinctior idea Mildrediani cœnobii, alias* Menstrei *dicti, cujus vestigia aliqua sive rudera superesse necesse est, cum in prædicta insula, prout in geographica Cantiæ mappa exprimitur, oppidum hodiedum aut pagus exstet, nomine* Mynstes, *eo ipso, ni fallor, loco, quo olim* S. Mildredæ *monasterium visebatur, fluvio quam mari vicinius: cujus possessiones omnes qua demum ratione cujusque donatione ad cœnobium Cantuariense S. Augustini, cum Sanctæ ipsius sacro corpore transferint, fusius suo loco explicabit laudatum Thornii Chronicon; hodie earum superstes dumtaxat tristis memoria, a protestantibus Anglis in prædicto Monastico ad nos transmissa.* *celebri pertinenti præfecti in Taneto insula,* F

3 *Mira olim de Tanetensi ea insula memorasse dicitur Solinus, quæ Salmasius ipsidoro tribuit; quasi ejus terra serpentum impatiens, eos, etiam in alias partes delata, plane enecaret, unde nomen ei inditum sit ἀπὸ τῆ θανάτου, quam etymologiam falsam comprobant & quotidiana experien-* *de qua varia mira narrantur.*

Digitized by Google

Mappa Thaurini Insulæ

ORIENS

Salmetone

Aquilo

Auster

occidens

Recluſuere

A *ritutie, & ſcripturæ Angli apud Bironium in Atlante Anglico pag. 159, ubi plura de Danorum in eam expeditionibus & repetitis cladibus invenies. Ad nos ſpectat, quod ibi de S. Auguſtino Anglorum Apoſtolo, non ſine hæretico ſarcaſmo adjungitur, eum nempe* multis poſt annis in hanc terram conſcendiſſe, cujus benedictioni fœcunditatem adſcripſerint ſacerdotes credoli, monachuſque Goccelinus exclamaverit: Felix tellus, Tanet, ſua fœcunditate, ſed felicißima tot deiferorum adventum, imo tot civium ſupernorum hoſpitio! Egbertus rex Cantianorum tertius, ut Domnevam matronam, quam injuriis prius ooeraverat, deliniret, latifundium hic conceſſit, in quo illa LXX virginibus velatis monaſterium poſuit, cui præfuit Mildreda, ob ſanctitatem inter Sanctas relata, & Reges Cantii plurima contulerunt: ſed imprimis Withredus, qui, ut morem ejus ævi adnotem, ex ipſius donatione ad cumulum confirmationis, ceſpi-

B tem terræ, quam donavit, ſuper ipſum altare poſuit. *Quæ de Danorum graſſationibus ſubjicit, melius ex Thornio referemus, ubi de hiſtoria translationis.*

4 *Hic ad uberiorem cunctis notitiam facies, non ſolum expreſſa totius inſulæ topographica tabula, verum etiam fundationis ejus occaſio & hiſtoria, nullibi opportunius referenda, quam cursim perſtringit Mabillo in Annalibus Benedictinis tom 2 lib. 19, pag. 13, monaſterium exſtructum aſſerens anno Chriſti* DCLXXII. *Prædictam hiſtoriam a pluribus recentioribus traditam invenio, aſt a nullo fuſius aut diſtinctius quam a laudato Thornio, Chronici ſui cap. 24, in variis partes a nobis diſſecandam. Huc igitur ſpectat, quod habet ſub initium, narrata prius, quam paragrapho 3 dabimus*, S. Mildredæ *proſapia, ubi ſic pergit*: Medio tempore mortuus eſt Ermenredus, qui reliquit duos filios ſuos prædictos, ſcilicet Ethelredum & Ethelbrytum fratri ſuo Ercumberto, ut eos cuſtodiret, & cum adulti eſſent, eiſdem hereditatem ſuam fideliter reſignaret: qui per tempus, dum vive-

C ret, fratris deſiderium adimplevit. Obiit tamen ante legitimam puerorum ætatem die ſancti Deuſdedit, & pueros prædictos Egberto filio ſuo, in hereditatem regiam ſuccedenti, attentius commendavit, ſub forma & cauſa ſupradictis. Erat tunc quidam Regis præfectus, nomine Tunor, qui permiſſione & conſenſu regis Egberti, prædictos parvulos, ſuos videlicet conſobrinos, & fratres Dompneuæ apud Eaſtri interfecit, & eos ſub regio ſolio abſcondite ſepelivit. Sed lux cæleſtis ſuper innocentes lucens poſt mortem, ſcelus abſconditum hominibus revelavit.

Commiſſum in SS. Ethelredo & Ethelbryto pueris parricidium,

5 Quod videns rex Egbertus multum expavit, & ea de cauſa poſt ſororem eorum Dompneuam miſit, ut ipſa interfectionis pretium reciperet. Quæ veniens recepit terram in Thaneto, ſcilicet terram XLVIII aratrorum, ibique poſtea conſtruxit monaſterium monialium adjutorio regis illius. *Hactenus recte & ad rem ſatis, niſi eam pluribus adornare viſum eſſet, audi totam hiſteriam*: his ſanctis, S. Theodorus archiepiſcopus, & S. Adrianus abbas monaſterii hujus, & clamor totius populi regem pro conſenſu parricidii arguebant, & ſuadent eidem, ut ſororem juvenum occiſorum accerſat Dompneuam, & pe-

occaſio fuit condendi cœnobii,

tat ab ipſa veniam pro ſcelere perpetrato. D Accerſita, venit rex triſtis, veniam petiit, AUCT. & dona plurima poſuit coram ipſa. Illa vero munera renuit, & regi veniam conceſſit, hoc ſolummodo petens, ut ei daret locum in Thaneto ubi poſſet monaſterium ædificare pro fratrum ſuorum memoria & regis indulgentia impetranda. Ipſe petita conceſſit, & rogat dicere, quantum ſibi placeat poſſidere. Reſpondit Dompnena; Quantum, inquit cerva mea currere poterit uno curſu. Quo conceſſo, in conſpectu regis & multorum procerum ac populi, in Thanero emiſſa cerva currit velociter, rege & cæteris ſequentibus, atque eventum rei exſpectantibus.

6 *Iſto tempore prædictus* Tunor, invidus occiſor innocentium, clamavit, Dompnenam incantatricem, & inſipientem regem, qui terram eam fertilem & nobilem bruti animalis indicio tradidit auferendam. Necdum verba compleverat, & ira Dei aſcendit ſuper eum, & aperta terra ipſum miſerum deglutivit. Sic ſubito ſepultus & mortuus de- E ſcendit ad inferna, agro & loco, in quo ſic cecidit, nomen Dunorsleap, ex eventu rei perpetim reliquendo. Hoc facto, timor & tremor venerunt ſuper regem, & momordit eum conſcientia maculata. Jam cerva rediens, excuſſo termino longo & lato quadraginta octo aratrorum, ad Dominæ ſuæ veſtigia ſe recepit; & totum ſpatium terræ Dompneæ rex tradidit & ſuæ poſteritati eccleſiaſticæ, beato Theodoro benedicente, & iſta firmiter confirmante. Ipſa vero Dompnena, cum regis adjutorio, conſtruxit cœnobium virginale, videlicet manerium de Menſtre, & ſuperiorem partem capellæ in eodem manerio, quam in honore beatæ Mariæ Virginis ſanctus Theodorus archiepiſcopus dedicavit. Poſtea ipſa Dompnena filiam ſuam Mildredam in partes tranſmarinas, ad monaſterium virginum, quod Kalun vocatur, tranſmiſit, ut ibidem imbueretur regulæ diſciplina: quam illuc advenientem abbatiſſa ejuſdem monaſterii, cujus nomen Wilcoma, e- F am ſuſcepit cum honore.

cujus fabuloſa circuli ſanctæ rejiciuntur,

7 *Hactenus Thornius hiſtoriam aliam ſubnectens de fornace accenſa, in quam* S. Mildreda, *propoſitas nuptias averſata, juſſu Wilcomæ abbatiſſæ conjecta fuerit, ſed incolumis ſervata, de qua pluribus agendum erit paragrapho 3. Ceterum in ipſa noſtra tabula, pro picturis, opinor, arbitrio, delineatum habes præfata cervæ curſum, bellici*

ubi plura S. Mildredæ additamenta,

ferme aggeris inſtar, qui an ſatis apte fugatur, plures haud dubie mecum dubitabunt. Ad quid enim adornandæ hujuſcemodi ſatis ungaterias inventiones, ubi de Egbritti, ſeu Egberti regis pœnitentia conſtat, qua ductus ipſe Dompnenam accerſiverit, eaque interfectionis pretium receperit, terram videlicet in Thaneto *quadraginta eſſe aratrorum, quibus figurandis determinandiſque neceſſarius omnino non erat brutæ animalis curſus, quem uncumque expenderis, ſive aſcendendo ſurſum, ſive deſcendendo deorſum, nihil prorſus ſignificare, fatearis neceſſe eſt. Ut verbo dicam, non magis mihi placet tota currentis cervæ narratio, quam fornax Kalunſis in Gallia, de qua dicto § 3, latius differendum. Tunoris meritam pœnitentem nemo negaverit, at vero an ita acciderit, quemadmodum hic memoratur, valdem equidem me non probavero: id certum eſt locum hi-*

dica-

Digitized by Google

A dicatum in ipſa etiam tabula, paulo infra me-
JUST. dium, diſerte expreſſum eſſe, ſub nomine putei
A B. S. Thanet. *Hæc de cœnobio ejuſque fundatione; nunc de Sanctæ cultu ea referemus, quæ a Martyrologis, tum antiquis tum recentioribus, aliiſque conſignata ſunt.*

§ II. Sanctæ cultus ex Martyrologiis, elogia & reliquiæ.

In multis Uſuardinis ſignatæ,

PRo *Sanctæ cultu ſtant Martyrologia, atque imprimis codex Uſuardinus Ultrajectenſis, ſeculo* XII *in Anglia auctus, quem Roſweydinum appellavimus, in quo hoc die ita legitur*: Et Mildradæ virginis, ſororis S. Lebuini, Deo dilectæ & in Cantia depoſitæ. *Errat codicis ſcriptor dum* S. Mildredam *facit* Lebuini ſororem, *niſi ſpiritualem duntaxat intelligat, aut forte eo reſpiciat, quod jam tum reliquiæ ejus Daventriam in ſuperiori Geldria vel potius Tranſiſalania tranſlatæ fuerint, & cum ſacris ſanctorum Lebuini & Marcellini lipſanis depoſitæ. Simplicius, ſed corrupto nomine eam annuntiat editio Lubecenſis.* B Eodem die S. Milaradæ virginis. *Brevius etiam Grevenus*: Mildredæ virginis. *At Molanus diſtinctius*: Item S. Mildradæ virginis in Cantia, jam in Daventriam translatæ. *Rem pluribus explicat in Indiculo*: S. Mildreda virgo ſanctiſſima in Cantia ſive Cantuaria claruit, habuitque tritavum Ethelbertum regem, quem Auguſtinus Anglorum apoſtolus convertit. Reliquiæ ejus Daventriam ſunt translatæ, ſed præcipuam portionem arbitror in Anglia remanſiſſe: ex Legenda enim Sanctorum Angliæ, quæ nunc a manibus longius abeſt, alias notavi; an in Tanero quieſcat, an Cantuariæ, altercationem eſſe, necdum ſedatam. Natalis eſt tertio Idus Julii.

elogia extant in Natalibus Molani,

9 *Rem nitidius amplificavit is qui ex Molani ſchedis Natales Sanctorum Belgii collegit Petrus Louvius, ita hoc die ex Legenda Sanctorum Angliæ & Martirologio Ultrajectino rem deducens*: In Cantia, S. Mildradæ virginis, in Daventriam translatæ: Quam Dompneva mater ſacris ſtudiis imbuendam, ultra mare miſit ad Calum monaſterium; ubi ſucceſſu temporis C abbatiſſæ propinquus Virginem adamavit, & ad nuptias, cooperante abbatiſſa, concitavit. Virgo autem ſupra firmam petram fundata, reſpondit abbatiſſæ: Quomodo doctrix caſtimoniæ, & dux virginum, ad corruptionem me allicis? Mater mea hunc ad ſcholam direxit, non ad nuptias: pudicitiæ hic documentum quæſivi, non maritum, ad virtutum perfectionem veni, non ad matrimonium. Stupenda autem ſunt, quæ ob hanc conſtantiam illata pertulit probra & ſupplicia. Reverſa autem domum, cum virginibus ſeptuaginta in Thaneto habitum religionis ſuſcepit a Theodoro archiepiſcopo, & conſenſu matris abbatiſſa conſecrata eſt, & in ea congregatione plena virtutibus ad Dominum migravit, & cum magno honore eſt ſepulta. Monaſterium autem Dani piratæ combuſſerunt: unde poſtea reliquiæ translatæ ſunt Cantuariam ad monachos S. Auguſtini, vel, ut canonici aſſerunt, ad ſuam D. Gregorii eccleſiam. Fortaſſis utraque eccleſia reliquias habet; ſed & portionem aliquam inde Daventrienſibus allatam eſſe, teſtantur ſupradicta verba Martyrologii Ultrajectenſis.

10 *Neque ſane de prafatis reliquiis, a quo, quando aut qua ratione Daventriam pervenerint, quidquam aliunde hactenus innotuit, ut ex Molano accipere debuerit Sauſſayus quidquid de his in Gallicano ſuo Martyrologio tradidit, tum hoc die, tum, ut ſupra diximus,* XX *Februarii. Ita ibi habet in Supplemento*: Daventriæ in Belgio, ſuſceptio corporis S. Mildredæ virginis, cujus in iſto Martyrologio natalis colendus ſignatur tertio Idus Julii. *Tum hoc die*: Daventriæ in Belgio, veneratio reliquiarum ſanctæ Mildredæ virginis Anglicanæ Deo ſacratæ in Calenſi monaſterio agri Pariſienſis, quæ in Cathedrali ſancti Lebuini eccleſia, cum corporibus ſancti ipſius Lebuini, nec non beati Marcellini repoſitæ, tranſitus ejus hodiernum diem effecere celebrem. *In quo hic errat Sauſſayus, ſatis manifeſtum eſt, ceterum ad Daventrienſes reliquias quod attinet, ex eodem Molani fonte ſua hauſit Miræus in Faſtis, qui, præmiſſa epiſcopatus iſtius a Paulo V anno* 1559 *erectione, ita ſubjungit*: In Cathedrali S. Lebuini baſilica Daventrienſi, quæ eſt viginti E canonicorum, aſſervari ſolet pars reliquiarum S. Mildradæ virginis Anglicanæ & corpora ſanctorum Lebuini & Marcellini. *ob reliquias Daventriam translatas,*

de quibus aliqui minus conſ. dentur ſcripſerunt.

11 *Monaſticum Wionis de ſæpe dictis reliquiis paulo confidentius loquitur, ut ex ejus verbis intelliges*: Cantiæ in Anglia, depoſitio S. Mildradæ virginis, Mervaldi regis occidentalium Merciorum filiæ, ac Pendæ regis neptis, quæcum annis multis ſanctiſſimam in monaſterio inſulæ Thanatos, ſub diſciplina regulari vitam duxiſſet, miraculis clara migravit ad ſponſum: cujus reliquiæ ex monaſterio S. Auguſtini in Cantia, ubi jacebant, poſtea in Daventriam translatæ ſunt. *Præterea quæ breviter Dorganius & Menardus, tum quæ fuſius memorat Bucelinus, pro his enim omnibus ſufficiet Anglicanum Wilſoni, in poſteriori editione paulo correctius, tametſi & iſtic in nonnullis aberrans*: Minſterii (*intellige Monaſterii*) in inſula Thanet, depoſitio ſanctæ Mildredæ virginis, filiæ Mervaldi regis Merciorum, quæ in tenera ætate, contemptis mundi vanitatibus, receſſit in Galliam, ibique ſe Deo dicavit in monaſterio virginum apud Chellas prope Pariſios. Verum poſtea in Angliam F redux, & collectis in unum ſeptuaginta aliis virginibus, abbatiſſa conſtituta eſt *novi* monaſterii, quod a S. Theodoro, Cantuarienſi archiepiſcopo exſtructum fuerat in inſula Thanet, quod nunc Minſterium dicitur, ubi in ſumma vitæ ſanctimonia animam cœleſti ſponſo reddidit circa annum Domini ſexcenteſimum ſexageſimum quartum. Varia adhuc ſuperſunt in Anglia templa & monumenta in ejus honorem dicata, præſertim in civitatibus Londinenſi & Cantuarienſi. *Quæ hic corrigenda ſunt, ex aliis intelliguntur.*

Aliud Malmſb. erroneum.

12 *Petrus in Catalogo lib.* II, *cap.* 68, *paucis multa confundens, referri non meretur, ſed notari poſſunt Caſtellani verba*: In inſula Thaneto, diœceſis Cantuarienſis, S. Mildrithæ virginis abbatiſſæ, filiæ Mervali principis Merciorum, quæ in Calenſi cœnobio, diœceſis Pariſienſis educata fuerat. Reliquiæ ipſius translatæ ſunt Daventriam in Tranſiſalania. *Poſtremum locum occupet (ne recentiores omnes referre cogamur) qui ex ſcriptoribus Anglis, in Ordinis ſui trophæis longiorem orationem concinnavit Eduardus Maleviur, ſic verbis ſuis rem complexus:*

A *plexus*: In insula Taneto, vulgo Tenet, quæ Cantio adjacet, natalis S. Mildredæ virginis & abbatissæ, sororis sanctarum virginum Milburgæ & Mildgythæ, quæ nobilissimis, imo regiis orta parentibus, virtute & castitate multo exstitit illustrior, & demum hac vita mortali sanctissime transacta, æternam virginitatis & bonorum laborum, Domino donante, coronam accepit. *Deinde vero ad textus sui confirmationem plures citationes accumulat ex Wigorniensi, Westmonasteriensi, Malmesburiensi, Harpsfeldio & aliis; quorum forme omnium si non expressa verba, saltem sententias in Vitam a se adornatam transtulit Capgravius, cujus Legendam sequenti paragrapho nonnihil discutiemus.*

§. III. Natalis, ætas, Acta, lectiones, translatio & miracula.

Sanctæ genealogia ex Thornio.

B DE *sanctissimæ Virginis ortu & genere, quæ ei cum sancta sorore Milburga communia sunt omnia, agendum fuit ad hujus natalem diem XXII Februarii, quod ibi solita sua diligentia præstitit Henschenius, laudatum supra Wilhelmum Thornium secutus, cujus textum ex dicto Chronici cap. 24, saltem pro iis qui Februario carent, referre non pigebit; sic ipse genealogiam texit:* Ethelbertus rex habuit ex regina Berta filium Edbaldum filiamque Ethelburgam, alio nomine Thate dictam, quæ data fuit Edwyno regi Northanhymbrorum in conjugem, quem S. Paulinus missus cum Ethelburga convertit ad fidem, & eumdem baptizavit cum sua gente. *Immixtis aliis quæ huc non spectant, dicere debuit, ex Edbaldo processisse Ermenredum, qui genuit* ex uxore sua Oslana Ethelredum & Ethebrytum & sorores eorumdem Ermenburgam & Dempnenam, Ermemburgham & Ermemgriham. Fuerunt autem rex Egbertus & rex Lotarius & dicta Ermenhild & Ercongota filii Ercomberti regis, fratris Ermenredi & reginæ Sexburgæ, uxoris Ercomberti. C *Quo pacto familias sanctus conjungit.* Dompnena *autem*, quæ secundum quosdam est dicta Ermemburga, traditur in uxorem filio Pendæ regis Merciorum, nomine Merwale, quæ genuit sibi filium, nomine Mersin; filiasque tres, sanctam Milburgam, sanctam Mildredam, & sanctam Milgitham, post quorum procreationem rex & regina, pro merenda vita æterna, Deo devoverunt castitatem. *Hactenus Thornius; ex quo, quæ ibi sequuntur, § 2 dedimus.*

De ætate variæ sunt opiniones,

14 *De vario matris nomine agit Mabillo sæc. Benedictini 3 parte 1, pag. 444, ubi non solum* Domnenam *dictam fuisse, sed etiam* Ermenburgam, *& per contractionem* Erburgam *appellatam observat: de qua re pluribus ante ipsum egerat Alfordus noster ad annum 668, num. 8, eam non* Domnenam *aut* Dompnenam, *ut Thornius passim, sed cum aliis* Domnevam *indigitans, oppositosque scriptorum Anglicanorum textus concilians. Atque his de nomine satis sublatæ videntur difficultates, ast non æque obvium est, certam sanctæ ejus filiæ* Mildredæ *ætatem figere. Et quidem Alfordus Martyrologium Anglicanum, quod anno 664 superius ejus obitum consignavit, rectissime refutat; at prorsus non video, quid ipsum impulerit, ut eumdem referret ad annum 676, cum eo tempore adhuc junior esse debuerit, & vixdum abbatissæ munus suscepisse, ut ex aliis mox erit manifestius. Laudatus Mabillo, loco proxime citato, dum eam sæculo octavo cum matre Domneva & Milburga sorore connectit, id ut minimum indicare voluit, verosimillimum sibi esse, sanctam Virginem ad id usque tempus vitam suam protraxisse; quo certe sensim deducemur, si vera sunt quæ idem tradit in Annalibus suis Benedictinis tomo 2, lib. 19, num. 26, Tanetense monasterium conditum non fuisse ante annum sexcentesimum septuagesimum secundum.* D

AUCT. L. B. S.

non facile conciliandæ.

15 *His enim positis, non solum certum est, S.* Mildredam *ante id tempus vita excedere non potuisse, verum etiam cum a tot virtutibus in eo exercitatis in Actis laudetur, haud dubium videri potest, quin notabili aliquo temporis spatio antistitis munere perfuncta sit: nodus difficultatis in eo vertitur, ut quis alicunde educat, quamdiu in eo munere superstes fuerit. Sæpius jam citatum Wilhelmi Thornii Chronicon sic rerum seriem disponit, ut post hæc verba,* ipsa vero Dompnena cum regis adjutorio construxit cœnobium virginale, E videlicet manerium de Menstre & superiorem partem capellæ .... quam in honore beatæ Mariæ Virginis sanctus Theodorus archiepiscopus dedicavit: *immediate subjungat;* Postea ipsa Dompnena filiam suam Mildredam in partes transmarinas, ad monasterium virginum, quod Kalum vocatur, transmisit, ut ibidem imbueretur regulæ disciplina. *Id vero si admittimus, ut plane nihil est quo admittere prohibeamur, consequens primum est, eam saltem annis aliquot, saltem duobus aut tribus apud Kalenses commoratam fuisse, antequam in Taneto abbatissæ munus susciperet; alterum autem, obitum ejus nimium præcipitare scriptores Anglos, apud quorum nonnullos prius mortua supponitur, quam exstructum fuerit ipsum Minstreium cœnobium, anno nimirum, ut iterum dicam, 672.*

Verosimilius est sæculum 8 attigisse.

16 *Communior est opinio, obitum ejus figendum circa annum 680 (melius ait Mabevius eam circa id tempus claruisse) at rectius ascendit Castellanus ad annum circiter septingentesimum, a cujus calculo minime abhorrendum est. Quin imo cum sancta soror Milburga ad usque annum 722, vel ad 724, ut Mabilio censet, Wenlocensibus virginibus præfuerit, cur hæc nostra octavum sæculum, saltem aliquousque ingredi non potuerit?* F *Idque adeo statuendum videtur, nisi Edburgæ, quæ ipsi suffecta est, medii sæculi & amplius regimen tribuamus, utpote quæ anno primum 751 mortua dicitur: unde in aliorum opinione, qui S.* Mildredæ *obitum an. 676, aut citius innectunt, sequeretur, Edburgam totis quinque & septuaginta annis Tanetensi cœnobio præfuisse, quod quam incredibile sit, nemo non videt. Interim tamen cum nulla certa vestigia suppetant, ex quibus determinatam epocham eruere liceat, mediam viam cum Castellano ingressus sum, Virginis transitum anno circiter 700 innectendo. Quot annis vixerit magis etiam incertum est; uti & illud quod tam diserte asserebat supra Saussayus,* Virginem Deo sacratam *fuisse* in Calensi monasterio agri Parisiensis: *quod tamen longe facilius admitto, quam totam illam persecutionum, plagarum, & quidem perpessarum in clibano flammarum, ac mirabilis fugæ narrationem, quibus Legendam suam nimis quam liberaliter exornavit Capgravius, jam propius a nobis conveniendam.*

17 *Recte supra notavit Molanus,* stupenda

esse

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. *Quæ in Actis incredibilia sunt.*

A esse, quæ ob constantiam illata pertulisse *legitur probra & supplicia*; *addere poterat, tam prodigiosa esse, ut apud cordatum neminem fidem inventura sint, præsertim cum satis levi auctoritate nitantur, multis post beatum Virginis obitum annis, nescio a quo primum adinventa, quæ satis solerter exponit Alfordus, ad annum 676, num. 10, pag. 354, in hunc modum differens*: Multa de ejus constantia & virginitatis amore narrantur; multa patientiæ exercitia, quæ fortiter fecit atque sustinuit. Prætereo tamen illa, quia fidem superare videntur. Potuit quidem illa in monasterio existens, in veste adhuc sæculari, ad nuptias peti, quas illa, sine dubio, pientissime respuit: quod tamen ideo in caminum, vasto incendio præparatum, a Calensi abbatissa conjecta sit, non ausim asserere. Dixerit forte aliquis, Mildredam e Gallico incendio, quod in ejus castitatem parabatur, intactam exiisse, & flammas illas immaculato pede conculcasse; quod puto certissimum. Hinc qui postea scri-

B pserunt, parum caute aliud incendium, alias flammas concipientes, ornaverunt Virginem inutili fuco. Si enim illa tam immania passa est, si tam ingenti miraculo servavit Deus virginem suam, cur id antiqui tacuerunt? Cur Malmesberiensis & alii, qui Mildredam nominant, sanctamque nuncupant, pressserunt silentio, quod Deum & Virginem summe commendaret? Mildredam ergo e Galliis in Britanniam reduco, ubi certiores habeo virtutum ejus & benefactorum testes.

Initium ab Alfredo expli canatur.

18 *Ita quidem Alfordus, multissima famosæ narrationis interpretatione & censura, cui paulo severiorem adjecit Mabillo, citatis supra tomo & pagina ubi relatis aliquot Thornii verbis*: dum recitat, *inquit*, factum ejusdem abbatissæ, quæ Mildredam in ardentem olibanum projici fecerit, quod cuidam ejus propinquo nubere recusaret. Hæc aliaque id nugarum genus refellere non vacat. Si tamen Wilcoma umquam Kalæ parthenoni præfuit, ea est addenda vulgatis indicibus Kalensium abbatissarum. *Crediderim ego, quamquam id expressius non insinuet Mabillo, historiunculam illam, quæ posterum Actorum* S. Mildredæ *partem implet, causam fuisse, cur ipsa in collectionem suam non inserverit, quidquid rem eamdem adoptaverit jam dictus chronologus Thornius, auctor ipsi alias satis probatus. At quidquid hujus sit, utcumque rem sæpius versaverim, ad eam quoque modo vindicandam, ita figmentum olet, ut nisi fixum nobis esset & sacrum, integre & intacta Acta qualia accepimus, producere historiam totam, ut jacet, ex Legenda expungerem. Sub ea igitur cautione intelligendi sunt numeri 2, 3, 4 & 5. Sequentes duo Sanctæ virtutes, volatus de inimico victorias, & felicissimum obitum complectuntur. Ab 8 ad 12 recensentur miracula, quibus adjungitur satis mira apparitio ad probandam sacri corporis apud Augustinienses monachos præsentiam; ac demum translatio alia sequitur, tamquam a Lanfranco facta ad ecclesiam S. Gregorii canonicorum regularium, unde perseveraverit contentio, quam se hic legisse, supra testabatur Molanus.*

De elevatione & translatione reliquiarum.

19 *Verum de sacri corporis elevatione & Cantuariam translatione tam multa adducit Thornius cujus relationem post Acta dabimus, ut dubium omne tollere videatur: idque adeo magis verosimile redditur, quod translata post Danicas grassationes ad S. Augustini monachos universa S. Mildredæ, matrisque ejus Domnevæ in Tanete insula hereditate, nihil prius sit cogitare, quam quod eodem jure etiam sacra omnia ad eos devoluta sint; præterquam quod idem* S. Mildredæ *corpus sapius in ejusdem Augustiniani cœnobii ecclesia transpositum fuerit; ut non solum evincit Thornius, in ampliori sua jam dicta narratione, verum etiam legitur tomo nostro sexto Maji, ubi de S. Augustini aliorumque in ea ecclesia translatione, a Goscelino monacho fusius agitur, ut habet pag. 431, 432 & alibi. Adde diplomata super eadem translatione, a Canuto & Edwardo regibus concessa, quæ in citato supra Anglicani Monastici loco videri possunt. Eorum porro auctoritatem Capgravii & aliorum dictis longe præferendam, nemo, opinor, ibit inficias. Neque vero hodie de suscitanda ea controversia magnopere laborandum est: utrevis loco depositæ olim fuerint; an Cantuariæ earum modo ulla superstet memoria; utrum item Daventriæ notæ sint, quæ olim istic venerationem habuere reliquiæ; nec quæsivi, nec quærere in his temporum circumstantiis satis tutum existimavi. Ad Acta regredior.*

D

20 *Quæ præter Kalensis istius martyrii descriptionem, circa miracula & apparitiones in Legenda memorantur, quæ fide digna sint, aliorum judiciis pensanda relinquo, dum de iis alium silent præcipui Anglorum historici a Mabillo non escitanter discussi. Neque Legenda minor, in novem lectiones distributa, quam olim accepit Rolwetydus ex pago Milbam, apud Watenas, ubi proprium Officium in usu fuisse dicitur, ad alia illustranda multum confert, contracta ipsa ex Capgravio, & novo dumtaxat stylo exornata, ut ex specimine infra subjiciendo intelliges. Aliud brevius compendium etiam Ms. reperio, ex codice monasterii S. Amandi desumptum, indeque ad nos transmissum, quod satis est hic nominasse. Miraculum in hac epitome additur, apud alios scriptores non repertum. Habent & ipsum jam dicta lectiones Milbamenses cum aliis obiter quodammodo indicatis; quæ omnia, uti & aliud, quod Thornius suggessit, ad calcem, post translationis historiam subnectemus. Hic unum superest, ut ex prædictis lectionibus, in quibus nomina propria mirum in modum deformata sunt, specimen aliquod exhibeam, ex quo de reliquo contextu fiat conjectura; inde ad Legendam ipsam perrecturus. Sic habet lectio secunda.*

Lectiones ex Legenda contracta.

21 Glorioſissima autem Domneva tres pretiosissimos flores sanctæ Trinitatis, tres sanctissimas Christo sponsas Milburgam, Mildretham, & Milgitatam florificavit, & hoc quasi trifolium lilium pro sceptro tulit. Nomina simillima, pro formarum gloria, æqualis gratia: mens & amor & sanctitas trium erat unica. Hinc Milburga, ut fides, inde Milgitata, ut spes, media coruscat Mildretha, ut caritas. Nam & in reclinatorio Salomonis media caritate constrata sunt. Sed Domneva post necem germanorum suorum Addelredi atque Adelberti, quos & in Martyres columna lucis, de cælo fusa, mox declaravit, accersita ab Egberto rege, nepote suo, de regno Merciorum quadraginta octo arattorum possessionem accepit, proposita scilicet conditione, quantum cerva ipsius domestica uno impetu excurrere poterat, sicut ipsa divino spiritu volebat. Hic itaque virginale cœnobium in honore Dei genitricis constituit, & a sancto archipræsule Theodoro dedicare obtinuit, turbæque virginum religio-

eam involvunt potius quam illustrat.

Digitized by Google

A ligioſiſſimæ ibidem prima materna dignitate præfulſit ; ſicque beatam Mildretham huic genuinæ regioni ſuæ ſecum perpetuavit. Poterat tunc videri quindecennis puſiola , vel beatæ martyris tuæ Agnetis conva , ſenſu vero Agnetulo æque grandæva. *Hæc ſufficere exiſtimo : habe modo Vitam , a gravioribus mendis typographicis correctam: cetera , quæ ad Commentarium reduci non potuere, in annotatis explicabuntur.*

V I T A

Ex Legenda Joannis Capgravii.

a

Orta regio ſanguine in Galliam deſtinata.

VIrgo ſancta Mildreda ex nobili proſapia *a* orta eſt ; cujus trinavus exſtitit Ethelbertus Cantuariorum rex , per Auguſtinum, Anglorum Apoſtolum converſus. Cui ſucceſſit Edbaldus filius ſuus , qui quoliter cum plebe ad idololatriam rediit , & poſtea reſipuit, in

B Vita S. Laurentii ſuperius vide. Hic Edbaldus Ermenredam & Ercombertam , & ſanctam Eanſwidam genuit ; Ermenredus rex genuit Ethelredum & Ethelbrictum , & filias quatuor, Dompnevam , Ermenburgam , Ermenburgam & Ermengitham. Dompneva genuit S. Milburgam , Mildredam , Milgitham & Mereſin pueram Sanctum. Interfectis enim *b* ſanctis martyribus Ethelberto & Ethelbricto *c* , rex Cantiæ Egbertus , accerſita Martyrum ſorore Dompneva , in Thaneto inſula *d* locum ad conſtruendum monaſterium conceſſit pro germanorum memoria *d* & ſua indulgentia, ſicut in Vita Martyrum clare elucefcit. Hinc enim Dompneva filiam ſuam Mildredam, ſacris ſtudiis imbuendam , ultra mare mittit. In ſæculari enim habitu ad monaſterium virginum , nomine Calum , deſtinata , & liberis tradita , in brevi tempore cunctas virgines humilitate & virtutibus ſuperabat.

a Erat autem ejuſdem abbatiſſæ propinquus juvenis ſpectabilis, nobilitatis magnæ, quem totius mali incentor in amorem virginis accendit ; abbatiſſaque acrior inſurgit precibus , blanditiis puellam occupans, ad nuptias concitavit. Virgo vero ſuper firmam petram , contra omnes impetus tentationum fundata, cuncta reſpuens dixit : Quomodo doctrix caſtimoniæ, & dux virginum ad corruptionem allicis ? Mater me huc ad ſcholas direxit , non ad nuptias ; pudicitiæ hic documentum quæſivi, non maritum ; ad virtutum inſtructionem veni , non ad matrimonium. Quo audito , abbatiſſa inſequitur ſuppliciis , cædibus , verberibus, & precibus , ut voluntati ſuæ acquieſcat. Et cum nullis blanditiis nec verberibus conſentire vellet , abbatiſſa, furore ſuccenſa , in caminum *e* vaſto incendio præparatum & inflammatum Virginem impulit , & ore fornacis obſtructo , omnis vapor intrinſecus conſtringitur ; nullus tamen omnino ardor , nullus æſtus eam tetigit, ſicut nulla libido mentem ejus maculavit. Poſt trium vero horarum ſpatium, cum ſancta virgo non ſolum carnibus ſed etiam oſſibus conſumpta crederetur , abbatiſſa ad fornacem veniens , audivit Virginem Domino clare voce pſallentem ; Igne me examinaſti Domine , & non eſt inventa iniquitas in me. Patefacta autem fornace , egreſſa eſt Virgo ſplendidiſſima , cunctos in admirationem , & quaſi in extaſim convertens.

ab abbatiſſa Calmſi formaci injecta dicitur,

C

3 Fideles hæc audientes , Virginem ſanctam venerantur , & adverſarii confuſi, etiam inviti obſequuntur. Abbatiſſa enim , unde reſipiſcere debuerat , & proficiendo pœnitere , acriore armata furore, virginalem palmam magis quam propriam tyrannidem erubeſcere cœpit : & poſt aliquot dies humilem Chriſti ancillam ſolam inveniens , in eam irruit , invadit , impetit , & inſertis utriſque manibus in Virginis cæſariem , in terram allidit , pedibus illam calcat , calcibus terit , tundit pugnis , lacerat unguibus , diſcerpit crines & exſtirpat. Mildreda crines avulſos arripiens , in loco ſecreto recondit , & caſtitatis periculum formidans, intimo ſpiritu Dominum rogat , quatenus eam a tantis diaboli laqueis eripiat , natali ſolo intactam reddat , vel in paradiſum animam ſuam recipiat. Pſalterium *f* interim ſcribit , & crines , quos abſconderat, in libello collocans, per fidum nuntium matri tranſmittit , verbis lacrymoſis expoſtulans, quatenus ipſam , inter ſathanæ venabula periclitantem , ab anguſtiis eripiat. Tunc mater ſua , miſſis navibus , cum legatis pro filia miſit ; abbatiſſa tamen , pro illatis Virgini injuriis , famæ ſuæ jacturam timens , nulla prece inſtigata , illam dimittere voluit.

f

E

4 Mildreda vero , ſtatuta nocte egreditur , & ab Ægyptiaca ſervitute liberata , redemptori gratias referebat. Cumque quorumdam veſtimentorum eccleſiæ , necnon clavis confixionis Dominicæ *g* , quæ multo pretio comparaverat , ſubita fuga cogente , oblita fuiſſet , fuſa ad Deum prece , rediit , deſideratum theſaurum cepit , & ſecum attulit. Deprehenſa diluculo Virginis fuga , omnis virginum chorus in planctum convertitur , & perſecutrix , pulſatis campanis , omnes advocat , Epiſcopi auxilium efflagitat , & cum eo validam manum ad rapiendam Virginem mittit. Virgo interim ſancta cum ſuis navem paratam intrans , maris contracti reuma *h* ſolummodo exſpectabat. Aſpicientes interim nautæ armatos perſequentes appropinquare , mortis formidine conſuſſi , quid facerent , ignorabant. Nulla reſiſtendi fiducia , nulla erat fugæ via ; hoſtes appropinquabant , refugium maris abſceſſerat , ſecum littus navem alligabat. Cumque Virgo ſancta , elevatis ad cælum manibus , preces devotas pro ſua liberatione Deo fudiſſet , littus omne mare ſubito occupans , naves elevat , & militares cuneos longius proturbat.

miraculoſe fugæ in Angliam rediiſſe, g

h

F

5 Delusa itaque perſequentium malitia , Mildreda de manibus impiorum erepta , ad portum inſulæ, quæ Ippleſſee *i* vocatur, applicuit. Ibi enim quadratum ſaxum magnum divinitus præparatum invenit, & cum Mildredæ deſcendentis de navi veſtigia excepiſſet , ita ea quaſi recenti nive aut luto infixa ſubito oſtendit , ut omnes ejus comites , miraculum hoc videntes , in admirationem & ſtuporem converteret. Non ſolum æternaliter durat hoc ſignum , virgineæ plantæ formatum , verum etiam variis languoribus affliſti lapidem radunt , & potato pulvere, ſanitatem conſequuntur. Lapis ille, ſicut a nonnullis probatur, a loco illo remotus & ablatus , iterum poſt modicum in ſua ſede reperitur : miro modo , quaſi ramus arboris, tra-

miraculo ſe ſigno in lapide relicto. i

Digitized by Google

hentibus cedit, dimissus vero, velut naturaliter resilit in suum locum. His populi accensi virtutibus, oratorium in memoriam Virginis sanctæ construentes, sacra porticu saxum illud collocarunt.

EX CAPGRAVIO.

Consulto Tancredo præfecto, malois fugat virmisbur,

6 Accersito tandem Theodoro archiepiscopo, cum septuaginta virginibus habitum religionis suscepit, & de consensu matris ejus Theodorus eam abbatissam consecravit. Virgo autem sancta virtutis via progredi, non tam sororibus imperat, quam monstrat, exemplis provocat, & omnibus humilior apparebat. Ministra esse malebat quam magistra, prodesse quam præesse, famulatu quam præcepto charitatis obsequium docere, diligi potius quam timeri satagebat, jugi abstinentia & vigiliis, orationibus assiduis Deo servire studebat. Cum autem nocte quapam ardente lumine orationibus vacaret, inimicus generis humani candelam ejus exsufflans, penicus exstinxit: cujus insidiis angelus Domini advenions obstitit, hostem longius excussit & lumen legenti restituit. Victus ergo malignus in suum perniciem aliis molitur insidias occupare; Virginem aggreditur dormientem, quam vigilantem superare non poterat, munita tamen armis fidei, & signaculo crucis signata requiescebat, & angelus Domini advenions, dormienti assedit, & splendentibus complexam alis obtexit. Exterritus hoc aspectu inimicus, pavore coactus retrorsum ruit, & cum horrendo ejulatu procul aufugit.

B

Et dum illa sapiat dormit pissime moritur.

7 Hæc enim per soporem dilecta Deo anima contemplans, hostem ruinæ suæ tabescentem vidit: cum enim nocte quadam orationi cum lacrymarum profluvio intenta esset, apparuit ei Spiritus sanctus in specie columbæ, & in capite ejus sedere cœpit, alis applaudens totum caput velut corona quadam astringebat, diu persistens & amplexans caput ejus, ut præ splendore, per unam fere horam videri non posset. Appropinquante die obitus sui, vocatis sororibus suis inter cetera dixit: Pacem & sanctimoniam inter vos habere carissimæ, caritatem Dei & proximi servate, invicem onera portate, invicem obedite, & Deus pacis ac dilectionis maneat semper cum omnibus vobis. Iis & hujusmodi perorratis hortatibus, tertio Idus Julii migravit ad Dominum, & in monasterio, a matre sua constructo, & cui præerat ipsa, cum magno honore sepulta est. Huic in regimine successit sancta virgo Edburga k, quæ cum S. Mildredam ad locum decentiorem transferre vellet, congregato clero & aperto sarcophago, Virginem cum vestibus mundissimis integram & incorruptam invenient, ut dormienti similior quam mortuæ appareret.

C

k

Vastato cœnobio, Cantuariam transferur.

8 Piratæ tandem Danorum, in insulam irrumpentes, plebem cædunt, laniant, omnia vastant, & virgines sanctas Domini in suo monasterio voraci flamma comburunt, & sic de monasterio illo famoso ecclesia plebeia facta est. Anno autem Domini millesimo septimo, regnante rege Canuto, Elfstanus abbas S. Augustini, cum corpus sanctæ Virginis ad monasterium suum transferre cogitaret, nocte quadam apparuit ei quidam, vultu & habitu lucidissimo, dicens: Scias me optatum tibi nuntium adesse; & de pretiosi corporis S. Mildredæ translatione desiderium & votum tuum consequeris & adimpletum videbis: sic enim placitum & secretum est gratiæ Dei, dilectæ sponsæ suæ honori multorumque saluti prospicienti. Assumpto autem corpore sancto, in pulverem resoluto, ad ecclesiam suam detulit & in feretro pretioso cum honore illud collocavit *l*.

D

l

Regina Emma, ope Sanctæ pristino honori restituta.

9 Regnante Edwardo sancto Confessore, Emma mater ejus accusata, regem Norregenorum ut ad invadendam Angliam concitasse, thesaurumque infinitum illi misisse, universa ejus substantia regi proscripta, Wintoniæ morabatur, [&] omnium aspectus ac colloquia fugiebat. Quadam autem nocte mentem angustiis fessam, & sopore depressam, puella quædam, sacro velamine decorata, consolata est, dicens: Quare mœrore consumeris? Pro rebus perituris cur te perdis? Quoniam nihil sunt terrenæ divitiæ, pereuntia docuerunt, quæ a te cum amatoribus suis defecerunt. Proinde bonum est sperare in Domino quam in principibus & thesauris pecuniæ. Audi tamen consilium meum, & beatæ Mildredæ auxilium, missis muneribus implora, cujus suffulta suffragiis, honori & dignitati restituta, omnes persecutores tuos indulgentiam suppliciter a te flagitare videbis. Ego sum, inquit, Mildreda Christi famula, cujus opem te exposcere suadeo, ecce interventu meo divina tibi præsto sunt solatia n. Cumque regina, ut jussum fuerat, omnia devote complesset, rex maternam injuriam ægre ferens, in pristinam dignitatem eam revocat, & veniam supplex petit.

E

n

Dum intenta in festa sua corripit.

10 In festo S. Mildredæ quidam campanas pulsantium, ante altare sanctæ Virginis sedens, dormire cœpit: & ecce Virgo sancta, inæstimabili decore fulgida, de tumba procedens, sibique minaciter accedens, elata palma, alapam ei dedit, docens eum, oratorium, non dormitorium ibi esse. Ille a somno exiliens, sicut prius dormiens viderat prodeuntem, ita prorsus vigilans redeuntem vidit, tumbamque subeuntem.

Quantum conferendi sit ad reparationem templi.

11 Cum ecclesia pristinæ requietionis suæ reparari deberet, & de sumptu solicitarentur multi, vir quidam dives vidit in somnis totum Thaneti populum collectum, invicem de sumptu conferre; & ecce adstitit in medio puella quædam decora nimis, dicens; Audite amatores sæculi, & corruptibilium facultatum custodes ac servi; vos grave fertis succurrere ædificio domus Dei; in periturisconfiditis, in bonis permansuris non speratis; sed quæ retinetis, peribunt, quæ erogatis, æternaliter multiplicata manebunt. Ecce ego, plus omnibus vobis, huic structuræ proficiam, plus mea valebit inopia, quam omnis abundantia vestra. Quibus a multis auditis, operis consummationi sedulo insistebant. Et cum lignum trabale, in quo laquearia tecti figerentur, tribus pedibus inventum esset brevius pariete, cui superponeretur, contristatus artifex beatæ Mildredæ auxilium suppliciter invocavit: mane autem facto, juxta mensuram operi aptam, tribus pedibus productum reperitur.

F

Revelatio de profunditate loci corporis ejus apud Augustinenses;

12 Senior quidam, de beata Mildreda, quod in ecclesia S. Gregorii Cantuariæ, ubi Canonici regulares, tenerentur, & corpus ejus ibidem coleretur, errans, vidit in somnis,

in

A in natali ejuſdem Virginis, angelum Domini ſibi dicentem; Surge jam, ſurge & ad nuptias ſanctæ virginis Mildredæ procede. Quo tertio audito, ille reſpondit; Ubi quæſo, ait, Domine, eam eſſe credemus? Apud S. Auguſtinum, inquit angelus; Et ille; An non potius eſt, inquit, apud S. Gregorii eccleſiam, ut nos arbitramur? Nequaquam id credas, ait ille; ibi enim numquam fuit; verum indubitanter ſcias, quod apud ſanctum Auguſtinum eſt. Et ecce ſubito videt aulam, in qua quieſcebat, ſplendore nimio coruſcare; cœli aperti ſunt, & ineſtimabili luce effuſa, angelos atque ſupernorum agmina cum immenſa claritate deſcendere, & beatam Mildredam regio diademate præfulgidam, gemmis & omni ornatu glociæ decoratam, ſummo omnium tripudio & concentu, uſque in eccleſiam S. Auguſtini, tumbamque ſuam deſcendere, clare proſpexit.

B 13 Inveni enim ſcriptum in cœnobio S. Gregorii Cantuariæ, quod anno Domini milleſimo octogeſimo quinto Lanfrancus archiepiſcopus corpora ſanctarum virginum Mildredæ & Edburgæ, in Taneto inſula ſepulta, de terra lavaverit, & in eccleſia B. Gregorii Cantuariæ, quam ad pauperum ſolamen, paulo ante de rebus eccleſiæ, cui præſidebat, ditaverat, cum magno honore transferens collocavit. Ibi revera ſerinium ſatis pretioſum adventantibus oſtenditur, ſed & altercationem inter monachos & canonicos pro corpore S. Mildredæ, nondum tempore noſtro ſedatam, periioribus diſcutiendam reliquo e, qui quod in utroque loco ſcriptum reperi, ad futurorum notitiam venire volui.

quid opponant Gregoriani.

ANNOTATA.

a *Præfatio illa explicata eſt ad* 23 *Februarii & hic rurſus in Comment. prævio* § 3. *Quæ de Edbaldi apoſtaſia & reſipiſcentia obiter ſubjiciuntur, videnda ſunt in aſſignata Vita S. Laurentii, apud nos in Actis* 2 *Februarii.*

b *Melius diceres* autem, *ad combinandas conſtructiones.*

c *In codice Uſuardino Altempſiano ſignantur* 17 *Octobris, uti & in Anglico Wilſoni, quo die de ipſis agendum erit. Neſcio cur a Caſtellano relati ſint inter Sanctos dici incerti, quos otiosos appellat.*

d *Vide quæ ex Thornio retulimus Commentarii* § 1.

e *De tota ea hiſtoria pluribus actum eſt* § 3.

f *Quid hic ad rem pſalterium? An quod pſalmos ſeu preces aliquas ſe ſcribere ſimulaverit? Nec res ipſa placet, nec modus eam exornandi.*

g *Clavumne indicare cupit, quo Chriſtus Dominus crucifixus fuit? Neſcio cui ſatis credibile ſit, S. Mildredam tantum theſaurum ſibi pretio comparaſſe.*

h *Satis patet, fluxum ſeu æſtum maris indicari, an a Græco* ῥεῦμα, *explicant gloſſaria. Nihil placet huic ſcriptori quod non miraculum ſit, aut miraculo proximum.*

i *Quæ ſit iſta inſula* Ippelsflee *vero, ſcito, aut ſaltem corrupto nomine, necdum reperi; neque operæ pretium puto eam diutius quærere. Si recte ſua connexit, & vera eſt ſani miraculoſi hiſtoria, opinor, illud non longe remotum fuiſſe ab ipſo Menſtretio cœnobio; nam* oratorium *qualecunque ibi conditum fuiſſe videtur, & erecta* ſacra porticus, *ubi ſexum conſervatum fuerit.*

k *Non una apud Anglos ejus nominis Sancta claruit. Aliquam dedimus* 13 *Junii: aliam notat Martyrologium Anglicanum* 28 *Julii; hanc remittens ad* 13 *Decembris, quo die de cultu & aliis ejus plura diſquirentur.*

l *Quæ hic curſim deſcribuntur, fuſius deducet proxime ſecutura tranſlationis hiſtoria.*

m *Vides indicari regem aliquem aquilonarem, qui hic eſſe debeat Norwegia: at tale crimen Emmæ ab annalis objectum non lego, ut vide locis notatione ſequenti citandis.*

n *Potuit in oppreſſa regina favorem etiam aliquid contuliſſe* S. Mildreda, *verum aliter hic multa inſinuantur, quæ longe aliter geſta memorant ſcriptores Angli; de probata nempe Emmæ innocentia per calcatos innoxie vomeres ignitos &c. ut videſis in Comment. prævio ad Vitam S. Eduardi* 5 *Januarii toto* § 4 & 5, *atque item* 2 *Julii* § 1, *de S. Swithuno, ubi miraculum Sanctæ iſti adſcribitur, in cujus eccleſia pridie examinis ipſum exoraverit, & poſtmodum in eadem ſepeliri voluerit Emma, poſt donationes multas ejus monaſterio factas.*

o *De ea inter binas eccleſias controverſia ſatis quoque dictum eſt in Commentario prævio.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

A Guilielmo Thorn monacho Cantuarienſi.

Ex editione Rogerii Twyſden an. MDCLII.

Tranſlationem deſcripturus Thornius

DE Thornio ipſo jam ſupra diximus, Chronicæ ejus capiti 24, præfixum titulum; De vita & origine S. Mildredæ virginis *a columna* 1905, *ubi ab ultima ſacri corporis depoſitione ſic hiſtoriam ſuam exordiur*: Anno Domini MCCLXII, x Kal. Martii poſitum eſt corpus ſanctæ virginis Mildredæ in feretro in quo nunc jacet, *nempe dum ipſe ſcriberet circa finem ejuſdem ſeculi* XIII. *Subjungit quod promiſerat, ſatis accuratam Virginis genealogiam, quam in Commentario prævio deſcripſimus. Tum vero, quod in titulo minime politicus erat, varios, poſt* S. Mildredæ *obitum cœnobii caſus, & poſtiſſimum ſacri ejus corporis, ex inſula Tanet in Cantuarienſe S. Auguſtini monaſterium tranſlationem proſequitur, ea occaſione quod bona pleraque prædicti Mildredani cœnobii ad monachos iſtos Cantuarienſes, donatione Canuti Regis tranſiſſent, a quo etiam abbati Elfſano poteſtas facta eſt, ſacras exuvias transferendi. Multa quæ admiſcentur & merdoſiſſime excuſa ſunt, hic prætereo, ea dumtaxat decerpturus quæ nos ad rei iſtius narrationem perducant. Præmiſſis igitur hiſce verbis*: Vixit autem cum ſororibus ſuis uſque ad terminum vitæ ſuæ, *ſic pergit:*

præmiſſis, quæ loco ſepulto fuerit,

2 Qua mortua & ſepulta cum matre ſua Dompnena, ſecunda abbatiſſa ſucceſſit ei in regimine beata Edburgha, matertera S. Mildredæ; Ermengytha uſque ad finem vitæ cum ea manſit, ibique dum adhuc viveret, elegit pauſam * uno milliario ad orientem monaſterii, quod B. Edburga in honore Apoſtolorum Petri & Pauli conſtruxerat, quæ ſupradictæ virgini Mildredæ immediate ſucceſſe-

* ſepulturam

EX W. THORNIO *S. Auguſtini

ceſſerat: in quo & corpus ejus decenter locaverat, ubi per ccc fere annos requievit, quouſque revelatione divina ad hoc monaſterium * fuit tranſlata ab abbate Elſtano, ut infra clarius apparebit. Illa eccleſia quam conſtruxerat beata Edburga in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli, in quam poſt aliquot annos tranſtulit corpus beatæ Mildredæ, totum integrum & incorruptum, & illud ad partem aquilonalem in feretro collocavit, eſt inferior pars verſus occidentem capellæ memoriæ noſtri de menſtre, in qua ſepulcrum ejuſdem Virginis apparet: quæ eccleſia immediate eſt conjuncta capellæ beatæ Mariæ Virginis, quam beata Dompuena, ut ſupra legitur, fieri procuravit. *Sequuntur aliqua de beatis Sexburga, Etheldritha, aliiſque ejus familiæ Sanctis, quæ hic proprie non ſpectant. Audi ſequentia:*

3 Mortua beata virgine Mildreda abbatiſſa, beata Erburt, quod dictum eſt [ejus locum occupavit.] Qua mortua, anno Domini ſexcentesimo * quinquagesimo primo, ſucceſſit Sigeburtha conſecrata a Cuthberto Archiepiſcopo. Tempore hujus Dani, ſingulis annis advenientes, Thanati inſulam devaſtabant, & moniales paucæ factæ ſunt, vexatæ a tribulatione malorum nimium & dolore. Poſt obitum Sigeburth abbatiſſæ Seledritha a rege Cudredo ſubrogatur, ab Alderaldo Archipræſule conſecrata. Iſta numerum monialium deſtructum per adventum Danorum, quantum valuit, augmentavit. De aliis abbatiſſis, iſtam conſequentibus, niſi de ultima, per Danos captivata, quidquam non reperi [in] ſcripturis. Anno MXI, mortuo Ethelredo rege Anglorum & Edmundo filio ejus, Swera rex Danorum, pater Knuti, cum magno exercitu veniens, deſtruxit totam inſulam Taneti, & dictum monaſterium B. Mariæ, conſtructum a Dompuena, cum monialibus, ſacerdotibus, clericis, & aliis pupilis incluſis funditus concremavit. Leofrima abbatiſſa prædicti monaſterii captivata, & eodem anno inter feſtum natalis beatæ Mariæ & feſtum S. Michaelis capitur Cant, & poſtea deſtruitur tota Kancia, ſed corpus beatæ virginis Mildredæ, & ſepulcrum, in quo jacuit in Taneto, intacta certiſſime manſerunt.

4 *Ex ſequenti mendoſiſſima conſtructione id eruendum videtur, dilapſis vel extinctis monialibus, clericos aliquamdiu ſubſtitutos*, qui quaſi in eccleſia parochiana miniſtrabant fidelibus, uſque ad tempus tranſlationis beatæ virginis Mildredæ ad monaſterium beati Archipræſulis Auguſtini. *Atque hic demum ſubjungitur ipſa tranſlationis hiſtoria, quam paulo altius repetit, in hunc modum*: Mortuo autem Swera vel Swano, quod idem eſt, anno quarto poſt adventum ſuum, anno proxime ſequenti venit filius ejus Knutus rex Daciæ, Noriworgiæ & Scotiæ, & ſubjugata ſibi Anglia, & diviſo regno Anglorum in Anglos & Normannos, in Anglia XX annis regnavit, qui iſtud monaſterium & beati regis & martyris Edmundi amplius quam cetera prædilexit; unde ſanctum Elmerum abbatem hujus monaſterii aſſumpſit in epiſcopum de Schirburn, quæ ſedes jam ad epiſcopatum Sariſverienſem vertit eſt *, qui cæcus factus, reliquit epiſcopatum, & redit ad monaſterium iſtud, & hic mortuus ante altare ſancti Johannis jacet ſepultus. Scilicet & eodem tempore rex Knutus Elſtanum monachum hujus loci in epiſcopum Wyntoniæ aſſumere nitebatur. Sed contra totis viribus reſtitente, ab Elnotho archiepiſcopo conſecratum abbatem hujus loci conſtituit, poſt Elmerum. Itaque abbas Elſtanus dilectus Regi & omnibus ante piabilis *, poſtquam emerat villam de Felkeſtan pro qua vendicor medietatem poſſeſſionis eccleſiæ beatæ Mildredæ, qui poſſidebat tunc, repoſuit, cogitabat qualiter regis licentiam pro Virgine transferenda poterit obtinere.

5 Sed cum inſiſteret devotis orationibus, imploraret Virginis conſenſum & Dei adjutorium, ut in his ſuum deſiderium impleretur, quadam nocte apparuit ei quidam dicens: Lætare, Pater, certiſſime de pretioſi almæ Mildredæ corporis tranſlatione votum tuum & deſiderium conſequeris. His auditis, remoto dubio, pergit ad Alfwynum, pro ſuffectum epiſcopum Wyntoniæ, ſuum benevolum ſpecialem. Qui ſimul ad Regem venientes dicunt eidem, quæ abbati Elſtano ſunt divinitus revelata; devote ſupplicantes regiæ majeſtati, ut liceat abbati ad monaſterium ſuum transferre corpus ſanctum Virginis glorioſæ. Rex gratiſſime audiens petitionem eorum, dimittit abbati prædicto reliquam portionem poſſeſſionis almæ Mildredæ; & omnes terras cum pertinentiis, quæ tunc ad dictum monaſterium beatæ Mildredæ pertinebant, vel ablatæ fuerant quovis modo, conceſſit & dedit pro ſe & heredibus ſuis prædicto abbati & conventui monaſterii noſtri in veram, puram & liberam poſſeſſionem perpetuo duraturam, iſtam donationem cartæ ſuæ pleno robore confirmando. Sed corpus beatæ virginis Mildredæ tranſferendum adhuc non conceſſit, ſed abbatem in ſpem poſuit, ſuum deſiderium conſequendi.

6 Contigit autem non multum poſt quod idem rex Knutus Romam adire voluit pro certis cauſis. Qui dum iter arripuit, venit cauſa orandi ad eccleſiam iſtam cum prædicto Alfwyno epiſc. Wintonienſi, qui movit regem de tranſlatione beatæ virginis Mildredæ, ut præmittitur, concedenda. Tunc rex Knutus, manum imponens ſuper altare ſancti Auguſtini, votum vovit Deo & ſancto Auguſtino in præſentia procerum, qui ſecum venerant, & prædicti abbatis & multorum fratrum præſentium, patria voce dicens: Si gratia Dei & beati Auguſtini patroni mei adjutorium deduxerit & reduxerit me proſperum in terram meam, promitto veraciter corpus beatæ virginis Mildrethæ in hoc monaſterio beati Auguſtini Anglorum apoſtoli tranſferendum. Poſt factum votum egreditur rex ad Sedem Apoſtolicam. Expeditis negotiis, pro quibus venerat, cum abſolutione & benedictione Apoſtolica, ad regnum ſuum dirigit greſſus ſuos. Cum Cant rex veniſſet in altitudine maris, ita ut regnum ſuum videre poſſet, tempeſtas fere remerſit eum, cum claſſe magna magnatum Angliæ, qui venerant obviam regi ſuo: ſed per vocatum Auguſtini adjutorium tempeſtas ceſſavit & arripuit litus optatum, perdito nullo viro.

7 Rex cum omnibus ſuis ad eccleſiam beati Auguſtini properat adorandum, & notum facit omnibus mirum quod eis evenerat infra mare. Et iterum motus rex per prædictum epiſco-

B

C

D

E

F

* *Ita* pro ceteris pius?

a quo abbas Elſt. aurt priorem bene Monſtrii equitis,

deinde poſt Cnuti Romæ reditum,

etiam ferrum corpus obtinuerit,

* *forte* unita eſt.

Tumſtrudis favores in monachos Cnuti regis,

* *leg.* ſeptingenteſimo

A episcopum Wyntonienſem dedit abbati licentiam transferendi corpus prædictæ virginis Mildrethæ, reddens Domino votum ſuum. Præcepit tamen rex abbati, ut proxima Pentecoſte, quæ prope erat, ad ſe veniret, & translationem faciendam ipſe rex per conſenſum procerum & per litteras ſuas firmius confirmaret. Abbas autem Elſtanus diem prævenies limitatum, ipſo ſancto ſabbato per favorem Emmæ reginæ & magnatum, qui aderant, regias litteras obtinuit, translationem prædictam adhuc faciendam, firmiter confirmantes. Inde ſine mora eadem die adiit Thanetum, & amicis & vicinis convocatis, proximo die ſequenti, videlicet ipſa Dominica Pentecoſtes, fecit convivium in domo ſua. Peracta igitur ſolempnitate diei, convivæ revertuntur ad propria cum benedictione abbatis, negotio, pro quo ibidem venerat, omnibus celato. Ipſa quidem nocte cum ſecretariis ſuis ſibi conſciis quid fieret, idem abbas Elſtanus eccleſiam ingreditur, & præmiſſa oratione, cum reverentia & timore

B accedit ad ſepulcrum beatæ Mildredæ virginis venerandæ. Et dum niterentur totis viribus, qui aderant, extrahere reverenter theſaurum abſconditum, nulla cautela, nullis inſtrumentis tumbam Virginis poterant aperire.

8 Tunc abbas triſtis valde in ſpiritu humilitatis & corde contrito; Deo & ſanctæ Mildredæ virgini fudit orationem cum lacrymis, ut ipſum, quem ſancta Mildreda per revelationem ad transferendum corpus ſuum ad eccleſiam ſancti Auguſtini invitaverat, domum ſine ſuo corpore, pro quo venerat, vacuum non remittat. Item vovit ibidem abbas Elſtanus, quod ſi transferri dignaretur, quod ad ejus feretrum, quod tunc in eccleſia ſancti Auguſtini ante altare paratum erat, pro ipſa imponenda, omni die celebraretur Miſſa maturinalis, & ejus feſtivitas omni tempore inter feſta ſolempnia fieret principalis. His dictis, permolitur duricies lapidum, & aperitur ſepulcrum beatæ Mildredæ virginis; & egreditur odor ſuaviſſimus; & aſſumptum corpus beatæ Mildredæ jam reſolutum, poſuit in linthiamen nitidum, & ipſum linthiamen cum reliquiis mittit in peratum ſcrinium. Sicque ipſe abbas Elſtanus & dominus Godwynus decanus & Benedictus & Radulphus venerabiles fratres hujus monaſterii, fugerunt verſus domum, portantes ſcrinium cum corpore beatæ virginis Mildredæ, nihil ibidem de prædictæ virginis reliquiis relinquentes. Homines autem de Thaneto, neſcio qualiter hoc ſcientes, inſequuntur abbatem & comitivam ſuam cum gladiis & fuſtibus & magna vi armorum, cupientes eripere ab eis corpus Virginis glorioſæ. Sed ante eorum adventum, abbas cum comitiva ſua & reliquiis navem intraverat, & fere pervenerat ad litus optatum; & dum perſecutores nihil habuerunt in quo poterant proſequi fugientes, ad propria vacui revertuntur.

quod olim inſciis incolis ablatum.

Contractum ſolennitatis tranſtulit an. 1031.

9 Anno igitur Domini M.XXX, XV Kal. Junii anno regis Knuti XIV, & domini abbatis anno VII, videlicet XV Kal. Junii die ſupradicto, idem abbas Elſtanus tranſtulit de Thaneto corpus beatæ virginis Mildredæ, & clauſum in prædicto ſcrinio poſitum eſt ante D magnæ altare hujus eccleſiæ, in tumba ad hoc parata. Ad cujus caput prædictum altare conſtructum erat, in quo Miſſa matutinalis celebrata fuit omni die. Jacuit autem beata virgo Mildreda in eodem loco videlicet paululum ſuperius quam magnum candelabrum, vocatum Jeſſe, ſtat in choro, uſque ad tempora Wilfrici junioris, qui dilatans eccleſiam ſuam, tranſtulit eamdem virginem in porticum Auguſtini, ubi tunc jacebat idem Auguſtinus. Sed poſt, propter Danorum imminentem devaſtationem, & ipſorum in Sanctos Dei irreverentiam, per Scotlandum, tunc abbatem, reliquiæ prædictæ Virginis ſub tumba antedictæ, etſi non ſatis decenter, ibi tamen ſatis ſagaciter ſunt reconditæ, in ſaxeo ſarcophago; ubi remanſerunt, donec dilatata eccleſia, cum aliis ejuſdem eccleſiæ Sanctis, in ſuam, quam nunc habent, porticum transferretur, ſarcophago illo adhuc integre permanente. In qua translatione tale contigit miraculum, & evidens argumentum contra Gregorianos, corpus beatæ virginis Mildredæ fallaciter uſurpantes.

10 Quidam monachus hujus loci, nomine Maurus, ſacriſta, jacens in pulpito eccleſiæ nocte proxime præcedente diem hujus translationis, videlicet tempore Scotlandi factæ, vidit vigilans ſibi apparentem Virginem in habitu moniali. Et ipſo quærente, quæ & qualis eſſet, & quid ibi ageret tunc temporis; reſpondit Virgo apparens: Neſcis, ait, quæ ſim? Craſtino ſcies, & me videbis oculo corporali. At ille frater Maurus devotius ſupplicavit eam, dicens, Rogo domina, ut mihi indices nomen tuum. At illa, Ego ſum, inquit, quam veneranter habetis, quam ſanctam Mildredam appellatis; die craſtina me videbitis dixit; & quaſi ad thalamum ſui porticus remeavit. Contemplator multum admiratus quid eſſet hoc, & dixit, die craſtina videbitis me, diverſis cogitationibus plurimum vexebatur. Nocte præterita, proxima die ſequente hora diei tertia, prædictus abbas Scotlandus convocat multos F fratres in porticum beati Auguſtini, ubi ipſa jam, ut prædicitur, fuerat tumulata. Nam cum primo eſſet translata de Thaneto per Elſtanum abbatem, poſita eſt in ſcrinio undique munito & bene obſerato, in tumba ante altare, ut prædicitur: clavim hujus ſcrinii Abbas Egelſinus fugiens in Daciam ſecum aſportavit, ſed remiſit eam abbati Scotlando, divina, ut credimus, voluntate.

Occaſio tranſlationis altioris.

11 Nam ab aſtantibus cum Scotlandus quæ- *ab abbate Scotlando.*
rit, ſi clavim cognoſcant, nullus eorum eam cognovit, præter ſolum Dominum Godwynum decanum, qui cum Elſtano abbate erat in prima translatione Virginis ſupradictæ. Tunc abbas Scotlandus dixit; Hanc clavem Dominus Engelſinus prædeceſſor noſter fugiens a timore novi regis in Daciam, remiſit mihi, dicens, ut hanc glorioſam Virginem cautius reconderem ab iniquo Danorum exercitu imminente. Sic abbas Scotlandus cum aliis qui aderant, feretrum Virginis aperit, & feram ſcrinii prædicti cum clavi ex utraque parte indentata aperit reverenter, Patuit archa, & in archa plumbea theca, quæ reſerata, invenerunt ligneam ciſtam fere con-

A sumptam nimia vetustate. In cista aperta nitidum linthiamen aspiciunt, & in linthiamine omnium præsentium oculis inter quos frater Maurus prædictus extitit, apparuerunt ossa nitida & pulvis corporis resoluti sanctæ Mildredæ virginis gloriosæ. Tunc frater Maurus retulit eis certam quam nocte præcedenti viderat visionem. His ita visis, abbas Scotlandus cum magna reverentia singula reposuit loco suo. Recondita est itaque gloriosa virgo in sarcophago novo in porticu sancti Augustini, donec transvecta est il locum in quo nunc jacet, & intacta permanet usque ad tempus abbatis Rogeri secundi, qui eam iterum transtulit sub hac forma.

AUCT. THORNIO.

ex diversis ad abbate Rogero an. 1242.

12 Anno supradicto scilicet Domini MCCLXII, abbas Rogerus, perpendens corpus sanctæ Virginis translatum de Thaneto per abbatem Elstanum minus reverenter, quam decuit, collocatum, propter excitandum populi devotionem de ejusdem translatione fa-
B ciu suspicantis, monumentum Virginis in porticu sua prædicta, videlicet aquilonali a patre nostro Augustino, quo scilicet modo prædicta Virgo reconditur, humili devotione aggreditur & sarcophagum prædictæ Virginis in dicto feretro reperit occultatum; in quo epitaphium invenit scriptum istis versibus:

Clauditur hoc saxo Mildreda sacerrima virgo,
Cujus nos precibus adjuvet ipse Deus.

Tunc abbas lætus ad orientem respiciens sarcophagi, invenit quoddam vas plumbeum, quod cum magna reverentia adaperiens, laminam plumbeam cum tali scriptura repesit in eadem:

Hoc in loculo habetur pulvis Deo dilectæ virginis Mildredæ, ossa vero ejus in tumba ipsius clausa saxo durissimo requiescunt.

Istas sanctas reliquias idem abbas Rogerus reposuit sicut invenerat, quousque eidem [monumentum] decentius pararetur. Ista autem
C omnia paucis scientibus facta fuerunt in secretis. Materiem huic dependentem anno Domini MCCLXIX require.

MIRACULA

Ex proprio Sanctæ Officio, & eodem Wilhelmo Thornio.

DE Officio Milburgensi & consimilibus lectionibus codicis S. Amandi dixi supra sub finem Commentarii prævii; hic solum notandum est, in paucis differre utriusque manuscripti narrationem, sic ut una ex altera corrigi debeat. Initium mane lectionis Officii Milburgensis turbatum est & multo verbosius historia reliqua cum Amandina convenit, substantia utrobique eadem, sed hæc multo brevior & nitidior. Sic habet: Quidam miles domum cujusdam nocte irrumpens, magnam partem substantiæ furto abstulit, sed captus mane arctissimo exsufflo constringitur. Eadem die instabat vigilia beatæ Mildrethæ; audiensque excellentia signa ad vesperam, interrogat, quid causæ adesset? Et cognoscens, beatæ Mildrethæ solennitatem instare, ad eandem cum lacrymis clamare & invocare cœpit. Miræ res! ad nomen Virginis rumpuntur vinacula, apertæ sunt ergastula; cernensque victus liberum exitum, ponit animam suam in ea; ascendit propugnacula, & inde se in imæ fossæ, velut ab alta rupe in barathrum projecit. Cumque a tanto jactu ante posset extingui, quam a terra susciperi, quasi Virginis subnixus manibus, nil patitur damni. Emergens autem a volucri celeritate a fossa altera, nihilominus exterioris castelli exsuperat propugnacula, atque in tam altæ, quam prius, desiliens fossæ præcipitia, salvus fugit prementia pericula.

Miles in furto deprehensus

D

a Tunc vero divulgata ejus fuga, tota in illum grassatur turba; quisquis equum ascendere, quisquis pedibus currere poterat, in illum decertat. Ille, ut alter Asahel, omnes antevolat, ad ecclesiæ venit asylum, sed miser ostium invenit clausum. Tunc capiendus erat; nam hostis a calce urgebat. Ad senestram cryptæ se inde prorupit, insertisque brachiis, ferrum patenti senestræ objectum invadit, & huic [tamquam] involutus anguis incumbit. Tunc persecutores irruunt & comprehendunt, gaudentes sicut exultant victores capta præda. Pulsant, trahunt capillis, collo, humeris, brachiis, pedibus, vestimentis, E cingulis, nec sufficit unus homo, qui tot manibus teneatur. Acriter utrique decertant; hic pro vita servanda, ii pro fure capiendo. Interea a tantæ turbæ strepitu accurrit claviger ecclesiæ, increpans ecclesiæ violatores, paganos reverentiores esse delubris suis, quam tales afferens ecclesiis suis. Illi contra clamant, regis esse captivum profugum, nec tamen ulterius reum tenere præsumunt; sed datis vadibus in satisfactionem, territi discedunt. Secretarius illico adducit Virginis libertum in ipsum templum, sistens supplicem ante ejus tumulum, immensas Domino & ipsi liberatrici gratias persolventem.

Invocata Sancta miraculum evadit

3 O diem illum festivum, quo patriæ sanctus Mildretha advehitur! tota adeo provincia obviam fertur, hymnus laudis in cælum tollitur; superna gratulantur, & Heliæ inundatione terra exusta renovatur. Rerum siccitate omnia moriebantur, sed adventu salutiferæ Virginis, omnia renascuntur.

Translatio corporis a regina facta.

4 Regina a summa opulentia dejecta, a gloriosa Mildretha per visum consolata, & priori copiæ est restituta. *De hoc miraculo videsis Vitam supra num. 9; & annotata nostra ad litt. N. Pergunt lectiones.*

Regina Emma a dicta.

F

5 Visa etiam est duarum virginum media, crucem auream dextera, & aureum calicem ferens læva, quæ vincebant solis lumina, videnteque dare certa remedia. *Opinor, hic indicari, dedisse S. Mildredam virginibus istis ea remedia quæ ipse postulaverant.*

Apparet a virginibus.

6 Mulier paralysi & caduco morbo moribunda, integerrime est sospitata a præfulgida sibi apparente Mildretha.

Sanatur paralytica.

7 Puella moriens, per revelationem jubetur ad S. Mildrethæ perferri monumentum, fidum est & revixit.

Item pusl. mortua.

8 Celica Mildretha inter divinas laudes facie coruscа & verbis & alapis somnolentos excitat, sesequæ sui loci custodem esse pervigilem pronuntiat, quæ nos in Domino jugiter custodiat.

Canipiuntur somnolenti.

9 Gloria in excelsis dum cantatur, paralyticus & debilis voce divina jussus properat ad præclarissimæ virginis Mildrethæ salutis repa-

Paralyticus restituitur.

Digitized by Google

A reparatricis, calcaneo integro concreto cum profluo sanguine exsolvitur & erigitur. Turba flere præ gaudio: hinc dicamus perpetuo, Gloria in excelsis Deo.

10 *Hactenus ex prædictis Mss. ad invicem collatis, ut supra monui. Sequitur modo miraculum aliud quod laudatus Thornus Chronico suo inserait cap.* 29, § 10, *columna* 962, *sub hoc titulo*: Miraculum Mildredæ pro manerio de *Menstre. Paulo longior est historia, quam integram reddere volui; servatis* Waranto, Scisitus *aliisque barbarismis, quæ satis facile intelliguntur, ita narrat*: Anno Domini MCCXCIV, ad suggestionem æmulorum ecclesiæ Dei, petiit Dominus rex versus abbatem S. Augustini, maneria de Menstre & Langeport, Chistelet, Sturre & Salmanston cum pertinentiis, ut jus suum, per quinque brevia de Recto, dicens quod Dominus Henricus rex, pater Domini regis Ricardi consanguineus suus, de prædictis maneriis seisitus fuit tempore pacis, & de ipso Domino Henrico rege descendit, Ricardo regi ut filio & heredi, quo sine herede defuncto, descendit jus regi Johanni, ut fratri & heredi; & quod tale sit jus Domini regis, paratus est verificare.

Ao. 1294. *Eduard. bona abbatiæ repetuntur.*

B

11 Igitur IIII Idus Julii accessit Cantuariam rex Edwardus cum Domino Joanne de Berewych & aliis Justiciariis suis, super prætacta materia per brevia de Waranto & de recto processuri, & ecclesiam Augustinensem maneriis de Menstre damnabiliter privaturi; & antiquum hospitium suum relinquens, in ecclesia Christi reverenter susceptus est. Nocte siquidem quæ almæ Mildredæ digno transitu illustratur, videbatur regi in somnis a Flandria navigio Angliam advenire. Sed & per pelagus tantis tempestatibus & procellis quassatus est, quod & videbatur ei absortibus maris incontinenti deperire. Jussit igitur, ut insulæ Thanetensium, quo citius poterant, navim applicarent, quæ insula visum sibi fuit fore vicina: sed & dum locum affectatum quasi adeptus esset, astitit super litus regia virgo, vestitu circumdata monasticali, & baculo suo rostrum navis fluctibus maris per vices reimpellens, ita quod videbatur ipsi regi in januis mortis fore constitutum; sed inter ista rex in hanc vocem prorupit. O tu famula Dei! ecce adest nobis mortis periculum, & nos non finis applicare, sed nostram vitam infelicem his fluctibus proponis terminare.

terretur in somnis a S. Mildreda:

C

12 Ad hæc sancta Virgo: Cum tu rex terram istam quæ mea est a domo requietionis meæ crastina die auferre disponis, scies te beneficio istius terræ ab istanti periculo liberari non debere. Igitur spiritu conturbato & similiter strepitu signorum, quæ more principali in monasterio sancti Augustini in matutinis laudibus pulsabantur, rex expergefactus, cubicularium advocavit, quare & ubi esset iste sonitus inquisivit. Ad hæc ille: O Domine mi rex! iste sonitus in ecclesia sancti Augustini ob annualem solemnitatem sanctæ Mildredæ ibidem tumulatæ constat haberi, quæ abbatissa in monasterio de Menstre extitit prima. Certe, inquit rex, illa est, quæ per visum mihi apparuit, & in somnis plurimum me conturbavit. Quid plura? Mane autem facto misit idem rex unum militem de camera sua, ut interdiceret Justiciariis antedictis, ne super breve illo forent ulterius processuri. Quod cum sic ex parte regis nunciatum fuisset, unus veritatis inimicus sic proterve respondit; O sapientia regis! nos commodum suum assectamus, & quod in hac parte nobis incumbebat, soliciti eramus, & negotium quasi debito fine concludimus, & ecce consilio minus provido, jam decretum est supersedere. Si vero super istis paulisper procederemus, in medulla Cantiæ eum incorporassemus.

unde mutata consilio,

D

AUCT. THORNIO,

13 Nunciatum est Domino abbati, quod celebraret regi missam solemnem ad tumbam sanctæ Mildredæ, & quod vocem suam ob præsentiam & reverentiam regis unam notam cantando exaltaret. Ad hæc abbas: O carissime! bene nos & fratres nostri merito & perpetualiter possumus lugere, scito pro certo, quod cantus me non delectat, regiis tamen mandatis, prout debemus, volumus complacere. Volens igitur abbas faciem regis spiritu humilitatis prævenire, præcepit, ut quisque monachus alba indueretur; & ita a gradu, qua ad corpora Sanctorum ascenditur usque ad ostium claustri, proni in terram vultu regio se ostenderunt. Novitate cujus rei rex obstupefactus, interrogavit abbatem cur ita monachi sic se haberent? Cui ille: O Domine mi rex! irruit super nos formido & pavor in magnitudine decreti tui, cum a maneriis nostris, nobis a regibus Anglorum antiquitus collatis, sumus auferendi. Cui rex; Confortamini, inquit, devoti mei, & nolite timere, proxima est consolatio vestra; hæc vero mutatio dexteræ excelsi. Quibus auditis, monachi spiritum consolationis assumpserunt, & Missam festivalem peregerunt. Qua finita, rex abbati visionem suam narravit: & ob reverentiam Sanctorum, istius cœnobii maneria, quæ calumniatus est, eidem in præsenti perpetualiter confirmavit, cujus tenor talis est:

trepidat abbatem & monachos exhilarat,

E

14 Edwardus &c. Sciatis quod cum nos maneria de Langport, Chistelet, Sturre, Menstre & Salmanston in comitatu Kantiæ cum pertinentiis nuper in curia nostra, coram dilectis & fidelibus nostris Johanne de Berewyk & sociis suis Justiciariis nostris itinerantibus in eodem comitatu, per brevia nostra de Recto versus dilectum nobis in Christo abbatem sancti Augustini Cant. petivissemus ut jus nostrum: nos caritatis intuitu, & ob reverentiam prædicti Sancti, remisimus pro nobis & heredibus nostris prætatis abbati & conventui loci prædicti omnem actionem, quam erga eumdem abbatem habuimus in maneriis prædictis, cum suis pertinentiis quibuscumque, volentes & concedentes pro nobis & heredibus nostris quod prædicti abbas & conventus habeant & teneant maneria prædicta, cum suis pertinentiis, ut jus ecclesiæ suæ prædictæ sibi & successoribus suis, sicut ea habuerunt & tenuerunt ante impetrationem brevium nostrorum prædictorum, sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum imperpetuum. Ob quam causam jussum est per Angliam, ab executione hujus brevis tam de Waranto quam de Recto manus continere. Propterea quamplurimi dicti regni religiosi talem providentiam divinam experti, Cantuariam usque proficiscentes, almam Mildredam actionibus gratiarum quam devote obsequuntur.

neveque diplomate omnia confirmat

F

DE

DE S. STEPHANO SABAITA THAUMATURGO MONACO,

IN LAURA S. SABÆ PROPE HIEROSOLYMAM.

J. P.

COMMENTARIUS PSÆVIUS.

§ I. Brevis Lauræ notitia, Sancti cultus; distinctio.

ANNO DCCXCIV. Tomo tertio Martii nostri, pag. 166 in Commentario prævio numero primo, brevis data fuit notitia Lauræ S. Sabæ, occasione viginti monachorum ejusdem loci Martyrum. Prolixiorem reservamus in diem V Decembris, S. Sabæ Abbati, ipsius loci auctori sacrum; ad cujus acta, sicut ibidem præmonuimus, plenius tractari poterit de ejus situ, incrementis, perturbationibus ac desolatione. Nominis etiam etymon, definitio, distinctio a monasterio, ac vivendi in eo monachorum norma materiam præbere tum poterunt ulteriori inquisitioni. Maxima enim illustrissima Laura, omnibus Palæstinæ Lauris eminentior, teste Cyrillo Scythopolitano in Vita S. Sabæ, a Cotelerio edita tomo 3 Ecclesiæ Græcæ Monumentorum pag. 229, supra alias, sparsim ibidem variis locis recensita, utpotum Novam Lauram, Lauram Turricolarum, Firmini, ac Sucæ altius evehenda; cujus non minima laus est, S. Stephanum Thaumaturgum protulisse atque aluisse.

Longior Lauræ notitia reservatur in diem 5 Decembris, S. Sabæ, ejusdem auctori sacrum. B

2 Annuntiat ipsum hac die novum Anthologium: Menologium vero Sirleti his verbis: Commemoratio sancti Patris nostri Stephani Sabaitæ. Cui consonant Menæa impressa cum suo Indice Mr., & Maximus Cyberensium episcopus, nec non supplementum ad Menæa Græca impressa ex Synaxario Syrmondi ac Mr. Chiffletii: in quo sequentes versiculi ipsi accinuntur:

Καὶ σκῶλα, χὴ θυρεῖα, χὴ πάγας βίου
Φυγὼν Στέφανος, εἰς Ἐδὲμ λοχμὰς ἔδυ.

Obstacla vitæ, compedes, ac vincula
Dum Stephanus vitæ, nemora paradisi subis.

Annotationes ex Synaxario Græcis nostri Stephani alicubi cum aliis confusis.

Notatur præterea in Calendario, a Genebrardo, ac tomo 4 Bibliothecæ PP. vulgato, hac die XIII, *nullo addito præter nomen & cognomen. Habetur etiam in Menologio Salvo-Rustico Ms.*: Memoria beatissimi Stephani Sabaitæ (*Sabaitæ*) passi anno CCI sub Severo; *ubi perperam Stephanum nostrum martyrem facit, vel cum alio aliquo martyre confundit; nam* Sabaita, *ut ratio temporis docet, nullus tunc esse potuit; necdum nato S. Saba, Lauræ Sabaitarum conditore. Julius Græce metricus, Ephemeridibus Græco-Moschis ante tomum 1 Maji insertus, pag.* XXXIII *signat* memoriam S. P. N. Stephani Sabaitæ, *ut supra. Index autem in Typicum S. Sabæ differt ipsum in diem* XIV *hujus; cujus, ut puta, Typici annuntiato, a Papebrochio descripto, nihil habet a prædictis diversum, præter cognomentum ἀγιοσαβίτου, quo monachus S. Sabæ fuisse indicatur: compositione paullo discrepante, re tamen conveniente vocabulo cum aliis Synaxariorum citatorum textibus, in quibus* Sabaita *vocatur. In supplemento ad Menæa Græca excusa ex Synaxario membranaceo Sirmondi, sive Collegii Claromontani S. J. Parisiis*, Stephanus *hic turpiter confunditur cum alio* Stephano Sabaita, *quando ipse tradit die* XXVIII *Octobris, quo is colitur:* Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς Στεφάνου τοῦ Σαβαΐτου, ἀσκήσαντος τὸν Ἰ. [Ἰωάννου] τοῦ Δαμασκηνοῦ; *de qua re mox pluribus.*

3 Stephanus vero utrique, suo quilibet die, *in Menæis impressis eodem fere Officio sacro honoratur. Sufficiat parvum specimen; cujus hic est sensus:* *Elogia*

Vita cum verbis congrua
Tibi coronam duplicem,
O ter beate, prebuit.
Tuo decoram vertici
Vitæ dator imposuit
Christus coronam gloriæ,
Sortite nomen congruum
Rei, beate Stephane. E

Auditur ad vocem στέφανος, *Latine* corona. *Nulla in Synaxariis, quæ ego quidem inspexerim, Sancti elogia reperio: tametsi Papebrochius ad Menæum Chiffletii, a se exscriptum, observet, eum habere elogium, & quidem longius. Sed tam noster Sanctus, qui ibi signatur hac die, quam alii, diebus sibi propriis, illic notantur simpliciter sine ullis elogiis; sive ab exemplari, unde sunt desumpti Sancti, abfuerint hæc, sive brevitatis causa omissa. At defectum ipsum, si tamen ullus dici possit, affatim supplebit Vita; ubi versus finem cultissime & dignissime elogio condecoratur; quo forsan nunc respexit laudatus Papebrochius, quando ad dictum Menæum longioris elogii notam apposuit. En tibi sparsa in contextu Vitæ honorificentissima epitheta, quibus veluti totidem radiis nomen ejus illustratur. Vocatur* prodigiosus *seu* prodigiophorus, θαυματοφόρος *num.* 42; Thaumaturgus *num.* 62 & 92; Dives *locis variis*; divinus senex *num.* 69; magnus senex *num.* 80; senex mirabilis, prodigiosus senex *num.* 85; sanitatis collator *num.* 99; mirificus magister 103; vir admirabilis 185. *Pluribus ejusmodi delibandis supersedeo.* F

4 Solus, *quod sciam, e recentioribus*, Castellanus *in Additionibus ad suum Martyrologium Universale* S. Stephanum *dat hoc etiam die, & distinctius quidem, quam ipsa Synaxaria solent*: In Laura S. Sabæ in Palæstina S. Stephanus Thaumaturgus, monachus, nepos S. Joannis Damasceni. *In hoc multum hallucinatur, quod ipsum innectat sæculo* X, *reclamante Vita. Appositæ autem ei tribuit titulum* Thaumaturgi, *in Synaxariis quidem aliatis prætermissum, sed a se in illis, quæ adhibuit, alicubi haud dubie repertum: cum Vitæ Auctor sic eum vocet, & Vitæ contextus, quoad pervenit ad nos, constet continua serie miraculorum, vaticiniorum, ac perspicientiæ cordium, occultas quaslibet & abstrusas cogitationes scrutantis: quibus magnus in paucis signorum ac mirabilium patrator extitisse comprobatur. Cur vero ipsius festum non die* 2 *Aprilis, qua e vita excessit, sed hac recolatur, prorsus nos latet. Si* cæ-

Refertur a Castellano, eramne in ejus gratia conjiciens cur hic die colatur.

Digitized by Google

A *conjecturis locus; forte monachi Sabaitæ vel occasione elevati solenniter corporis, vel ne Officio Paschali hebdomadisve Majoris sæpius impedirentur, hoc ipsum mutuleruntur: nisi forte alia cum removere impulerit alius Sanctus, eodem die 2 Aprilis in Indice dicti Typici notatus, & quidem cum titulo* Thaumaturgi: *quem presbyterum & hegumenum apud Græcos singulari cultu honoratum, & in pluribus Synaxeris primo loco commemoratum (ei uni toto Officio ecclesiastico dicato in magnis Menæis & Anthologiis,) vidimus eodem ipso die, tomo 2 Aprilis, pag.* 101. *Pag. vero* 102 *habes ejus elogium, Officium ecclesiasticum, versiculos, odas, strophas; ibique pag.* 103, *ex canone explicato colligitur vixisse sæculo* VIII *aut sequenti sub Iconomachis. Quidquid sit; conjicere hic liceat, quando certiora documenta non habemus. Et de cultu quidem S. Stephani hæc tenus: nunc de Sanctis homonymis, vere tamen ab ipso distinctis agamus.*

B *Varii Stephani.* 3 *Refertur in Vita num.* 184, tres observasse in eremo cilicio indutus Quadragesimas *Thaumaturgus noster. Nonne igitur merito vocari possit* Trichinas? *In Vitis vero Patrum apud Rosweydum lib.* 10, *cap.* 57, *ponitur* abbas Stephanus Trichinas, monasterii S. P. N. Sabæ antistes. *Idemne hic* Stephanus *cum nostro, an diversus? Multa utrobique conveniunt: nomen, locus, vitæ institutum, gestamen cilicii: nam* Trichinas *ille dicitur, qui cilicio utitur, sic dictus ἀπὸ τῆ τριχῶν, id est* a pilis, *e quibus id conficitur. Verum* Stephanus *ille Rosweydinus vocatur* antistes; *noster vero antistes nunquam fuit, uti clare patet ex Auctore Vitæ num.* 184, *officia omnia a Sancto apud suos administrata accurate enumerante, & a dignitate antistitis abhorrente. Idem liquet ex eo, quod num.* 183, *dicatur* sepultus.. sancto Patre.. & Hegumeno Basilio, omnibusque Lauræ monachis congregatis. *Idem Basilius in Commentario prævio Martyrum Sabaitarum num.* 5, *asseritur ibidem fuisse Hegumenus; & in Actis martyrii num.* 2, *dicitur* optimus pastor Basilius, *quando* Stephanus *jam a biennio obierat, sicut constabit ex dicendis. Hæc itaque utrumque* Stephanum *satis distinguunt.*

C *cum hoc nostro collati* 6 *In Prætermissis ad diem secundum Aprilis postquam esset dictum,* S. Stephani pilis induti, qui vixit in Laura Sabæ, memoriam refert in Ms. Menologio Arabo-Ægyptiaco, a Gratia Simonio Maronita, Latino pro nobis reddito, *subjungitur*, videri eum esse Stephanum Sabaitam, a Græcis relatum ad hunc diem XXII Julii. *At conjectura ista mihi apparet nimis incerta, quam ut pro ea spondere audeam; tum quia nusquam in Synaxariis, quod sciam,* Stephanus *noster hoc cognomento insignitur: tum quia, tametsi* tres observarit.. cilicio indutus Quadragesimas, *hocque gestamen seu indumentum ad triennii tempus adhibitum, idque per annos* 15 *extensum; ut indicatur verbis proxime ibidem præcedentibus, videatur sufficere ad singulare illud cognomentum; existimo tamen ipsi illud inditum nunquam fuisse; præsertim quia, prout dicitur eodem num.* 184, reliquis septemdecim annis (*vitæ postremis, per*) annuas illas tres Quadragesimas cilicium tum ob Patres, qui secum erant, tum ob eos, qui undecumque ad se recurrebant, non gestabat, ne se hoc habitu indutum viderent. *Persuasissimum itaque habeo alteri cuidam* Stephano, *monacho Sabaitæ, impositum fuisse* Pilis induti *cognomen, tanquam characteristicum, quo ab aliis ejusdem loci ac nominis ascetis distingueretur; quique pilosum indumentum* D
vel per totam vitam, vel per maximam saltem ejus AUCT.
partem gestavit; & supremo quoque adventante I. P.
mortis tempore illud non deposuerit, in eodem etiam forsasse mortuus; ut proprium ac singulare hoc cognomen suum faceret, ex re a paucis cum tali rigore usitata.

7 *Joannes Phocæ a Leone Allatio editus in præfor-* *mer;*
Συμμίκτοις *pag.* 28 *agens de viris sanctis a se visis in Laura C. Sabæ, quam paulo ante descripserat, narrat se* in illis locis ferme ad XL. deiferos viros, & ante alios spectabiles inspexisse; & ante eos pontificem sex, *inter quos enumeratur aliquis* Stephanus *primo loco, nullo quidem cognomento notatus; sed a nostro tamen* Stephano *diversus. Nam cum laudatus Joannes loca sancta, quæ describit, inspexerit anno* 1085 *sicut probat ejus editor in sua Præfatiuncula; &* cum Stephanus *noster ibidem claruerit sæculo* VIII 2, *mortuus* DCCXCIV; *minimum quantum tempora differunt, quam ut unus cum altero confundatur.* E
Discrimen ea hic indicamus, ut ne quis imperitus in eum incidens, prima fronte unum pro alio accipiat, deceptus homonymia nominis proprii & monasterii utrobique eorundem. Errorem Menologii Slavo-Russici jam indicavimus.

8 Stephanus *præterea hic se nobis offert, tanto* *qui ab eodem eum-* *dem distinguendi*
facilius confusioni cum hoc nostro, primo intuitu obnoxius, quanto plures identitatis notæ in utroque conveniunt: nominis videlicet proprii, sanctitatis, habitationis seu vitæ instituti, ob quæ æque ac noster dicitur Sabaita; *ac temporis; cum eidem fuerit synchronus. Verum hæc non obstant, quin habeat, unde tum a nostro* Stephano, *tum ab aliis antegressis distinguatur,* Poetæ *cognomentum, quod ipse dat Typicum S. Sabæ die* XXVIII *Octobris, & quæ refertur in Synaxariis; adde Vitam post mortem nostri pertractatam, cum videatur idem esse* Stephanus *cum eo, qui extitit Auctor martyrii monachorum Sabaitarum; in cujus præfatione ita loquitur:* Quam *ego eadem barbarorum Sabaitis illatam* (propriis ipse conspexi oculis, utpote unus eorum, qui sacram hanc Lauram inhabitantes, ibidem reperti sunt in illa funesta eorumdem irruptione. *Hæc etiam spectant verba Vitæ, quam hic damus, num.* 177: Testes vero estis etiam vos omnes, veram hanc visionem (*de Theoctiste in gloria cælesti*) fuisse, non solum propter apertam ejus vitæ sanctimoniam; verum etiam quod supremo martyrii baptismate, quod secundas non admittit sordes, perpurgatus est: est enim e numero Patrum in Maxima sancti Patris nostri Sabæ Laura a barbaris interfectorum: quorum vir omni virtute pollens pater Stephanus, Lauræ nostræ decus ingens & ornamentum, historiam concinnavit.

9 *Atque ex his perspicuum est hujus postremi* *probatur.*
Stephani, *& aliorum antecedentium a nostro discrimen. Videri etiam possunt, quæ dicta jam pridem sunt in dicto Commentario prævio Martyrum Sabaitarum die* XX *Martii, num.* 5. *Rem involvunt Menæa impressa, quando dicto die* XXVIII *Octobris hic meminerunt* S. Stephani Sabaitæ, *semel quidem addendo* discipuli S. Sabæ; *id quod Auctori martyrii monachorum Sabaitarum ob temporis distantiam, si significatio vocis* discipuli *in vigore accipiatur, competere non potest; ac semel simpliciter, omissa clausula ista: Sed ulterior præsentis argumenti indagatio ad ipsum diem spectat: ubi etiam ratio haberi poterit, cur uno loco ibidem inter Martyres idem ac alius annuntiari videatur,*

AUCT. J. P.

A *ati etiam diſerte iiſdem asseruſetur in Martyrolo-gio Sirleti eadem die* XXVIII *Octobris his verbis*, Sanctorum Martyrum, Terentii, Neonillæ; & Sancti patris noſtri, Stephani Sabaitæ; qui omnes in Chriſtianæ fidei confeſſione perſeverantes, poſt carceres & verbera, feris expoſiti, & in lebetes, pice fervente plenos, projecti, cum tormenta omnia pro nihilo facerent, enſe obtruncati ſunt. *Simon Wanguerkius noſter in Prolegomenis opuſculi, inſcripti* Pietas Mariana Græcorum, *pag.* 79, *num.* 24, Stephanum Sabaitam *hujus diei confundit cum eo, qui colitur* XXVIII *Octobris, atque adeo hunc noſtrum cum Poeta*; *cum addat* : Quem etiam (*S. Sabam*) in hymnis ſeu pangendis ſeu colligendis imitatus videtur. *Deinde Centuria* I, *pag.* 188, *elogium Martianum Græco-Latinum ſub ipſius nomine producit : at perperam : Si enim* Stephanus *noſter hymnographus aut Poeta fuiſſet ; unde eſt credibile, Leontium ne vel minimam hujus rei mentionem facturum fuiſſe, tam accuratum geſtorum ejus hiſtoricum, & in plurimis quidem occultatum inſpectorem? Neque objicias in parte Vitæ, quæ intercidit, hoc forte factum : nam in pericha ejuſdem Vitæ, in qua ſummatim ac minute Sancti officia ac virtutes deſcribit ; aut in dicta ipſius elogia, verbo ſaltem indicaſſet, hymnos in laudem Dei & Sanctorum ab eo concinnatos fuiſſe. Quod cum nuſpiam faciat ; ſatis ejus ex ſilentio argumenti nobis præberi cenſemus, ut, quod poeticas dotes ſpectat, id alteri attribuamus.*

B

§ II. S. Stephanus conſanguineus S. Joannis Damaſceni ; ingreſſus in Lauram; annus ac dies mortis.

S. Stephanus frater. S. Joan. Damaſceni filius, C

De VI *Maji actum de S. Joanne Damaſceno, eademque occaſione obiter indicatum*, S. Stephanum *nepotem ejus fuiſſe, Joannem vero ipſius avunculum. Quæ terminis minus propriis ac nimium vagis ibidem ex incidenti tacta ſunt, ea hic paululum elucidanda. Fuit itaque* S. Stephanus *S. Joannis Damaſceni fratris filius, adeoque, ſi proprie loqui velimus, fuit idem Sanctus ipſius patruus, non vero avunculus. Res conſtat ex Leontio, in ſubjecta Vita ita loquente num.* 184 : Decennis .. ad Maximam Lauram noſtram cum patruo (πατρὶ Græce eſt πρὸς ἀδελφῷ) ſuo acceſſit. *Vox* πατρὸς ἀδελφὸς *hic ſignificat fratrem patris, ſeu patruum, non vero fratrem matris ſive avunculum: quæ hic num.* 133 *Vitæ etiam apponitur Leontii patrici, patris ſoreri,* τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν. *Laudatus Leontius nomen patrui ſupra non adjungit; idcirco, ut arbitror, quia in bene magna ipſa Vitæ parte, quæ intercidit, aliter forte ſæpius illud ipſum expreſſerat, dum occaſio ſeſe offerret tractandi de primo Stephani ad Lauram ingreſſu, primiſque poſt illum fervoribus ſacris ſub patrui direction, ut videtur, inuere idem Auctor, quando addit* : Cum quo annis XV in omni obedientia ac ſubmiſſione vixit. *Unde ſequitur, annuntiationem Synaxarii Claromontani ſuperius num.* 2 *allatam, præter confuſionem Sancti noſtri cum alio eiſdem nomine, de qua ibi dixinus, aliud peccare, dum eidem addit:* ἀνεψιῷ Ἰω. (*id eſt* Ἰωάννου) τοῦ Δαμασκηνοῦ: *nam* ἀνεψιὸς *ſignificat filium fratris patruitis ac ſororis; nec determinat vi vocis, patruusne an avunculus ſit ille, cujus ſeſpectu aliquis dicitur* ἀνεψιός. *Quem æquivocationem hic tollere, viſum eſt.*

D

11 *Immatura* S. Stephani *ætas non obſtitit, quo minus in Lauram Maximam admitteretur; tametſi ex antiqua ac uſitata conſuetudine, & ex ſtata Laurarum lege juvenes atque imberbes inde arcerentur, atque ad monaſteria mitterentur. Hæc liquet variis locis in Vita S. Sabæ apud Cotelerium pagg.* 218 & 219; *quem ſic affatur S. Euthymius :* Fili, non puto æquum eſſe, te, qui juvenis es, in Laura manere: neque enim Lauræ conducit, juvenem habere: neque juveni convenit, in medio anachoretarum verſari. Abi ergo ad inferius monaſterium ad abbatem Theoctiſtum... Cui ſignificavit, ut ejus curam gereret... Ex proprio ſuo exemplo ſanctionem ei dedit, ut in Laura imberbem non reciperet; ſed & aliarum Laurarum Præpoſitis eamdem legem traderet, quæ vetus eſſet, & apud antiquos Patres obtinuiſſet. *Iſta conſuetudo obtinuit etiam ſub S. Saba : nam, ſicut ibidem habet pag.* 259: Imberbi non concedebat prorſus in ſuo conventu habitare, qui os barba non obduxiſſet .. & ſi quando imberbem, perfectæ tamen ætatis, renuntiationis cupidum ſuſcepiſſet, ad beatiſſimum abbatem Theodoſium mittebat; *qui, ut dicitur eadem pag.* 259, habitabat quaſi XXXV a Laura ſtadiis ad Occidentem, ubi cœnobium illuſtriſſimum Chriſti ope conſtituerat. *Idem confirmatur ibidem pag.* 260. *Unde liquet, ætatem immaturam arcuiſſe pueros a Lauris.* E *pueros a Laura*

12 *His tamen non obſtantibus, conſtat ex Vita* S. Stephanum decennem, ad Maximam Lauram cum patruo acceſſiſſe. *An forte, quia lapſu temporis moderatio aliqua aut mitigatio in primævo iſto rigore adhibita? Id videtur ſuaderi ex Actis SS. Theodori & Theophanis, qui claruerunt ſub initium ſæculi* XXI, *adeoque proxime poſt obitum Sancti noſtri. Videri de ipſis poteſt Surius die* XXVI *Decembris ubi Theodorus* cum jam a puerili ætate excederet... traditus divini Sabæ monaſterio... habebat autem fratrem quoque Theophanem, qui... erat minor... Atque illic quidem verſabantur utrique. *Et plus vice ſimplici ibidem recurrit* vox monaſterium; *& in Græcis Actis Mſs., quæ aſſervamus, ſæpius repetitur* μονὴ, *quod monaſterium non Lauram ſignificat: colligiturque ex dictis, magnum diſcrimen fuiſſe inter admiſſionem puerorum in Lauras & in monaſteria : ad hæc enim mittebantur, qui defectu ſufficientis ætatis ab illis erant excluſi : monachi enim primo exercebantur in monaſteriis, quos, cum ad majorem perfectionem pervenerant, in cellis Laurarum collocabant, eoſque anachoretas appellabant, uti pluribus exemplis probatur ad diem* XX *Januarii pag.* 299. *Inter Lauras enim & monaſteria hoc intererat, ut præter ſcopum a nobis præfixum numero* 2, *unicum hoc addamus, quod Lauræ conſtarent ex diverſis cellulis, ſatis inter ſe disjunctis, in quibus ſolitarii vivebant ſeparati; in monaſteriis vero vivebant monachi ſimul in communi: ut videſis in Notis Henrici Valeſii ad Eunapium pag.* 64 & *in loco mox citato pag.* 298. *Tametſi igitur magnum inter utramque iſtam habitationem eſſet diſcrimen, & una quidem pueros includeret, excluderet alia; non videtur tamen ex illo diſcrimine hic quidquam confici poſſe; quandoquidem manifeſte ab ſcriptore dictorum Actorum indigitari putem Maximam S. Sabæ Lauram; poſtea ſubjungente:* Quorum *monaſteriorum, quæ erant in Paleſtina)* primum & maximum erat divini Sabæ mona- F

Digitized by Google

A monaſterium; in quo hic magnus, ſicut prius diximus, ſe exercebat Theodorus. *Hinc conſequitur, vel remiſſum aliquid fuiſſe de primæva ipſa ac ſtata Lauriotarum lege, vel ex ſingulari indulto aditum ad Lauram dictam iſtis duobus fratribus Theodoro ac Theophani in immatura ad hanc ætate conceſſum fuiſſe.*

in Lauram tunc S. Saba nec admiſſus.

13 *Quod vero hic indultum vidimus* S. Stephano *præter primævam Lauriotarum legem, attribuendum id opinor partim mitigationi, quæ paulatim ſen Lauriotarum remitti cœperit, ſi non univerſaliter, ſaltem in particulari reſpectu aliquorum, quibus vel ſingularia ac præmantia eminentioris perfectionis indicia facilitarem eo aditum aperiebant, vel alia aliqua ratio ſingularis ſuppleret defectum ætatis. Cum enim integro fere ſæculo ingreſſus in Lauram S. Stephani antevorterit ingreſſui SS. Theodori ac Theophanis, non ideo mihi certum eſt, mitigationem, de qua hic quæritur, eorum, uti apparet, tempore inductam, viguiſſe jam tum tempore puerilis S. Stephani; nam quæ* B *adeo diſtant tempore, ſæpe etiam diſtant jure ac conſuetudine legum, minus a primævo vigore vel magis recedentium. Quid ſi totam, ſi ea tum temporis opus fuerit, vel bene magnam gratiæ tenello* Stephano *factæ partem monachi Sabaïtæ indulſerint auctoritati patrui ejus S. Joannis Damaſceni, viri integritatis vitæ ac doctrinæ dotibus ſpectatiſſimi? Cui negari non potuerit ut in Lauram ſua ſecum introduceret commendatum ſibi fortaſſe a moriente fratre filium, aut certe a vivente etiamnum matura diſciplinæ ſuæ traditum, ut, quoniam ætatuli aſſueſcere multum eſt, a parvulo ille famulatui divino inſſeret; non tantum portando jugum Domini ab adoleſcentia ſua, ſed mores etiam ſuos totamque vivendi rationem exigendo efformandoque ad perfectiſſimam Lauroſabaïtarum normam, quæ tum apud illos florebat.*

Exporbs Alexandrina, qua utitur Vitæ Auctor.

14 *Non ea eſt perſpicuitas characterum Chronologicorum mortis ac ſepulturæ* S. Stephani, *quantumlibet diſtincte ac diſerte ab Auctore Vitæ ſignatorum, ut reſpectu Occidentalium modica dilucidatione non indigeant, quin ad Æram noſtram vulgatam reducantur. Nam Leo Allatius in libro, qui inſcribitur de Eccleſiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua conſenſione, agens de Dominicis atque* C *Hebdomadibus Græcorum col.* 1495, *recte ipſa obſervat:* Solent Græci ut plurimum, immo fere ſemper, dum annos recenſent, non a Chriſto nato, ſed ab ipſo orbe condito numerare: quod licet illis arduum non ſit, legentibus tamen exteris, & qui aliam numerandi viam ineunt, nebulam quodammodo videtur offundere; difficileque ab eis extricantur, qui numeros in manu non habent; *præſertim cum non omnes eamdem numerandi inierint rationem.. ut fere tot ſententiæ fuerint, quot ſcriptores. In tenebris itaque iſtis præferenda lectori lux, ne offendat. Mortem vero Sancti Biographus noſter ita chronologice determinat num.* 183. Senex autem .. ſpiritum ſuum .. Domino tradidit .. poſtridie Novæ Dominicæ ſub horam noctis primam. *Sepulturam autem ſic:* Sepultus vero eſt Aprilis menſis die ſecunda, (*feria*) tertia anni a creatione mundi ſexies milleſimi, ducenteſimi octogeſimi ſexti .. Non *addatur hic, ut poſſim a Græcis feri ſolet, annus mundi reparati iuxta Æram, quam vocant Alexandrinam, de qua non ſemel a nobis actum eſt præſertim in Exegeſi prælimitari prima ad Theophanem ante tomum* III *Martii, ubi oſtenſum eſt annis circiter octo a communi deficere: quod ut hic uſurpatur, recurrendum ad Acta Martyrum Sabaïtarum, quorum certamen cum hic infra num.* 17, *recte ſi ponatur*, anno ab orbe condito ſexies milleſimo ducenteſimo octogeſimo octavo, a nato ſecundum carnem Deo DCCLXXXVIII; *obitus autem* Stephani *noſtri annis duobus prædictum martyrium anteceſſerit, patet, hic adſcribendum fuiſſe annum a nato ſecundum carnem Deo* DCCLXXXVI; *quibus ſi annos octo adjunxeris, habebis Æræ vulgaris annum* DCCXCIV.

ad Æram vulgarem reducta, oſtenditur Stephanus obiiſſe anno 794 Kalendis Aprilis:

15 *Id quod planum redditur ex convenientia characterum utrobique hic valentium: nam* Κυριακὴ Νέα, Dominica Nova *hic notata, Græcorum, quæ etiam ipſis* Κυριακὴ τῶ ἀντιπάσχα, Dominica Paſchæ oppoſita, ἤτοι τῶ Θωμᾶ, *ſive* Thomæ *dicitur, quod eo die legatur Evangelium de Thoma Apoſtolo, digitum ſuum in fixuram clavorum, juſſu Domini, immittente, quod & tum legitur apud Latinos;* Dominica, *inquam,* Nova, *Latinis dicitur* Dominica in Albis; *de utriuſque etymo agit Leo Allatius loco citato col.* 1475. *Jam vero quoniam ipſa Dominica anno prædicto* DCCXCIV *incidit in diem* XXX *Martii, cum Paſcha incidere tunc in* XXIII *ejuſdem Menſis; conſequens eſt, obiiſſe Sanctum Kalendis Aprilis, die Lunæ ſeu feria ſecunda jam ab hora circiter currente, cum obierit poſtridie Dominica in Albis ſub horam noctis primam; ſepultumque fuiſſe* δευτέρᾳ ἡμέρᾳ, ſecunda die (*quæ erat ſecunda poſt mortem, & ſecunda menſis Aprilis*) τρίτῃ feria tertia (*hebdomadis*) *qualis tunc erat. Nec refert, quid in textu Græco vox* feria *explicite non exprimatur: nam feriæ hebdomadum ſimpliciter abſque additamento vocis ἡμέρα vel ſimilis, exprimi per ſolos numeros ordinales, leges apud laudatum ductorem col.* 1458 i & *in tabella duabus columnis propoſita a col.* 1476, *in qua ſemper poſt Dominicas ponuntur feriæ, non expreſſe quidem ſed ſubintellectæ in numeralibus,* δευτέρα, τρίτη, ſecunda, tertia *uſque ad Dominicam proxime ſequentem: ſicut modo uſitatum eſt apud nos, ut dicam menſis ſcribamus per ſolos numeros ordinales, ſubintellecta voce* dies. *Quid exemplis opus eſt? Quando etiam in Vita Sancti noſtri, quam pro manibus habemus, nu.* 110, *ponitur* τῇ ἕξ δεκάτῃ τῶ Φεβρουαρίου μηνὸς, XVI menſis Februarii ſubaudita voce die: *quod & denuo fit* 112 *ſub finem iiſdem verbis. Idem ſi in Liturgiis Græcis certe in noſtro textu Vitæ præſertim locum habet. Cum enim immediate præceſſerit vox ἡμέρα, rurſum repeti ab Auctore niſi inſulſe haud poterat, nedum debebat, hic, ſi uſquam alibi, clariſſime ſubintellecta.*

E

F

?

idque illuſtratur ac confirmatur a calculo mortis S. Sabæ,

16 *Itaque in nota characteriſtica unica* Dominica *in Albis, tamquam in cardine ſive, omnia vertuntur, & optime tum inter ſe, quam cum anno ſignato* DCCXCIV *omnia conſentiunt; videlicet Paſcha, dies obitus, dies ſepulturæ, dies menſis, ac feria hebdomadis. Atque hæc, tametſi ulteriori elucidatione non indigeant, illuſtrari tamen poſſunt ex calculo mortis S. Sabæ loco citato, pagg.* 313 & 314, *in hunc modum deſcripto a Cyrillo Scythopolitano:* Ipſius (*S. Sabæ*) mors contigit V Decembris menſis, Indictione X, a creatione quidem mundi... anno ſexies milleſimo, & vigeſimo quarto: a Dei verbi Incarnatione.. XXIV ſupra quingenteſimum. *Quibus ſi addas annos octo incompletos, exſurget annus* DXXXI, *poſt Baronium a nobis notatus in Commentario prævio ad Vitam S. Euthymii die* XX *Januarii, paragraph* 4,

graphe 4, num. 13, consentiente etiam Pagio: AUCT. L. P. qui annus a mense Septembri caperat concurrere cum Indictione X.

13 Conformiter etiam ad hoc sybbema ordinandum est martyrium viginti monachorum e Laura S. Sabæ, cujus epocham configunt Stephanus Sabaita, oculatus testis, Anno ab orbe condito seriem millesimo, ducentesimo, octogesimo octavo.. A nato secundum carnem Deo.. DCCLXXXVIII, Indictione V: quem nos cum Pagio annestimus anno vulgari DCCXCVI secundum dicta; & consequenter cum eo putamus, legendum esse Indictionem IV pro V; etiamsi Indictio V in dicto martyrio, Græce excuso ad calcem tomi 3 Martii, signanter ab Auctore exprimatur num. 3, sive id contigerit errore ipsius, sive ofcitantia emanuensium; quamquam multo facilius sit mutari ex lapsu in aliquo apographo Latino numerum quintum in quartum, aut contra; quam in Græco πέμπτον in τέταρτον. Utut est, Indictio IV, anno DCCXCV inchoata a mense Septembri, currebat mense Martio anni DCCXCVI, quo dicti Martyres interempti sunt, usque ad proximum Septembrem. Hinc corrigendus Papebrochius, in Commentario prævio ad dictum martyrium numero 6, ubi notat annum DCCXCVII juxta ea, quæ in Exegesi præliminari 1, dicto tomo præfixa, de S. Theophanis Chronographia disseruerat; præter annos ecto adjiciens annum alterum Phocæ, ob causam, a se in eadem Exegesi indicatam, detractum, ad exæquandam Æram Alexandrinam cum vulgari; cujus anni additamento ad Indictionem V, in martyrio signatam perveniatur; quæ tamen non convenit cum Pascha, quod eodem numero 6 signat.

ac sanctorum Martyrum Sabaitarum,

18 Affigit illud diei XXIII Martii; at per integrum mensem errat: quod anno quidem, ut liquet ex dictis, DCCXCIV incidit in XXIII Martii; sed anno DCCXCVII in XXIII Aprilis (XXIII Martii etiam male notatur apud Cangium in Tabulis Chronologicis expansis Gioffarti Lat. ad vocem annus): quam Papebrochii inadvertentiam mirum non observasse Pagium, in anno martyrii, & Indictione corrigendis satis hic oculatum. Ceterum sicuti ex puncto unico male fixo consequi solent alia non cohærentia; ita ipso numero plura non subsistunt, ad trutinam secundis curis exigenda & reformanda. Enimvero si juxta nostrum sybbema martyrium affigas anno DCCXCVI, Pascha incidente in III Aprilis, non video equidem, quid obstet, quo minus nota Chronologicæ, in ejusdem decursu expressæ, convenienter inter se componantur. Cujusmodi sunt ista; Quadragesima præteclabens, παρεκβᾶσα ἐτύγχανεν, num. 21: irruptio barbarorum in Lauram XIII Martii mensis die, ibidem; qui anno DCCXCVI incidit in Dominicam. In crastinum vero.. tota hebdomada illa incessanter orant (Sabaitæ) num. 27, puta usque ad XIX Martii: qua transacta, Sabbato vesperi Palæo-lauritas monachos nuntios accipiunt num. 28. An & quid postea contigerit, quod huc addi possit, forte sciremus, si pars martyrii non intercidisset. Denique Quadragesimalis abstinentiæ tempus exornarunt, id est martyrium obierunt tempore Quadragesimæ, num. 78: ante.. passionem ejus (Christi) passi etiam ipsi, id est ante hebdomadem Majorem Latinis; Magnam vero Græcis, salutiferæ Passionis, ac dies Passionum, ut videsis apud Allatium col. 1443) Unde post paucos dies cum eodem salvificum celebrarunt Pascha, ut ibidem dicitur. Quæ omnia in nostra epocha continue ordinari, nemo non videt secundum quam etiam emendari potest id quod habet Papebrochius in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum ante tom. 3 Maji pag. XXXIX, de obitu S. Stephani; ubi iterum signat annum DCCXCV, & Martyribus laudatis rursum tribuit annum DCCXCVII. His dia excussis ac stabilitis, superest, ut ad ordinandam Vitæ S. Stephani chronotaxin accedamus.

cujus epocha hic reformatur.

§. III. Vitæ chronotaxis; Acta, quæ hic dantur; eorum Auctor; Annotata; versio.

Principia Vitæ gesta ad calculi chronologici ratiocinia exacta

ANno mortis S. Stephani sic fixo, non magni laboris erit, præcipua rerum ab ipso gestarum capita, quæ observato ordine temporis ac durationis perquam accurate recenset Auctor num. 184, annis ætatis ejus nec non Æræ vulgaris adeptare; ut suus cuique calculus chronologicus respondeat, in sequentia temporis puncta dispertius. Cum itaque ibidem dicatur Sanctus vixisse solidas annorum 69 peridios, totam vitæ summam circumscribamus totidem annis 69 completis. Vivere igitur cœperit anno Christi DCCXXV. Novem apud suos postquam posuisset annos, decimo ætatis inchoato, Christi DCCXXXV (non 745, ut mendose scribitur ad diem VI Maji in Commentario prævio S. Joannis Damasceni, pag. 109, num. 9) ad Maximam Lauram accesserit cum patruo; sub cujus disciplina impendit annos 15, anno ætatis 24, Christi DCCXLVIIII. Tum annos 8 variis ministeriis dedit; sicque attigerit annum ætatis 32, Christi DCCLVII. Adde annos 5, in arctissima beschasterii solitudine traductos, & numeraverit annum ætatis 37, in Vita diserte expressum, Christi DCCLXII; item annos 15, quos transegit maxime solitarius, ac cilicio indutus, tres insuper quotannis in sua eremo observans Quadragesimas, usque ad annum ætatis 52, Christi DCCLXXVII. Denique hisce annumera annos 17, cum præcipuis Lauræ patribus decursos; & habebis annos ætatis 69, Christi DCCXCIV, quo vitam clausit.

Acta quo occasione descripta fuerint, sed acephala;

20 De Actis observanda occurrunt sequentia. Evulgavit ea & descripsit Papebrochius; quo autem loco aut tempore, quave occasione, indicat in pluribus citato Commentario prævio Martyrum Sabaitarum num. 4: Dicta porro Acta (Martyrum Sabaitarum) una cum aliis Sanctorum ad Palæstinam fere pertinentium Vitis) adeoque & hujus nostri Sancti) descripsimus anno MDCLXII ex probatissimo annorum plus quam sexcentorum codice Petri Seguierii, Francis Cancellarii, nobis Parisiis commodato in gratiam R. P. Francisci Annati, Confessarii Regii. Dum itaque Vitam S. Stephani in lucem damus, ingentem thesaurum orbi pandimus, & vix pretio æstimabilem: nam ut de codicis antiquitate, e quo ea transcripta fuit, nihil dicam; pretium summum meretur ob verissimos & plane singulares fucerilatis characteres, identidem in ejusdem decursu relucentes: quo fit, ut veritas ipsa ubique se prodens, lectori occurrere videatur: exemplo in Græcis Actis perquam inusitato; cumvera admodum sint, quæ a Metaphrastis genitis rhetorice & hyperbolice adornata, seu potius fucata & deformata, non perdiderint magna ex parte venustatem primævi sui ac veri ornatus. Unum vero illos omnes, quibus similes thesauri in pretio sunt, male habere debet, quod Vita nostra acephala sit; magna ejusdem (proh! dolor) parte deperdi-

A *perdita. Quæ jactura tetsit jam pridem Papebrochium in Julio metrico supra relato, ubi ista tradit*: Nos ipsids S. Stephani Acta prolixissima nacti, dolemus ea esse acephala; & libenter intelligemus alibi esse exemplum, unde noster defectus suppleri possit. *At necdum nobis hactenus tam beatis esse licuit; liceat esse posthac; ut pars bene magna, elegans & pretiosa a reliquo corpore infeliciter truncata, eidem alicunde tandem restituatur, omnibus membris absoluta.*

21 *Quousque vero jactura ista sese extendat, æstimare licet ex iis, quæ ex periocha Vitæ num.* 184, *collata cum Initio, unde ea incipit, manifeste indicat quænam partes intercideriut. Quidquid itaque tradidit Auctor de Sancti natalibus, ac novennio puerili apud suos in sæculo transacto; quidquid de ingressu in Maximam Lauram cum suo patruo S. Joanne Damasceno, sub cujus, ut putamus, moderamine traduxit annos quindecim, intercidit: quo tam longo tempore, spectata tum magistri adeo in asceticis excellentis dotes, tum discipuli fervor, & docilitas copiosam haud dubie materiem præbuerint prolixas texendi rerum ab ipso gestarum narrationes: res enim videtur fuisse* B *etiamnum tunc temporis insolita, puerum decennem in Lauram admitti, ut modo observavimus: atque adeo multa præ se ferre debuerit in tantilla ætate mirabilia, quæ defectum ætatis compensarent; quæ absque dubio Auctor Vitæ sedulo executus sit; maxime cum palam & in conspectu aliorum plurium intra ipsam Lauram gesta, melius scirí ac probari potuerint, quam quæ fecit etiam in arctissima solitudine. Nihil etiam nobis superest de gestis, octo per annos apud monachos administratis, & loco citato distincte a Vitæ Auctore expressis, Canonarchæ, Archicopi, Hegumenarchæ, Xenodochi, atque in Annotatis ibidem expositis: in quibus vix credibile est, se gessisse Sanctum sine insigni patientiæ, obedientiæ & charitatis exercitatione: quibus virtutum in se admirabilitatem excitarit, aliisque, ut persuasum habeo, materiem suppeditarit de se ipso eloquendi, scriptori autem Vitæ ampissimum campum, excurrendi in laudes suas. Jam vero nostrum fragmentum incipit a deliberatione Sancti, an prorsus ab hominibus secedere velit, persuadente ei S. Martyrio, ut perfloreret in* C *vita mixta ipsi tuto; atque aliquis motus S. Martyrii jacturam deplorans num.* 4, *videt S. Stephani beatorum cœlesti luce collucere, sicut dicitur num.* 5. *Incipitque Biographus in fragmento, quod vulgamus, narrare ea, quæ contigere sub tempus illud, quo Sanctus hesychasterio se inclusit; anno videlicet circiter* 37 *ætatis, prout colligitur ex dicta periocha.*

22 *Nec obstat, quod iisdem vocetur senex & cælogerus: neque enim inde sequitur, tum temporis, quando sic vocabatur, vere ætate senem fuisse: quia γεροντες & κελογηρος, senes & quasi bellos senes se ipsos alter alterum vocitabant monachi; quod tantumdem est dicere ac patres, qualiter jam religiosi tum apud suos tum apud externos appellantur. Sacerdos autem exhibetur num.* 8, *non diu, sicut apparet, consecratus. Discipulum habet nomine Eustratium, num.* 12; *unde videtur argui posse, Biographum ea maxime recensere, quæ gessit Sanctus sub postremos* 17 *vitæ annos, quibus, ut periocha memorat, annuas illas tres Quadragesimas cum præcipuis quibusdam Lauræ patribus obivit, unum ex discipulis secum assumens, qui, nisi fallor, dictus Eustratius fuerit. Ad Quadragesimas istas quod attinet, tantum earum meminit periocha, postquam enumerasset novem annos ætatis puerilis,* 15 *monasticos,* 8 *ministeriorum,* 5 *solitudinis, sic ut eas anno* 38 *inchoato obire cœperit. Meminit de jejuniis Biographus num.* 12, 25, 30, 31, 34, 45, 83, 89, 176, 178, 179, *a numero autem* 115, *recenset gesta ultimo Vitæ quadriennio, quo discipulus ejus fuit. Unde liquet, ea exstare, quæ a media circiter annorum Vitæ cursu Sanctus gessit; priora vero intercidisse; atque adeo si non dimidiam, magnam sane Vitæ partem fuisse deperditam.*

23 *Cæterum laudato Biographo nomen Leontius, patria Damascus, vitæ institutio in Laura S. Sabæ, scribendi ratio accuratissima, atque idcirco fide historica dignissima; partim collecta materia ex monumentis, quæ Auctor a fidelissimis testibus accepit, & perducta usque ad initium capitis* 10, *num.* 115; *partim deinceps ex iis, quæ ipsemet observavit, scriptor, spectator ac testis, Sanctoque per annos* 4 *discipulus. Quæ probantur ex ejus verbis eodem num.* 115: Et hæc quidem omnia, ut a viris fide dignis collegeram, pauperculus ego abjectusque Leontius conscripsi: quæ autem coram ipse vidi, & hisce auribus audivi, jam explanare aggredior. Nam supremum, quod sacram ejus ex hoc mundo migrationem antecessit, quadriennium, in Sancti hujus disciplina fuit. Id vero qua ratione sit factum, breviter edisseram. *Post hæc a num.* 166, *suam patriam indicat, vitæque professionem, vehementes ac diuturnas luctas, animi perturbationes, gravissimosque ad desperationem impulsus. Subjungit etiam quonam modo a Sancto curatus, atque in disciplinam ipsius admissus fuerit, & plura alia, quæ percensere longum esset, & ibidem legi possunt. Quo intelligitur plenissimam ipsum fidem mereri in omnibus, quæ narrat: quam non mediocriter sibi conciliat, nominando personas, loca, tempora, aliaque, quæ res circumstant, adjuncta: quin etiam a num.* 166, *scripto committit asceticas Sancti adhortationes, quas ex ore ejus coram excepit: quæ sunt veluti totidem apophthegmata sacra, quibus breviter & solide vitæ perfectioris œconomiam docet; quæ meritissimo jure ipse num.* 166, *vocat* facta atque omni plena eruditione documenta. *Adde, quod scribendi candor orationis perspicuitas cum aliquo etiam conjuncta nitore, tanta sint, quantam in historico optimæ notæ desiderare quis possit.*

24 *Quo determinate anno scripserit, nescitur: quo autem circiter tempore, non difficulter statui possit. Scripsisse impulsus post martyrium monachorum Sabaitarum, atque adeo non ante annum* DCCXCVI, *liquet ex visione num.* 177, *qua Theodosium discipulum suum, unum e numero Patrum in Maxima sancti Patris Sabæ Laura a barbaris interfectorum, inter Cœlites gestientem spectasse Sanctus narratur. Pergamus paullo ulterius. Dictum martyrium contigit, uti refertur in ejus Prologo num.* 3, cum Hierosolymitanæ ecclesiæ beatissimus Patriarcha Elias .. gubernaret; *noster vero diserte declarat num.* 49, *se scripsisse post ejus obitum, ita loquens*: Helias .. propriam sedem postliminio repetiit, diuturnaque dignitate patriarchali .. gavisus est; & cum hinc ad Deum sancte migraret, Dominum Georgium syncellum suum in cathedram Theadelphicam successorem reliquit. *Papebrochius in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum ex verbis mox citatis martyrii Sabaitarum, Eliam vixisse anno* DCCXCVII (*juxta*

AUCT. J. P.

in ipsa ejus periocha. quid fide retia,

Biographi quis fuerit? ejusque fidem meritus?

quo anno quo tempore scripserit Cœlites intersint

D *supra dicta* 796) & eodem aut sequenti mox
AUCT. anno obiisse *asserit; sed cuperem id paullo ma-*
J. P. *gis probari: Pagio ad annum* 795, *rectius scri-*
bente, tempus Eliæ mortis incompertum esse. Unde
non satis etiam videtur constare de tempore ordi-
nationis Georgii, successoris ejus. Papebrochius qui-
dem eam innectit anno circiter DCCXCIX, *citatis*
Annalibus Francorum Metenses, sæculo x *scriptos,*
qui extant apud Du Chesne tomo 3; *verum cum*
ibidem pag. 288, *ad prædictum annum nihil ha-*
beamus, quam quod monachus, qui de Hierosolymis
veniens, reliquias multas attulit Regi (*Carolo Magno*) ex parte Patriarchæ Hierosolymitani, *inde non possumus habere, quisnam*
Patriarcha ille fuerit, Eliasne, an Georgius. Nec
certiora dabit Baronius ad annum eumdem DCC-
XCIX, *si ipsum inspexeris. Nihil itaque superest,*
quam ut dicamus, Leontium scripsisse quidem post
martyrium Sabaitarum ac mortem Eliæ Patriar-
chæ Hierosolymitani, cujus, *ut modo dictis unum*
addam, sors inter Sanctos est, *sicut notatur*
num. 19 *Vitæ; at manere interea incompertum*
temporis characterem, quo laudatus Leontius eam
litteris commendaris; quod contigerit sub initium
B *sæculi* IX.

25 *Idque rursum confirmatur ex verbis Leontii*
quo autem circiter tempore determinatur. *nostri num.* 136, *dicentis, quo tempore scribebat,*
Thomam Theadelphici (*Hierosolymitani*) chroni gubernacula suscepisse. *Annales autem Fran-*
corum ab anno 708 *ad* 808 *deducti apud Du Ches-*
ne tomo 2 *Francicorum a pag.* 11; *anno* 807 *a-*
gunt de monachis de Hierusalem, qui legatione Thomæ Patriarchæ fungebantur. *Et*
ibidem in aliis Annalibus, Eginhardo, adscriptis,
pag. 253, *ad eumdem annum idem refertur. Sive*
autem jam Thomas ille proxime successerit Georgio
in patriarchatu Hierosolymitano; sicut vult Pagius
ad dictum annum, num. 4 *contra Papebrochium;*
sive cum Papebrochio eidem Georgio interponas For-
tunatum; cujus controversiæ decisio non est hujus
loci; vix dubitamus, *ut cum Papebrochio loquar*
in Historia Chronologica pag. XLI, quin hic (*Tho-*
mas) idem sit, qui in Actis Martyrum Sabaitarum laudatur *num.* 24, ut optimus medicus,
idemque pientissimus abbas, posteaque ordinatus veteris Lauræ Hegumenus: *quæ verba*
nimis graphice videntur convenire cum verbis Vitæ
num. 136, *medicas Thomæ dotes describentibus,*
quam ut non eadem ubique persona indigitetur.
E *Diu hanc ille sedem tenuit: cum respondeat litte-*
ris Theodori Studitæ anno 821, *uti est apud Ba-*
ronium ad ipsum annum, num. 54 & 55. *Unde*
patet, tempus, quo scripsit Leontius, aliquam ab ini-
to sæculo nono latitudinem pati, & interea manse-
re in obscuro, quo determinate anno scripserit.

26 *Asservamus inter alia monumenta litteraria*
Leontius qui scripsit Vitam S. Agrigentini, *Vitam Græcam ex* M. *Bibliotheca Regiæ Parisien-*
sis, signato num. 804, *S. Gregorii, Episcopi Agri-*
gentini in Sicilia, diadam XXIII *Novembris, hoc*
titulo Auctoris præmissum: Διηγήσις περὶ βιοῦ
μι τῆ ἡγιασμένη μονῆς τῶν ἁγίων Σάβα. Leontii
presbyteri & hegumeni monasterii S. Sabæ. *Utriusque scriptoris identitatem prima saltem fronte sua-*
dere videntur nomen idem, vitæ institutum, eadem
fere loci monastici designatio, quantum quidem ver-
ba prædicta sonant. Accedit, quod iste Leontius
statim in Prologo præfatur tenuitatem suam, parum
ad res tantas scribendas accommodatam; profitente
& nostro Leontio suam num. 115, pauperculum
se abjectumque *nominans; & num.* 185 prorsus, utpote nec litteris, nec idonea sermonis elegantia pollentem; (*Vitæ*) promeritis
exornandæ imparem. *At alterum ab altero ve-* D
re conditissimus fuisse, plura & graviora persua-
dent rationum momenta, quæ expendenda propo-
nimus. Ut cetera absint, quæ utrumque Auctore
distinguant, ratio scribendi ac verum delectus
utriusque plane dispar. Leontius noster totus est in
narrandis factis, solide habilitis, stylo ab episo-
diis & frivolis adornationibus alieno. Alter vero,
quantum faller si in pluribus apud emunctæ naris
historicos plenam fidem inveniat; ut præteream
dialogismos, identidem in exemplari Græco nostro
repetito, & in eo, quod edidit Surius, non ita
expressos; cetera in aliis, quorum magnam par-
tem cum Græco contuli, satis quoad substantiam
convenit. Apud Allatium de Symeonum scriptis pag.
127 attribuitur Metaphrasti Vita Gregorii Agri-
gentini, quæ incipit eodem modo, sicut incipit ea,
quæ est apud Surium, quamque is sub nomine
Metaphrastis vulgavit. Pagina autem 113 *ponit*
inter Vitas, quas Metaphrasti abjudicat, exor-
dium alterius, quod verbatim cum Græca nostra
consonat; notaturque etiam habere Leontium Au-
ctorem. Est itaque Vita sub nomine duorum Auc-
torum scripta; quorum haud dubie alter alteri præ-
luxerit. Porro fidem ipsius minuit Baronius ad an- E
num 494. *Papebrochius vero in citata Historia*
Chronol. pag. XXIX *asserit illam* multæ fabulositatis suspectam; neque in testimonium sanctitatis pro Macario (*Patriarcha Hierosolymitano*) adducendam, donec severo examine discussa fuerit. *Habemus eamdem Vitam in* Ἐκλογίῳ
seu collectione Vitarum aliquorum Sanctorum ex
Metaphraste desumpta, & ad vulgarem Græcorum
linguam translata; sed unam aeris, omnes haud
dubie aeris in substantia.

27 *Inter utramque ergo Leontium nimium quan-* *cum Leontio nostro ea res faciendum.*
tum interest, quam ut idem utriusque Vitæ Auctor
censeri possit. Quid? quod per monasterium S. Sa-
bæ, cujus presbyter & Hegumenus alter iste Leon-
tius fuisse notatur in titulo Vitæ, non intelligatur
Laura S. Sabæ prope Hierosolymam, quæ Leonti-
um nostrum aluit, sed monasterium Romæ sub no-
mine S. Sabæ notissimum; sicut perspicuum fit e-
volventi Vitam apud Surium num. XXVIII. *Id*
quod laudatus Allatius vel in titulo Vitæ notatum
inveneris, vel ex ejus contextu collegerit, quando
eadem pag. 133, *post exordium Vitæ, ista addit*
de ejusdem Auctore: Leontii presbyteri & He-
gumeni monasterii S. SABÆ ROMANÆ URBIS: F
jacetque in colle Aventino, juxta portam S. Pau-
li. De quo Fieravantes Martinellus in Roma sa-
cra pag. 295: Olim dicebatur in Cella nova:
antiquissimum monachorum Græcorum, tum
Cluniacensium sub Lucio II, & Cisterciensium sub Julio II monasterium. Gregorius
XIII concessit Collegio Alumnorum Germanicorum. *Atque hæc plus satis utrumque Leontium*
secernunt. Tertium ejusdem nominis, hic num. 32 a
Leontio nostro laudatum, manifestum est ab utroque
iste distingui.

28 *Annotata ad hanc Vitam nobis reliquit Pa-* *Quædam notantur de Auctoritate, ac veritate Vitæ.*
pebrochius; quæ etiam damus sub ejus nomine,
rescissis contractisque aliquibus; & vel sic plus sa-
tis prolixa sunt. Nova hinc inde a nobis annota-
tiones, prout occasio tulit, antiquis istis, inserta:
nonnulla etiam in iis mutata. Vitam e Græca Lati-
nam fecit socius noster P. Petrus vanden Bosch (Bo-
schius) non ejusdem in illa re versatus, ut
quam posse proxime genuinum ac primigenium Au-
ctoris sensum sequeretur. An vero & quantum as-
secutus eum sit, judicet lector φιλάλληλος. Alia
quidem ejusdem Vitæ versio manuscripta hic ela-
borata

Abrata jam pridem, & huc usque asservata fuerat: at quo perfectius rei tota prodiret, placuit tentare novam, cum alia ipsa antiquiore, a novo interprete non visa, nisi postquam summa ex parte promovisset, diligenter collatum, ut se antiquis aeque & novis, primisque ac secundis cum AUCT. aestimatissima Vita merito conferetur, impensa, J.P. quam pro sua dignitate postulabat, seria accuratione. Praeter haec, quo morer lectorem, nihil occurrit. Superest itaque ut nunc ipsum oculis subjiciamus.

VITA ACEPHALA

AUCTORE LEONTIO SANCTI DISCIPULO.

Ex uteri Ms. Graeco Petri Segurii, Cancellarii Franciae.

Interprete Petro Bosthio.

CAPUT I.

B *Martyr Abbas Martyrius. S. Stephani sanctitas miraculis declaratur.* E

Καθὼς ἔφης πρότερον, ἐπιλέλησμαι κλεῖσαι τὰς θύρας. Νυνὶ τί ἐρεῖς; μὴ ὡς ἄντως ἐποίησα; Ὁ δὲ ἀρα χαμηδεισάσας φησί· Καὶ νυνὶ ἐπιλάθῃ, ἀλλ' ὅμως, ὡς οἶδα, οὐδὲν ἀδυνατεῖ τῷ Θεῷ. Ἐγὼ δ' ἐκ ὀλιγάκις, θεωρήσας τὸν χάριτος τοιαύτης ἀξιωθέντα, εὐχαριστίαν τε δόξαν ἐπεμελᾶ τῷ Θεῷ, καὶ ἔτι πλείστην πίστιν μεγάλην ἐπεσάμην εἰς αὐτόν. Ὅθεν μιᾷ τῶν ἡμερῶν συνομιλῶν αὐτῷ περί τινων πνευματικῶν, ὡς ἦθος ἦν, ... ἐθέμην αὐτῷ μυστήριον· ἔχον γὰρ λογισμὸν τὸ κόσμου παντελῶς ἀναχωρῆσαι, καὶ προσελθὼν αὐτῷ εἶπον· Ὅσιε πάτερ Μαρτύριε, ἐκπαὶ ἐκ χρόνων ἔχω ἐπιθυμῶν ἐπὶ τὸν εὐδοτέραν ἔρημον πορεύθῆναι γυμνὸς, καὶ μηκέτι εἰπεῖν ὀπίσω, μήτε τινὶ ἀνθρώπων ὀφθῆναι, ὅπως πορρωθεν ὑπάρχων τῶν ἀνθρωπίνων θορύβων, καθαρῶς λατρεύσω τῷ Θεῷ, ὃν οὐ διέλιπον ἐκλιπαρῶν, ἵνα φανερώσῃ μοι τὸν εὐδοκίαν αὐτοῦ· ἡ προθυμία γὰρ ἀπὸ θείας πληροφορείας ἀπελθὼν, καὶ μίχει τὸ δεῦρο οὐδέν μοι πώποτε χάριν θεσθαι ἀπεκαλύφθη. Νυνὶ, ἴδε, πεπίεσμαι, ὅτι διά σου γνωρίσει μοι· ὑπὲρ, πάτερ, λάλησον, ὅπερ ἂν ἐμπνεύσει σοι ἡ χάρις τῶ παναγίου Πνεύματος, καὶ θεραπεύσει μου τὴν ψυχήν.

a Ὡς οὖν ὅπως εἶπον αὐτῷ· παραυτὰ διορατικοῖς τε καὶ προορατικοῖς ὀφθαλμοῖς σκοπήσας τὸ συμφέρον, ἔφη· Ὁ Θεὸς οὐ θέλει σε τοῖς ἀνθρώποις ἀφανῆ γενέσθαι, εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον εἰσελθόντα· ἀλλὰ μᾶλλον διπλοῦν κομίσασθαι στέφανον, τόν τε ἐρήμου, τόν τε διά σου σωζομένων ψυχῶν. Ἀναπλήρωσον οὖν τὸν βίον σου, καθὼς ἐδιδάχθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐν τῷ ἡσυχαστηρίῳ, ἵνα πολλοὺς ὁδηγήσῃς εἰς θεογνωσίαν καὶ ἀρετήν. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ βέλτιστε σε ὁ Θεὸς ἀποκλῦσαι ἐκ ἀνθρώπων φιλανθρωπος. Μηκέτι οὖν παρακάλει αὐτὸν περὶ τούτου, ὅτι μετά σε χιδὸν ὁ πανθήσεται ὑπὸ τῶν φανησομένων ἀναχωρητῶν ὁ ἔρημος.

Θεοφόρυ ἡμῶν Ἐπίσκυ φωτηγωγούμενοι ἐδι-
δασκόμεθα.

ANNOTATA D. P.

a *Hinc, itemque ex numero* 183, *ubi de S. Stephani sepultura; prout ex relatis num.* 28, *de S. Theoctisti sociorumque arca, colligimus, mortis fuisse in Lauris ac monasteriis Palæstinæ, ut quorum memoriam ob singularem virtutem & posterorum incitamentum volebant religiose conservatam, eos in sacratiori loco decenter conditos collocarent Patres; cum extra ecclesiam aut monasterium ceteri in communi cœmeterio defoderentur.* F

b *Terribiles terræ motus memorat Cedrenus in Syria contigisse anno Copronymi secundo, sexto, & nono: sed cum is, de quo hic agitur, a decem annis accidisse narretur a S. Stephano & ultimo quidem vitæ quadriennio, sicut liquet ex verbis Leontii num.* 115; *alium designare necesse est, & numerosam durationem, quæ ab ipso motu, & relaxata post eum disciplina monastica usque ad dictum* C *quadriennium effluxerat. Sed quid vetat* post annos Decem a magno terræ motu, *ita intelligi, ut solum tempus significetur, unde initium sumpserit ista relaxatio, præscindendo a tempore, quo eum ipsa referebat* Stephanus, *illa jam præterierat? Et sic unus ex dictis motibus intelligi potest, maxime is, qui anno Copronymi* 6, S. Stephani 21, *Christi* 746 *a Cedreno μέγας vocatur, templis monasteriisque Palæstinæ fatalis: quem sic dudum ante ipsum descripserat Theophanes*: Hoc anno (746, *ut patet ex Indictione* XIV, *quæ paullo post ibi subnectitur*) mensis Januarii die XVIII, hora 15, magnus terræ motus in Palæstina circa Jordanem & in Syria factus est: adeo ut multæ hominum myriades ac pene infinitæ perierint, & ecclesiæ monasteriaque ceciderint, & maxime circa Sanctæ civitatis solitudinem. *Atque hic terræ motus adeo singularis, & adeo graphice hic memoratus facit, ut perfacilimum videatur, verba de quibus hic quæritur, ultimo sensu exponenda esse; nec aliud Sanctum voluisse indicare, quam punctum finem, quo cœperit relaxari monastica ibidem disciplina.*

c *Plinius lib.* 11, *cap.* 29 *sub exitum veris prodire ab ovis tradit, quæ autumni tempore peperierint. Alii duplicem earum fœtum fœtum; dicuntque etiam Vergiliarum exortu Majo mense parere, quæ ad Canis ortum nasci debeant: nec volare mollibus propter frigora, quidem volarre. Quod ut verum non sit, cum de provincia in provinciam continuata quandoque plurium dierum profectione trans mare demigrent, alias tamen vere dici vel ex hoc loco colligitur.*

Digitized by Google

A

D

A-LEGEN-TIO DI-SC. EX. MS. GR.

CAPUT XV.

Viſio S. Stephani de gloria S. Theoctiſto parata; curatio infirmi; viſio diſcipuli de gloria S. Stephano deſtinata; apparitio Angelorum; prædictio mortis; atque ipſa denique piiſſima S. Stephani mors; & vitæ periocha chronologica.

Ἐν τούτῳ ἐπέστη ἡ παραπορθήμερος τεσσαρακοστή, τὴν σωτήριον τοῦ Πάσχα προαγορεύουσα. Ἐν γὰρ τῶν τῆς συμμαθητῶν ἐλάβετο, ὀνόματι Θεόκτιστος, ὃν ἠγάπα λίαν ὁ Ἐπίσκοπος διά τε τὴν πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ βίου καθαρότητα· ἦν γὰρ τὸ γένος Γαζαῖος, ἀγάπλωτος καὶ πεπείνωσιν πολλὴν ἔχων· ἔθετο τοῖς μάρτυσι σωτηρίθημος ἀφθῆ, καὶ τῶν ἀκηράτων ἠξίωται στεφάνων. Τοῦτον ἂν λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ, ὡς καὶ διαπαντὸς, μετὰ τὸ γηράσαι αὐτὸν, εἰώθει ποιεῖν, ἐξέβη εἰς τὸν χειμάρρουν τῆς ἀνατολικῆς ἐρήμου τοῦ ἁγίου Εὐθυμίου μονῆς· ἐκεῖσε δὲ τότε τὴν Τεσσαρακοστὴν ἐκπλῶν, ἦλθεν ἀπτασία περὶ τοῦ σωτῆρος αὐτῷ μεθητοῦ Θεοκτίστου, καὶ αὐτῷ τε καὶ ἄλλοις μαθηταῖς ἐξηγόρευεν, λέγων· Τὸν κανόνα τῆς νυκτερινῆς ψαλμῳδίας ἐκπλήσας, ἐγενόμην ἐν ἐκστάσει, καὶ θεωρῶ περιαλλῆ, παμμεγέθη ναὸν, ἐκλάμπροις ἐξαστράπτοντα φεγγηρίαις, καὶ δὴ ναοῖς ὡραιοπαντοῖς ὀροφοῖς, καὶ ποικίλαις μουσικαῖς ψηφίσι, καὶ σιλβούσαις μαρμαρικαῖς λιπαργίαις, καὶ σύλοις χρυσοκεφάλοις, καὶ παντὶ θεοπρεπεῖ κοσμῳ κεκαλλωπισμένον· ἐν ᾧ γὰρ ἐν αὐτῷ ἀγαλλίασις ἀνέκφραστος, καὶ τρυφὴ ἀμήχανος, καὶ λαμπρότης ἀνεκδιήγητος.

177 Ὡς ἂν ἐγὼ ἐν αὐτῷ, τοῖς ἀφράστοις ἐκείνοις ἀμφιτυγμασιν ἐπιγανύμενος, βλέπω τινὰ τὸν ἐμὸν φίλον μαθητὴν, ἀββᾶν Θεοκτίστον, εἰσερχόμενον ἐν ἀγαλλιάσει καὶ δοξολογίαις καὶ θεοπρεπίσιν ὕμνοις, πρὸς ὃν καὶ ἐφθέγγετο· Καὶ σὺ, τέκνον γλυκύτατον, εἰσελήλυθας ὧδε; Εὖ καὶ καλῶς ἦκες. Ὁ δὲ ἔφη· Ναὶ πάτερ, ἐξέστη με ἡ ἄπειρος τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἡ ὑπερένδοξος εἰσόδῳ ταύτῃ· τοιγὰρ τὸ ξένον ὅρασιν ἐν ὑμῖν ἐξηγήσομαι συνεργοῦντος Θεοῦ· τὸν ναὸν καὶ τὸ ἐν αὐτῷ φαιδρόν τε, τὸ ὑπερφυὲς βασίλειον καὶ τὸ ἐν αὐτῷ διαυγίζουσαν χαρμονὴν πάντες οἴδατε, ἧς ἀξιωθήσεται ὅπως ὁ καλλίστος καὶ θεάρεστος μαθητὴς Θεοκτίστου χάριτος τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ. Οὕτω μοι ὁ θεόσοφος πρεσβύτης, τὴν μακαρίαν τοῦ ἰδίου μαθητοῦ λῆξιν ἀξιωθεὶς ἰδεῖν, εἶπε. Τοῦτο δὲ ἐμαρτυρεῖτο ἅπασιν, ἀληθῆ γεγονέναι τὴν ὀπτασίαν, καὶ διὰ τὴν ἀρίδηλον αὐτοῦ ἀγγελικὴν πολιτείαν μόνον, ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ πλύματι καθήρθη μαρτυρικῷ βαπτίσματι, ὃ δέδεκτοις οὐ προσομιλεῖ ῥύποις· ἔστι γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πατέρων, τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐν τῇ μεγίστῃ Λαύρᾳ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα, οὗ τὴν διήγησιν ἀνεγράψατο ὁ πανάριος ἀββᾶς Στέφανος, ὁ ἡμῶν Λαύρας τὸ καύχημα.

178 Μετὰ δὲ τὴν ὀπτασίαν ταύτην ἄλλοτε καιρὸν ἐν τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς ἦν

INstabat interea dierum Quadraginta jejunium quod ſalutiferam Paſchæ feſtivitatem prænunciat. Erat autem inter condiſcipulos pius quidam, cui nomen Theoctiſto, quemque Magiſter noſter, tum ob mitem indolem, tum ob vitæ candorem, diligebat in paucis: nam genere Gazenſis erat, inſigni caritate, atque animi demiſſione præditus; unde & inter Martyres referri viſus eſt, & coronas adeptus eſt immortales. Hunc igitur ſecum aſſumens, uti etiam ſemper, ex quo ſenuerat, ſolebat facere, ad torrentem abiit orientalis deſerti, ubi ſitum eſt monaſterium ſancti Euthymii *a*. Dum ibi Quadrageſimam exigit, oblata ei eſt viſio de diſcipulo, qui tunc aderat, Theoctiſto, quam & illi & aliis in hunc modum expoſuit: Pſalmodiæ nocturnæ canonem expleveram, cum abreptus ſum ſpiritu, ac templum conſpexi perelegans & ampliſſimum præfulgido lumine & ſacrum quemdam horrorem incutienti coruſcans, laquearibus ac tecto magnificentiſſimis, variiſque muſaici *b* operis calculis, ac nitido marmore artificioſiſſime elaborato, uti & columnis, quæ aureis capitibus erant inſignes, omnibus denique ornamentis Deo dignis inſtructum: nam exultatio in eo erat inexplicabilis, incredibilis delectatio, ſplendor inenarrabilis.

Theoctiſtum diſcipulum poſtea martyrem, in palatio ſpecioſiſſimo,

a

b

E

177 Ibi ego cum eſſem, jucundiſſimque illa ſpecie lætus fruerer, diſcipulum hunc meum cariſſimum, patrem Theoctiſtum, magnis incedentem lætitiis, laudeſque ac divinos modulantem hymnos ingredi video; quem gaviſus: Etiam tu, inquam, huc intromiſſus es, fili dulciſſime? Bene ac proſpere veneris. Cum ille: Sic eſt, Pater; immenſa Dei miſericordia glorioſiſſimo hoc me ingreſſu dignata eſt. Viſionem vero hanc novam inter vos, Deo adjuvante, explanabo: Templum illud, quæque in eo erat jucunditas, regnum cæleſte lætitiamque ejus ſempiternam eſſe, omnino exiſtimate, qua præclariſſimus hic & ſanctus diſcipulus Theoctiſtus Dei optimi beneficio donabitur. Ita quidem hic Senex divina plenus ſapientia, dignuſque inventus, cui diſcipuli ſui ſors beata revelaretur, edixit. Teſtes vero eſtis etiam vos omnes, veram hanc viſionem fuiſſe, non ſolum propter apertam ejus vitæ ſanctimoniam, verum etiam quod ſupremo martyrii baptiſmate, quod ſecundas non admittit ſordes, perpurgatus eſt: eſt enim e numero Patrum in maxima ſancti Patris noſtri Sabæ Laura a barbaris interfectorum, quorum vir omni virtute præſtans pater Stephanus Lauræ noſtræ decus ingens & ornamentum, hiſtoriam *c* concinnavit.

Iniuitur per viſionem, ejus veritatem probat evenitus.

Fratrum ex dyſenteria peſtilentium curat.

178 Alio poſt hanc viſionem tempore ad ſolitudinem Calamonis, comite memorato jam Dei

Digitized by Google

A Dei Martyre, cum patribus quibusdam circa Quadragesimam profectus est. Dum istic versan-
A. LEON. TIO DI- tur, duo quidam in spiritu fratres, qui olera
SC. EX herbasque deserti, ac pestifera venena alter al-
MS. GR. tero minus comederant, peracutis viscerum tor-
minibus alvique solutione correpti sunt, usque adeo ut qui plura introsumpserat, gravius discrimen adierit nocte quadam ipsa effundendi intestina, jamque spem vitæ ejus qui aderant, omnem abjicerent. Senex igitur fusis precibus, eum apprehendens manu, Surge, inquit, fili; quia qui filiam Centurionis & Lazarum ex tristibus inferorum sedibus reduxit imperio suo revocatos ad vitam, idem ille, deprecante quæ eum ineffabiliter genuit, misertus est tui, & quasi ex inferno eruit. At ille confestim assurrexit sanus, Deo ac Senis precibus hoc beneficium adscribens. Is etiam nunc per Christi gratiam superstes hæc magnis vocibus profitetur.

179 Fuit inter Senis discipulos aliquis, Tho-
Parata ei in cælis gloria discipulo indicatur. mas dictus: hic paucis ante finem ejusdem Quadragesimæ diebus Magistrum suum invisurus advenit, triduoque apud eum commoratus, inter nos agebat, narrabatque nobis condiscipulis, oblatum sibi fuisse terribile somnium: In quo, ajebat, templa vidi complura, structura elegantia in cælum usque educta, columnis sulta divina luce fulgentibus, & illustri cujusvis generis ornatuum varietate decorata; desuper autem in summis illorum culminibus, structores aliquot in castro validissimis muris septo ædificium gnaviter ac secure molientes. Quibus rebus obstupescentem me ac perterritum operæ compellant his verbis: Quid stas attonitus, vir bone? Ad quos ego: Merito, inquam, attonitus sum ac stupeo; quando castrum ejusmodi coatemplor, cui numquam simile visum est. Cum illis: Et ignoras, cujus hoc sit? Nimirum patri Stephano, præsidi tuo, ponitur; sed diebus adhuc paucis opus est, quibus angulus hic, quem præ manibus habemus, ut vides, ad fastigium assurgat; nam post illum murus totus absolutus erit. Atque his visis auditisque evigilavi.

Ipse ultimam synaxim celebrat; & in cœlum inciditur, 180 Nec multo post tempore, quam nobis condiscipulus hæc, ut viderat, edixisset, advenit cum discipulo, patre Theoctisto, expleta quadragesima, die dilationis *d* sanctus Senex, totamque hebdomadam sanctam, & festum Resurrectionis obivit sanus admodum & bene habens. Ante tres igitur, qui Dominicam Novam
C *e* præcedunt, dies, adest frater aliquis, eumque
d orat, ut ad aras facere pro se velit: quod ille
e ubi toto animo præstitisset, pietatem ac dulcedinem spiranti voce sic eum, a quo rogatus fuerat, alloquitur: Enimvero, frater, post hanc synaxim, ut opinor, nullam umquam amplius aliam celebrabit Stephanus: quo dicto, dimisit eum. Postero die, qui erat quinta feria, & tertius ante Dominicam Novam, cœpit ægrotare; deinde vero ad nos venit. Dum ergo nos discipuli canoni nocturno feriæ secundæ media circiter nocte vacamus, accurrit memoratus paullo ante pater Cosmas, qui accelerare nos jubens: Venite, venite, inquit, o dilecti condiscipuli, properate, ut extremam Senis benedictionem excipiatis: nam jam, ecce, spiritum suum Domino reddit.

e Callibus vicinus.

181 Consternati hac denunciatione discipuli, Et unde id nosti, cedo, inquimus. Respondet ille: Vigilabam solus, cum in intima cella Ma-

μετ' ἑαυτὸν τὸν μνημονδθέντα θεῖον Μάρτυρα, D
ἐπορδύθη ἐπὶ τὴν ἔρημον τῆ Καλαμῶνος ἅμα τισὶ τῶν πατέρων. Τύπον δὲ διαγόντων τινὶ, δύο τινὲς ἀδελφοὶ πνευματικοὶ, ἐρημικὰς ποας καὶ βοτάνας καὶ φάρμακα κακὰ βιβρωκότες, ὁ μὲν ἔλαττον, ὁ δὲ πλεῖον, κατοξέλει· δυσκοπεμικῷ καταχύθησαν πάθει, ὥστε αὐτὸ χεῖδον ἢ πολλὰ φαγόντα, καὶ πλείω κινδυνεύσαι τὴν ἐγκατα προχωρῆσαι ἐν μιᾷ νυκτὶ, καὶ ἀπελπισθῆναι ὑπὸ τῶν περὶ αὐτόν. Εὐχὴν οὖν ποιησάμενος ὁ Γέρων, καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἔφη. Ἀνάστα, πάτερ, ὅτι ὁ τῆ θυγατέρα τοῦ Ἐκατοντάρχου καὶ τὸν Λάζαρον ἐκ τῶν ᾅδου συγκῶν δόμων ἀναγαγὼν, τῷ λόγῳ ζωοποιήσας αὐτὰς, λιπαῖς τῆς ἀφράστως πεύσης αὐτὸν ἐλεήσειέ σε, καὶ ὡς ἐξ ᾅδου ἀνίστησεν. Ὁ δὲ παραχρῆμα ἀνέστη ὑγιὴς, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ τῷ Γέροντος δεήσει. Ζῇ δὲ ἕως νῦν Χριστῷ, παῦτα μεγαλοφώνως ὁμολογῶν.

179 Ἦν δέ τις, ὀνόματι Κοσμᾶς, τῶν τοῦ Γέροντος μαθητῶν· ὅστις πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς πέλας τῆς αὐτῆς Τεσσαρακοστῆς ἦλθεν ἐπισκεπτόμενος τὸν Ἐπίσκοπον, καὶ ἐξ ἧς ἡμέρας συμπαρεμείνας αὐτῷ, σωνέξηλθε, ἀναγγέλλων ἡμῖν, τοῖς συμμαθηταῖς, ἑωρακέναι φρικτὸν σύνταγμα· Ἐν ᾧ πολλοὺς, φησὶν, εἶδον ἱερομένους ναοὺς, λίαν ἐκπρεπεῖς, κίοσι θεοφεγγέστιν εὐδρομένους, καὶ παστοῖς αἰγλαῖς ποικίλμασι πεποικιλμένους, ἐπάνω δὲ ἑστῶτας ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν κορυφῶν οἰκοδόμους τινὰς θρασικῶς οἰκοδομοῦντας σὺν κάρρῳ ὠκεῖχέσῳ οἰκοδομημένον ἀσφαλῶς, ἐφ' οἷς λίαν ἡμεῖς καταπλαγέντες καὶ ἐκθαμβηθέντες οἱ ἐργάται φησίν· Τί ἕστηκας, ἄνθρωπε, πθηκῶς; Πρὸς οὓς ἔφην· Δικαίως πέθηκα καὶ ἐκπέπληγμαι· ἐπειδὴ κάστρον εἶδον τοιοῦτον, οἷον οὐκ ὤφθη πώποτε. Οἱ δὲ εἶπον· Καὶ ἀγνοεῖς, τίνος ἐστίν; Τοῦ γὰρ ἁγίου, ἀββᾶ Στεφάνου, καθέστηκε· ἀλλ' ἔτι ὀλίγαι ἡμέραι παρελεύσονται, καὶ ἡ μετὰ χεῖρας γωνία, ὡς ὁρᾷς, εἰς ἄκρον ὑψωθήσεται· ὅλον γὰρ τὸ τεῖχος ἀπαρτίσαι παρὲξ αὐτῆς. Καὶ ταῦτα ἰδὼν καὶ ἀκούσας, ἐξυπνος ἐγενόμην.

180 Μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας τῶ συμμαθητῶ, ταῦτα θεασαμένῳ, ἐξεπόντος ἡμῖν, παρεγένετο ὁ ἅγιος Γέρων μετὰ τοῦ μαθητοῦ, ἀββᾶ Θεοκτίστου, καὶ Τεσσαρακοστῆς πλησθείσης, τὴν τε ἡμέραν τῆς ὑπερθέσεως, καὶ τὴν ἁγίαν ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν ἀσπασιμον ἡμέραν ἐπέλεσε παῦ ὑγιαίνων καὶ δίεκπαῖος. Πρὸ τριῶν ἓξ ἡμερῶν τῆς νέας κυριακῆς ἦλθέ τις ἀδελφὸς, αἰτούμενος παρ' αὐτοῦ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ποιήσασθαι συνάξιν. Ὁ δὲ παντὶ ὁλοψύχως ἐκπλέσας, κατανυκτικὴ καὶ πρεπεία φωνῇ πρὸς τὸν αἰτησάμενον ἔφη· Ὅπως, ἀδελφὲ, ὡς νομίζω, οὐκ ἔτι ὁ Στέφανος μετὰ παῦτα τὴν συνάξιν ἑτέραν ἐκπλεῖ· καὶ πῶς εἰπὼν ἀπέλυσεν αὐτόν. Τῇ δὲ ἑπαύριον, ἥτις ἦν πέμπτη πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς νέας κυριακῆς, ἤρξατο νοσεῖν· ἔπειτα δὲ ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς. Ἡμῶν δὲ τῶν μαθητῶν παρὰ τὸ μεσονύκτιον ἀκροπαλύπτων τὸν νυκτερινὸν κανόνα τῆς δευτέρας, ἦλθεν ὁ πρὸ μικροῦ μνημονδθεὶς ἀββᾶς Κοσμᾶς, καὶ καπείγων ἡμᾶς, εἶπεν· Δεῦτε, δεῦτε, ὦ φίλοι συμμαθηταὶ, προφθάσατε τὴν πλουσίαν τοῦ Γέροντος λαβεῖν εὐχάς· ἰδοὺ γὰρ, παραδίδωσι τὸ πνεῦμα αὐτὸ τῷ Κυρίῳ.

181 Ἐπὶ τούτῳ δὲ παραχθέντες οἱ μαθηταὶ τῇ ἀγγελίᾳ· Καὶ πόθεν δῆλος, εἶπε, πρὸς αὐτὸν ἔφημεν. Ὁ δὲ εἶπεν· Γρηγορῶν μόνος ἐν τῷ

τῷ μυχοπίτῃ κελλίῳ, ἀκήκοα τὸ Ἐπιτάφιον ῥημάτια φωνῇ τισιν ὁμιλοῦντος, καὶ ἐγκελευομένου τῇ ἐμῇ πατεινώσει, καὶ λέγοντος· Δεῦρο ἐκεῖσε, ἀββᾶ Κοσμᾶ, δεῦρο, τιμίας δέξιστον καθέδρας, καὶ φιλοφρόνως ὑποδέξασθε τοὺς κοσμιωτάτους ἄνδρας. Πρὸς ὃν κλονηθεὶς ἐφην· Τίνες εἰσὶν οἱ ἄνδρες οὗτοι, πάτερ; Ὁ δὲ εἶπε· Τοὺς λαμπρυνομένους τοὺς, φημί. Ἀναστὰς οὖν παραυτὰ τὸ κελλίον ὅλον ἐψηλάφησα συνταραχῶν· ἦν γὰρ βαθεῖα νύξ, καὶ σκοτία, καὶ καπνώδης ἡ ἀποσβεσθεῖσα. καὶ μηδενὰ ὁρῶν, πάλιν ἐρώτησα αὐτόν· Ποίους ἄνδρας ἐρεῖς, οὓς οἶδα, πάτερ. Ὁ δὲ εἶπε· Οἷς προωμίλουν πρὸ ὥρας. Ἐπὶ τούτοις δὲ τοῖς λόγοις παραχθεὶς ἐγὼ ὁ παναθλιος, φάσθαι αὐτοὺς ἀγγέλους εἶναι, ἐλθόντας ἀφελέσθαι καὶ ἁγιάσματα αὐτῶ ψυχῶ, καὶ μετὰ τιμῆς καὶ δόξης πρὸς τὸν αὐτοῦ δημιουργὸν ἀγαγεῖν.

18a Ὁρμήσαντες δὲ πάντες, καὶ τὴν καντήλαν ἅψαντες, ἔμφοβοι θεωροῦμεν καὶ γέροντα λίαν τὸν Γέροντα, ὀθεν οὐκ ἀπειπάμεθα αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ζῶν αὐτὸν ἐλπίσαμεν ἔτι. Ὡς δὲ σὺν τούτοις ἦμεν, ὀλίγον πρός τὸν Ἐπιτάφιον ἰδιάσας προσῆλθον αὐτῷ, καὶ εἶπον· Πληροφόρησόν με, πάτερ, εἰ πορεύῃ πρὸς ὃν ἠγάπησας Χριστὸν ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ ταύτῃ. Ὁ δὲ καθ' ἑαυτὸν καθιζόμενος ἔφη· Ναί, ναί, πορεύομαι πρὸς τὸν Κύριον, τέκνον. Εἶτα δὲ τὴν ἑαυτοῦ κάρηνον ἱερὰν κεφαλὴν ἐπὶ τὸν κλίνην, τὸ Θεῖον καθ' ἑαυτὸν δοξολογῶν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν δεόμενος. Εὐθέως δὲ παρ' αὐτοῦ πληροφορίαν εἰλικρινῆ περὶ τῆς ἀποβιώσεως αὐτοῦ, ὁ δρόμος, ἀπαγγέλλων τοῖς ἐμοῖς πνευματικοῖς ἀδελφοῖς. Οἱ δὲ τοὺς πατέρας συνήθροισαν αὐθωρεί· τύπτων δὲ ὁμοῦ συναχθέντων, οἱ μὲν χαρπώμενοι τῆς ἁγίας αὐτοῦ ἐκδύσεως ἀνεχώρουν, οἱ δὲ τὴν ὥραν τὴν διατιμηθεῖσαν αὐτῷ ἐξόδου ἀπεδέχοντο μείοντες. Ὁ δὲ τοὺς μὲν ἀμειβόμενος εὐλογίαις καὶ εὐχαῖς, τοὺς δὲ λόγοις βιαίοις καὶ ἰταμοῖς· Οὐ καλῶς καθίξῃ, λέγων, καίπερ μὴ ὄντως δοκῶν, ἀπέλυε· τοῖς δὲ παραμένουσιν αὐτῷ ἐνετέλλετο, λέγων· Νηφέχως προσέχετε ἑαυτοῖς.

18β Εἶτα ἀπὸ τῆς πρωΐνης ὥρας μέχρι τῆς ὀψέως ποτὲ μὲν ἀνακλινόμενος, καὶ καθ' ἑαυτὸν εὐχόμενος, ποτὲ δὲ καθιζόμενος, προσεῖχε ἑκάστῳ τῶν παραπαθημένων αὐτῷ· καὶ πάλιν ἐκλίνετο, καὶ αὖθις ἀνεκλίνετο, λυπηρὰς ἐκ βάθους τῆς καρδίας ἀναπέμπων στοναχὰς, ἐῤῥωμένον καὶ σαθρὸν κτίσμασι τὸν, καὶ παντελῶς ἄτυπον. Ἐν ὅσῳ δὲ ἔπνει, ἐν παντὶ συνῆλθεν ἡ πατέρων πλειὰς, πρὸς ἃς ἐξενοχλούμενος· Ἔξιτε, ὦ πατέρες, ἔλεγε, καὶ ἄφετέ με μικρὸν ἡδέως. Οἱ δὲ μὴ πειθόμενοι τὸ παράπαν οὐκ ἐχωρίζοντο, ἑτοίμως καὶ μίαν ἀναπνοὴν ἀπολαῦσαι τῆς μακαρίας αὐτοῦ ψυχῆς. Δυσέρπτου δὲ τοῦ ἥλιου, ἡ ἀδόλος αὐτοῦ γλῶσσα κατεσχέθη· κινήσει δὲ χειλέων μόνῃ καὶ διανοίᾳ ἐδόξαζε τὸν Θεὸν, ὥσπερ ὁ φιλαλήθης ἡσυχαστὴς, ἀββᾶς Ἰωσήφ, ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος, πάνυ γὰρ ἐν πλησίον τοῦ Γέροντος, συμμαρτύρησε, καὶ φησὶν· Ἐπεμνημόνευσα σαφῶς τοῦ Γέροντος λέγοντος τῇ διχῇ τὴν ἀναφοράν, καὶ προσφωνήσαντος, ἀμήν, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ πέρας αὐτοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἀββᾶς Ἰωσήφ. Ὁ δὲ Γέρων τὸ ἀγηρὸν αὐτοῦ ἤτιον σῶμα, παρέδωκε τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἁγιασμένον, καὶ εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκοιμήθη, καὶ ὕπνωσε χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τῆς νεομηνίας κατὰ τὴν ὥραν τῆς νυκ-

gistrum audivi submissa voce cum aliquibus col- B loquentem; & meam tenuitatem advocando, ALEXIO dicentem: Adesdum huc, pater Cosma, adesdum TIO DIhuc; honoratiora hic dispone sedilia, & SC. EX ornatissimos hosce viros perhumaniter accipe. MS. GR. Conturbatus ego: Quinam sunt, inquiebam, viri isti, Pater? Illos dico candidatos, reponit ille. Statim ergo consurgens cellam omnem palpando luctandoque cum tenebris pertento (erat f enim alta nox & caligo, extincta candela f) cumque neminem esse comperissem, rursum eum interpello. Quales viros dictos velis, non equidem capio, Pater. Cum ille: Illos volebam, quibuscum ante horam locutus sum. Quibus verbis perculsus ego miserrimus, Angelos illos esse conjeci, qui sanctam ejus animam sublaturi, eamque cum honore & gloria ad creatorem suum hinc reducturi venerint.

18a Raptim igitur eo convolantes, accensa- *Discipu-* que candela, Senem offendimus mentis optime *li mor-* compotem, ac valde vegetum; unde non ma- *tem* gnopere eitimebamus, quin imo longioris adhuc *prædi-* vitæ spes affulgebat. Dum ibi sumus, accedo *cit.* ego ad eum seorsum solus cum solo tantisper E colloquens, &: Dic mihi candide, inquam, mi Pater, an ad Christum, quem dilexisti, ex hoc morbo fis migraturus. Ille vero se ipse ad sedendum componens; Sic est, inquit, sic est; ad Dominum, fili, proficiscor. Deinde sacrum caput super stratum reclinat, apud se glorificans divinum numen, eique nos precibus commendans. Ego de ejus obitu ex ipsomet factus certior e vestigio id spiritualibus fratribus meis renunciaturus accurri; illi patres eadem hora convocant. Conventu facto, alii sancta ejus intercessione ditati recedunt, alii subsistentes pretiosum ejus in conspectu Dei exitum præstolantur. Ille vero quosdam quidem benedictionibus precibusque remunerabatur; quosdam autem violentis atque asperis verbis (Male vivis, inquiens, tametsi aliter videaris) dimittit: sed iis, qui apud se manebant, hoc inculcabat: Attendite caute vobismetipsis.

18β Subinde ab aurora ad horam usque octa- *& plurima exsplicat.* vam modo reclinatus apud se orabat, modo F residens intuebatur unumquemque assidentium; rursumque nunc in hanc, nunc in illam partem demittebat sese, tristia ex alto pectore ducens suspiria, generosum & constantem ac penitus invictum animum servans. Interea temporis dum in eo statu jacet, patres alter alteri supervenientes magno numero circumstabant, ad quos ille id molesse ferens: Exite, o patres, inquit; mihi me tantisper relinquite. Verum illi, nihil audientes, nequaquam se loco movebant, certi ad extremum usque spiritum beata ejus anima frui. Occumbente sole lingua ejus, omnis ingenia semper doli ac fraudis, impediri cœpta est: solo labiorum motu, ac mente glorificabat Deum; ut solitarius ille veritatis amantissimus, Pater Josephus, episcopus postmodum factus, (nam is proxime aderat Seni) testatus est, cum dixit: Observavi manifeste Senem recitare præsationem subsidii g, eaque ad finem usque decursa, g subjecit, Amen. Hæc Pater Josephus. Senex autem os suum purissimum tertio aperiens, spiritum suum benedictum Domino tradidit, atque in pace in id ipsum dormivit, & gaudens atque exultans requievit postridie Novæ Dominicæ sub horam nonæ primam. Sepultus vero est Aprilis

Alis mensis secunda die, anni a creatione mundi sexies millesimi ducentesimi octogesimi sexti *b*, sancto patre nostro & hegumeno Basilio omnibusque Lauræ monachis congregatis, in sepulcris sanctorum patrum nostrorum atque hegumenorum, ubi jacent venerabiles reliquiæ sancti Joannis episcopi & Silentiarii *i*.

A LEONTIO DISC. EX MS. GR.

b

i

Periocha vitæ ejus Chronologica.

184 Migravit autem ad Dominum postquam placita Deo vita per annos multos esset fruitus: vixit enim solidas annorum sexaginta novem periodos *k*; quorum quidem novem in Christiano suo pago domi exegit; decennis vero ad Maximam Lauram nostram cum patruo suo accessit, cum quo annos quindecim in omni obedientia ac submissione vixit. Per annos autem octo varia obivit ministeria, quorum quatuor canonarcham *l* egit, duobus vero artocopum *m*, tum uno hegumenarcham *n*, uno item xenodochum *o*. Qinque deinde annis solitarius Christo vacavit in cella, non exiens umquam, nisi diebus sabbati ac Dominicis *p*, cellæ fronti per id tempus inscribens: Ignoscite per Dominum mihi, Domini patres, neque mihi quisquam in hesychasterio extra sabbatum ac Dominicam sit molestus. Septimum ac trigesimum agens annum, quod reliquum ei fuit vitæ tempus sanctæ cum Deo conversationi impendit, & quindenos quidem annos ab omni humano commercio egit remotissimus, tres *q* observans in eremo cilicio indutus Quadragesimas, ut scriptum est superius, & fere circum mare Mortuum degens summis calamorum palmarumque silvestrium virgultis *r*, non numquam paucnlis fabis vescebatur. Subinde discipulos accepit, in quorum salutem, Deo opitulante, sedulus incumbebat, cellam illis percommodam assignans ab hesychasterio suo admodum distantem. Reliquis vero septemdecim annis annuas illas tres Quadragesimas cum præcipuis quibusdam Lauræ patribus obivit, unum ex discipulis secum assumens. Cilicium tamen, tum ob patres qui secum erant, tum ob eos, qui undecumque ad se recurrebant, non gestabat, ne se hoc habitu indutum viderent; quo tempore fabæ ipsi, dactylique paucissimi pro cibo erant: panem enim, aut vinum, aut oleum, aut cetera edulia nequaquam gustabat.

k

l

m

n

o

p

q

r

Τὰ δὲ ἑξήκοντα καὶ ἐννέα ἔτη τοῦ βίου αὐτοῦ ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν πολιτείᾳ διήνυσε· τὰ γὰρ ἑξῆς τεσσαράκοντα ἐν τῇ μεγίστῃ ἡμῶν Λαύρᾳ σὺν τῷ αὐτοῦ πατρὶ ἀδελφῷ μεθ' ὃν δεκαπέντε ἐνιαυτοὺς ἐν πάσῃ ὑπακοῇ καὶ ὑποταγῇ διῆξε. Εἶτα ἐκτὸς δὲ ἐν διαφόροις διακονίαις ἐτέλεσε, ὧν τέσσαρες μὲν ἐμπεπίστευται αὐτῷ κανονταρχικὴ λειτουργεία, δύο δὲ ἀρτοκοπικὴ, καὶ χρόνους μὲν ἴσους ἕνα τελεῖ τῇ ἡγουμενταρχικῇ, καὶ τὴν ξενοδοχικήν. Ἔπειτα δὲ πέντε ἐν Χερσῷ ἡσύχασε ἐν τῷ κελλίῳ μὴ προϊὼν παντάπασιν, ἀλλ' ἢ πρὸς σάββασι καὶ πρὸς κυριακάς, ἐπιγράψας τῷ τοιχαδὲ τῇ φλιᾷ τὸ κέλλιον ὅπως· Διὰ τὸν Κύριον συγχωρήσατέ μοι, κύριοι πατέρες, καὶ μή τίς με ἐνοχλείτω παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς ἐν τῷ ἡσυχαστηρίῳ· ἕβδομον ἄγων ἔτος, τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐν σιωπῇ τῷ Θεῷ προσομιλῶν ἐξέζησεν, καὶ μονώτατος μὲν πάντα τὰ ἀνθρώπινα διεπρᾶξε, ἐκπλῶν τὰς ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἐν τῷ ἐρήμῳ, ἐνδεδυμένος τὰ ξύλινα, ὡς ἀνωτέρω γέγραπται, κύκλῳ τὴν πέτρας θαλάσσης περιφοιτῶν, τὰ καλάμων καὶ τῶν ἀγρίων φοινίκων ἐθίων τὰς ἀκρέμονας, ἐνίοτε δὲ καὶ κυάμους ὀλίγους ἔφαγεν. Τέταρτον δὲ ἐδίδαξε μαθητὰς τὸν αὐτὸν σὺν Θεῷ προνοούμενος σωτηρίας, δεδωκὼς αὐτοῖς κελλίον εὔαρμοστον τῷ ἡσυχαστηρίῳ αὐτοῦ πάνυ μακρὰν ὄντος. Τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπτὰ καὶ δέκα χρόνους μετά τινων τῶν τοῦ Λαύρας πρεσβυτέρων πρὸς αὐτὸν ἐπισκέψεις ἐξεπλήρου, συμπαραλαμβάνων τινὰ τῶν μαθητῶν. Τόπον δὲ τὸ τρίχινα οὐκ ἐπεδείδυκτο διὰ τοὺς σὺν αὐτῷ πατέρας, καὶ τοὺς πολλαχόθεν παρ' αὐτῷ παραγινομένους, ἵνα μὴ τοῦτο περιβεβλημένος χῦμα φανῇ. Κύαμοι δὲ καὶ φοίνικες ὀλιγώτατοι κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ὡς ἀποδεδειγμένοι αὐτῷ· ἀδαμῶς γὰρ σῖτον καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον ἀπηγόρευτο, ἢ τί τινος τῶν λοιπῶν βρωμάτων.

ANNOTATA D. P.

a Vide Annotata ad Acta sanctorum Martyrum Sabaitarum cap. 3, lit. b.

b Id est tessellati; *qualia Romæ possim in antiquis basilicis, alibique visuntur: quæ si comparet cum iis, quibus nova ædis Vaticana tholi omnes inducuntur, tam perfecta colorum proportione, ut picturæ, elegantissimo penicillo expressæ, non marmoreorum tessellarum contextus ab imo suspicientibus videantur, vetera illa, rudimenta tantummodo ejus artis esse dices, nostro hoc sæculo ad summam perfectionem adducta. Ejus exercendæ principium pavimenti eleganter fervendi cura dedisse videtur: unde Lucilio dictiones aliquæ in oratione eleganter compositæ sunt ut* tesseruiq; arte pavimenti atque emblemate vermiculatæ: *quales in pavimento S. Marci Veneris, aliisque antiquioribus adhuc videre est. Vide quæ de his Casaubonus ad librum 1 Suetonii, num.* 47: & Plinius *lib.* 36, *cap.* 24 *de Pavimentis. Quandonam autem ea ars a solo sublata ad parietes laqueariaque ornanda transierit, incertum. Non multum ante Magni Constantini tempora id facilitari cœptum, post quæ barbara illa, de qua agimus, vox usurpari cœpit: cujus primum vestigium deprehendisse se credit in Firmico Sculiger in notis ad Manilium, jubens* mulivarios *legi; ubi vulgata lectio habet* in usu varios: *quippe qui Phrygionibus atque* inauratoribus *jungantur a Firmico. Sed & illud Manilii:* Condentemque novum cælum, *de musivo intelligit opere. Quidquid sit; frequens in usu ea vox fuit subsequentibus sæculis, hodieque perseverat. Scaliger, quem Vossius in Etymologico sequitur,* musivum & musaicum *a μουσεῖον, concinno, eleganti (licet nec adjectivi, nec significationis hujus alium auctorem laudet) deduci existimat.*

Rectius

A *Rectius sunt quam qui a μόσιος, turri vel domo ligneæ. Ne te autem in errorem inducat Jo.* D
annis Meursii Glossarium, ubi μῶσαι, acceptam ex Euchologio & Liturgia ecclesiæ CPolitanæ, A. LEON-
eam inter liturgici apparatus instrumenta numerantibus, interpretatur tessellam varie picturatam; TIO DI-
quod corrigi potest tum ex Goaris Euchologio in notis ad Missam S. Chrysostomi annot. 177, & SC. EX
ad ordinem lectionis sacræ mensæ annot. 7; *tum ex appendice Leonis Allatii ad Dissertationem de* MS. GR.
Missa Præsanctificatorum num. 3; *ea quæ auribus, oculis, manibus suis usurpavere, scribens-*
tium, tessantumque μῶσαν & τὸν ἅγιον σπόγγον, id est, sanctam spongiam idem esse: quam
vero Græco nomine appellatam a Chrysostomo, barbaro vulgus vocabulo maluerit appellari. Hujus
eumdem in sacris usum, qui est linteï purificatorii apud nos, & formam describit Allatius. Tum de-
mum patinam, ne quid in illa ex micis illis remaneat, abstergis musa. Μῶσα est tesserula ex
spongia, sed & densissima, & prælo compressa, ut obstruantur foramina; cujus ex una parte
brachiolum sericeo ligamine eminet, quo digitis deprehenditur, & in eam operam usurpatur:
repræsentat autem spongiam, quam in passione Christi aceto intinctam, ei ejus admotam legimus.
Quid autem si vulgari Romanis hoc Thraciæ dialecto & nunc & olim tessera seu res quadrata quævis
dicta sit μῶσα, aut pro μάσσειν abstergere, premere, *dictum sit μώσειν? Si prius illud constaret:*
non esset longe quærendum, unde musivum, musaicumve *dicatur. Posterius, verum, an falsum sit,*
nil refert: modo μῶσα spongia sit: nam ut Græcis olim elaborata arte picturæ pavimenta lignea, qui-
bus lithostrota succesere, ut ait Plinius, asarota dicta sunt, quæ quæ scopis minime everrenda essent,
sed abstergenda duntaxat; quid si hæc, de quibus agimus, musiva dici potuerint a spongiis, quibus E
B *ea erat abstersio faciendæ. A spongiarum certe usu est, ut Græcis ἀπομασσγίζειν* abstergere *sit. Vi-*
devi etiam posse Cangium voce musaicum.

c *Hanc ad* 20 *Martii dedimus, ultimam integram: exhibuisset ea fortasse de hoc S. Theodisio aliquid*
amplius, quam nomen; quod ignoravimus, nisi hinc eruissemus, ei & nomen auctoris Sabaitarum
martyrii. Vide ibidem Commentarium prævium num. 5.

d *Nota marginalis id explicans addit:* λέγουσι ἡ παρασκευὴ [τῶν Βαΐων] *ita mihi visus sum*
ex litteris mutilis evanidisque divinandi potuisse colligere, οἱ ἅγιοι πρὸς ὑπέρθεσιν· λειτουργεῖ
γὰρ εἰς αὐτὴ παρασκευὴ εἰς τὴν ἁγίαν Σιὼν πᾶσα ἁγία πόλις· τότε γὰρ ἐξίονται οἱ μοναχοὶ,
& συναγονται εἰς τὴν ἁγίαν Σιών. Dicunt Parasceven Palmarum sancti ratione dilationis: sacrificat
enim ad vesperam in sancta Sion universa Hierusalem: quia tunc egrediuntur monachi, & in
sancta Sion congregantur: *a dilato igitur in vesperam sacrificio.*

e *Signari hic feriam* 4, *patet ex sequentibus. Græcismus ille* πρὸ τριῶν ἡμερῶν *ad litteram*
Latine redditus, ita sonat: Pridie trium dierum, *id est illo die, qui præcedit tertium ante Do-*
minicam novam, qui fuit feria quarta, & sic cohæret cum postero die, qui erat quinta feria, &
tertius ante Dominicam novam, *mox hic signando.*

f Καυδίλα *Græce barbarum, Latinis* candela; *de qua Vossius in Etymologico Lat.*

g ἡ ἀναφορᾶς. *Nullam in toto Euchologio orationem invenio hoc titulo: existimo tamen*
eam designari aut ei similem, quæ εἰς ψυχορραγοῦντα, exspirantem inveniur in Officio ad eam
rem composito, quod extat apud Goarem fol. 737. *Oratio autem fol.* 74 *incipit* Domine Deus
noster qui inexplicabili sapientia tua è pulvere condidisti hominem &c. Ita *Papebrochius: cujus*
conjecturæ addo hanc. In *Onomastico Julii Pollucis impressionis Westfelianæ libro* 6, *capite*
39, *pag.* 670 ἀναφορὰ vertitur discessus. *Quid si ergo hic designetur oratio aliqua peculia-*
ris, in discessu animæ a morituris adhiberi solita? quam significationem in hisce circum-
stantiis præferim elevationi, *quæ eam reddit Magirus in suo Hierolexico: tametsi si unquam*
C *alias, in hoc certe angustiarum articulo mens ad Deum elevanda sit ab agonizante, ut moria-*
tur in osculo Domini.

h *Annum ipsum cum Æra vulgari combinavimus in Commentario prævio: ubi etiam debito cal-*
culo restituuntur, tam quæ notata hic reliquerat Papebrochius; quam quæ jam pridem impressérat F
de anno mortis Martyrum Sabaitarum.

i *Actum de illo die* 13 *Maii, quæ colitur.*

k *Vitæ chronotaxim dant prolegomena Vitæ præmissæ.*

l *Hoc ministerium exprimitur in Ordine sacro Orientalis ecclesiæ, per Philotheum Patriarchum*
digesto, & a Goare illustrato; qui observat canonarcham *eum fuisse, qui canones hymnosque*
per membra concisos, prout canendi occurrunt, suggerit cæteris: nec enim consuevere Græci e libris
in pulpito jacentibus canere, sed de memoria: qui usus ab immemorabili tempore hodieque obtinet
Lugduni in Gallia in illustri ecclesia S. Joannis: quod sane ad modestiam decorumque in Officio
divino servandum mirifice conducit.

m Ex ἄρτος, panis, κόπτω, frango, *præterito med.* κέκομαι, fregi *vox ipsa formata satis*
sanum hic significatum prodit.

n In *Actis Martyrum Sabaitarum num.* 34 *exponitur hoc officium: de qua vide ad ipsum locum notata*

o *Formatur a* ξένος, & δέχομαι, accipio; *eique curator hospitum.*

p *Quibus omnes, quotquot erant in Lavra, ad nocturnum psalmodiam & liturgiam diurnam in*
ecclesia pariter convenichant, etiam ii, quos hesychastas *Græce, a quieta in cellis commoratione, La-*
tine silentiarios, *ab eo, quem sibi indixerant silentii lege nominamus.*

q *Præter magnam, ut hic num.* 30 *alibique vocatur; id est eam, quam Christianis om-*
nibus communem celebraturos patres secedere ad deserta loca solitos statim post Octavam Epiphanio-
rum, ostensum est ad Vitam S. Euthymii num. 9: *unde circa Dominicam Palmarum ad sua*
monasteria Lavrasque revertisse habemus hic num. 31; *altera S. Sabæ Quadragesima notatur*
num. 139; *sic dicta, quod vel in eam incideret festum S. Sabæ, vel in ejus pervigilio ini-*
tium sumeret: de qua vide Quaresmium in Elucidat. Terræ sanctæ lib. 2, *cap.* 34. *Sequen-*
tibus

Digitized by Google

A tibus deinde captibus Quadrageſimam Nativitatis diebus 40 pro Græcis; pro Jacobitis, Chal- D
A. LEON- *daïs, Neſtorianis 25 diebus circumſcribit. Unde patet tota Paleſtina jejunatum fuiſſe hoc tem-*
TIO DI- *pore, quod nos Adventum dicimus. Tertia Quadrageſima quænam hic fuerit, nullo certo indi-*
SC. EX *cio deprehendo. Duas per æſtatem in Paleſtina celebriores refert Quareſmius: prima Apoſtolorum*
MS. GR. *dicta, quam plerique inciplebant, & etiam nunc incipiunt a feria 2 poſt Dominicam Trinitatis protrahendam uſque ad feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli. Secunda dicitur Aſſumptionis ab initio Auguſti ad feſtum uſque: de qua ultima conſuli poteſt tractatus, ſub nomine Anaſtaſii Epiſcopi Cæſareæ, a Cotelerio editus tom. 3, Eccl. Gr. Monumentorum a pag. 432: ubi a pag. 438, agitur de jejuniis ex S. Nicone; & pag. 439, univerſalia Chriſtianorum jejunia ex divinis ſcriptis colliguntur. Vide etiam Cotelerii notas col. 645. Utra harum Quadrageſimarum per æſtatem celebratarum hic indicetur, facile eſſet definire: ſi miraculum fontis, quod e num. 103 hic refertur, conſtaret contigiſſe occaſione Quadrageſimæ in eremo celebrandæ: accidit enim meſſis tempore, quam in Paleſtina Julio menſe cenſeri, habemus ex num. 130. Hiſce quatuor præ-*
cipuis Paleſtinorum jejuniis, alii duas minores addunt Quadrageſimas trium aut quinque dierum, videlicet Exaltationis ſanctæ Crucis, & Jonæ ſeu Ninivitarum ante Dominicam Sexageſimæ. Ul-
timam tamen Græci pro abominabili ſuperſtitione rejiciunt. Auctor Commentarii de Scriptoribus & ſcriptis eccleſiaſticis, recentiſſime impreſſi, tomo 1, col. 1398 abjudicandum ſancto Sabæ Typicum ex alio refert: quaſi unum ſuppoſitionis hujus operis argumentum ſit, quod in eo agatur de tri-
bus Quadrageſimis, longe, ut ibidem aſſeritur, poſt tempora S. Sabæ apud Græcos ſæculo tantum un-
decimo obtinentibus. Idem col. 1476, de iiſdem tractat; remittens lectorem ad proximam Diſſer- E
tationem ſuam de variis Anaſtaſiis Sinaitis, & eorum ſcriptis, doctorum ſe promittens has tres
Quadrageſimas vix ante ſæculum X apud Græcos fuiſſe auctas, tandemque ſæculo XI ſuppreſſas.
B *Quæ ſi ita intelligat, quaſi ne quidem ante illud tempus monachis uſurpatæ fuerint, aperte falſita-*
tis convincitur ex hoc Vitæ textu: an vero, ad quos, quando ad alios extendi cœperint, res eſt
alterius diſquiſitionis ac temporis: quæ materiem ſuppeditare poterit illuſtrandis Actis S. Sabæ die
5 Decembris.

r Ἀκρέμων ab ἀκρὸς, ſummus, & κρεμῶ, pendeo, ut per τὸ ἀκρέμονας hic ſignificentur *ſummitates ramorum, vel quod ex illis dependet. Suidas tamen & Heſychius ἀκρέμονας exponunt* βλαστὺς ſeu κλάδους; *id eſt virgulta, frutices, ramos: quo ſenſu hic puto accipi: nam & num. 41 hujus Vitæ, cum fratres, qui cum S. Stephano in eremo verſabantur, fames urgeret, percurrebant deſertum,* πόας καὶ θάμνους ἀναζητοῦντες πρὸς παραμυθίαν τῆ λιμώδους παθους, herbas & frutices ſeu virgulta quærentes ad ſolatium famis: *adeo ut eſca illa eſſent, & in eremis naſcerentur. Ad quam ſignificationem reſtituendus videtur locus in Actis ſanctorum Martyrum Sabaitarum num. 25 lit. a: ubi putatur* θάμνους non aliud, *quæ ignis alimentum eſſe poſſe.*

EPILOGUS S.

F

Virtus S. Stephani,

HÆc vita erat divina prædicti ſapientia Stephani, cui ego quidem prorſus, utpote nec literis ſatis, nec idonea ſermonis elegantia pollens, pro meritis exornandæ ſum impar. Ab ipſis namque maternis uberibus virgineum candorem ſervavit illibatum, numquam animum adjiciens ad nuptias. Vir erat admirabilis, ſibi viliſſimus, pariſque ſe lacrymis ſemper expurgans, atque id agens unice, ut quam ſimillimam Dei in anima efformaret imaginem: placidus vero etiam erat ac dulcis, infenſus nemini, neminem averſatus; miſericors, pauperatis amans & obedientiæ, hoſpitalis, continens, nulli invidens, juſtus, fortis, candidus, pacificus, doctus, corpore animoque puriſſimus, omni genere virtutum ornatus. Caritate fervebat, colebat pacem; rixas, odium, invidiam procul amandabat; nugas omnes intempeſtivas inſectabatur ineptoſque ſermones: nulla in eo habendi augendive cupiditas; malorum omnium radicem, avaritiam calcabat; mirum exercebat in cogitationes imperium; concupiſcentiæ iræque frenum injecerat; multaque exercitatione virtutum id conſequutus a Deo erat, ut omnem cum corporis, tum animæ ſenſum amiſiſſe videretur. obſervabat ſilentium, ſtudebat continentiæ, quietem ſectabatur, in rerum divinarum conſideratione, ac mortificatione paſſionum totus erat, ſoli Deo intentus, quem canticis aſſiduis, hymniſque, & prolixis pſalmis ſine intermiſſione laudabat; & vitam ad hunc modum æmulatus angelicam, proſtrata ſuperbia, ad ſublimem evaſerat verticem humilitatis. Quidquid rectum erat honeſtumque, in eo exercebat ſeſe, eoque unice delectabatur.

Οὗτος ὁ βίος τῦ θεοσόφυ Στεφάνυ, ὃν κατ' ἀξίαν ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω, θεωρίαν ἐπαρκῆ καὶ γλῶτταν ἰσαύλυ μηδαμῶς κεκτημένος· ἀπ' αὐτῦ γὰρ τῦ μητρικῶν μαστῶν ἀγνὴν παρθενίαν ἐτήρησε, μηδέποτε προσομιλήσας γάμοις. Ἀνὴρ θαυμαστὸς, λίαν πτερνοφόρων γεγονὼς, καὶ διαπαντὸς καθαροῖς δακρύσιν ἀποπλύνων καὶ θεοειδεστέραν ἑαυτὸν ἀπεργαζόμενος· πρᾶος δ' λίαν καὶ μηδένα μισῶν, μηδένα ἀποστρεφόμενος· ἄπλαγχνος, φιλόπτωχος, φιλέντολος, φιλόξενος, ἐγκρατὴς, ἁβδαστακτος, δίκαιος, ἀνδρεῖος, ἄκακος, εἰρηνοποιὸς, σοφὸς, τὸ σῶμα ἅμα τῇ ψυχῇ ὅλως καθαρὸς, παντοίαις ἀρεταῖς ἐκκοσμηθεὶς. Τῇ ἀγάπῃ ἔζεσε, τῷ εἰρήνῃ παιδεύετο, ἐσβέννυτο καὶ φθόνου καὶ βασκανίας ἀπεβάλλετο. Πᾶσαν φλυαφίαν ἄκαιρον, καὶ λόγον ἀργὸν ἀπεκρύπτετο· πλουτοῦσαν οὐκ εἶχε, τῷ ῥίζαν τῶν κακῶν, φιλαργυρίαν κατέπατει, καὶ λογισμὸν καλῶς ἐκυβέρνα, τῷ ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν ἐχαλίνα· ἀπάθειαν γὰρ σαρκὸς καὶ ψυχῆς θεοθεν δι' ἀσκήσεως ἐκομίσατο· τὸ σιγηλὸν ἤσκει, τῷ ἐγκρατείαν ἐποθεῖτο, τὴν ἡσυχίαν ἰδίωσε· ἐν τῇ θεωρησίᾳ διαπαντὸς ἀνεπόλει, τῷ νικᾶσθαι τῶν παθῶν ἐμέλετα, μόνῳ τῷ Θεῷ ἐμέριμνα· αὐτὸν ἐδόξαζε φδαῖς ἀσιγήτοις, καὶ ὕμνοις καὶ ψαλμοῖς ἐκπονῶν· καὶ ὅπως ἀγγελικῶς βιοτεύων ὑπερφανίας ἐκράτησε, καὶ ταπείνωσιν ἄκραν ἐκτήσατο. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν ἐποίει, τῇ πᾶσι τοῖς καλοῖς ἐπετέρπετο.

Digitized by Google

A 186 Τῇ συμπαθείᾳ δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων διέπρεπε κἀν διελάμπετο. Ἀεὶ δὲ ταῖς ἀλλοφύλοις συμφοραῖς κατεῤῥυγχάνει, τοῖς ἀῤῥώστοις συνῆδεσι, τοῖς ἀλγοῦσι συνάλγει, τοῖς πενθοῦσι συνεπένθει, τοῖς λυπουμένοις συνελυπεῖτο, μετὰ κλαιόντων ἔκλαιε, μετὰ πενθούντων ἐπένθει. Διὸ πάντας καθ' ὅλου τοὺς προσιόντας αὐτῷ φιλοφρόνως ὑπεδέχετο, τοὺς νοσοῦντας ἰᾶτο, τοὺς ἀδυωμένους, καὶ κακῶς πάσχοντας παρεμυθεῖτο τοῖς ἑαυτοῦ ψυχωφελέσι καὶ ἱεροῖς λογίοις, τὸν αἴσιον τῶν αἰωμένων ἀπέτεμνε τῇ πνευματικῇ μαχαίρᾳ, καὶ τὰς καρδίας αὐτῶν διόρθωσιν ἐνεπιμπλᾶ· τοὺς ἀδικουμένους παρεγορᾶτο καὶ παρῃνῶν, ἀγαπᾶν τοὺς ἀδικοῦντας παρεσκεύαζεν, τοὺς ἀλλήλων μακρὰν διεστῶτας εἰρηνικῶς συνῆπτεν· τοὺς ἐμπίπτοντας πειρασμοῖς ὑπομένειν ἐδίδασκε, καὶ εὐλογεῖν πάντων τῶν συμβαινόντων ἔπεισε· πάσας σωματικὰς καὶ πνευματικὰς αἰτήσεις τῶν αἰτούντων ἐξέπλεε μέσος καθαρόνους, πάντας ἐπίσης συμπαθῶς ὑπεδέχετο καὶ ἐτίμα, τοὺς χειστιανοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀγαρηνούς· βρώματα δὲ αὐτοῖς δαψιλῆ καὶ ποικίλα παρετίθη.

B 187 Πάντα γὰρ ἀπορῶν, μέσος ὑστερεῖτο καὶ ἀκτημοσυνίᾳ ἐχόμενος ἔχων, τὸ σὸν ἐκέκτητο, ὑπὸ πάντων ἀποστολικῶς διακονούμενος. Ὅθεν τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένοις θαρσικῶς, καὶ τῇ πλουσιοδώρῳ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητι πεποιθῶς, ἔλεγεν· Κέκτημαι δένδρον ἀειθαλές, καὶ τοῖς καρποῖς ἀείκομον, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ χορηγόν, σκέπον καὶ ἔρερον, καὶ ἐφάπτομον πάντα παραγενόμενον πρὸς ἢ ἐμὲ ταπείνωσιν. Τί δέ ἐστι τὸ δένδρον, ἐρωτώμενος, πρὸς ἣν ἄρασα τὴν χεῖρα ἐκτείνων, ἔλεγεν· Ὁ βρέξας τῷ μάννα τῷ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁ ἐκ πέτρας ἀκροτόμου διψῶντι λαῷ πηγάσας ὕδωρ, ὁ θρέψας Ἠλιοὺ διὰ κόρακος, ὁ τροφεὺς καὶ χορηγὸς ἡμῶν ζωῆς, ὁ πολυέλεος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ ὄντως πηγὴ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν.

188 Διὸ τοίνυν, ὦ μακάριε Στέφανε, τὰς σὰς ἀναμέρος οὐκ ἄν ποτε δυνηθείην ἐξειπεῖν ἀρετάς· πᾶσαν γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν φέρεις τὴν ἀρετὴν, δι' ἧς ὑρανοπολίτης ἀπεφάνθης, τῶν αἰωνίων ἀπολαύων ἀγαθῶν, ἔνθα πάντων τῶν δερραινομένων ἡ κατοικία καὶ φωνὴ ἑορτάζοντων, καὶ ἦχος ἀγαλλιάσεως, ἧς καὶ ἡμᾶς καταξιωθῆναι, μηδαμῶς λίποις, C Ἅγιε, τὸν πρεσβεύων Θεὸν, τοῖς ἡμετέροις πλημμελήμασιν ἵλεων καταστήσας αὐτὸν, καὶ μόνον ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ᾧ πρέπει δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις ἅμα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

186 Sed excelluit in eo ante omnia eluxitque commiserationis affectus; alienis semper malis cruciabatur; cum infirmis infirmus erat, cum afflictis afflictus; ager cum agris; cum tristibus, tristis; cum flentibus flebat; lugebat cum lugentibus. Hinc illa benignitas, qua unde unde adse ventitantes excipere consueverat. Sanabat aegrotos, oppressos ac male habitos salutaribus suis sanctisque consiliis solabatur; moerentium tristitiam praecidebat gladio spirituali, & gaudio eorum corda complebat: injuriam passos leniendo suadendoque ad illorum, qui eam intulerant, amorem adducebat; pacifice reconciliabat animos inveterato inter se odio dissidentium. Si qui in tentationes incidissent, eos hortabatur ad patientiam, atque ad Deo de omnibus, quae obtingerent, benedicendum. Quidquid rogatus erat sive corporale illud esset, sive spirituale, effectum dabat, neminem despiciebat; aequali omnes benevolentia accipiebat & habebat in pretio, non Christianos dumtaxat, verum etiam Agarenos; fercula vero eis & lauta proponebat & varia.

E 187 Nam cum haberet nihil, nihil tamen illi deerat, & in summa inopia omnia possidebat, omnibus ei, ut olim Apostolo, ministrantibus. Hinc solenne illud, quod ad se divertentibus munificentissima fretus Dei benignitate confidenter usurpabat: Arborem habeo perpetuo virentem, pomisque semper onustam, & bona quaelibet suppeditantem; inumbrat illa, pascit, recreat, quicumque ad meam tenuitatem accedit. Rogatus vero, quaenam esset arbor illa; manu in coelum sublata: Hic, inquit, est, qui Israeli manna deplovit in deserto; qui de duro silice sitienti populo aquarum fontem elicuit; qui per corvum pavit Eliam a; qui vitam & contulit & nutriendo conservat; qui multus est in misericordia & miserationibus; qui re vera fons est aeternorum bonorum.

188 Quapropter, o beate Stephane, tuas singillatim virtutes persequi, ut maxime velim, numquam possim: virtutem enim omnem in te ipso complexus, circumsers, per quam coelorum civis esse comprobatus es, bonis gaudens sempiternis; ubi collaetantium habitatio; ubi festive agentium voces; ubi sonus exultationis; quo ut & nos digni inveniamur, Deum tuum interpellare, vir Sancte, numquam desine, quoadusque peccatis nostris propitium eum reddideris; qui solus bonus est hominumque amantissimus, Dominum Jesum Christum, cui debetur gloria, & honor & adoratio cum Patre & sanctissimo Spiritu in secula. Amen.

A. LEONTIO Diacono EX MS. GR. ejus misericordia singularis

Sancti opera impensa plurimi Auctor.

ANNOTATA.

a LXX *Libro* 3 *Regum cap.* 17 & 18; & lib. 4 cap. 1, Ἠλιοὺ *habent indeclinabile*: Malachiae 4 Ϋ 5 *ponitur accusativus* Ἠλίαν; *apud Matthaeum, Marcum & Lucam etiam declinatur.*

Digitized by Google

A

DE S. TURIANO SEU TURIAVO EPISC. DOLENSI

IN BRITANNIA ARMORICA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

I. R. S.

Nomen, cultus, ætas, tempus translationis & Acta.

FORTE SÆC. VIII.

DE *sanctis Armoricis jam sæpe in hoc opere actum est, sæpius discussæ tenebræ quibus eorum Acta involvuntur, neque semel de episcopatibus loquendum fuit, atque etiam de eorum a Turonensi metropoli qualicumque subtractione, erectaque in archiepiscopatum Dolensi cathedra, ac rursus de eorumdem reductione; ut hæc tela hic denuo ordienda non sit. Dolensis urbis situm ex eo satis cognosces, quod a celebri Macloviopolitano portu leucis circiter quatuor, duabus dumtaxat distet a mari Britannico. In vulgatis dictæ urbis episcoporum catalogis, hactenus, saltem prioribus illis sæculis, perquam dubiis, certatim ponitur is quo de hic agendum est* Thurianus *seu* Turianus, *alias* Turiavus, *de cujus nominis vera inflexione, major forme quam opus sit, concertatio. Pro* Turiano, *seu* Thuriano *stant vetustissimi Mss. codices, & scriptores plerique omnes, cum Vincentio Barrale Salerno, primo Vitæ ejus editore in Chronologia sanctorum Levitensium, quam ad Sanctorum suorum calcem pag.* 186, *se adjecisse profitetur, occasione reliquiarum, ex cœnobio Parisiensi S. Germani a Pratis (ubi hodiedum* S. Turiani *corpus debito cultu honoratur) ad insulam suam cum aliis S. Leufredi transmissarum, unde inter ea monasteria, sub finem sæc.* XVI *commune quædam invaluerit: quæ hic notare voluimus, ne aliis æque ac nobis novum & insolitum videatur, inter Levitenses Sanctos* Turianum *computari, qui celebrem eam insulam oculis suis verosimillime numquam viderit.*

Dolensis archiepiscopus, S. Turianus,

B

C

quem hodie Turiavum appellant Galli,

2 *Ad nominis expressionem ut redeam, modo dixi, vetustissima quæque Mss.* Thurianum *seu* Turianum, *non* Turiavum *dissertissime legere, quæ hactenus me descripta habeo ex codicibus Vallis Iucensis, Divionensis & Pontiniacensis; quod ipsum dicere debuit, siquid ad rem dixit Jacobus du Breul, S. Germani monachus, in Chronicis apud laudatum Barralem pag.* 197, *ubi confuse ita loquitur:* Fuit ergo ultimus archiepiscopus Dolensis sanctus Thurianus, quem perperam, reclamantibus vetustissimis codicibus chirographis, Thurianum, V. in N. mutato, pronuntiant ac scribunt. *Confuse, inquam, nam ubique scribit ipsemet* Thurianus, *& quem certum videtur, antiquos passim formasse* Thurianum *vel* Turianum, *tam hodie receptum est, ut mutato* n *in* v, *Gallice pronuntietur* Thuriave, Turiau *vel* Turiaf. *Codices chirographos appellat; ultro sequimur; ac præter jam citatos, ipsummet Pratense Ms., quod Barralis secutus est, item Usuardinos prope omnes adduco, quos magno numero ad editionem consului, quique omnes cum hodierno Romano, Barrale, Surio, Chenu, Roberto, Sammarthanis, Colgio & aliis constantissime legunt* Turianum *seu* Thurianum. *Ita quoque habetur in nostro apographo Usuardi Pratensis, quamvis aliter legerint Castellanus ac nuperus ejus editor; quibus credam perlubenter; mihi enim sus deque est utrovis modo scribatur, hæc eo solum dicta sunt, ne variæ ipsæ lectiones mira cuiquam videantur.*

3 *Ad S.* Turiani *cultum quod attinet, in jam a solo Usuardo dicta Usuardi editione satis præmonstravimus, unde Sanctus iste, antiquioribus & synchronis Martyrologis plane ignotus, ab illo primum collocatus sacris Fastis inscriptus fit, quemadmodum & plures alios, suo tempore & paulo celebriores redditos, solus ipse in sacris Fastis consignavit, ut proprius istic locis suis observatum est. Eos inter non pauci fuere Sancti, ex Britannia minori in citeriorem Franciam, metu grassantium barbarorum translati (quidquid adversus Cenalem perperam argutetur Breulius) ut rursus dicendum fuit primo hujus Julii mensis die de S. Leonorio. Adductum igitur cum sacris Audoeni, Leufredi & Agofredi ipsanis ad S. Germani cœnobium* S. Turiani *corpus (cujus translationis Breulii historia data est* XXI *Junii tomo* 4 *pag.* 112) *ibidem summo in honore habitum est, adversus incendia præsens remedium, miraculis non paucis illustratum, ut pluribus memorat Vita a Barrale edita, quam infra totam referemus. Pluribus Martyrologis citandis supersedeo, cum fonte exhibito, vituli omnes momenti nihil superaddant. Omnium prope eadem est ipsius Usuardi sententia, a Romano ad verbum expressa:* In Britannia minori, S. Turiani episcopi & confessoris, miræ simplicitatis & innocentiæ viri.

E

4 *Porro ex brevi illa & communissima Sanctorum laude,* miræ simplicitatis & innocentiæ viri *haud obscure conjicitur, Usuardum ex sola longinqua sanctitatis fama* S. Turianum *novisse, nullis adhucdum ejus tempore vulgatis Actis, quæ si vidisset Martyrologus iste, longe præclarius procul dubio concinnasset encomium, Sanctumque non modo a* simplicitate, *sed ab* eruditione & sanctissimæ conversationis dotibus, a signorum divinorum irradiationibus, *a miraculorum frequentia magnifice prædicasset. Supplevit aliunde Sanssayus, longa & more suo inflata oratione multa complexus, quæ cur admittenda non censeam, ex dicendis satis patebit. Audi principium:* In Normannia, monasterio Crucis S. Audoeni, alias S. Leufredi cœnobio, diœcesis Ebroicensis, S. Thuriani archipræsulis Dolensis in Armorica & Confessoris. Qui puer patris gregem cum pasceret, monitus cœlesti oraculo, ut relicto grege ad Balonense asceteriolum, quod S. Samsonis cœnobio subjacet, ad discendum litteras se conferret *&c. Quæ omnia aut Actis opposita, aut saltem iis satis conformia non sunt, uti nec secessus ad prædictum cœnobium, ubi reliquam vitam exegerit, ibidemque sepultus sit. Id inter cetera veri addidit,* sacris anniversariis tota in Parisiensi diœcesi hodie ipsius sanctissimi

cum tali elogio, nio patuit, nulla Acta ipsum ei- disse.

A ctissimi præsulis (Turiani) memoriam honorari.

Lectiones Breviarii Parisiensis magis placent.

5 *Etenim in tribus ecclesiæ istius Breviariis editionibus, quæ apud nos exstant, nempe anni* 1584, 1636, & 1680, *diserte signatur Sancti ipsius Officium, in prioribus quidem, in quibus* Thurianus *seu* Turianus *vocatur, ritu semiduplici novem lectionum, in ultima vero limato aliter nomine, ritu simplici cum duabus duntaxat lectionibus, quas, utpote castigatiores, describendas censuit. Sic habent:* Turiavus, in Aremoricis natus, Dolum petiit, ut ad tumulum S. Sampsonis Deo serviret. Tiarmailo episcopo ita gratus fuit ob suavitatem vocis & morum integritatem, ut regendis clericis abbas ab eo præfectus fuerit, deinde ascitus in consortium oneris, & successor designatus, episcopatum gessit magna cum vigilantia & animi firmitate. Rivallonem præpotentem virum, qui ecclesiam & monasterium S. Moschi sacrosque libros incenderat, terrore divinitus incusso, ad pœnitentiam adduxit, quam ut perageret, & perpetrata sacrilegia expiaret, Deus

B sancti pontificis precibus exoratus, septennii spatium illi induxit. Variis morbis laborantes sanitati reddidit. Filiam unicam viri cujusdam nobilis, dum ad sepulcrum efferretur, fusis ad Christum una cum clero & populo precibus, ad vitam revocavit. Demum virtutibus plenus, ac mira imprimis simplicitate & innocentia conspicuus quievit in Domino. Corpus ejus Normannis Gallias vastantibus, Parisius advectum, in basilica S. Vincentii conditum est. Quo inde semel atque iterum ad ædes civicatis incendio conflagrantes delato, statim ignis extinctus est. Hinc tanto apud Parisienses in honore fuit; ut ejus solennitate per urbem & vicos proximos denuntiata, ad eam celebrandam populus vocaretur.

quæ aliis Officiis inserta sunt.

6 *Non ita placent quæ in vetusto Corisopitensi Breviario, olim per novem breves articulos extensa, ex ejus diœcesi proprio anni* 1642 *expuncta sunt. Tales exstitisse etiam fuisse tum pro diœcesi, ubi æque ac in Leonensi aras, sacella & templa Sancto erecta testantur scriptores; tum in aliarum Britanniæ Armoricæ ecclesiarum Breviariis, in quibus ejus annua memoria recoli pridem solita est: forte & in aliis Galliæ cathedralibus. Certe Claromontenses de* B. Turiano *festum trium lectionum olim celebrasse, testis est laudatus supra Breulius apud Barralem; verum ex silo earum specimine facile perspicies, ab eo compositas esse, qui sibi putarit licitum, etiam in sacra Ecclesiæ ministerio fabellas invehere. Nam ubi Legenda ipsa, sive brevior sive extensior auctoritatis sane non magnæ, vix certam Sancti patriam novit distinguere; ipse vel ipsorum parentum nomina memoriter recitat. Ex ungue leonem:* Beatissimus Thurianus in regione Britanniæ fuit, in pago Trecoit (*fortasse* Trecorensi) oriundus. Pater vero ejus Lelian nomine, mater vero Mageen, nobili genere editi, in eleemosynis largi, Domini misericordia sublimati erant. *Parco reliquis, multum a communiori Legenda, longius a veritate dissitis; ut similibus recensendis oleum & operam perdere, minime necesse sit: jam ex aliis celeberrimum* S. Turiani *cultum satis manifestum reddidimus.*

De ejus ætate frustra disputatur;

7 *De ætate tam incerta sunt omnia, ut quidquid variis divinaverint, ego vero operose inquisiverim, nihil sincerius scriptum reperiam, quam quod non ita pridem in novissima Britannia historia notavit* Lobineau *tom.* 2, *pag.* 75. Post Bu-

docum alius reperitur Dolensis episcopus, nempe S. Thuriavus, at quo tempore vixerit ignoratur. *Suspecta igitur censenda omnia, quæ tam confidenter ab aliquibus definita sunt, tum circa ejus tempora, tum circa successionem in prædicto episcopatu. Joannes Chenu in sua Episcoporum Galliæ primo adumbrata Chronologia, Sanctum ordine* XIV *Dolensis sedis præsulem numeraverat, ita de eo scribens:* S. Turianus, tempore Caroli Calvi regis Galliæ & Salomonis regis Britanniæ, miraculis & vivus & mortuus claruit: ejus reliquiæ maximo honore celebrantur Parisiis in ecclesia S. Germani Pratensis die XIII. Julii. Sedebat anno DCCCXLI. *Hæc satis rotunde: at cautiores qui ipsum secuti sunt Claudius Robertus & Sammarthani satis habuerunt nomen indicare, cum nos* XIV, *sed ordine* VIII. *satis arbitrarie configuramus. Omnibus his majora ausus Albertus le Grand, non solum tempus, quo S. Turianus sederit, sed*

E *& annum ferme nativitatis* DCCV, *mortis autem* DCCXLIX *intrepide pronuntiavit; quem cur in plerisque secutus sit Colntus, alia & ipse ad annos* 717 *num.* 21, 733 *num.* 8, *&* 749, *num.* 3. *satis secure determinans, prorsus non intelligo. Neque placet acceptus ex eo Castellani calculus; neque scio quis Suriano editori prælucerit, ut signaret annum* 580. *Nobis semper satius visum est ignorantiam candide fateri, quam vane hariolando series chronologicas temere confingere.*

neque vel ejus ætatem certam habemus.

8 *Illisce non absimile est, quod alii nescio unde collegisse videntur, nempe* S. Turianum, *dimissa pontificali sede, ad cœnobium Madriacense in Normanniam se recepisse, ubi monachum induerit sub abbate* S. Leufredo: *quod si verum esset, a Legendario, traditionis omnes tam studiose servatæ, tantæ virtutis exemplum præteriri non potuisset, haberenturque proinde satis certa notitia ejus ætatis, cum Leufrediana collata. At præposterum ea conjectura est, nulla prorsus auctoritate subnixa, quam primum reperi a Breulio prolatam, loco illo supra citato apud Barralem Salernum pag.* 197, *ubi in periocha non grandi multa miscet, quæ ad rectam critim expensa, ut mitissime dicam, vel tenuissimæ vel nullius fidei esse deprehenduntur. Huc spectat, quod citatis superius de* S. Turiani *nomine verbis immediate subjungit:* Sed nec ibi F ultimos finivit dies: nam solitudinem pontificiæ dignitati præferens, ad Benedictinum S. Leufredi monasterium, alias Crucis S. Audoeni dictum, concessit, habitumque religionis ab ipso Leufredo suscepit. Illud autem constructum est in Normannia juxta pagum Calliaci, natturtio peroptimo abundantem . . . . Ibi reliquum vitæ transegit S. Thurianus, ac tandem vitæ sanctitate ac miraculis clarus obdormivit in Domino. Sepulcrum ejus vacuum & apertum retro majus altare etiamnum visitur, cum duobus aliis similiter patentibus; quorum unum ipsius D. Leufredi, alterum S. Barsenorii ejusdem loci abbatis esse perhibent Leufredianæ cœnobitæ: a quibus cum in eorum essem monasterio, hæc quæ scribo, didici.

«Breulio» res & tempora confundente.

9 *Ut hæc non recte a Breulio ordinata intelligas, adverte, obsecro, utrum ibidem præmittere præsulum Dolensium nomina, qui archiepiscopi seu metropolitani titulo gavisi fuerint, quorum postremi sint:* Gueveneus, Rostoaldus, Harmaelus & S. Thurianus usque ad tempora Caroli Calvi in Galliis, & in Britannia Salomonis, hujus nominis tertii, sceptra retinentis. Tunc

Digitized by Google

A enim Achardo Nannetensi præsule renuente amplius subdi Dolensi archiepiscopo, sedes
AUCT. I. B. S. præfatæ, decreto Nicolai I, Turonensi metropolitano sunt restitutæ, & ecclesia Dolensis in priorem statum, scilicet episcopalem reducta. *En tibi Nicolai PP. I, Caroli Calvi, & Salomonis tempora velut inter se conjuncta, quibus synchronus fuerit* ultimus archiepiscopus Dolensis S. Thurianus. *Nicolai I & Achardi Nannetensis gesta in ea de metropolitano controversia compendio videri possunt apud Summarthanos relata ad annum 865: atque interim, si Superis placet, sanctus idem* Turianus habitum religionis a S. Leufredo susceperit, *qui, teste Mabillonio, ultra annum 738 vitam non protraxit. Quid dirimam erit res & tempora confundere, si hoc non est? Fateamur itaque, quod nuper cum Lebineo dicebamus, incertam esse* S. Turiani *ætatem; monachatum vero ejus, quem etiam procul dubio a cœnobiis Madriacensibus didicerit Breulius, ad posteros ut minimum traditiunculas a-*
B *mandandum, ut satis perspexit Mabillonius, sec. 3, parte 1, pag. 583, in Observationibus præviis ad Acta S. Leufredi.*

10 *Verum enim vero* S. Turiani *sepulcrum* ibidem a cœnobiis *vacuum ostenditur, cum aliis in quibus jacuerint* SS. *Barsenorius & Leufredus, ejusdem loci abbates. Et duo hæc non spectant, de posteriori jam actum est* XXI *Junii; alterius res discutienter ad* XIII *Septembris, de solo* S. Turiano *quæritur, quem sepultum unquam fuisse in eo monasterio, quod a Cruce S. Audoeni modo appellatur, ex Breulii vacillantis fide mihi non suadetur. At enim versus, ex eo ipso cœnobio* S. Turiani *corpus, cum S. Audoeni, Leufredi & Agofredi reliquiis Parisios una translatum est, ut diserte hæc habet translationis ipsius historia, quam nono 4 Junii insertam supra admisimus. Editam ibi esse, haud equidem diffiteor, admissamque, qua parte spectat ad S. Leufredum; verum an* S. Turiani *corpus ex prædicto cœnobio Parisios allatum fuerit, neque quæsitum ibi, neque examinatum est. Narrationem illam adornavit idem Breulius, eadem, opinor, fide qua cetera capita, ad* S. Tu-
C rianum *spectantia contexuit, ex mera nempe suppositia traditione, de invento apud Madriacenses cœnobitas vacuo ejus Sancti sepulcro. Porro jusjurandum rem totam* Mabillonio *fuisse, satis inde conjicio, quod nec* Turianum *suis adscribere ausus sit, nec historiam illam adoptandam censuerit, nisi qua parte ad S. Leufredum pertinet, idque adeo jejune ut paucis lineolis rem totam expedierit p.* 594.

11 *De translatione sacri corporis* S. Turiani *ex Britannia in ulteriorem Franciam, & facta aliquando ad* S. *Germani Pratensis ejusdem depositione, ubi idem hactenus publicæ venerationi exponatur, prorsus non dubito: id mihi necdum probetur, quod ait Breulius, una cum corporibus* S. Leufredi *& aliorum ex eodem cœnobio Madriacensi seu sancta Cruce S. Audoeni advectum fuisse.* Credit *Mabillonius*, reliquias sancti Leufredi aliorumque, primo quidem intra muros Lutetiæ Parisiorum, in ecclesia, quæ nunc S. Leufredi appellatur, deinde, pace facta, in monasterio Pratensi fuisse repositas. *Et mihi plane credibile est, citius Parisios advenisse* S. Turiani *exuvias, quæ postmodum, pace facta, una cum aliis istis Madriacensibus ad* S. *Germani transferint. Certe scriptor vetustissimus in appendice ad Aimoinum, dum de prædictorum corporum translatione agit, nec ex eodem loco, nec eodem anno, aut advenisse aut simul reposita asserit, ut verissimillime diversis temporibus prædonum Normannorum furori eripi potuerint, in quo Cenalem male arguit Breulius. Sed jam dictum scriptorem in appendice ad Aimoinum audiamus apud Bascum in historia Parisiensi tom* 1, *pag.* 524. Ea tempestate, Astingo cum Normannis usque sæviente, multa corpora Sanctorum a propriis locis in Franciam delata sunt. Tunc etiam corpus S. Leufredi a Normannis in quibusdam partibus Franciæ circumquaque delatum, ad ultimum una cum ossibus beati Goffredi fratris sui, necnon S. Thuriani Dolensis archipræsulis, apud monasterium S. Germani in suburbium Parisiense, ubi Deo disponente adhuc requiescunt, translata sunt.

12 *Quærimus, quo verisimillimo tempore id contigisse censendum sit, saltem de corpore* S. Turi- *verisimillime tempore Caroli Calvi.*
ni, *nam de aliis agere, huc non pertinet. Rejiciendum vero hic rursus putamus chronologiam Breulii, dum eam translationem removet ad tem-*
pora Caroli Simplicis, quæ quo altero fundamento adstruat, quam ex mera sua rerum ac temporum E
confusione, minime perspicio: quasi eo eodem loco, & eodem tempore transferri debuerint, quæ ad eumdem locum tandem adducta concedimus. Fidem multo majorem meretur laudatus Aimoini continuator, qui Astingum Normannorum ducem appellans, Caroli Calvi ætatem non non cogit excedere, cum iste prædationibus suis in historia Franciæ jam ab anno 866 *satis innotescat. Censeo itaque a vero non multum aberrare hic Albericum le Grand, dum ait, ob Normannicas grassationes, e Britannia translatum* S. Turiani *corpus anno* DCCCLXXVIII, *a quibus eos solum subvehi cupio, qui id salvum, vivente Carolo Calvo Parisios advenisse reliquias, satis tempestive ut Usuardus eam Sancti notitiam acciperet, quam Martyrologio suo, Carolo Augusto inscripto, insereret; neque enim ab eo consignandam fuisse Sancti ejus memoriam existimo, nisi ea occasione in ejus, quem in Adone aut alibi non reperebat, cognitionem devenisset. Conjectura est, non diffiteor; sed in rerum ipsius temporis adjunctis ita fundata, ut cum toti Breuliano historiæ a cordatis viris longe præferendam, ausim confidere. Aliter censeat qui voluerit, gratiam a me inibi* F
si magis probata in medium proferat.

13 *Acta* S. Turiani, *quæ quidem hactenus vulgata sint, ea esse jam diximus, quæ primus typis excudi curavit laudatus Barralis, ex Ms. dicti olim cœnobii Pratensis vel, ut aliis lequi placet, S. Cornelii Compendiensis, inde id, nempe Parisiis, procul dubio obtinuerit cum Sancti ipsius reliquiis ad Lirinenses transmissi* penultima Augusti MDXXIX, *ut habent litteræ ipsi Legendæ præmissæ. Non propriæ Vitam, seu historicam gestorum Sancti narrationem esse, sed potius verbosam panegyrim, legenti continuo manifestum est, cui materiam omnem suggesserit Legenda antiquior, hactenus inedita, quam ex Mss. Vallis Lucentis & Carthusiæ Divionensis ad Majores nostros pridem misit Petrus Franciscus Chiffletius, toties in his Actis laudatissimus; & cui consimile aliud descripsit Papebrochius ex Ms. Legenda Pontiniacensi. Longe brevior istic oratio, quamvis & adeo confusa, ut nullæ prorsus temporum notæ inde erui queant: elogium & hoc potius quam historiam dixeris, multis haud dubie post mortem Sancti sæculis, nescio a quo digestum, forte in ipsa Britannia, quod inde natalius sit longe posteriori monachis Pratensis; ut patet ex num.* 25; *id unum molitus*

Negat ea cœnobio S. Leufredi corpus Parisios translatum,

sed in ipsa Britannia,

Quæ gesta Actis hic desunt,

A *ut pluribus verbis res eadem paulo floridius vectaret, adjectis nonnullis miraculis, quæ quo tempore acciderint, usquam indicat. Ceterum S.* Turiani *parentes & ibi* inclyti *fuisse dicuntur; ut non videam unde sua acciverit nuperus Legenderius Gallicus, dum ipsum ad infimam prope hominum sortem reducit. Utcumque sit, non pauca in brevi ista Vita inveniuntur, quæ majori auctoritate fulta desideres, præsertim prodigia varia, quibus Britannica passim atque ac Hibernica Legenda numquam non abundant. De pretio statuat æquus id genus rerum arbiter, nos primo breviorem illam, deinde & longiorem Barrali continuam narrationem necessariis hinc inde notis illustrabimus.*

VITA

Ex Ms. Vallis Lucentis & Carthusiæ Divionensis,

B *A Cœlestio erecta, & cum Pontificatu collata.*

1 Igitur Turianus Dolensis ecclesiæ archiepiscopus Britanniæ minoris, ex pago continente monasterium, nomine Vallone *a*, enituit oriundus, utriusque scilicet parentis incliti filius. Adjacet autem idem cœnobium potestati eximii confessoris sancti Sampsonis, olim prælibatæ sedis archipræsulis. Deinde dum adhuc infantulus esset corpore, sanctitatis vas Turianus, mente tamen Spiritu sancto accensus, vi- *al.* advenies. rilem adamans * ætatem, reliquit parentes illustres, pulchramque hereditatem, & ob Dei amorem sanctique Sampsonis aggressus est Dolo *b* metropolim, qua idem felicibus requiescebat artubus. Ubi dum quidam vir Christianus memoratum reperit parvulum, suis eum vitulis destinavit custodem & bubulcum. Quidnam hoc aliud figurabat nisi futuri præsagium & signum pontificii, quod susceperus erat super oves dominicas? Itaque ardens jugiter Regi sæculorum non homini militare, postulavit a quolibet clerico sibi litteras in tabula fieri: quas, benigno largiente Domino, deinceps & artem denominatam ab eis Grammaticam efficacime, uti amabilem haustum, discendo epotavit.

Puer gregem pascens litteras didicit,

a

b

C 2 Quin etiam ecclesiasticam non renuit accipere melodiam, habens vocem elegantissimam, fuorumque condiscipulorum clarissimam. Proinde aliquoties cum vox ejus dulcisona, suæ claritatis dignitate oblectasset archipræsulis aures, tunc aulam regentis Dolensem, elegit tirunculum idem pastor, nomine Tyarmailus *c*, in adoptivum sibi filium; ac obnixe diligens, in lectione divina educavit, fovit, temporalibus bonis donavit. In successu quoque temporis contemplans juvenem ætate crescentem, ac bonæ indolis honestate fulgentem, præposuit eum suis abbatem clericis, hostiam revera vivam, sanctam, Deo placentem, qui semetipsum quotidie divinum ædificabat templum *, sedulis castigatum inediis, frequentibus afflictum vigiliis, jugibus eleemosynis recreatum, assiduis orationum aromatibus præcipue nocturnarum redolens: nam interdiu lectioni & doctrinæ mancipatum. Miræ simplicitatis atque innocentiæ, indeficienti baculo semper innixus, ad eo Deum timebat, quo nihil ejus mandatorum negligebat. Plane qui sinceriter omnipotentem metuit, nihil negligit.

& exemplo ejus clericis primum præfuit,

c

D EX MSS.

3 Magnus sane in regno cælorum, & congregatione justorum habebatur, qui id quod docebat verbo, implebat exemplo; quod monebat dictis, explicabat factis. In hujusmodi igitur sacrato tamquam in suo cælo, Rex regum Christus sedebat, & miracula obtinentibus servi meritis, per diversa ope salutis indigentium corpora diffundebat *d*. Siquidem cæcos illuminare, claudis gressum restituere, paralyticos curare, ab obsessis dæmones membris fugare. Interea dum cerneret prætaxatus præsul Tyarmailus felicem Turianum ad perfectum jam deveniisse virum, ætate videlicet piisque moribus conductum, jam enim senuerat, ordinavit eum pro se sacerdotem summum, ut vice sua archiepiscopatus sede, potestate, prædicatione incessanter fungeretur. Illo equidem ita cælesti consecratione sublimato, universus gaudio magno gavisus est populus. Omnes siquidem gratiam Dei in illo esse videbant; nullatenus enim noctu vacabat ab oratione, nec interdiu a prædicatione. Et ut magis plebes sacris ejus monitis fidem accommodarent, miraculis coruscare; mortuos enimvero animabat, atque plangentes de morte, lætificabat de vita. Morbi prorsus ejus oblati obtutibus, omnes pellebantur. Carentibus æque vita tribus reparata fertur. Denique quocumque locorum propter esuriem aquæ cælo preces mittendo baculum figebat, confestim fons emanabat *e*.

deinde ad episcopatum promovetur.

d

E 4 Quadam vero die dum prædicaret multis astantibus populis in diebus Rogationis, elevatis in ethera luminibus, vidit fenestram in cælo, & angelos Dei portantes arcam testamenti Domini. Tum ipse omnibus se circumdantibus dixit: Ecce video cælum apertum, & angelos ferentes arcam Dei. Ipsum quoque Dominum, & benignum Jesum in suo tribunali sedentem. Omnes ergo tam laici ephibati *f* quam clero noim *g* una voce gratulantes, toto ore & corde glorificaverunt Deum, eumdem beatum Turianum deinceps uberius venerantes. Proinde jussit idem antistes crucem ligneam effigiari, eodemque in loco deponi, ubi tam conspicua visione honoratus extitit. Quæ procul dubio crux hærens magnæ quercui, imperio ejusdem præsulis plantatæ, manet usque hodie *h*.

e

quæ in monere multis excellens virtutibus, mirabili visione gaudet

f g

F

h

5 Postmodum sub ejusdem temporis curriculo zelus, id est invidia zabuli *i*, incitavit tyrannum, nomine Riuvallon, inflammare quoddam monasterium diœcesis beati quidem Turiani, distans ab urbe Dolensi quasi viginti milliaria. Et ecce adest delator nuntians Episcopo. Propter combustam igitur ecclesiam, librosque divinos, simulque vasa sacra, atque in favillas redacta animo commotus, surrexit cum duodecim monachis pedestris, proficiscens contra tyrannum. Repererunt autem eum in loco qui dicitur Lankafrut. Cumque audisset pessimus Sanctum adventasse pedestrem, miratus exiit obviam timore correptus. Inclinans autem se ad usque vestigia Pontificis, tremens infit: Quam ob causam Domnus venit Archiepiscopus pedestris ad nos? Tum acriter redarguens eum sacrilegii; Impie, inquit, & atrocissime, cur incendisti

Tyranno cœnobii alicujus & sacrarum incendium.

i

Digitized by Google

archiſterium ſancti Maoky *k*: ſic egiſti quaſi contereres beati brachium Sampſonis. Adhęc tyrannus, Domine mi, inquit, noli mihi iraſci. Ego reſtituam ſeptuplum, videlicet pro una utique eccleſia ſeptem ędificabo. Similiter pro uno codice reſtituam ſeptem. Denique aliis rebus incenſis ſimiliter agam, ſi Dominus longęvam mihi dederit vitam.

ad reſtitutionem & ad reſtitutionem compellit.

6 Cum vero placuiſſent mitiſſimo Antiſtiti verba ejus benia, declinavit ab eo pauliſper cum monachis, divinum oraturus ſibi auxilium dari, necne / conſilium corrigendi delinquentem, atque innoteſci *m* quantum vitę ſpatium daret Dominus illi flagitioſo ad reſtaurandum monaſterium. Aſt ubi ſurrexit ab oratione, intuentibus cunctis pręſentibus, deſcendit ſanctus Michael in ſpecie columbę ſuper ſcapulam Pontificis. Ponens quoque roſtrum in aurem ejus, revelavit ei quod ſeptem anni vitę ſervarentur ſcelerato. Quod nempe Sanctus idem mox indicavit dari ſibimet ſeptem vitę annorum curricula, reſtaurandi gratia cœnobitarum culmina. Unde igitur Riuvallon ſatis alacer beatum conſuluit virum, quęnam eſſet avis ſedens ſuper humerum ejus? Sanctus, inquit, B Michael Archangelus *n*. Qui ſtatim ſuper crucem lapideam ibidem poſitam, de Pontificis ſcapula volavit, & paululum in eadem requievit. Tandem vero, cernentibus cunctis atque mirantibus cęlos aſcendit. Impoſita demum pœnitentia Riuvallon, reverſus eſt ſanctus Antiſtes ad ſuam cathedram. Tyrannus deinde, arrepto ſibi amminiculo a principibus provinciæ, reędificavit igni combuſta ſeptuplum omnia ſacra.

Evangelium, flammis ſervatum & vulpis intentum.

7 In illius denique cœnobii incendio non parvum cælitus oſtenſum eſt miraculum. Sanctum ſiquidem Euangelium rite jacens ſuper altare beati confeſſoris Chriſti Maoky, dum totum igneus globus jam corriperet templum, evolando tranſiit lutea flammarum cacumina. Videres tunc illud gyrare, ingentes rogi cuneos circum circa eundo, ac ſi locum ſibi veſtigaret quieſcendi. Poſt diuturna tamen quę mulciber ferventia excitaverat volumina, placuit auctori omnium quatenus os ſuum ſalutiferum, quod Latinus exprimit ſermo, bonum nuncium, deſcendendo reſideret in C horto fratrum cœnobitarum. Et ecce vulpes cœpit repente litteras non diſcere evangelicas, ſed mandere. Attamen volens nolens invenit in eis ſcientiam mortis ſuę. Adhuc plane libri ſolia vulpes emortua dentibus attabat, quando repertum eſt in horto venerabile Euangelium, ſuper quod quicumque poſthac falſum juravit ſacramentum, leti minus evadens patibulum, ſine mora temerarię vulpis luit periculum *o*.

Mortuam puellam

8 Illud etiam inſigne miraculum non obmittere, verum ſpiritualibus ſummopere auribus magis tradere convenit, qualiter pretioſus Chriſti miles Turianus, devotis precibus de D mortead vitam revocavit puellam, jam alienis ad cloacam *p* greſſibus properantem. Quadam namque die dum Pontifex Turianus prędicaret multis hominibus diverſi ordinis, copioſiſque plebibus in unum congregatis, juxta monaſterium quod vocatur Camfrut, ante crucem lapideam, quę ibidem antiquitus ſtat in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ob reverentiam glorioſi Archangeli Michaelis, ſuper quam quondam ab humeris ejuſdem Epiſcopi deſcenderat, ut ſuperius lectum eſt, ecce efferebatur corpus cujuſdam nobilis puellæ a parentibus, & a plurimis cognatis ad ſepeliendum. Cumque vidiſſet beatus Turianus epiſcopus parentes ejus flentes, & lacrymoſum populi gemitum audiens compateretur, miſericordia motus ſuper orbitate parentum, quia unica filia erat illis, juſſit ſtare feretrum, & oravit ad Dominum dicens.

precibus ſuis ad vitam revocat.

9 Domine Deus omnipotens Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, qui reſuſcitaſti filiam archiſynagogi in domo patris ſui; reſuſcita & iſtam puellam virginem in conſpectu iſtius populi, ut laudetur nomen tuum a generatione hac in æternum. Cumque reſpondiſſent omnes, Amen, ſtatim ſurrexit puella ſana & incolumis, largiente Domino per orationem beati Turiani epiſcopi: erat autem nomen ejus puellæ Meldoc, & nomen patris ejus Quoidgual. Exorandus eſt igitur nobis hujuſmodi patronus, cui Deus tantam conceſſit gratiam reſuſcitandi mortuos, quatenus ſuis precibus, præclaris quoque obtineat meritis, nos a morte E animæ divinitus eripi, virtutibus imprimi, quibus ad æternam beatitudinem ſcanditur duce Domino noſtro Jeſu Chriſto *q*. F

ANNOTATA.

a *Obſcurus ſermo, quem ita explicat Albertus le Grand, ut* Vallone, *quod hic dicitur, non cœnobium fuerit, ſed pagus aliquis cœnobio S. Sampſonis ſubditus, quod an hodie vel alio loco ſubſiſtat quærere operæ pretium non eſt.*

b *Ita ferme ſcriptum erat, acſi Sanctus dolo malo urbem iſtam aggredi voluiſſet, ubi nihil aliud dicere voluit, quam Dolum ipſum Britanniæ pervexiſſe, tum, ut volunt, metropolim.*

c *Si ex ſolis biſce Actis notus eſt* Tyarnailus *(quem aliter alii inflectunt:) neſcio an ſatis tuto adſcribatur Catalogo epiſcoporum Dolenſium.*

d *Utut torta ſit conſtructio, non adeo obſcura eſt, quin intelligatur quid velit ſcriptor, quod etiam præſequentibus dictum ſit.*

e *Multa paucis complectitur, quæ majori fide ſubnixa cuperem, non minus ac viſo & mirando alia, non longa oratione coacervata.*

f Epibatas, *opinor, inſinuare voluit, qui in ea urbe, a mari non procul diſſita, facile inventi fuerint.*

g *Sic etiam legitur* noim *in codice Pontiniacenſi, ex quo Legendam ſuam deſcripſit Papebrochius, cum qua hanc contulimus: an Britannice aliquid vox ſignificet, neſcio: adjuncta indicant, ſcribere voluiſſe, quod* laici æque ac clerici una voce gratulati ſint.

h *Vellem utique paulo diſtinctius locutus fuiſſet, ad firmandam tum de Sancti, tum de ſcriptoris ætate aliquam ſaltem conjecturam.*

i *Quidni* diaboli?

k *Neque* Moakum *novi, neque ejus* archiſterium *aut* monaſterium: *ſed nec affine nomen novi, niſi Caſtellanus inter Acmeros ſuos, ſeu incerti dici Sanctos* Moachum *collocaſſet, cui templum aliquod dedicatum olim fuerit in confinibus Britanniæ & Normanniæ. Vide ipſum ibi.*

l *Melius legeret* necnon.

m Innoteſcere *ut verbum activum in Legendis ſatis obvium eſt.*

n *Et hoc & ſequens prodigium antiquam Britan-*

Digitized by Google

A *tantorum ipſorum credulitatem ſapiunt.*

o *Condonanda phraſi, quam facile evolvas.*

p *Quid per* cloacam *velit, adjuncta nimis quam clare explicant.*

q *Videſ, hic de Sancti obitu, ejus anno aut die altum ubique ſilentium; ut minime dubium ſit, quin ex meris traditionibus populoribus collecta ſit tota qualiſcumque narratio. Unde igitur tertium Idus Julii eduxit monachus Pratenſis Anonymus in ſequenti Legenda? Obſervat non nemo, diem tranſlationis intelligi, forte ultimæ iſtius, dum ſacrum corpus ad S. Germani depoſitum eſt: an tempore Caroli Simplicis, viderint ii, qui Bruilii hiſtoriam tueri utcumque voluerint.*

VITA EADEM

A monacho Pratenſi verboſius exteſa;

B *Quæ ex Vincentio Barrali Surio inſerta eſt.*

ANONYMI PROLOGUS.

Lecti communibus præfatur,

PRiſcorum mos fuit ſcriptorum, ut de rebus maximis locuturi, quo laboris ſubſequentia tenderent, in initio operis commonere ſatagerent. Horum nos proſequi cupientes non æquo ſane gradu veſtigia, in laudem beatiſſimi ſacerdotis Thuriani, qui ſecundum gratiam quæ data eſt ei, ſic in Eccleſia laboravit, propenſius cupimus vitæ illius ſeriem explicare, cujus ſicut lilium fulgens renitent clara opera. Primitus itaque ſecundum veridicam hiſtoriæ aſſertionem veriſſima ratione patefaciemus genus patriamque illius, ut ſequentia vitæ ejus nemo ambigere velit. Ergo cæli terræque omnipotens creator Eccleſiæ ſanctæ fulgurantia immenſa lumina æternæ claritate radiantis, tamquam perpetuarum ſtellarum per totum mundi ſpatium diffudit lumina, ſanctos videlicet vi-
C tos divini operis fructu pleniſſime refertos. Repletus eſt enim jam nunc & redundat totus mundus multis Dei fidelibus, qui convivificati Domino Jeſu in novitate vitæ, ablutionis gratiam præferentes, hereditatem Dei examinatam atque probatam, crebris perſecutionibus, creviſſe nobis ſignificarunt, victorioſiſſimis beatorum laborum ſuorum titulis.

excitari ſe ad laudandum S. Thurianum.

2 Magno ſiquidem dilectionis ſuæ myſterio Chriſtus inter paradiſiacos perpetuæ amœnitatis non marceſcentes floſculos, confeſſores ſcilicet ſanctiſſimos, qui Deo digni patres, & Pontificatus ſacerdotio pollentes fuerunt, & eorum ſuaviſſima ſermonum doctrina, mundus in fide Dei hodieque floret, vernantes purpuræ martyrii nitore violas, quaſi quoddam mirabile fertum, vario virtutum emblemate compactum inſeruit. Ornatur denique electro florenti Prophetarum, auro ſplendenti Apoſtolorum, nitidis gemmis Martyrum, argento ſuperprobato confeſſorum, byſſo purpuraque virginum. Inter tot itaque tantorumque Sanctorum ſacra præconia, æterna clarus memoria, præcipua laude pollens felix Thurianus in Eccleſiæ regimine ſacris literis eruditus ſingulari auctoritate, qua quoddam coruſcum jubar, præcelſius
D reſulget. Etenim miraculorum complurium EX SU-
lumine clariſſimo totam vitam ſuam quaſi quam- RIO.
dam in Eccleſiæ lucernam mirabili fulgore lampavit a. Ex quibus aliquanta dilucidare ad notitiam poſterorum cupimus, ſecundum quod
a diſpenſatio divina inſpirare menti noſtræ dignata fuerit, ne tanti ſplendor luminis, inerti obnubiletur deſidia. Igitur quia juſtis poſtulationibus non eſt denegandus piæ petitionis effectus, nil fere commodius duxi quam ſpiritalibus offerre ſpiritalia. Ob hoc hujus noſtri ſtudii rudimenta, veſtræ paternitati b remittens, ut be-
b nigna gratia noſtrum provehatis opus, & laboris noſtri munia, doctiſſimo judicio veſtro roborare flagito velitis. His ita ſeſe habentibus, quod in hac re ſit conſequens inveſtigemus, fautrice cunctipotentia univerſorum conditoris, & glorioſiſſima beatiſſimi Pontificis Thuriani interceſſione, necnon idipſum veſtris obtinentibus orationibus c.

c

E

VITA

Illuſtri genere ortus,

INclita nobiliſſimorum parentum progenie felix propago Thurianus beatiſſimus, in Britannia minori eſt exortus, juxta monaſterium Vallone nuncupatum, quod ſubditum eſt poteſtati Monaſterii ſancti Samſonis. Quæ ceiſa & ſplendida pharus, non immerito ſub occidui axis tenebris, hujus lucis ſumpſit exordium d, ut poſt, diſcuſſis obſcuritatibus, ab infidelium fide algidis mentibus, uſque ad Gallicæ regionis fines protenderentur radii claritatis virtutum ipſius: quę nunc pręordinante clementia ac miſericordiſſimi Dei providentia, condigno honore requieſcit tumulatus. Sanctitatis igitur vas Thurianus, egregium ſpecimen puritię ſuę Deo vovere cupiens, etymologia ſui Chriſto chari nominis, quantum in ſe erat, uti ſatagebat. Nam quia a Thure, quod Dei in-
F ſacrificio adoleri ſolet, nomen derivatum habebat, ſemetipſum odoriferum incenſum laudis, in ara ſui cordis adurebat, ut ſecundum Apoſtolum bonus eſſet odor Deo in omni loco e.

d

relictis parentibus,

e

4 Ardore nempe flagrans divino, Spiritu ſancto præmonitus, quaſi alter futurus Abraham, natales reliquit illuſtres, propriamque hereditatem, portionem patrimonii ſui in cęlo ſtatuens, atque felici gaudio feſtinans patriam deſerere, ut liber a peccati contagione ſe liberius offerret, quod per ſolam divinam gratiam potuit: & dum hic terrena reliquit, cęleſtia prędia acquiſivit. Quia denique portionem patrimonii ſui elegit ſibi Deum: oſtendens nil ſibi eo charius eſſe; Chriſtus illi portio: Chriſtus illi perpetim poſſeſſio. Jure igitur cum Petro Apoſtolo Jeſu proclamare potuit: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te: merito imitator illius eſſe cupiens, qui dilectoribus ſuis dixit: Nolite poſſidere aurum neque argentum neque ea quæ in mundo ſunt diligatis. Quia ergo ipſi vivere Chriſtus fuit & mori lucrum, cum Apoſtolo, quę ei lucra fuerant, duxit propter Chriſtum detrimenta, non habens gloriationem niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Chriſtus itaque qui eſt perfecta merces & retributio ſolę laborantium, ipſe eſt Euangelicum illud centuplum, quod quis dum habet, vitam æter-

nam

Digitized by

nam habet, quam hic beatus divite commercio, felici promeruit mercimonio.

IX Surio.

5 Verum ut ad superiora redeamus, justus præmonstrando Thurianus, timorem esse Dei initium sapientiæ, ob ipsius castum timorem, sanctique Samsonis ferventissimam dilectionem, Dolam metropolim adiit, ubi tunc temporis hic pretiosus confessor erat humatus. Quo dum perveniset, vir Christianus quidam errantem quasi eum reperit, quem secum adducens, protinus illum custodem animalium sibi instituit. Erravit & puer Joseph istum præsignans, non ut ovis perdita, sed quærendo oves. Erravit & Thurianus beatus, præsago spiritu quærendo oves quas justo moderamine gubernare deberet, sed non aberravit, quia Christus vera via reduxit eum manu suę pietatis ad viam rectitudinis. Quod vero animalium custos destinatus est, declarabat eum superna gratia, pastoris summi doctorem illum atque rectorem fidelium fore animarum, ac si jam apertius illi diceretur Pasce gregem Christi.

fit tabul. cui;

6 Post hæc sciens jam Deo devotus puer Thurianus, neminem omnipotenti sinceriter servientem, irretiri posse actionibus sæcularibus: cum utique nemo sit, docente Deo, qui duobus possit dominis rite famulari, concupivit ardentius Christo militare quam sæculo. Delegit nempe spirituali ludo edoceri, atque scholę Christi cupiens connecti, a quodam clerico expetiit litteras sibi prænostrari, quia beatus homo quem erudit Dominus & de lege sua docet eum. Bonum est porro homini qui jugum a juventute sua ferre coperit, veritate prænonente, tollere jugum ejus super se fidelem debere, quod leve est & suave: liquet ergo magisterio doctrinę cęlestis, cibatum pane sapientiæ & intellectus, atque Spiritus sancti gratia debriatum, qui docet hominem scientiam & intellectum, brevi temporis spatio sibi a magistro traditas litteras, acsi dulcem potum ebibisset. Quin etiam ita cælestis gratiæ radii in eo refulgebant, ut grammaticæ artis peritiam plenissime atque efficacissime insigni commendaret memoriæ. Rimabatur velut ovis sagacissima, inter spinarum fruteta carpere suavissimi gratum florem graminis. Ne vero ullius artis expers haberetur, harmoniam prædulcis cantilenæ suscipere non renuit, qua apud Deum & homines valde profecit, dante illi Deo, a quo bona cuncta procedunt, elegantissimam vocis claritatem præ reliquis coævis pueris.

sed litteris interim instruitur,

7 Hinc factum est aliquo sub tempore, ut dum tinnulis fibris dulcem eleganter roboraret f canticorum divinorum melodiam, jucundo modulamine lepidi oris, non solum populares demulceret aures: verum suavitate dulcedinis cantus sui, delectaret animum Archipræsulis Tiarmaili, Dolensi tunc Ecclesię præsidentis, oblectatione quadam Deo amabili. Ea ergo occasione, imo Spiritu sancto patrante, qui ubi vult spirat, in notitiam venit præfati Antistitis, ut tali agnitione, qui charus jam esset Christo, acceptior coram cunctis fieret populo. Accersens igitur illum ut spiritalis pater, deiferum sibi adoptavit filium, quem obnixe diligens, commodis humanę naturę dapsiliter muneravit, cibo carnali aluit, lectionibus sacris sufficiente educavit, ut quemadmodum exterior homo carnali pasceretur edulio, sic interior saginaretur divinorum præceptorum vivifico mysterio.

& cunctis episcopo cognitus,

8 Interea cernens Tiarmailus inclita docilitate animi, juvenem Thurianum, gratia lucis cælestis quotidie refulgere, utpote in quo congeries virtutum omnium per dies augmentando cumulabatur, præfecit illum post se suis abbatem clericis, prænoscens ipsum ad hoc opus idoneum satis fore ministrum, eo prænonitus spiritu, qui in cordibus filiorum Dei quotidie proclamat, Deum patrem esse nostrum. Felicem se rite potuit prædicare Tiarmailus, pro adoptato sibi lucis filio Turiano inclito, quem septiformis sancti Spiritus gratia undique circumfultum, opima exuberantia virtutum reddebat conspicuum. Inerat ei & virginalis pudicitia, veraque innocentia ac vera simplicitas, necnon virtutum regina humilitas, quæ informavit hunc sanctum Virum omni devotioni deditum, qua se regere deberet actione. Præterea studebat semper castimoniam sectare, sciens nihil præcelsius, nihil modestius esse virginitate, quæ ita hunc Deo proximum raddidit, ut angelorum societati usque ad solium æternæ visionis intersit. Quia denique generosissimos mores animi liberalitas facit, refrænabat inundantem gastrimargiam, resecabat omnem vanam gloriam, effrænatum comprimebat luxum, restringebat gulæ appetitum, devitabat seria, atque hujus nequam sæculi despiciens erat contagia cuncta.

ab eo clericis instruendis præficitur

9 Ergo talibus hostiis timeretur * Deus. Ita nullis vitæ hujus captus illecebris, moriebatur mundo, ut viveret Deo, quia carnis mortificatio prudentia summa est; acsi apertius diceret: Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus. Qui cum prædicebat audientes, ne illos inermes & vacuos, mortifera spicula tenebrosi hostis opprimerent, ad virtutum tramitem bonamque conversionem oberrantes reducebat. Particeps autem factus omnium Deum timentium & mandata ipsius observantium, non esse piger potest, qui Domini mandata custodit, ipse merito potuit dicere, se consortem metuentium Christum extitisse. Sic præcellentissimus Thurianus firmissime in vera petra fundatus, utpote qui omnem fidei sumpserat firmitatem, firmamentum plenitudinemque substantiæ, Christum signis & prodigiis adstruebat esse fidelium suorum. Hoc Deo amabili ludo hisque spiritualibus exercitiis, egregius Thurianus metas transigebat piæ juventutis, donec ad perfectioris ætatis incrementa pariterque opera excresceret excellentioris sanctitatis.

quo in manare multis gratiam spiritualem, Act. 20 promeretur?

10 Abhinc restat de maximis perfectisque virtutibus hujus Deo dilecti differere; quæ magnam vim in speculatione miraculorum ejus perspicientibus ea obtinent. Felici jam senio & multorum longævitate confectus dierum præsul Tiarmailus, cernens perfectissimæ vitæ virum illustrissimum Thurianum ascendere quotidie de virtute in virtutem, delegit eum consortem sibi fore oneris & honoris. Favorabili igitur collatione cunctorum, provexit eum ad summum sacerdotii gradum, statuens eum prædicatione, sede & potestate

a Tiarmailo successor designatur,

pro

A pro ſe Dominum & patronum. Quo intromiſſo, exhilarantur cunctorum animi ſummo gaudio, pro tali tantoque ſibi collato divinitus paſtore, quia erat omnium virtutum ornamentis decoratus, & omni divinarum diſpoſitionum ſtudio firmatus; juſtus, ſortis, providus, temperatus, qui impetus carnis omnes providentiæ ratione ſuperaret.

omnibus numeris abſolutus paſtor.

11 Præceptis autem plenius inſtructus cœleſtibus caſtitatis & ſimplicitatis, ſpiritale ſacrificium acceptum Deo ſeipſum quotidie offerens, utpote verus miniſter altaris hoſtiam ſanctam & irreprehenſibilem ſe exhibebat, nocte, dieque frequentans orationem devoto mentis affectu. Porro ſinceriſſima ſanctitate præditus moderans Deo placiti regiminis habenas, ſtemmate fideque præpollens, efficaciſſime delegatum miniſterium implens, vigilanter vigilando, gregi ſibi commiſſo attentius invigilabat. Inerat ei cum parcitate ſufficientia, irreprehenſibilis potentia, grata claritas, Deo digna jucunditas, nihil habens commune cum ſæculo, nihil mundi hujus ſibi vindicans,

B non corporalibus cupiditatibus ſubditus, non avaritia ſtimulatus, non invidia maceratus, non ambitioni deditus, non aliqua negotiorum ſæcularium cura ſolicitatus. Is in patria poſitus, primo honorum omnium contempſit inſignia, illos veros æſtimans honores, quoſcumque illi divinum prudentiæ magiſterium concoliſſet. Nulla illum divitiarum deſideria ceperant, ſed has veras reputabat divitias, quibus animi ornatus adipiſci quiret, & quibus auctorem ſuum cognoſcere poſſet, vel invenire.

Pluribus ſignis inclareſcens,

12 Interea dum glorioſiſſimus vir Domini Thurianus talibus, ut dictum eſt, actibus, omni morum probitate conſpicuus vitam ſuam quotidie condecoraret: volens Deus hominibus clareſcere, quanto apud ſe, pro hoc culmine ſublimandus foret gloriæ, notum cunctis fecit, ſibi ſetis pretioſam benigniſſimæ precationis ejus orationem. Nam quanticumque languidi cum ſuis morbi genere preſſi, præſentiæ ejus fuiſſent adducti, illico ſub invocatione nominis Jeſu Chriſti priſtinæ reddebantur ſoſpitati. Inter innumera porro

C miraculorum ejus, quæ per eum Dominus operare dignatus eſt, inſigia, in reſuſcitatione mirificus apparuit mortuorum. Denique antiqua fertur opinione, quod ad invocationem vivificæ Trinitatis trium corpora mortuorum redintegrare ad vitam meruerit. Nec diſpar propheræ prædicandus Heliæ, cujus os cæli facta eſt janua. Multoties quippe a quibuſcumque rogatus ſiccitatem terræ compeſcuit, fixo terræ ejus baculo cum oratione nominis Domini Jeſu Chriſti.

ationi plu. vium im. petrat.

13 Evidentibus autem indiciis, illuſtratio ſignorum patefecit, ut ſubjecta declarant, non privari munere ſuo apud Deum bonæ voluntatis affectum. Nam novimus cunctis fidelibus a Deo legem inſtituram, precationum dies in Quadrageſima ante reſurrectionis Dei diem agere, quum beatus Thurianus fulgore cæleſtis præſentiæ irradiatus, pura & ſincera devotione, eadem divina munia celebrabat. Tum more ſolito adſtantibus turbis ſalutaria, virtute obumbratus Altiſſimi, depromebat monita. Stigmata enim crucis Chriſti, corde, ore & habitu circumferens, non ad oſtentationem intuentium, ſed ad incremen-

tum fidei fidelium augmentandum: nil niſi D
quod ei vera vitæ ratio ſuaſiſſet, intimabat, EX SE-
aſſeverans quod quamdiu in hoc corpore ſu- RIO.
mus, peregrinamur a Domino. Denique non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus, ſupernam videlicet Hieruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrum, quæ quotidie ædificatur ex vivis & electis lapidibus, ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum Chriſtum, lapidem angularem ſummum. Inter hæc elevatis in terra luminibus, divinitatis claritudine circumſeptus, juſtum ordinem ſpiritalis officii conſummans, mira & vere miranda manifeſtata eſt viſio, ex qua præclara, & admiranda nimium nobis aſſurgit laudatio, ut & potentia Dei dignius prædicetur, & qui iſte beatus fuerit, evidentius approbemus.

Mirabilis ejus viſio.

14 Vidit quippe cælum apertum, & benigniſſimum Jeſum in ſede majeſtatis ſuæ reſidentem, ſanctoſque angelos arcam Teſtamenti Dei, proceſſionis more, ferentes. Sane ſtupenda & miranda Chriſti mira, quis E
non obſtupeſcat? plane inquam mira dum præſtitum eſt homini, terræ mole circumdato, cælorum reſeratis adytibus eorum conſpicere ſecreta, prophetis aliquibus æquiparandus, & ob hoc vere beatiſſimus prædicandus: quid enim clarius, quid luculentius fari poteſt, quam hominem propria induſtria ſatagere arcana cæli conſpicere? Credo docere Deo volente, per dilecti ſervi ſui viſionem, illos dies ſanctos lætitiæ dum recoluntur in terris, a ſanctis angelis, ante conſpectum divinæ majeſtatis, frequentari in cælis. Igitur veri ſplendore luminis illuſtratus deifer Thurianus, ordine, quo præſcriptum eſt, in contemplatione cæleſtium virtutum poſitus, circumdantes eum oves velut proprium patrem, & paſtorem, indicat eis ſagaciter, quo tenore pleni & perfecti ſplendoris claritas, Deus illi ſe demonſtrare dignatus fuerit, quod falſam ſpeciem beatitudinis nemo dixerit eſſe, cum non inſolentis arrogantiæ, ſed puriſſimæ innocentiæ F
eſt adſcribendum. Summa enim gratia declarat eum beatiſſimum, cui cæleſtia patefacta ſunt myſteria, & nimirum quia ejus præſentiam intuebatur in cælo, cujus gerebat in corde amorem animo puro & perfecto. Cognita itaque tali tantaque Dei virtute pleniſſime omnipotentiam Chriſti collaudaverunt, paſtoremque ſuum pretioſum Thurianum deinceps maximi honoris veneratione excoluerunt. Ob juſtiſſimam porro recordationem tam præcelſi a Deo oſtenſi miraculi, crux lapidea juſſu S. Pontificis in eodem loco eſt exaltata ad teſtificationem miraculorum Dei proteſtandam, cunctæ venturæ generationi.

Tyrannum Rivallonem

15 Enimvero, ut ejus promamus clara geſta, altiora debemus de illo inveſtigare opera: hæc autem ſententia quam relaturi ſumus, caute ac ſolicite intellectum videtur expetere rationis manifeſtæ, quia ineſt in ea profunda quædam & miranda ſpeculatio; quam qui cum audierit, nemo derogare velit. Series enim propoſitorum, aut virtuti concordat, aut gratiæ, aut miraculo, & ob hoc audientibus non videatur abſurdum. Invidia igitur diaboli, cujus aſtu mors introivit in mundum, cujus etiam jugum grave aggravatum eſt ſuper filios ſuperbiæ, peſtifer quidam homo ex primatibus Britanniæ, procaci nominis ſui uſus

vo-

Digitized by Google

A vocabulo: nam Rivallo dicebatur, quod rebellem significat & protervum *g*, sagitta diaboli ictus, quoddam monasterium in diœcesi beatissimi Thuriani situm, nullis existentibus causis, voracibus tradidit flammis. Distabat autem idem cœnobium a Britannorum metropoli quasi millibus viginti. Cognito ergo a relatoribus, hujus immanis sceleris execrabili facto, Deo acceptabilis antistes Thurianus pro commisso immani piaculo, anxius fluctuanti laborat animo.

Ex Surio.

g

16 Sed memor Beatus promissorum cœlestium, in periculis & adversis positus, spe, quam hauserat ex serie Scripturarum in Deo, patre totius consolationis, se plenissime consolabatur. O scelestum & audacem virum! qui proterva infania, non solum sancti Dei templi combussit parietes, verum etiam sacros Testamenti sancti libros, ipsaque sanctæ ædis sacra utensilia ignibus adurenda commisit, illorum jam deputatus contubernio, qui lætantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis. Pro hujusmodi facto irritatus animo Dei servus Thurianus, sumptis

qui monasterium & sacra omnia incendens,

B secum duodecim monachis, pedestri expeditione ad eum properare deliberat, quem residentem invenerunt in vico Lakasruth dicto. Qui prospectans eminus pedestrem venientem summum sacerdotem, animadvertens ob patrata a se scelera justum ad se venire, consternatus animo totus tremuit, inclinatoque usque ad terram toto corpore, percunctatur quid sic humilis & abjectus veniisset? Mox beatissimus sacerdos acriter eum redarguens, fidenterque conatus ejus molimina subsannans: Nimia (ait) crudelitatis tuæ feritate exacerbatus, qui ultra humanæ rationis modum severus & vehemens, non metuisti S. Maoky ecclesiam succendere, & Sancti Dei ministeria dissipare. Adeo denique superexcellit & supereminet immanitas tui sceleris, quasi il brachium sancti contrivisses Samsonis.

17 Attamen, si me satis audias juste loquentem, pœnitebis, quia insignem attenuat

pœnitentiæ oratione,

Deus, qui valet ima summis mutare, qui membris sanctis suis, hoc est fidelibus suis polliceri dignatus est, dicens: Qui tangit

C vos, quasi qui tangit pupillam oculi mei. Ergo age pœniteniam, ut scelera tua deleri mereantur. Mox veræ rationis auctoritate convictus Rivallo tyrannus, virtute Dei exteritus, quæ sola potest superbiæ virus hebetare, se reum omnino profitens, plenam spondet emendationem, verens omnipotentis judicium, ob S. Archipræsulis Thuriani iram, super se venturam. Promittit ergo si longioris vitæ spatia succederent, septempliciter cuncta combusta restauraturum. Tunc egregius Dei miles Thurianus, pietatis ardore flagrans, non renuens verborum ejus humilitatem, mitigato animo secessit ab eo cum monachis suis oraturis Deum, dari facinoroso illi terminum pœnitentiæ ad corrigenda ipsius prava opera. Vir enim sanctus cælestis habens protectionem gratiæ, dum meliora a Deo sperat, levioribus frangi non potuit. Instantia itaque precum & afflictione corporis orat secreta Dei sibi manifestari, & persistens in oratione, hæc Domino revelante cognovit.

18 Denique sanctis precibus completis,

ad pœnitentiam adducit,

surrexit: beatissimus Michael archangelus, mirum dictu & auditu, cunctis mirantibus & stupentibus, improvise super humerum Deo D digni Thuriani in columbæ specie resedit. Quod nemo ambigere velit, quia ipsius hoc opus est, qui angelos suos præparet spiritus. Si enim fidelis pura mente consideres potentiam magnalium Dei, hæsitationem tantæ rei non habebis. Multa denique fecit Deus mirabilia sua, & cogitationibus suis non est similis illi. Quicumque ergo miramini tantæ rei arcanum, tam magnum fidei mysterium, tam præcelsum divinitatis opus, perpendite sanctarum testimonia Scripturarum, in quibus fructus latet cælestis mysterii, quæ nos ne videamur procacem tantum proferre sententiam, ex ipsis dictis sanctis scripta inferimus, quæ roborationem afferant tantæ auctoritati. Sub veteris umbra legis multoties sanctos repetimus angelos patribus apparuisse, & præcipue in prophetæ Danielis visione, hunc beatissimum, de quo tractatus habetur, archangelum ipsi creberrime apparuisse. Recte igitur in columbæ specie, illustrissimo præsuli apparuit Thuriano, puritatem atque innocentiam ipsius animi excellenter indicans, cum

E Danieli, ut legimus, in similitudinem viri apparuerit, quia utique non vir erat, sed viri similitudinem habebat. Non enim angelica natura ita corruptelæ dedita est, ut natura generis humani. Ob hoc hic deifer sancto Danieli est æquiparandus, qui recte vir desideriorum dici potest, quia Dei amore erat dignus & pro desiderio suo Dei secreta audire mereretur & esse conscius futurorum.

19 Nunc justum videtur, ut ad narra- *& ad*

tionem, unde superius digressi sumus, re- *eamdem reflectendo.*

vertamur. Exacta, ut ante dictum est, glorioſus confessor glorioſa oratione, a præfato Rivallone, cujus nimius horror, tanto conspecto miraculo membra invaserat, sed rursus resumpta spe, virtutis hujus admiratione gavisus erat, consulitur, quænam miranda visio esset quam cernerent ipsi. Qui magna dulcedine supernæ gratiæ repletus, indicat illis, sanctum sibi archangelum Michaelem a Deo missum, ad dandum illi pœnitendi spatium septem annorum termino, & ad restau-

F randa sacrilega a se patrata incendia. Alacrior ergo Rivallo redditus, pro collatis sibi a Deo beneficiis paternis, plene omnipotentiam ipsius collaudavit, & pastorem suum inclitum Thurianum, cujus sancto adminiculo salutem promeruerat, ex tunc veneratione venerabili venerare non destitit. Crucem lapideam superius adnotavimus constructam, ob memoriam deificæ visionis pretiosi jussu Thuriani, in qua omnibus intuentibus, quasi evolans resedit, & post in cælum ad Deum, qui se miserat, Jesum in dextera stantem paterna, regreditur. Inclitus porro & plenus veræ misericordiæ affectu, sine querela verus Dei minister Thurianus, inculcans illi pœnitentiæ sancita, regreditur ad propria. Sed & præscriptus sæpiuscule homo, pontificali non destitit insistere exactioni, quoad promissis finem imponeret suis, & expostulato a principibus patris plene adminiculo, voti compos effectus, juxta pollicitum restituit septempliciter omnia.

20 Restat porro adhuc quoddam clarificum *Euangelium ab incendio servatum.*

miraculum in præfato incendio patratum, quod summopere est intuendum, his qui divinis auctoritatibus sunt suffulti, nullis argumen-

A mentorum contradictionibus esse Dei verbum corrodendum, quia qui scrutator est majestatis, opprimetur ab ea. Cum igitur ædes sacra Deo in sancti honore Moaky dicata edacibus consumeretur, ut præscriptum est, ignium globis, codex S. Euangelii super altare positus fuerat ipsius basilicæ. Qui itaque non ardentem ardere rubum dudum suo se timenti famulo præmonstravit, renovavit & tunc arcana miraculorum suorum mysteria. Etenim impetu Spiritus Dei evolans liber a mensa Christi, horridosque flammarum supergrediens cumulos, tereti rotabatur gyro, quasi sessionis suæ perscrutans locum, moxque non sine cunctorum intuentium stupore & admiratione, placido descensu in hortum adlapsus est cœnobitarum fratrum. Posito ergo quo prædictum est ordine, sancto Euangelio in monachorum horto, vulpes inter reliquas feras animal omnino subdolum, quod fraudibus cibum quærit, & salutem suam callida illusione tuetur, illum jacentem reperiens, appetit ore

B corrodere.

& vulpis id arrodentis exitium.

21 Quod bestiale genus sæpissime in Scripturis sanctis pro malo ponitur, sicut in Euangelio legimus Dominum dixisse de Herode: Ite dicite vulpi illi, perfidiam illius demonstrare volens, quia eum neci tradere moliebatur. Salomon quoque in Canticorum Canticis, sub voce Ecclesiæ, capi parvulas jubet vulpes demolientes vineas; hæreticorum devitandam infaustam significans societatem. Sed vulpes præscripta, dum rodere mavult Euangelium, ante mortem suam, quam cibum, in illo invenit, patenter indicans absurdum & periniquum esse omnino divinis Euangelicarum virtutibus roborationum derogari. Et ut liquido clarescceret hominibus, quantæ apud eos Dei verba esse deberent reverentiæ, quicumque temerario ore posthæc super eumdem codicem ausus fuit dejerare, statim morte temporali, pœnas luit perjurii sui. Et merito, quia, dicente Christo, omnem spiritum blasphemiæ remitti posse hominibus, qui autem Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittendum illi neque in hoc sæculo neque in futuro. Omnes igitur, qui se dolosis & fraudulentis prava voluntate conjungunt, secundum prophetam regium partes vulpium

C sunt.

Mortuorum suscitator,

22 Quia vero superius insertum est, trium mortuorum resuscitatione, hunc egregium sacerdotem Thurianum Omnipotentem clarificc nobilitasse: ne indiscussa tanti bonoris insignia pertransiremus, unum solum inserimus, quod fidelium mentibus sufficere posse non diffidimus. Denique maximam & arduam esse rem exanimatum vivificare, Euangelicis præmonemur instructionibus, dum sciamus Dominum Jesum Christum sicut omnipotentem multorum cadavera exsuscitasse, e quibus tres solummodo legimus ab eo præsenti luci redditos. Ita & huic venerabili confessori tanta eadem gratia ab eo largita est. Sed nos resuscitationem unius auctore Deo patratam, meritisque incliti Thuriani gloriose exhibitam, ad sufficientiam credentium digerere cupimus.

puellam, jamjam septiendam,

23 Igitur in administratione verborum Dei aliquo sub tempore occupato Omnipotentis sermonum dispensatore pretioso Thuriano, juxta monasterium, Britannica lingua Kamfruth dictum, in loco, ubi crux lapidea jam prætitulata posita est, factum est hujusmodi miraculum, circumstantibus se multis populorum turbis, diversique sexus & ætatis & Euangelizationi ipsius unanimi voto pariter intentis, contigit ante illos, exanimem ad tumulandum efferri puellam. Hæc ex nobilioribus ejusdem loci erat, ut conjici datur secundum historiam: cujus pater nuncupatur Guridgal, nomen vero defunctæ fuit Meldoch. Cernens multæ compassionis vir, plenus pietate, Thurianus, gemitum populi parentumque & propinquorum corpus ambientium, prævidensque orbitatem ipsorum, siquidem unica ipsis erat, compatiens eorum dolori, sicut & semper cunctis mœrentibus, præmonuit feretrum ferentes stare. Quamvis enim jam talium multipliciter exercitatus foret factorum, nequaquam tamen fortitudini se credidit suæ, sed cauta humilitate, divinum sibi precando adscivit auxilium, & oratione superedita invocavit Deum dicens:

D ex Sumario.

E

ad vitam revocat;

24 Omnipotens Jesu Christe, Fili Dei vivi, cœli & terræ conditor & gubernator, qui archisynagogi filiam solutis mortis vinculis reduxisti ad vitam, ad laudem & gloriam glorioli nominis tui, hanc puellam vivifica, in conspectu omnis hujus populi, ut glorificetur laudabile nomen tuum per cuncta sæcula sæculorum. Finita sanctus sacer Thurianus Deo accepta oratione sua, & respondente omni clero simul & populo, Amen, obtinentibus, præstante Christo, sanctis suis meritis, surrexit incolumis puella, inæstimabile gaudium suis ingerens parentibus, animosque cunctorum, qui hæc nosse poterant, ad collaudandum Deum, pleniter extollens. Non tamen hic Sanctus pro tanti muneris beneficio superne sibi collato, jactantiæ succubuit vitio, nec gloriationem habens in aliquo, solum sibi Deum gloriam reputabat esse, secundum Apostolicam sententiam: Qui gloriatur, inquit, in Domino glorietur: non enim qui semet commendat, laudatur, sed qui a Deo commendatur. Hunc itaque beatissimum sacerdotem mirum in modum superna gratia ita provexit, ut ornamento pretioso decoris gratiæ Christi redimitus, sanctam vitam suam normam nobis vivendi præberet.

F

& plenus operibus bonis,

25 In eo denique non solummodo bonorum operum elucebat gratia, verum etiam intimæ puritatis resplendebat gratia, sicque splendidum sibi hujus vitæ curriculum virtutum lumine declarabat. Augmentari igitur propensius satagebat quotidianis exercitiis, cœlestium incrementa bonorum, ut emissis corruptibilibus carnis exuviis, atque evadens laboriosam præsentis sæculi servitutem, haberc gloriosam mereretur futurorum quietem. Beata siquidem mens ejus, exercitata multis patientiæ abstinentiæque documentis, angustum hoc corporis horrebat diversorium, gestiens capessere beatam cœlestis latitudinem habitationis. Habens ergo hic beatissimus semper nobis memorandus Thurianus bonæ fiduciam conscientiæ, in suis gratulabatur novissimis operibus, Deum sibi præsentem semper adesse sciens, quo docente se intelligebat exitu suo a vitæ hujus laboribus liberari, mercedemque bonorum operum & factorum præstolabatur dicens: Reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus.

Om-

Digitized by Google

A Omnium denique virtutum dote ſubnixus, ex Surio. ſcientia divina præditus, mortis diem expectavit lætus: quia ubi æſtimabatur finiri, ibi incipiebat perpetua ejus vita oriri, ut Pſalmiſta ait: Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini. Qui mira ſimplicitatis & innocentiæ vir, ſummæ cardinem felicitatis attingens, ut in noſtris antiquioribus, ſed veracibus reperimus libris, XII Idus Julii
b b criſte hoc ſæculum deſeruit, cœleſtiſque ſenator curiæ, cœli palatium perpetuo poſſeſſurus introivit.

ſanctus finem deſiderat.

26 Sed quia in hac aſperrima conditione fragilitatis humanæ, aliquoties diverſis languoribus debetata, eumquam vero ærumnarum miſeriis & aſſiduis calamitatibus implicata, caduca mortalitas diſſolvitur, (inter tot enim ardentiſſimas moleſtiarum miſerias, varia curſu vita hominum ſemper tranſigitur, & ob hoc his omnium mortium generibus,
g ſubveniri neceſſe eſt piis operum patrationibus, Sanctorumque poſtulationibus:) ideo nunc nobis exorandus eſt ſpecialis patronus noſter Thurianus, cujus pretioſiſſima pignora poſſidere meruimus, & ante cujus ſacratiſſimum tumbam, quotidiano adſumus officio i, ut qui laboriosa tentatione carnalis moleſtiæ devicta, perfectæ promiſſum gloriæ conſequutus, auguſta radiatione fulgeſcit, nunc in cœlo, impetret nobis a Chriſto æternæ lucis præmium, & faciat nos ſanctis meritis perpetuis intereſſe gaudiis, quibus in cœlo ſine fine perfruitur. Ergo, beatiſſime Thuriane, diſſolve inviſibiles criminum nexus noſtrorum, ſolve vinculum noſtræ nequam conſcientiæ, vinculum avaritiæ, vinculum crudelitatis & ſuperbiæ, triſtitiam vitæque labores releva. Poſtula nobis tua prece ſancta, divinæ donum reconciliationis, debiles eleva, captivos redime, eripe eos qui ducuntur ad mortem, eripe interceſſione beata, eripe gratia ſancta; eripe ſubſcriptione indulgentiæ, & munere tuæ benedictionis erige. Hoc vero inæſtimabile donum hancque nobis tuam ineffabilem gratiam glorioſiſſimi patroni noſtri Thuriani obtinentibus meritis, de fonte benigniſſimæ pietatis tuæ
C præſtari cupimus, Deus, qui regnas in Trinitate per ſæcula ſæculorum. Amen.

MIRACULA.

Pariſiis patrata.

Periculoſum incendium, k

COntigit in urbe Pariſiorum, quod pro ſcelere liquet pravorum evenille civium, ibidem, nempe degentium. Dum denique quadam nocte cuncti detinerentur ſopore, cujuſdam prædivitis fœnile deflagratum k, adeo flammas emittebat ingentes, quo reliquas corripere cœpit magnitudine flammarum rogus ædes eidem adhærentes fœnili. Hujuſmodi igitur ignem videntes urbis cuſtodes, cuncta jam ſibi pene affinia comprehendentem loca, quantocius ejulare coegerunt cives, monentes eis adeſſe clamantes. Quibus e ſomno aſſurgentibus, mulciber oppido intumeſcere non deſiit præ fœni congerie, atque vicinas, ut dictum eſt, domos conflagrare. Tœdebatque æqualiter omnes: flebant ſe paupertatem incurriſſe, quam multo labore acquiſierant. Neque enim igni reſiſtere quibant, enormiter diducto impetu pluvigeri ſpiraminis. Cumque tantis intereſſent quæſtibus, ſuffragia diverſorum cœperunt implorare Sanctorum, ut eorum interceſſionibus, tantorum ſedarentur vires ignium. Sed neque ſuperna pietas, homines volens perdere ſe deprecantes, conſilio acſi dicatur divino, cœperunt beatiſſimum ſpecialius invocare Thurianum, quem multis noverant virtutibus ac miraculis exornatum. D

adduſſit ejus reliquiis fidem.

28 Sancti igitur confeſſoris Germani eccleſiæ cuſtodes cum reliquis monaſterii cœnobitis, ad altare, ſuper quod Archiantiſtitis requieſcebant membra Thuriani accedentes, ocius eumdem egregium, ſanctum ſcilicet Thurianum, deferre cœperunt ad ignem. Ubi autem magis vigoris eum habere conſpexerunt, ibidem fidentes fauſtiſſimum deruerunt Thurianum. Mox vero flammarum cœperunt evaneſcere globi, ac ſi innumerabilibus fuiſſent aquarum decurſibus perfuſi; ſicque paulatim
E creſcendo abiata eſt immanitas ignis. Quod cernentes qui ante flebant, cœperunt Chriſto Domino grates referre jucundi, cujus ſuffragiis tantorum erant viribus ignium eruti. Proſecuta eſt nihilominus eum copioſa utriuſque ſexus multitudo, virorum ſcilicet ac mulierum clericorumque non minima, cum cereis & crucibus pſallendo, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. Cum omni quoque hymnorum gloria, repoſuerunt eum ſuper ſancti Michaelis archangeli aram, quæ eſt in monaſterio ſancti pontificis Germani, ſuper quam ante jacebat. Quibus peractis, rediere ſinguli in ſua, Deum qui ſuper omnes eſt, glorificando, quo largiente omnia ſubſiſtunt: egregiumque Confeſſorem perſpicue prædicando, cujus interventione a magnorum viribus ignium ſalvati atque eruti exiſtere dignoſcuntur.

Poſſi S. Turiani.

29 Huic miraculo aliud ſubſcribere dignum duximus, quod in eadem urbe divina virtus, quæ ſemper in electis ſuis glorificatur, ob declarandum meritum Confeſſoris ſui operari dignata eſt. Erat conſuetudo ab antiquis inſtituta, ut die præcedenti ſolennitatem beati Thuriani confeſſoris, denunciaretur per urbem & per vicos ei adjacentes celebritas ſolennitatis beatiſſimi Confeſſoris, quatenus populus omnis, relicto rurali opere, confluerent ad poſcenda ſuffragia divinæ pietatis, per meritum confeſſoris ſui Thuriani; & quod ſinguli, ſuis non merebantur impetrare meritis, obtinerent piis precibus ſuffragatoris. Contigit vero ut miniſtri, qui præcones erant tantæ ſolennitatis, tranſitum haberent juxta eccleſiam quæ ædificabatur in eadem urbe in honore beati Stephani protomartyris; ii autem, qui præerant operi, audientes pulſationem ſigni, quo eadem futura denunciabatur ſolennitas, interrogaverunt, cujus eſſet hæc, quæ prænunciebatur, futura feſtivitas. Reſponſum eſt vero, quia S. Thuriani confeſſoris prænuntiabatur celebritas. At ille qui præerat operi, inuſitatum habens audire hujuſmodi nomen, quia quaſi quoddam barbarum reſonaret, deſpectui habens quod audierat, dixit non ſe opera ſua interrumpere, ne ad Sancti celebritatem accederet.

30 Ope-

Digitized by

Violatores ceremoniarii puniuntur

A 30 Operariis autem quibusdam succlamantibus, bonum esse eos celebratoribus tantæ solennitatis interesse, comminatus est illis, numquam ex opere illo aliquid quæstus ulterius acquisituros, si recederent ab opere & Sancti solennitatem curarent celebrare. Huic præsumptioni & temerariæ comminationi ultio divina non defuit, nam sequenti die cum ad opus præfatæ ecclesiæ temerarie redirent, dispositis operariis infra & supra maceriam quæ construebatur, corruit divina virtute quidquid ante operatum fuerat, ita ut nemo inultus abiret. Nam confractis aliorum brachiis, aliorum cruribus, aliorum pedibus oppressis, omnes compulsi sunt fateri Dei & S. Thuriani meritum; cujus quia solennitatem celebrare despexerant, suam singuli coacti sunt deplorare miseriam. Magister vero, qui ad hanc eos compulit præsumptionem, fractis cervicibus spiritum reddens, divinam in se juste exhibitam excepit ultionem.

B

Aliud sedatur incendium

31 Operæ pretium est, huic quoque aliud subnectere: quod ex divina virtute per meritum B. Thuriani in eadem urbe contigit evenisse. Propinquante vindemiarum tempore, reficiebantur io regali cellario, quod adhærebat palatio, dolia, quibus servaretur regalibus mensis necessaria vini copia. Cum autem pice superfundenda calefierent ipsa dolia, ex superflua materia vires ignis excepit validas, ita ut ipsa cremarentur dolia, deinde cellarium, deinde totum ignis occuparet palatium. Concurrentibus cunctis ad reprimendas vires incendii, delatæ sunt Sanctorum reliquiæ ex vicinis ecclesiis, ut per eorum meritum tantum restingueretur incendium, quatenus inustum reservaretur palatium. Deus vero omnipotens, qui Sanctos suos semper glorificat, ut sancti per latum orbem declararet meritum Thuriani, dignitatem hujus miraculi ejus præsentiæ reservavit: nam petentibus his, quo incendii vires urgebant, fratres ex monasterio S. Germani pontificis, in cujus ecclesia quiescit, ipsum ejus corpus deferentes ad palatium, cujus interitum ignis minabatur, impositum vehiculo in medium ignis impulerunt. Mox totius incendii vires ita defecerunt, acsi unda fluminis desuper effusa totum teneret locum quod occupaverat incendium. Plura denique aliis referentibus de eo comperimus miracula, quæ ne lectori faciant fastidium, scribere distulimus, gratum operi nostro imponentes compendium. D EX SURIO.

ANNOTATA.

a *Intellige* illustravit.

b *Abbatem suum, opinor, alloquitur, cujus postulationibus obsequens, stylum exercuerit in amplificanda ornandaque præmissa superius Legenda.*

c *Talis est hic prologus, ut omnibus sanctis episcopis & confessoribus commode aptari queat.*

d *Utramque Vitam inter se conferenti abunde* E *patebit, nihil contuliisse scriptorem hunc præter elegantiorem paulo verbositatem, manente utrobique eadem prorsus rerum substantia, ut proinde superius dicta hic repetenda non sint; neque quærendum, cur pharus dicatur tumulatus.*

e *Longe quæsita est ea etymologia, sed veteri condonanda.*

f *Lege cum Barrali* reboaret: *nec satis subsistit reliqua constructio, quam tamen etiam intactam reliqui.*

g *Etymologia superiori non absimilis: cur non deduxit a veteri Gallico* ribauld? *Sed ea hic explicanda non sunt.*

h *Vide annotationem ultimam ad datam supra antiquiorem Legendam.*

i *Hinc manifestum esse diximus, Vitæ hujus amplificatorem fuisse monachum ad S. Germani, ubi Sancti corpus hodiedum depositum est.*

k Deflagratum & deflagrare *active, ut etiam supra notavimus de verbo* innotescere.

DIES DECIMA QUARTA JULII

C *SANCTI QUI PRIDIE IDUS JULII COLUNTUR.* F

S. Phocas episcopus martyr, Sinope in Ponto.
S. Heraclas Patriarcha Alexandrinus.
S. Justus confessor, apud Bituricenses in Gallia.
S. Onesimus thaumaturgus, apud Græcos.
S. Syrus Carthaginensis episcopus.
S. Papias, S. Donatus } Martyres in Africa.
S. Antiochus, S. Marius, S. Dagionus }
S. Menesideus, S. Namor, S. Mammarus, S. Petrus, S. Gummus } Martyres Alexandriæ.
S. Heraclius martyr, apud Græcos.
S. Petrus episcopus Cretensis, apud Græcos.
S. Aquila, S. Hilarius } martyres, apud Græcos.
S. Justus confessor, Treviris.
S. Rufinus, S. Avenantius } confessores, Sarzani in Italia.
S. Justus martyr, Constantinopoli.

A S. Optatianus epiſcopus, Brixiæ in Italia.
S. Marcianus epiſcopus, Frequenti in Samnio Italiæ.
S. Vincentius Madelgarius conf., Sonegiis in Hannonia Belgii.
S. Dentlinus puer conf., Relæ in Clivia.
S. Ragenufla virgo, Aiicuriæ in Gallo-Brabantia Belgii.
S. Baſinus martyr, Trunchinii in Flandria.
S. Matchelmus, alias Marcellinus, presb. conf. Daventriæ in Tranſiſalania Belgii.
B S. Libertus martyr, S. Rumoldi diſcipulus, Drudonopoli & D Mechliniæ in Belgio.
S. Joſeph epiſcopus & confeſſor, apud Græcos.
S. Henricus Imperator, Bambergæ in Germania.
B. Hroſnata martyr, Ordinis Præmonſtratenſis, in cœnobio Teplenſi in Bohemia.
S. Bonaventura, S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Albanenſis & Eccleſiæ Doctor; Ord. S. Franciſci, Lugduni in Gallia. E
S. Tuſcana vidua, Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani Veronæ in Italia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

BRigida virgo *ſignata in Editione Lubeco-Colonienſi, non videtur alia eſſe ab ea quæ colitur* V Februarii. S. Vedaſti epiſcopi Atrebatenſis *annuntiatio, a Bellino hoc die relata, acciplenda eſt pro relatione ſacri corporis, de qua rurſus in Prætermiſſis die ſequenti. Acta ejus, & quæ ad ipſam ſpectant omnia ſatis illuſtrata ſunt ad diem quo colitur* VI Feb.
S. Siſinnius *ut Altinas ſeu Altinus epiſcopus hoc die Catalogo Sanctorum Italiæ inſcriptus eſt a Ferrario cum breviſſima ſynopſi cultus potius quam geſtorum, quæ ſe tum ignoraſſe fatetur: verum in appendice ejuſdem Catalogi pag.* 818, *acceptis ſubinde paulo uberioribus notitiis, ipſum recte vocavit epiſcopum Tel, cujus corpus Torcellum tranſlatum ſit, adjecitque extenſiorem Vitæ ſeriem, feſtum inchoans* XII Februarii.
C *Melius rem ceram examinavit noſter Janningus, qui Torcelli exiſtens anno* 1686, *ex ſanctimonialibus Benedictinis Torcellenſibus, in quarum eccleſia, S. Joanni dicata, ſacræ exuviæ quieſcunt, intellexit, Sanctum ibi coli* XIV Februarii, *ad quem proinde diem omnia remittimus, in iſtius menſis Supplemento accuratius examinanda & illuſtranda* XIV Februarii.
S. Cunegundis *virgo imperatrix, occaſione, opinor, S. Henrici conjugis, huic hoc die a Miræo jungitur. De ea actum eſt ad diem natalem* III Martii.
Alphius, Philadelphus & Cyrinus *alicubi pro hoc die a Bollando inventi ſunt; verum de ipſis ad proprium natalem pridem actum eſt* X Maji.
Conſtantinum Magnum *cum elogio hoc die refert Editio Lubeco Colonienſis. Vide* XXI Maii.
Hildeburgam *matronam ſanctæ appellatione honorat Arturus in Gynæco; de qua ne plura dicam, vide ad diem* III *Junii, quo eam ſub titulo venerabilis Actis inſeruit Papebrochius* III Junii.
SS. Proceſſum & Martinianum *in aliquo Kalendario notatos reperit Bollandus, forte occaſione reliquiarum de ipſis aliquo tranſlatarum. De iis jam egimus* VI Julii.
S. Aquila apoſtolus, *atque ut in Officio, quod de ipſo habent Menæa impreſſa,* unus ex LXX, *hodie apud Græcos notiſſimus, inſcribitur Menologio Sirleti, Menæis impreſſis & eorum Indici Ms., Maximo Cythererum epiſcopo, Epitomæ Menologii, Indicitu Typicum S. Sabæ, Horologio Græco, Menologio Slavo Ruſſico, Kalendario Syriaco ſeu Chaldaico: qui etiam in Menæo Chiffletii, & in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ ponitur, ſed* 13 *hujus. In dicto Kalendario ſcribitur* Aculei & Simeonis ex LXXII. *Omnia vero, quæ tam ad* S. Aquilam, *quam ad* S. Priſcillam *conjugem eius ſpectant, alibi illuſtrata ſunt, quo & lectorem remittimus, nimirum* VIII Julii. F
Petri Eremitæ, *ut venerabilis, ac ſacræ expeditionis, quæ duce Godefrido Buillonio, adverſus Mahumetanos facta eſt, præconis eximii, meminit hoc die Menardus. Vide quæ diximus in Prætermiſſis* VIII Julii.
S. Amalberga virgo *huc non pertinet, de ipſa & de Sancta vidua egimus* X Julii.
Turrini epiſcopi confeſſoris *in Britannia minori legitur in Editione Lubeco-Colonienſi. Non video alium intelligi poſſe quam* S. Turiavum, *de quo egimus ſupra* XIII Julii.
S. Silas *apoſtolus male hoc die refertur in Vitis Sanctorum. Vide ſupra* XIII Julii.
Bonifacium, *ex principum Sabaudiæ proſapia ortum, in primo Catalogo recte prætermiſſum, ita in ſecundo Generali annuntiat ſolus & primus Ferrarius:* Bellicæ in Sabaudia, B. Bonifacii epiſcopi, *in annotatis hæc obſervans:* Obiit an. 1270, in Anglia factus archiepiſcopus Cantuarienſis, poſtquam aliquot annos eccleſiæ Bellicenſi præfuiſſet. Corpus apud Camberiacum adhuc integrum aſſervatur. *Horum nihil negaverim, verum argumenta deſidero veri cultus ei unquam exhibiti, qualem merita non videntur ejus in archiepiſcopatu geſta*

A *ſa, ſaltem ut ab Anglis deſcribuntur; neque ullus de ſancti aut beati titulo ei adſcribendo præter Ferrarium, ſaltem quod ſciam, cogitavit hactenus: neque hoc die obiit, ſed 18 Julii, ut notant Sammarthani.*

Bonizonem *Sutrienſem primum, deinde Placentinum, ut volunt, epiſcopum, Sanctis Italiæ in priori ſuo Catalogo annumerare auſus non fuerat Ferrarius, at in altero Generali paulo liberius pronuntiavit*: Placentiæ, B. Bonizonis epiſcopi & martyris, *de quo ut ſancto aut beato, nullus meminit hactenus. In annotationibus confuſe allegat neſcio quos Annales urbis Placentinæ, & Baronium ad an.* 1089. *Hunc igitur primum conſului, in quo de Bonizone nil prorſus reperi præter ipſiſſima verba Bertholdi Conſtantienſis in appendice Hermanni ad dictum annum* 1089, *quæ hic deſcribo ex noſtra Urſtiſii editione pag.* 362: Bonizo, piæ memoriæ, Sutrienſis epiſcopus, ſed inde pro fidelitate S. Petri jam dudum expulſus, tandem poſt multas captiones, tribulationes & exilia, a Placentinis Catholicis

B pro epiſcopo recipitur: ſed a ſchiſmaticis ejuſdem loci, effoſſis oculis, & truncatus omnibus pene membris, martyrio coronatur. *His ponderis aut auctoritatis nec bilum Baronius de ſuo addidit, ne quidem* beati *titulum. Annales Placentinos alios non vidi, præter eos quos Italice vulgavit Petrus Maria Campius, alibi a nobis excuſſus, in indice ſui operis Bonizonem* canonizatum *non recte aſſerens, nec magis vere narrans pag.* 358, *cum a Bavonio vocatum* ſanctum Bonizonem, *niſi inepte judicem, neſcio a quo concinnatum, pro Annalium textu ſubſtituerit: nec Bucelinus plus roboris adjungit, a quo male refertur* 3 *Junii. Admitto & ſuſpicio præclaros Bonizonis labores omnes, & graviſſime vulnera ei a ſchiſmaticis inflicta, at martyrem unquam, legitima auctoritate, declaratum fuiſſe, velut talem Sutrii Placentiæ aut Veronæ cultum, non probant earum eccleſiarum tabulæ; nec Ughelli elogium tom.* 1, *col.* 190, *ubi* Bonizzus *vocatur, de ullo cultu meminit; nec mihi licet Sedis Apoſtolicæ judicium prævertere*: Bonizoni, *Cremonæ defuncto, hoc epitaphium adſcriptum memorant*:

C Nobile depoſitum tibi clara Placentia geſſit
Antiſtes Bonizo, Chriſti pro nomine martyr:
Septima bis Julii hunc lux collegit in urna.

S. Germani epiſcopi *hoc die memoriam agit codex Uſuardinus Bruxellenſis, at quem indicare velit, neque hactenus divinare. Nati ſunt plures ſynonymi Sancti, de quibus actum eſt & agetur ſuis locis.*

S. Cypriani martyris Pictavienſis *meminit codex Daverenenſis, haud dubie ex die præcedenti.*

Fagna *alicubi inter Sanctos computata, mihi necdum nota eſt.*

Marina virgo *aut ex præcedentibus diebus huc tranſiit, aut certe cum aliqua erit confundenda.*

Angelinas *binas Franciſcanas Fulginii collocavit Arturus, alteram* 20 *Auguſti, alteram* 25 *Decembris, cum qua ex his confundenda ſit* Angelina *aliqua, neſcio ubi a Bollando inventa, hactenus me latet, ſatis mihi eſt, male ad hunc diem referri.*

Henricum *Comitem Arnesbergenſem, fundatorem cœnobii Ordinis Præmonſtratenſis in Wedinghauſen diœceſis Colonienſis, ejuſdem poſtea Ordinis Converſum, cum brevi elogio & piæ memoriæ*

titulo in ſuis Natalibus hic die annuntiat. Jo- D *annes Chryſoſtomus Vander Sterre.*

Henricum *alterum, ut* beatum *ſuggerit Henricus Murerus in Helvetia ſancta* paſtorem & confeſſorem, *cum longiori Germanico encomio; ex quo tamen ſatis patet, ſacros honores Henrico iſti necdum delatos, necdum decretos, tametſi florniſſe dicatur circa annum* 1200.

Henricus *etiam alius eſt apud eumdem Murerum* beatus & confeſſor *ex Ordine ſancti Franciſci, qui e vivis exceſſerit anno* 1300, *incerto tamen obitus die, ut hic pro Murері arbitrio delectus ſit. Mirum ſane, Henricum iſtum Arturo non innotuiſſe, ut facile intelligamus, nec in Ordine Seraphico, nec in ipſa Helvetia verum unquam cultum habuiſſe.*

Foca verbo *apud Grevenum, quid aliud ſignificare poteſt quam S. Vhocam de quo hoc die agitur? Sic habet Editio Lubecæ Colonienſis* Eraclium *pro* Heracla.

Gertrudis & Deotila *ſeu* Deotilla *filiæ S. Bertæ Blangiacenſis, de qua egimus die quarta Julii, tomo* 2 *a pag.* 47, *ſuas ibi reliquias cum maternis communitas habere dicuntur, ac nomina ipſarum inſcripta eſſe vetuſto alicui ibius cœnobii Martyrologio, ad hunc diem* 14 *Julii, ut ex epiſtola Mathiæ abbatis notavimus ſub finem Commentarii: cum tamen teſtetur idem, nullam earum celebrari eo die feſtivitatem, non video nobis fas eſſe plus ſanctitatis aut venerationis ipſis tribuere, quam in proprio ſuo cœnobio obtinent, adeoque ſufficere ſolam hic memoriam, donec de recepto & publico cultu doceamur, præſertim cum de earum geſtis nihil hic dici poſſit, quod in præfata S. Bertæ Vita explicatum non ſit.*

Onchuo filius Blathmaci *hoc die iterum ponitur; idem ille, teſte Strino, qui ſupra* 12 *hujus celebratur a Germano, Maguir. & M. Dung.*

Rurſus Colmanus *alter* filius Angeni.

Item Idus epiſcopus de Ath-fadhat in Lagenia. *De quo hæc Strinus:* Is a S. Molingo in diſcrimine poſito, ſæpius invocatur in ſuo precatorio, metro vernaculo, quod latine verſum Actis Molingi ſupra XVII Junii ſubjunctum eſt. In Vita S. Berachi Hibernice ſcripta cap. 4, dicitur Idus a S. E Patricio baptizatus & monachus factus. *De S. Berachо actum eſt* XV *Februarii, de S. Molingo citata jam die. Cæterum ea deſidera, quæ Idum inter Sanctos, eccleſiaſtico cultu gaudentes, collocandum ſuadent.*

S. Terentiani *aliorumque Sanctorum tranſlationem ad varia Societatis noſtræ Provincie Gallo belgicæ Collegia hoc die conjungit Miræus. Si propria ſint Sanctorum nomina, de iis agetur ſuo loco: ſi e cryptis Romanis accepta ſint corpora, facile erit eorum memoriam in Prætermiſſis retuliſſe. De iis ſatis dictum eſt die præcedenti ex Reiſſio. Ex eorum Martyrum numero* Deppam & Polychroniam *in Gynæco ſuo retulit Arturus, alteram Tornaci cultam in domo Probationis, alteram Dionanti in eccleſia Collegii.*

Balthazar de Myrica (*haud dubie Belgica* Danbee Depbea) *Ordinis Minorum S. Franciſci in hoc Belgio, vita functus Lovanii* 1572, *laudatur a Franciſco Gonzaga, atque ex eo a Reiſſio cum titulo* venerandi, *quem ei libenter tribuimus.*

Henricus *Cardinalis epiſcopus Albanenſis Ord. Ciſtercienſis ſignatus eſt in Kalendario Ciſtercienſi Divione excuſo, ſed abſque ullo* venerationis

A *rationis titulo. Henriquez hoc die & Chalemotus* 11 *Januarii* beatum *pronuntiant, meritis ambo elogiis cum exornantes, ut qui contra Mahumetanos & Albigenſes præclare multa geſſerit, quæ ibi videri poſſunt; adeo ut Atrebati defunctus, translatus fuerit in Clerum-vallem, ſepultuſque inter ſanctos Bernardum & Malachiam. Hæc omnia cultum necdum probant, quo cum carere eſtendit Sauſſaius, dum non aliter appellat quam* piiſſimæ memoriæ.

Menſridus *in Rumbaucto Prior hoc ipſo die adjungitur ab Henriquez, & quidem cum titulo* beati, *verum is nec in Kalendario notus nec apud Chalemotum.*

Manſuetus *confeſſor in Aprutio*) *Memorantur*
Bonromæus de Bonromæis *in*) *ab Arturo in*
Tuſcia) *Marlio Fran-*
Paulus Capitonius *in Umbria*) *ciſcano: atque*
Catharina a Magdalena *Belvi-*) *ultima etiam*
ſi in territorio Placentino Hiſpaniæ) *in Gynæceo.*

Stephanus a Conceptione *Luſitanus Carmelita* vocatur *in Acta bene ordinata Philippi Viſitantini manuſcripta, cum titulo* beati, *ut qui* B Algericis in Mauritania pro fide Catholica ab hæreticis *(voluit dicere a Mahumetanis)* poſt concionem jugulatus obiit martyr anno 1222. *Acies impreſſa* Sebaſtianum *appellat. Sub neutro nomine Sanctis annumeratum hactenus novimus.*

Maria Trucco *Siculo, Montis regalis inquilina, tertii Ordinis S. Dominici, ſacro Diario inſerta eſt a Marcheſio, ut quæ hoc die obierit an.* 1606, *virtutibus & miraculis clara: verum ab omni ſanctitatis appellatione veſte abſtinuit.*

Phocatus *ſeu* Focatus *a Flavario & multis codicibus Uſuardinis relatus, tamquam a S. Phoca Sinopenſi diſtinctus, nullus eſt.*

Obolium, *in conſortio Ægypti & Æthiopiæ cum ſociis ducentis ſexaginta martyrem, neſcio quando aut qua occaſione coronatum, ſolus nobis hoc die adducit Caſtellanus; at undecumque hi accepti ſint, locum in hoc opere non invenerunt, donec de eorum fide, geſtis & Catholico cultu nobis conſtet. In Erratis ait, melius collocatum eſſe Obolium* 25 *Julii, ſed eodie nihilo plus dicendum occurret.*

C Olbertum, *ſive, ut eum vocat Caſſellanus,* Odelbertum *abbatem Gemblacenſem, & ad S. Jacobi Leodii in inſula cœnobii conditorem. ſola* venerabilis *appellatione, cum eodem Caſtellano, donat Mabillonius in Actis Benedictinis ſæculo 6, tome 1, a pag. 596, ejus geſta meritis quidem laudibus exornans, vitamque illuſtrans, verum ab omni* beati *aut ſancti titulo religioſe abſtinens. Malumus verbis ejus quam noſtris rationem hic reddere cur in opere noſtro inter Sanctos non collocetur. Ibi in obſervationibus prævils num. 7, allatis variorum de* Olberto *elogiis, ſic ipſe ſubjungit: Quibus omnibus, uti licet conjicere, permotus Hugo Menardus Olbertum* beati *titulo donatum, in Martyrologio Benedictino inſeruit tertio Idus Julii his verbis:* Leodii in cœnobio S. Jacobi, depoſitio beati Olberti abbatis, magnæ ſanctitatis & doctrinæ viri. *Ejus elogium ſub eodem titulo habet Bucelinus in Menologio Benedictino, & Ægidius monachus Aureæ Vallis apud Chapeavillium, ubi ipſum magnæ ſanctitatis & religionis abbatem nuncupat. Nobis tamen ſatis viſum eſt venerabilem appellare, donec alius ei titulus ab Eccleſia decernatur.*

S. Deuſdedit *Cantuarienſis archiepiſcopus ad hunc* D *diem relatus eſt a Flavario; de eo agemus die ſequenti quo ex* XXX *Junii remiſſus eſt* XV Julii.

Philippus & Zenon *in Rhinovienſi aliiſque minoribus codicibus non veſte hoc die ſignantur, ſpectant enim ad ſequentem* XV Julii.

B. Kunegundis, *alias* Zinga *virgo, Belæ regis Hungariæ filia, uxor Boleſlati pudici Poloniæ ducis, poſtmodum ſanctimonialis apud Clariſſas Sandecenſes, refertur hoc die ab Arturo in Martyrologio Franciſcano, ac iterum in Gynæceo, eumque ſecutus eſt Caſtellanus in Martyrologio Univerſali: at Ferrarius ipſam melius ſignavit* 24 *Julii, quo die anno* 1292 *ad cælos evolaſſe dicitur in Vita apud nos manuſcripta, unde a Majoribus noſtris eo tranſlatam invenio, ut proinde de ea nobis agendum ſit* XXIV Julii.

Juſtus & Amicus *tamquam Lugdunenſes epiſcopi & confeſſores certatim hoc die obtruduntur in pluribus Martyrologiis, adeo ut etiam adjecti inveniantur ambo codd. Hieronymiani Corbeienſ ac Blumiano, & prior ſolitum codici Lucenſi:* E *in minoribus vero nunc conjunxit, nunc diviſit, quandoque cum ſolo titulo* confeſſoris, & Amicus *in cod. Reg. Suec. cum ſolo* presbyteri. *Ex tali aliquo fonte hauſit Rabanus ſuum* Juſtum Lugdunenſem ep. & conf., *cui Notkerus elogium addidit, veſte a Reinardo & Florentinio ipſi abjudicatum, addiditque;* Item S. Amici epiſcopi. *Aut ego multum fallor, aut ex tali fonte translati ſunt ambo Sancti in Auctaria Bedæ & Uſuardi, mutato hic & nunc nomine* Amici *in* Amantii & Amati. *Audiamus primo auctarium Bedæ magis confuſum.* Gallia natale S. Juſti epiſcopi & confeſſoris. *Tum,* Lugduno Galliæ, depoſitio SS. Juſti & Amati epiſcoporum. *Uſuardina fruſtra hic enumeravere cum ad manum ſint omnibus. In tanta Martyrologiorum concordia, quam auxerunt recentiores cum Petro de Natalibus, quis dubitare poſſet, quin ambo Sancti ad hunc diem pertineant? Interim Lugduni pro hac die nec* Juſtum nec Amicum *reperit Reinaudus, & poſtremum quidem fatetur ſibi notum non eſſe, quidquid eum referant Sauſſayus & Caſtellanus. Si conjecturam meam hic indicare licet, haud verebor ſuſpicari,* Amicum *ipſum,* S. Juſto *conjunctum, eſſe ipſiſſimum* Viatorem *fidelſſimum ejus aut ſocium aut miniſtrum, qui a Domino ſeparandus non eſt. Quocirca hæc examinanda remittimus ad diem* 11 Septembris.

S. Firmini *commemoratio agitur in codice Ambianenſi ob reportatam ab hoſtibus victoriam anno* 957: *verum de hac & aliis ad Sanctum ſpectantibus agetur ad ejus natalem* XXV Septemb.

S. Felix *primus Nevocomenſis epiſcopus hoc die refertur in Martyrologio Romano, nulla in Baronii annotatis aſſignata ratione hujuſmodi poſitionis; haud dubie quia in Galeſinio reperta fuerat: at melius ab ea receſſit Ferrarius, qui Sanctum recte ſignavit* 8 *Octobris, quo die in ea eccleſia ſemper cultus fuit, ex ipſius Sedis Apoſtolicæ conſenſu, ut fuſius probat in ſacris Novocomenſis civitatis Annalibus Primus Aloſius Tatius tome* 1, *pag.* 308, *num.* 95. *Nos igitur ad proprium Natalem Sanctum remittendum cenſuimus* VIII Octobris.

Translatio duorum capitum *V V. Urſulanarum in Daciam memoratur in Editione Lubeco Colonienſi: aſt hæc omnia examinanda remittuntur ad* XXI Octobris.

DE

DE S. PHOCA MARTYRE ET EPISC.

SYNOPSIS IN PUNCTO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Intricatæ quæstionis enodandæ præmittuntur varii Sancti, G. C.

nomine Phocæ appellati.

INITIO SECTIONIS.

EXpertus, non vanum fuisse augurem, qui in *Usuardo non ita pridem illustrato ad diem* XIV *Julii de S. Phoca agens sic loquitur*: Silvam video spinosam & implexam, cui expurgandæ an excindendæ cum Baronio, Florentinio aliisque, proprius in Actis nostris locus erit, *Quando enim ad hunc locum jam perventum est, adeo multæ ac implexæ undique mihi sese offerunt spinæ, ut iis penitus eradicandis me impar esse sentiam. Tamen hanc densam difficultatum silvam, si omnino excindere non valeam, saltem expurgare conabor. Sed rem ipsam aggrediamur. Ut controversia paragrapho sequenti decidenda clarius intelligatur, varios Sanctos, Phocæ nomine insignitos præmittam. Primus hujus nominis, Kalendarii ordine occurrit Phocas Antiochiæ martyrii lauream donatus, de quo Martyrologium Romanum die* V *Martii inquisitus in hunc modum*: Antiochiæ natalis sancti Phocæ martyris, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris passus est injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumpharit, hodie quoque populis eo miraculo declaratur, quod si quispiam a serpente morsus fuerit, ut januam basilicæ martyris credens attigerit, confestim, evacuata virtute veneni, sanatur. *De hoc martyre ex Gregorio Turonensi, Adone, Usuardo aliisque cum Martyrologio Romano egerunt Majores nostri tom.* I. *Martii pa.* 366.

Ad difficilem quæstionem illustrandam describitur imprimis S. Phocas martyr Antiochenus;

deinde duo SS. Phocæ martyres Sinopenses,

2 *Alter est* Phocas *Sinopensis episcopus in Ponto, quem in eadem urbe passus esse, tradit hoc die Martyrologium Romanum his verbis*: Sinopæ in Ponto, sancti Phocæ martyris, ejusdem civitatis episcopi, qui sub Trajano imperatore carcerem, vincula, ferrum, ignemque pro Christo superans, evolavit in cælum: cujus reliquiæ Viennam in Gallia delatæ, in basilica sanctorum Apostolorum conditæ sunt. *Tertius Phocas, Latinis martyrologis ignotus, fuit origine Sinopensis & circa eam urbem martyr, sed vitæ institutæ ab episcopo Sinopensi omnino diversus. Nam, teste S. Asterio episcopo Amasiæ in Ponto*, vitæ studium ei erat horti cultura, quem ibi ante portam civitatis in Isthmi ostio possidens, diligenter colebat, ut sibi ac indigentibus esset vitæ solatium. Sed & hospitibus prompto ac alacri animo, parvam ac pauperem domum apertam volebat. Cum autem habitaret in via publica, quæ supperebant, adventantibus communia præbebat. *Hic post apertam Christianæ fidei professionem, & miram erga lectores suos benevolentiam in domo sua capite truncatus martyrii palmam obtinuit, ut pluribus narrat idem S. Asterius. Epoca martyrii ab Asterio non exprimitur, quamvis sua tempore gesta Martyris asserat omnibus esse nota, adeoque memoria illius tunc videatur fuisse recentior. Neoterici quidam ejusdem martyrii coronam consecutum esse. Tillemon-*

tium quidem ea congruentiis quibusdam probabiliter ostendit, eum post Trajani tempora passum esse: illum tamen certo tempori affigere non possumus, nisi in opinionis suæ testimonium veterum monumenta aut solidas rationes protulerint. Sed hæc aliaque ad hunc Sanctum oliterem spectantia accuratius discutienda erunt ad diem XXII *Septembris, quo a Græcis colitur.*

3 *Græci die* XXIII *Julii solenni Officio colunt quemdam* Phocam, *cujus patriam, martyrii palæstram ac vitæ professionem tacent. Suspicor ego hunc esse eumdem, quem Latini* V *Martii Antiochiæ passum dicunt, quemque Græci* Phocæ *Sinopensis episcopi Actis exornarint, cum de hoc sancto Antiocheno præter martyrium nihil scirent. Suspicionis meæ ratio est, quod in quibusdam Latinis codicibus manuscriptis videam, eadem Acta, quamvis longiora, proferri die* V *Martii, quo memoria Antiocheni* Phocæ *ab ecclesia Latina celebratur. Accipe modo Græcorum de eo elogium, quod est Actorum post hunc prænium. Commentarium dandorum compendium. Illud autem synaxario Basilii imperatoris ad calcem tom.* I *Julii Græce editum, sic Latine reddo.* Phocas hieromartyr sub imperio Trajani inculpata conversatione & omnigenis virtutibus splendebat. Cum igitur captus esset, adductus fuit ad Africanum præfectum, & dum interrogaretur, confessus est Christum. Præfectus vero verbis illi resistens, & tentans blasphemare Christum, ipsumque torquere, facto terræ motu, subito cum militibus suis cadens, exanimis jacebat. Sed cum oraret Sanctus, suscitavit illum & milites. Cumque iterum captus esset, vinctus missus fuit ad Trajanum. Cum etiam coram ipso prædicaret Christum, & totam illius incarnationem percurreret, suspensus laniatus est, magnisque perseverans in Christi confessione in vivam calcem projectus est. Cum ex ea sanus exiisset, in balneum vehementer fervidum & succensum inductus fuit, in quo Deum glorificans, quemadmodum in rosida fornace tres pueri, tradidit spiritum.

Phocas quem Græci celebrant XXIII *Julii, alienæ elogio ornatus.*

4 *Eadem fere habent Menæa impressa & Menologium Græcorum a Cardinale Sirleto editum. Horologium, quod ex vetustissimo typico extractum dicitur, & Romæ anno* 1667. *ad usum monachorum S. Basilii Græce excusum est, adjungit isti* Phocæ *in martyrio socios die* XXIII *Julii, ita enuntians.* Τῷ ἁγίῳ ἱερομάρτυρος Φωκᾶ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Sancti hieromartyris Phocæ & sociorum ejus. *Supplementum vero ad Menæa ex synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii collectum sic addit* XXIII *Julii.* Μνήμη τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φωκᾶ τοῦ νέου. Memoria sancti martyris Phocæ junioris. *Cur hic junior vocetur, an ob recentiorem passionem, an ad distinctionem, explorandum non habeo. Tunc subjunguntur hi duo versiculi:*

& forte idem est cum Antiocheno.

Digitized by Google

A Φωκᾶ τὸ λοῦτρον μίγμασι πασσὸς δίχα·
AUCT. Λοῦτρον γὰρ ἰῷ ἀγῶνος, οὐκ ἀπορρίψ
G. C. Bis, ſancte Phoca, balneum mixtum ſubis;
Non lotionis balneum, at certaminis.

Alluditur, ut opinor, ad duplex balneum; unum balneum (ſi ita vocare liceat) vivæ calcis, alterum ferventis aquæ, de quibus fit mentio in Actis. Deinde ita ſequitur. Οὗτος ἐστιν οὐχ ὁ κηπουρὸς, ἀλλ' ἕτερος ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ καὶ πασσάλοις ἀρεταῖς διαλάμπων. *Id eſt:* Hicnon eſt hortulanus, ſedalius, qui ſub Trajano imperatore irreprehenſibili converſatione, & variis virtutibus enicuit. *Mirum foret, Martyrem tot miraculis, quæ in ejus elogio legimus, in vita & morte illuſtrem, Latinis omnibus eſſe incognitum, niſi is idem ſit cum Antiocheno, cui Græci recentiores, martyris ejus genus ac tempus ignorantes, aliena acta, eaque ſatis mirabilia adſcripſerint. Sed de his erit alibi dicendi locus.*

Duo SS. Phocæ in Menæis, quorum obſcurior eſt memoria. B

§ *Præter celebriores hos martyres* Phocæ *nomine appellatos, invenio quoſdam eorum ſynonymos, quorum obſcurior eſt memoria. Imprimis in Menæis impreſſis* 11 *Auguſti ſic legitur:* Μνήμη τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φωκᾶ. Memoria ſancti martyris Phocæ. *Obſervo obiter, hic omiſiſſe titulum* ἱερομάρτυρος *quem Græci præcedentibus paſſim tribuunt. Utrum autem propterea is ſit diverſus martyr, an iterata priorum commemoratio ob quamdam translationem vel feſtivitatem, quis divinet? Præterea in Menæis* XVIII *Decembris occurrit* memoria ſanctorum martyrum Phocæ & Hermyli, qui gladio interfecti ſunt. *Horum ſanctam de martyrio prius ſubeundo contentionem deſcribunt Græci his duobus verſiculis:*

Ἐγὼ πρωτόν Ἑρμύλος λέγει·
Οὐ, φησι Φωκᾶς, ἀλλ' ὁ Φωκᾶς Ἑρμύλε.
Ego primus, inquit Hermylus, gladio cadam.
Non, inquit alter; ſed prior Phocas cadet.

Videtur is Phocas *alius a prioribus propter ſocium Hermylum, cujus in aliorum Actis aut longioribus elogiis nulla fit mentio. Qui tamen ea ſola conjectura nixus, rem hanc ſatis tuto definiat?*

S. Greg. Nazianz. meminit cujuſdam Phocæ; item alius invenitur in Martyrologio Hieronymiano. C

§ 6 *Denique S. Gregorius Nazianzenus in editione Billiana Carm.* 51 *ad Vitalianum, dicit nomen* Phocæ *illuſtre eſſe, illudque fuiſſe cuidam Chriſti diſcipulo. Aſſentior Jacobo Billio, qui in ſcholiis ad hoc Nazianzeni carmen exiſtimat, quod vox diſcipuli Chriſti in latiori ſignificatione hic accipienda ſit, nempe pro quovis Chriſtiano. Eodem ſenſu, ni fallor,* Phocas *Sinopenſis hortulanus ab Aſterio vocatur* verus Chriſti diſcipulus. *Memituit etiam* Phocæ *cujuſdam Martyrologium Hieronymianum* XXI *Decembris, in quo ita lego:* Alibi paſſio ſancti Foce, Flori & Honorati epiſcopi & confeſſoris; *ad quæ verba ſic notat Florentinius:* De S. Foca ſeu Phoca aliqua diximus ad diem V Martii & XIV Julii. Alium tamen hunc eſſe putarem ex ſocio Floro.

Tamayus hac die S. Phocatum quemdam obtrudit, quem a S. Phoca Sinopenſi epiſcopo diſtinguere conatur

§ 7 *Jam huic paragrapho finem impoſuere decem, cum mihi incidit cogitatio indagandi, num forte pſeudo-ſcriptores Hiſpani more ſuo aliquem ex his celebrioribus* Phocis *patriæ ſuæ vindicarent. Atque ecce, dum inſpicio Tamayi Martyrologium Hiſpanicum ad diem* XIV *Julii, lego verba ſequentia:* Apud Lucum in Galliæcia Hiſpaniæ, S. Phocati ejuſdem civitatis epiſcopi, qui poſt magnas virtutum glebas ad Dominum, cujus amore languebat, confeſſor inclytus evolavit. *In Notis ad hunc Martyrologii ſui locum primo conatur oſtendere ex nominе hunc alium eſſe ab iis, qui* Phocæ *nomine* D *appellantur.* Noſter, *inquit,* Phocatus *nomine, ille* Phocas. *Sed hæc nominis differentia rem non conficit. Nam præter Notkerum & Uſuardum D. Du Cheſne, qui iiſdem plane literis nomen Sinopenſis epiſcopi exprimunt, plurimi & vetuſtiſſimi codices Uſuardini ſupplem appellant* Focatum. *Deinde magnum (ſi modo verum) diſcrimen inter hunc alioſque aſſignat Tamayus his verbis:* Noſter epiſcopus & confeſſor; *illi, alter epiſcopus & martyr, & alius ſæcularis martyr.* Noſter *vixit ad annum* CCCLXXXV; *ille ad annum* CI; Noſter *in Hiſpania apud Lucum Gallæciæ, ille in Ponto apud Synopem Græciæ. Video hic omnia quæ de ſuo epiſcopo narrat, niſi ſola Pſeudo-Dextri auctoritate, quæ cum apud me nulla ſit, merito ſuſpicari pergam ex* Phoca *vel* Phocato *epiſcopo & martyre Pontico, ſanctum eſſe* Phocatum *epiſcopum & confeſſorem Hiſpanum. Formato hoc judicio, ne forte fallerer, aut potius ne quid negligerem, cum anno* 1722 *eſſem Toleti in Hiſpania, per R. D. Barnabam de Salazar, eccleſiæ Toletanæ canonicum & epiſcopi Lucenſis conſanguineum, miſi ad Ill. ac Rev. D. epiſcopum Lucenſem in Galliecia aliquot dubia, ad S.* Phocæ *ætatem, cultum, reſque ejus geſtas ſpectantia. Ad ea quidem humaniſſime reſponſum eſt; ſed cum nihil allatum ſit præter Dextri ejuſque ſequacium auctoritatem, hactenus judicium mutare nequeo.*

Verſimilis error Petri de Natalibus circa S. Phocatum.

§ 8 *Petrus de Natalibus in Catalogo quidem dicit, pridie Idus Julii quemdam* Phocatum *epiſcopum mortuum eſſe, ſed de Hiſpania aut loco obitus ne vel verbum facit. Quare non immerito Nicolaus Antonius, eruditiſſimus Hiſpanus, in Miſſ. ſuis poſthumis, quæ anno* 1721 *Matriti magna ex parte deſcripſi, ſuſpicatur S.* Phocatum *a Pſeudo-Dextro ex Equilino excerptum & Hiſpaniæ aſſictum fuiſſe. Quid ni etiam ipſe Equilinus, in multis aliis non raro hallucinari ſolitus, ob modicam nominis variationem, qua in variis codicibus eodem die idem martyr ſignificatur,* Phocatum *a* Phoca *diverſum perperam putaverit? Quidquid ſit; ſaltem ſatis mirari nequeo, neminem ex antiquioribus Martyrologis hujus S. Phocati Lucenſis epiſcopi meminiſſe. Imo ultro fatetur Tamayus de illius rebus geſtis alium eſſe ſilentium apud Hiſpanos & exteros ſcriptores. Neſcio ergo unde Martyrologii Hiſpanici auctores* magnas virtutum glebas *eruerint, & S.* Phocatum *in Martyrologio ſuo* confeſſorem inclytum *vocaverint. Quidquid ſit, ſive hi omnes* Phocæ *ſint diverſi, ſive aliqui ex iis cum prioribus iidem, ſaltem ex iis, quæ hoc paragrapho dicta ſunt, patet, nomen* Phocæ *primis Eccleſiæ ſæculis ſatis commune fuiſſe, ita ut nemo mirari debeat, ſi tres quatuorve diverſi hujus nominis Sancti reperiantur. Peſſima nunc quæſtio eſt, an inter tres priores* Phocas, *de quibus num.* 1 & 2 *egimus, nulla ſit facta confuſio. Intricatam hanc rem ſequenti paragrapho evolvere conabimur.*

§ II. Triplex Phocas verosimillime diſtinguendus.

Examinatur modus hac quæſtio diſcuſſo ſit,

Antequam aliorum opiniones referam ac refellam, exiſtimo, ingenue exprimenda eſſe animi mei ſenſa, quæ ante plenam hujus controverſiæ diſcuſſionem conceperam. Dum in S. Phocam Romano *Martyrologio* XIV *Julii inſertum inquiri-*

A *rens, invenio tres celebriores hujus nominis Sanctos, omnes martyres, omnes miraculis illustres, omnes primis ecclesiæ seculis passos, cupit suspicari inter illos, ut non raro in similibus contingit, factam esse quamdam confusionem. Dum primum percurro antiquos Martyrologes, video ubique uni* Phocæ *martyri Sinopensem episcopatum constanter adscribi. Deinde S. Asterii orationem pervolvens conspicor in ea duobus celebribus dipingi alterum* Phocam, *Sinopensem quidem martyrem, sed vita mortisque genere ab episcopo Sinopensi penitus discrepantem. Itaque S. Asterii & veterum Martyrologorum auctoritate motus statui hos duos Sinopenses martyres ab invicem separandos esse. Nec ab ea opinione amplectenda deterrebar, quod eadem fere utrique fuisset martyrii palæstra. Noveram enim ex Martyrologio Romano atque Actis nostris, plures martyres synonymos in iisdem urbibus passos esse, inter quos tamen immane erat discrimen.*

B 10 *De tertio* Phoca *magnum supererat dubium.* *& quomodo suspicio de confusione SS. Phocarum.* *Quare eum diligentius examinare decrevi. Legeram quidem in recentioribus quibusdam Martyrologis, illum Antiochiæ martyrium subiisse; sed hæc eorum assertio me parum movebat: nam egomet mecum sic cogitabam. Cum de Antiocheni illius* Phocæ *Actis, patria, vitæ instituto, martyrii tempore & genere nihil constet, potuit is facile cum alterutro Sinopensi confundi. Forte, inquiebam, alterutrius Sinopensis reliquiæ Antiochiam delatæ tot miraculis claruerunt, ut posteriorum sæculorum hagiographi putaverint, hanc urbem sacro illius certamine fuisse condecoratam. Confirmabat hanc suspicionem meam S. Asterii narratio, qua asserit, sancti hortulani Sinopensis reliquias, multis locis divisas, magno populi concursu honorari, & ad integram beati Martyris gloriam plurimis miraculis a Deo illustrari. Occurrebat quidem contrarium argumentum, nempe ab Asterio nullum verbum fieri de mirabili contra venenum virtute, quæ Antiocheno* Phocæ *ab omnibus tribuitur. Sed hoc quamvis suspicionem meam minueret, necdum tamen plane eximebat.*

tandem sublata fit. 11 *Sic igitur animo fluctuans ad vetustissimos, qui de eo meminerant, scriptores more nostro recurri; ac primo quidem inveni Gregorium Turonensem, qui dixit,* S. Phocam, *miraculis contra venenosos morsus illustrem, in Syriam requiescere. At cum non clare exprimeret, eum illic martyrio coronatum fuisse, nondum penitus omne dubium sublatum fuit. Tandem inspexi Martyrologium Hieronymianum, in quo* V *Martii hæc verba expressa reperi.* In Antiochia passio S. Focæ. *Hanc expressionem sequuntur omnes sæculi* IX *Martyrologi. Tunc, omnibus mature ponderatis, judicavi, me temere facturum, si conjecturas meas vetustissimi Martyrologii auctoritati præponerem. Itaque tres* Phocas *distinguendos esse censui: nam eadem ratio, quæ* Phocam *hortulanum ab Antiocheno dividet, etiam Antiochenum ab episcopo Sinopensi discriminat. Accedit eo, quod omnes, quantum scio, facile concedant, episcopum Sinopensem ab Antiocheno martyre differre. Habes hic mentis meæ dubitantis candidam imaginem, & sese determinantis probabiliorem sententiam. Nunc adversariorum argumenta expendamus.*

Contra Baronium ostenditur, duos Phocas Sinopenses esse distinguendos, 12 *Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum* V *Martii & hac die* XIV *Julii contendit, ea, quæ S. Asterius de* Phoca *hortulano Sinopensi narrat, ad* Phocam *Antiochenum martyrem pertinere. At (Eminentissimi doctissimique viri pace dictum sit) S. Asterii testimonium, tum ob antiquitatem tum ob locorum vicinitatem, reliquis ejus præferendum censemus. Floruit quippe S. Asterius sub Juliano apostata & forte sub finem sæculi* VI *fuit Amaseæ Ponti metropoleos episcopus, cui jure metropolitano urbs Sinope subjecta erat, adeoque ignorare non potuit, quæ locis tam vicinis, temporibusque non adeo remotis contigerant. Idque præsertim, cum initio orationis profiteatur, sese de Martyre omnibus notissima tantum ea velle dicere, quæ ei soli conveniunt.*

C 13 *Sed ipsum met Asterium audiemus in Auctario Græcorum Patrum per Combefisium edito pag.* 171, *sic differentem.* Hæc autem differui, quo virum, qui hodierni conventus nobis præbuit causam, sociis ac pugilibus, qui eosdem defuderunt agones, illustriorem ostendam. Nam alii quidem, neque omnes apud omnes sunt noti, neque hominum sermone virtutem celebratam habent. Phocam autem nemo est, qui ignoret: sed quomodo solis radius universorum oculis explicatus est, ita etiam hujus Martyris fama omnium aures circumsonuit; atque, ut paucis dicam, quotquot Dominum Christum noverunt, iidem quoque ejus noverunt fidelem servum. Verum enimvero relictis, si videtur, quæ ille cum aliis encomia habet communia, eximias Martyris laudes martyrum, amantibus vobis recensebo. *Quis credat Martyrem adeo celebrem ac omnibus notum, ab Asterio cum altero Antiocheno fuisse commixtum? Si quis hujus sancti præsulis auctoritatem plenius cupiat cognoscere, adeat tomum* VII *Conciliorum editionis Labbeanæ, ubi in synodo generali septima, præfectis ejus scriptis pro cultu imaginum, sic inter alios loquitur Theodorus episcopus Catanæ.* Beatus ac Deifer doctor Asterius, velut astrum lucidum, omnium nostrum corda illustravit. *ex S. Asterio episcopo Amaseæ in Ponto.*

D 14 *Recentiores quidam critici, inter quos Tillemontius, etiam putant* Phocam *hortulanum* & Phocam *episcopum, unum eumdemque esse martyrem; idque probare conantur per conjecturas non contemnendas. Fortasse, inquiunt, Græci posteriorum sæculorum* Phocæ *hortulano Sinopensi, de quo nil certi noverant, adscripserunt episcopatum, sicut eidem episcopo multa tribunt, quæ S. Asterius diserte de* S. Phoca *alitere narrat. Postea forte peritior quispiam verum Phocam in Asterio inveniens, & eumdem in fastis Græcorum Actis episcopali dignitate ornatum legens, diversum putavit, & confecto duplici elogio, tamquam distinctos martyres Menæis inseruit. Hæc & his similia illi. Verum hisce conjecturis oppono Bedam a Floro auctum, Adonem, Usuardum, aliosque veteris Martyrologes, qui omnes* Phocam *episcopum Sinopensem agnoscunt. Mirum profecto, si bi omnes episcopum cum altero confudissent. Quin imo Romanum Parvum, quod Ado, sæculi* IX *Martyrologus, vocat* venerabile & perantiquum, *habet* XIV *Julii memoriam* Phocæ episcopi civitatis Synopis. *Martyrologium vero Hieronymianum eodem die suggerit* Focum *(haud dubie corrupte pro* Phocæ*)* episcopum, *quamvis episcopatus locum non exprimat.* *Recentiorum criticorum conjecturis auctoritati Martyrologiorum opponitur*

E 15 *Tillemontius deinde idem argumentum alia urget via. Si, inquit,* S. Phocas *episcopus tum sii conjetemporis notus fuerit Sinopensibus, certe etiam S. Asterius provinciæ metropolita cum nosse debuit. Mirum est igitur, quod longa oratione in S. Phocæ alterius laudem excurrens, de altero Sinonymo, in eadem urbe martyre & episcopo nullum verbum fecerit. Vim hujus conjecturæ (sic ipse vocat.) le-* *Tillemontius refellitur.*

F *levis*

A *Sortis judicio relinquens innuit, non esse distinguendos* Phocas Sinopenses. *Verum hæc negativa vitet eruditi argumentatio nihil me movet.* AUCT. G. C. *Quid enim, obsecro, vetat aliquem sanctum laudari, quamvis in eadem civitate colatur alius synonymus, omnibus notissimus, majori etiam dignitate ornatus, de quo tum temporis in panegyri altum est silentium? Scopum suum prosecutus est doctissimus Asterius, qui erat, S. Phocam olitorem laudibus extollere, cujus tum forte dies anniversaria, vel reliquiarum translatio, vel aliud denique festum solenniter celebratur, ut ex ipso orationis exordio non obscure colligi potest.*

eddeſſis quibuſdam exemplis. 16 *Nonne quotidiana nos docet experientia, idem fieri ab oratoribus nostris? Quis enim S. Petrum martyrem Cordubensem laudibus exornans, alterius S. Petri, in eadem urbe martyris solet meminisse? Norunt tamen Cordubenses utrumque martyrem, & accurate distinguunt, quamvis ambo Cordubæ circa eadem tempora ab eadem gente Christiano nomini infesta in odium fidei occisi sint. Sic*
B *Mediolanenses in eadem urbe sua colunt duplicem sanctum Euſergium, temporibus & rebus gestis plurimum discrepantem. Si operæ pretium foret, innumeris exemplis ea res confirmari posset. Unum pro multis proferam. Romæ, præter Paulum Apostolum, quotannis colitur S. Paulus, qui cum Joanne in propria domo, postea in ecclesiam conversa, sub Juliano apostata ob Christi fidem interfectus est. Hic longe celebriorem cultum nactus est, quam alius S. Paulus martyr & episcopus, quem etiam Romæ sub Decio martyrii laurea coronatum esse tradunt antiqua monumenta, tametsi propria ejus Acta interciderint. Certe Paulus episcopus differt ab altero Paulo, in eadem urbe Romana martyre; & tamen in posterioribus Actis SS. Pauli & Joannis de priori Paulo episcopo nulla fit mentio. Comparet hæc inter se studiosus lector, & videbit rem in duobus Sinopensibus Phocis non adeo esse dissimilem. Sed ad hoc Tillemontii argumentum plus quam satis.*

Elogium S. Phocæ martyris Anziochi. 17 *Ut opinio mea de tribus distinctis Phocis magis confirmetur, clariusque intelligatur, prope quasi sub uno aspectu singula de singulis Sanctis synonymis elogia. Primum occurrit apud S. Gregorium Turonensem lib. de glor. Mart. cap. 99.* Focas, *inquit*, quoque martyr, & ipse his martyribus regione (*de Syria cum loqui ex antecedentibus & consequentibus colligitur*) con-
C junctus, apud Syriam requievit, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumpharit, hodieque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis coluber morsum stringens venena diffuderit, extemplo, qui percussus est, ut januam atrii, quo Martyr quievit, adtigerit, compresso tumore, evacuata virtute veneni, salvatur. Ex quibus nonnulli, ut celebre vulgatum est, jam tumidi malæ bestiæ ictu, jam toto corpore incrassante veneno, in hoc perflati, ut spiritum exhalarent, inter manus delati, & in atrio positi, sunt sanati. Nec umquam ob hoc virus obire hominem fas est, si sacrum limen fide plenus adrigerit. *Nihil horum vel Asterius de suo* Phoca *hortulano, vel Græci Latinique de* Phoca *episcopo Sinopensi prædicant. Cum vero plurima miracula de utroque referant, quis eos tam continuum manifestumque venena pellendi miraculum omissuros fuisse credat? Ob has aliasque rationes supra expositas, alius mihi est ille* Phocas *Syrus a duobus Pontificis.*

18 *Pergamus ad* Phocam *episcopum Sinopen-* D *sem. In synaxario nostro Ms., jussu Basilii imperatoris collecto, invenio die* XXII *Septemb. sequens elogium, postea Græcis typis excudendum, quod hic interim in linguam Latinam fideliter transfero. Titulus talis est*: Certamen sancti hieromartyris Phocæ episcopi Sinopes. *Dein subjungitur.* Christi hieromartyr Phocas erat sub imperio Trajani, natus & educatus in civitate Sinope. Puer existens accepit a Deo miraculorum dona. Nam dæmones fugavit, mortuos suscitavit, & naves periclitantes servavit. Profectus vero Sinope in civitatem Amasæam, similia effecit. Deinde venit Amisum, etiam ibi miracula patrans & multos confirmans in fide Christi. Post hæc reversus Sinopem episcopus illius electus est, & per miracula multos gentilium ad Christum convertens baptizavit. Dein interpretatus est ex columba transitum suum: vidit enim in somnio columbam venientem & sedentem super caput suum, ac sibi porrigentem coronam etiam dicere: Accipe Phoca symbolum finis tui. Paulo post mittens imperator Trajanus comprehendit illum, &, cum prius multum cruciasset, demum capite minuit, ac dein igni tradidit.

S. Phocæ Sinopensis hortulani E 19 *Tertium* Phocam *nempe olitorem multis describit S. Asterius. Ejus historiam ex Asterio contractam, tradunt Græci in Menæis, & in Menologio per Combefisium edito sic eam perstringunt. Titulus est*: Memoria sancti Phocæ hortulani. *Tunc sequitur*: Erat hic natus ex urbe Sinope, antiqua ac nobili, in ea provincia. Ejus studium erat horti cultura, cui vacabat; exercensque, quæ suppetebant, apponebat communia. Sed & animi cultum plurisfaciebat. Propterea non diu latuit, sed ut verus Christi servus, delatus est imperatori. Cum igitur venissent satellites, apud eum ipsum, quem quærebant, diversati sunt. A quibus ille, cum benigne acceptos refeciſſet, quærebat, quinam essent, ac qua de causa in eam urbem veniſſent. Illi porro arcanum declarant, ut scilicet Phocam ad supplicium quærent. Audivit Domini famulus, præparatisque opportunis ad sepulturam, se ipsum quærentibus manifestum fecit. Obstupuerunt illi animis. Is vero ulterius rogabat, ut quod jussi erant, audacter præstarent. Itaque capite obtruncatus, gratum Deo sacrificium oblatus est. *Vide hic* F *triplicem Phocam, ut opinor, distinctum: Jam sancti præsulis Sinopensis, quem hoc die cum Martyrologio Romano illustrandum suscepimus, cultum stabiliamus, ex quo etiam jam memorata* Phocarum *distinctio majorem lucem confirmationemque accipiet.*

§ III. Cultus, reliquiæ, & miracula Phocæ Sinopensis episcopi.

S. Phocæ episcopi Sinopensis memoria variorum gentium Menologiis. S*acra omnium pene gentium monumenta hunc sanctum martyrem nostrum commemorant. Kalendarium Copterum die* XII *septembris sic habet*: Martyris Phocæ discipuli Joannis. *Puto hic intelligi S. Joannem Evangelistam, cujus discipulus esse potuit, si temporis ac loci vicinitatem spectes. Nihil tamen asserо, quia in antiquis scriptoribus nihil de hac re nil reperio, & nescio unde Copti hoc acceperunt. Menologium Sclavo Russicum sic eam memorat*: S. Hieromartyris Phocæ anno CII. *De epocha*

A *epocha, hic a Ruſſis determinata, quid judicandum ſit, poſtmodum dicemus. Index in Typicum S. Sabæ, index in Menæa excuſa, Horologium Parvum & Majus, verbo omnes ſacri Græcorum Faſti ſive impreſſive manu ſcripti habent aliquam hujus ſancti Martyris commemorationem.*

21 *Latini pari conſenſu S. Præſulem noſtrum celebrant. Hieronymianum Martyrologium ſic annuntiat*: S. Foci epiſcopi. *Romanum Parvum*: Apud Pontum Phocæ epiſcopi civitatis Synopis. *Bedæ Flori auctus.* S. Phocæ epiſcopi Ponti, qui ſub Trajano imperatore, præfecto Africano, carcerem, unguias, ferrum, ignem etiam pro Chriſto ſuperavit, cujus reliquiæ in baſilica Apoſtolorum in Gallia civitate Vienna habentur. *Ado in Martyrologio ſuo eadem omnia habet, præterquam quod diſtincte addat, eum fuiſſe epiſcopum* civitatis Sinopis. *Adonem ita contraxit Uſuardus*: Apud Pontum natalis beati Focæ epiſcopi civitatis Sinopis, qui ſub Trajano imperatore carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam pro Chriſto ſuperavit. *Wandelbertus hoc carmine ſanctum Martyrem noſtrum exornat*:

& antiquiores Martyrologi Latini.

B

Antiſtes pridie & martyr petit æthera Phocas.

Omitto recentiores Martyrologos, qui ſua ex iiſdem fontibus hauſerunt. Non obſervo etiam varias nominis efformationes & codicum variationes, quas curioſus quilibet invenire poterit hac die inter Auctaria Uſuardi, non ita pridem ſatis magno labore illuſtrati.

22 *Jam vidimus Bedam ſeu potius Florum in hujus Martyris & epiſcopi commemoratione etiam meminiſſe reliquiarum, quæ* in baſilica Apoſtolorum in Gallia civitate Vienna habentur. *Eadem habet Ado in Martyrologio ſuo; in Chronico autem ad annum Chriſti* 101 *ita ſcribit.* Illis temporibus apud Pontum, Sinopis civitatis epiſcopus Focas glorioſiſſime martyrium duxit, cujus ſacratiſſimæ reliquiæ translatæ ſunt in Galliam in civitatem Viennam, ibique in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum repoſitæ. *Non capio, quomodo poſſ adeo antiqua & manifeſta Flori atque Adonis epiſcopi Viennenſis teſtimonia, Petrus de Natalibus lib. 6 cap. 98 Phocæ noſtri paſſionem enarrans ſcribere potuerit ſequentia.*

Reliquiæ ejus in Galliam translatæ ſunt.

C

Corpus autem ſancti Martyris in Galliam civitatem Armeniæ delatum, ibidemque ſepultum eſt.

23 *Ut is error manifeſtius pateat, ſubdo Bullam Innocentii* IV *Romani Pontificis inter Mſſ. Nicolai Chorier inventam, cujus etiam ipſe meminit in libello impreſſo de antiquitatibus Viennenſibus. Bulla autem eſt tenoris ſequentis.* Innocentius ..... Abbati & conventui monaſterii S. Petri foras portam Viennenſem..... Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, & abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum & quaſi quibuſdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ apciores. Cum igitur, ſicut nobis exponere curaviſtis, dilecti filii noſtri H. (*Hugo*) S. Sabinæ, & Willermus baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbyteri Cardinales olim B. Phocæ martyris & pontificis corpus, quod in monaſterio veſtro conditum fuerat, nobis mandantibus, revelarunt; Nos cupientes, ut monaſterium veſtrum ob ipſius Sancti reverentiam congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui monaſterium ipſum in anniverſario die revelationis Sancti prædicti venerabiliter viſitarint, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, XL. dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lugduni x Kal. Apr. Pontificatus noſtri anno VII. *Harum indulgentiarum ab Innocentio IV conceſſarum etiam meminit Joannes a Boſco in Antiquitatibus Viennæ ſacræ & profanæ ex Bibliotheca Floriacenſi pag.* 23. *Datæ ſunt anno* 1250.

Bulla Innocentii IV de reliquiis S. Phocæ.

D

AUCT. G. C.

24 *Breviarium Viennenſe impreſſum anno* 1522 *in Rubricis Sanctorum menſis Julii ita præſcribit*: S. Focæ epiſcopi & martyris. Fiat, ut in communi. Oratio. Præſta quæſumus Omnipotens. *Puto tunc celebrari ipſius feſtum* XXV *Julii, quamvis dies non apponatur. In Ordine autem Sanctorum Viennenſis eccleſiæ manuſcripto, quem P. Chiffletius ad me miſit, lego ſequentia ad diem* XIII *Januarii.* Translatio reliquiarum S. Phocæ epiſcopi & martyris de civitate Sinopis Ponti Aſiæ minoris apud Viennam Galliæ urbem. Quæ reconditæ in baſilica Apoſtolorum ad hæc uſque tempora plenæ miraculis venerantur. Eapropter Joannes Quartus (*forte deſcribentis error eſt pro Innocentio Quarto*) quadraginta dies indulgentiarum pie viſitantibus eaſdem ipſa die annis ſingulis recurrente miſericorditer eſt elargitus. *Conſtat, hæc omnia ſpectare ad Phocam epiſcopum Sinopenſem. Ardebium eſt, de quo Phoca agat S. Chryſoſtomus, dum ejus reliquias ſuo tempore ſolenni pompa translatas teſtatur in editione noſtri Frontonis Ducæi, homilia* 71. *Titulus autem homiliæ hic eſt*: De ſancto hieromartyre Phoca .. *Dein mox eſt orationis exordium*: Splendida nobis heſterno die facta eſt civitas, ſplendida & illuſtris; non quia columnas, ſed quia martyrem habuit cum pompa incedentem, qui ad nos ex Ponto advenit. *Ex quo ſatis colligitur eum loqui de alterutro Sinopenſi* Phoca, *utpote cujus ſacra ipſa* ex Ponto *advecta ſint.*

E

Dubium eſt, de cujus S. Phocæ reliquiis agat S. Chryſoſtomus.

25 *Tota difficultas eſt, an* Phocæ *epiſcopo an hortulano hæc ſint adſcribenda. Difficultatem auget, quod S. Aſterius in oratione de Phoca hortulano ſic affirmet*: Multis locis diviſæ reliquiæ integram ubique ter beato viro nominis ſervant claritatem. *ſuſpicatur quidem Franc. Ducæus noſter in Notis ad hanc orationem, S. Chryſoſtomum agere de* Phoca *epiſcopo, quia in inſcriptione tractatus dicitur ἱερομάρτυς, quo titulo ſæpius epiſcopi aut presbyteri martyrio ornati a Græcis inſigniuntur. At hac ſuſpicio tam incerto fundamento nixa, certum judicium a me extorqueri non poteſt: nam, præterquam quod titulum ἱερομάρτυρος videam præfixum* Phocæ *hortulano in editione Combefiſiana & in Codice Regio, experientia, quamvis non diuturna, me docuit, hoc nomine etiam a Græcis compellari martyres, nulla dignitate eccleſiaſtica conſpicuos. Itaque ſolidarum rationum pondere deſtitutus in neutram partem inflecti poſſum, & iſtem hanc indeciſam cogor relinquere.*

& ad quem ſpectent reliquiæ S. Phocæ horti ſui epiſcopi.

26 *Nec certius definire mihi licet, an ad Sanctum noſtrum epiſcopum ſpectent ea, quæ Cedrenus, Porphyrogenitus, Chalcondylas aliique hiſtorici Græci tradiderunt de variis templis monaſteriiſque in S. Phocæ honorem exſtructis. Jam*

initio

Digitized by Google

A initio ſæculi VI, *Conſtantinopoli monaſterium S.* AUCT. G. C. Phocæ *nomine inſignitum exſtitiſſe patet ex eo, quod Julianus* Ἀρχιμανδρίτης τῶν ἐν ὁσίοις Φωκᾶ *ſubſcripſerit libello monachorum ad ſynodum ſub Hormiſda. Monaſterii autem a Baſilio Macedone in ſancti* Phocæ *honorem exſtructi ac dotati meminit Anſelmus Banduru in Antiquitatibus Conſtantinopolitanis tom. 2, lib. 3, pag. 733, hæc Porphyrogeniti verba citans:* In Steno quoque, cervice ſcilicet Euxini, S. Phocæ ædem venerandam admodum, pie religioſeque ab ſe ædificatam; & in monaſterium Deo gratum converſam, nec non ſtructuris atque poſſeſſionibus abunde ditatam cœtui piorum monachorum, a ſe collecto, donavit, & officinam animorum medicam eſſe deſignavit. *Fronto Ducæus noſter loco antea citato refert ex Chalcondyla, templum* S. Pochæ *prope Trapezuntem fuiſſe dictum. At in his nullam invenio notam characteriſticam, ex qua poſſim dignoſcere, cui ex tribus ſanctis ſynonymis is honor delatus ſit.*

B 27 *Canglus Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4,* *Templum ab imperatore Phoca inchoatum fuiſſe videtur in honorem S. Phocæ Sinopenſis epiſcopi.* pag. 133, *ita ſcribit:* S. Phocæ martyris, cujus feſtum colunt Græci XXII Septembris, ædem in Milio, loco nuncupato Dihippio ædificavit Phocas tyrannus; quam priuſquam tegeret, interfectus eſt ab Heraclio, qui hanc poſtmodum ſancto Joanni Theologo dicavit. *Ex his colligo ſaltem de alterutro Sinopenſi martyre hic ſermonem eſſe, cum amborum feſtum Græci colant XXII Septembris. Videndum modo eſt, an aliunde nihil lucis afferri poſſit, ut hanc ſacram ædem, ab imperatore Phoca in Sancti ſibi ſynonymi honorem inchoatam, epiſcopo noſtro Sinopenſi vindicemus. Invenio in Supplemento ad Menæa excuſa collecto ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii poſt breve* S. Phocæ *Sinopenſis epiſcopi elogium hæc verba:* Τελεῖται δὲ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐν δόμοις τοῦ ἁγίου ναοῦ τοῦ πανυμνήτου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. *Quod ita interpretor:* Celebratur autem ejus feſtivitas in ſanctiſſimo illius martyrio *(martyrium hic locus eſt, in quo martyr aliquis colitur* (quod C eſt intra ſanctum templum glorioſi Apoſtoli & Euangeliſtæ Joannis Theologi prope ſanctiſſimam magnam eccleſiam. *Templum vero S. Joannis Theologi* ἐν τῷ διαπρέπῳ *ſitum fuiſſe, Menæa, Synaxaria & hiſtorici Byzantini teſtantur. Ex his itaque ad invicem comparatis videor prudenter poſſe concludere, in hac æde ſancto Joanni ſacra* Phocam *Sinopenſem epiſcopum cultum fuiſſe.*

28 *Pancirolus in Theſauris abſconditis Almæ urbis Romanæ pag. 367 dicit, corpus* S. Phocæ *Romæ in eccleſia S. Marcelli ſervari, illudque ibidem anno 1594 a Clemente VIII viſitatum fuiſſe.* *Eccleſia & reliquiæ Romanæ verſimiliter ſpectant ad S. Phocam Sinopenſem bortulanum.* *Vix dubito, quin reliquiæ Romanæ ſint* S. Phocæ *Sinopenſis bortulani, cum S. Aſterius teſtetur, ſacrum cujus martyris caput magno populi Romani concurſu, & inſignis pulcritudinis templo honoratum fuiſſe. Cenſet quidem Baronius, hæc ab Aſterio* hyperbolice *dicta eſſe, ac Phocæ martyri Antiochæno tribuenda. Forte judicat, hic S. Aſterium hyperbole uſum fuiſſe, quia cultus adeo celebris templique adeo pulcri nulla jam Romæ ſuperſunt veſtigia. Saltem ego S. Aſterio id diſerte de ſuo oliture affirmanti contradicere non auſim. Certe diligentiſſimus antiquitatis indagator Holſtenius in Animadverſis ad Martyrologium Romanum S. Aſterii aſſertionem tuetur, atque hæc non de Phoca Antiochæno, ſed Sinopenſi eſſe intelligenda; neque S. Præſulem hyperbolice locutum fuiſſe,* D *cum fuerit Romæ eccleſia S.* Phocæ *adhuc tempore Gregorii VII Papæ. Conſonat Holſtenio Florentinus Martinellus in Roma ſacra pag. 386, ubi citato S. Aſterii teſtimonio hæc ſubnectit:* Baronius .... rhetorica amplificatione hoc dictum exiſtimat; ſed Breve Gregorii VII conceſſum monaſterio S. Pauli de Urbe, eccleſiæ S. Phocæ meminit, quæ olim fuerat juris ſancti Anaſtaſii. *Verum cum hæc ad epiſcopum noſtrum non ſpectent, non diutius iis immoremur.*

29 *Nunc diſcutiendum, utrum ad* S. Phocam *epiſcopum Sinopenſem pertineant miracula erga periclitantes nautas exhiberi ſolita, quibus Græci illum exornant in Officio ſuo eccleſiaſtico. Feſta ipſius luce ita canunt ad Veſperas trop. 3.* Orbem univerſum miraculorum radiis illuſtras. Quotidie, pater, auxiliaris verſantibus in mari. Fugas morbos, animæ & corporis infirmitates tollis accepta a Domino gratia, martyr Phoca E beatiſſime. *Deinpoſt Cathiſma:* Intte habitans ſpiritus gratia uberem te multarum gratiarum fontem, o Phoca, fecit. Quare etiam, pater, quotidie auxiliaris vectoribus, tuam fide exquirentibus opem: cum quibus etiam nobis propitiationem tribuas divina pollens ſapientia. *Denique præter alia ſimilia, quæ brevitatis cauſa omitto, ſic erant in Exapoſtilario:* Præſulum ſummitas ac victorum decus, Phoca, magnuſque in mari jactatis defenſor, te laudantes, vir beate, ſalva. *Hæc Græci ſatis pie, ſi ſatis vere. Sed ut mentem meam candide aperiam, niſi Deus utrumque Phocam Sinopenſem miraculis erga naufragantes illuſtrem fecerit, ſuſpicor hæc Phocæ epiſcopo per errorem eſſe adſcripta: Nam non poſſum Græcis, qui hæc Officia compoſuerunt, utpote recentioribus, & ſæpe in hiſtoriam eccleſiaſticam impingentibus, tantam fidem adhibere, quantam S. Aſterio, qui a Phoca bortulano hæc præſtita nautis beneficia jam abhinc multis ſeculis commemorat.* *Miracula nautis præſtari ſolita,*

30 *Putem ego ſimplices nautas non ita exacte* *non ſunt tam certa* F *S. Phocæ epiſcopi Sinopenſis tribuenda.* *dixiſſe duos Phocas Sinopenſes diſtinxiſſe, ſed fama miraculorum motos, ut fieri in vulgo ſolet,* Phocam θαλασσοθαυματουργὸν *in maris periculis invocaſſe, illiuſque opem ſenſiſſe, ſive is eſſet Phocas epiſcopus, ſive bortulanus, quod ipſos non multum curaſſe crediderim. Imo forte idem Sinope accidit, quod Romæ factum fuiſſe inſinuavi paragrapho præcedenti; nempe ut, ſicut Romæ poſt Paulum epiſcopum ſub Decio paſſum, alter Paulus celeberrimus martyr ſub Juliano extitit, ita etiam Sinope poſt ſeniorem Phocam epiſcopum, Phocas alter martyrium ſubierit, quem populus celebriori cultu proſecutus ſit, quemque Deus pluribus miraculis illuſtraverit, quæ poſtea recentiores Græci Phocæ epiſcopo concedere maluerint, vel quod pauca præter epiſcopatum & martyrium de illo ſcirent, vel quod in Synaxario Baſiliano legiſſent, Phocam epiſcopum Sinopenſem in juventute inter alia miracula naves periclitantes ſervaſſe, ut ſupra in elogio ejus vidimus. Has conjecturas, potiſſimum S. Aſterii auctoritate nixas, ut facile dedimus, ita etiam non difficulter deſeremus, ſi quis probabiliores rationes aut certa documenta attulerit.* *Spectat probabiliter ad epiſcopum Sinopenſem miraculum captivi liberati,*

31 *Supereſt, ut miraculum, quod epiſcopi Sinopenſis interceſſione patratum exiſtimo, ex Synaxario Baſilii imperatoris ad calcem tom. 1 Julii, Græce excuſo hic Latine reddam. Sic habet die VI Julii:* Narravit Leo, cognominatus Pontianus, quod Siſinius ille, cui cognomen erat Robuſtus, navigans in imperatoria claſſe, captus

A pens fuerit a Saracenis, & vinctus catenis duabus, compactus fuerit in carcerem. Tali autem angustia circumdatus invocabat Deum & ipsius sacrosanctum martyrem Phocam, dicens: Sancte hieromartyr Phoca miserere mei & libera me a vinculorum angustia, quę me tenet. Cum igitur obdormisset, vidit Sanctum assistentem sibi in habitu sacerdotis & dicentem sibi: Evigila & abi. Et expergefactus invenit catenas confractas, seipsum solutum, carceremque apertum. Et fugiens evasit usque in domum suam. Semper celebrabat memoriam illius cum multa gratiarum actione, Deum glorificans, qui tales gratias dat Sanctis suis. *Miraculum hoc episcopo nostro adscribo, quia* in habitu sacerdotis *apparuisse dicitur, quod alteri Phocæ non videtur posse convenire. Præterea in Mss. Chifletii & Sirmondi eidem miraculo præfigitur hic titulus:* Μνήμη θαύματος γενομένου παρὰ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ τοῦ θαυματουργοῦ. *Id est*: Memoria mira-
B culi, quod factum est a sancto hieromartyre Phoca thaumaturgo. *Adverto autem nomen thaumaturgi seu miraculorum patratoris constanter a Græcis soli episcopo Sinopensi tribui, dum de variis* Phocis *agunt.*

32 *Varia alia ipsius patrocinio facta esse miracula indicant Menæa impressa, dum ita vitæ illius compendium concludunt.* Multa vero etiam post illius ad Dominum migrationem facta sunt ab ipso miracula. *Ordo Ms. Sanctorum Viennensis ecclesiæ supra allatus eamdem miraculorum virtutem innuit, dum de Sancti episcopi nostri Reliquiis agens, utitur his verbis:* Quæ reconditæ in basilica Apostolorum ad hæc usque tempora plenæ miraculis venerantur. *Dolendum est, quod difficultate miraculorum notitia acquiri non potuerit. Nolui hic etiam varias Reliquiarum translationes in Græcis Synaxariis positas adferre, quia ad quemvis tribus, aut saltem duabus* Phocis *pertineant, ne per conjecturam quidem determinare possum. Ex omnibus hoc paragrapho dictis satis liquet,* S. Phocam *episcopum Sinopensem in ecclesia Græca & Latina jam dudum cultu, Sancti exhiberi solito, honoratum fuisse.*

& varia alia, quorum non est difficilis notitia.

C § IV. Gesta S. Phocæ ante episcopatum, martyrii genus & tempus.

De gestis ejus ante episcopatum pauca sunt certa.

PRæter miracula & itinera, *quæ superius dedimus ex Synaxario Basilii imperatoris, nulla Martyris nostri gesta novimus ante episcopatum. In codicibus nostris Mss. & Membritio referuntur in genere quædam virtutes, quibus sanctus* Phocas *in puerili ac juvenili ætate floruisse dicitur. Eas eodem modo narrat Vincentius Bellovacensis in Speculo lib.* 10 *cap.* 62. Sic, *inquit*, infantiæ tempus exegit, ut admirabile, nescio quid, etiam tunc in eo divinæ indolis appareret. Jam vero cum puberibus annis adolescentiæ primum limen ingressus est, senilem cœpit monstrare sapientiam, accessu placidus, mente sobrius, castitate gloriosus, amator justitiæ, misericordiæ magister, humilitatis instructor. *Communis hoc elogium, nescio unde ortum, cuilibet sancto aptari posse nemo non videt. Dum pervolvo varia Græca monumenta, ut inquiram, an quid peculiare de Sancti episcopi nostri juventute dici possit, incido in supplementum Menæorum ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chifletii collectum, in* D AUCT. G. C. *quo ad diem* XXII *Septembris ita lego:* ἔθλησις ἑτέρου Φωκᾶ ἱερομάρτυρος, ὃς ἐγένετο υἱὸς Παμφίλου ναυπηγοῦ. *Id est.* Certamen alterius Phocæ hieromartyris, qui fuit filius Pamphili fabricatoris navium. *De hac patris ejus arte in Menologiis, Menæis, aliisque Græcorum Synaxariis nullum est verbum.*

34 *At ecce dum ad Latinos progredior, reperio* S. Phocam *nostrum jam ex naupegi filio factum esse nautam. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib.* 6 *cap.* 98, *de illo ita loquitur:* Hic primum artem gubernatoriam exercuit, deinde divina dispositione ad episcopatum Sinopis civitatis pervenit. *Florentinius in Notis ad Martyrologium Hieronymianum facit eum* ex piscatore *episcopum. Baronius vero in Notis ad Martyrologium Romanum hoc die asserit*, certiora multoque veriora esse, quæ de utroque (*Phoca*) scribunt auctores Latini, in quibus omnibus legitur, Phocam hunc ex nauta episcopum esse factum, illumque ipsum esse, quem nau- E tæ in tempestatibus tanto studio consueverint invocare. *Latini illi* omnes *haud dubie accommode, ut philosophi loquuntur, intelligendi sunt: nam in pluribus eorum de arte nautica Martyri nostro attributa, verbum nullum reperi. Præterea ex quo Latini posteriorum temporum hauserunt ea, quæ de re nautica & nautarum erga* Phocam *episcopum studio tam affirmate tradunt? Certe S. Asterius sæculi* IV *scriptor tribuit suo* Phocæ *hortulano hanc nautarum devotionem, cujus potuit esse testis oculatus. Fortasse quis allegabit Acta nostra Græca, in quibus similia indicantur. Verum quanta sit horum auctoritas paragrapho sequenti videbimus. Liceat mihi hic interim conjecturam quamdam proponere.* *Dicitur a Latinis fuisse nauta;*

35 *Quod de arte ejus gubernatoria seu nautica ante episcopatum tradunt Acta apud Petrum de Natalibus aliosque, suspicor ortum esse ex simplici nautarum erga* S. Phocam (*quisquis is esset*) *pietate, vel ex male intellecto Græcorum Officio, in quo spiritualis* S. Phocæ *gubernatio ita describitur Od.* 3: Idololatriæ procella tumens erroris mare, divina gubernatione, inclyte, pereurristi, universis mari jactatis portus effectus tranquillissimus. *Forte quispiam hanc spiritualem gubernationem, in corporalem crude commutaverit. Forte etiam rudes nautæ ob crebra erga se* S. Phocæ *miracula, artem suam aliquando ab illo exercitam fuisse putaverint, imo ad majorem vel nauticæ gloriam finxerint. Quæ vulgi traditio, ut sæpe fit, postea etiam litteris mandari potuit. Quidquid sit, novimus a nautis invocari* S. Nicolaum Myrensem *aliosque Sanctos, qui nunquam hujus artis fuerunt periti. Scimus nautas præsertim Indicos in maris periculis implorare ac experiri opem* S. Francisci Xaverii *nostri, cui nihil unquam cum arte gubernatoria commune fuit, nisi velis spiritualem intelligere, quam terram marique sanctissime exercuit.* *sed hæc ante episcopatum tradunt Acta apud Petrum de Natalibus aliosque, suspicor ortum esse ex simplici nautarum erga* S. Phocam (*quisquis is esset*) *pietate, vel ex male intellecto Græcorum Officio, in quo spiritualis* S. Phocæ *gubernatio ita describitur Od.* 3: Idololatriæ procella tumens erroris mare, divina gubernatione, inclyte, pereurristi, universis mari jactatis portus effectus tranquillissimus. *Forte quispiam hanc spiritualem gubernationem, in corporalem crude commutaverit. Forte etiam rudes nautæ ob crebra erga se* S. Phocæ *miracula, artem suam aliquando ab illo exercitam fuisse putaverint, imo ad majorem vel nauticæ gloriam finxerint. Quæ vulgi traditio, ut sæpe fit, postea etiam litteris mandari potuit. Quidquid sit, novimus a nautis invocari* S. Nicolaum Myrensem *aliosque Sanctos, qui nunquam hujus artis fuerunt periti. Scimus nautas præsertim Indicos in maris periculis implorare ac experiri opem* S. Francisci Xaverii *nostri, cui nihil unquam cum arte gubernatoria commune fuit, nisi velis spiritualem intelligere, quam terram marique sanctissime exercuit.* *valde incerta est.*

36 *Videamus nunc, an certiora proferre possimus de martyrii genere. Synaxarium Basilii imperatoris antea citatum sic habet in fine:* Paulo post mittens imperator Trajanus comprehendit illum, & cum prius multum cruciasset, demum capite minuit, ac dein igni tradidit. *Similem vitæ exitum indicare videntur Menæa impressa, ex quibus Sancti nostri elogium ob circumstantiarum quarumdam discrepantiam hic integrum Latine producam. Sic habent* XXII *Septembris:* Hic (*nempe* *De martyrii genere disceptatur.*

Phocas

A Phocas *bitromartyr & thaumaturgus, ut eſt in titulo*) fuit filius Pamphili & Mariæ in Ponto Sinope. Statim vero a teneris unguiculis, Spiritus ſancti gratia, miracula perfecit admirabilia, & perſeveravit mira faciens uſque ad extremum ſpiritum. Unde etiam edoctus eſt eventurum ubi finem martyrii, columba capiti ſuo inſidente, coronam imponente, humano modo loquente ac dicente: Poculum temperatum eſt, & oportet te illud bibere; quod etiam dignus fuit bibere, ſub Trajano imperatore gladio & igne conſummatus. *Conſonat Maximus Cytherorum epiſcopus in elogii ſui fine aſſerens, quod* S. Phocas *vitæ curſum conſummaverit* διὰ ξίφους καὶ πυρός, per gladium & ignem.

AUCT. G. C.

37 *Acta noſtra* Græca *& omnes codices Latini aliam habent vitæ cataſtrophen. Ajunt namque* S. Phocam *poſt varia tormenta in vivam calcem projectum eſſe; cumque in ea illæſus permaneret, tandem ferventiſſimo balneo incluſum placide inter preces animam exhalaſſe, corpore minime ambuſto. Hæc eadem omnia narrant Græci de* Phoca *quodam, quem* XXIII *Julii colunt, ut ſupra dictum eſt* § 1, *ubi etiam monui, quod ſuſpicer, integra* Phocæ *Sinopenſis Acta alteri* Phocæ, *forte Antiocheno, afficta eſſe ob rationem ibidem expoſitam ac poſtea repetendam. Sic Mombritius & Petrus de Natalibus ſimilitudine nominis decepti, Geneſio Arelatenſi ſub Diocletiano martyri tribuunt Acta alterius Geneſii, qui Romæ mimum agens ac Chriſtianorum ſacra ludibrio exponens ſubito converſus eſt, & martyrii palmam ſub Diocletiano obtinuit. Potuit ita etiam imperitus quidam homonymia in errorem inductus, Acta* Phocæ, *Sinopenſis alteri* Phocæ *tribuere; quem plurimi errantem bona fide ſecuti ſint.*

Varia de Phocæ fabula.

Fabulæ confutatio.

B

38 *Nolim tamen, ut quis ex eo inferat, me omnia, quæ in Actis noſtris Græcis narrantur, velle* Phochæ *Sinopenſi epiſcopo vindicare: nam præter alia multa, quæ in iis mihi diſplicent, nautarum gubernationem illic inſinuatam,* Phocæ *Sinopenſi bertulano adſcribendam cenſeo. At ne extra oleas ſaltemus; quodnam ex duplici mortis genere paulo ante memorato ſit veritati magis conſentaneum, non eſt adeo promptum definire; præſertim cum Synaxarium Baſilianum, ſeculo* X *collectum, ab Actis noſtris in ea re diſſentiat. Putem tamen placidam in balneo mortem verosimiliorem eſſe, eo quod Beda ſeu Florus, Ado & Uſuardus dicant, a* S. Phoca *Sinopenſi epiſcopo ignem ſuperatum eſſe; qui loquendi modus non ſatis commode explicari poteſt, ſi capite truncatus in ignem injectus fuerit. Combefiſius hanc litem compoſuiſſe ſe putat, Græcorum Menæorum verba* ξίφει καὶ πυρὶ πλεωθεὶς, *ita interpretando* pro gladio, igne conſummatus. *At, præterquam quod clara ſit Synaxarii Baſiliani expreſſio de amputatione capitis, hæc interpretatio nimis mihi videtur contorta. Jam ad martyrii epocham pergamus.*

Placida mors in balneo videtur magis conformis textui veteris Martyrologiorum.

C

Epocha martyrii ex Actis cognoſci poſſet.

39 *Si talia forent Acta noſtra Græca, ut iis tuto liceret confidere, non tantum determinatum glorioſi certaminis annum, ſed ipſum etiam diem præterpropter poſſemus aſſignare. Nam in iis dicitur* S. Phocas *mox poſt conſummatum martyrium Trajano apparuiſſe, eique mortem poſt triduum ſubeundam prædixiſſe, quæ etiam prædicto tempore ſubſecuta fertur. Conſtat autem ex melioris notæ Chronologis, Trajanum mortuum eſſe anno Chriſti* CXVII *die* X *Auguſti, adeoque, ſuppoſita narrationis veritate, debuiſſet* S. Phocas *eodem anno die* VI *Auguſti certamen conſummaſſe, ſi Trajano tres integros dies poſt* S. Phocæ *martyrium concedamus. Dixi ſuppoſita narrationis veritate: totam enim hanc narrationem fabuloſam eſſe judico; quod ne temere cenſuiſſe videar, opinionis meæ cauſam accipe paucis.*

D

40 *Narrant Acta, Trajanum, audita* S. Phocæ *prophetia, horrore perculſum in palatium ſuum rediiſſe, ibidemque febre correptum, & a vermibus corroſum, poſt tres dies exſpiraſſe. Itaque videntur velle, Trajanum in urbe Sinopenſi obiiſſe, in qua* S. Phocam *epiſcopum martyrio affectum eſſe tradunt antiqua Martyrologia. At is mortis locus repugnat omnibus hiſtoricis etiam vetuſtiſſimis, qui aſſerunt Trajanum imperatorem Selinunte in Cilicia, vel ut alii quidam volunt, apud Seleuciam Iſauriæ profluvio ventris exſtinctum eſſe. Hæc itaque fabula ſatis ſe ipſam prodit. Audiamus jam aliorum diverſas de martyrii tempore ſententias.*

niſi manifeſtam de morte Traiani fabulam tradens.

41 *Tamayus tamquam ex tripode pronuntiat, Martyrem noſtrum paſſum eſſe anno Chriſti* CI. *Ferdinandus de Camargo y Salgado in Chronologia ſacra Hiſpanice edita æque confidenter aſſerit,* S. Phocam *Sinopenſem epiſcopum martyrii laurea donatum eſſe anno Chriſti* CXIV. *Non eſt operæ pretium inquirere, an diverſum hunc annum in ſuo Flavio Dextro invenerint, quia, ſilente tota antiquitate, falſidico huic oraculo fidem non adhibebimus. Moſci in ſuo Menologio* S. Phocæ *martyrio aſſignant annum* CII. *Fuſtra me indagaturum exiſtimo, unde etiam ipſi hunc determinatum annum hauſerint. A communi omnium ſententia, quæ* S. Phocæ *epiſcopi martyrium ſub Trajano ponit, plurimum recedit D. Chevier, qui ſine teſte, ſine tabulis ait in libello ſuo de Antiquitatibus Viennenſibus pag* 296, S. Phocam *Sinopenſem epiſcopum paſſum eſſe ſub imperatore Lucio Vero. Puto ego virum hunc memoria lapſum, unum imperatorem pro altero ſcripſiſſe. Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti* CXIV, *qui deberet eſſe* CXII, *ut eruditis jam paſſim exploratum eſt, ita ſcribit:* Quod autem ad Julium Africanum ſpectat, qui hoc anno (ut vidimus) conſulatum geſſit. Illum exiſtimamus fuiſſe Africanum, qui Ponti provinciam adminiſtrans, ut de ſuperſtitione Gentilium bene mereretur, inter alios illuſtriſſimum fama virum, ſanctum Phocam Sinopidis epiſcopum, multis antea affectum ſuppliciis, martyrio coronavit.

Varia ſententia de martyrii tempore.

E

F

42 *Jam ferme manibus pedibuſque, ut vulgo ajunt, in Baronii ſententiam deſcenderam, &, cervello duorum annorum errore* S. Phocæ *martyrium anno Chriſti* CXII *affixeram, niſi ulterior circa conſulem Africanum indagatio me a ferendo judicio cohibuiſſet. Atque in diligentiori hoc examine deprehendi primo, conſulem anni* CXII *non vocari Julium Africanum, ſed Titum Sextium Africanum: deinde eum hoc anno non in Ponto, ut Baronio placuit, ſed Romæ conſulatum adminiſtraſſe. Hæc autem demonſtrantur ex Phlegonte hiſtorico ſynchrono, qui conſulis Romani prænomen aliaque ad ipſum ſpectantia ignorare non potuit. Noſter Labbe in Chronologia Hiſtorica anno Chriſti* CXII *citat hæc Phlegontis verba:* ἀρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος γενομενου, ὑπατευοντων τε Ῥωμῃ Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ: *Id eſt:* Principatum tenente Athenis Adriano, qui factus eſt imperator, conſulibus Romæ Trajano ſextum & Tito Sextio Africano. *Quamvis igitur multi auctores variique Faſti conſulares hunc Trajani collegam vocent Julium vel Cajum*

ſed, ut mihi videtur Africani conſulatio.

Digitized by Google

A *Cajum Julium Africanum, melius censeas Titum Sextium Africanum vocandum esse, ut latius probat Norisius in Epistola Consulari pag. 71.*

43 *Quod ad præfecturam Ponticam attinet, quam Africano Baronius attribuit, forte ad tuendam auctoritatem Actorum, in quibus S.* Phocas *inducitur cum Africano de religione Christiana disputans; eam ego fine teste, fide digno, non admitto, præsertim cum Phlegon expresse notet Adrianum Athenis principatum tenuisse; Africanum vero Romæ consulatum administrasse. Nec magis mihi sit verosimile, eodem anno duplicem Africanum alterum Romæ, alterum in Ponto consulatus munere functum esse. Quod tametsi fieri potuerit, tamen temere asserendum non est, cum id nulla historia antiqua doceat, aut ratio suadeat. Nam quando Florus & Ado dicunt S.* Phocam *sub imperatore Trajano & præfecto Africano varia tormenta pro Christo superasse, nihil aliud significari existimo, quam illum sub imperio Trajani & consulatu Africani martyrium consummasse; prout Martyrum, præcipue veterum, epocha sæpe per imperatores & consules designari solet. Hinc facile quilibet non imperitus colliget, quid sentiam de variis longisque dialogis a* S. Phoca *cum Africano & Trajano habitis, qui in Actis nostris Græcis, aliisque passim describuntur.*

aliisque mature discussit.

B

44 *Forte quis ex dictis arguet, jam satis certum esse martyrii annum: Trajanus enim juxta omnes accuratiores Chronologos sextum consulatum gessit cum Africano anno Christi* CXII. *Ergo si per præfecturam Africani sit intelligendus ejus consulatus, jam manifeste sequitur, S.* Phocam *anno* CXII *passum esse. Ita etiamego argumentabor, cum Baronium legerem. At postea vidi hoc argumentum non adeo firmum esse, ut initio putaram: Siquidem in Fastis consularibus invenio, eumdem Africanum anno Christi* CVIII *alteri suffectum, consulis munus obiisse; unde saltem dubium manet, utrum anno* CVIII, *an* CXII *collocandum sit S.* Phocæ *martyrium. Itaque prudenter mihi facturus videor, si martyrii annum indeterminatum relinquam exemplo Adonis, qui in Chronico res gestas ab anno* CI *ad* CXX. *finem complectens ita indefinite scribit:* Illis temporibus apud Pontum, Sinopis civitatis episcopus Focas gloriosissime martyrium duxit.

martyrii annus cum Adone indeterminatus relinquitur.

C *Nunc varia passionis ejus Acta examinaturus, & de Græcis nostris judicium feramus.*

§ V. Examinatis Latinis apographis, de Græcis S. Phocæ Actis fertur judicium.

Examinantur Acta impressa de S. Phoca episcopo Sinopensi;

UT varia S. Phocæ *Acta examinaturi aliquem servemus ordinem, primo de impressis, deinde de manuscriptis Latinis, ac denique de Græcis nostris differimus. Vincentius Bellovacensis in Speculo lib.* 10, *cap.* 62 *præmissa brevi præfatione, a Græca nostra plane discrepante,* S. Phocæ *passionem ita describit, ut cum Græca conveniat, præterquam quod in dialogis & orationibus non sit adeo prolixus. Quod autem eum* Phocæ *Sinopensi episcopo adscribat, colligo ex fine capitis* 65, *ubi sic habet:* Hic Phocas passione gloriosus merito Synope in Ponto habetur primus, quæ celebratur pridie Idus Julii. *Vincentium, aut similia Acta contraxisse videtur Petrus de Natalibus, qui omissis precibus ac dialogis, tradidit variorum tormentorum miraculorumque compendium. Dicit etiam in fine* S. Phocam *episcopum & martyrem passum esse pridie Idus Julii. Porro magnam prædit cosmographiæ imperitiam, quando Pontum ve-*

cat urbem, in qua S. Phocas *sit comprehensus,* AUCT. *& Galliam civitatem Armeniæ, ad quam sacræ* G.C. *ejus reliquiæ sint translatæ, ut ante observavimus. Mombritius tom.* 2, *pag.* 228 *in titulo ponit:* Passio S. Phocæ episcopi & martyris; *sed diem martyrii aut cultus silet. Opinor tamen, quod* S. Phocam *hoc die celebratum assignare voluerit, cum episcopum nominet. Reliqua ejus narratio, excepto proœmio, proxime ad Acta nostra Græca, & manuscripta quædam Latina accedit, ex quibus forte eam descripsit. Mitto Surium, aliosque recentiores, qui hos duces suos fuisse fatentur. Jam de quinque Mss. nostris Latinis agendum.*

data quinque manuscripta;

46 *Primum excerptum est ex Breviario S. Petri Viennæ in Gallia, & a P. Chiffletio ad nos missum. Maxime cum Vincentii Bellovacensis narratione convenit, paucis exceptis, quæ hic & alibi occurrentia in Annotatis indicabo. Ab aliis tamen differt in fine, ubi hæc verba addunter:* Sanctus Phocas episcopus fuit civitatis Sinopis in Ponto provincia, cujus sanctissimæ re- E liquiæ translatæ sunt in Viennam Galliarum urbem, & in ecclesia beati Petri condigno honore repositæ sunt. *Alterum est Ms. Rubræ Vallis, cujus prefatio suppleta est apographo S. Salvatoris & Vincentio Bellovacensi, ut ad marginem notavit Roswevdus. Historia martyrii huic descripta editioni Mombritianæ non absimilis est, nisi quod interdum non nihil verbosius sit exornata, & in titulo solummodo scribatur:* Passio sancti Focæ martyris, *omissa episcopatus mentione. Tertium ex monasterio S. Maximini Treviris acceptum, adeo præcedenti simile est, ut unum ex altero descriptum esse existimem.*

47 *Quartum, quod in codice Malsbeimensi membranco antiqui characteris inveni, vix ab aliis differt, nisi in titulo, qui ita sonat:* Incipit Passio sancti Foci episcopi III Nonas Martii. *Sed hic titulus secum ipse pugnat: Nam* S. Phocam *fatetur episcopum, & interim asserit* VI *Martii, quo die Latini omnes* Phocam *Antiochenum martyrem colunt, sed episcopum ejusdem nominis non agnoscunt, nisi* XIV *Julii. Quintum denique apographum in codice membranco anonymo exaratum, caret prooemio; in ipsa vero narratione multa sunt contracta; hinc inde tamen quædam etiam amplificata. Titulus autem ab omnibus aliis discrepat, & rubris literis ita exprimitur:* Martii quinta die Foce martyris apud Antiochiam. *Ex duobus his postremis Mss., in quorum uno* S. Phocas *Antiochiæ passus dicitur, in altero collocatur episcopus & martyr die* V *Martii, patet non vanam fuisse suspicionem, a me superis expositam, quando Acta* S. Phocæ *Sinopensis episcopi,* S. Phocæ *Antiochæno martyri a quibusdam Latini per errorem adscripta esse dixi. Sed de his vitalis ex Græco, ni fallor, fonte hausti, hæc sufficiant.*

inter quæ duo postrema dicunt S. Phocam vel die V *Martii.*

F

48 *Jam superest, ut ipsum fontem inspiremus, is est de Actis Græcis, hic statim subjungendis, judicium feramus. Imprimis ignotus est eorum auctor: latuit in his sese non tantum* S. Phocæ *martyrio coævus, verum etiam illius testem oculatum fuisse. Unde Leo Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 90, *bona fide pronuntiat:* Martyrium sancti Phocæ scriptum est a præsente ac vidente. *Tunc quasi assertionis suæ certam probationem allaturus subdit aliquot lineas Græcas ex Actis desumptas, quas ita interpretatur:* Namque concidens Africanus in terram semimortuus ac stupidus jacebat. Inter

Scriptor Græcorum Actorum dicit, se martyrio præsentem fuisse,

Digitized by Google

AUCT. G. C. hæc nos vidimus, quibus nempe Deus ostendere voluit. Namque cum lumen ingens sole decuplo majus illuxisset, de cælo apparuerunt tres angeli, equis insidentes igneis magnum timorem & tremorem nobis immittentes. Quare nos omnes simul obstupefacti constitimus. *Repetit pag.* 91, *eadem fere verba, quibus etiam eamdem præfigit assertionem. Verum si vir ille, hic nimium credulus, singulas horum Actorum partes diligenter examinasset, non tam facile fidem adhibuisset scriptori ignoto, qui prodigiosam suam narrationem fabulosa Trajani morte concludit.*

verum fabulæ de morte Trajani confictæ,

49 *Cum fictam hanc in Actis coronidem legerem, veniebant mihi identidem in mentem viri illi, nescio quo spiritu acti, qui ab uno altoque sæculo Chronica aliosque libros eminentis eruditionis nominibus ediderunt, ut hac antiquitatis larva universo orbi imponerent, & patrias traditiones contra manifestam veritatem tuerentur. Simile quid hic factum suspicabar; nimirum quod imperitus quispiam Græculus post aliquot*
B *sæcula* S. Phocæ *martyrium ex ingenio suo scribens, sese ejusdem spectatorem finxerit, ut Actis aliunde vix credibilibus majorem conciliaret auctoritatem. Quis enim facile credat, auctorem synchronum adeo fuisse hardum ac plumbeum, ut narrarit fabulam, quam statim ab omnibus novetas detegendam, imo ab ethnicis cum Christianorum opprobrio ac fidei detrimento explodendam: nemo quippe tum temporis ignorare poterat, Trajanum post obsidionem Hatræ in Mesopotamia morbo fuisse correptum, & in itinere Romam versus alio, quam narrant Acta, loco & modo exspirasse. Hinc eamdem fabulam de Trajani morte, triduo post peractum* S. Phocæ *agonem secuta, Baronius in Annalibus ad annum Christi* CXIV *ita rejicit:* Sed cum in multis, tum in his non assentimur dicenti, eum (*scilicet Phocam Sinopensem episcopum*) triduo ante Trajani obitum (nam multa sunt, quæ repugnant) esse passum. *Inter alia repugnat constans omnium historiographorum sententia, quorum nulli incidit mortem Trajani Sinope aut in alia Ponti civitate collocare.*

50 *Propter inceptum hoc imprudensque figmentum suspecta mihi sit etiam reliqua narratio: displicent enim prolixa cum tyranno colloquia, clerici publice coram gentilibus a* S. Phoca *accersiti,*
C *mirabiles conversiones, Trajani de Christo confessio, & crebra minimum miracula eodem fere modo in plurimis aliorum Martyrum historiis narrari solita, quæ a genuinis sincerisque Actis perquam aliena esse jam sæpe offenderunt Majores nostri. Solent hodie eruditi, in hac palæstra critica diutius quam ego exercitati, similia Acta vocare pia dramata, episodiis & inopinatis eventibus exornata, in quibus narrantur, non ea quæ facta sunt, sed quæ verosimiliter fieri potuerunt. At hujus tragœdiæ auctor etiam hos verosimilitudinis limites est prætergressus. Existimo quidem cum Melchiore Cano Martyrum res vere gestas non solum amplas magnificasque fuisse, verum multo etiam majores, quam fama feruntur; neque eorum virtutem solummodo tantam, quantum eam verbis extollere potuerunt Christiani scriptores, sed tantam potius, ut præclara ingenia rebus ipsis, & ingeniis præclaris verba quoque defuerint ad exprimendam illorum fortitudinem. Verumtamen neminem latet, veras Sanctorum res gestas plurimis fabulis fuisse contaminatas: quam ob rem Gelasius Papa aliique Pontifices Romani ejusmodi historias repudiarunt, ut fusius videre licet apud Baronium in Præcipitulatione dicendorum ad Martyrologium Romanum cap.* 2.

totam Narrationem suspectam reddit,

51 *Nostramen (verbis auctor Gelasii Papæ) cum prædicta ecclesia Romana omnes martyres, & eorum glorioses agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, cum omni devotione veneramur; atque inter illos fortissimum martyrem* Phocam, *cujus gesta magis Deo quam hominibus nota fuisse arbitror: nam ut aperte dicam, quod sentio; puto de* S. Phoca *Sinopensi episcopo pauca fuisse posteritati relicta præter martyrium, sub imperio Trajani & consulatu Africani per multa tormenta consummatum. Dein forte post aliquod sæcula Græcus quidam idiota indignum retus adeo obscurum esse hujus sancti Martyris memoriam, susceperit hanc historiam adornandam, & Trajanum cum Africano Sinope in scenam induxerit, ut summo drama longis disceptationibus & miris rerum varietatibus facilius exornaret. Nemo ægre ferat, si in ea re fortasse nonnihil criticus videar:* Mendaci quippe homini (*verba sunt Melchioris Cani lib.* 11 *de Locis Theologicis c.* 6) ne verum quidem credere solemus. Quamobrem qui falsis atque mendacibus scriptis mentes
E mortalium concitare ad Divorum cultum voluere, hi nihil mihi aliud videntur egisse, quam ut veris propter falsa adimatur fides, & quæ severe ab auctoribus plane veracibus edita sunt, ea etiam revocentur in dubium.

sæpe fit, veris martyrii laudibus fidem adimit:

52 *Prudenter itaque videor mihi posse timere, ne Actorum scriptor, in una re manifesta impostura convictus, multa alia finxerit, atque adeo etiam eum synchronum esse negavi. Quod si quis tuendas allatas rationes ad id negandum non omnino sufficere, velitque eum Passionis coævum imo & præsentem fuisse, non tantopere repugnabo. Sed is sum simul meminerit, fuisse etiam primis Ecclesiæ sæculis Christianos, qui fingere pro religione pium crederent. Si quis de ea re dubitet, inspiciat tantummodo Breviarium Romanum ad Festum S. Lucæ, & illic ex libro S. Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis leget sequentia:* Igitur periodos Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus: quale est enim, ut individuus comes Apostoli inter ceteras ejus res hoc solum ignoraverit. Sed & Tertullianus, vicinus eorum tempo-
F rum refert, presbyterum quemdam in Asia amatorem Pauli, convictum a Joanne, quod auctor esset Libri, & confessum, se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse.

si nulla fides sit,

53 *Addo & alterum exemplum, quod opinionem meam non leviter confirmat. Cum anno* 1722. *exempli*
versarer in bibliotheca Scorialensi circa Matritum, incidi in Acta S. Marinæ seu Margaritæ a synchrono & teste oculato, ut initio credebam, scripta in antiquo codice pergameno. Existimans itaque me thesaurum invenisse, cœpi ea describere; sed brevi me laboris pœnituit, cum in iis legerem sequentia: Tunc ea residente in carcere, ego Teotimus currebam ei cum alimonia aspiciens per fenestram carceris, ubi sancta detinebatur Marina. Videbam omnia, quæ accidebant ei. Et dum hæc agerentur aspexi; & ecce subito draco exivit de angulo carceris intolerabilis, variis coloribus cristatus, cujus in capite velut capilli barbæ, & aures in similitudine hominis videbantur. *Præterea illum draconem a capite ad ungues lepide depingit, ac post multa hæc tandem subdit:* Et dum illa incessanter oraret, aperto ore draco deglutivit eam.

Digitized by Google

eam. Tum Dei virgo, quæ crucem Christi in fronte portabat (ipsa crux Christi crevit in ventre draconis, & in duabus partibus divisus est) apparuit illæsa, quasi si nihil fuisset perpessa.

declaratur, 54 *De horum Actorum scriptore ipsemet Metaphrastes, alioquin ad facile credendum non adeo durus, conqueritur apud Surium* 20 *Julii in prologo ad Acta* S. Marinæ *seu Margaritæ paulo post principium ita scribens*: Scire oportet, non paucas ex iis, quæ martyrum res gestas continent, narrationibus, ab initio fuisse adulteratas, ut quæ a gentilibus forte, aut ab hæreticis & profanis & veritatis intelligentia privatis viris corruptæ, & aut nugis & vanissimis ineptiis sordidatæ ac conspurcatæ, & evidentissimis dæmoniorum doctrinis pravæque ac sceleratæ mentis execrandis figmentis profanatæ, & ad Christi & Sanctorum ejus contumeliam compositæ fuerint. Et ideo fidem de cetero adeo labefactant, & tantum ei detrimentum afferunt, ut propterea ne verissimis quidem deinceps [quis] assentiatur; sed aut omnino ea rejiciat ac repudiet, aut, ut quæ sint dubia, despiciat aut ea minoris faciat. Quomodo etiam egregiæ virginis & martyris Marinæ quadam hostis nostri contumelia fuit adulteratum martyrium, veræ per passionem ejus narrationi, tamquam puro frumento, a communi omnium inimico injectis zizaniis: illo, inquam, dæmone, qui illic fingitur fuisse in medio ejus certamine & illius vocibus; adeo ut qui audiunt, attendentes quam sit ridicula & absurda dictio illa dæmoniaca, dubitent de ipso quoque martyrio egregiæ victricis Marinæ. Etenim qui adhuc vivos Christi martyres invasit, & eos morte afficiendi insatiabili tenebatur desiderio, nihil mirum, si postquam excesserunt ad agonotheram, & sunt pronuntiati victores, eorum gloriæ conetur insidiari per impios, qui falsa loquuntur, admiscens mendacia Sanctorum rerum gestarum commentariis.

rejicit liberi indicandi libertate.

55 *Pluribus, si opus foret, id demonstrare possem. Nam similia multa inveniuntur inter martyrum Acta vera, aut unquam scriptis, aut deperditis suppositæ, ut variis exemplis probat Baronius loco proxime citato. Statuet jam aequus rerum æstimator de Actorum nostrorum scriptore, quod placuerit: sive enim synchronus, sive suppar, sive multo posterior fuerit, sufficit nobis in eo insulsum commentum detexisse, quo totius scriptionis ejus fides non parum vacillat. Jam tempus est, ut ipsa Acta Græca quæcumque exhibeamus cum interpretatione nostra, in qua potius rem totam fideliter reddere, quam elegantius vertere voluimus.*

MARTYRIUM S. PHOCÆ

AUCTORE ANONYMO.

Ex Ms. Græco bibliotheca Vaticana codice 797, pag. 384, collato cum variis Mss. Latinis.

PROLOGUS.

Ἐπειδήπερ πολλάκις καὶ ἀπὸ τῆς καθόδου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἀόκνως ὁ φιλόστοργος καὶ ἰσχυρὸς καὶ ἰατρὸς ὢν, ποιμήν τε καὶ διδάσκαλος, θεός τε καὶ κύριος, τὸ περιβόητον καὶ ἀπόῤῥητον, ὅσιόν τε καὶ ἀμίαντον μυστήριον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἀμίαντα καὶ ἀκλινῆ ἀπαγγέλλοντες ἀπόστολοι παθηταὶ ὑπὲρ τοῦ διαβοηθῆναι, καὶ ἐπιδοξασθῆναι μυστηρίου, παρέδωκαν ἡμῖν τύπον τοῦ κυρίου παθημάτων, καὶ τὸ εἰς αὐτὸν πίστεως ἀμίαντα καὶ ἀκλινῆ· ἀναγκαῖον καὶ ἡμῖν ἐγένετο, πᾶσι καὶ παντὶ τῷ ἀμιάντῳ, καὶ περικαλλεῖ εὐδόξῳ πολιτείᾳ τοῦ ἁγίου ἀρτίως καὶ ἀθλήσεσι πλείοσιν ἐμμάρτυρον, ἐπὶ ὑπομνήμασι διὰ τοῦ δι' γραμμάτων ὑμῖν σημῆναι, ἀδελφοί, ἵνα μιμηταὶ γενόμενοι καὶ ἐκείνων ἀθλήσεως καὶ ἡμεῖς ἐφάμιλλοι ἐσώμεθα.

2 Μεμνημένοι γὰρ αὐτῶν τῶν διὰ πυρὸς, καὶ ξίφους, καὶ σταυροῦ, καὶ ποικίλων βασάνων, καὶ θηρίων διάλυσιν, σπαθισμῶν τε καὶ πολλῶν τραυλώσεων, γυμνούμεθα ἐπὶ πλείοσιν ἀγαθοῖς, καὶ χρείττοσιν αἰτίοις, οἷς χρὴ ἡμᾶς προσδοκᾶν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πολλῷ δὲ δήπου καὶ πλεῖον ἐπιδεικτικὸν, καὶ καπίμελλον ἀπὸ τῆς ἀνδραγαθίας καὶ ὑπομονῆς τοῦ μακαρίου

QUandoquidem sæpe, postquam etiam Salvator noster Jesus Christus, impiger, viscera habens misericordiæ ac potens medicus, pastor & magister, Deusque ac Dominus, præsentiam suam subtraxit per ascensionem, quæ est celebre & ineffabile sanctumque ac irreprehensibile mysterium eorum, qui spem sancte habent, ac per multam magnamque tribulationem, jejunia & persecutiones, fugam & perseverantiam, ignominiam & gloriam, contemptum & honorem, Christianorum sigillo signati sunt *a*; quandoquidem, inquam, sæpe sancti & irreprehensibiles ac ferme angelis æquales Apostoli, qui passi sunt pro celebri & glorioso mysterio, typum Passionis Domini & irreprehensibilis immotæque erga eum fidei nobis tradiderunt; necesse quoque nobis fuit, omnibus & ubique irreprehensibilem, pulcram, glorioſamque conversationem martyrum, qui sanctam virtutem pugnamque exercuerunt, in commentariis per litteras vobis significare, fratres, ut imitatores effecti nos etiam eorum certamen æmulemur.

Actus scriptionis, sua consummationis.

& 2 Recordantes enim vexationes & multa tormenta ipsorum per ignem, gladium, crucem, ferarum dissolutionem, ac varios cruciatus, excitamur propter plures bonos & optimos auctores, quibus nos oportet confidere apud Dominum nostrum Jesum Christum; multo utique manifestius propiusque per fortitudinem ac patientiam beati

aliorum Phocæ virtutes commemorat.

A Phocam, qui non solum in rogo & flagellationibus, ET MS. sed etiam in omni vita gravis ac purus virtutem exercuit, pre oculis semper habens Salvatorem Christum: Nam cum juvenis esset, non GRÆCO. est seductus a pernicioso serpente, sed sicut columba Domini, castus fuit & immaculatus, piasque a juventute omnibus innotuit. Etiam egenis rerum ad vitam spectantium non mediocriter subvenichat; divites vero admonebat, & omnia in omnibus simpliciter ab ipso serbant. Quæ autem ad illius certamen attinent, nullus hominum potuit juxta dignitatem conscribere. b Nos vero paucis ea, prout mens suggerit, declarare in animum induximus b.

Φωκᾶ, ὃς ἦ μόνον ἐπὶ τῆς πυρᾶς, ἀ τῶν αἰκισμῶν· ἀλλὰ γὰρ δὴ Ε περὶ ὃν ἐν τῷ βίῳ σεμνῶς ἀ ἁγνῶς νῦν ἀρετὴν ἐπολιτεύσατο, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων δι. ϗ σωτῆρα Χριστόν. Νέος μὲν γὰρ ὢν οὐκ ἠπατήθη ὑπὸ τοῦ λοιμώδους ὄφεως, ἀλλ' ὡς περιστερὰ καθαρὸς ἦν ἀ ἄσπιλος ἀπὸ παντός, ἀρετῆς τε ἀ τοῖς πᾶσι περιβόητος ἐγένετο. Καὶ γὰρ τοῖς μὲν ϗ βίου ἐνδείαν ἀ μεθ' ἱκανότητος ἦν, πλουσίοις δὲ παρῆν, Ε πάντα ἐν πᾶσιν ἀπλῶς ἐγένετο· τὰ γὰρ τῆς ἀπλότητος αὐτοῦ κατ' ἀξίαν οὐδεὶς ἀνδρῶν ἱκανῶς συγγράψαι. διὰ βραχέων δὲ, πῶς ἀ ὡς ὁ νῦς ἐπιβάλλει, σημανῶ προεθυμήθημεν.

ANNOTATA

a *Sensus hic Græce admodum prolixus quandam parit obscuritatem, quam utcumque diminuere conatus sum.*

b *Prologus in quibusdam codicibus manuscriptis deest; in aliis omnino ab hoc est diversus.*

CAPUT I.

B *Disputatio sancti Phocæ cum Africano Præfecto.*

MUltis e Christianorum grege abreptis, sicut aliquis pretiosum lapidem quærit cum amicis & cognatis suis, sic [gentiles] quærebant pium ac sanctum Pastorem. Cum vero Sanctus ductus esset ad tribunal, Africanus præfectus dixit; Illene est Phocas, qui dicit non esse deos, neque imperatorem Trajanum Deum? Nonne omnis hostilis natio per manus ejus interfecta est? Quis igitur alius Deus est? Phocas tacebat. Africanus præfectus dixit; Quid dicis ad hæc? Non respondes quidquam? Non nosti, quo veneris? Phocas dixit: Siquidem de Deo loquaris, est Deus in cœlis; si vero de homine loqueris, nihil omnino a me exspecta admittendum. Africanus dixit: Non sunt ergo imperatores dii? Phocas dixit: An non sufficit, Trajanum solummodo imperatorem appellari? Quin etiam insuperabile nomen sibi attribuit?

S. Phocæ captus & ab Africano interrogatus.

4 Africanus dixit: Christiani jam tibi procumbunt, tanquam Deo. Phocas dixit; Absit ut hoc in mentem veniat ulli homini: Nam homines in sanguine contaminati, in peccatis concepti, morti subjecti, verborum in vita prolatorum, conversationis & actionis, quam hic fecerint, debitores, & ad invisibilis Dei judicium deducendi, quomodo possunt tale nomen proprie gestare? Africanus dixit: Quomodo igitur fama de te usque ad imperatorem venit? Phocas dixit: Non ut de Deo, sed de homine, Dei [servo.] Unde non desero beneplacitum Apostolorum Dei. Quandoquidem illum, quem vides indignum episcopum, non tanquam Deum, ut tu dicis, sed ut pastorem rationalis gregis honorant. Cum tu etiam præfectus a Domino constitutus sis, an propterea Deus vocari vis? Africanus dixit; Scholasticis hic opus est, ut possint tibi contradicere. Phocas dixit: Si totius mundi scholasticos adduças, non invenientur digni, ut vel uni discipulorum Domini respondeant.

Cum dicat, homines non esse dicendi dii,

5 Dixit Africanus: Tali magistro crucifixo quis adhæret? Phocas dixit: Vide potius insuperabilem illius sapientiam: Nisi enim omni sapientia abundaret, & magis quam omnes sapientes (liquidem ab eo acceperunt) non esset scriptum: Deus sapientiam sapientibus. Et iterum: Comprehendens sapientes in astutia sua. Et: Perdam

Deus ibi Christi passionem adscivit,

Πολλῶν γὰρ σωιαρπαζόντων, ὡς ἀ ἀγέλης τῶν Χριστιανῶν, ὥσπερ τις πολύτιμον λίθον ἀναζητεῖ μετὰ φίλων αὐτῷ Ε συγγενῶν, οὕτως ἐζήτουν ϗ διώκειν Ε ὅσιον ποιμένα· τῶ δὲ Ἁγίῳ ἀχθέντος ἐπὶ τὸ βῆμα, Ἀφρικανὸς ἔπαρχος εἶπεν· Οὗτός ἐστιν Φωκᾶς, ὁ λέγων μὴ εἶναι θεούς, μήτε ϗ αὐτοκράτορα Τραϊανὸν θεόν; Ἢ οὐχὶ πᾶν πολέμιον ἔθνος ὑπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ διέφθαρται; Τίς οὖν ἕτερος θεός ἐστιν; Φωκᾶς ἐσιώπα. Ἀφρικανὸς ἔπαρχος εἶπεν. Τί λέγεις πρὸς ταῦτα; οὐκ ἀποκρίνεις αὐτοῖς, οὐκ οἶδας, ποῦ ἥκεις; Φωκᾶς εἶπεν· Εἰ μὲν περὶ θεοῦ σε λέγειν, ἐστὶν θεὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· εἰ δὲ περὶ ἀνθρώπου λέγεις, μηδ' ἔλως προσδέχου τι παρ' ἐμοῦ ἀποδέχεσθαι. Ἀφρικανὸς εἶπε· Οὐκ εἰσὶν οὖν οἱ αὐτοκράτορες θεοί; Φωκᾶς εἶπεν· Οὐ μόνον γὰρ ἐως νῦν ἄρχεται Τραϊανὸς βασιλεὺς ἄγειν, ἀλλὰ ϗ τὸ ἀνυπέρβλητον ἑαυτοῦ ὄνομα περιτίθησιν;

4 Ἀφρικανὸς εἶπεν· Σοὶ ἤδη οἱ Χριστιανοὶ προσκυνοῦσιν ὡς θεῷ; Φωκᾶς εἶπεν· Μὴ γένοιτο τοῦτο ἐν τῇ καρδίᾳ μηδενὶ ἀνθρώπῳ· ἄνθρωποι γὰρ ἐν αἵματι πεφυρμένοι ϗ ἐν ἁμαρτίαις μεμιγμένοι, ϗ θανάτῳ ὑποκείμενοι Ε χρεωφειλέται λόγων ϗ ζωῆς, ϗ ϗ πολιτείας, ϗ ϗ πράξεως, ἃς ἐνθάδε ἐπράξαν, Ε ὑπὸ κρίσιν θεοῦ ἀοράτου πολιτευόμενοι, πῶς δύνανται τὸ τοσοῦτον ὄνομα κυρίως φορέσαι; Ἀφρικανὸς εἶπεν· Πῶς οὖν ἡ περί σε φήμη ἔως τοῦ αὐτοκράτορος ἦκεν; Φωκᾶς εἶπεν· Ἀλλ' ὡς θεῷ, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ θεοῦ, ὅθεν οὐκ ἀναυτομολῶ ϗ τῶν ἀποστόλων τοῦ θεοῦ διδασκάλου· ἐπεὶ ϗ αὐτὸν, ὃν ὁρᾷς οὐκ ἄξιον γενόμενον ἐπισκοπεῖν, οὐχ ὡς θεόν, ἀλλὰ σὺ λέγεις, ἀλλ' ὡς ποιμένα λογικῆς ποίμνης τιμῶσιν· Ἢ, ἐπειδὴ ϗ σὺ ϗ ἔπαρχον παρὰ τοῦ κυρίου ἐπίσταλθης παρὰ τοῦ Θεοῦ καλεῖσθαι θεός; Ἀφρικανὸς εἶπεν· Σχολαστικῶν χρεία ἐστίν, ἵνα δύνανταί σοι ἀντιλέγειν. Φωκᾶς εἶπεν· Εἰ τὸ κοσμικὸν παντὸς τοὺς σχολαστικοὺς ἀγαγοις, οὐκ ἂν ἄξιοι εὑρεθεῖεν πρὸς σὲ ϗ τοῦ κυρίου μαθητὴν ἀποκρίνεσθαι.

Deus ibi Christi passionem adscivit.

5 Ἀφρικανὸς εἶπεν· Τοιούτῳ διδασκάλῳ τίς προσέχει ἐσταυρωμένῳ; Φωκᾶς εἶπεν· Ὅρα ταῦτα μᾶλλον ϗ ἀνυπέρβλητον αὐτοῦ σοφίαν· τιμᾷ γὰρ πᾶσιν ὁ σοφίας ὑπερβολὴ, μᾶλλον δὲ Ε πᾶσιν οἱ σοφοὶ (εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ ἔλαβον), οὐκ ἂν ὁ γεγραμμένον· Ὁ δοὺς σοφίαν τοῖς σοφοῖς· Καὶ πάλιν· Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν· Καὶ, ἀπολῶ τὴν

A τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν συνέσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. Ἀρα γε ἐπιγινώσκεις, ἃ λέγω; Ἀφρικανὸς εἶπεν. Μὴ γάρ σοι περὶ νόμου, ἢ συζητήσεως ἀπεστάλην λέγειν, ἀλλὰ περὶ πειθαρχίας τῆς νόμων βασιλικῶν. Φωκᾶς εἶπεν· ἐγώ σοι περὶ νόμου καὶ ἀοράτου Θεοῦ λέγω, καὶ οὐ πείθω σε· σὺ δέ μοι περὶ ἀνθρώπου ἀδίκου, καὶ ὁμοιοπαθοῦς μοί, ὃς σήμερον μετ' ἐμοῦ ἐστιν, αὔριον δὲ ἀποθνήσκει, καὶ ὠφελόντως καλέσαι, καὶ μὴ κακέσαι. Ἀρα γε πεῖσαί με δυνηθείης; Ἀφρικανὸς εἶπεν· Τὴν πολύτροπον, καὶ πολυποίκιλόν σου πᾶσαν λέξιν ῥῖψας ἀπὸ σου, φιλοσόφησον περὶ τῆς τῆς ζωῆς ἀληθείας· ἵνα μὴ μετ' ἀναγκάσω διὰ πολλῶν ἀναγκῶν πεῖσαί σε.

6 Φωκᾶς εἶπεν· Ἐπὶ καλὸν δεῖπνον καλέμενος ἔρχομαι, καί τοι τῆς ὥρας ἤδη προβεβηκυίας. Ἀφρικανὸς εἶπε· φονεῖς καὶ φαρμακοὶ, οἳ οὐκ ἄξιοί εἰσιν οἴκτου, ζῆν αἰτοῦσιν, καί σου ἡ πλείστη σοφία καὶ φρόνησις εἰς μωρίαν ἀποθυῆσκειν βούλεται; Νῦν τὸν ἥλιον, πολλὰ καὶ Ἀριστοτέλους σοφώτερος εἶ. Φωκᾶς εἶπεν· φιλόσοφον οὐκ αἰσθάνομαι, ἀλλὰ φιλόχριστος
B εἶναι θέλω· τοῦτον γὰρ καὶ κύριόν μου, καὶ Θεόν μου καὶ βασιλέα γνωρίζω. Ἀριστοτέλης μὲν γὰρ φιλοσοφίαν καινὴν, καὶ ἀπατηλὴν ἐδίδαξεν· Χριστὸς δὲ θεολογίαν, καὶ πολιτείαν ἐνάρετον, σωφροσύνην τε, καὶ ἐγκράτειαν, δικαιοσύνη τε καὶ ἀθανασίαν τοῖς πιστεύουσιν ἐν αὐτῷ ἐχαρίσατο τῷ μόνῳ σοφῷ Θεῷ. Ἀφρικανὸς εἶπεν· Καταδηλον ἐποίησας τὴν σεαυτοῦ λυσσαν, ἐσταυρωμένῳ προσέχων. Φωκᾶς εἶπεν· Ἀμέλει, οὐ γὰρ ἐστι τὸ σκανδαλίζον ὑμᾶς· γέγραπται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ· Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρία· ἡμῖν δὲ τοῖς πιστοῖς Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

7 Ἀφρικανὸς εἶπεν· ἔστιν οὖν Θεὸς ἐσταυρωμένος; Φωκᾶς εἶπεν· εἰ δὲ θεοὶ, καὶ θεαὶ λίθινοι χειροποίητοι; Τὰς γὰρ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὁδοὺς, οὐδεὶς ἀνθρώπων σαρκοφορῶν ἐξιχνιάσαι δύναται. Ἀφρικανὸς εἶπεν· ἀνάνηψον καὶ θέασαι πόλον, καὶ φωσφόρον ἥλιον, μείνην, καὶ ἀστέρων διαφοράς, ἅπερα ἀπολείπειν θέλεις· Φωκᾶς εἶπεν· ὁρᾷς πόλον καὶ δαδοῦχον ἥλιον, μείνης τε καὶ ἀστέρων θέσεις, καὶ τούτων διαστολὴν καὶ κατανοεῖς, οὐδὲ σκάζεις· ἡ γὰρ ἥλιος σελήνην ἐποίησεν, ἢ δὲ σελήνη ἄστρα; ἀλλὰ πάντα τὰ ὁρώμενα ἐν λόγῳ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ γεγένηται· Ἀφρικανὸς εἶπεν·
C πάλιν οὖν καὶ τὸν φωσφόρον καὶ τὸν οὐρανὸν ὑπὸ ἄλλου γεγενῆσθαι φάσκεις, καὶ μὴ δεῖν αὐτοῖς ὑπήκειν; Φωκᾶς εἶπεν· μὴ γένοιτο τὰ στοιχεῖα θεοὺς καλεῖσθαι. Ἀφρικανὸς εἶπεν· δεῖξον οὖν μοι τὸν Θεόν σου, κἀγὼ τὸν αὐτοκράτορα πείθω. Φωκᾶς εἶπεν· ἀπροϊπόν σοι περὶ ἀοράτου Θεοῦ; ὃς γὰρ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν καθέζεται, πῶς ἀνθρώπῳ ὀφθῆναι δυνατόν; εἰ δὲ θέλεις γνῶναι Θεόν, παρακολούθει τοῖς ὁρωμένοις· οὐρανὸν ὁρᾷς, ἥλιον, σελήνην, καὶ ἄστρα καὶ νέφη, ἀλλ' οὐχ ὅτι θέλει οὐρανὸς βρέχει, ἀλλ' ὅταν κελεύηται· ἥλιος οὐχ ὅτι θέλει ἐκπυροῖ, ἀλλ' ὅταν κελεύηται· μείνη καὶ ἄστρα οὐχ ὅτε θέλουσιν καταυγάζουσιν, ἀλλ' ὅταν ἐπιτάττονται, καὶ ἁπλῶς ἕνι ἑκάστῳ ὑπὸ τῆς ἀνωθεν προνοίας στρατηλατοῦμαι).

8 Τοῦτον οὖν Θεὸν γινώσκειν χρὴ, καὶ προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν, ὃν εἶπόντα διὰ τῶν προφητῶν· Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω. Ἀφρικανὸς εἶπεν· τίς οὖν ἐστιν ὁ ἐπὶ πᾶσιν τοῦτον Θεὸς ὁ ἐσταυρωμένος; Φωκᾶς εἶπεν· σὺ μὲν τὸ πάθος αὐτοῦ ἀκήκοας, τὴν δὲ δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ οὐ καταυοεῖς· πόθεν δέ σοι ἐπῆλθεν καὶ τὸ ἐσταυρωμένον ὁμολογεῖν, καὶ τοῦτο γάρ σοι μέγα· εἰ θέλεις δὲ πιστεῦσαι, λαβὲ τὰς θεοπνεύστους γραφὰς, καὶ γνῶθι τὸν κτίσαντά σε, καὶ τὸν αὐτοκράτορά σου, καὶ τότε γνώσῃ,

Julii Tomus III.

sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. An cognoscis quæ dico? Africanus dixit: Non sum missus, ut tecum loquar de religione aut inquisitione, sed de obedientia magistratui & legibus imperatoris præstanda. Phocas dixit: Ego tibi de lege & invisibili Deo loquor, & non persuadeo tibi, tu vero mihi loqueris de homine iniquo, & similibus, quibus ego, passionibus subjecto, qui hodie quidem est, cras autem moritur; & utinam optime & non pessime. Num persuadere mihi possis? Africanus dixit: Artificiosam & multifariam] hanc tuam locutionem a te abjicias philosophare de veritate ad vitæ conservationem, ne me cogas per multas pœnas persuadere tibi. EX MS. GRÆCO.

6 Phocas dixit: Abeo [tamquam] ad bonam cœnam vocatus, quando etiam hora jam sero est provecta. Africanus dixit: Homicidæ & malefici, qui non sunt digni commiseratione, vivere obtestantur; & tua tanta sapientia & prudentia ad stultitiam persuasa mori vult? Per solem, utique Aristotele sapientior esses. Phocas dixit, E Philosophus esse dedignor, sed Christi amator esse volo: hunc enim Dominum meum & Deum meum ac regem agnosco. Aristoteles quidem philosophiam novam & fallacem docuit; Christus vero theologiam, ac conversationem virtute præditam; & dedit temperantiam, continentiam pietatem ac immortalitatem iis, qui per ipsum credunt soli sapienti Deo. Africanus dixit: Manifestam facis tuam stultitiam Crucifixo adhærens. Phocas dixit: Certe: hoc namque est, quod vos scandalizat: scriptum est enim in lege: Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia; nobis vero fidelibus Christus est Dei virtus & Dei sapientia. *respondet;*

7 Africanus dixit: Estne igitur Deus, qui crucifixus est? Phocas dixit: Suntne dii & deæ, qui lapidei manibus facti sunt? Nam Christi Jesu vias nullus hominum carnem ferens investigare potest. Africanus dixit: Ad mentem redi, & aspice polum, luciferum solem, lunam, & astrorum differentias, quæ omnia deficere vis. Phocas dixit: Vides polum & prælucentem solem, lunæque & astrorum positiones, & eorum Dominum non agnoscis, neque assequeris: non enim sol lunam fecit, neque luna stellas; sed hæc omnia visibilia in verbo Dei & Christi facta sunt. Africanus dixit: Iterumne ergo solem & cælum ab alio factum, iisque non obtemperandum esse dicis? Phocas dixit: Absit, ut elementa dii vocentur. Africanus dixit: Ostende ergo mihi Deum tuum, & ego imperatori persuadebo. Phocas dixit: Nonne præfatus sum tibi de invisibili Deo? Qui enim super cælos sedet, quomodo ab homine videri potest? Si vis nosse Deum, assequere visibilia. Vides cælum, solem, lunam, stellas, & nubes. At non, quando vult, cælum pluit, sed quando jubetur. Sol non, quando vult, calefacit, sed quando jubetur. Luna & stellæ non lucent, quando volunt, sed quando jubentur; & simpliciter unumquodque a superiori providentia velut in exercitu gubernatur. *& præsses vetare esse idola,* F

8 Hunc ergo Deum oportet agnoscere, adorare & glorificare, qui dixit per Prophetam: Ego occidam & vivere faciam. Africanus dixit: Quis igitur demum est hic Deus crucifixus? Phocas dixit: Tu quidem passionem ejus audisti, sed virtutem resurrectionis ejus non intelligis. Unde autem tibi evenit, ut etiam crucifixum fatearis: nam & hoc tibi magnum est. Si velis credere, cape scripturas a Deo inspiratas & agnosce tuum & imperatoris tui creatorem; & tunc scies, *ostendit Christum esse Deum.*

A *Sortis judicio relinquens innuit, non esse distinguendos* Phocas Sinopenses. *Verum hæc negativa viri* AUCT. *ceterequin eruditi argumentatio nihil me movet.* G. C. *Quid enim, obsecro, vetat aliquem sanctum laudari, quamvis in eadem civitate colatur alius synonymus, omnibus notissimus, majori etiam dignitate ornatus, de quo tum temporis in panegyri altum est silentium? Scopum suum prosecutus est doctissimus Asterius, qui erat,* S. Phocam *alterem laudibus extollere, cujus tum forte dies anniversaria, vel reliquiarum translatio, vel aliud denique festum solenniter celebratur, ut ex ipso orationis exordio non obscure colligi potest.*

addellit ex hujusdem exemplar. 16 *Nonne quotidiana nos docet experientia, idem fieri ab oratoribus nostris? Quis enim S. Petrum martyrem Cordubensem laudibus exornans, alterius S. Petri, in eadem urbe martyris solet meminisse? Norunt tamen Cordubenses utrumque martyrem, & accurate distinguunt, quamvis ambo Cordubæ circa eadem tempora ab eadem gente Christiano nomini infesta in odium fidei occisi sint. Sic*
B *Mediolanenses in eadem urbe sua colunt duplicem sanctum Eustorgium, temporibus & rebus gestis plurimum discrepantem. Si operæ pretium foret, innumeris exemplis ea res confirmari posset. Unum pro multis proferam. Romæ, præter Paulum Apostolum, quotannis colitur S. Paulus, qui cum Joanne in propria domo, postea in ecclesiam conversa, sub Juliano apostata ob Christi fidem interfectus est. Hic longe celebriorem cultum nactus est, quam alius S. Paulus martyr & episcopus, quem etiam Romæ sub Decio martyrii laurea coronatum esse tradunt antiqua monumenta, tametsi propria ejus Acta interciderint. Certe Paulus episcopus differt ab altero Paulo, in eadem urbe Romana martyre; & tamen in posterioribus Actis SS. Pauli & Joannis de priori Paulo episcopo nulla fit mentio. Comparet hæc inter se studiosus lector, & videbit rem in duobus Sinopensibus Phocis non adeo esse dissimilem. Sed ad hoc Tillemontii argumentum plus quam satis.*

Elogium S. Phocæ martyris Antiocheni. 17 *Ut opinio mea de tribus distinctis Phocis magis confirmetur, clariusque intelligatur, prope quasi sub uno aspectu singula de singulis Sanctis synonymis elogia. Primum occurrit apud S. Gregorium Turonensem lib. de glor. Mart. cap. 99.* Focas, *inquit*, quoque martyr, & ipse his martyribus regione (*de Syria eum loqui ex antecedentibus & consequentibus colligitur*) con-
C junctus, apud Syriam requievit, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumpharit, hodieque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis coluber morsum stringens venena diffuderit, extemplo, qui percussus est, ut januam atrii, quo Martyr quievit, adtigerit, compresso tumore, evacuata virtute veneni, salvatur. Ex quibus nonnulli, ut celebre vulgatum est, jam tumidi malæ bestiæ ictu, jam toto corpore incrassante veneno, in hoc perflati, ut spiritum exhalarent, inter manus delati, & in atrio positi, sunt sanati. Nec umquam ob hoc virus obire hominem fas est, si sacrum limen fide plenus adtigerit. *Nihil horum vel Asterius de suo* Phoca *hortulano, vel Græci Latinique de* Phoca *episcopo Sinopensi prædicant. Cum vero plurima miracula de utroque referant, quis eos tam continuum manifestumque venena pellendi miraculum omissuros fuisse credat? Ob has aliasque rationes supra expositas, alius mihi est ille* Phocas *Syrus a duobus Pontiois.*

18 *Pergamus ad* Phocam *episcopum Sinopen-* D *sem. In synaxario nostro Ms., jussu Basilii imperatoris collecto, invenio die* XXII *Septemb. sequens elogium, postea Græcis typis excudendum, quod hic interim in linguam Latinam fideliter transfero. Titulus talis est:* Certamen sancti hieromartyris Phocæ episcopi Sinopes. *Dein subjungitur.* Christi hieromartyr Phocas erat sub imperio Trajani, natus & educatus in civitate Sinope. Puer existens accepit a Deo miraculorum dona. Nam dæmones fugavit, mortuos suscitavit, & naves periclitantes servavit. Profectus vero Sinope in civitatem Amasæam, similia effecit. Deinde venit Amisum, etiam ibi miracula patrans & multos confirmans in fide Christi. Post hæc reversus Sinopem episcopus illius electus est, & per miracula multos gentilium ad Christum convertens baptizavit. Dein interpretatus est ex columba transitum suum: vidit enim in somnio columbam venientem & sedentem super caput suum, ac sibi porrigentem coronam etiam dicere: Accipe Phoca symbolum finis tui. Paulo post mittens imperator Trajanus comprehendit illum, &, cum prius multum cruciasset, demum capite minuit, ac dein igni tradidit.

Compendium vitæ S. Phocæ Sinopensis episcopi.

19 *Tertium* Phocam *nempe alterum multis* E *describit S. Asterius. Ejus historiam ex Asterio contractam, tradunt Græci in Menæis, & in Menologio per Combefisium edito sic eam persequuntur. Titulus est:* Memoria sancti Phocæ hortulani. *Tunc sequitur:* Erat hic natus ex urbe Sinope, antiqua ac nobili, in ea provincia. Ejus studium erat horti cultura, cui vacabat; exercensque, quæ suppetebant, apponebat communia. Sed & animi cultum plurisfaciebat. Propterea non diu latuit, sed ut verus Christi servus, delatus est imperatori. Cum igitur venissent satellites, apud eum ipsum, quem quærebant, diversati sunt. A quibus ille, cum benigne acceptos refecisset, quærebat, quinam essent, ac qua de causa in eam urbem venissent. Illi porro arcanum declarant, ut scilicet Phocam ad supplicium quærent. Audivit Domini famulus, præparatisque opportunis ad sepulturam, se ipsum quærentibus manifestum fecit. Obstupuerunt illi animis. Is vero ulterius rogabat, ut quod jussi erant, audacter præstarent. Itaque capite obtruncatus, gratum Deo sacrificium oblatus est. *Vide hic* F *triplicem* Phocam, *ut opinor, distinctum. Jam sancti præsulis Sinopensis, quem hoc die cum Martyrologio Romano illustrandum suscepimus, cultum stabilimus, ex quo etiam jam memorata* Phocarum *distinctio majorem lucem confirmationemque accipiet.*

§ III. Cultus, reliquiæ, & miracula Phocæ Sinopensis episcopi.

S. Phocam episcopum Sinopensem memorant variatam gentium Menologia.

Sacra omnium pene gentium monumenta hunc sanctum martyrem nostrum commemorant. Kalendarium Copterum die XII *septembris sic habet:* Martyris Phocæ discipuli Joannis. *Puto hic indicari S. Joannem Evangelistam, cujus discipulus esse potuit, si temporis ac loci vicinitatem spectes. Nihil tamen assero, quia in antiquis scriptoribus de hac re nil reperio, & nescio unde Copti hoc ceperunt. Menologium Sclavo-Russicum sic eam memorat:* S. Hieromartyris Phocæ anno CII. *De epocha*

Digitized by Google

A *epocha, hic a Ruſſis determinata, quid judicandum ſit, poſtmodum dicemus. Index in Typicum S. Sabæ, index in Menæa excuſa, Horologium Parvum & Majus, verbo omnes ſacri Græcorum. Faſti ſive impreſſi ſive manu ſcripti habent aliquem hujus ſancti Martyris commemorationem.*

21 *Latini pari conſenſu S. Præſulem noſtrum celebrant. Hieronymianum Martyrologium ſic annuntiat*: S. Foci epiſcopi. *Romanum Parvum*: Apud Pontum Phocæ epiſcopi civitatis Synopis. *Bedæ a Flore auctus.* S. Phocæ epiſcopi Ponti, qui ſub Trajano imperatore, præfecto Africano, carcerem, ungulas, ferrum, ignem etiam pro Chriſto ſuperavit, cujus reliquiæ in baſilica Apoſtolorum in Gallia civitate Vienna habentur. *Ado in Martyrologio ſuo eadem omnia habet, præterquam quod diſtincte addat, eum fuiſſe epiſcopum* civitatis Sinopis. *Adonem ita contraxit Uſuardus*: Apud Pontum natalis beati Focæ epiſcopi civitatis Sinopis, qui ſub Trajano imperatore carcerem, vincula, B ferrum, ignem etiam pro Chriſto ſuperavit. *Wandelbertus hoc carmine ſanctum Martyrem noſtrum exornat*:

Antiſtes pridie & martyr petit æthera Phocas.

Omitto recentiores Martyrologos, qui ſua ex iiſdem fontibus hauſerunt. Non obſervo etiam varias nominis effigiationes & codicum variationes, quas curioſus quilibet invenire poterit hac die inter Auctaria Uſuardi, non ita quidem ſatis magno labore illuſtrati.

22 *Jam vidimus Bedam ſeu potius Florum in hujus Martyris & epiſcopi commemoratione etiam meminiſſe reliquiarum, quæ* in baſilica Apoſtolorum in Gallia civitate Vienna habentur. *Eadem habet Ado in Martyrologio ſuo; in Chronico autem ad annum Chriſti* 101 *ita ſcribit.* Illis temporibus apud Pontum, Sinopis civitatis epiſcopus Focas glorioſiſſime martyrium duxit, cujus ſacratiſſimæ reliquiæ translatæ ſunt in Galliam in civitatem Viennam, ibique in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum repoſitæ. *Non capio, quomodo poſt adeo antiqua & manifeſta Flori atque Adonis epiſcopi Viennenſis teſtimonia, Petrus de Natalibus lib. 6 cap. 98 Phocæ noſtri paſſionem enarrare ſcribere potuerit ſequentia.* Corpus autem ſancti Martyris in Galliam civitatem Armeniæ delatum, ibidemque ſepultum eſt.

23 *Ut is error manifeſtius pateat, ſubdo Bullam* Innocentii IV *Romani Pontificis inter Mſſ. Nicolai Chorier inventam, cujus etiam ipſe meminit in libello impreſſo de antiquitatibus Viennenſibus. Bulla autem eſt tenoris ſequentis:* Innocentius ..... Abbati & conventui monaſterii S. Petri foras portam Viennenſem ..... Licet is, de cujus munere venis, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, & abundantiæ pietatis ſuæ, quæ meritæ ſupplicium excedit & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum & quaſi quibuſdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ apteriores. Cum igitur, ſicut nobis exponere curaviſtis, dilecti filii noſtri H. (*Hugo*) S. Sabinæ, & Willermus baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbyteri Cardinales olim B. Phocæ martyris & pontificis corpus, quod in monaſterio veſtro conditum fuerat, nobis mandantibus, revelarunt; Nos D cupientes, ut monaſterium veſtrum ob ipſius AUCT. Sancti reverentiam congruis honoribus fre- G. C. quentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui monaſterium ipſum in anniverſario die revelationis Sancti prædicti venerabiliter viſitarint, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, XL dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lugduni x Kal. Apr. Pontificatus noſtri anno VII. *Harum indulgentiarum ab Innocentio IV conceſſarum etiam meminit Joannes a Boſco in Antiquitatibus Viennæ ſacræ & profanæ ex Bibliotheca Floriacenſi pag.* 23. *Datæ ſunt anno* 1250.

24 *Breviarium Viennenſe impreſſum anno* 1522 *in Rubricis Sanctorum menſis Julii ita præſcribit*: S. Foce epiſcopi & martyris. Fiat, ut in communi. Oratio. Præſta quæſumus Omnipotens. *Puto tunc celebrari ipſius feſtum* XIV *Julii, quamvis dies non apponatur. In Ordine autem Sanctorum Viennenſis eccleſiæ manuſcripto, quem P. Chiffletius ad nos miſit, lego ſequentia ad diem* XIII *Januarii.* Translatio reliquiarum S. Pho- E cæ epiſcopi & martyris de civitate Sinopis Ponti Aſiæ minoris apud Viennam Galliæ urbem. Quæ recondita in baſilica Apoſtolorum ad hæc uſque tempora plenæ miraculis venerantur. Eapropter Joannes Quartus (*forte deſcribentis error eſt pro Innocentio Quarto*) quadraginta dies indulgentiarum pie viſitantibus eaſdem ipſa die annis ſingulis recurrente miſericorditer eſt elargitus. *Conſtat, hæc omnia ſpectare ad Phocam epiſcopum Sinopenſem. At dubium eſt, de quo Phoca agat S. Chryſoſtomus, dum ejus reliquias ſuo tempore ſolenni pompa translatas teſtatur in editione noſtri Frontonis Ducæi, homilia* 71. *Titulus autem homiliæ hic eſt*: De ſancto hieromartyre Phoca .. *Dein talis eſt orationis exordium*: Splendida nobis heſterno die facta eſt civitas, ſplendida & illuſtris; non quia columnas, ſed quia martyrem habuit cum pompa incedentem, qui ad nos ex Ponto advenit. *Ex quo ſatis colligitur eum loqui de alterutro Sinopenſi* Phoca, *utpote cujus ſacra ipſamet* ex Ponto *advecta ſint.*

25 *Tota difficultas eſt, an* Phocæ *epiſcopo an bortulano hæc ſint adſcribenda. Difficultatem auget, quod S. Aſterius in oratione de Phoca bortulano ſic affirmet*: Multis locis diviſæ reliquiæ integram ubique ter beato viro nominis ſervant claritatem. *Suſpicatur quidem Frontо Ducæus noſter in Notis ad hanc orationem, S. Chryſoſtomum agere de* Phoca *epiſcopo, quia in inſcriptione tractatus dicitur ἐπὶ τοῦ ἁγίου, quo titulo ſæpius epiſcopi aut presbyteri martyrio exornati a Græcis inſigniuntur. At hæc ſuſpicio tam incerto fundamento nixa, certum judicium a me extorqueri non poteſt: nam, præterquam quod titulum ἐπὶ τοῦ ἁγίου videam præfixum* Phocæ *bortulano in editione Combefiſiana & in Codice Regio, experientia, quamvis non diuturna, me docuit, hoc nomine etiam a Græcis compellari martyres, nulla dignitate eccleſiaſtica conſpicuos. Itaque ſolidarum rationum pondere deſtitutus in neutram partem inflecti poſſum, & litem hanc indeciſam cogor relinquere.*

26 *Nec certius definire mihi licet, an ad Sanctum noſtrum epiſcopum ſpectent ea, quæ Cedrenus, Porphyrogenitus, Chalcondylas aliique hiſtorici Græci tradiderunt de variis templis monaſteriiſque in S. Phocæ honorem exſtructis. Jam initio*

F

Dubium eſt, de cujus S. Phocæ reliquiis agat S. Chryſoſtomus.

& ad quem ſpectent ea, quæ Cedrenus, Porphyrogenitus &c. de variis templis in honorem ejus exſtructis.

Reliquiæ ejus in Galliam translatæ ſunt.

Bulla Innocentii IV de reliquiis S. Phocæ.

& antiquiores Martyrologi Latini.

A initio ſæculi VI, *Conſtantinopoli monaſterium S.* AUCT. G. C. *Phocæ nomine inſignitum exſtitiſſe patet ex eo, quod Julianus* Ἀρχιμανδρίτης τῶν ἐν ὁσίοις Φωκᾶ *ſubſcripſerit libello monachorum ad ſynodum ſub Hormiſda. Monaſterii autem a Baſilio Macedone in ſancti* Phocæ *honorem exſtructi ac dotati meminit Anſelmus Banduru in Antiquitatibus Conſtantinopolitanis tom. 2, lib. 3, pag. 733, hæc Porphyrogeniti verba citans:* In Steno quoque, cervice ſcilicet Euxini, S. Phocæ ædem venerandam admodum, pie religioſeque ab ſe ædificatam; & in monaſterium Deo gratum converſam, nec non ſtructuris atque poſſeſſionibus abunde ditatam cœtui piorum monachorum, a ſe collecto, donavit, & officinam animorum medicam eſſe deſignavit. *Franc. Ducæus noſter loco antea citato refert ex Chalcondyla, templum S. Pochæ prope Trapezuntem fuiſſe dictum. At in his nullam invenio notam characteriſticam, ex qua poſſim dignoſcere, cui ex tribus ſanctis ſynonymis is honor delatus ſit.*

B 27 *Caniſius Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4, pag. 133, ita ſcribit:* S. Phocæ martyris, cujus feſtum colunt Græci XXII Septembris, ædem in Milio, loco nuncupato Dihippio ædificavit Phocas tyrannus; quam priuſquam tegeret, interfectus eſt ab Heraclio, qui hanc poſtmodum ſancto Joanni Theologo dicavit. *Ex his colligo ſaltem de alterutro Sinopenſi martyre hic ſermonem eſſe, cum amborum feſtum Græci colant XXII Septembris. Videndum modo eſt, an aliunde nihil lucis afferri poſſit, ut hanc ſacram ædem, ab imperatore Phoca in Sancti ſibi ſynonymi honorem inchoatam, epiſcopo noſtro Sinopenſi vindicemus. Invenio in Supplemento ad Menæa excuſa collecto ex Synaxario Sirmondi & Mi. Chiffletii poſt breve S. Phocæ Sinopenſis epiſcopi elogium hæc verba:* Τελεῖται δὲ αὐτῷ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐν-δοξοτάτῳ ἁγίου ναοῦ τοῦ παναγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. *Quod ita interpretor:* Celebratur autem ejus feſtivitas in ſanctiſſimo illius martyrio *(martyrium hic locus eſt, in quo martyr aliquis colitur* (quod eſt intra ſanctum templum glorioſi Apoſtoli & Euangeliſtæ Joannis Theologi prope ſanctiſſimam magnam eccleſiam. *Templum vero S. Joannis Theologi* ἐν τῷ διππίῳ *ſitum fuiſſe, Menæa, Synaxaria & hiſtorici Byzantini teſtantur. Ex his itaque ad invicem comparatis videor prudenter poſſe concludere, in hac æde ſancto Joanni ſacra* Phocam *Sinopenſem epiſcopum cultum fuiſſe.*

C 28 *Pancirolus in Theſauris abſconditis Almæ urbis Romanæ pag. 367 dicit, corpus S. Phocæ Romæ in eccleſia S. Marcelli ſervari, illudque ibidem anno 1594 a Clemente VIII viſitatum fuiſſe. Vix dubito, quin reliquiæ Romanæ ſint S. Phocæ Sinopenſis bortulani, cum S. Aſterius teſtetur, ſacrum cujus martyris caput magno populi Romani concurſu, & inſignis pulcritudinis templo honoratum fuiſſe. Cenſet quidem Baronius, hæc ab Aſterio* hyperbolice *dicta eſſe, ac Phocæ martyri Antiochæno tribuenda. Forte judicat, hic S. Aſterium hyperbole uſum fuiſſe, quia cultus adeo celebris templique adeo pulcri nulla jam Romæ ſuperſunt veſtigia. Saltem ego S. Aſterio id diſerte de ſuo olitore affirmanti contradicere non auſim. Certe diligentiſſimus antiquitatis indagator Holſtenius in Animadverſis ad Martyrologium Romanum S. Aſterii aſſertionem tuetur, atque hæc non de Phoca Antiochæno, ſed Sinopenſi eſſe intelligenda; neque S. Præſulem hyperbolice locutum fuiſſe, cum fuerit Romæ eccleſia S. Phocæ adhuc tempore Gregorii VII Papæ. Conſonat Holſtenio Florentinus Martinellus in Roma ſacra pag. 386, ubi citato S. Aſterii teſtimonio hæc ſubnectit:* Baronius .... rhetorica amplificatione hoc dictum exiſtimat; ſed Breve Gregorii VII conceſſum monaſterio S. Pauli de Urbe, eccleſiæ S. Phocæ meminit, quæ olim fuerat juris ſancti Anaſtaſii. *Verum cum hæc ad epiſcopum noſtrum non ſpectent, non diutius iis immoremur.*

D

29 *Nunc diſcutiendum, utrum ad S. Phocam epiſcopum Sinopenſem pertineant miracula erga periclitantes nautas exhiberi ſolita, quibus Græci illum exornant in Officio ſuo eccleſiaſtico. Feſta ipſius luce ita canunt ad Veſperas trop. 3.* Orbem univerſum miraculorum radiis illuſtras. Quotidie, pater, auxiliaris verſantibus in mari. Fugas morbos, animæ & corporis infirmitates tollis accepta a Domino gratia, martyr Phoca beatiſſime. *Deinpoſt Cathiſma:* In te habitans ſpiritus gratia uberem te multarum gratiarum fontem, o Phoca, fecit. Quare etiam, pater, quotidie auxiliaris vectoribus, tuam fide exquirentibus opem: cum quibus etiam nobis propitiationem tribuas divina pollens ſapientia. *Denique præter alia ſimilia, quæ brevitatis cauſa omitto, ſic erant in Exapoſtilario:* Præſulum ſummitas ac victorum decus, Phoca, magnuſque in mari jactatis defenſor, te laudantes, vir beate, ſalva. *Hæc Græci ſatis pie, ſi ſatis vere. Sed ut mentem meam candide aperiam, niſi Deus utrumque Phocam Sinopenſem miraculis erga naufragantes illuſtrem fecerit, ſuſpicor hæc Phocæ epiſcopo per errorem eſſe adſcripta: Nam non poſſum Græcis, qui hæc Officia compoſuerunt, utpote recentioribus, & ſæpe in hiſtoriam eccleſiaſticam impingentibus, tantam fidem adhibere, quantam S. Aſterio, qui a Phoca bortulano hæc præſtita nautis beneficia jam abhinc multis ſæculis commemorat.* *Miracula nautis præſtari ſolita,*

E

30 *Putem ego ſimplices nautas non ita exacte inter duos Phocas Sinopenſes diſtinxiſſe, ſed fama miraculorum motos, ut fieri in vulgo ſolet, Phocam* θαλασσοθαυματουργὸν *in maris periculis invocaſſe, illiuſque opem ſenſiſſe, ſive is eſſet Phocas epiſcopus, ſive bortulanus, quod ipſos non multum curaſſe crediderim. Imo forte idem Sinope accidit, quod Romæ factum fuiſſe inſinuavi paragrapho præcedenti; nempe ut, ſicut Romæ poſt Paulum epiſcopum ſub Decio paſſum, alter Paulus celeberrimus martyr ſub Juliano extitit, ita etiam Sinope poſt ſeniorem Phocam epiſcopum, Phocas alter martyrium ſubierit, quem populus celebriori cultu proſecutus ſit, quemque Deus pluribus miraculis illuſtraverit, quæ poſtea recentiores Græci Phocæ epiſcopo concedere maluerint, vel quod pauca præter epiſcopatum & martyrium de illo ſcirent, vel quod in Synaxario Baſiliano legiſſent, Phocam epiſcopum Sinopenſem in juventute inter alia miracula naves periclitantes ſervaſſe, ut ſupra in elogio ejus vidimus. Has conjecturas, potiſſimum S. Aſterii auctoritate nixas, ut facile dedimus, ita etiam non difficulter deferemus, ſi quis probabiliores rationes aut certa documenta attulerit.* *non fuit tam certa S. Phocæ epiſcopo Sinopenſi tribuenda*

F

31 *Supereſt, ut miraculum, quod epiſcopi Sinopenſis interceſſione patratum exiſtimo, ex Synaxario Baſilii imperatoris ad calcem tom. 1 Julii, Græce excuſo hic Latine reddam. Sic habet die VI Julii:* Narravit Leo, cognominatus Pontianus, quod Siſinius ille, cui cognomen erat Robuſtus, navigans in imperatoria claſſe, captus *Spectat probabiliter ad epiſcopum Sinopenſem miraculum expoſiti libelli,*

Templum ab imperatore Phoca inchoatum fuiſſe videtur in honorem S. Phocæ Sinopenſis epiſcopi.

Eccleſia & reliquiæ Romanæ verſimiliter ſpectant ad S. Phocam Sinopenſem bortulanum.

Digitized by Google

A pus fuerit a Saracenis, & vinctus catenis duabus, compactus fuerit in carcerem. Tali autem angustia circumdatus invocabat Deum & ipsius sacrosanctum martyrem Phocam, dicens: Sancte hieromartyr Phoca miserere mei & libera me a vinculorum angustia, quæ me tenet. Cum igitur obdormisset, vidit Sanctum assistentem sibi in habitu sacerdotis & dicentem sibi: Evigila & abi. Et expergefactus invenit catenas confractas, seipsum solutum, carceremque apertum. Et fugiens evasit usque in domum suam. Semper celebrabat memoriam illius cum multa gratiarum actione, Deum glorificans, qui tales gratias dat Sanctis suis. *Miraculum hoc episcopo nostro adscribo, quia* in habitu sacerdotis *apparuisse dicitur, quod alteri Phocæ non videtur posse convenire. Præterea in Mss. Chifletii & Sirmondi eidem miraculo præfigitur hic titulus:* Μνήμη θαύματος γινομένου παρὰ τῷ ἁγίῳ ἱερομάρτυρος Φωκᾶ τῷ θαυματουργῷ. *Id est*: Memoria mira-

B culi, quod factum est a sancto hieromartyre Phoca thaumaturgo. *Adverte autem nomen thaumaturgi seu miraculorum patratoris constanter a Græcis soli episcopo Sinopensi tribui, dum de variis* Phocis *agunt.*

32 *Varia alia ipsius patrocinio facta esse miracula indicant Menæa impressa, dum ita vitæ illius compendium concludunt.* Multa vero etiam post illius ad Dominum migrationem facta sunt ab ipso miracula. *Ordo Ms. Sanctorum Viennensis ecclesiæ supra allatus eumdem miraculorum virtutem inuxit, dum de Sancti episcopi nostri Reliquiis agens, utitur his verbis*: Quæ recondita in basilica Apostolorum ad hæc usque tempora plenæ miraculis venerantur. *Dolendum est, quod distincta tot miraculorum notitia acquiri non potuerit. Nolui hic etiam variar Reliquiarum translationes in Græcis Synaxariis positas adferre, quia ad quemvis tribus, aut saltem duabus* Phocis *pertinent, ne per conjecturam quidem determinare possum. Ex omnibus hoc paragrapho dictis satis liquet,* S. Phocam *episcopum Sinopensem in ecclesia Græca & Latina jam dudum cultu, Sanctis exhiberi solito, honoratum fuisse.*

& variæ aliæ, quarum non est distincta notitia.

C

§ IV. Gesta S. Phocæ ante episcopatum, martyrii genus & tempus.

De gestis ejus ante episcopatum pauca sunt certa.

PRæter miracula & titulos, quæ superius dedimus ex Synaxario Basilii imperatoris, nulla Martyris nostri gesta novimus ante episcopatum. In codicibus nostris Mss. & Menologiis referuntur in genere quædam virtutes, quibus sanctus Phocas in puerili ac juvenili ætate floruisse dicitur. Eas eodem modo narrat Vincentius Bellovacensis in Speculo lib. 10 cap. 62. Sic, inquit, infantiæ tempus exegit, ut admirabile, nescio quid, etiam tunc in eo divinæ indolis appareret. Jam vero cum puberibus annis adolescentiæ primum limen ingressus est, senilem cœpit monstrare sapientiam, accessu placidus, mente sobrius, castitate gloriosus, amator justitiæ, misericordiæ magister, humilitatis instructor. *Communis hoc elogium, nescio unde eruptum, cuilibet sancto aptari posse nemo non videt. Dum pervolvo varia Græca monumenta, ut inquiram, an quid peculiare de Sancti episcopi nostri juventute dici possit, incido in supplementum Menæorum ex Synaxario Basilii imperatoris & Ms. Chifletii collectum, in* D AUCT. G. C. *quo ad diem* XXII *Septembris ita legit:* Ἔθλησις ἑτέρου Φωκᾶ ἱερομάρτυρος, ὃς ἐγένετο υἱὸς Παμφίλου ναυπηγοῦ. *Id est.* Certamen alterius Phocæ hieromartyris, qui fuit filius Pamphili fabricatoris navium. *De hac patris ejus arte in Menologio, Menæis, aliisque Græcorum Synaxariis nullum sit verbum.*

34 *At ecce dum ad Latinos progredior, reperio* S. Phocam *nostrum jam ex naupegi filio factum esse nautam. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 6 cap. 98, de illo ita loquitur:* Hic primum artem gubernatoriam exercuit, deinde divina dispositione ad episcopatum Sinopis civitatis pervenit. *Florentinius in Notis ad Martyrologium Hieronymianum facit eum* ex piscatore *episcopum. Baronius vero in Notis ad Martyrologium Romanum hoc die asserit*, certiora multoque veriora esse, quæ de utroque (*Phoca*) scribunt auctores Latini, in quibus omnibus legitur, Phocam hunc ex nauta episcopum esse factum, illumque ipsum esse, quem nautæ in tempestatibus tanto studio consueverint invocare. *Latini illi* omnes *haud dubie accommode, ut philosophi loquuntur, intelligendi sunt: nam in pluribus eorum de arte nautica Martyri nostro attributa, verbum nullum reperi. Præterea ex quo Latini posteriorum temporum hauserunt ea, quæ de re nautica & nautarum erga* Phocam *episcopum studio tam affirmate tradunt? Certe S. Asterius sexcentis ante scriptor tribulis suo* Phocæ *hortulano hanc nautarum devotionem, cujus potuit esse testis oculatus. Fortasse quis allegabit Acta nostra Græca, in quibus similia indicantur. Verum quanta sit horum auctoritas paragrapho sequenti videbimus. Liceat mihi hic interim conjecturam quamdam proponere.*

Dicitur a Latinis fuisse nauta;

35 *Quod de arte ejus gubernatoria seu nautica sed hæc ante episcopatum tradunt Acta apud Petrum de Natalibus aliosque, suspicor ortum esse ex simplici nautarum erga* S. Phocam (*quisquis is esset*) pietate, *vel ex male intellecto Græcorum Officio, in quo spiritualis* S. Phocæ *gubernatio ita describitur* Od. 3: Idololatriæ procella tumens erroris mare, divina gubernatione, inclyte, pervurristi, universis mari jactatis portus effectus tranquillissimus. *Forte quispiam hanc spiritualem gubernationem, in corporalem crude commutaverit. Forte etiam rudes nautæ ob crebra erga se* S. Phocæ *miracula, artem suam aliquando ab illo exercitam fuisse putaverint, imo ad majorem ei nauticæ gloriam finxerint. Quæ vulgi traditio, ut sæpe fit, postea etiam litteris mandari potuit. Quidquid sit, novimus a nautis invocari S. Nicolaum Myrensem aliosque Sanctos, qui unquam hujus artis fuerunt periti. Scimus nautas præsertim Indicos in maris periculis implorare ac experiri opem S. Francisci Xaverii nostri, cui nihil unquam cum arte gubernatoria commune fuit, nisi velis spiritualem intelligere, quam terram marique sanctissime exercuit.*

sed hæc ante valde incerta est.

F

De mortis genere discrepant auctores,

36 *Videamus nunc, an certiora proferre possimus de martyrii genere. Synaxarium Basilii imperatoris ante citatum sic habet in fine*: Paulo post mittens imperator Trajanus comprehendit illum, & cum prius multum cruciasset, demum capite minuit, ac deinde igni tradidit. *Similem vitæ exitum indicare videntur Menæa impressa, ex quibus Sancti nostri elogium ob circumstantiarum quarumdam discrepantiam hic integrum Latine producam. Sic habent* XXII *Septembris*: Hic (*nempe*

Phocas

AUCT. G. C.

A Phocas *hieromartyr & thaumaturgus, ut eſt in titulo*) fuit filius Pamphili & Mariæ in Ponto Sinope. Statim vero a teneris unguiculis, Spiritus ſancti gratia, miracula perfecit admirabilia, & perſeveravit mira faciens uſque ad extremum ſpiritum. Unde etiam edoctus eſt eventurum ſibi finem martyrii, columba capiti ſuo inſidente, coronam imponente, humano modo loquente ac dicente: Poculum temperatum eſt, & oportet te illud bibere; quod etiam dignus fuit bibere, ſub Trajano imperatore gladio & igne conſummatus. *Conſonat Maximus Cyberorum epiſcopus in elogii ſui fine aſſerens, quod* S Phocas *vitæ curſum conſummaverit* διὰ ξίφους καὶ πυρὸς, per gladium & ignem.

forte ob Aliorum confuſionem.

37 *Acta noſtra Græca & omnes codices Latini etiam habent vitæ cataſtrophen. Ajunt namque* S. Phocam *poſt varia tormenta in vivam calcem projectum eſſe; cumque in ea illæſus permaneret, tandem ferventiſſimo balneo incluſum placide inter preces animam exhalaſſe, corpore minime ambu-*

B *ſto. Hæc eadem omnia narrant Græci de* Phoca *quodam, quem* XXIII *Julii colunt, ut ſupra dictum eſt* § 1, *ubi etiam monui, quod ſuſpicer, integra* Phocæ *Sinopenſis Acta alteri* Phocæ, *forte Antiocheno, affixa eſſe obrationem ibidem expoſitam ac poſtea repetendam. Sic Mombritius & Petrus de Natalibus ſimilitudine nominis decepti, Geneſio Arelatenſi ſub Diocletiano martyri tribuunt Acta alterius Geneſii, qui Romæ mimum agens ac Chriſtianorum ſacra ludibrio exponens ſubito converſus eſt, & martyrii palmam ſub Diocletiano obtinuit. Potuit ita etiam imperitus quidam homonymia in errorem inductus, Acta* Phocæ, *Sinopenſis alteri* Phocæ *tribuere; quem plurimi tantum bona fide ſecuti ſint.*

Plaſida mors in balneo videtur magis conformis textui veteri Menæorum.

38 *Nolim tamen, ut quis ex eo inferat, me omnia, quæ in Actis noſtris Græcis narrantur, velle* Phocæ *Sinopenſi epiſcopo vindicare: nam præter alia multa, quæ in iis mihi diſplicent, nautarum gubernationem illic inſinuatam,* Phocæ *Sinopenſi bortulano adſcribendam cenſeo. At ne extra oleas ſaltemus; quodnam ex duplici martii genere paulo ante memorato ſit veritati magis conſentaneum, non eſt adeo promptum definire; præſertim cum Synaxarium Baſilianum, ſeculo* X *collectum, ab Actis noſtris in ea re diſſentiat. Putem tamen placidam in balneo mortem verisimiliorem eſſe, eo quod Beda ſeu Florus, Ado & Uſuardus dicant, a* S. Phoca *Sinopenſi epiſcopo ignem ſuperatum eſſe; qui loquendi modus non ſatis commodè explicari poteſt, ſi capite truncatus in ignem injectus fuerit. Combefiſius hanc litem compoſuiſſe ſe putat, Græcorum Menæorum verba* ξίφει καὶ πυρὶ τελειωθείς, *ita interpretando* pro gladio, igne conſummatus. *At, præterquam quod clara ſit Synaxarii Baſiliani expreſſio de amputatione capitis, hæc interpretatio nimis mihi videtur contorta. Jam ad martyrii epocham pergamus.*

C

Epocha martyrii ex Actis cognoſci poſſet.

39 *Si talia forent Acta noſtra Græca, ut iis tuto liceret confidere, non tantum determinatum glorioſi certaminis annum, ſed ipſum etiam diem præterpropter poſſemus aſſignare. Nam in iis dicitur* S. Phocas *mox poſt conſummatum martyrium Trajano apparuiſſe, eique mortem poſt triduum ſubeundam prædixiſſe, quæ etiam prædicto tempore ſubſecuta fertur. Conſtat autem ex melioris notæ Chronologis, Trajanum mortuum eſſe anno Chriſti* CXVII *die* X *Auguſti, adeoque, ſuppoſita narrationis veritate, debuiſſet* S. Phocas *eodem anno die* VI *Auguſti certamen conſummaſſe, ſi Trajano tres integros dies poſt* S. Phocæ *martyrium conce-*

damus. Dixi ſuppoſita narrationis veritate: totam enim hanc narrationem fabuloſam eſſe judico; quod ne temere cenſuiſſe videar, opinionis meæ cauſam accipe paucis.

D

niſi mentionem de morte Traiani fabulam tradentem.

40 *Narrant Acta, Trajanum, audita* S. Phocæ *prophetia, horrore perculſum in palatium ſuum rediiſſe, ibidemque febre correptum, & a vermibus corroſum, poſt tres dies exſpiraſſe. Itaque videntur velle, Trajanum in urbe Sinopenſi obiiſſe, in qua* S. Phocam *epiſcopum martyrio affectum eſſe tradunt antiqua Martyrologia. At is mortis locus repugnat omnibus hiſtoricis etiam vetuſtiſſimis, qui aſſerunt Trajanum imperatorem Selinunte in Cilicia, vel ut alii quidam volunt, apud Seleuciam Iſauriæ profluvio ventris exſtinctum eſſe. Hæc itaque fabula ſatis ſe ipſam prodit. Audiamus jam aliorum diverſas de martyrii tempore ſententias.*

Varia ſententia de martyrii tempore;

41 *Tamayus tamquam ex tripode pronuntiat, Martyrem noſtrum paſſum eſſe anno Chriſti* CI. *Ferdinandus de Camargo y Salgado in Chronologia ſacra Hiſpanice edita æque confidenter aſſerit,* S. Phocam *Sinopenſem epiſcopum martyrii laurea donatum eſſe anno Chriſti* CXIV. *Non eſt operæ pretium inquirere, an diverſum hunc annum in ſuo Flavio Dextro invenerint, quia, ſilente tota antiquitate, falſidico huic oraculo fidem non adhibebimus. Moſci in ſuo Menologio* S. Phocæ *martyrio aſſignant annum* CII. *Fuſtra me indagaturum exiſtimo, unde etiam ipſi hunc determinatum annum hauſerint. A communi omnium ſententia, quæ* S. Phocæ *epiſcopi martyrium ſub Trajano ponit, plurimum recedit D. Chorier, qui ſine teſte, ſine tabulis ait in libello ſuo de Antiquitatibus Viennenſibus pag* 296, S. Phocam *Sinopenſem epiſcopum paſſum eſſe ſub imperatore Lucio Vero. Puto ego virum hunc memoria lapſum, unum imperatorem pro altero ſcripſiſſe. Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti* CXIV, *qui deberet eſſe* CXII, *ut eruditis jam paſſim exploratum eſt, ita ſcribit:* Quod autem ad Julium Africanum ſpectat, qui hoc anno (ut vidimus) conſulatum geſſit. Illum exiſtimamus fuiſſe Africanum, qui Ponti provinciam adminiſtrans, ut de ſuperſtitione Gentilium bene mereretur, inter alios illuſtriſſimum fama virum, ſanctum Phocam Sinopidis epiſcopum, multis antea affectum ſuppliciis, martyrio coronavit.

E

F

ſed, mentionem Africani conſulatus,

42 *Jam ferme manibus pedibuſque, ut vulgo ajunt, in Baronii ſententiam deſcenderam, &, correcto duorum annorum errore* S. Phocæ *martyrium anno Chriſti* CXII *affixeram, niſi ulterior circa conſulem Africanum indagatio me a ferendo judicio cohibuiſſet. Atque in diligentiori hoc examine deprehendi primo, conſulem anni* CXII *non vocari Julium Africanum, ſed Titum ſextium Africanum: deinde tum hoc anno non in Ponto, ut Baronio placuit, ſed Romæ conſulatum adminiſtraſſe. Hæc autem demonſtrantur ex Phlegonte hiſtorico ſynchrono, qui conſulis Romani prænomen aliaque ad ipſum ſpectantia ignorare non potuit. Noſter Labbe in Chronologia Hiſtorica anno Chriſti* CXII *citat hæc Phlegontis verba:* ἀρχοντος Ἀθηνησιν Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος γενομενου, ὑπατευοντων εν Ῥωμῃ Τραιανῦ το ἑκτον καὶ Τιτου Σεξτιου Ἀφρικανοῦ: *Id eſt:* Principatum tenente Athenis Adriano, qui factus eſt imperator, conſulibus Romæ Trajano ſextum & Tito Sextio Africano. *Quamvis igitur multi auctores variique Faſti conſulares hunc Trajani collegam vocent Julium vel Cajum*

A *Cajum Julium Africanum, melius cenſeas Titum Sextium Africanum vocandum eſſe, ut latius probat Noriſius in Epiſtola Conſulari pag.* 71.

43 *Quod ad præfecturam Ponticam attinet, quam Africano Baronius attribuit, forte ad tuendam auctoritatem Actorum, in quibus* S. Phocas *inducitur cum Africano de religione Chriſtiana diſputans; eam ego fine teſte, fide digno, non admitto, præſertim cum Phlegon expreſſe notet Adrianum Athenis principatum tenuiſſe; Africanum vero Romæ conſulatum adminiſtraſſe. Nec magis mihi ſit veroſimile, eodem anno duplicem Africanum alterum Romæ, alterum in Ponto conſulatus munere funditum eſſe. Quod tametſi fieri potuerit, tamen temere aſſerendum non eſt, cum id nulla hiſtoria antiqua doceat, aut ratio ſuadeat. Nam quando Florus & Ado dicunt* S. Phocam *ſub imperatore Trajano & præfecto Africano varia tormenta pro Chriſto ſuperaſſe, nihil aliud ſignificari exiſtimo, quam illum ſub imperio Trajani & conſulatu Africani martyrium conſummaſſe; prout Martyrum, præcipue veterum, epocha ſæpe per imperatores & conſules deſignari ſolet. Hinc facile quilibet non imperitus colliget, quid ſentiam de variis longiſque dialogis a* S. Phoca *cum Africano & Trajano habitis, qui in Actis noſtris Græcis, aliiſque paſſim deſcribuntur.*

aliiſque mature diſceſſit.

B

44 *Forte quis ex dictis arguet, jam ſatis certum eſſe martyrii annum: Trajanus enim juxta omnes accuratiores Chronologos ſextum conſulatum geſſit cum Africano anno Chriſti* CXII. *Ergo ſi pro præfecturam Africani ſit intelligendus ejus conſulatus, jam manifeſte ſequitur,* S. Phocam *anno* CXII *paſſum eſſe. Ita etiam ego argumentabar, cum Baronium legerem. At poſtea vidi hoc argumentum non adeo firmum eſſe, ut initio putaram: Siquidem in Faſtis conſularibus invenio, eumdem Africanum anno Chriſti* CVIII *alteri ſuffectum, conſulis munus obiiſſe; unde ſaltem dubium manet, utrum anno* CVIII, *an* CXII *collocandum ſit* S. Phocæ *martyrium. Itaque prudenter mihi facturus videor, ſi martyrii annum indeterminatum relinquam exemplo Adonis, qui in Chronico res geſtas ab anno* CI *ad* CXX *ſimul complectens ita indefinite ſcribit:* Illis temporibus apud Pontum, Sinopis civitatis epiſcopus Focas glorioſiſſime martyrium duxit.

martyrii annum cum Adone indeterminatum relinquimus.

C *Nunc varia paſſionis ejus Acta examinemus, & de Græcis noſtris judicium feramus.*

§ V. Examinatis Latinis apographis, de Græcis S. Phocæ Actis fertur judicium.

Examinantur Actis impreſſa de S. Phoca epiſcopo Sinopenſi.

UT varia S. Phocæ *Acta examinaturi aliquem ſervemus ordinem, primo de impreſſis, dein de manuſcriptis Latinis, ac denique de Græcis noſtris diſſerimus. Vincentius Bellovacenſis in Speculo lib.* XIII, *cap.* 62 *præmiſſa brevi præfatione, a Græca noſtra plane diſcrepante,* S. Phocæ *paſſionem ita deſcribit, ut cum Græca conveniat, præterquam quod in dialogis & orationibus non ſit adeo prolixus. Quod autem eam* Phocæ *Sinopenſi epiſcopo aſcribat, colligo ex fine capitis* 65, *ubi ſic habet:* Hac Phocas paſſione glorioſus merito Synope in Ponto habetur primus, quæ celebratur pridie Idus Julii. *Vincentium, aut ſimilia Acta contraxiſſe videtur Petrus de Natalibus, qui omiſſis precibus ac dialogis, tradidit variorum tormentorum miraculorumque compendium. Dicit etiam in fine* S. Phocam *epiſcopum & martyrem paſſum eſſe pridie Idus Julii. Perro magnam prodit coſmographiæ imperitiam, quando Pontum vocat urbem, in qua* S. Phocas *ſit comprehenſus,* AUCT. G. C. *& Gallium civitatem Armeniæ, ad quam ſacræ ejus reliquiæ ſint translatæ, ut ante obſervavimus. Mombritius tom.* 2, *pag.* 228 *in titulo ponit:* Paſſio S. Phocæ epiſcopi & martyris; *ſed diem martyrii aut cultus ſilet. Opinor tamen, quod* S. Phocam *hoc die celebratum aſſignare voluerit, cum epiſcopum nominet. Reliqua ejus narratio, excepto proœmio, proxime ad Acta noſtra Græca, & manuſcripta quædam Latina accedit, ex quibus forte eam deſcripſit. Mitto Surium, alioſque recentiores, qui hos duces ſuos fuiſſe fatentur. Jam de quinque Mſs. noſtris Latinis agendum.*

D

46 *Primum exceptum eſt ex Breviario* S. Petri Viennæ *in Gallia, & a* P. Chiffletio *ad nos miſſum. Maxime cum Vincentii Bellovacenſis narratione convenit, paucis exceptis, quæ hic & alibi occurrentia in Annotatis indicabo. Ab aliis tamen differt in fine, ubi hæc verba addunturs* Sanctus Phocas epiſcopus fuit civitatis Sinopis in Ponto provincia, cujus ſanctiſſimæ reliquiæ translatæ ſunt in Viennam Galliarum urbem, & in eccleſia beati Petri condigno honore repoſitæ ſunt. *Alterum eſt Mſ. Rubræ Vallis, cujus præfatio ſuppicta eſt apographo* S. Salvatoris & Vincentio Bellovacenſi, *ut ad marginem notavit Roſweydus. Hiſtoria martyrii in eo deſcripta editioni Mombritianæ non abſimilis eſt, niſi quod interdum non nihil verboſius ſit exornata, & in titulo ſolummodo ſcribatur:* Paſſio ſancti Focæ martyris, *omiſſa epiſcopatus mentione. Tertium ex monaſterio* S. Maximini Treviris *acceptum, adeo præcedenti ſimile eſt, ut unum ex altero deſcriptum eſſe exiſtimem.*

dein quinque manuſcripta;

E

47 *Quartum, quod in codice Melshelmenſi membranco antiqui characteris inveni, vix ab aliis differt, niſi in titulo, qui ita ſonat:* Incipit Paſſio ſancti Foci epiſcopi III Nonas Martii. *Sed hic titulus ſecum ipſe pugnat: Nam* S. Phocam *fatetur epiſcopum, & interim aſſerit* VI *Martii, quo die Latini omnes* Phocam *Antiochenum martyrem colunt, ſed epiſcopum ejuſdem nominis non agnoſcunt, niſi* XIV *Julii. Quintum denique apographum in codice membranco anonymo exaratum, caret proœmio; in ipſa vero narratione multa ſunt contracta; hinc inde tamen quædam etiam amplificata. Titulus autem ab omnibus aliis diſcrepat, & rubris literis ita exprimitur:* Martii quinta die Foce martyris apud Antiochiam. *Ex duobus his poſtremis Mſs., in quorum uno* S. Phocas *Antiochiæ paſſus dicitur, in altero collocatur epiſcopus & martyr die* V *Martii, patet non vanam fuiſſe ſuſpicionem, a me ſuperius expoſitam, quando Acta* S. Phocæ *Sinopenſis epiſcopi,* S. Phocæ *Antiochenæ martyri a quibuſdam Latini per errorem adſcripta eſſe dixi. Sed de his rivulis ex Græco, ni fallor, fonte hauſtis, hæc ſufficiant.*

inter quæ duo poſtrema dicuntur S. Phocam *col. die* Martii.

F

48 *Jam ſupereſt, ut ipſum fontem luſtremus, iſti eſt de Actis Græcis, hic ſtatim ſubjungendis, judicium feramus. Imprimis ignotus eſt eorum auctor: inunus in iis ſeſe non tantum* S. Phocæ *martyrio curioſum, verum etiam illius teſtem oculatum fuiſſe. Unde Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis pag.* 90, *bona fide pronuntiat:* Martyrium ſancti Phocæ ſcriptum eſt a præſente ac vidente. *Tunc quaſi aſſertionis ſuæ certam probationem allaturus ſubdit aliquot lineas Græcas ex Actis deſumptas, quas ita interpretatur:* Namque concidens Africanus in terram ſemimortuus ac ſtupidus jacebat. Inter

Scriptor Græcorum Actorum dicit, ſe martyrio præſentem fuiſſe,

Digitized by Google

AUCT. G. C. hæc nos vidimus, quibus nempe Deus oftendere voluit. Namque cum lumen ingens sole decuplo majus illuxisset, de cælo apparuerunt tres angeli, equis insidentes igneis magnum timorem & tremorem nobis immittentes. Quare nos omnes simul obstupefacti constitimus. *Repetit pag. 91, eadem fere verba, quibus etiam eandem præfigit assertionem. Verum si vir ille, hic nimium credulus, singulas horum Actorum partes diligenter examinasset, non tam facile fidem adhibuisset scriptori ignoto, qui prodigiosam suam narrationem fabulosa Trajani morte concludit.*

verum fabulæ de morte Trajani confictæ,

49 *Cum fidam hanc in Actis coronidem legerem, veniebant mihi identidem in mentem viri illi, nescio quo spiritu acti, qui ab uno altero que sæculo Chronica aliosque libros eminentis doctrinæ nominibus ediderunt, ut hac antiquitatis larva universo orbi imponerent, & patrias traditiones contra manifestam veritatem tuerentur. Simile quid hic factum suspicabar; nimirum quod imperitus quispiam Graculus post aliquot* B *sæcula* S. Phocæ *martyrium ex ingenio suo scribens, sese ejusdem spectatorem finxerit, ut Actis aliunde vix credibilibus majorem conciliaret auctoritatem. Quis enim facile credat, auctorem synchronum adeo fuisse hardum ac plumbeum, ut narrarit fabulam, quam statim ab omnibus noverat detegendam, imo ab ethnicis cum Christianorum opprobrio ac fidei detrimento explodendam: nemo quippe tum temporis ignorare poterat, Trajanum post obsidionem Hatræ in Mesopotamia morbo fuisse correptum, & in itinere Romam versus alio, quam narrant Acta, loco & modo exspirasse. Hinc eandem fabulam de Trajani morte, triduo post peractum* S. Phocæ *agonem secuta, Baronius in Annalibus ad annum Christi* CXIV *ita rejicit:* Sed cum in multis, tum in his non assentimur dicenti, eum (*scilicet Phocam Simopensem episcopum*) triduo ante Trajani obitum (nam multa sunt, quæ repugnant) esse passum. *Inter alia repugnat constans omnium historiographorum sententia, quorum nulli incidit mortem Trajani Sinope aut in alia Ponti civitate collocare.*

50 *Propter ineptum hoc imprudensque figmentum suspecta mihi fit etiam reliqua narratio: displi-* C *cent enim prolixa cum tyrannis colloquia, clerici* totam narrationem infectam reddit, *publice coram gentilibus a* S. Phoca *accersiti, mirabiles conversiones, Trajani de Christo confessio, & crebra minimum miracula eodem fere modo in plurimis aliorum Martyrum historiis narrari solita, quæ a genuinis sinceriscque Actis perquam aliena esse jam sæpe ostenderunt Majores nostri. Solent hodie eruditi, in hac palæstra critica diutius quam ego exercitati, similia Acta vocare pia dramata, episodiis & inopinatis eventibus exornata, in quibus narrantur, non ea quæ facta sunt, sed quæ verosimiliter fieri potuerunt. At hujus tragediæ auctor etiam hos verosimilitudinis limites ei prætergressus. Existimo quidem cum Melchiore Cano Martyrum res vere gestas non solum amplas magnificasque fuisse, verum multo etiam majores, quam fama ferantur; neque eorum virtutem solummodo tantam, quantum eam verbis extollere potuerunt Christiani scriptores, sed tantam potius, ut præclara ingenia rebus ipsis, & ingeniis præclaris verba quoque defuerint ad exprimendam illarum fortitudinem. Verumtamen neminem latet, veras Sanctorum res gestas plurimis fabulis fuisse contaminatas: quam ob rem Gelasius Papa aliique Pontifices Romani ejusmodi historias repudiarunt, ut fusius videre licet apud Baronium in Præcapitulatione dicendorum ad Martyrologium Romanum cap. 2.* D

51 Nec tamen (*verbis utor Gelasii Papæ*) cum *& si ut sæpe fit, veris martyrii laudibus fidem adimit:* pendicta ecclesia *Romana* omnes martyres, & eorum glorioses agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, cum omni devotione veneramur; *atque inter illos fortissimum martyrem* Phocam, *cujus gesta magis Deo quam hominibus nota fuisse arbitror: nam ut aperte dicam, quod sentio; puto de* S. Phoca *Sinopensi episcopo pauca fuisse posteritati relicta præter martyrium, sub imperio Trajani & consulatu Africani per multa tormenta consummatum. Dein forte post aliquod sæculo Græcus quidam idiota indignum ratus adeo obscurum esse hujus sancti Martyris memoriam, susceperit hanc historiam adornandam, & Trajanum cum Africano Sinope in scenam induxerit, ut suum drama longis disceptationibus & miris rerum varietatibus facilius exornaret. Nemo ægre ferat, si in ea re forsasse nonnihil criticus videar:* Mendaci quippe homini (*verba sunt Melchioris Cani lib. 11 de Locis Theologicis c. 6*) ne verum quidem credere solemus. Quamobrem qui falsis atque mendacibus scriptis mentes mortalium concitare ad Divorum cultum voluere, hi nihil mihi aliud videntur egisse, quam ut veris propter falsa adimatur fides, & quæ severe ab auctoribus plane veracibus edita sunt, ea etiam revocentur in dubium. E

52 *Prudenter itaque videor mihi posse timere, si multa ficta sint, ut Actorum scriptor, in una re manifesta impostura convictus, multa alia finxerit, atque idcirco etiam eum synchronum esse negavi. Quod si quis contendat allatas rationes ad id negandum non omnino sufficere, velitque eum Passionis eorum hos & præsentem fuisse, non tantopere repugnabo. Sed is tum simul meminerit, fuisse etiam primis Ecclesiæ sæculis Christianos, qui fingere pro religione piam crederent. Si quis de ea re dubitet, inspiciat tantummodo Breviarium Romanum ad Festum S. Lucæ, & illic ex libro S. Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis leget sequentia:* Igitur periodos Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus: quale est enim, ut individuus comes Apostoli inter ceteras ejus res hoc solum ignoraverit. Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporum refert, presbyterum quemdam in Asia amatorem Pauli, convictum a Joanne, quod auctor esset Libri, & confessum, se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. F

53 *Addo & alterum exemplum, quod opinionem meam non leviter confirmat. Cum anno 1723. alterum exemplum versarer in bibliotheca Scorialensi circa Matritum, incidi in Acta S. Marinæ seu Margaritæ a synchrono & teste oculato, ut initio credebam, scripta in antiquo codice pergameno. Existimans itaque me thesaurum invenisse, cupi ea describere; sed brevi me laboris pœnituit, cum in iis legerem sequentia:* Tunc ea residente in carcere, ego Teotimus currebam ei cum alimonia aspiciens per fenestram carceris, ubi sancta detinebatur Marina. Videbam omnia, quæ accidebant ei. Et dum hæc agerentur aspexi; & ecce subito draco exivit de angulo carceris intolerabilis, variis coloribus cristatus, cujus in capite velut capilli barbæ, & aures in similitudine hominis videbantur. *Præterea illum draconem a capite ad ungues lepide depingit, ac post multa hæc tandem subdit:* Et dum illa incessanter oraret, aperto ore draco deglutivit eam.

Digitized by Google

A eam. Tumq; Dei virgo, quæ crucem Christi in fronte portabat *f* ipsa crux Christi crevit in ventre draconis, & in duabus partibus divisus est) apparuit illæsa, quasi si nihil fuisset perpessa.

declaratur,

54 *De horum Actorum scriptore ipsemet Metaphrastes, alioquin ad facile credendum non adeo durus, conqueritur apud Surium ac Julii in prologo ad Acta S. Marinæ seu Margaritæ paulo post principium ita scribens:* Scire oportet, non paucas ex iis, quæ martyrum res gestas continent, narrationibus, ab initio fuisse adulteratas, ut quæ a gentilibus forte, aut ab hæreticis & profanis & veritatis intelligentia privatis viris corruptæ, & aut nugis & vanissimis ineptiis sordidatæ ac conspurcatæ, & evidentissimis dæmoniorum doctrinis pravæque ac sceleratæ mentis execrandis figmentis profanatæ, & ad Christi & Sanctorum ejus contumeliam compositæ fuerint. Et ideo fidem de cetero adeo labefactant, & tantum ei detrimentum afferunt, ut propterea ne verissimis quidem deinceps [quis] assentiatur; sed aut omnino ea rejiciat ac repudiet, aut, ut quæ sint dubia, despiciat aut ea minoris faciat. Quomodo etiam egregiæ virginis & martyris Marinæ quadam hostis nostri contumelia fuit adulteratum martyrium, veræ per passionem ejus narrationi, camquam puro frumento, a communi omnium inimico injectis zizaniis: illo, inquam, dæmone, qui illic fingitur fuisse in medio ejus certamine & illius vocibus; adeo ut qui audiunt, attendentes quam sit ridicula & absurda dictio; illa dæmoniaca, dubitent de ipso quoque martyrio egregiæ victricis Marinæ. Etenim qui adhuc vivos Christi martyres invasit, & eos morte afficiendi insatiabili tenebatur desiderio, nihil mirum, si postquam excesserunt ad agonotheten, & sunt pronunciati victores, eorum gloriæ conetur insidiari per impios, qui falsa loquuntur, admiscens mendacia Sanctorum rerum gestarum commentariis.

refellit l. libri indicandi libertate.

55 *Pluribus, si opus foret, id demonstrare possem. Nam similia multa inveniuntur inter martyrum Acta vera, aut unquam scriptis, aut deperditis suppositæ, ut variis exemplis probat Basnius loco proxime citato. Statuat jam æquus rerum æstimator de Actorum nostrorum scriptore, quod placuerit: sive enim synchronus, sive suppar, sive multo posterior fuerit, sufficit nobis in eo insulsum commentum detexisse, quo totius scriptionis ejus fides non parum vacillat. Jam tempus est, ut ipsa Acta Græca qualiacumque exhibeamus cum interpretatione nostra, in qua potius rem totam fideliter reddere, quam elegantius vertere voluimus.*

B

ADCT. G. C.

MARTYRIUM S. PHOCÆ

AUCTORE ANONYMO.

Ex Ms. Græco bibliothecæ Vaticanæ codice 797, pag. 384, collato cum variis Mss. Latinis.

PROLOGUS.

Ἐπειδήπερ πολλάκις καὶ ἀπὸ τῆς καθόδου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἀόκνως ὁ φιλόστοργος καὶ ἰσχυρὸς ἰατρὸς, ποιμενικός τε ὢν διδάσκαλος, θεός τε καὶ κύριος, τὸ περιβόητον καὶ ἀπόρρητον, ὅσιον τε καὶ ἄμεμπτον μυστήριον τῆς ἐλπίδα ὁσίως κατεχόντων, καὶ ἐπισφραγισαμένων Χριστιανῶν, διὰ πολλῆς τε καὶ μεγάλης θλίψεως, νηστειῶν τε καὶ διωγμῶν, φυγῆς τε καὶ παραμονῆς, ἀτιμίας τε καὶ τιμῆς, ἀδοξίας τε καὶ δόξης, πλεονάκις οἱ ὅσιοι καὶ ἄμεμπτοι καὶ σχεδὸν ἰσάγγελοι ἀπόστολοι παθόντες ὑπὲρ τοῦ διαθέντος, καὶ ἐπιδόξου μυστηρίου, παρέδωκαν ἡμῖν τύπον τῶν τοῦ κυρίου παθημάτων, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἀμίαντον καὶ ἀκλινῆ· ἀναγκαῖον καὶ ἡμῖν ἐγένετο, πᾶσι καὶ παντοχοῦ τὸν ἄμεμπτον, καὶ περικαλλῆ καὶ ἔνδοξον πολιτείαν τῶν ἁγίων ἀρετὴν καὶ ἄθλησιν πλειοσταπτον μαρτύρων, ἐπὶ ὑπομνήμασι διὰ τῶν δι' γραμμάτων ὑμῖν σημῆναι, ἀδελφοί, ἵνα μιμηταὶ γενόμενοι τῆς ἐκείνων ἀθλήσεως καὶ ἡμεῖς ἐφάμιλλοι ἐσώμεθα.

C

Quandoquidem sæpe, postquam etiam Salvator noster Jesus Christus, impiger, viscera habens misericordiæ ac potens medicus, pastor & magister, Deusque ac Dominus, præsentiam suam subtraxit per ascensionem, quæ est celebre & ineffabile sanctumque ac irreprehensibile mysterium eorum, qui spem sancte habent, ac per multam magnamque tribulationem, jejunia & persecutiones, fugam & perseverantiam, ignominiam & gloriam, contemptum & honorem, Christianorum sigillo signati sunt *a*; quandoquidem, inquam, sæpe sancti & irreprehensibiles ac ferme angelis æquales Apostoli, qui passi sunt pro celebri & glorioso mysterio, typum Passionis Domini & irreprehensibilis immotæque erga eum fidei nobis tradiderunt; necesse quoque nobis fuit, omnibus & ubique irreprehensibilem, pulcram, glorioſamque conversationem martyrum, qui sanctam virtutem pugnamque exercuerunt, in commentariis per litteras vobis significare, fratres, ut imitatores effecti nos etiam eorum certamen æmulemur.

Auctor scriptionis suæ causam indicat.

D

ADCT. G. C.

E

F

a Μεμνημενοι γὰρ αὐτῶν τῶν διὰ πυρὸς, καὶ ξίφους, καὶ σταυροῦ, καὶ ποικίλων βασάνων, καὶ θηρίων διάλυσιν, παθημάτων τε καὶ πολλῶν στρεβλώσεων, συνθυμούμεθα ἐπὶ πλείοσιν ἀγαθοῖς, καὶ κρείττοσιν αἰτίοις, οἷς χρὴ ἡμᾶς προσδοκᾶν παρὰ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ πολλῷ δὲ δήπου καὶ πλεῖον ἐπιδεικτικὸν, καὶ καταθλον ἀπὸ τῆς ἀνδραγαθίας καὶ ὑπομονῆς τῶν μακαρίων

a Recordantes enim vexationes & multa tormenta ipsorum per ignem, gladium, crucem, ferarum dissolutionem, ac varios cruciatus, excitamor propter plures bonos & optimos auctores, quibus nos oportet confidere apud Dominum nostrum Jesum Christum; multo utique manifestius propiusque per fortitudinem ac patientiam beati

& alios Patres virtutis enumerat.

A Phocas ; qui non solum in rogo & flagellationibus, ex Mi. GRÆco. sed etiam in omni vita gravis ac purus virtutem exercuit, pro oculis semper habens Salvatorem Christum : Nam cum juvenis esset, non est seductus a pernicioso serpente, sed sicut columba Domini, castus fuit & immaculatus, piasque a juventute omnibus innotuit. Etiam egenis rerum ad vitam spectantium non mediocriter subveniebat ; divinis vero admonebat, & omnia in omnibus simpliciter ab ipso fiebant. Quæ autem ad illius certamen attinent, nullus hominum potuit juxta dignitatem conscribere. b Nos vero paucis ea, prout mens suggerit, declarare in animum induximus b.

Φωκᾶ, ὃς οὐ μόνον ἐπὶ τῆς πυρᾶς ; ἢ τῶν B αἰκισμῶν· ἀλλὰ γὰρ δὴ & περὶ ὃν ἐν τῷ βίῳ σεμνῶς ἢ ἁγνῶς τὸν ἀρετὴν ἐπολιτεύσατο, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων διὰ παντὸς τὸν σωτῆρα Χριστόν. Νέος μὲν γὰρ ὢν οὐκ ἐπλανήθη ὑπὸ τοῦ λοιμώδους ὄφεως, ἀλλ' ὡς περιστερὰ κυρίου ἁγνὸς καὶ ἀκήρατος ἦν, & ἄπειλος ἀπὸ νεότητος, ἀφετηρίας τε ἢ πᾶσι περιβόητος ἐγένετο. Καὶ γὰρ τοῖς μὲν τὰ βίου ἐνδείαις οὐ μεμφιμοιρήκει, πλουσίοις δὲ παρῆν, & πάντα ἐν πᾶσιν ἁπλῶς ἐγίνετο· τὸ γὰρ τῆς ἀθλήσεως αὐτοῦ κατ' ἀξίαν οὐδεὶς ἀνδρῶν ἠδυνήθη συγγράψαι. διὰ βραχέων δὲ, πῶς ἢ ὡς ὁ τῆς ἐπιβάλλει, σημανεῖ προσδυμηθῆναι.

ANNOTATA

a *Sensus hic Græce admodum prolixus quamdam parit obscuritatem, quam utcumque diminuere conatus sum.*

b *Prologus in quibusdam codicibus manuscriptis deest ; in aliis omnino ab hoc ab diversus.* E

CAPUT I.

Disputatio sancti Phocæ cum Africano Præfecto.

B Mukise Christianorum grege abreptis, sicut aliquis pretiosum lapidem quærit cum amicis & cognatis suis, sic [gentiles] quærebant pium ac sanctum Pastorem. Cum vero Sanctus ductus esset ad tribunal, Africanus præfectus dixit : Illene est Phocas, qui dicit non esse deos, neque imperatorem Trajanum Deum ? Nonne omnis hostilis natio per manus ejus interfecta est ? Quis igitur alius Deus est ? Phocas tacebat. Africanus præfectus dixit : Quid dicis ad hæc ? Non respondes quidquam ? Non nosti, quo veneris ? Phocas dixit : Siquidem de Deo loquaris, est Deus in cælis ; si vero de homine loqueris, nihil omnino a me exspecta admittendum. Africanus dixit : Non sunt ergo imperatores dii ? Phocas dixit : An non sufficit, Trajanum solummodo imperatorem appellari ? Quin etiam insuperabile nomen sibi attribuit ?

S. Phocas captus & ab Africano interrogatus.

Πολλῶν γὰρ συναρπαθέντων, ὑπὸ τῆς ἀγέλης τῶν Χριστιανῶν, ὡσεὶ τις πολύτιμον λίθον ἀναζητεῖ μετὰ φίλων αὐτοῦ & συγγενῶν, οὕτως ἐζήτουν τὸν ἅγιον & ὅσιον ποιμένα· τοῦ δὲ Ἁγίου ἀχθέντος ἐπὶ τὸ βῆμα, Ἀφρικανὸς ἔπαρχος εἶπεν· Οὗτός ἐστιν Φωκᾶς, ὁ λέγων μὴ εἶναι θεὸν, μήτε τὸν αὐτοκράτορα Τραϊανὸν θεόν· Ἢ οὐχὶ πᾶν πολέμιον ἔθνος ὑπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ διεφθάρη ; Τίς οὖν ἕτερος θεὸς ἐστιν ; Φωκᾶς ἐσιώπα. Ἀφρικανὸς ἔπαρχος εἶπεν. Τί λέγεις πρὸς ταῦτα ; οὐκ ἀποκρίνεις οὐδέν, οὐκ οἶδας, ποῦ ἥκεις ; Φωκᾶς εἶπεν· Εἰ μὲν περὶ θεοῦ σε λέγειν, ἐστὶν θεὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· εἰ δὲ περὶ ἀνθρώπου λέγεις, μηδ' ὅλως προσδέχου τι παρ' ἐμοῦ ἀποδέχεσθαι. Ἀφρικανὸς εἶπεν· Οὐκ εἰσὶν οὖν οἱ αὐτοκράτορες θεοί ; Φωκᾶς εἶπεν· Οὐ μόνον γὰρ ἐκ τοῦ νῦν ἄρχεται Τραϊανὸς βασιλεὺς ἀκοῦσαι, ἀλλὰ & τὸ ἀνυπέρβλητον ἑαυτοῦ ὄνομα περιτίθησιν ;

Cum deos, homines non esse novaret deos.

2 Africanus dixit : Christiani jam tibi procumbunt, tanquam Deo. Phocas dixit : Absit ut hoc in mentem veniat alli homini : Nam homines in sanguine contaminati, in peccatis concepti, morti subjecti, verborum in vita prolatorum, conversationis & actionis, quam hic fecerint, debitores, & ad invisibilis Dei judicium deducendi, quomodo possunt tale nomen proprie gestare ? Africanus dixit : Quomodo igitur fama de te usque ad imperatorem venit ? Phocas dixit : Non ut de Deo, sed de homine, Dei [servo.] Unde non defero beneplacitum Apostolorum Dei. Quandoquidem illum, quem vides indignum episcopum, non tamquam Deum, ut tu dicis, sed ut pastorem rationalis gregis honorant. Cum tu etiam præfectus a Domino constitutus sis, an propterea Deus vocari vis ? Africanus dixit ; Scholasticis hic opus est, ut possint tibi contradicere. Phocas dixit ; Si totius mundi scholasticos adducas, non inveniantur digni, ut vel uni discipulorum Domini respondeant.

Ἀφρικανὸς εἶπεν· Σοὶ ἤδη οἱ Χριστιανοὶ F ἐρήκασιν ὡς Θεῷ ; Φωκᾶς εἶπεν· Μὴ γένοιτο τοῦτο εἰ τῷ λαβεῖν μηδενὶ ἀνθρώπῳ· ἄνθρωποι γὰρ ἐσμὲν αἵματι πεφυρμένοι & ἐν ἁμαρτίαις μεμιγμένοι, & θανατηφόροις κείμενοι & χρεωφειλέται λόγων & ζωῆς, & πολιτείας, & πράξεως, ἧς ἐνθάδε ἐπράξαμεν, & ὑπὸ κρίσιν Θεοῦ ὁρᾶσθαι πολιτευόμενοι, πῶς δυνάμεθα τὸν τηλικοῦτον ὄνομα κυρίως φορέσαι ; Ἀφρικανὸς εἶπεν· Πῶς οὖν ἡ περὶ σεαυτοῦ & ἐμοῦ τὸν αὐτοκράτορα ἔχει ; Φωκᾶς εἶπεν· Ἀλλ' ὡς Θεὸν, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπου Θεοῦ, ὅθεν οὐκ ἀπαυτομολῶ & τῶν ἀποστόλων τοῦ Θεοῦ & αἱρέσεως· ἐπεὶ & αὐτὸν, ὃν ὁρᾷς οὐκ ἄξιον γινόμενον ἐπίσκοπον, οὐχ ὡς Θεόν, ἀλλὰ ὡς ἐσὺ λέγεις, ἀλλ' ὡς ποιμένα λογικῆς ποίμνης τιμῶσιν· Ἢ, ἐπειδὴ & σὺ τὴν ἔπαρχον παρὰ τοῦ κυρίου ἐπισκόπης παρὰ τοῦ Θεοῦ κληθῆναι θέλεις ; Ἀφρικανὸς εἶπεν· Σχολαστικῶν χρεία σοι ἐστὶν, ἵνα δυνάμεθα σοι ἀντιλέγειν. Φωκᾶς εἶπεν· Εἰ τὸν κόσμον πάντας τοὺς σχολαστικοὺς ἀγάγοις, οὐκ ἂν ἄξιοι εὑρεθεῖεν πρὸς ἕνα τῶν τοῦ κυρίου μαθητῶν ἀποκρίνεσθαι.

Deus ille Christi passionem adjicit.

3 Dixit Africanus : Tali magistro crucifixo quis adhæret ? Phocas dixit : Vide potius insuperabilem illius sapientiam : Nisi enim omni sapientia abundaret, & magis quam omnes sapientes (siquidem ab eo acceperunt) non esset scriptum : Deus sapientiam sapientibus. Et iterum : Comprehendam sapientes in astutia sua. Et ; Perdam

I Ἀφρικανὸς εἶπεν· Τούτῳ διδασκάλῳ τίς προσέχει ἐσταυρωμένῳ ; Φωκᾶς εἶπεν. Ὅρα ταῦτα μᾶλλον & ἀνυπέρβλητον αὐτοῦ σοφίαν· εἰμὴ γὰρ πᾶσης ἦν σοφίας ὑπερβολὴ, μᾶλλον δὲ & πάντες οἱ σοφοὶ (εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ ἔλαβον) οὐκ ἂν ἦν γεγραμμένον· Ὁ διδοὺς σοφίαν τοῖς σοφοῖς· Καὶ πάλιν· Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν· Καὶ, ἀπολῶ τὴν

A τῶν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν συνέσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. Λέγεις ἐπιγινώσκεις, ἃ λέγω; Ἀφρικανὸς εἶπεν. Μὴ γάρ σοι περὶ νόμων, ἢ συζητήσεως ἀπεστάλην λέγειν, ἀλλὰ περὶ πειθαρχίας τῶν νόμων βασιλικῶν. Φωκᾶς εἶπεν· ἐγώ σοι περὶ νόμου καὶ ἀοράτου Θεοῦ λέγω, καὶ οὐ πείθω σε· σὺ δέ μοι περὶ ἀνθρώπου ἀδίκου, καὶ ὁμοιοπαθοῦς μοι, ὃς σήμερον μετ' ἐστιν, αὔριον δὲ ἀποθνήσκει, καὶ ὤφελόν γε καλέσως, καὶ μὴ κακέσως. Λέγεις πεῖσαί με δυσπειθής; Ἀφρικανὸς εἶπεν· Τὴν πολύπτυχον, καὶ πολυποίκιλόν σου ταύτην λῆξιν ῥίψας ἀπὸ σου, φιλοσόφησον περὶ τῆς ἀληθείας εἰς τὸ ζωῆς σῶσαι· ἵνα μή με ἀναγκάσῃς διὰ πολλῶν ἀναγκῶν πεῖσαί σε.

6 Φωκᾶς εἶπεν· Ἐπὶ καλὸν δεῖπνον καλούμενος ἀπειμι, καὶ τὴν ὥραν ἤδη προβέβηκυίας. Ἀφρικανὸς εἶπεν· φονεῖς καὶ φαρμακοί, οἳ οὐκ ἄξιοί εἰσιν οἰκτου, ζῆν ἀξιοῦσιν, καὶ σου ἡ πλείστη σοφία καὶ φρόνησις εἰς μωρίαν μετ-
B ποιῆσαι θέλει· πῶς γάρ καὶ κύριόν μου, καὶ Θεόν με καὶ βασιλέα γνωρίζω. Ἀριστοτέλης μὲν γάρ φιλοσοφίαν καινὴν, καὶ ἀπατηλὴν ἐδίδαξεν· Χριστὸς δὲ θεολογίαν, καὶ πολιτείαν ἐναρετον, σωφροσύνην τε, καὶ ἐγκράτειαν, εὐσέβειαν τε καὶ ἀθανασίαν τοῖς πιστεύσι δι' αὐτοῦ ἐχαρίσατο τῷ μόνῳ σοφῷ Θεῷ. Ἀφρικανὸς εἶπεν· Καταδηλον ἐποίησας τὴν σεαυτῷ λυσσαν, ἐσταυρωμένῳ προσίχων. Φωκᾶς εἶπεν· Ἀμέλει, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σκανδαλίζον ὑμᾶς· γέγραπται γάρ ἐν τῷ νόμῳ· Ἰουδαίοις μὲν σκανδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρία· ἡμῖν δὲ τοῖς πιστοῖς Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

7 Ἀφρικανὸς εἶπεν· ἔστιν οὖν Θεὸς ἐσταυρωμένος; Φωκᾶς εἶπεν· εἰ δὲ θεοὶ, καὶ θεαὶ λίθινοι χειροποίητοι; Τὰς γάρ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὁδὸς, οὐδεὶς ἀνθρώπων σαρκοφορῶν ἐξιχνιάσαι δύναται. Ἀφρικανὸς εἶπεν· ἀνάπλασον καὶ θέασαι πόλον, καὶ φωσφόρον ἥλιον, μήνην, καὶ ἀστέρων διαφοράς, ἅπερα ἀπολείπειν θέλεις· Φωκᾶς εἶπεν· ὁρᾷς πόλον καὶ λαμπρὸν ἥλιον, μήνης καὶ ἀστέρων θέσεις, καὶ τῶν ὅλων ἀκριβῶς καταγνοεῖς, οὐδὲ εἰκάζεις· ὁ γάρ ἥλιος σελήνην ἐποίησεν, ἡ δὲ σελήνη ἄστρα; ἀλλὰ πάντα τὰ ὁρώμενα ἐν λόγῳ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ γεγένηται· Ἀφρικανὸς εἶπεν·
C πάλιν οὖν καὶ τὸν φωσφόρον καὶ τὸν οὐρανὸν ὑπὸ ἄλλου γεγενῆσθαι φάσκεις, καὶ μὴ δὲ αὐτοῖς ὑπήκειν; Φωκᾶς εἶπεν· μὴ γένοιτο τὰ στοιχεῖα Θεὸς καλεῖσθαι. Ἀφρικανὸς εἶπεν· δεῖξον οὖν μοι τὸν Θεόν σου, κἀγὼ τὸν αὐτοκράτορα πείσω. Φωκᾶς εἶπεν· ἀπροῖπόν σοι περὶ ἀοράτου Θεοῦ; ὃς γάρ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν καθέζεται, πῶς ἀνθρώπῳ ὀφθῆναι δυνατόν; εἰ δὲ θέλεις γνῶναι Θεὸν, παρακολούθει τοῖς ὁρωμένοις· οὐρανὸν ὁρᾷς, ἥλιον, σελήνην, καὶ ἄστρα καὶ νέφη, ἀλλ' οὐχ ὅπου θέλει οὐρανὸς βρέχει, ἀλλ' ὅταν κελεύεται· ἥλιος οὐχ ὅπου θέλει ἐκπυροῖ, ἀλλ' ὅταν κελεύεται· μήνη καὶ ἄστρα οὐχ ὅπου θέλουσι καταυγάζουσιν, ἀλλ' ὅταν ἐπιτάττονται, καὶ ἁπλῶς ἕνι ἑκάστῳ ὑπὸ τῆς ἄνωθεν προνοίας στρατηλατοῦνται).

8 Τοῦτον οὖν Θεὸν γινώσκειν χρὴ, καὶ προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν, ὃ εἰπόντα διὰ τοῦ προφήτου· Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω. Ἀφρικανὸς εἶπεν· τίς ἐστιν ὁ ἐπὶ πάντων τῶν Θεὸς ὁ ἐσταυρωμένος; Φωκᾶς εἶπεν· σὺ μὲν τὸ πάθος αὐτοῦ ἀκήκοας, τὴν δὲ δύναμιν καὶ ἀναστάσεως αὐτοῦ οὐ καταγνοεῖς· πόθεν δέ σοι ἐπῆλθεν καὶ τὸ ἐσταυρωμένον ὁμολογεῖν, καὶ τοῦτο γάρ σοι μέγα· εἰ θέλεις δὲ πιστεῦσαι, λαβὲ τὰς θεοπνεύστους γραφὰς, καὶ γνῶθι τὸν κτίσαντα σε, καὶ τὸν αὐτοκράτορα σου, καὶ τότε γνώσῃ,

sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. An cognoscis quæ dico? Africanus dixit: Non sum missus, ut tecum loquar de religione aut inquisitione, sed de obedientia magistratui & legibus imperatoris præstanda. Phocas dixit: Ego tibi de lege & invisibili Deo loquor, & non persuadeo tibi, tu vero mihi loqueris de homine iniquo, & similibus, quibus ego, passionibus subjecto, qui hodie quidem est, cras autem moritur; & utinam optime & non pessime. Num persuadere mihi possis? Africanus dixit: Artificiosam & multifariam hanc tuam locutionem a te abjiciens philosophare de veritate ad vitæ conservationem, ne me cogas per multas pœnas persuadere tibi.

D EX MS. GRÆCO.

6 Phocas dixit: Abeo [tamquam] ad bonam cœnam vocatus, quando etiam hora jam sero est provecta. Africanus dixit: Homicidæ & malefici, qui non sunt digni commiseratione, vivere obtestantur; & tua tanta sapientia & prudentia ad stultitiam persuasa mori vult? Per solem, utique Aristotele sapientior esses. Phocas dixit, E Philosophus esse dedignor, sed Christi amator esse volo: hunc enim Dominum meum & Deum meum ac regem agnosco. Aristoteles quidem philosophiam novam & fallacem docuit; Christus vero theologiam, ac conversationem virtute præditam; & dedit temperantiam, continentiam pietatem ac immortalitatem iis, qui per ipsum credunt soli sapienti Deo. Africanus dixit: Manifestam facis tuam stultitiam Crucifixo adhærens. Phocas dixit: Certe: hoc namque est, quod vos scandalizat: scriptum est enim in lege: Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia; nobis vero fidelibus Christus est Dei virtus & Dei sapientia.

respondet;

7 Africanus dixit: Estne igitur Deus, qui crucifixus est? Phocas dixit: Suntne dii & deæ, qui lapidei manibus facti sunt? Nam Christi Jesu vias nullus hominum carnem ferens investigare potest. Africanus dixit: Ad mentem redi, & aspice polum, luciferum solem, lunam, & astrorum differentias, quæ omnia deficere vis. Phocas dixit: Vides polum & prælucentem solem, lunæque & astrorum positiones, & eorum Dominum non agnoscis, neque assequeris: non enim sol lunam fecit, neque luna stellas; sed hæc omnia visibilia in verbo Dei & Christi facta sunt. Africanus dixit: Iterumne F ergo solem & cælum a alio factum, iisque non obtemperandum esse dicis? Phocas dixit: Absit, ut elementa dii vocentur. Africanus dixit: Ostende ergo mihi Deum tuum, & ego imperatori persuadebo. Phocas dixit: Nonne præfatus sum tibi de invisibili Deo? Qui enim super cælos sedet, quomodo ab homine videri potest? Si vis nosse Deum, assequere visibilia. Vides cælum, solem, lunam, stellas, & nubes. At non, quando vult, cælum pluit, sed quando jubetur. Sol non, quando vult, calefacit, sed quando jubetur. Luna & stellæ non lucent, quando volunt, sed quando jubentur; & simpliciter unumquodque a superiori providentia velut in exercitu gubernatur.

& proinde ea esse idola,

8 Hunc ergo Deum oportet agnoscere, adorare & glorificare, qui dixit per Prophetam: Ego occidam & vivere faciam. Africanus dixit: Quis igitur demum est hic Deus crucifixus? Phocas dixit: Tu quidem passionem ejus audisti, sed virtutem resurrectionis ejus non intelligis. Unde autem tibi evenit, ut etiam crucifixum fatearis: nam & hoc tibi magnum est. Si velis credere, cape scripturas a Deo inspiratas & agnosce tuum & imperatoris tui creatorem; & tunc scies,

ostendit Christum esse Deum.

Digitized by Google

A quis sit Deus Pater, & hujus Filius Jesus Christus & Dominus; crucifixus quidem secundum humanitatem, qui autem divinitatis suæ virtute resurrexit, in cælos abiit, & ad dextram Patris sedet. Africanus dixit: Multam sermonum tuorum circuitionem audivi, ita ut forte nec Demosthenes tam multa exposuerit. Sed ceterum obtempera & sacrifica, ne me cogas ut præter horribilia tormenta igne te consumam. An non scis, quod hic stent plus quam quinquaginta millia virorum, quodque provincias tu avertas, ne sacrificent?

EX MS. GR. CO.

9 Phocas dixit: Cur non potius me adigis ad mordendum, ut dicis, quam totum mundum per meam iniquitatem perdam? Sed lætus ingredior focum, ne per unam ovem grex totus contaminetur: talia enim monita & præcepta accepi a Domino nostro Jesu Christo. Africanus dixit: Si esses ætate provectus, dicerem te delirare; si autem esses egenus, iterum suspicarer, te propterea velle mori. Phocas dixit: Omnes, quæ ad vitam spectant, possessiones & pecunias dimisi, ut unam margaritam possiderem. Si igitur videar tibi torquendus, ne me sacrificiis pollutum torque. Africanus dixit: Nos puris & irreprehensibilibus diis sacrificamus: & tu pollutos illos esse dicis? Phocas dixit: Non solum polluti, sed etiam superbi, venefici & adulteri, sacrilegi & inanimati dæmones sunt; nec solum illi, sed etiam qui dicunt esse alium Deum, præter supremum Deum, unum, omnipotentem, cui gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ex altera pene exposit.

B

10 Cum multitudo turbarum *a* repeteret Amen, factus est sonus velut aquarum multarum violenter egredientium, & terræ motus horrendus ac validus. Denique concidens Africanus semimortuus in pavimentum, obstupefactus jacebat & universus circa eum exercitus. Interea nos vidimus, quibus voluit Dominus ostendere. Cum enim cælitus effulsisset magna lux sole decuplo *b* major, apparuerunt tres angeli, equis insidentes, igneis, qui multum metum ac tremorem incussérunt nobis. Simul autem omnes obstupefacti flevimus. Illi autem, cum allocuti essent beatum Phocam, in cælum ascenderunt. Post semihoram Terentina *c*, uxor Africani currens cum quinque liberis & omni famulatu suo, atque procidens ante beatum Phocam supplicavit, ut redderet sibi maritum; illa vero cum tota familia crederet Domino. Quod etiam fecit beatus Phocas: nam cum advocasset omnem clerum, oravit pro ipso. Ille autem inopinato salvatus abiit, ut manifestaret imperatori famosam potestatem Domini, & spem Christianorum.

a Prosit ecce assensit tumultuose ejus formidine.

C

τίς ἐστιν Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ κύριος, ἐσταυρωμένος μὲν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀναστὰς δὲ τῇ θεότητος αὐτοῦ δυνάμει, καὶ εἰς οὐρανὸς ἀνελθὼν, κεῖται δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθεζόμενος· Ἀφρικανὸς εἶπεν· πολλὴν σου περιοδον ἀκήκοα λόγων, ὡς μὰ τὸν Δημοσθένην τοσαῦτα ἀπεγγελκέναι· ἀλλὰ τὸ λοιπὸν πείθου μοι, καὶ θῦσαι θέλησον, ἵνα μὴ με ἀναγκάσῃς ἐπὶ δειναῖς κολάσεσι διὰ πυρός σε ἀναλῶσαι. Ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι πλείονα πεπληθυσμένοι ἀνδρες ἑστᾶσιν ἐνταυθοῦ, καὶ πᾶς ἐπαρχίας σὺ ἀποξένεις, μὴ θύων.

9 Φωκᾶς εἶπεν· καὶ πῶς μᾶλλον ἐμὲ προάγεις, ὡς λέγεις, πθῆναι, ἢ κόσμον ὅλον διὰ τὴν ἐμὴν παρανομίαν ἀπολέσθαι; Ἀλλὰ καὶ γεγηθὼς προσέρχομαι τῇ πυρᾷ, ἵνα μὴ δι' ἑνὸς πρόβατον πᾶσα ἀγέλη ἀπολωθῇ· τοιαύτης γὰρ παραγγελίας, καὶ ἐντολὰς ἔλαβον παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Ἀφρικανὸς εἶπεν· εἰ ἦς προβεβηκώς ἔλεγον σοι ὅτι λυρεῖς, εἰ δὲ ἦς εὐδεὴς, πάλιν καὶ πότε ὑπόπτευον ἄν, ὅτι διὰ πόθου θέλεις ἀποθανεῖν. Φωκᾶς εἶπεν· πάντων μὲν κατὰ βίον πραγμάτων καὶ χρημάτων ἀπηλλάγην, ἵνα δὲ σὲ μαργαρίτην κτίσωμαι· εἰ οὖν δοκεῖς σοι βασανίζειν μὴ μιαροθύντα με βασανίζε· Ἀφρικανὸς εἶπεν· ἡμεῖς καθαροῖς καὶ ἀμώμητοις θύομεν θεοῖς, καὶ σὺ μιαροὺς αὐτοὺς εἶναι λέγεις. Φωκᾶς εἶπεν· οὐ μόνον μιαροὶ, ἀλλὰ καὶ ἀλαζόνες, καὶ γόητες, καὶ μοιχοὶ, καὶ ἱεροσύλοι καὶ δαίμονες ἄψυχοι εἰσι, οὐ μόνον αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες ἕτερον Θεὸν, πλὴν τοῦ ἑνὸς παντὸς Θεοῦ, σιὸς, παντοκράτορος, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

10 Τοῦ δὲ πλήθους τῶν ὄχλων ἀπαπτυόντων Ἀμὴν, ἐγένετο ἦχος ὡς ὕδατων πολλῶν βιαίως ἐξερχομένων, καὶ σεισμὸς φοβερὸς καὶ ἰσχυρός. Ἀμὴν λεγόντων Ἀφρικανὸς ἡμιθανὴς ἐπὶ τὸ ἔδαφος, καὶ ἄφωνος ἔκειτο, καὶ πᾶς ὁ περὶ αὐτὸν στρατὸς· ἐν οἷς ἤδομεν, οἷς ὁ κύριος ἐβούλθη δεῖξαι· ἐκλαμψάσης γὰρ φωτὸς μεγάλης δεκαπλάσιον ἡλίου ὡρώθη, προσφάτησαν ἄγγελοι ἐπὶ ἵπποι πυρινοὶ, πολὺν φόβον καὶ τρόμον ἐνιέντες ἡμῖν· ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντες ἀφώνως ἐσημεν· αὐτοὶ δὲ προσεπύπτησαν τῷ μακαρίῳ Φωκᾷ, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνῆλθον· μετὰ δὲ τὸ ἡμιωρίον γενέσθαι, δραμοῦσα ἡ γυνὴ Ἀφρικανοῦ Τερεντῖνα μετὰ τῶν τέκνων, καὶ πάσης τῆς θεραπείας αὐτῆς προσπεσοῦσα τῷ μακαρίῳ Φωκᾷ ἐλιπαρεῖτο χαρίσθαι αὐτῇ τὸν ἄνδρα· αὐτὴ δὲ πανοικεὶ πιστεῦσαι τῷ Κυρίῳ. Ὃ δὲ ἐποίησε τοῦτο ὁ μακάριος Φωκᾶς· προσκαλεσάμενος γὰρ ἅπαντα τὸν κλῆρον ηὔξατο περὶ αὐτοῦ· ὁ δὲ παραδόξως διασωθεὶς ἐχώρησε δηλῶσαι τῷ βασιλεῖ τὴν περιβόητον δύναμιν τοῦ Κυρίου καὶ ἐλπίδα τῶν Χριστιανῶν.

ANNOTATA D. P.

a *Codex Meisheimensis hic habet* Fratrum turba.

b *Idem codex & Mf. Trevirense S. Maximini habet:* quinquies sole splendidior.

c *In plerisque codicibus Latinis vocatur* Terentia.

CAPUT II.

S. Phocæ colloquium cum Trajano imperatore; miracula, sermone & mors.

S. Phocas cum Trajano disputat,

TUnc Trajanus imperator, cum accersivisset beatum Phocam, dicit illi: Tune es Phocas? Cui ille: Ego sum. Trajanus dixit: An non nosti imperatoriam meam potestatem? Cui confi-

Τότε Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς μετεπεμψάμενος τὸν μακάριον Φωκᾶν, λέγει πρὸς αὐτὸν· Σὺ εἶ Φωκᾶς; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἐγώ εἰμι. Τραϊανὸς εἶπεν· οὐκ ἔγνως τὴν αὐτοκρατορικήν μου δύναμιν; Τίνι πεποι-

A πιστεύῃς, ἢ τίνα Θεὸν σεβόμενος, ἢ πειθαρχεῖς μοι; πλεῖω ὡς νομίζω τῷ τοιούτῳ ἡλικίᾳ μὴ ὀφείλειν συμβούλου χρῄζειν, ἀλλ' ἑαυτῷ συμβουλεύσαι καὶ μὴ παρακοῦσαι· εἰ μὲν γὰρ ἑαυτῷ γένῃ ἐν ὑπολήψεώς σου, γνώσῃ, τίς ἐστι Τραϊανὸς, καὶ τίς ἐστιν Θεὸς, ὃν σὺ σέβῃ· Φωκᾶς εἶπεν· ἔξεστί σοι εἰπεῖν ἐναντίον σου, βασιλεῦ, ἐν ὅπως ἂν προκείμενον τρόπον διαδράμοιμι; Τραϊανὸς εἶπεν· ἔξεστί σοι λέγειν, καὶ μάλιστα, εἴ τι συμφέρον· Φωκᾶς εἶπεν· ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς βασιλείας σου παρὰ τοῦ Θεοῦ δέδοται, εἴγε ἐπείγεως ἂν δωρεάμενον· Τραϊανὸς εἶπεν· ἡ ἐμὴ βασιλεία ἀπὸ θεῶν μοι δέδοται, διὸ καὶ ὀφείλομεν θύειν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· Φωκᾶς εἶπεν· ὅσιόν ἐστι, βασιλεῦ, Θεῷ παντοκράτορι πειθαρχεῖν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προστεταγμένοις ἐμμένειν, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῖς ἀρχαῖς· ἀλλ' ἡ πρὸς ἀσέβειαν. Τραϊανὸς εἶπεν· Φιλοσοφεῖν ἐκλήθης, ἢ θύσαι; Φωκᾶς εἶπεν· τίνι ἔχω θύσαι, ἢ ποίῳ Θεῷ; Τραϊανὸς εἶπεν· Τῷ Ἀσκληπιῷ· Φωκᾶς εἶπεν. Καὶ ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου, ἵνα ἴδω.

B 22 Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ ναῷ, Τραϊανὸς εἶπεν· Ἴδε οἱ Θεοί, οἱ τῷ οἰκουμένῳ συμπρεσβεύσαντες· Φωκᾶς εἶπεν· Σοὶ λέγω λίθινε, θέλεις φαγεῖν; θέλεις πιεῖν; θέλεις ἐνδύσασθαι; θέλεις ὀσφρανθῆναι; χρῄζεις θυσιῶν; ἴδε βασιλεῦ, ἀργοί σὐ εἰσιν οἱ θεοί· ἵστανται καὶ οὐ καθίζουσι· καθέζονται καὶ οὐκ ἀνίστανται· κυθαρίζουσιν καὶ οὐδεὶς ἀκούει. Τὸ στόμα αὐτῶν ἀνέῳγε, καὶ οὐ λαλοῦσί τινι χρᾶζομεν, καὶ οὐχ ὑπακούουσιν· οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ὁρῶσι, αἱ δὲ χεῖρες οὐκ ἐπιλαμβάνονται τῆς θυσίας. Κελεύεις, βασιλεῦ, σοι ἕνα ἐξ αὐτῶν καταβάλω; καὶ οὐ λαλεῖ, οὐκ ὀλεῖ, οὐκ ἀντιποιεῖται), οὐ καλεῖ τὸν αὐτοκράτορα εἰς βοήθειαν, εἰ δὲ καὶ καλέσῃ, θεὸς ἐπιδεὴς γίνεται· Θεὸν ὑπὸ ἀνθρώπων ἐκδικεῖ); καὶ πῶς ἄνθρωπον σώσει; ἴδε σου τὰ σεβάσματα, βασιλεῦ; Τραϊανὸς εἶπεν· Ἐξέστησας ἡμᾶς C Φωκᾶ, οὐχὶ ναύπλιος εἶ, καὶ τὸν Ποσειδῶνα ἐσέβου; Φωκᾶς εἶπεν· Ἐγὼ οὐ μόνον ναύπλιος, ἀλλὰ καὶ κυβερνήτης ὑπὸ τοῦ πάντων δεσπότου κυβερνώμενος, αὐτῷ τὰ ὀφειλόμενα ἀεὶ προσῳσέρω θυσίαν.

13 Τραϊανὸς εἶπεν· Ἴδωμεν καὶ ἡμεῖς, τίνι θύεις, ἢ τίνι προσκυνεῖς· Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ ἅγιος Φωκᾶς· Οὐ δύνῃ σὺ γνῶναι· γέγραπται γάρ· Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. Τραϊανὸς εἶπεν· Ἡμεῖς οὖν χοῖροί ἐσμεν, ὡς σὺ λέγεις, βιωθέντες· Φωκᾶς εἶπεν· Εἴθε ἄλογα ζῶα ἦτε, καὶ οὐκ ἂν ὑπέστητε κρίσιν, λίθοις θύοντες, ὧν τὰ ἄλογα ζῶα ὁμοίαν αἴσθησιν ἔχει· Τίς οὖν βελτίων, σὺ ὁ καταχθὲν πλεκτὸν κρᾶνος, ἢ ὕπνῳ οἱ μηδὲν ἀποκρινόμενοι πρὸς τὰ λεγόμενα; Τραϊανὸς εἶπεν· κελεύω σε μετανοεῖσθαι ἐπὶ ξύλου, καὶ ἴδωμεν τί σε ὠφελήσει ἡ νέα σου φιλοσοφία· Φωκᾶς εἶπεν· Ἐγὼ μὲν ἐὰν ἐπὶ ξύλου μετανοεῖσθαι ὑπεράνω πάντων ὀρέων, καὶ ἀέρος, εἰς οὐρανοὺς σὺν Κυρίῳ ἔσομαι, σὺ δὲ μετὰ τῶν θεῶν σου εἰς τὸν ᾅδου, καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἀπορριφήσῃ, καὶ τότε γνώσῃ, ὅτι Θεὸς ἐπουράνιος ἦν.

14 Σπαθιζομένου δὲ αὐτοῦ κατὰ πᾶν μέλος, καὶ μὴ ἐξαρνουμένου, ἀδεμία ἀπόφασις ἐγίνετο, εἰμὴ μόνον τὰ χείλη αὐτοῦ ἐδονοῦντο ἐρχομένου. Ἀναπέμψας δὲ αὐτῷ τὸ Ἀμὴν φόβος μέγας ἐγένετο ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ φωνὴ ἦλθεν αὐτῷ λέγουσα. Θάρσει Φωκᾶ, ἐγὼ γάρ εἰμι μετά σου, καὶ ἰδοὺ σοι μέλλει ἑτοιμάζεσθαι τόπος ἐν τῷ παραδείσῳ μετὰ πάντων τῶν πατριαρχῶν, καὶ τῶν μὴ ἀρνησαμένων ἐμὲ καὶ τὸν Πατέρα μου. Τραϊανὸς δὲ ἐν ᾧ προετάξας τόπῳ ἀπαχθῆναι, καὶ ἀπολαβεῖν ἡτοιμασμένην αὐτῷ κρίσιν ἀδιάλειπτον. ἔμφοβος δὲ γενόμενος Τραϊανὸς, ἐκέλευσεν καταπεχθῆναι αὐτὸν, καὶ ἀπαχθῆναι

fidens, vel quem Deum colens non obedis mihi? Verumtamen existimo, talem ætatem consiliario non indigere, sed sibi ipsi consilium daturam atque obtemperaturam. Si vero tibi ipsi & sententiæ tuæ adhæreas, agnosces, quis sit Trajanus, & quis sit Deus, quem tu colis. Phocas dixit: Licitumne est loqui coram te, imperator, & propositam rationem percurrere? Trajanus dixit: Licet tibi loqui; & maxime, si quid est utile. Phocas dixit: Principium regni tui a Deo datum est, siquidem noveris, qui largitus est. Trajanus dixit: Regnum meum a diis mihi datum est; quare etiam debemus sacrificare pro nostra salute. Phocas dixit: Sanctum est, imperator, Deo omnipotenti obedire, & iis adhærere, qui ab ipso constituti sunt; similiter magistratibus; sed non usque ad impietatem. Trajanus dixit: An ad philosophandum vocatus es, an ad sacrificandum? Phocas dixit: Cui sacrificandum est vel quali Deo? Trajanus dixit: Æsculapio. *a* Phocas dixit: Ubi est Deus tuus, ut videam.

22 Cum autem venissent in templum, Trajanus dixit: Ecce dii, qui mundum conservarunt. Phocas dixit: Tibi dico, lapidee, vis manducare? Vis bibere? Vis vestiri? Vis olfacere? Indigesne sacrificiis? Vide, imperator, otiosi sunt dii tui. Stant, & non sedent, sedent, & non assurgunt. Cytharizant, & nemo audit. Os eorum apertum est, & non loquuntur cuiquam. Clamamus & non audiunt. Oculi eorum vident, manus vero non suscipiunt sacrificium. Jubesne, imperator, unum ex ipsis dejiciam, & non loquetur, non perdet, non resistet, non vocabit imperatorem in auxilium. Si autem vocaverit, deus indigens est. Deusne ab hominibus defenditur? Et quomodo hominem salvabit? En tua simulacra imperator. Trajanus dixit: Perculisti nos Phoca. Nonne nauta *b* eras, & Neptunum colebas? Phocas dixit: Ego non solum nauta, sed etiam gubernator ab omnium Domino gubernatus, semper debitum ipsi obtuli sacrificium. *b*

23 Trajanus dixit: Videamus etiam nos, cui sacrifices, vel quem adores. Dixit autem illi sanctus Phocas: Non potes tu cognoscere: scriptum est enim: Ne mittite margaritas vestras ante porcos. Trajanus dixit: Nos igitur porci sumus, ut tu dicis, misertime *c*? Phocas dixit: Utinam irrationalia animalia essetis, non subiretis judicium, sacrificantes lapidibus, quorum irrationalia animalia nullum sensum habent. Quis ergo melior, an tu tantam habens potestatem, an illi, qui nil respondent ad ea, quæ dicuntur. Trajanus dixit: Jam te jubeo suspendi in ligno & videamus, quid tibi profutura sit nova tua philosophia. Phocas dixit: Ego quidem cum in ligno suspensus fuero, super omnem montem & aera in cælis cum Domino ero; tu vero cum diis tuis in infernum & tenebras exteriores conjicieris, & tunc cognosces, quod Deus cælestis potens sit. *c*

24 Cum vero caderetur in omni membro, & non abnegaret, nullum ab ipso factum est verbum, sed orantis labia tantummodo movebantur. Respondente autem ipso Amen, fragor magnus factus est in cælis, & venit ad ipsum vox dicens: Macte animis Phoca; ego enim sum tecum: ecce tibi paratur locus in paradiso cum omnibus patriarchis, & iis, qui non negarunt me, neque Patrem meum. Trajanus autem in locum, quem designasti, abducetur, & accipiet præparatum ipsi judicium perenne. Perterritus autem Trajanus jussit ipsum abduci & conjici in custo-

EX MS. GRÆCO.

idola irridet.

& cum acriter increpat.

Cælesti voce confirmatur.

Digitized

A custodiam, præcipiens quatuor militibus & uni centurioni, nomine Prisco d, ipsum custodire. Illi autem accipientes ipsum duxerunt in carcerem hymnos canentem & glorificantem Deum; cumque eum conclusissent in ligno, & caute clausissent januas, sedentes custodiebant eum extra.

EX MS. GRÆCO.

Et in carcerem conjicitur.

15 Circa mediam noctem orabat dicens: Domine Jesu Christe, magni Dei Fili, sanctum & ineffabile in hominibus nomen, gubernans in mari nomen, pastorale in montibus nomen, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus omni nomine appellande, pastor rationalium tuarum ovium, conserva gregem tuum inviolatum abigens multipedem, fallacem ac rapacem lupum. Ne da illi stationem in tuis locis. Ne da petire tuum gregem, quem multo & pretioso sanguine acquisivisti. Gratias igitur ago tibi, Domine Jesu Christe; gratias ago & gloriam tribuo Patri tuo per te, & tibi per ipsum, ut digneris hodie mecum cœnare: inculpatus enim veni ad cœnaculum tuum. Ne rejicias me hodie venientem ad te, sed conserva me secundum animam ut pater, ut Deus, ut Pastor, ut Dominus, ut non sibilet super me draco, & pedes illius ne exultent super me. Non enim argento vel auro persuasus sum, ut perderem pretiosam margaritam; sed ecce omnia reliqui, ut te possiderem amabilem & illustrem Dominum. Adduc me ad Patrem tuum; induc me per angustam portam in regalem domum, quia per te est gloria magno Deo & Patri cum sancto Spiritu nunc & in sæcula.

B

Cæteris sponte aperto muliet baptizat.

16 Cumque in fine dixisset Amen, apertus est carcer, & lampades innumerabiles erant in munitione, ita ut exilirent milites, & caderent ante pedes illius, petentes baptismum. Quos cum suscepisset ac venisset ad littus extra urbem, dedit illis sigillum in Christo; quibus etiam Dominus se ipsum ostendit. Quando autem iverant & fecerant juxta legem, venerunt iterum ad Sanctum. Mane autem omnis multitudo ad forum convenit, avide exspectans certamen sancti Phocæ. Illi ad tribunal accersito Trajanus dixit: Sacrifica Neptuno. Phocas dixit: Ego dæmonibus non sacrifico. Trajanus dixit: An dii sunt dæmones, & nos porci? Quis igitur præterea est Deus? Phocas dixit: Nescis, quis tibi imperium dederit.

C

Nonne igitur dico, quod irrationalia animalia sitis, & non agnoscatis benefactorem Deum? Trajanus dixit: Sacrifica Deo tuo. Phocas dixit: Deus meus nulla re indiget, nisi tantum oratione, jejuniis ac puris cordibus: omnia enim, quæ existunt, ipsius opera sunt; ille vero omnia suppeditat, præsentibus & futuris.

Ex vipeæ ictu illæsus evadit,

17 Trajanus dixit: Principatum habes in philosophando; cetera sacrifica Jovi: nam crucifixus non est Deus. Phocas dixit: Audisti vocem crucifixi, & horruisti. Si autem commotus fuerit contra te, quis resistet illi? Nam comminatio illius liquefacit montes, & ira illius frangit mare. Trajanus dixit: Nescis quocum loquaris, & contra quem habeas? Phocas dixit: Quia scio, contra quem habeam, non sacrifico. Aliud a me nihil audies; fac, quod vis. Hoc confiteor, quod Christianus sum. Trajanus dixit: In vivam calcem te jubeo injici, & videbo, an Deus tuus te sit erepturus. Cum autem injectus fuisset, manssissetque tribus horis, eduxerunt illum sicut recenter injectum.

& in fervens balneum in ejus plaide exspirat.

18 Trajanus dixit: Balneum propter te succensum est tribus diebus, quod nemo aperuit. Illuc igitur te jubebo injici; & jussit illum conjici in balneum. Phocas autem faciens signum Christi intravit in balneum. Erat vero balneum

---

Ἐν τῇ φυλακῇ, κελεύσας παραστῆσαι στρατιώτας φυλάσσειν αὐτὸν, καὶ εἷς κεντυρίωνι, ὀνόματι Πρίσκῳ· Οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὸν, ἤγαγον εἰς τὸ δεσμωτήριον ὑμνοῦντα καὶ δοξάζοντα τὸν Θεὸν, καὶ ἀσφαλισάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ξύλῳ, κλείσαντες τὰς θύρας ἀσφαλῶς, καθεζόμενοι ἐφύλασσον αὐτὸν ἔξω.

15 Περὶ τὸ μεσονύκτιον προσηύχετο λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, τοῦ μεγάλου Θεοῦ Υἱὲ, τὸ ἅγιον καὶ ἄῤῥητον ἐν ἀνθρώποις ὄνομα, τὸ κυβερνητικὸν ἐν πελάγεσιν ὄνομα, τὸ ποιμαντικὸν ἐν ὄρεσιν ὄνομα, Θεὸς ἀγγέλων, Θεὸς ἀρχαγγέλων, Θεὸς παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, ποιμὴν τῶν λογικῶν σου προβάτων, φύλαξον σου τὸ ποίμνιον ἄσυλον, ἀπελάσας τὸν πολυπόδα λύκον, τὸν πλάνον, τὸν ἁρπαγὰ μὴ δῷς αὐτῷ χώραν εἰς τὰς σὰς τόπους· μὴ δῷς ἀπολέσθαι τὴν ἀγέλην, ἣν πολλοῦ, καὶ τιμίου αἵματος ἐκτίσω. Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, δοξάζω καὶ εὐλογῶ τὸν Πατέρα σου διὰ σοῦ, καὶ σὲ δι' αὐτοῦ, ἵνα καταξιώσῃς σήμερον μετ' ἐμοῦ δειπνῆσαι· ἀμώμητος γὰρ ἦλθον εἰς τὸν σὸν σου· μὴ ἀποβάλῃς με σήμερον ἐρχόμενον πρός σε· ἀλλὰ φύλαξόν μου τὴν ψυχὴν, ὡς πατὴρ, ὡς Θεὸς, ὡς ποιμὴν, ὡς δεσπότης, ἵνα μὴ συρίσῃ ἐπ' ἐμὲ ὁ δράκων καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ἵνα μὴ καυχήσωνται ἐπ' ἐμέ· Οὐ γὰρ ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἔπεισέν με ἀπολέσαι τὸν πολυτίμητον μαργαρίτην, ἀλλ' ἰδὲ πάντα προσέλιπον, ἵνα σε κτήσωμαι, τὸν πολύφιλον, καὶ ἐπίφανῆ Κύριον· πρόσαξόν με πρὸς τὸν σὸν Πατέρα, εἰσάγαγέ με διὰ τῆς σῆς θύρας εἰς τὸν βασιλικὸν οἶκον· Ὅτι διὰ σοῦ δόξα τῷ μεγάλῳ Θεῷ, καὶ παρὰ σοῦ ἁγίῳ Πνεύματι τοῦ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

16 Καὶ πλείσαντος αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν, ἀνέῳχθη τὸ δεσμωτήριον, καὶ λαμπάδες πλείω μυριάδων ἦσαν ἐν τῷ ὀχυρώματι, ὡς ἀναπηδῆσαι τοὺς στρατιώτας, καὶ προσπεσεῖν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, αἰτουμένους τὸ λουτρόν· ὃς παραλαβὼν, καὶ παραγενάμενος εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἔξω τῆς πόλεως, ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ τοῦ Χριστοῦ σφραγίδα, οἷς καὶ ὁ Κύριος ἑαυτὸν ἐνεφάνισεν· περελθόντος δὲ καὶ ποιήσαντος τὰ κατὰ τὸν νόμον, εἰσῆλθον πάλιν εἰς τὸ Ἅγιον· Τῇ δὲ ἑωθεσπαπὶ πλῆθος ἐπὶ τὴν ἀγορὰν συνῆλθον, ἐκδεχόμενοι τὴν ἄθλησιν τοῦ μακαρίου Φωκᾶ· Μεταπεμψάμενος δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, Τραϊανὸς εἶπεν· Θῦσον τῷ Ποσειδῶνι. Φωκᾶς εἶπεν· Ἐγὼ δαιμονίοις οὐ θύω. Τραϊανὸς εἶπεν· Οἱ θεοὶ δαιμόνιά εἰσιν, καὶ ἡμεῖς χοῖροι; τίς οὖν λοιπόν ἐστι Θεὸς; Φωκᾶς εἶπεν· Ἀγνοεῖς, τίς σοι τὸ κράτος ἐδωκεν· Καὶ οὐκ εἶπον, ὅτι ἀλογα ζῶά ἐστε, καὶ οὐκ οἴδατε τὸν δημιουργὸν Θεόν; Τραϊανὸς εἶπεν· Θῦσον τῷ Θεῷ σου· Φωκᾶς εἶπεν· Ὁ Θεός μου οὐδενὸς ἐπιδεήσεται, εἰ μὴ μόνον δι' εὐχῆς, καὶ νηστειῶν, καὶ καρδιῶν ἁγνῶν· πάντα γὰρ τὰ ὄντα αὐτοῦ ποιήματά ἐστιν, αὐτὸς δὲ πάντα παρέχει τοῖς οὖσι, καὶ τοῖς μέλλουσι παρεῖναι.

17 Τραϊανὸς εἶπεν· Ἀρχὴν ἔχεις εἰς τὸ φιλοσοφεῖν· θῦσον λοιπὸν τῷ Διΐ· Θεὸς γὰρ ἐσταυρωμένος οὐκ ἔστι. Φωκᾶς εἶπεν· Ἤκουσας φωνὴν τοῦ ἐσταυρωμένου, καὶ ἔφριξας· ἐὰν δὲ κινηθῇ κατά σου, τίς ἀντιστῇ αὐτῷ; ὁ γὰρ ἀπειλῶν αὐτῷ πήχεις ὄρη, καὶ ὁ θυμὸς αὐτοῦ ῥήσσει θαλάσσας. Τραϊανὸς εἶπεν· Οὐκ οἶδας, τίνι ὁμιλεῖς, ἢ πρὸς τίνας χεῖρας ἔχω; Φωκᾶς εἶπεν· Διὰ γὰρ τὸ εἰδέναι με πρὸς τίνα ἔχω, θύω. Ἄλλο παρ' ἐμοῦ οὐδὲν ἔχεις ἀκοῦσαι, ποίει ὃ θέλεις· τοῦτο ὁμολογῶ, ὅτι Χριστιανός εἰμι· Τραϊανὸς εἶπεν· Εἰς ἄσβεστον σε κελεύω βληθῆναι, καὶ ἰδὼ εἰ ἐξελεῖταί σε ὁ Θεός σου· Βληθεὶς δὲ αὐτὸν καὶ ποιήσας ὥρας ἓξ, ἐξήγαγον αὐτὸν ὅπως ὡς πρόσφατον βεβλημένον.

18 Τραϊανὸς εἶπεν· Λυτρὸν διὰ σὲ ὑπεκαύσαμεν ἡμέρας τρεῖς, ὃ οὐδεὶς ἀνέῳξε, ἐκεῖ οὖν σε κελεύω ἐμβληθῆναι· Καὶ κελεύσας αὐτὸν βληθῆναι ἐν τῷ λυτρῷ· Φωκᾶς δὲ ποιήσας τὸ ἐν Χριστῷ σφραγῖδα εἰσῆλθεν εἰς τὸ λυτρόν. Ἦν δὲ τὸ λυτρὸν

ὡσεὶ

A αἰσθεὶς χαλκὸς ἐκ πυρὸς ἀστράπτων, & σὰς ἤρξατο αἰνεῖν & θεὸν λέγων· Εὐχαριστῶ σοι Κύριε, ὅτι κατηξιώθην διὰ τὸ ὄνομά σου δεσμῶν & φυλακῆς, καὶ βασάνων καὶ πειρασμῶν πολλῶν· Καὶ νῦν, Κύριε, ἀπόστειλον τὸν ἄγγελόν σου, καὶ ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν χειρῶν Τραϊανοῦ, ἵνα μήποτε εἴπωσιν οἱ ἐθνικοὶ, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτοῦ· Ἐξαπέστειλε δὲ αὐτῷ καὶ ἀπαρτίμητος τὸ Ἀμὴν ἀποδεξάμενος τὸ πνεῦμα αὐτοῦ παρὰ δύσιν ἡλίου ἔστρωσε· Ἐκέλευσεν δὲ Τραϊανὸς ἀνοιχθῆναι τὸ βαλανεῖον, καὶ εὗρε τὸ λείψανον τοῦ μακαρίου Φωκᾶ ὀσμὴν νάρδου ἀπνέον, ὡς μύρον πολυτίμητον, καὶ ὡς χρύσταλλον πεπηγός. Τὸ δὲ βαλανεῖον οὐδεπώποτε ὑπεκαύσθη.

19 Καὶ ἰδὼν Τραϊανὸς τὸ λείψανον τοῦ μακαρίου Φωκᾶ, εἶπε πρὸς τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας τὸ ὑπομονητικὸν τῆς ἐκείνου πίστεως, λέγων· Ἀληθῶς οὐκ ἔστιν ἕτερος Θεὸς, εἰ μὴ μόνον ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐμφοβος, & εὐθέως γενόμενος ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ βαλανείου· Καὶ ἐπιφανὲς αὐτῷ ὁ μακάριος Φωκᾶς πρὸ τοῦ πυλῶνος, ἔφη, Τραϊανὲ τύραννε, πορεύθητι εἰς τὸν ἡτοιμασμένον σοι τόπον, εἰς τὴν ἄβυσσον τὴν μεγάλην, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· Ἐμοὶ γὰρ ἀνέῳγε ὁ παράδεισος τῆς τρυφῆς, σοὶ δὲ ἀνέῳγε ὁ ἅδης καὶ τοῖς εἰδώλοις σου· Οὐκ ἔστιν ἄρα σοι συγκατάβασις ἡμέρας πλείους τῶν τριῶν· Πολὺ γὰρ αἷμα δίκαιον ἐξέχεας· Ὁ δὲ Τραϊανὸς ἀπῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον αὐτοῦ ἔμφρικτος, & πυρετῷ συνεχόμενος, καὶ πεσὼν εἰς τὸ κλινίδιον αὐτοῦ, σκωληκόβρωτος γενόμενος, ἐξέψυξεν.

20 Τοιοῦτον βίον, καὶ τοιοῦτον ἆθλος ὑπομείνας ὁ μακάριος Φωκᾶς, πρῶτος & ἐν Πόντῳ λαλεῖται ἕως & σήμερον ἡμέρας κυβερνήτης & ναυτιλῶν, λαλητὸς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. Οὗ τὸ μαρτύριον & ἀθλητικὸς λαλεῖται δοξαζόμενον ἐν τοῖς κλίμασι & Ἀρμενίας· Ἀνὴρ ἀποστολικὸς & καθ' ἡμᾶς εἰς & χορὸν & ἁγίων μεταθείς, ἀπελήφως τὸ βραβεῖον παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πρεσβεύων διὰ παντὸς ὑπὲρ & & παντὸς σωτηρίας, μεθ' ἧς καὶ ἡμᾶς ἀξιώσειεν Χριστός· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος & ἡ προσκύνησις σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sicut aes ex igne micans c. Et statim incipit laudare Deum dicens: Gratias ago tibi Domine, quod propter nomen tuum habitus sim dignus vinculis, carcere, tormentis & tentationibus multis. Nunc, Domine, mitte angelum tuum, & eripe me ex manibus Trajani, ne quando dicant gentes; ubi est Deus ipsius. Postquam autem orasset & respondisset Amen, tradidit spiritum suum infra solis occasum. Jussit autem Trajanus aperiri balneum, & invenit corpus beati Phocæ quasi nardum spirans, sicut unguentum pretiosum, & compactum velut crystallus; balneum vero ne cum quam accensum fuisset.

Ex Metaphraste.

19 Videns Trajanus corpus beati Phocæ, prædicavit apud suos milites patientiam fidei illius dicens: Vere non est alius Deus, nisi solummodo, qui est in cœlis. Et timidus ac tremefactus exiit e balneo. Beatus Phocas apparens ipsi ante vestibulum dixit: Trajane tyranne, vade in præparatum tibi locum, in abyssum magnam, in ignem æternum. Mihi enim apertus est paradisus deliciarum; tibi vero apertus est infernus & idolis tuis. Non est tibi indulgentia ulla præter trium dierum: multum enim sanguinem justum effudisti. Trajanus autem abiit in palatium suum horrens, ac febri correptus; & cum cecidisset in lectulum suum, vermium cibus factus, exspiravit.

Apparet Trajano mortem prædicit.

20 Cum talem vitam, taleque certamen sustinuerit beatus Phocas celebratur usque ad hodiernum diem *f* primus gubernator nautarum, qui in Ponto sunt, celebrisque est in toto mundo; Cujus certaminis testimonium gloriosum est in partibus Armeniæ. Vir apostolicus eorum, qui existunt nostro tempore, in chorum Sanctorum translatus, qui a Domino nostro Jesu Christo præmium recepit, quiescat semper pro omnium salute, quæ etiam nos dignetur Christus, cui gloria & potestas, & adoratio cum Patre & sancto Spiritu nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Postmortem S. Phocæ gloria.

ANNOTATA

a *In Mss. Viennensi S. Petri vitiose* Asclepio *pro* Æsculapio,

b *De arte nautica sancto* Phocæ *adscripta, sat multa dixi in commentario prævio.*

c *De interpretatione vocis* βλασφήμου *fuse scribit Pearcellius in Dissertatione Nazarena cap. 26. Ego junctæ verisimiliorem sensum eam hic interpretatus sum.*

d *In Mss. Viennensi hic centurio vocatur* Chrispinianus; *in Mss. autem Trevirensi* Crispianus; *& in Mss. Rubeæ vallis* Crispinus.

e *Vult significare, balneum omnino bullivisse fuisse.*

f *Auctor, qui antea se ejus martyrio præsentem fuisse asseverat, hic aliqua modo se videtur prodere, cum non soleamus dicere, alicujus Sancti memoriam perseverare* usque ad hodiernum diem, *nisi magnum temporis intervallum intercesserit. Tunc autem ipsius* Phocæ *memoria debebat esse recens. De omni civitatis clero publice advocato, aliisque viris credibilibus nil hic annotavi: nam de iis in commentario prævio generatim satis dixisse mihi videor.*

DE S. HERACLA

PATRIARCHA ALEXANDRINO.

Sylloge de gestis & cultu.

J. B. S

ANNO CCXLVI. IN Tractatu *Historico-chronologico de Patriarchis Alexandrinis ante tom. v. Junii, præmissa varia nominis hujus apud Græcos, Coptos & Habessinos effermatione, a pag. 23 non nulla expendimus ad* S. Heraclam *spectantia, præsertim, ut ibi locus erat, ad episcopatus durationem inter chronologos controversæ, quæ, ne dicta cogamur repetere, hic pro insertis haberi cupimus; uti & illa quæ successor ejus Dionysius de ipso narravit, habesque ibidem num. 136. Cetera ex lib. 6. Eusebianæ historiæ accipienda, paucis hic digerenda suscipimus, fragmenta scilicet, viri forte doctrinam potius quam gesta in patriarchatu enarratia: nam de hisce nihil memoriæ traditum esse, jam in prædicto Tractatu satis monuimus. Neque resumenda aut hic iterum refellenda sunt Eutychii Alexandrini commenta in Annalibus suis Arabicis, a Pocokio latine versis, pag. 333, circa originem nominis* Papa, *unde sua*

Præter dicta in tractatu de Patriarchis Alexandrinis.

Digitized by Google

AUCT. H. B. S. *fua hauſit Ecbellenſi: de iis enim abunde egimus in Parergo S. Heraclæ ſubjuncto a pag.* 25. *Quod autem idem ſemulavit Eutychius, Patriarchas Alexandrinos aliter quam alios Epiſcopos ordinatos fuiſſe, diſcuſſum eſt Parergo* 1 *a pag.* 9. *Porro de cultu S. Heraclæ apud Coptos, ex eorum Hagiologiis dicta item omnia ſunt quæ dici potuere: ut hic reliqui nihil ſuperſit, niſi ut Euſebii ſententias aliquot, & brevia Martyrologiorum noſtrorum elogia colligamus.*

ſuperſunt aliquot elogia,

2 *Inter celeberrimi Origenis diſcipulos primas tenuiſſe conſtat par fratrum nobile & inclytum, ambos germanos, Plutarchum & Heraclam: ipſum inſignem Martyrem, de quo actum eſt* XXVIII *Junii, hunc poſtmodum ad ſedis Alexandrinæ thronum evectum, quem ſic breviter in Origene ſuo laudat noſter Halloix pag.* 12, *in cujus verbis nihil reprehendendum hic exſtimo, tametſi norim librum ejus prohibitum eſſe donec corrigatur. Sic habet*: Frater Plutarchi germanus fuit Heraclas, inſigni vir doctrina, & Origenis quidem in philoſophiæ ſtudio haud ita pridem condiſcipulus, & quinquennio ante ipſum in
B eo ſtudio verſatus, ſed tamen paulo poſt, ejuſdem Origenis in Catecheſi ſecundus auditor, & vitæ imitator, deinde & in docendo adjutor, poſtremoque Alexandriæ epiſcopus exſtitit. *Sed Euſebium ipſum audiamus, qui expoſita immani Chriſtianorum, furente Severo, Alexandriæ lavacra, in qua Origenis parens Leonides illuſtre fecit martyrium, ſic libri ſexti caput* 3 *exordituri*: Interea vero cum nemo ſupereſſet Alexandriæ qui tradendis fidei noſtræ rudimentis operam daret, omnibus ob perſecutionis metum pulſis ac fugatis, quidam ex gentilibus ipſum (*Origenem*) ſcholæ etiam tum vacantem atque affixum, ut de ſe alicubi ſcribit, adierunt, verbum Dei ex eo auditurі. Inter quos primum fuiſſe teſtatur Plutarchum: qui poſt vitam honeſte tranſactam, ſacro etiam martyrio coronatus eſt. Secundum Heraclam ejuſdem Plutarchi fratrem: qui cum ipſe quoque philoſophicæ vitæ ac diſtinctioris cujuſdam diſciplinæ documenta plurima apud ipſum præbuiſſet, poſt mortem Demetrii, Alexandrinæ urbis epiſco-
C patu dignus eſt habitus.

ex Euſebio Hieronymo,

3 *Hæc ſpectant verba S. Hieronymi de Script. eccl. cap.* 54. *ubi Origenis encomio interſerit*, Heraclam presbyterum, qui ſub habitu philoſophi perſeverabat, adjutorem ſibi feciſſe χαμαιζήλους, qui quidem & poſt Demetrium Alexandrinam tenuit eccleſiam. *Pluſculum in hac re Halloixius pag.* 23: Quo circa, adigente neceſſitate, univerſam hanc multitudinem bipartito diviſit; atque hos quidem, qui primis fidei elementis imbuendi erant, Heraclæ, ſuorum principi diſcipulorum, imbuendos attribuit, viro cum ſacrarum litterarum perquam ſtudioſo, tum etiam philoſophiæ aliarumque ſcientiarum diſciplinis egregie inſtructo. *Hæc vero quam appoſite ex Euſebio deſumpta ſint, patet ex ejus capite* 15, *quod integrum ſubjicimus*: Cum autem animadverteret (*Origenes*) ſe nequaquam ſufficere ad quietiorem rerum divinarum contemplationem, & ad ſacræ Scripturæ ſcrutationem atque interpretationem, ſimulque ad inſtitutionem eorum, qui ad ipſum accedebant, per quos ne reſpirare quidem ipſi licebat, cum alii ſuper alios a primo lucis exortu uſque ad veſperam ſcholam ejus frequentarent; diviſa omni-
auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus ſuis deligens, virum rerum divinarum ſtudioſum, & alioqui doctiſſimum, nec inexpertem philoſophiæ, in docendi officio ſocium ſibi atque adminiſtrum adjunxit. Et huic quidem inſtitutionem eorum qui primis adhuc imbuerentur rudimentis, mandavit; ſibi vero perfectiores docendos reſervavit. D

Origenes & alii.

4 *Eximiam ſanctі Patriarchæ eruditionem, atque philoſophiæ cum profanæ tum pariſſimum Chriſtianæ, quam ab Ammonio hauſiſſe volunt, inſignem peritiam ita laudat Origenes apud eundem Euſebium cap.* 19, *ut ejus atque Pantæni (de quo ad* VII *Julii egimus) exemplo ſeſe tueatur adverſus malevolorum obloquia, quod Græcanicis diſciplinis nimium ſtudii impenderet. Ejus verba ſunt pag.* 221, *editionis Valeſianæ, quam ſequimur*: Atque hoc fecimus, tum Pantæni illius, qui ante nos multis profuit, exemplum ſecuti .... tum Heraclæ, qui nunc inter presbyteros Alexandrinæ ſedet eccleſiæ; quem ego apud magiſtrum philoſophiæ reperi, quintum jam annum ei operam dantem, priuſquam ego E hujuſmodi doctrinam auſcultare cœpiſſem. Atque idcirco cum vulgari veſte antea uſus fuiſſet, ea depoſita, philoſophicum induit habitum, quem etiamnum retinens, Græcorum libros ſtudioſe evolvere non deſiſtit. *De habitu philoſophico hic commemorato pluribus agit Baronius in Annalibus occaſione pallii Tertullianei ad annum* 197, *a num.* 15, *quæ hic nobis explicanda non ſunt, non magis quam minutiæ eliæ, hinc inde occurrentes, quod illa locum ſuum jam pridem invenerint, aut porro alibi reperiuve ſint: ſufficiat id exequi quod propoſuimus, ut ea ponamus ſub oculos quæ de S. Heraclæ geſtis ab Euſebio litteris breviter conſignata ſunt.*

quæ ſemel exciſit noſter Halloix.

5 *Pari autem ſanctitatis ac doctrinæ laude floruiſſe S. Heraclam, inde omnino conſicitur, quod* Alexandriæ, poſt mortem Demetrii, miniſterium ſuſceperit eccleſiæ, *de qua re jam in præfato Tractatu ſatis diſputatum eſt. Liceat adjungere Halloixii verba pag.* 41, *ubi relatis Demetrii ſimultatibus, non ſolum* Heraclæ *doctrinam, ſed & præclariſſimas virtutes merito prædicat.* Nam digreſſo, *inquit*, Alexandria Origene, alli illic ſupererant viri virtute atque doctrina præclari, & illi quidem diſcipuli, atque ad præſtandas magiſtri vices tam apti, ut haud multum deſideranda jam eſſet ejus inibi præſentia. Hi autem fuerunt Heraclas, cujus ante facta mentio, & Dionyſius Alexandrinus, quorum ille mox in Origenis locum ſucceſſit, & Dionyſius in Heraclæ: ambo tam illuſtres, qua nomine eruditionis, qua ſanctitatis, ut alter alteri in Alexandrino patriarchatu poſtmodum ſucceſſerint, Dionyſius Heraclæ, Heraclas Demetrio. *Neque vero eximiam S. Heraclæ nominis claritatem aliter melius probare potuit Euſebius, quam dum cap.* 31, *agens de doctiſſimo Africano ejuſque opera enumerans, ita narrat*: Ejuſdem Africani quinque de Chronographia libri accuratiſſime compoſiti ad nos etiam pervenerunt; in quibus ſe Alexandriam profectum eſſe teſtatur, ob maximam omnium famam atque exiſtimationem de Heraclа. *Atque hoc unicum elogium eſt quod ei in Martyrologio ſuo adſcripſit Uſuardus, ſolus & primus, cum antiquiorem haſtenus non noverimus qui de* S. Heraclа *in Faſtis ſacris memoriam egerit. Hic ejus genuinus eſt textus*: Alexandriæ, ſancti Heraclæ

A raclem antiſtitis, ob cujus opinionem celeberrimam memorat ſe Africanus hiſtoriographus, ad eum properaſſe; *quæ ferme eadem in Bodierno Romano leguntur.*

Quid de ipſe habeat Maulio.

6 *In noſtris ad Uſuardum obſervationibus hoc die jam pridem fuſſi ſumus, & porro fatemur, nos nullum Martyrologum ex vetuſtiorum aut ei ſynchronum reperiſſe qui de* S. Heracla *meminiſſet; ne id quidem diſcernere tum potuiſſe, quod nec hactenus deprehendimus, cur hunc potiſſimum diem ſignando Sancto Uſuardus ſelegerit, cum nihil minus veriſimile ſit, quam ipſum hoc die obiiſſe, ut in diſſertatione Tractatu pluribus demonſtratum invenies. Quod vero ibidem indeciſum reliquimus num.* 142, *fuerit-ne* Heraclas *ipſe Origeni adverſarius; nihil occurrit hactenus unde liquido dirimatur. De cetero abeſt etiam tam celebris Patriarcha ab omnibus Bedæ & Flori auctoris; binis Adonis editionibus, Morinenſi & S. Laurentii Leodii adjectus emanenſium licentia, qui ipſum ex Uſuardo, & ipſis quidem Uſuardi verbis illuc tranſtulere. Codices Uſuardinos ſingillatim hic percurrere, nihil omnino juverit; recentiores porro Maurolycus, Felicius, Galeſinius & alii, nihil notatu dignum adjiciunt: quæ autem addidit Canifius de ſex annis epiſcopatus prævie refutata ſunt. Demum unde auctor Florarii Ms. ervenerit, aut potius divinaverit, Africanum ad* S. Heraclam *properaſſe anno* 232, *quærere ſuperſedeo. Atque hæc ſola ſunt quæ præter alibi dicta de* S. Heracla *fideliter tradita reperimus: mirari poſtremum licet, in nullis Græcorum Menais, Menologiis aut aliis tabulis, aliàs Sanctorum ignotorum ſatis feracibus, Sancti hujus memoriam conſignatam eſſe.*

D

AUCT. J. B. S.

DE S. JUSTO CONFESSORE,

E

B

CAMBONE IN BITURIGIBUS GALLIÆ. J. B. S.

SÆC. III

Ex tabulis Bituricenſibus

DE ſynonymis Sanctis ſub Juſti *nomine non ſemel hoc die ſermo recurrit.* S. Juſti Trevirenſis *ſolus cultus utcumque aſſeri potuit; de altero Conſtantinopolitano ſeu Romano, vetuſtis Martyrologiis æque ignoto, confuſiones variæ, non uſquequaque religioſæ, explicandæ & conciliandæ fuerunt.* Juſtum Lugdunenſem, *in ſacris tabulis certatim ſignatum, ad propriam feſtivitatem, nempe ad diem* 2 *Septembris in Prætermiſſis rejecimus. Supereſt* Juſtus *alter, quem nobis pro hoc die ſuggeſſit Caſtellanus in Martyrologio univerſali, his verbis:* Prope Cambonem in Bituriguibus, S. Juſti confeſſoris, S. Urſini in ſtabilienda iſtic fide collaboratoris, *ubi ad marginem notat annum circiter* 289, *de qua epocha ſeu ætate diſquirendum erit ad Acta S. Urſini* IX *Novembris, quo in Romano ponitur vel* XXIX *Decembris, quo ipſum colunt Bituricenſes. Non ignoravit* S. Juſtum *Sauſſayus, at eum tranſtulit in Supplemento ad* III *Non. Nov. ſic ſcribens:* Ad Utricionem fluvium prope Biturigas, natalis S. Juſti martyris, qui cum beato Urſino epiſcopo [ſocius] ad urbem Biturigam proficiſcens, milliario nono ab urbe diſſitus migraſſet ad Chriſtum; ab eodem S. Urſino condigne ſepultus eſt, in orientali plaga urbis. *Eſt quod Labbeo æque ac nobis in ejus elogio diſplicuit; præterquam quod, ut jam dicebam, alio die ipſum retulerit, quam quo a Bituricenſibus colatur, ut mox etiam ex laudato Labbeo patebit, cujus elogium hiſtoricum omnia complectitur, quæ de* S. Juſto *memoriæ tradita invenit.*

C

de cultu dubitari non poſſe

2 *Pro cultu ſtant etiam Kalendaria Mſſ. Bituricenſia, in quibus diſerte ponitur ut calendas hac* XIV *Julii Officia trium lectionum, quas hic deſcribere non licet, cum eccleſia iſtius integrum Breviarium in Muſeo noſtro non exſtet. Supplebit* IV *lectio S. Urſini deſcripta ex editione anni* 625 *in hunc modum:* Beatus Urſinus cum diſcipulo meritis & nomine Juſto, ad annuntiandam Chriſti fidem Biturigas miſſus, primus illic epiſcopus deſtinatus eſt. Contigit autem, eumdem Juſtum infirmari, vitamque hanc cum meliori commutare, antequam ad civitatem Bituricenſem pervenirent: idque in vico, nono milliario ab urbe diſtante, qui exinde S. Juſti nomen retinuit. *Catherinoti Sanctuarium Bituricenſe pag.* 33, *nihil magnopere novi adfert, huic tamen a Caſtellano diſſentiens, quod Sanctum, quem martyrem, ratione ſatis frivola, appellari poſſe ait, mortuum velit circa annum* 231, *ac S. Urſini diaconum fuiſſe, eo argumento, quod epiſcopi abſque diacono numquam procederent. Quod autem alicubi, nempe apud Sauſſayum ſignetur* III *Novembris, id de aliqua tranſlatione accipiendum exiſtimat; qua occaſione epiphonema pronuntiat Catherinoto dignum; nimirum æque difficile eſſe Martyrologia concordare atque horologia, quaſi in illis componendis ætatem triviſſet, atque adeo in quærendo* S. Juſto, *cujus non puto ullam uſquam in vetuſtis Martyrologiis memoriam reperiſſe. Hæc de* S. Juſti *cultu dicenda habuimus, cetera quæ reperiri potuere dabit.*

ELOGIUM HISTORICUM

Ex Vitis & elogiis Sanctorum Bituricenſium.

Apud Labbeum Biblioth. Mſ. tom. 2 *pag.* 410.

F

De geſtis paucula habet Labbeus.

SAnctus Juſtus, cum ſancto Urſino Roma profectus, nondum Biturices venerat nuntiandæ fidei cauſa, cum gravi morbo correptus, nono ab urbe milliario deceſſit e vivis, & a magiſtro ſepulturæ mandatus in loco, qui ripæ Avarici ſeu Utrionis imminet, medio itinere inter Bituricenſem urbem & Regiodunum, ab eoque nomen accepit, *Saint Juſt entre Bourges & Dun le roy, ſur la riviere d'Auron*; cum antea, ſi fas eſt credere, urbs nova, ſeu Novabella diceretur. Inde, ſucceſſu temporis, venerandum ſancti Confeſſoris corpus tranſlatum eſt in eccleſiam, quæ cum antea, in honorem S. Symphoriani martyris erecta fuiſſet, cognomen poſtmodum mutuata eſt a S. Urſino, cum anno circiter DLXX, e proximis vineis præſentibus SS. præſulibus Probiano Bituricenſi, & Germano Pariſienſi

A fienſi fuiſſet cum maximo honore primi Bitu-
AUCT. rigum apoſtoli corpus in ſuburbium Bituricæ
J. B. S. civitatis deductum. Summarium hoc excerpſimus tum ex vetuſtiſſimo Bituricenſis eccleſiæ Breviario, tum ex aliis hiſtoriæ Biturigum noſtratium monumentis. Hoc quoque tempore, XIV Julii die, recolitur quotannis memoria S. Juſti in tota Biturigum diœceſi, ſub ritu & nomine confeſſoris; ideoque mirum D
mihi prorſus viſum eſt, quod in Supplemento Martyrologii Gallicani adſcriptum legitur: III Non. Novembris, apud Utricionem, &c. *uti ſupra ex Sauſſayo deſcripſimus*. Hæc ibi, *inquit Labbeus*, quæ pluribus non vacat excutere; *neque nobis integrum eſt, tacentibus monumentis Bituricenſibus, plura hiſce adjungere*.

DE S. ONESIMO THAUMATURGO.

J. P. Ex Synaxariis Græcis.

SUB DIOCL. ONeſimus *bodiernus* Thaumaturgus *ſacris tabulis inſcriptus legitur in Menæis impreſſis cum ſuo Indice Ms.; ſed abſque elogio; quod ei aptatur in Menæis Ambroſianis. De eodem præterea meminerunt Menæum Chiffletii, Maximus Cyberorum Epiſcopus, & utrumque codex Taurinenſis. Supplementum ad Menæa impreſſa pluries nominatum ſic canit:*

Memoria Sancti, ornatio, B

Ἐλαφρὸν ἦρα φορτίον σὸν ἠδέως
Μετ' ἐ σός Ὀνήσιμος ἥκω σοι, Λόγε.
Onus leve tuum, Chriſte, ſuaviter tuli,
Oneſimus ad te venio nunc quocum tuus.

elogium. a *Luſus eſt in ὄνος, aſinus, quaſi ab ὄνημι* juvo: *unde* Ὀνήσιμος *hic. Baſilianum ſic Sanctum laudat:* S. Oneſimus e civitate Cæſareæ Palæſtinæ oriundus fuit ſub imperio Diocletiani, parentum piorum filius; qui, ut fermo eſt, ab Angelo baptizati, de conceptione filii ſui prægnoſcitaque natus eſſet & educatus in diſciplina & inſtitutione Domini, digreſſus ad unum e monaſteriis, quæ ſunt Epheſi, in quo degebant aſcetæ octoginta, monachus eſt factus; contendebatque ſupra naturæ humanæ vires. Parentes vero ejus, dum lugebant ejus abſentiam, cæci facti ſunt. Exorta autem perſecutione in Chriſtianos, cum monachi omnes fugerent, ipſe quoque domum ſuam repetiit, ut peregrinus; ubi parentibus quidem viſum reddidit; at ſe ipſum eis non manifeſtavit; ſed ſcriptis in charta rebus ad ſe ſpectantibus, & impoſitis uni e feneſtris, petiit Magneſiam: ubi, patratis multis miraculis, ad Deum migravit. *Similia narrantur in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ; cum addito, non tantum ipſum fuiſſe* e Palæſtina, *ſed etiam* ἐκ κόμης (*lege* κώμης) *Καρίνης*, e pago Carines. E

DE SANCTO CYRO

CARTHAGINENSI EPISCOPO.

I. B. S. Ex Martyrologio Romano.

XIV JULII. FOntem aſſignamus ex quo Cyrus *a nobis deſumi debuit, cum in nullis aliis Faſtis, tum Græcis tum Latinis uſquam notus ſit, ut merito ſuſpicemur eum a Baronio aut altero aliquo ipſius Martyrologii reviſore inſertum primo fuiſſe his verbis*: Carthagine, ſancti Cyri epiſcopi, in cujus feſtivitate ſanctus Auguſtinus de eo ſermonem ad populum habuit. *Neque vero in annotationibus ſuis Martyrologium ullum citavit Baronius, ex quo eum acceperit, quod ex verbis ejus manifeſtum eſt, ita enim loquitur*: Poſſidius in Indiculo cap. 8 tradit S. Auguſtinum de eo tractatum habuiſſe ad populum. *Tota igitur auctoritas qua nititur hæc Martyrologii Romani annuntiatio eſt penes ſolum Poſſidium qui in dicto Indiculo per hæc verba*, De depoſitione Cyri epiſcopi Carthaginis, *ita Cyrum ipſum depinxiſſe videtur, ut de eo ad populum dixerit S. Auguſtinus, licet interim tractatus iſte ſeu ſermo nuſquam aſſignetur; in noviſſima vero operum ejus editione per monachos Congregationis S. Mauri tomo* 10 *col.* 197, *non una adducatur varia lectio quarum alia* Quirinum, *aliæ* Quirum *indigitent, ut diverſus ſcriptionis, forte abbreviatæ, modus facile in errorem inducere potuerit.*

De hoc Sancto fatis certi non ſumus,

a *Scio, laudatum Baronium in Annalibus ad annum* 303, *num.* 73, *pro eodem* Cyro *pugnare, eoque adducere ipſammet Martyrologii Romani auctoritatem; verum reponere quis poſſet, hoc ferme eſſe quod aiunt, principium petere, ſeu idem probare per idem. Nodi ſolutio pendet ab eo quod indicare voluit Poſſidius, in quo veroſimiliter vetus aliqua abbreviatio, nominis fortaſſe S. Cypriani, anſam dederit Cyrum effermandi, qui donec aliunde notus ſit, non videtur ex eo ſolo capite omnimode ſubſiſtere; ipſe Baronio non parum laborante ut ei locum inveniat in ſerie epiſcoporum Carthaginenſium. Rem dubiam damus ut dubiam, at non dubitavit Caſellanus ad Romani marginem adjicere*; eſſe nomen S. Cypriani in Poſſidio abbreviatum, male ab iis lectum, qui pro alio ipſum accipientes, hanc ei diem pro arbitrio elegerunt. *Id in hac obſervatione certiſſimum eſt, huic diei adſcriptum* Cyrum *illum pro mero libitu, cum de ejus ætate, geſtis aut mortis die nihil prorſus ſciatur. Sitne porro* Quirinus, Quirus *aut affinis alius, in medio relinquimus, donec lucis paulo certioris aliquid alicunde accedat.* F

ex Poſſidii Indiculo

DE

A

DE SS. MARTYRIBUS AFRICANIS PAPIA ET DONATO.

Ex Martyrologiis. J. B. S.

XIV Julii. Duos hic Martyres Africanos jungimus, tametsi in multis codicibus Hieronymianis solus ferme compareat Donatus, a Blumiano, aliquibus minoribus, Nothero, & uno alterove Usuardino auctore in feminam Donatam transformatus. Lucenſi & Corbejenſis annuntiatio clara eſt, In Africa Donati; atque hæc in binos codices Usuardinos tranſiit, quos habes in noſtra editione. At vetuſtius Epternacenſe ſaltem pro duobus fert teſtimonium, legens: Pridie Idus Julii, Papillæ, Donati, ut certo intelligamus, non ſolum Donatum aut Donatam hoc die in Africa recoli; niſi quis ſuſpicetur, annumeraſſe aliquem ex Africa formoſſe Papillæ, quod vix aniſimari poteſt. Adevellendum ſcrupulum fecimus optimæ notæ codices, quos minores vocamus, Rhemenſi, Richenovienſe, & Reginæ Suecia, in quibus diſertiſſime legitur: In Africa, Papiæ & Donati, quam proinde lectionem prætulimus, rejectis etiam aliis Usuardinis codicibus, in quibus invenies, Petri & Donati. De ſolo Martyrum numero ac nominum veritate diſceptari hic poteſt, cum de cetero ætas, geſta & martyrii genus plane ignorentur, ut in hujuſmodi Martyrum claſſibus evenire, notiſſimum eſt. B

DE SS. MARTYRIBUS ALEXANDRINIS ANTIOCHO, MARIO, DAGIONO, MENESIDEO, NAMORE, MAMMARO, PETRO ET GUMMO.

Ex Hieronymianis. J. B. S.

XIV Julii. Pro Hieronymiana eſt propoſita Martyrum claſſis, cum hac ſola differentia, quod Corbejenſe nomina aliqua corruptiora exhibeat, ut Anthioci pro Antiochi, quod Epternacenſis exprimit Antioci; nos lectionem Lucenſis ſecuti ſumus. Præſtium Corbejenſe habet Dagiona, Numocis, & poſtremos duo nomina in unum confundit Petrigummi. In Epternacenſi eſt Meneſidie, in Lucenſi Gumni: in Blumiano autem paulo major varietas per nominum conjunctionem & diviſionem. Ceterum ſatis conveniunt majores codices omnes in numero, qui in minoribus ad duos aut tres contrahitur, ut patet ex iis qui a nobis editi ſunt tomo VII Junii. Nothcrus, bonum aliquem ſecutus, ſcripſit; In Alexandria, nativitas ſanctorum Martyrum Mammarii, Petri & aliorum: Caſſellanus vero ex omnibus unum ſelegit Meneſideum, quem hac die in ſertia ſua claſſe collocaret; Alexandriæ, ſanctorum martyrum Meneſidei & aliorum, quos haud dubie ex Florentinio accepit. C

DE S. HERACLIO MARTYRE.

Cultus apud Græcos. J. P.

XIV Julii. Quam certo hic ſanctus Martyr in pluribus Synaxariis ignotus eſt, tam diſerte ſignatur in Menæo Chiffletii. Hæc in Supplemento ad Menæa impreſſa Sirmondo-Chiffletiana: Ὁ ἅγιος Ἡράκλειος ἐπίσκοπος ῥοπάλοις τυπτόμενος πλ. S. Heraclius Epiſcopus fuſtibus cæſus martyrium conſummat.

Τὰς ἐν ῥοπάλοις Ἡράκλειος ἀγκύλας
Ὡς Ἡρακλῆς ῥόπαλον ἀυχήσει πάλαι.
Heraclius dum pectitur ictus fuſtium
Mox fert triumphos, ut tulit clava Herculem.

Alluditur ad Heraclium & Herculem, ac rurſum ad τὸ ῥόπαλον, quod in priore verſu fuſtem aut clavam ſignificat, qua S. Heraclius interemptus fuerit; in ſecundo autem clavam Herculis denotat.

Digitized by Google

A

DE S. PETRO EPISCOPO CRETENSI,

D

Cultus apud Græcos.

J. P.

XIV Jul. LII.

MEnæum Chifletii hunc sanctum Episcopum habet; uti etiam notissimum a præcedentibus diebus Supplementum ad Menæa impressa, quod ipsum annuntiat hisce verbis: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Πέτρος ἐπίσκοπος Κρήτης ὁ νέος, νὺξ ποδὸς ὑποπτεύσας κλπ. Eadem die (14 Julii) sanctus Petrus, Episcopus Cretæ junior, pedibus præcisus martyrium obit. *Ex appositis Sirm. colligo, hæc desumpta esse ex Synaxario Sirmondi. Eorum triumphos versiculis istis applaudunt, qui eos Græce Latine ita sonant:*

Ἀπροσκόπως ἔχοντα τὸν θεῖον πόδα
Ἐζημίωσαν τῆς ποδὸς ἀφαιρέσει.
Sanctus, nihil qui scandali cuiquam dedit,
Præcisione plectitur Petrus pedum.

Quantum assequor sensum poetæ, videtur alludere ad illud Evangelicum: Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & projice abs te. *Matth.* 18. *Quod scandalum cum non dederint pedes sancti Martyris, significat, eum immerito pedibus mutilatum fuisse.*

B

DE SS. AQUILA ET HILARIO MM.

E

Notitia ex Synaxariis Græcis.

J. P.

XIV Jul. LII.

SAncti isti bini Martyres Aquila & Hilarion, seu Hilarius, *notantur in codice Taurinensi β, Menæo Chifletii, ac Supplementis aliis pluries memorato, e quo discimus illos* λιθοβολισθέντας πλ. Lapidibus appetitos martyrium consummasse: *quod mortis genus clare etiam exprimunt versiculi, ibidem appositi: quos hic more nobis usitato Latine redditos transcribere placuit. Ita sonant.*

Τὸν ἴλαστον, καὶ Ἀκύλαν λίθοις
Ἄνδρες πλάνοι κτείνυσιν, οἷς θεοὶ λίθος.
Aquilam & Hilarium subdoli occidunt viri
Imbre lapidum; qui pro deis lapides colunt.

Illos Sanctos præterea refert Menæum Mazarinianum, eosdem, quos memoravi, versiculos canens.

DE S. JUSTO
CONFESSORE TREVIRENSI.

J. B. S.

Ex Molano & Officiis ipsius ecclesiæ.

XIV Jul. LII.

QUem in prima, eaque longe præstantiori Usuardi editione neglexerat aut ignoraverat Molanus, posterioribus suis Sanctum aliquem Trevirensem inserui; Apud Trevirim, S. Justi confessoris; *acceptum, procul dubio, ex Florario Sanctorum Ms., toties a nobis citato, & pervulgando, cum nullus ante ipsum, nullus post ipsum de Justo ista Trevirensi meminerit, nequidem ampliores codices Colonienses, nec ipsum Martyrologium S. Martini Trevirense, quamvis non paucis popularibus, & Belgicis Sanctis auctum: neque aliunde Molanus eruere eum potuit; neque ex recentioribus ullum, excepto Galesinio, reperiri licuit, qui Molanum in eo imitaretur, Catalogum nullum Justum Trevirensem agnoscens. Quantum nobis negotii facessiverint varii hodierni Justi, ex dictis satis patet: hunc aliis inter prætermissos adjunxissem, nisi me potissimum moviisset aliquis Lectionarii Trevirensis, anno 1645 editi, & alibi non semel memorati, auctoritas, in cujus Kalendario ad XIV Julii, post S. Bonaventuram expresse ponitur*, Treviris, S. Justi confessoris Trevirensis, *& rursus in ipso ordine, ac eadem die*, Justi confessoris Trevirensis. Lectio III de Communi. *Satis vaga ea fatear, ac certe recepti alicujus veneralionis testimonia, quibus cultum, fuisse aliqualem probari queat; quidquid de cetero Trevirenses ipsi satis ostendant, ætatem & gesta Sancti sui Justi, quicumque is fuerit, penitus esse obliterata.*

Digitized by Google

A

DE SS. RUFINO ET AVENANTIO CONF. D

SARSANI APUD DERTONAM IN ITALIA.

Ex Ferrario. J. B. S.

XIV Julii. Bini *hoſce Sanctos, Martyrologiis omnibus eatenus incognitos, ſuggeſſit hoc die Ferrarius ex tabulis eccleſiæ Dertonenſis*, quæ per diœceſim univerſam, *inquit*, illorum memoriam hoc die recolit, & *quidem Officio duplici, ut habet in Catalogo generali. Notat enim hic*, diem natalitium una cum geſtis illorum ignorari, hoc autem die eorum inventionem celebrari: *Unde poſtmodum in dicto Catalogo generali ſcripſit*: Sarzani apud Dertonam, inventio ſanctorum confeſſorum Rufini & Avenantii. *Ita teſtanti & de ſtabilito ibidem conſtantique cultu fidem facienti, credendum omnino putavimus, atque adeo ex ejus ſolius ipſius teſtimonio, ejuſquemet verbis breve eorum elogium hic deſcribimus. Sic habet*: Rufinus eremita cum Avenantio diſcipulo in valle, per quam fluviolus decurrit, apud Sarzanum caſtrum agri Dertonenſis vitam egit ſolitariam, quæ Vallis S. Rufini uſque in præſentem diem nominatur. Quorum corpora cum diu latuiſſent, inventa cum hujuſmodi marmorea inſcriptione: Hic JACENT CORPORA SS. RUFINI ET AVENANTII, in opportuniorem & decentiorem locum parochialis E
B eccleſiæ translata ſunt, & præcipua veneratione coluntur. *Hæc pauca ex ſola Ferrarii fide.*

DE S. JUSTO MARTYRE.

CONSTANTINOPOLI.

Ex Synaxariis Græcis, & Martyrologio Romano. J. P.

XIV Julii. *Varia Synaxaria hunc nobis Martyrem exhibent; videlicet Menæa impreſſa cum ſuo Indice Mſ., Maximus Cyberorum Epiſcopus, ac Menæum Chiffletii; quibus addendum Synaxarium Baſilianum, e quo paſſionem ſic reddo Latine*: Sanctus martyr Juſtus e civitate Romana oriundus fuit. Dum vero militaret in ordine numerorum, reverſuſque eſſet ex bello, videt crucem cryſtallinam, & e cruce audit vocem exeuntem, ſibique dicentem, ut idola relinqueret, & in Chriſtum crederet. Romam itaque profectus, facultatibus ſuis in pauperes diſtributis, ſibi vacavit, Chriſti fide exultans. Quod cum Tribuno innotuiſſet, comprehenſus ab illo eſt. Dumque non poſſet adduci, ut Chriſtum C
abnegaret, vinculis conſtrictus ad præfectum Magnentium miſſus eſt. Et quoniam magis Chriſti fidei inhæreret, crudis loris cæſus, & ignita galea capite indutus, poſtea nudo corpore ſuper focum carbonibus accenſum expanſus; & tandem in magnum caminum ignis injectus, ſpiritum ſuum Deo tradidit.

Colitur ex Synaxariis; elogium ex Baſiliano;

in quo loco colatur ſanctus Martyr.

quid Martyrologium Romanum: 2 *Similia habet Sirletus; addens in fine*, ejus ſanctum corpus integrum permanſiſſe, ne pilo quidem læſo ab igne, in quem fuerat injectus. *Atque hinc tranſiit in Martyrologium Romanum, ſic eum referens*, Romæ S. Juſti militis ſub Claudio tribuno, qui apparente ſibi divinitus Cruce, credidit in Chriſtum; & mox baptizatus, omnia ſua pauperibus erogavit. Tentus deinde a Magnentio præfecto, verberari nervis, galea ignita contegi, & in rogum immitti juſſus, nec in capillo quidem læſus, in confeſſione Domini tradidit Spiritum. *Menæa impreſſa, plurimum aliquin conſona, omittunt apparitionem Crucis; habentque etiam in fine, quod* ignis nec pilum *Martyris* attigerit.

3 *Locus vero, in quo Sanctus colitur, notatur in Supplemento e Synaxario Sirmondi & Mſ. Chiffletii, hodie etiam ipſum annuntiante*: Τελεῖται δὲ ἡ ἁγία σωτηρία ἐν τῷ ὀρφανοτροφείῳ. Celebratur autem ſolemnitas ejus in Orphanotrophio: *de quo Cangius in CPoli Chriſtiana lib. 4, pag. 165, num. XIX varia congeſſit; contendens imprimis contra Codinum, non fuiſſe locum iſtum ædificatum a Juſtino Juniore & Sophia; ſed ante Juſtini tempora extitiſſe. Ad hæc Zoticum quemdam, ſignatum in Menæis XXXI Decembris, primum illius curatorem fuiſſe, & primum, ut fertur, officii orphanotrophi inventorem. Ibidem præterea reperies, eumdem locum poſtea inſtauratum a Romano Argyro, ac deinde ab Alexio Comneno monachorum ac monacharum cellulis auctum, ſcholiſque Grammaticæ ad pupillos & pauperum liberos litteris inſtituendos inſtructum; novis demum redditibus ditatum. Diſces denique*, ex æde S. Pauli, quæ in ea ſtabat urbis regione, quæ vergit ad acropolim, ad quam inædificatum Orphanotrophium ſcribit Anna, *Alexii Comneni filia*, perſpicue patet, illud eſſe Orphanotrophium, intra quod ſtetit æde S. Pauli; *de qua egit dictus Auctor ibid. pag. 114, num. XXI. Accipe nunc verſiculos, ex eodem Supplemento*: F

Quædam in Menologii Romani annunciationem obſervationes.

Μὴ θῦμα βαλεῖν εἰς τὸ βωμῷ πῦρ θέλων,
Εἰς πῦρ Ἰῶσος θῦμα βάλλεται ξένον.
Nolens per ignem mittere ante aram hoſtiam,
Mittitur in ignem Juſtus (en) nova hoſtia.

4 *De tempore mortis, martyrii palæſtra ac Imperatore, ſub cujus regno illud contigerit, nihil habeo explorati. Annuntiavi eum Conſtantinopoli, non quod ibidem martyrium conſummaſſe conſtet,*

Digitized by Google

A *ſed quod memoria ejus ibi celebretur. In Baſilia-*
AUCT. *no Synaxario notatur quidem Romæ natus, at non*
J. P. *paſſus. Fruſtra ad Latinos confugias, ut plusculum aliquid notitiæ acquiras. Baronius in notationibus ad Martyrologium Romanum hoc unum refert, tradi eum a Græcis cum deſcriptione certaminis convenienter ad textum dicti Martyrologii. Unde ergo ſanctum Martyrem Romam traxit? Rectiſſime obſervavit Caſtellanus in nota marginali ad textum ſui Martyrologii Romani, Sanctum hunc* Martyrologis omnibus præcedentibus incognitum *fuiſſe. Plura jam pridem hac ſpectantia ſtudiose notarat Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ*: Nulla extat apud Latinos ſcriptores hujus martyris mentio: neque Romæ ulla corporis reliquiarumve memoria reperitur. Et quod etiam dubitationem auget, nulla Imperatoris, ſub quo paſſus eſt, in Actis illius commemoratio fit. Vereor ne potius alibi, quam Romæ coronatus ſit. *Ubi vides fere compendio tradi, quæ hic notavimus.*

B *Ludovicus Vedriani de Sanctis Mutinenſibus*
de Sanctis reliquiis Romæ in agro Mutinenſi: *a pag.* 179, *agit de* S. Juſto M., *quem Romæ accerſit Trinianum*, vulgo Trignano, *in ducatu Mutinenſi ad fluvium Dardagnam ſitum; & ibidem in eccleſia parochiali S. Petri Apoſtoli exuvias ejus ſacras collocat; ac præter hunc diem* XIV, *quo colitur, notat tranſlationem ipſius ſumma cum ſolemnitate ac frequentiſſimo populi concurſu celebrari Dominica ſecunda Auguſti, Martyris reliquiis ſuam in gratiam ſervantibus. Sylloge martyrii, quam habet, conveniens cum iis, quæ nos ſupra ex Synaxariis ac Martyrologio Romano tranſcripſimus, ſatis indicat, ipſum agere de* Juſto, *de quo hic quærimus: atque adeo obtinent hic argumenta, paullo ante prolata. Tum demum hæc, quæ nobis hactenus incredibilia apparent, ipſi credituri ſumus, quando alicunde probaverit ea, quæ aſſerit. Nobis interim fixum manet, neque hic, neque* D *alibi palpantes in tenebris duces ſequi, niſi lucem prætulerint, ne veritas alicubi offendat.*

6 *At plus omnibus, ſi ſuperis placet, vidit* Tamayus, *in Martyrologio Hiſpanico die* XIV *hujus iſta ſcribens*: In collegio Baecenſi in Betica Fratrum SS. Trinitatis Excalceatorum, depoſitio S. Juſti Martyris, Romæ paſſi; cujus ſacra pignora Hiſpaniam allata prædicti Ordinis Miniſter Generalis iſti collegio eſt eadem impartitus; ubi honorifice coluntur. *Tranſlationem probat ex authentico teſtimonio, in quo notantur e cœmeterio S. Calixti extracta corpora*, SS. Feliciſſimi, Maximi, Justi, Innocentii, Hilarii, Juſtini, Mauri, Feliciani, Hyacinthi, Vitalis, Alexandri, Gratiani, Joannis, Vincentii, Bonifacii, Valentini, Dionyſii, Claudii, Valentini, Calixti MM.; & Sanctarum Concordiæ, Floræ, Fabianæ, Aureliæ, Reſtitutæ, Victoriæ, Candidæ, & Eugeniæ Virg. & Mart.; *e quibus Madritum delatis corpus S. Juſti tradit* Tamayus *donatum collegio Baecenſi; & ita patere ex confecta diſtributione, excuſa Madriti* XXX *die Martii* 1651. *Verum quis adeo cæcutit, qui non videat vel primo conſpectu, hic enumerari Sanctas Sanctoſque anonymos ante extractionem, & poſt illam communibus Sanctorum variorum nominibus appellatos; quos baptizatos vocant? Deinde cum tanta ſit multitudo Martyrum*, Juſti *nomine nuncupatorum, de quibus ſparſim in noſtris Actis; quæro, unde ſcire* Tamayus *potuerit, hoc corpus fuiſſe potius S. Juſti, de quo hic agimus, quam alterius? Quia Romæ paſſus*, inquit. *Sed hoc refellitur ex jam dictis. Itaque cum S. Juſti incerta ſit palæſtra, tempus mortis, Imperator, ſub quo paſſus, locus, ubi quieſcat; conſequens eſt*, Tamayum *hic more ſuo egregie hallucinari.* E

DE SANCTO OPTATIANO

EPISCOPO BRIXIENSI.

J. B. S.

SÆC. V. C

PLures Brixianæ eccleſiæ ſanctos Epiſcopos, Faſtis *omnibus antiquioribus præteritos, Martyrologio Romano primum inſertos fuiſſe, pridem obſervarunt Majores noſtri, utpote cum de multis jam actum ſit, & quidem diebus proxime fere ſequentibus,* III *Martii de S. Titiano,* IV *de Paulino,* VII *de Gaudioſo, aliis Gaudentio, hujus noſtri* S. Optatiani *deceſſore, ubi rationem temporum non ſatis exactam, facile obſervavit Henſchenius, quam curſim delibare ſatis habuit, ſecutus potius ſcriptores Brixianos, quam ut ea operoſius diſcuteret, quandoquidem & ordine & numero, quin etiam nominibus Catalogi inter ſe diſcrepent. Quo ut in hodierno Sancto pateat, eſt hic Joanni Franciſco Florentinio, auctori Indicis Chronologici, anno* 1614 *Brixiæ excuſi, & Ferrario in ferie* XIV, *qui Ughello & Faino dicitur* XVI. *Henſchenii veſtigiis inſiſtere & nobis certum eſt, ætatem Sancti & in epiſcopatu ſucceſſionem eorum arbitrio relicturis, ſive floruerit ab anno* 440, *ut vult Ferrarius ſilens de ejus obitu: ſive ut alii malunt, ab anno* 450 *uſque ad* 504, *cum nihil ad manum ſit quo ea impugnentur, minus etiam quo ſtabiliri poſſint. De cetero autem cum S. Optatiani geſta oblivione ferme ſepulta ſint, nihil nobis ſupereſt, quam ut pauca ſcriptorum fragmenta hic breviter ob oculos* F *ponamus.*

Inter SS. Epp. Brixienſes Romæ Mart. inſcripti.

2 *In colligendis Brixianis iſtis Sanctis Romani Martyrologii reviſoribus præluxiſſe Galeſinium, ubi quidem indubitatum videtur: citat hoc die Gypteca Epiſcoporum Brixienſium & Annales Capreolli; voluit dicere diptycha, ſeu potius Catalogos, & hiſtoriam Eliæ Cavreoli, in qua Sanctus vix plus quam de nomine obiter ſalutatur. At de recepto cultu hic diſputandum non eſt, ubi primi Epiſcopi omnes ſanctitatis titulo decorantur uſque ad trigeſimum ſecundum, uno ſolo excepto. Hodierna Romani Martyrologii annuntiatio hæc eſt:* Brixiæ, ſancti Optatiani epiſcopi; *ad quam annuntiationem ſuam adjunxit Baronius hoc modo*: Vixit hic temporibus Valentiniani tertii Imperatoris, cum Romanæ Eccleſiæ præeſſet S. Leo Papa, cujus tempore interfuit Mediolanenſi ſynodo ſub Euſebio epiſcopo Mediolanenſi, cujus exſtat ſynodica, ab Epiſcopis, qui aderant, ſcripta ad S. Leonem; ubi in ſubſcriptione Epiſcoporum pro Optatiano Octavianus mendoſe legitur. Meminit ejuſdem Rampertus epiſcopus Brixienſis in ſermone de tranſlatione S. Philaſtrii, ſeptimumque

Iterum etiam habet S. Optatianum

A manque hunc numerat a Philastrio. Huic succesſit Vigilius. *Hiſce conſonant jam dicti Catalogi, e quibus vix plura eduxeris quam quæ hic a Baronio tradita ſunt, ut vide in laudato Florentinii Indice, cujus verba Baronianis aptanda ſunt.*

3 *Addit porro Florentinius*: Ejus & S. Vigilii ſucceſſoris reliquias, in æde S. Laurentii reconditas, anno MCCCCXCVII Bernardinus Fabius, Pharenſis antiſtes, & eidem eccleſiæ præpoſitus ex ara maxima vetuſtiore in novam tranſtulit; ab eadem poſtea muro inhærente extractæ, ſolennique ſupplicatione per urbem portatæ in auguſtiorem aliam, quam in medio choro Octavius Hermannius præpoſitus ſtruxerat, illatæ ſunt anno MDXCVI. Celebratur pridie Idus Julii. *Habes hic præcipua quæ de S. Optatiani geſtis aut poſthuma gloria prædicari poſſunt, quæque Ferrarius hoc die in majori Catalogo contraxit, notans cum ceteris*, Epiſcopum Brixienſem, qui epiſtolæ ſynodali Euſebii epiſcopi Mediolanenſis ad Leonem I Papam ſubſcriptus legitur, Octavianum, non Optatianum appellari; ſed cum non magna nominis differentia ſit, videtur idem qui Octavianus & Optatianus vocatur. *Quidquid igitur Bernardinus Faynus alienchum bene longum Scriptorum exhibeat, pro certo habeas, nihilo plus ſolidæ ſubſtantiæ hiſtoricæ ex iis extundendum. Præmittamus ejus textum pridie Idus Julii*: Brixiæ, ſancti Optatiani epiſcopi, in eccleſia S. Laurentii, & pie factorum laude inſignis, quibus in cælo locum ſibi æternum promeruit.

de cultu geſtis parum ſuperſunt.

B

4 *Audi modo ſilvam probationum.* Agunt de eo Martyrologium Romanum, Galeſinius, Brixianum manuſcript., ſermo Rampertı epiſcopi in tranſlatione S. Philaſtrii, Catalogi omnes & tabulæ eccleſiæ Brixienſis, Ludovicus Zacchonus in compendio Sanct. Abbas Aſcanius Martinengus in libello Sanct. & Obitius Capucinus de nobilit. Brix., Scipio Covus in ſuis Memoriis, Abbas Ughellus tom. 4. Italiæ ſacræ, Joan. Bapt. Zanettus in Vita S. Tiſiani, Regeſt. N. civitatis, Annales quoque Heliæ Capreoli, Joan. Bapt. Nazarii, Octavii Roſſi, & Abbatis Patritii Spini. *Adde Ferrarium & forte alios, quantos ois numero, ex quibus nihil præter jam dicta eduxeris. Rampertı ſermo toties citatus, in quo ſolum* S. Optatiani *nomen expreſſum eſt, in S. Philaſtrii Actis dabitur* XVIII *Julii, cum meritiſſima laude V. C. Pauli Guliardi, Brixiani Canonici, a quo S. Gaudentii ſermones, in iſque quæ ad S. Philaſtrium ſpectant, elegantiſſimis typis Patavii* 1720, *edita, non ita pridem accepimus. Ultima Fayni verba ſubnecto*: Hujus (*S. Optatiani*) ſacri cineres in ara majori, in medio chori tranſlati referuntur ſub die XXV Februarii, capite in buſto æreo & argenteo ad devotam oſtenſionem depoſito. Scripſit de eodem Epiſcopus Sarzanæ in ſuo Martyrologio poetico, *nempe Nicolaus Braſſius, vere a nobis citari ſolitus*:

C

Ut foret optatis compos, non lumine ſomnum
Aſpexit, membris nec fuit ulla quies.

D

AUCT. J.B.S. *lieet ſcribe prorſus multas addueas Faynus.*

DE SANCTO MARTIANO EPISCOPO,

FREQUENTI IN SAMNIO ITALIÆ.

J.B.S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De cultu, veteri Officio & Actis incertis.

FORTE SÆCULO V.

URbem, *olim epiſcopalem, in qua ſedem tenuerit is, de quo hic agimus*, S. Marcianus *ita deſcripſit Ughellus tomo* 8, *col.* 409, *at amplior aliunde notitia quærenda non ſit. Sic ibi loquitur*. Friquentum ſeu Frequentum, vulgo Frigento, eſt Hirpinorum antiquiſſima civitas, Ulteriorıs principatus, in ſummitate montis poſita, & ventis potiſſimum hibernis expoſita, Abellino finitima, duodecim circiter milliaria Benevento metropoli diſtans, olim Æculum dicta. Memoratur apud Ciceronem, Appianum Ptolomæum & Plinium. Populoſa diveſque fuit, ſed terræ motus vi an. DCCCCLXXXVI proſtrata, ut Oſtienſis in Chronico ſcribit, ac bellorum injuria penitus deſolata, habitoribuſque vacua intuentibus ſe præbet inconſtantis fortunæ exemplum. Etenim cum priſcis noſtræ ſalutis temporibus ipſa inter eas urbes merito connumerari poſſit, quæ Chriſti fidem amplexæ fuerunt, & epiſcopali dignitate exornatæ Leonis IX pontificatu; deficientibus tamen populis, ſub Paulo II an. MCCCCLXV, die VII Maji priſcum dignitatis decorem amiſit, cum epiſcopatus ejus Abellinenſi finitimo perpetua unione acceſſit; unde ab eo anno, qui præfuerant Abellinenſi eccleſiæ Abellinenſis & Frequentinenſis epiſcopi titulo ſe ſubſcripſerunt. Remanet adhuc cathedralis Frequentia ſub titulo B. Mariæ & S. Marciani epiſcopi, urbis patroni, cujus ſacrum caput in ea honorifice aſſervatur. *Hæc de loco.*

Frequentı epiſcopus,

E

2 *Plures autem iſtius nominis (ſive* Marcianus *ſcribatur, ſive* Martianus) *in Actis noſtris datos, & porro dandos, ex ſolo Romano Martyrologio conſtat, in quo ſynonymi ſedecim enumerantur, in noſtro vero ſolius primi ſeptembris Catalogo ſex ſupra viginti. In vetuſtiſſimis Hieronymianis, Uſuardinis aliiſque non paucis Martiani reperiuntur, eſt in iis omnibus tabulis plane ignotus eſt is de quo Ughellus, & ante ipſum Ferrarius meminerunt cum titulo epiſcopi Frequentini, quem Caſtellanus non eſt auſus admittere, cum in Martyrologii ſui univerſalis indice, tamquam omiſſum ſignans. Dubitavi & ego, ut verum fatear, num inter Sanctos locum promereretur, ea poiſſimum cauſa, quod cum Ferrarius unice ferme ſe iſti afferat, monumentis eccleſiæ Beneventanæ, in qua S. Marcianum colı ait hoc* XIV *Julii; in Catalogo interim Sanctorum iſtius eccleſiæ a Marco de Vipera Neapoli edito anno* 1631, *nullus alius Marcianus reperiatur, præter eum, quem ipſe epiſcopus Beneventanus ſtatuit* XIV *Junii, quemque ipſum non immerito ſuſpicatus eſt Papebrochius*

F

antiquis omnibus Martyrologiis ignotus.

Ac eo die relatum esse ecclesiæ S. Marciani *Syracusani, de cujus festivitate magis quam de illius* Beneventani *constare, manifestum est. Hæc, inquam, me prope moverant, ut* Marcianum *prætermissis inseverem, sed prævaluit auctoritas Ughelli tam diserte affirmantis, eum ut ecclesiæ patronum Frequentinecoli, atque item ejus Officium, ex vetustissimo ecclesiæ Frequentinæ codice olim a nostro Antonio Beatillo descriptum, & post ejus obitum ad Bollandum missum anno 1654.*

AUCT. J. B. S.

Officium proprium ibi aliquando habuit

3 *Præmiserat vivus adhuc laudatus Beatillus anno 1638 Vitam ipsam* S. Marciani, *qualem ferme postea edidit Ughellus, cujus solum compendium dederat in majori Catalogo Ferrarius, estque ipsa tota inserta jam dicto Officio, cujus hic specimina aliqua proferre, haud abs re fore arbitramur. Continet id paginas sedecim formæ minoris, divisum in lectiones novem, totam Vitam, ut dixi, complexas, quarum antiphonæ, responsoria &c. ex eadem Legenda contracta rem eamdem bis terve non absque nausea identidem repetunt; ex antiphona ad magnificat, statue de cæteris:* Beatissimus Marcianus Dei Pontifex almus, cui commisit Dominus gregem suum
B regendum, qui assidue ad eum veniebat, videns signa & miracula multa ab eo fieri. *Omissis cæteris, addam solum fragmentum ex hymno ad Vesperas.*

Ad Marciani præsulis concurrite Christicolæ
Festum, devote pariter laudes Deo concinite,
Qui fretus almo flamine cælestibus spiritibus
Arcadiis a finibus transvectus est Ausoniam.
Frequenti solum eligit, Christi præcepta consequens,
Jejuniis & precibus Regem supernum obsecrans,
Contempsit opes infimas, caducas & terrigenas,
Luxus calcavit sæculi, adeptus est cælestia.
Cujusdam matris filium obsessum a dæmonio,
Quem obsecrando Dominum restituit incolumem &c.

Ætas ejus ex incertis conjecturis.

4 *De præfati Officii lectionibus seu Actis quid sentiendum sit, ex ipsismet pronum erit cuique colligere, cum non vitæ historiam, sed meram miraculorum, non satis apte digestorum, narrationem contineant, nullo addito temporis indicio, nisi quod res, satis de se implexas, magis etiam confundat. Nam, ut in annotatis suis Mss. ad Vitæ calcem observavit Beatillus,* Leo Papa beatissimus, *cujus tempora num. 5 cum Laurentio, Canusinæ civitatis episcopo connectuntur, alius ipsi esse non potest, præter* S. Leonem Magnum, *quandoquidem Laurentius iste, si vere Canusinus episcopus fuit, eum sedem tenere debuerit ante Probum, qui, Baronio teste, tomo 6, pag. mihi* 281, *Legatus a Simplicio Papa Constantinopolim missus est anno 467: unde cum nullus Laurentius Canusii sedisse legatur post Probum, conjicit Beatillus, eum ante Probi tempora eam cathedram occupasse, ac proinde cum alio Papa Leone componi non posse quam cum primo, qui solus istius nominis ante Simplicium Ecclesiam gubernavit. Ita, inquam, conjicit Beatillus; nam si alunde non subsistet prædictus Laurentius, quam ex his nostris* S. Marciani *Actis, vereor ut satis tuto inter Canusinos, bodie Barienses episcopos connumerari queat. Quoniam vero* S. Marciani *ætas non nisi per dubias id genus conjecturas accersitur, necdum plane video, quo fundamento tam rotunde asseruerint Beatillus, Ferrarius & Ughel-*

lus, atque post istos plures haud dubie alii, ipsum D *Leonis Magni temporibus floruisse.*

non satis solide

5 *Ex conjectura una alteram elicuit Beatillus: num postquam hæc modo sua explicuit, ut difficiliorem Actorum nodum solveret, utpote in quibus eruitur, eodem num. 5, expresse habebatur, adiisse* S. Marcianum ecclesiam S. Dei genitricis Virginis Mariæ Rotundæ, *fatetur, se vocem ultimam delevisse. Hæc ejus verba sunt:* In originali legitur S. MARIÆ ROTUNDÆ, sed impossibile hoc est, nam templum Pantheon longe post hæc Leonis Papæ tempora Deiparæ Virgini dedicatum est. Ideo delendum judicavi nomen ROTUNDÆ. *Satis libere enimvero, & contra autographi fidem, in quo eam reperterat, sicque expuncto* Rotundæ *nomine, Acta subinde edidit Ughellus, inseruitque tomo suo 8, a col. 411; neque de ista voce uspiam meminit. Laudo equidem ingenuam nostri Beatilli confessionem; verum, ut candide dicam, non placet facta inductio, qua posita, id demum educere conantur laudati scriptores, vixisse* S. Marcianum *tempore Leonis I, quod servato* Rotundæ *nomine quadrare omnino nequit. Quis* E *nobis satis suaserit, hunc fuisse Actorum scriptoris, nomen* Rotundæ *exprimentis sensum, alia fortasse omnia cogitantis? Quid si aliquis contra insistat, ex eo capite tradendum potius nomen Laurentii, alias prorsus ignotum, quodque non aliunde quam ex tam dubia epocha eruitur? Manet sane ex dictis incertissima ætas* S. Marciani, *atque ex eadem ratione colligitur imperitia Vitæ scriptoris multa perperam commiscentis.*

neque id Romanorum præsertim est

6 *Quis is fuerit, aut quando scripserit, nec divinando assequi possum; verosimile est reponendum in eorum numero, qui ex ingeniosa pietate magis quam ex sat certis documentis Legendas compilarunt, ut saltem de patronis suis aliquid prædicarent, quo fieret ut Sancti non dicerentur* F *ignoti. Ego me fateor in tota ea oratione, sive prout in Officii lectiones distributa est, sive prout Vitæ seriem aliquam induit, nihil magnopere reperire, quod sufficienti fide subnixum sit, ut contextus iste miraculorum satis tuto admittatur. Notanda etiam omnino est Ferrarii annotatio in suo Sanctorum Italiæ seu majori Catalogo, qua ita observat:* Cum XVIII Kal. Julii obierit (S. Marcianus) hac die Beneventi non natales sed translatio celebratur. *Id vero nusquam indicant nec Acta nec officium, ut vehemens mihi suspicio oboriatur, confudisse Ferrarium* S. Marcianum *bodiernum cum Marciano Beneventano episcopo, quem supra diximus ex Mario Vipera ibi plane coli* XIV *Junii seu* XVIII *Kal. Julii. Quid ex hujusmodi monumentis certi haberi possit, res ipsa loquitur; mihi non licet scapham aliter vocare quam scapham, nec pro veris venditare, quæ incerta agnosco. Cetera ex Actis ipsis qualibuscumque lector intelliget.*

VITA

Desumpta ex vetustissimo Ms. codice Ecclesiæ Frequentinæ.

Latio Græca patrimonio perperam distributa.

LÆgitur, quod beatus Marcianus Græcorum genere oriundus fuit, & ex nobilibus parentibus, nimiumque Deum timentibus, originem duxit. Cujus parentes, cum essent nimium locupletes, & cum tantummodo unicum filium genuisseut, cœperunt illum in Domini timore, & operatione instruere. Quorum

A rum monita beatus adoleſcens non abjiciens, quidquid ab eis audire poterat, in armarioIo ſui recondebat pectoris, & proficiebat de die in diem in Dei omnipotentis ſervitio. Factum eſt autem dum parentes ejus de hac vita migrarunt, ut cunctæ illorum poſſeſſiones, & divitiæ, Marciani ſub dominio devenirent. Ille autem non immemor ſuorum præceptorum parentum, quia, ſicut Euangelica narrat auctoritas; terra bona bonum germinat fructum; atque ſemen & bona arbor bonos fructus facit, cœpit cuncta, quæ habere poterat, pauperibus erogare, viduis & orphanis miniſtrare, & omnibus, in neceſſitatibus poſitis, ſubvenire.

Frequentium fore ejus:

2 Sed jam Dominus omnipotens cum vellet ejus vitam, & beatitudinem multorum fieri in exemplum, ne lucerna, quæ multis illuceſcere poterat, amplius lateret, cœpit per illum virtutes & mirabilia exhibere. Cœperunt autem de tota Græcia ad eum concurrere, eique honorem & reverentiam impendere, & de ſuis facultatibus miniſtrare. Ille vero, qui proprias facultates contempſerat, alienas nolebat accipere opes, immo nec ab hominibus laudes, qui jam pene totum mundum reliquerat. Cumque quid ageret, & quo ſe verteret diligentiſſime excogitaret, divino, ut arbitramur, reperto conſilio, Græciam patriam relinquens, navemque conſcendens, in Italiam properavit, & pervenit in finibus Samnii juxta civitatem, nomine Frequenti, habitareque ibi cœpit, & ſolitariam peragere vitam.

ubi ſanctitatis fœnum conferunt;

3 Cognita autem ejus opinione & ſanctitate, Frequentini cives aſſidue ad eum veniebant, videntes ſigna, atque miracula multa ab eo fieri. Denique quadam die, dum orationibus & jejuniis, ut ſolitus erat, incumberet, ecce quædam mulier [adeſt] ex Lucaniæ finibus adveniens, lunaticum filium ſecum circumferens, qui multis erat catenis & foris adſtrictus, eo quod a multis teneri non poterat; quæ mulier projecit ſe ad pedes beatiſſimi Marciani, cœpitque cum lacrymis oſculari veſtigia pedum ejus, & dicere, O ſanctiſſime Marciane, famule Chriſti, ſuccurre mihi miſeræ peccatrici, de unico filio meo, qui a dæmonio vexatur.

lunaticum puerum a dæmonio liberat.

4 Beatiſſimus autem Marcianus condolens Afflictioni mulieris, acceſſit ad eum, & dixit: Tibi præcipio, immunde ſpiritus, in nomine Dei Patris & Filii, & Spiritus ſancti, exi ab homine iſto, & ne amplius introeas in eum; ſtatimque receſſit ab eo dæmon, cœpitque per aerem vociferari: Quid mecum habes, Marciane? Ego tuas virtutes in Græcia non potui ſufferre, & nunc etiam me ejicis de Italia! Tunc beatus Marcianus ait ad eum: Imperet tibi Deus, iniquiſſime dæmon, qui te a collegio ſequeſtravit bonorum angelorum, ut ne amplius loquaris ſub Dei præcepto, ſed fileas, & recedas a Dei creatura. Hæc dixit beatus Marcianus, & ſtatim dæmon abſceſſit, & nunquam comparuit. Tunc beatus Marcianus apprehendens manum dexteram pueri, erexit eum & reddidit illum matri ſuæ, quæ gaudens pervenit domum ſuam, & erat ſperans in Domino Jeſu Chriſto, & confidens in beatiſſimo Marciano famulo ejus.

5 Factum eſt autem, ut Laurentius, vir Canuſinæ eccleſiæ electus, Romam properare cupiens, ut paſtoralem infulam a Romano Pontifice accipere mereretur, veniret ad beatiſſimum Marcianum, quem ſuppliciter rogare cœpit, ut cum eo pariter pergeret Romam. Cujus precibus beatiſſimus Marcianus obediens, ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli pariter pervenerunt. Tunc temporis Leo ſanctiſſimus Apoſtolicam Sedem tenebat; qui cognoſcens per Spiritum ſanctum, Marcianum una cum Laurentio Romam eſſe ingreſſos, occurrit cum magno gaudio, & obſequio clericorum; qui invenit Laurentium, & honorifice ſalutans, atque deoſculatus, benedixit eum; Marcianus autem interea ad eccleſiam ſanctæ Dei genitricis Virginis Mariæ perrexit. Interrogavitque Papa de Marciano viro beatiſſimo, quia cum magno deſiderio eum videre cupiebat, & univerſa, quæ audierat de illo, Laurentio inſinuavit; quoniam a Domino ei fuerat revelata. Quo audito electus Dei Laurentius præ nimio gaudio cœpit flere de ſocio ſuo Marciano, cujus nomen, & ſanctitatem, atque beatitudinem cælitus cognoverat revelatam, triſtarique cœpit nimium, ne beatiſſimus Marcianus Leoni Papæ adhæreret, & Romæ detineretur, ac ſe deſereret. Quod cognoſcens Leo Apoſtolicus Pontifex, electo inquit: Noli turbari, nec metuas, ut famulus Chriſti Marcianus te deſerat, & mihi adhæreat, quia charitas Chriſti, quæ eum cum tua ſocietate univit, non patietur te a tanto ſocio ſeparari, quia videlicet Dominus meus Jeſus Chriſtus ea hora, qua eſtis Romam ingreſſi, mihi per revelationem dignatus eſt nomina veſtra, ſocietatem, atque beatitudinem indicare.

D

EX MSS. *A Laurentio ep. Canuſino Romam perductum*

ex revelatione cognoſcit Leo PP.

6 De beatiſſimo Marciano ſocio tuo mihi Spiritus ſanctus affatus eſt ita: Scito, Leo Papa, quia duo famuli mei Romam ingreſſi ſunt, unus vocatur Laurentius, alter Marcianus, qui Laurentius epiſcopalem cathedram ſuæ civitatis, in qua electionem a cuncto clero adeptus eſt, a te cupit accipere; Marcianum autem pro ſolo amore intimo, & ob reverentiam Apoſtolorum, atque aliorum ſanctorum Romam properavit, cujus vitam & actus ſanctiſſimos, mihi placita eſſe cognoſcas: unde moneo te, atque præcipio, ut citius ſurgas, eiſque obviam eas & percunctaris nomina illorum, uſque dum invenias; cum autem inventi fuerint, honorifice eos, & cum caritatis amore ſuſcipias: Laurentio Canuſinæ civitatis, de qua electus eſt, eccleſiæ cathedram trade; Marciano vero, viro per omnia Apoſtolico, Frequentinam eccleſiam regendam & gubernandam committas; ſcito enim per illum non ſolum vicinas, ſed etiam longe poſitas provincias, atque eccleſias, meritis ejus atque exemplo, eſſe ſalvandas. Inter hæc Laurentius ſupradictus electus, cum ſe jam a tanto ſocio deſerendum minime dubitaret, cum fiducia magna Papæ reſpondit: Credo mihi, venerabilis Pater, Marcianum, quem quæris, & quo tanta tibi divina revelavit clementia, hic non eſt, ſed ad eccleſiam beatæ Dei Genitricis oraturus acceſſit. Tunc Papa una cum populo & Laurentio, qui aderat, ingreſſus

eſt

A est ecclesiam, in qua beatum Marcianum solo prostratum orantem invenerunt.

EX MSS.

7 Surrexit autem Marcianus a terra, & salutavit Papam, qui illum similiter resalutans, & deosculans, dixit ei: Gratulamur advenisse te huc, frater & fili, Marciane. Qui respondit. Divina majestas protegat te, sanctissime Pater. Tunc Papa narravit ei omnia, quæ illi de eo a Domino fuerant revelata. Marcianus autem hæc audiens cœpit flere, & indignum clamitare ad episcopalem honorem ascendere. Papa autem dixit ad eum, Audi fili, Dominum Jesum Christum dicentem: Petre, si diligis me, pasce oves meas, ideo te non convenit illius justa postponere, sed ejus mandata explere, ejusque oves pascendas, atque gubernandas suscipere, quia qui gregem Dei renuncist pascere, pastorem summum renuit, & convincitur non amare. Ad hæc Marcianus respondit; Servus contradicere Domino non potest, ideo voluntati Dei non abnuo, non resisto. Tunc Leo Papa sanctissimus vocavit episcopos, cunctumque clerum, & Marcianum & Laurentium consecravit Episcopos; quos apud se aliquantis diebus Romæ detinuit, gratiasque Domino Salvatori referens, misit eos ad propria. Dum autem egressi essent Roma, & pergere cœpissent, multas virtutes & miracula, signa, atque prodigia Dominus Jesus Christus in eodem itinere per beatissimum Marcianum operari dignatus est; plagatos enim & infirmos curabat, leprosos mundabat, paralyticos sanabat, dæmones expellebat, & effugabat.

eumque episcopum consecrat.

B

8 Cumque civitatem Terracinam essent ingressi, ecce defunctus unicus filius principis efferebatur jam ad tumulum, & princeps pater ejus, Sisinius nomine, cum tota civitate & populo, nimio conficiebatur mœrore; fuerat enim unicus ille pulcher, & sapiens, nec solum patri, sed & omnibus convicinis erat carus, unde ab omnibus plorabatur. Quorum luctus & tristitiam beatissimus Marcianus conspiciens, dolore compassus, jussit deponi feretrum, & petiit a populo silentium fieri. Illi autem hæc audientes, timore percussi, tamen cum gaudio tacuerunt omnes, scientes opinionem sanctitatis ejus. Beatissimus autem Marcianus confidens in Domino, expansis manibus in cælum dixit: Domine Jesu Christe, qui de sinu Patris descendisti, ut salvum faceres genus humanum, qui filium viduæ unicum revocasti ad vitam, & archisynagogi filiam retuscitasti, Lazarumque fœtentem tuo jussu, tuoque imperio, etiam ligatis manibus & pedibus, de sepulcro resurgere fecisti; te deprecor, clementissime Domine, ut in tuo nomine resurgat juvenis iste, filius unicus patris sui, ut cognoscant omnes quia tu es vivens, & regnans cum Patre & Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum. Cumque omnes respondissent, Amen, statim ille, qui mortuus fuerat, resurrexit, & resedit in lectulo, qui projecit se statim ad pedes ejus, cœpitque benedicere Deum omnipotentem, & famulum ejus Marcianum. Tunc beatus Marcianus apprehendens dexteram ejus, allevavit eum, & sanum & incolumem reddidit patri suo.

In vestibulo mortuum ad vitam revocat,

C

9 Cum autem perveniset in finibus Samnii, ecce quidam demoniacus obviam se ei obtulit; tunc beatus Marcianus signum Crucis edidit dicens; Imperet tibi Deus, diabole, ut non habeas potestatem vexandi eum amplius. Cui dæmon ait: Ecce, Marciane, non suffero flagellum, quod contra me excitasti: ecce jam per tot vices mihi talia fecisti, quid me persequeris? Quid mali tibi gessi? Cui beatus Marcianus ait, in nomine Domini mei Jesu Christi, exi abeo. Qui statim exiens, numquam comparuit. Beatus autem Marcianus jussit alimentum ei præberi, quem sanum & incolumem dereliquit. Cumque Frequentino populo ejus nunciatus fuisset adventus, gaudentes, & exultantes de tanto Patrono, ei obviam exierunt, & cum hymnis & laudibus eum ad ecclesiam deduxerunt. Cæcus autem quidam illic morans, qui ejus præstolabatur adventum, cum audisset quod beatus Marcianus esset reversus, cœpit clamare & dicere: Famule Christi Marciane, illumina me. Tunc beatissimus Marcianus dixit ad eum: qui mundum suo redemit sanguine, Christus te sua virtute illuminet, & signum Crucis super oculos ejus faciens, statim, qui cæcus fuerat cœpit videre, ac laudare & benedicere nomen Domini nostri Jesu Christi per famulum ejus Marcianum.

D

multaque alia præstat miracula,

E

10 Post hæc autem præsul civitatis Canusinæ commendans se sanctissimo viro, amplexantes, & deosculantes se in amore fraternitatis, remisit eum a se. Inter hæc beatissimus Marcianus magis ac magis cœpit Christo Domino devotus existere, suamque ecclesiam religiosissime gubernare. Quanta autem per eum Dominus miracula gesserit, longum est enarrare. Quare nunc ad ejus sanctissimum obitum succincte pergamus. Cum cognovisset ergo, quod eum Dominus de hac luce vocaret, clero, cunctoque populo nunciavit, pacemque eis & concordiam servandam tradidit. Tunc valefaciens omnibus, die sabbati, hora quasi decima, est infirmatus, & per totam noctem in Dei laudibus mansit. Illucescente vero die Dominico, hora prima diei, participatus est corpore & sanguine Christi, & ita perrexit ad Dominum cum triumpho. Tunc omnes clerici & laici, atque omnis populus, eum cum hymnis & laudibus sepelierunt. Postquam autem Dominus noster Jesus Christus beatissimum famulum ejus Marcianum de hac luce subtraxit, cœpit per corpus ejus, virtutes & miracula exhibere, non minora, quam ei concesserat in vita sua. Nonnulli ergo ex proximis infirmi, & etiam ex longinquis regionibus, venientes, osculantes arcam, in qua sacratissimum ejus corpus requiescebat, sani revertebantur a quocumque detinebantur languore; cujus famam, & virtutes venerabiles non est passus Dominus quiescere, eo quod caritas Dei erat in illo; regnante Domino nostro Jesu Christo, quem decet omnis honor & gloria, omnisque adoratio, cum omnipotente Patre ac sanctissimo & vivifico Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

quilibet eidem ob eum incurrit.

F

D E

Digitized by Google

A

DE S. VINCENTIO CONFESSORE

ALIAS MADELGARIO.

SONEGIIS IN HANNONIA BELGII.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S

§ I. Sancti nomen, ortus, patria, conversatio, ætas & obitus.

CIRCA AN. DCLXXVII

Sancti in Actis jam sæpius memorati.

B

SEptimum a Christo nato sæculum, *Sanctorum in Belgio nostro fecundissimum, sæpe in his Actis laudatum, sæpe descriptum fuit; sæpe de hodierno sancto* Vincentio *seu* Madelgario *recurrit mentio, conjugis, item sanctæ, liberorum & affinium gratia; ut videre est ad Vitam* S. Waldetrudis, *pientissimæ ejus uxoris, 11 Aprilis;* S. Landrici *filii episcopi & abbatis,* XVII *ejusdem mensis; filiæ virginis abbatissæ* S. Aldetrudis, XXV *Februarii;* S. Aldegundis *Malbodiensis fundatricis sororis,* XXX *Januarii, & locis aliis. Porro* Montis alti *ad Sabim cœnobium, ab ipso* S. Vincentio *conditum, & leuca circiter una Malbodio diffitum, satis delineavit abbas Ursio, agens de sacro corpore* S. Marcelli *Papæ eo delato, tomo* 2 *Januarii pag.* 12, *ut ea omnia hic denuo commemoranda non sint: neque refutanda Martini Papæ cum Dagoberto conjunctio, de qua aliisque id genus erroribus toties egere majores nostri.* Sonegiarum (vulgo Soignies) *fitum & dominium habes ad jam dicti* S. Landrici *Vitam, ex qua aliisque id iterum colliges, quod alibi non semel attigimus, nempe urbes & oppida Hannoniæ pleraque, ut metropolim ipsam Montes, Condatum, Nivellum, Malbodium & tot alia, sed monasteria vel monasteriorum occasione excrevisse, ut de Altomonte & Sonegiis, ab ipso* S. Vincentio Madelgario *primum inchoatis ubi & hodie præcipue colitur, certissimum est. Sed hæc omitto & prævie notata sint.*

2 *Huc magis spectat vera & genuina nominis hujus Sancti expressio, quam non adeo facile est e scriptoribus liquido eruere;* alii Madelgarium, Maigerum, *seu* Madelgerum (*gall.* Mauger) Vincentii *cognomentum obtinuisse asserentibus, a reportata de sæculi fastu, & mundanis illecebris victoria; quod ut pro indubitato admittendum fortasse non sit, sic tamen a primis Legenderum auctoribus, infra citandis, constanter nuncupatum advertimus: aliis contra* Vincentium Madelgarium *hodierno modo enuntiantibus. Miraberis, non defuisse qui Vincentium inde dictum somniaverint, quod Wandalos ex Hibernia expulerit. De voce actum contendere minime lubet; mihi sufficiet, sive* Madelgarium cognomento Vincentium, *sive* Vincentium Madelgarium *appellaveris Sanctum quo de hic agimus: utrumvis autem proprium nomen sit, sive agnomen, ne diversitas confusionem pariat, nos receptiorem cum communi appellationem sequemur, haud gravate passuri, si prima opinio, ut antiquior præferatur. His igitur in medio relictis, varias primum difficultates, quæ fieri poterit, explanabimus, antequam de ejus cultu, elogiis & reliquiis, quæ notiora sunt, explicemus. Hæc vero explanatio tantum claritatis addet, quantum ex vetustioribus monumentis, crebris illis barbarorum incursionibus, quas toties deplorare cogimur, misere absumptis, per obscura vestigia elici poterit.*

sed vera nomina dubium est

C

3 *Atque ut a præcipuis instrumentis seu Legendis ipsis incipiam, postquam eas examinavit Mabillonius, recte censuit tom.* 2 *Act. Ord. S. Benedicti pag.* 672, de sancto Vincentio seu Madelgario pauca explorata occurrere. *Verissimum id experimur in ea varietate scriptorum, Hiberniam cum Belgio ita commiscentium, ut aliqui Hibernum velint genere, alii in Hibernia exulasse, plerique cum Vitæ scriptoribus, a rege Dagoberto progenitum seu gubernatorem, ferme dicerent comitem aut ducem proprietarium istius insulæ destinatum, quo ipsum sancta conjux secuta sit, & unde reduces ipsi multos secum vivos Sanctos adduxerint in Belgium, quorum non paucos exprimit Legenda major, tam diserte & rotunde, ut prope incredibile sit, talem apud ditimontenses monachos invaluisse traditionem, quæ fundamento saltem alicui innixa non fuerit, ut rursus infra dicendum erit; quidquid adversus ea omnia insurgat Colintius in suis Francorum Annalibus ad annum.* 648 *a num.* 11, *scorsum probare intendens, saltem S. Fursæum e transmarinis partibus a* S. Vincentio *adductum non esse, quod de eo te non meminerit auctor Vitæ istius Sancti, eum discessus causam allegans, quia turbatam esse provinciam gentilium incursione perspiceret: quæ ferme eadem est ratio a Venerabili Beda ibidem adducta.*

sed vera nomina tamen omnino repudianda.

D

E

4 *At enim ex citatis istorum verbis non omnino sequi videtur, quod inde eruere voluit Colintius; quasi pugnet causa exitus S. Fursei e patria ob* gentilium incursionem, & S. Vincentii *societas, qui, ut omnium hic opiniones aut pro libitu cogitata non referam, quacumque demum de causa in Hiberniam & Angliam profectus fuerit, & Sanctum istum aque ac alios populares synchronos, quos inde ad nos transvolasse constat, itineris comites habuisse, aut saltem ad se in Belgium invitasse, quorum postea consuetudine usus sit. Id equidem ex sola anonymi scriptoris Vitæ* S. Vincentii *qui sæculum* XII *non transcendit, auctoritate, ut certum admittere non ausim; at nec video Colintii argumenta evincere, rem ita accidere non potuisse, & forte revera accidisse, cum id affirment scriptores proximi, qui quidem exstent, nulla vera in iis omnibus occurrat repugnantia: plurima autem facta nemo negaverit, licet certa memoria ad nos transmissa non sint; de cætero autem admitti ista utcumque possint, ex dictorum scriptorum fide constantique traditione, quamdiu efficacioribus argumentis non evertuntur. Vita* S. Foillani, *apud nos Ms., modum ferme suggerit, quo aliter salventur, dum ait,* causam peregrinationis *per id tempus tot Sanctorum ex Hibernia,*

F

nia, fuiſſe Madelgarium (qui & Vincentius) qui potens in Francia & potens in Hibernia, multos ad peregrinandum pro Chriſto animaverit, & auxilio foverit.

AUCT. J. B. S.

5 *Utcumque ea acceperis, id ſolum labore, ne tota Legenda ſubruatur, cui id adſcribi nequit, quod alii commenti ſunt, videlicet* S. Vincentium *Hibernis, adſcribendum*, falluntur *enim, ut hic denuo vellet Mabillonius*, qui eum patria Hibernum dicunt, *in quo ei tanto facilius ſubſcribo, quod, Patente Thoma Sirino, nulla ejus in antiquioribus Hibernicis faſtis memoria exſtet, nullam porro in minus vetuſtis obſervem, quæ non a Belgis, & ex Molano potiſſimum accepta ſit, forte etiam ex Vita S. Ettonis, aut hujuſmodi aliis, mira quandoque & nimis quam inepta cervadentibus, ut habes x Julii. Qui ex Hibernico* Macguir Madelgarium *effermatum ſomniant, ne illi figmentum præpoſterum nobis objiciunt, ſine teſte aut vade nentiquam admittendum; quidquid nobis Armachanum obtrudat Joannes du Pont canonic. Regul. in ſuo* Memoriali immortali, de vita & virtutibus S. Vincentii, *Montibus edito* 1649, *ut qui id in Commentario aliquo de Sanctis Hiberniæ, ſatis crude aſſeruerit*. Nec forſitan melius ſapiunt, *inquit iterum Mabillonius*, qui (*S. Vincentium Madelgarium*) Aquitanum dicunt, Madalgarium confundentes cum Amalgario, quem a Dagoberto adverſus Waſcones miſſum, Fredegarius cap. 78 docet. *Neque vero mirum cuiquam videbitur, ſi ex eadem ipſa confuſione proceſſiſſe dicamus, quod ex* Waſconiorum *gente originem traxiſſe memorent* ſancti Vincentii *patrem, quamquam & alio modo ſalvari id poſſe, infra oſtenſuri ſimus. Rejecta itaque tum Hibernica tum Aquitanica aut Iberica origine, ad paulo certiora tranſeamus.*

Hibernus genere dici non poteſt;

B

6 *Illuſtrem genere fuiſſe* S. Vincentium, *dubium prorſus non eſt; ſic enim diſertis terminis appellatur a veteri ſcriptore Vitæ S. Aldegundis.* Erat famulæ Dei Aldegundi germana, nomine Waldetrudis, quæ fuerat conjuncta viro illuſtri Madelgario, cognomento Vincentio. *Paria tradunt Hucbaldus monachus Elnonenſis & alii apud Bollandum, Baldericus epiſcopus Noviomagenſis in Chronico & Philippus Harveng ius, Bonæ ſpei abbas*, Comitem *vocant* S. Vincentium, *non Hannoniæ, ut perperam faciunt recentiores, ſed ex eo genere, quos ſæpe diximus, nudos & temporarios officiales fuiſſe, ſeu urbium aut pagorum gubernatores, ad Regis arbitrium amovibiles, quemadmodum vectores* Duces nuncupabantur, *ut eruditis notiſſimum eſt. Si quis forte dubitet; videat is noſtrum Jacobum Simon in annotationibus ad Vitam S. Waldetrudis, a ſe Gallice editam Atrebati an.* 1629, *a pag.* 33 *ad* 46. *Ridet merito Cointius jam dicto anno* 648 *num.* 14 *totam illam Comitum Hannoniæ genealogiam, ab Alberico Clodionis filio, ad S. Waldetrudem uſque deductam, quibus adde reliqua, apud Vinchantium & alios ſplendidius quam verius exornata. Nec minus ineptum eſt quod in medium protruſit laudatus ſupra Urſio abbas, loco citato, dum* S. Vincentium ducem Lotharingorum, Francorum & Saxonum prædicavit, *eo tempore quo Lotharingiæ nomen necdum orbi innotuerat. Miſſis iterum nugis & auxeſibus, ſic paucis Mabillonius.*

ante admittenda genealogia Comitum Hannoniæ.

C

7 *Natus eſt* Vincentius *in loco cui nomen Sterpea* (Strepy lez Binch) *prope Binchium in Hannonia, ut teſtantur ampliſſimæ poſſeſſiones, quas habebat, in pago Helnonenſi, qui hodiernæ Hannoniæ pars eſt, nomenque ab Haina fluvio ſortiebatur. Addere poterat, id ipſum a Vitæ auctoribus diſertiſſime confirmari, ut locus non ſit fabulatoribus pugnantia garrientibus. Ex iiſdem Actis & aliunde conſtat, militiam profeſſum eſſe ſub rege Dagoberto, & Waldetrudem uxorem duxiſſe, quæ clariſſimos parentes & propinquos, atque in his Gundelandum, Majorem domus, avunculum habuit, ut vide ad Vitam S. Bertiliæ* XI *Maji. In conjugio piiſſime vixerunt, plures liberos ex ſancta uxore ſuſcepit. Quatuor aſſignant Legendæ, Landricum, Aldetrudem, Madelbertam, Dentilinum. Cum vero Deus* Waldredudæ ignem amoris ſui inſpiraſſet, *inquit ſcriptor antiquus Vitæ S. Aldegundis*, videns eam beatus vir ejus Madelgarius ſub nutu Dei eſſe conſtrictam, converſus eſt ad monaſterium, quod vocatur Alto monte, ut ſub ſancta norma monachorum conſtitutus vitam ſpiritualem degeret, & bonis actibus perduraret. *Quæ conjugii tempore geſta ſint, præter clericatum a S. Landrico filio ſuſceptum, vix ex Actis colligas, quæ etiam ferme dubium reliquunt, quis primus inter conjuges ad thori ſeparationem conſortem induxerit.*

D

8 *Ut autem ætatis & converſionis ordo aliqualiter diſponatur, ex rerum geſtarum ſerie, atque ex Actis ſanctarum Waldetrudis & Aldegundis ſatis colligi videtur, Altimontenſe cœnobium conſtructum fuiſſe priuſquam* S. Vincentius *plenam converſionem meditaretur aut certe exſequeretur: ſic enim loquuntur omnia, ut plane perſpicias, conditum jam fuiſſe monaſterium, dum ad exhortationem ſanctorum Amandi & Autberti, cingulo militiæ depoſito, in monachum attonſus eſt, ſeque ad monaſterium recepit, quod ita narratur in Vita S. Giſleni in codice noſtro Valcellenſi, ut ſatis pateat jam tum monachos in Alto monte conſtitutos fuiſſe; quo circiter anno mox videbimus, ubi prædicta verba recitata fuerint. Præmiſſa igitur dedicatione oratorii Giſleniani, cui e circumvicinis locis præcipui quique omnis ſtatus & dignitatis interfuerant, ſic proſequitur*: Inter quos quidam comes nobilis, nomine Malgerus, prædicantibus epiſcopis, divina inſpiratione compunctus, fallaci mundo renuntiato, cum ſuis omnibus capite eſt tonſus Cameracenſis epiſcopi manibus: ac quia crucem Domini tollendo, veſtigiaque illius ſequendo, mundo volebat eſſe mortuus, in Alto monte ſub regulari habitu eſt recluſus, quem, Dei gratia illum præveniente & ſubſequente, immaculatum ſervavit fine tenus. *Hæc Henſchenius in Commentario prævio ad Acta S. Amandi § 13, num.* 95, *accidiſſe cenſet anno* 653; *in qua hypotheſi* (*ſic enim vocare oportet*) *ab eo puncto utcumque cetera ad ætatem ſpectantia ordinari poſſunt.*

E

ut vitæ & converſionis ordo,

9 *Utcumque, inquam, nam quæ ad Sancti Vitæ ſeriem attinent, adeo implexa ſunt ex ætate S. Waldetrudis conjugis & ſororis ejus Aldegundis, ut conciliari vix poſſint. Si enim verum eſt, hanc juvenculam fuiſſe anno* 660, *dum jam ſoror Caſtrilocenſe monaſterium regeret; ſequetur S. Waldetrudem, ſi* Vincentio *nupſerit anno circiter* 636, *maritatam fuiſſe antequam Aldegundis naſceretur. Adde quod dictam Waldetrudem natam memorent ejus Actæ tempore Dagoberti, ſub quo verius matrimonio copulata eſt. Eo potiſſimum regnante ſeculi gloria nobilitatum fuiſſe* S. Vincentium *teſtantur Legendæ, nec ipſæ ad temporum rationem ſatis exacta. Magis placet ex ſanctorum virorum conſuetudine jam tum majoris putetis ignículos concepiſſe: quod ſi ſupponere licet, dici etiam poterit, vivente adhuc Dagoberto, de monaſterio exſtruendo deliberaſſe; poterunt reliquiæ S. Marcelli eo delatæ fuiſſe, antequam* Vincentius *de inſtituto*

ad veram chronologiam colligi poſſit.

F

nativitati. locus ſatis certus eſt,

Digitized by Google

A *monastico suscipiendo sexu cogitaret; peperit Dagobertus in cœnobii erectionem aliqua contulisse ante annum 644, qui in antiquiori opinione obiisse censetur; sicque sensum præfati cœnobii ædificia erecta fuerint; ut nihil nos cogat prima ejus exordia cum Cointio ad annum 648, aut cum Mabillonio ad 650 reducere, cum tanti operis molimina plures annos exegisse videantur, tempusque dedisse S. Vincentio ut exutis paulatim terrenis desideriis, & se & suos monachorum exemplo ad solidam virtutem stimularet, quibus demum ultimus cumulus accesserit sanctorum Amandi & Auberti exhortatione, quæ spectat illud, cum suis omnibus capite tonsus, unde datur intelligi, plures ipsum ad vitam monasticam secutos fuisse, tum familiares tum domesticos, adeo ut monachorum numerus ad trecentos accreverit.*

revocandi haßenus non potuit;

10 *Sed nos hic solam ætatis seriem prosequimur, sic modo aliqualiter ordinandam, ut in prædicta Dagobertina hypothesi, natus supponatur sanctus Vincentius circa annum 615, qui viginti post annis, nempe 635, militiæ regali assensum præbuerit, Dagoberti favore provectus, & paulo post matrimonio copulatus, in quo per varia munia exercitatus, conjugis sanctissimæ exemplis a vanitatibus abstractus, ad monasterii Altimontensis fundationem, sive miracula sive aliter* B *circa annum 642 permotus sit, atque a Rege ipso subsidia impetraverit, quibus postmodum res ad finem perducta sit, & monachis eo loco congregatis, interim de servanda continentia divinis deliberans, sanctissimorum Episcoporum monitis anno 653 vincula demum penitus ruperit, &, relicta conjuge, monachum induerit; ipsumque, hortante S. Gisleno, brevi secuta sit S. Waldetrudis, parisiensis Castellocensis dignissima institutrix. Ipse sororiam S. Aldegundem in Alto monte susceperit anno 661, a prædictis sanctis Episcopis non quidem vetandum, ut statuit Menschenius in laudata Commentario ad Acta S. Amandi num. 68, sanæ id citius accidisse videtur; sed sanctis monitis instituendam. Supponatur in Alto monte perseverasse, non sine venia (quod de professione non de loco accipiendum est) sed ad annum usque 670, dum nempe majoris solitudinis & quietis amore cœnobium alterum Sonegiæ condiderit, eoque se receperit, ubi* C *post septennium circiter ad meliorem coenam evolaverit anno 677; quod satis concorditer tradunt scriptores, solo Castellano vitam ejus ad 680 protrahente; Fortio autem annum 666 sequente. His positis sexagenario paulo major ad cœlum migrasse censendus est, sancta conjuge ad aliquot annos superstite.*

11 *Non ignoro, scriptores reperiri qui aliter sanctarum Vincentii, Waldetrudis atque Aldegundis tempora definiant: natam enim velum S. Waldetrudem anno 626, alteram 630; sed ea quæ satis rationi cum Madelgarii ætate aliisque adjunctis conveniant, equidem non recte perspicio. Etenim S. Waldetrudis vix tam sero nasci potuit, & sub Dagoberto rege maritari. Ceterum Aldegundem quæ plane juvenis mundo, inanibus pompis, valedixit, nihil prohibet natam esse anno 630, atque ætatis XIII aut XIV in Alto monte a sanctis Auberto & Amando sacrum velum suscipere. Alias ea nimia inter utramque sororem ætatis distantia difficultates explicandas non suscipimus; & sane, ut dicebam, S. Waldetrudem ante annum 626, natam oportet, ne alias conjugium ejus differre cogamur ad annum 644 aut 645, quibus necdum virginem annum attigerat, Dagoberto jam mortuo, sub quo tamen nupsisse cum & liberos suscepisse, maritum vero S. Vincentium militasse constat, si quid est in Legenda quod tuto admitti possit. Defectus attentionis in omnibus simul captandis ea parit incommoda, ut etsi singula seorsim prima fronte subsistere videantur, collata inter se, corruere necesse sit. Mihi hactenus verisimilora sunt quæ de S. Vincentii ætate & matrimonio tantisper statuenda censui, donec aliunde certioris lucis plusculum effundatur.*

12 *Eam ex citatis modo variis Legendis educere hactenus haud satis tuto me potuisse, ingenue fatear; palmam ultro & libenter cessurus iis, qui me feliciores fuerint, & scriptoribus Hannoniensibus accuratiores: nam & Vinchantius, & posteremus Vitæ S. Madelgarii gallicus exornator Fortius, Senegiensis canonicus, æque ac ipse suppar Pontius, & antiquior Guisius, aliique, in id studia contulisse videntur, ut multa speciose juncta ac inordinate congererent, quæ hic ex professo refutare aut restituere, tantumdem erit, ac totam sæc. VII Hannoniæ historiam ad rectos calculos velle revocare, quod hujus loci aut instituti non esse, perspicuum existimo. Neque ex pluribus S. Aldegundis Vitis, a Bollando & Mabillonio editis, distinctius quidquam eruitur: si enim capita omnia recte expendantur, id demum colligendum erit, Sanctam ipsam non prius Malbodium profugisse, quam a sancto marito secessisset germana ejus soror S. Waldetrudis; quod non jam ad annum 653, aut circiter referendum putaverimus: interim vero ita loquuntur laudatæ Vitæ, ut fuga S. Aldegundis, & dotatio cœnobii Malbodiensis diserte appellent ætatem regis Dagoberti, atque adeo facta omnia oporteat ante annum 644, quæ satis apte combinare difficillimum sit: & longe difficilius, si cum exentoribus mortem Regis istius inciderint anno 638.*

quæ a scriptoribus Hannoniis involuuntur

13 *Videt turbatissimam sæculi istius in rebus Hannonicis temporum rationem, &, quoad licuit, densis hisce tenebris lucem aliquam afferre conatus est laudatus supra Jacobus Simon, in citatis annotationibus a pag. 8, ubi ex epocha jam dicta nativitatis S. Aldegundis, nempe anno 630, aliisque inter sanctas sorores, ut earum Acta ferunt, ultrocitroque gestis, non inverisimiliter deduxit, ætate provectiorem esse oportuisse primogenitam S. Waldetrudem atque annis circiter octodecim Aldegundæ seniorem, adeoque ortam ut minimum sæculi istius septimi anno duodecimo: quæ plane alia hypothesis est, in qua toto fere decennio anticipandam videt ætatem S. Vincentii, qui proinde non solum sexagenarius, sed septuagenarius mortuus sit. Sic tamen ille; angulos omnes scrutatus, si quo pacto ad chronologicam normam reduci possent, quæ de jam dictis sanctis sororibus, Vincentio nostro, & aliis tam obscure a Legendarum compilatoribus traditæ sunt. Simonium non consuluit Menschenius dum S. Waldetrudis Acta illustraret, neque de ejus ætate determinanda solicitus fuit; id solum in annotatis indicans, natam ipsam antequam Dagobertus regno & vita excederet, de qua quis dubitare poterit, non video: atque hic iterum æque candide fatear, nec Simonii opinionem mihi displicere, modo cum veteris cunctili satis queat, præsertim cum expressis Vitæ ipsius S. Waldetrudis terminis, quod nata sit temporibus Dagoberti, inclyti regis Francorum, quem scimus, regnare primum cœpisse in Austrasia anno 622. Sed eas tricas Hannonibus ipsis discutiendas relinquo. Hæc tentasse sufficiat, utut obscura sunt, quæ S. Vincentii tempora circumcumpani ætatem SS. Waldetrudis & Aldegundis,*

non complicare explicare conatus est auctor Simonius

A *constant; de solenni ejus cultu clariora & illustriora exstant monumenta, quam ut in dubium revocari possint.*

AUCT. J. B. S.

Ex diplomatibus non probatur Sanctum fuisse Hann. comitem.

14 *Hisce pridem præle paratis, Sonegias ipse ecurri, coram explaraturus, num quidquam reliqui ibi lateret, quod ad illustranda tot dubia lucis aliquid aut adjumenti adferret. Humanissime ab adm. Reverendo atque Amplissimo, non semel hic laudato, D. Decano exceptus, accessum habui ad sacra omnia de Sancto monumenta, eaque veneratus ad capituli archivum deductus sum, ubi exhibitum est diploma membraneum Maximiliani Cæsaris, nepotis Caroli Belgarum principis vices agentis, quo confirmans anno 1512, immunitates nonnullas Sonegiensi ecclesiæ olim concessas, adducit diploma multo antiquius, nempe anni 1387, Alberti Bavari, tunc Hannoniæ Comitis, in quo S. Vincentius Comitis Hannoniæ titulo insignitur, vocaturque in eo comitatu decessor, variisque id genus appellationibus decoratur, e quibus inferre conabatur Amplissimus, agnitum priscis illis temporibus habitumque Sanctum, ut verum Hannoniæ totius*

B *comitem. Argumenti hujusmodi vim norunt, qui docti sunt libellos supplices principibus oblatos, ab eorum decretis aut decisionibus discernere; si ducem Lotharingiæ, Francorum aut Saxoniæ sanctissimum Patronum suum appellassent Sonegienses, haud equidem dubito, quin responsoria diplomata iisdem planè honoribus & dignitatibus refulsissent: ut inde nihil erui possit, ad evincendam pro sæculo septimo propriè, uti modo accepimus, comitis Hannoniæ debitam S. Vincentio appellationem. Ad cultum transimus.*

§. II. Sancti cultus in sacris Fastis, elogia, reliquiæ.

Non uno celebratur Sancti festivitate.

HActenus dubia firmæ & incerta, saltem non satis explorata versavimus circa nomen, ortum, gesta & ætatem S. Vincentii, quibus paulo certiora succedunt de antiquo cultu ei pridem & constanter, tum in Alto monte tum Sonegiis, deinde vero per universam Cameracensem Hannoniæ diœcesim exhibito, in cujus urbis Missali proprio, anno 1527 Parisiis excuso, & nobis a b. m. R. D. Hieronymo Hertz Burchtensi pastore relicto, exstat Missa de S. Confessore secundo loco, Justus ut palma cum reliquis de communi hoc die. De cultus ipsius incrementis & celebriori subinde solennitate, abrogata postmodum pro diœcesi, & ad solam ecclesiam Sonegiensem restricta, plura dabimus paragrapho sequenti; hic primum Martyrologia recensenda sunt, & præcipua encomia, in Belgio & alibi circumferri solita, sed ad præcisam veritatis historiæ limam exigenda. Hoc die natalem sæculi certum est, ad VI Junii memoriam ejus aliquam fieri, in additionibus Mss. Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum, inter Prætermissos eo die notavimus: sequuntur porro commemorationes aliæ XX. Septembris, quo die translationem Sonegiis fignavit Molanus inter auctaria ad Usuardum, ac versus XXIX Octobris: Eodem die translatio secunda B. Vincentii confessoris, quæ ex Kalendario Sonegiensi se accepisse in Natalibus testatur, nullo indicato tempore quo factæ fuerint prædictæ translationes, de quarum epochis nihil reperio, quod earum tempora certo queat determinare. Verum de natali sacros Fastos inspiciamus.

16 *In notioribus genuinis sæculi* IX *Martyrologiis Adonis, Usuardo & aliis, idem a fortiori*

puta de vetustioribus, notus non est S. Vincen- D
tius *aut* Madelgarius; *nonnullis Bedæ auctariis, quorum incerta est ætas, reperitur inscripta ejus memoria: sufficiant verba codicis Atrebatensis:* Ipso die, villa, quæ dicitur Somnias (*Sonegias*) depositio B. Vincentii, qui monitis B. Autberti pontificis mundum relinquens, in factis bonæ conversationis sese exercuit. *Insertus etiam est Adoni Lobiensi, ad marginem quidem, sed manu æque vetusta:* Sonegias, sancti Vincentii confessoris, qui Altum montem construxit. *Longius elogium recitat Ado S. Laurentii Leodii, cujus verba etiam refert Florarium Sanctorum. Sic ambo loquuntur:* Soniacas monasterio, S. Vincentii Confessoris, qui antequam habitum monachicum indueret, vocabatur Madelgarius; sed quia Domino auxiliante, mala mundi relinquens, fortiter ea post conversionem devicit, propterea Vincentius est appellatus. Qui in monasterio, quod Altus mons nuncupatur, tonso capite, vixit plurimis annis sub sancta regula, nunc in sancto E
requiescit tumulo apud Soniacas, in quo rebus humanis excessit. Fuit autem adhuc in sæculo positus, maritus S. Waldetrudis, quam ab illo, servata caritate, separata, montem, qui Castrilocus dicitur, construxit, & ad exercitium spirituale, multam sanctarum virginum militiam adunavit.

In Usuardini variis fastis;

17 *Eadem vel breviore phrasi de* S. Vincentio *meminerunt varia auctaria Usuardina, quorum nonnulla ex notissima editione describimus, ut sub uno aspectu appareat diversus annuntiandi modus: Codici Tornacensi ad oram paucis adjectus est, fusili, licet paulo recentiori, manu:* Vincentii confessoris, Hanniæ. *Pluribus Bruxellensis:* Apud Senogias (*potius* Sonegias) sancti Vincentii confessoris, & conjugis beatæ Waldetrudis Castrilocensis, neptis beatæ Gudilæ. Qui sanctorum Autberti & Gisleni abbas exhortatione, factus ex Comite monachus, Christo in omnibus suis actibus servire studebat. *Scriptoris hujus nepotissimum, seu neptissimum cum sua S. Gudila alibi etiam rejecimus: S. Gudilam fuisse filiam S. Amelbergæ, de qua ad x Julii actum est, probe novimus; an autem & quo consanguinitatis* F
gradu hæc contigerit S. Waldetrudem, hactenus nobis exploratum non est; probanda prius sanctorum Walberti & Bertiliæ cum S. Amalberga sanguinis conjunctio. Sed hæc missa facimus, ut Grevenum audiamus: Vincentii Comitis Hanoniæ confessoris. *Molani annuntiatio in posterioribus editionibus ex Adone Leodiensi contracta videtur:* Apud Sonegias, depositio B. Vincentii confessoris Christi; qui in monasterio, quod Altus mons dicitur, tonso capite vixit plurimis annis sub sancta regula, servata caritate, separatus a S. Waldetrude conjuge sua. *His ferme subscribunt recentiores alii, cum Canisio* abbatem *appellantes* S. Vincentium.

In Monasticis aliisque non satis exactis;

18 *Agunt de eodem monastici, quos inter Wion Molani velata jam verba descripsit; in annotationibus nugas comminiscens de Sancto ut rege Hibernidæ & Comite Hannoniæ, qui nimirum, uxore permittente, anno* DCVI, *quo verosimilius necdum natus erat, vitam monasticam amplexus sit. Ea vellius a Dorganio & Menardo omissa sunt: Longius Bucelini elogium prætereo, quod jam dictis aut pauca superaddat, aut etiam magis incerta. Constantinus Ghinius canonicis regularibus* S. Vincentium *accensuit, elogium ex Molano de-*

scri-

A *scribens, sed ita torquens, ut si recte omnia componantur, S. Aldegundem* Vincentii *non sororium sed filium fuisse indicare videatur. Nec prætermissus est in Catalogo generali Ferrarii, qui iis non contentus quæ apud alios legerat, vult Sanctum nostrum, non solum nominatos alibi Sanctos secum ex Hibernia adduxisse, aut in Belgium invitasse, sed iis ipsis, nempe Ultano, Foillano, Furseo, Eloquio, Ettoni & Adalgiso monasterium in Alto monte exstruxisse, quasi ii omnes in eo loco monachi fuerint. Breviter, recte, & vere Castellanus*: Sonegiis in Hannonia, S. Madelgarii (*Maugre*) qui & Vincentius appellatur, mariti S. Waldetrudis (*Vaudrue*) cujus sacrum corpus honoratur ibidem in ecclesia collegiata sui nominis, *nempe a monachis, opinor per Normannos dispersis aut extinctis, ad canonicos sæculares translata, procurante S. Brunone archiepiscopo anno 965, ut testantur monumenta hodiedum ibi exstantia.*

B *Sanssayi & Molani elogia.* 19 *Stylum de more exercuit Sanssayus in Martyrologii sui Gallicani Supplemento pag.* 1145, *commentibus cum ceteris laborans vitiis, aliudque præterea de suo addens, quod pro Altimontensi cœnobio, Malbodiense a Sancto conditum fingat, ipsumque non ad prædictum cœnobium, sed Sonegias, depositio militari balteo, secessisse. Audi ejus orationem*: Sonnegiis in Hannonia, S. Vincentii Comitis, qui sub Dagoberto rege omni strenuitate pollens, ac religionis studio præcipue nobilis, incolas illius, quem regebat, tractus, barbaris adhuc moribus viventes, ut ad omnem honestatem & pietatem promoveret, ex Hibernia, quo jussione regis transmeaverat, apostolicos viros Ultranum, Foillanum aliosque in Belgium evexit, quibus hospitio fovendis Malbodium cœnobium ad fluvium Sambram exstruxit, horumque ope informatis popularibus suis ad Christianæ legis observantiam, ipse Sonnegias secedens, depositio balteo militari, humilem religionis habitum induit, coacervatisque sub sancta disciplina meritorum cumulis, in Christi pace obdormivit. Colitur in tota Hannonia summa celebritate, non hac die modo, quæ est depositionis, sed die quoque Septembris vigesima, quæ est translationis. *Alteram translationem jam assignavimus, de celebriori cultu infra acturi.*

C 20 *At ceteris omnibus encomiastis palmam præripuit Molanus, cujus verba non ex Natalibus sed ex indiculo desumimus, quod hoc proprium ejus opus sit, alterum posthumum & alterius cura editum. Sic igitur ibi habet*: Sanctus Vincentius confessor, Hannoniæ Comes, antea Madelgarius dictus, inter palatinos regis Francorum Dagoberti non infimus fuit. Habuit enim uxorem, consanguineam regis, beatissima Waldetrudem, ipsumque rex habuit ad annos aliquot Hiberniæ gubernatorem. Unde postea in Gallias rediens, sanctissimos & strenuos fidei prædicatores secum adduxit. Inter quos Foillanus, Furseus, Ultanus, Eloquius, Etto & Adalgisus, Autbertum episcopum miro humilitatis affectu coluit, qui eum adeo superni amoris fervore accendit, ut, depositio cingulo militiæ sæcularis, totum se ad cultum divinum adstrinxerit. Unde ad Sambram, in municipio quod Mons altus dicitur, monasterium construxit, quod adhuc subsistit, unico milliari a Malbodio distans, ubi monastico habitu suscepto, sub sanctæ conversationis regula sese humiliter reclusit: erat enim, servata caritate, separatus ab uxore sua Waldetrude, quæ in Castriloco sanctimonialium monasterium construxit. Tunc permulti sanctissimi hunc montem, vocabulo & religione alium frequentarunt, de animarum salute loquentes. D AUCT. J. B. S.

multa commissens,

21 Exprimit autem historia Ansbertum Rothomagensem episcopum, exilio proscriptum, Hugonem abbatem Gemeticensem, Vulmarum abbatem Bolonicnsis cœnobii, Ettonem Britannum sacerdotem, Amandum ex Elnone, Wasbulphum ex Condato, Gislenum ex Callensi monasterio, Ursmarum & Erminum ex Laubaco, Foillanum & Ultanum ex Fossensi monasterio, Aldegundem, ex vicino Malbodio, Waldetrudem ex Castriloco, Geltrudem ex Nivella. Postea construxit etiam Sonegias cœnobium, in quo obdormivit & requievit. Sed hodie est Canonicorum collegium in Sonegiis oppido Hannoniæ; quæ commutatio, secundum Annales Hannoniæ, facta est per Brunonem Archiepiscopum Colonicnsem, anno nongentesimo sexagesimo quinto. Natalis ejus est E XIV Julii, quem etiam Cameracensis ecclesia, cui tota Hannonia subest, merito novem lectionibus celebrat. *Quæ in eo elogio nobis displicent, ex dictis & dicendis facile intelliget; venisse aliquando ad Altum montem prædictos Sanctos, nihil est quod nos credere prohibeat, ast ibidem fuisse vivo & ipsis commorante* S. Vincentio, *non patitur ratio temporum ut de S. Autberto infra ostendemus: Hugo Gemeticensis, & ipse Rothomagensis episcopus, verosimilius necdum natus erat dum* S. Vincentius *e vivis excederet, ut vide in ejus Vita* IX *Aprilis.* *merito rejicienda:*

22 *Non magis placent quæ in Fastis Belgicis & Burgundicis memorat Miræus, familias Pippinianam & Vincentianam commiscens, adeoque* XXI *Februarii non dubitaverit, S. Amalbergam senioris viduam sororem facere SS. Waldetrudis & Aldegundis. Tum pro* S. Vincentio *allegat Dinterum (non magnæ auctoritatis virum) in Ms. Brabantiæ Chronicis, & alios tradentes*, ipsum fuisse natione Hibernum, & antea Madelgarium, Hibernice Maguir nuncupatum. Si non fuerit natione Hibernus, *inquit ipse*, videtur saltem in Hibernia aliquamdiu vixisse; fortasse cum Dagoberto, Sigeberti Austrasiæ regis filio, quem a Grimoaldo majore domus regiæ, F in eam insulam ablegatum fuisse, supra die XXI Februarii docuimus. Inde porro in Galliam Vincentius veniens, multos viros apostolicos, in his Foillanum, Furseum Ultanum, Eloquium, Ettonem & Adalgisum adduxit. *Jam superius utcumque discussis melius consonant quæ sequuntur*: Hortatu S. Autberti Cameracensis episcopi, mundi pompis valedixit; in Altomonte ad Sabim fluvium monasterium construxit, atque in illud se abdidit. Qui locus frequentia fratrum cum populosus fieret, ut liberius Deo vacaret, Sonegias ad locum secretiorem secessit, ubi alterum sibi ac paucis sociis monasterium struxit, quod est præclarum hodie Canonicorum collegium. *non placent quæ habet Miræus,*

23 *Incerta hic multa & falsa a Molano & Miræo referri, quæ lapsu temporis vulgi traditione accreverint, satis jam patere existimo; non aliter quam qua ante ratione explicuimus, accommode intelligenda: ad sinceritatis limites omnes transgressus videtur auctor manuscripti, ad nos olim* *aut Appendix Sonegiensis*

A *Songelis transmissi sub titulo* Appendicis ad Legendam sancti Vincentii; *quæ certe hujusmodi*
AUCT. *appendicis minime indigna est, satis habens si per*
J. B. S. *se jubsset. In hac nova incondita farragine exosa crambe de patria Hiberniensi, veterique pervilifrigente Maguirica recoquitur, imo enormiter auge*tur, *idque tam novis & debilibus argumentis, ut ea referre pigeat, nedum operosius impugnare. Hibernis nimium forte concessimus, dum non omnino improbabilem, saltem non repugnantem historicæ veritati ostendimus* sancti Vincentii *in eam insulam aut saltem in Angliam; quacumque demum de causa profectionem, ut proinde tam absona, & actis ipsis directe opposita, exigi posse non existimemus, quæ inepte regerit jam dicta appendix. Ut de cæmentis cæteris conjecturam facias, articulo 5 asseritur, Walberto, Madelgarii socero, mortuo anno 598, S.* Vincentium *cum uxore Waldetrude Hannoniam venisse. Art. 6, præter Sanctos in Legenda expressos, altera triginta alios Scotos & Hibernos in Belgium traxisse dicitur, factus ipse monachus anno 606; atque alia æque imperite digesta, de quorum pretio jam facile statuis.*

B 24 *Ut igitur dubia illa & incerta a veterioribus discernamus, magis fidus in hac re ductor erit Baldericus, alibi a nobis sæpe laudatus, ut præcipuus post Normannicas incursiones, etsi non semper verus rerum Belgicarum scriptor, cujus verbis paragraphum hunc concludendum censuimus. Sic loquitur lib. 2 cap. 35:* Non præteream vicum, quem Altum montem dicunt, nec immerito sic nominatum, cum beatus Vincentius cum multis viris religiosis, qui cum eo fuerant, sua conversatione reddiderit sublimatum. Porro iste Vincentius Comes egregius, videlicet S. Waldetrudis maritus, juxta quidem sæcularem eminentiam, & rebus & genere potentissimus, eruditione tamen & crebris monitionibus beati Autberti pontificis informatus, sæcularis militiæ pompam procul abhorruit, Deique obsequiis mancipare se potius æstimavit. Igitur dum de loco suæ conversationis expetendo solicitus curam gereret, non defuit divina pietas Sancti viri desiderium completura. Nam quadam nocte pluit Dominus nivem, & omnem regionem circum & circa niveo rore respersit, excepto paululo loci, quod in supradicto vico, in modum videlicet crucis, respergendum reservavit. Quod vir Dei suo desiderio cælitus contigisse, al-
C tiore consilio intellexit, divinoque indicio certior factus, mox eodem in loco monasterium ex proprio sumptu fundavit: quod etiam suus magister Autbertus, viris secum religiosis adhibitis, in honore Apostolorum Petri & Pauli dedicavit, ibique vir Sanctus feliciter conversatus, laudabilis vitæ sanctitatem ducere adfluduit.

quibus omnibus præferendus,

quæ de S. Vincentio tradit

25 *Hæc paucis & nimium contracte Baldericus, quæ certe non parvam temporis latitudinem requirunt, ad eum ferme modum quo nuper annorum ordinem verosimillime deduximus, monasterii constructionem a consummata Sancti ipsius conversione merito distinguentes. Id plane vides, inter hæc omnia Hiberniei nihil, nihil Maguirici admisceri, omnibus sine controversia subsistentibus etiam miraculo de nivea pluvia, quod Legendæ quoque constanter memorant. Pergit auctor:* Ad cujus piam conversationem multos viros religiosos confluxisse *ait*, traditisque prædiis & propriis rebus, cum sacro viro degentes, ad vitæ regu-
D laris normam sese construxisse. Cum autem locus a regibus & principibus augmentari, & frequentia fratrum populosus cœpisset haberi, ut liberius Deo vacaret, in secretiorem locum secessit; quem etiam locum paulo posteriusdicam. Hujus vero forma & exemplo religio monachorum postea multo tempore adolevit, sed per incursus gentilium, imo & per crebras seditiones domesticorum, subripiente inopia, ordo monachalis ad canonicalem redactus, sic ad tempus domni Gerardi episcopi usque remansit, *Nempe ad ætatem ipsius Baldrici, Episcopi istius ministri præcipui, apud quem vide cæteras cœnobii vicissitudines, reductionem a canonicis ad monachos, novam per Fulcuinum instaurationem &c. de quibus, ut oculatus testis, pluribus agit lib. 4, cap. 6. Ad Sanctum regredimur.*

26 Repetamus locum, *inquit Baldericus lib.* Baldri-
2, *cap.* 46, quem relictis quidem in Alto mon- cus Ne-
te fratribus, expetiisse beatum Vincentium sam. &
prædiximus. Hic profecto ab incolis Sungeias Tem. opi
nuncupatur: ubi ipse vir Domini a frequentia jungus.
populari remotus, fratribus sociatis, monaste- E
rium struxit, ibique exactis hujus vitæ cursibus feliciter sepultus, cum filio suo Landrico, Meldensi episcopo, in pace quievit. *Hactenus Baldrici solidior narratio, cui an crederet debeamus, S. Landricum fuisse Meldensem episcopum, ad hujus Vitam* XVII *Aprilis discussit Henschenius. Hic vero notaverim, agitatam olim inter Altimontenses monachos & Rosweydum controversiam, dicendine essent sancti* Vincentius & *Landricus, pater & filius, abbates monasterii utriusque Altimontensis & Songiensis, quo non videatur adduci posse Rosweydus. Aliam item cum Bollando utrum monachi illi Basilium censendi essent, quales supponebant, S. Gislenum in Cella sua instituisse, an potius Benedictini? Utramque sic componendam existimo, ut plane sentiam, Sanctos ipsos, licet Songeiis commorantes & ibidem mortuos, Altimontensium curam, quamdiu vixerunt, non dimisisse; ut si immediati abbates non fuerint, patres tamen dici potuerint: Benedictinum vero institutum, si non sub ipsis principiis,* F *saltem non diu post, ut communiorem per ea tempora regulam, amplexos fuisse. Ast hæc a Sancti cultu nos procul averterent, de cujus incrementis agendum superest.*

27 *De reliquiis quod hic dicendum restabat;* Reliquiæ
pretiosas sanctissimi Patroni sui exuvias possident in duobus
Songienses, summaque veneratione honorare per- theris ob-
gunt in vetusto sed magnifico templo, quod nitide servatæ.
& eleganter exornatum admiratus sum, dum eo accessi III *Maji, anno quo hæc scribo* 1723. *Thecas binas antiquo artificio, alibi satis explicato, elaboratas ostendit laudatus hic non semel Adm. Rev. & Amplissimus Ecclesiæ istius Decanus Lambotte, quas paucis descriptas inveni in Appendice, sequenti paragrapho magis discutienda. Sic ibi & vere ad rem nostram memorat oculatus testis:* Philaterium, quod est argenteum deauratum, quo divi Vincentii caput decoratur, a quatuor leonibus ejusdem materiæ sustentatum, Margareta Hannoniæ Comitissa, Balduini Imperatoris filia, magna liberalitate juxta ac devotione, dono dedit, quod satis ostendit littera M, philaterio appensa, margaritis & unionibus exornata; *sed quæ a delineatore satis expressa non est: addere poterat, id magis colligi ex ipsius statua, unum ex octo loculis occupante, ac thecam ipsius breviculam ideam manu gestante.* Phi-

late-

A laterium eſt tantæ molis, ut vix ab uno homine ferri queat; & eſt ita artificiose cælatum, ac affabre conſurgentibus turriculis compoſitum, ut intuentes, in ſui admirationem attrahat. Feretrum majus in quo cetera divi Vincentii reliquiæ aſſervantur, ab antiquitate, magnitudine & pondere adeo commendandum eſt, ut vix octo robuſti homines ſufficiant ad illud geſtandum.

B

28 *Quod non ſemel per litteras a laudato D. Decano, & coram rurſus impense flagitaveram, curaret nempe thecæ utriuſque delineationem, quo in æs inciſæ repræſentari hic poſſent, ad commendandam Sonegienſium erga S.* Vincentium *pietatem; id poſtmodum executus eſt, uſus artifice non ſatis perito, ex cujus groſſioribus lineamentis redditæ ſunt lamellæ, quæ hic exhibentur. Sacri vertices phylacterium ſeu feretrum, in majori folio expanſum, multum contrahi debuit, ut ingens tem-*

quorum minus capitis,

C

plum potius quam thecæ exiguæ eſſe mareretur, talis nimirum quæ ab uno homine elevari & geſtari, uti coram ipſe perſpexi, & ex ſuperius poſita imagine, juſto etiam grandiore (tota enim machina pedes duos altitudinis non multum excedit) utcumque perſpicitur. Monet Fortius pag. 177, ſacrum caput a reliquo corpore ſejunctum fuiſſe an. 1250 a Petro Albanenſi epiſcopo, Innocentii PP. IV legato, Alberto Pruſſiæ & Livoniæ epiſcopo, ac Nicolao Cameracenſi aſſiſtentibus; ipſaque item Margareta Comitiſſa, cujus ſumptibus magnificam thecam fabricatam jam diximus. Loculis octo totidem turriculæ ſuæ ſtatuæque cum numiſmatibus appendentibus reſpondent, quarum ſolæ quinque oculis pateſcere queant. Ceteræ decorationes, quæ hic ex majori parte cognoſci poſſunt, fuſius a dicto Fortio deſcribuntur; nobis ſatis eſt, ad Sancti gloriam, tam præclara monumenta ſpectanda exhibuiſſe.

D

29 *Liſpanothecæ majoris moles & gravitas ex data brevi deſcriptione ſatis intelligitur, cetera a Fortio petenda a pag. 174, ubi Apoſtolos quidem ex argento deaurato diſpoſitos enumerat, verum quid imagines in tecto hic expreſſæ indicent, nec ipſe explicare potuit, neque mihi promptum fuit divinare; ex rudi delineatione, prout fieri potuit, excuſæ ſunt. Longitudo ejus ad ſex fere pedes, latitudo ad unum cum dimidio extenditur. In patenti fronte ex eodem metallo conſpicitur* S. Vincentius, *cum duobus filiis Landrico epiſcopo & Dentlino, quemadmodum ſancta uxor Waldetrudis cum binis filiabus, Aldetrude & Madelberta paſſim exponitur. Epigraphe iſtic adſcripta ſic ſonat:*

major ſacri corporis hic exhibentur.

E

Angelus a ſumma cæli tranſmittitur arce,
Qui Madelgario Chriſti mandata revelans,
Præcipit in ſomnis, ut Montem conſtruat altum.
Sic fit ut in terris dum ſacram fabricat ædem,
Sanctus perpetuam mereatur in æthere ſedem.

In oppoſita fronte eſt argentea deaurata ſtatua Chriſti Salvatoris, cum alio epigrammate, cujus hæc ſola pars legi potuit:

Fronte ſacri ſerinii majeſtas cælica ſplendet,
Plena boni ſtudii, quam nemo bonus reprehendet.

Cetera oculis ſpectanda & conſideranda relinquuntur, ex appoſito ſchemate in minorem formam, ut nobis moris eſt, ſed ſatis ample contracto, ut nihil ad ſplendorem aut artificium merito deſideretur.

F



AUCT. J. B. S.

§ III. Idem cultus magis propagatus ab episcopis Cameracensibus, reliquiæ solenniter circumferri solitæ, festivitas ad totam diœcesim extensa, & Officium Sonegii proprium.

Antiquitas apud Altum montem & Sonegienses cultus.

JAm Molanum testantem audivimus, *ecclesiam Cameracensem Officio novem lectionum* S. Vincentii *festum recolere solitam, de cujus Missa etiam locuti sumus: est institutionis istius principium non facile divinaveris, quamquam antiquissimum fuisse, minime dubitem; tum fortasse inchoatum, dum cessantibus grassationibus Normannicis, ad canonicos transiit ecclesia Sonegiensis, ita disponente S. Brunone Colonien*sis *an.* 965; *aut certe dum tempore Gerardi episcopi, sequenti proxime sæculo, in integrum restitutum est Altimontense cœnobium. Conjecturis inniti non possumus: primum solennioris alicujus cultus argumentum non ostendit summam ambarum ecclesiarum curam fuisse ad sancti Patroni celebritatem cæterus promovendam. Est hoc diploma, ex antiquo codice Sonegiensi descriptum, Nicolai III, Cameracensis episcopi, apud Sammarthanos ordine quinquagesimi quinti, datum an.* 1261 *feria tertia post ramos Palmarum, quæ fuit* XIX *Aprilis, Paschæ incidente* XXIV *ejusdem mensis, sub littera dominicali B. In eo instrumento Nicolaus, præmissis nonnullis ad Sancti vitam spectantibus, quæ inolitas traditiones renovant de* ducatu Lotharingiæ, Francorum & Saxonum, *de* dominio in insulas Hiberniæ *& de* comitatu Hannoniæ, *quæque idcirco a nobis omittuntur; ad Sonegiensem fundationem delabitur, ejusque defensorem ac vindicem* S. Vincentium, *adeo ut* quicumque eum in suis præcipue corporalibus seu aliis necessitatibus, devote & fideliter requisissent, petitionum suarum justarum a Domino, ejusdem pii confessoris meritis, optatum celeriter consequerentur effectum.

anno 1262 renovatus & auctus est.

31 *Tum ita loquitur*: Sed quia refriguit charitas, nutat fides, & vilescit devotio morum, deliberatione provida statuerunt dilecti filii præpositus, decanus & capitulum Sonegiensis ecclesiæ memoratæ, ut singulis annis in crastino Pentecostes processionaliter cum fidelium turbis, ibidem devote convenientibus, lustrent villam Sonegiensem, circumferentes reverenter & devote feretrum, in quo corpus ejusdem confessoris beatissimi requiescit, cum aliis ipsius ecclesiæ reliquiis, ad excitandos fidelium populos ad implorandum devotissime patrocinium tanti Patris, & ut Deus, ipsius interventu, pie postulantibus postulata concedat, & flagella iracundiæ suæ, quæ juste pro peccatis suis multipliciter patitur populus Christianus, miseratus avertat. Nos igitur pium eorum in hac parte propositum & statutum in Domino commendantes, & eamdem ecclesiam, quam sincera diligimus, ut tenemur, in Domino charitate, utpote qui in ea primitus & diutius in officio præposituræ percepimus stipendia militiæ clericalis, prosequi cupientes, gratia speciali de misericordia Christi &c. Deinceps declarat indulgentias, *inquit amanuensis descriptor, quem mallem, causam addidisse, cur potius die quam in propria Sancti festivitate processio ista olim instituta fuerit: nisi usu aliquo invaluisse credamus, quemadmodum de S. Regenusta in Ailcuria hoc die, & de S. Amalberga ad* X *hujus mensis diximus.*

32 *Ceterum de ejusdem perseverantia testatur Sol. mis Appendix, superius citata, articulo* 19 *in hæc verba*: Quotannis altera Pentecostes processio Sonegiensis oppidi celebratur, in qua corpus & caput S. Vincentii per circuitum civitatis processionaliter deferuntur. Illa autem supplicatio longe a civitate sese extendit; ita ut matutinæ inchoentur aliquando ad medium tertiæ, aliquando hora tertia, aliquando ad medium quartæ, pro diversitate seu longitudine circuituum; nam sunt tres circuitus, longus, medius & parvus. Summo mane hora competenti, pro diversitate etiam circuituum dicitur Prima, qua finita, dicuntur Litaniæ Sanctorum. Ubi ventum est ad invocationem S. Vincentii, feretrum ejusdem deponitur e sublimi loco a duobus Canonicis receptioribus, & duobus capellanis junioribus..... Finitis Litaniis, ad iter seu processionem, magna etiam populi, variis ex locis tam vicinis quam difficilibus, confluente caterva, maxima cum reverentia ac devotione progreditur. Ubi ventum est ad villam in ultimo suburbio novo, quæ vulgo dicitur Del baille, caput sacrum S. Vincentii a Camberonensibus assumitur, quod deferunt per circuitum, sese obligantes, non scripto verbo, sed viva voce, reddere in eodem loco integrum & illæsum, uti abipsis acceperunt. *Hæc paulo fusius describuntur a Fortio lib.* 3, *pag.* 17.

supplicatio quo sacra dispona circumferantur, feruntur,

alia etiam quædam legantur.

33 *Pergit appendix capite suo ultimo in hæc verba*: Nec silendum, ut notum sit, quanto in honore fuerit & olim, ut nunc, memoria patris nostri Vincentii, quod anno MLXX, tempore Balduni, hujus nominis sexti, Hannoniæ comitis, corpus ejusdem Patroni portatum fuerit ad cœnobium Hasnoniense, dum dedicaretur ecclesia, cum aliis viginti quatuor Sanctorum corporibus, ut suis precibus & meritis ibidem Deo famulantibus patrocinaretur. B. Vincentium fuisse unum ex viginti quinque Sanctorum corporibus, quæ eo delata fuerunt, refert Cognatus lib. 12 Annal. urbis Tornacensis cap. 24. *Si operæ pretium esset, possent ejusmodi translationes aliæ reperiri, iis præsertim temporibus quibus consuetudo invalucrat, sacra Sanctorum hispana ad varias solennitates comportare. Id de Sanctis ejusdem reliquis sexennio ante factum invenies, nempe anno* MLXIV *in dedicatione basilicæ sancti Sepulcri per S. Liethertum Cameracensem episcopum. Habes in Actis tomo* IV *Junii ad diem* XXIII, *pag.* 606 *elenchum bene longum sacrorum omnium corporum quæ solennem eam cæremoniam sua præsentia cohonestarunt. Sed de his satis; jam ea quæ ad ritum Officii ecclesiastici attinent, paucis etiam prosequamur.*

Petrus Camerac. ejus anno 1323

34 *Quam singulari veneratione* S. Vincentium *colendum putaverit Petrus Cameracensis episcopus, apud Sammarthanos ordine* LX, *idem qui anno* 1313 reliquias S. Waldetrudis solenniter a terra levari ordinaverat, *ostendit ipse decreto particulari in plena synodo anni* 1323, *in eum finem promulgato, quo, præmissa longiori oratione, Sancti merita, & vitæ partem non modicam recensente, auctis etiam titulis per* Hannoniæ, Hiberniæ, Lotharingiæ, Franconiæ & Saxoniæ *ducatus, Sancto ex vulgi fama adscriptos; ostendit, inquam, præfatio-*

A *non sic absolvens*: Gaudeat igitur princeps Hannoniæ & patria, de tanto principe in cælesti gloria triumphante. Exultent subditi & lætentur, qui coronatum a Deo meruerunt habere patronum. Quis enim Christi fidelium populus gaudere non debeat in præclara festivitate tam sanctissimi confessoris, cujus sunt miracula preciosa. *Tum, cetera ordine prosequens, subdit*: Nos vero ad ipsum Beatissimum, & ipsius ecclesiam Sonegiensem nostræ considerationis aciem convertentes, festum ipsius Confessoris, quod celebrari consuevit quarta decima die mensis Julii, statuimus & ordinamus, in universis comitatus Hannoniæ ecclesiis solenniter celebrandum, cessandumque illa die ab omni opere mechanico & servili.

festum de præcepto per totam Hannoniam instituit,

35 Quapropter vobis & vestrum singulis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna præcepimus & mandamus, quatenus festum hujusmodi in ecclesiis vestris solennitèr celebretis; vobis omnibus clericis & laicis comitatus ejusdem nostræ diœcesis

B districte præcipiendo mandantes, quatenus dicta die, tamquam die Dominica, cessetis ab omni opere manuali, & festum hujusmodi revereamini condecenter, ut sicut in terris positus Hannoniensis comes refulsit excellentia dignitatis, sic in corpore sancto devotius veneretur. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia, & gloriosæ Virginis matris ejus, omniumque Sanctorum meritis & intercessionibus confidentes, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad ecclesiam Sonegiensem in vigilia & in festivitate dicti Sancti accesserint, & per octavas ejusdem, pro qualibet die, qua dictam ecclesiam devote visitaverint, XL dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus: volentes, præsentes indulgentias omni tempore duraturas, non obstantibus quibuscumque revocationibus, sub quacumque forma verborum, per nos vel Officiales nostros imposterum faciendis, nisi de indulgentiis istis specialis & expressa mentio habeatur. In quorum &c. *Ita ille, de glorioso* sancti Vincentii *cultu promovendo egregie solicitus*.

C 36 *At postmodum ab Episcopis ejus successoribus imminutam paulatim, per comitatum Hannoniæ, contractamque festivitatem jam supra insinuavimus, quarum mutationum causas investigare, nec muneris nostri, nec hujus loci est: satis erit ex Fortio rem ipsam dicere. Narrat hic lib.* 3, *cap.* 18, *pag.* 188, *in synodis Cameracensibus posterioribus reductam esse* S. Vincentii *festivitatem eo usque, ut ad infimam classem delapsa sit, demum anno* 1604, *sub Archiepiscopo Cameracensi Guilielmo de Bergis reformata & penitus abrogata, adeo ut hoc tempore ad solum oppidum Sonegiense ejusque territorium (non exclusis, opinor, Waldetrudensibus canonicabus Montensibus) restricta sit: ubi tamen ingenti hactenus apparatu & constanti incolarum pietate accolarumque concursu celebratur, non raro illustrata miraculis. Cum igitur de præcipua hac festivitate, de processione festis Pentecostes, binisque translationibus, istic quoque vetuli solitis, abunde jam dictum sit, superest ut ex Officio Sonegiensi Ms. ea decerpamus quæ ad totius rei notitiam sufficiant. Rubris hinc inde litteris variis a scriptore distinctum est, sub hoc titulo*: Antiphonæ Officii Sonegiensis sancti Vincentii, Sonegiensis patroni, una cum responsoriis & capitulis, secundum usum ecclesiæ Sonegiensis. *Lectiones omissæ sunt, ex ipsa Legenda procul dubio repetendæ: nos pauca seligemus.*

quod postea restitutum, modo abrogatum est.

D AUCT. J. B. S.

37 *Initium ducitur ab Antiphonis ad primas Vesperas, quæ versibus hexametris concinnatæ sunt; ex quarum prima argumentum sumunt Sonegienses, quo Sanctum suum Hiberniæ accenseant, de qua re superius disputatum est: singulas ordine describimus. Prima est*:

Specimine aliqua

Magis muneribus dotavit Hibernica tellus,
Nos Madelgarium dum fecit habere beatum.
II Hic sub magnifico degens miles Dagoberto,
Vitæ per meritum cunctis se fecit amandum.
III Nam fortis, justus, tunc prudens atque modestus,
Sese prudenter ita conformabat ad omnes,
Mitibus ut mitis fieret, durisque superbus.
IV Hunc postquam superæ tetigit mucatio dextræ,
Postponens habita, nihili pendens ad habenda,
Moribus ac habitu monachus fit religiosus.
V Christi pauperibus pauper fit associatus, E
Veram pauperiem sincero est corde secutus,
Unde beatorum potietur sorte per ævum.

38 *Sequitur Capitulum sub hac formula*: Dedit Deus confessionem sancto suo Vincentio, & excelso in verbo gloriæ; dedit illi contra inimicos potentiam & in celebrationibus decus. *Meretur describi hymnus ex quo colligas, non Hibernum sed Gallum genere conferri* S. Vincentium. *Sic habet*:

ex Propria Sonegiensi

Regem cælestis gloriæ laudent flores Ecclesiæ
Superna quorum patria nitoris fulget gratia.
Hos inter flores præditum virtutibus Vincentium
Suo Christus clarissimo inthronizat palatio.
Ortum primis natalibus & procerum primoribus
Tironem profert Gallia, ducem effert Hibernia.
Hinc tactus cæli nectare mundum cœpit postponere,
Militiæ post cingulum, jugale solvit vinculum:
Mundo totus immoritur, Christum vivendo sequitur,
Laborum fructus aggregat, ad cælum liber evolat. F
Sit Trinitati gloria, laus decus & potentia,
Per quam victor egregius mundum vicit Vincentius.

39 *Ex tribus ad primum Matutini nocturnum antiphonis, quid de aliis, uti & de responsoriis censendum sit, facile quilibet intelligere poterit. Ex primam*: Vir vitæ laudabilis Madelgarius, agnomine Vincentius, nobili prosapia editus, nobiliori mentis est industria præditus. *Altera est*: Ab ipsis infantiæ annis Christi præcepta, * fide divina, humanaque imbutus est lege. *Tertia*: Adultus Dei famulus, cum ætatis profectibus in bonis crevit actibus. *Hujusmodi sunt Officii reliqua ex Sancti Actis potissimum desumpta, aut consimili phrasi explicata, ut peculiare nihil occurrat præter orationem propriam & hymnum ad Laudes. Hæc est ipsius Oratio*: Omnipotens sempiterne Deus, qui beatum confessorem tuum Vincentium, instantis vitæ illecebras fecisti vincere, da populo tuo, ut per ejus interventionem, purificatis cunctis

punctis subiiciuntur.

A sceleribus meretur perfrui bonis cœlestibus:
AUCT. Per Dominum. *Stisimus in dicto hymno ad Laudes.*
J. B. S. Spes in periculis, salus honor tuis,
Beate Vincenti precamur subveni;
Jactamur in mari, procellis tundimur,
Pirata circuit, necare nititur;
Ab ore bellum marinæ libera,
Portumque naufragis salutis impetra.
Hoc præstet unico Pater cum Filio,
Præstet Paraclitus creator Spiritus. Amen.

Nihilo plus nos decet spissum Breviarium Ms. ecclesiæ S. Waldetrudis Montensis, in quo recitantur lectiones, æque ac reliqua, confuse, cum festo Ostensionis notato in Kalendario præfixo ad XXIX *Octobris, de quo tamen eo die in ipso Breviario non agitur. Tolerabiliores sunt lectiones in proprio canonicarum ipsarum Officio, editæ Duaci apud Bellerum anno* 1625, *quibus alia adjiciuntur pro* XXIX *Octobris de sacri corporis translationibus tum Metensi sub Carolo Calvo, ut volunt, tum Montensi per Reginerum a Longo colle, Comitem Hannoniæ, sub Carolo Simplice, de quibus*
B *videsis inferius annotationes ad antiquiora Sancti miracula.*

§. VI. Legendæ de S. Vincentio scriptæ crassioribus mendis expurgatæ, & ejus miracula Sonegiis accepta.

Monumenta hucspectantia,

Quem laboriose defuderit in colligendis per totum Belgium Sanctorum Actis primus operis nostri designator Heribertus Rosweydus, non uno loco superius explicatum est, nec porro satis memorari poterit. Inter immensos labores quibus Belgicas bibliothecas, non tam illustrare quam vorare visus est, cœnobia omnia circumeundo, Altimontense nequaquam prætermisit, unde scriptum ad ipsum epistolam reperio, ex cujus verbis intelligi datur, quod sub finem §. a *paucis innuimus, operose probare conatos ejus loci monachos, S. Landricum ex Meldensi episcopo fuisse abbatem secundum Altimontensis cœnobii æque ac Sonegiensis: quo adducunt exempla abbatis sui Richardi, qui*
C *prater Altimontense alia viginti gubernavit; atque ante ipsum S. Gerardus octodecim moderatus sit; præterquam quod Altimontenses alias abbatem habuerint cum Gislenopolitanis & Vedastinis communem. Urgentius vero id evincunt ex ipsis Legendis, ubi S. Vincentius morti jam proximus, satis ostendit, primorum suorum filiorum curam minime se abjecisse, dum* vitam cupiebat finiri suam, ubi comam capitis abscideratː *tum vero suos omnes filios commendans,* Te rectorem, ait, suis, amantissime fili, superna clementia providit, teque hujus sacræ militiæ ducem idoneum elegit. *Quæ eo jolum hic dicta sunt, ut pateat, jam a centum & amplius annis Majores nostros ad gesta S. Vincentii eruenda non modicam operam contulisse.*

Jam olim collegit Rosweydus,

41 *Nec minor Rosweydo cura fuit omnia colligendi quæ apud Sonegienses repositæ credebat de S. Vincentio monumenta, ut apertissime docent litteræ R. D. Henrici de Vergnies, ab Henschenio laudati, & nostri P. Ægidii Mouton (Vervecinum se vocat) ex quarum brevi relatu, quam non otiose res gesta sit, perspicies. Non patuerat, opinor, Rosweydo scrutatori archivum Sonegiense, unde aliena opera uti compulsus, jam dictum dominum de Vergnies ecclesiæ istius canonicum instanter rogaverat, annitente etiam Viro Cl. Alberto Myræo, illustraret ipse suggeretque instrumenta omnia Sonegiensia eaque Montes Hannoniæ ad Vervecinum dirigeret, aut ibi Antverpiæ describenda; in quod se sedulo curasse testatur litteris datis* XIV *Decembris* 1606; *ea vero tum accepisse Rosweydum oportet, cum in Fastis Sanctorum, quorum Vitæ in Belgicis bibliothecis manuscriptæ exstabant, ex officina Plantiniana anno* 1607 *publicatis, de Vincentianis etiam meminerit. Non dissimulat Vergnæus difficultates varias, quas ipsi non adeo promptum esset liquido dissolvere, tum circa translationem corporis S. Marcelli, temporibus S. Martini PP. & Dagoberti non satis apte illigatam, tum circa alia, de quibus jam ante disputavimus. Eadem apparet solicitudo in aliis litteris datis* XXV *Februarii* 1670, *& ex Vervecinis Montensibus* XII *Martii insequentis, ut plane constet, exhausisse eruditum Cœnobium archiva Sonegiensia, ne quid ad sanctissimi Patris sui illustrationem desideraretur.*

42 *Neque ibi stetit circa S. Vincentium disquisitio, resumpta a Joanne Bollando, comite Balthazare Corderio, ad quos exstat epistola data ex Altimontensi monasterio* IV *Septembris anno* 1633, *ex cujus solo exordio de mora tunc temporis præcipua quæstione fies certior. Scriptores sunt domni Philippus Freymont & Franciscus Selpin, sic rotunde epistolam suam inchoantes: Admodum Reverendi Patres Balthasar Corderi, & Joannes Bollande.* Mirifice prorsus me *(sic opinor loqui Freymontium)* recreavit conspectus vester, quem doleo tam brevem fuisse; & sane si per occupationes vestras nobis licuisset diutius una hærere, de nostris, ut cœperamus, ardenter contulissemus, &, ut reor, non sine fructu. Non desino tamen vos in Domino intueri cum magno affectu, &, ut spero, iterum videbo vos, & gaudium meum in Domino cumulabitur. Interea, quæ promiseram, ad vos mitto. Rogatus ubi Reverendo Patre Jacobo Simonis, an noster Vincentius esset Benedictinus, partem aientem conatus sum adstruere. *Sic demum Bollandum alloquitur*; Nullus ambigendi locus relinquitur, quin S. Vincentius fuerit Benedictinus, cum disertissime testetur historia ejus vitæ probata omnibus, & nullus in contrarium hactenus quidquam produxerit.

& ipsi ipsum Bollandum.

43 *Parem faciam existimo & renovatam a prædictis PP. Bollando & Corderio apud Sonegienses monumentorum ad S. Vincentium pertinentium investigationem, certe inde accepta sunt scripta varia, circa Sancti vitam & cultum, quæ hic paucis enumerabimus, sive ea prius ad Rosweydum sive ad Bollandum directa fuerint. Sonegiis ad nos certo pervenit Legenda major, in capitula quindecim distributa, cujus prologum manu sua descripsit Bollandus, cujusque auctorem credimus monachum Altimontensem, qui, teste laudato jam Freymontio, scripsit circa annum Christi* 1167. *Vita altera minor dicitur fuisse D. Prudhommii canonici Cameracensis, sed & Sonegiis verosimillime huc destinata & a Rosweydo descripta. In elencho Sonegiensium memorantur etiam miracula, de quibus plura inferius. Sunt & omnia transumpta manu ejusdem, a qua est Appendix supra a nobis discussa, ad quam videtur operam contulisse R. D. Claudius Bannettus ecclesiæ Sonegiensis canonicus. Asserit Vergnæus, misisse se copiam litterarum Episcopi Cameracensis, item antiphonas & responsoria Officii, quæ paragrapho præcedenti dedimus. Præterea narrationem de translatione S. Marcelli, supra*

adjunxit Altimontenses & Sonegienses.

etiam

A *etiam a nobis citatam, quæ exstat tomo* 2 *Januarii pag.* 12; *Vitam Landrici & alia, quæ ad* S. Vincentium *non adeo proxime reducuntur. Ut verbo dicam, nihil supereſſe exiſtimo, quod vel Sonegiis vel ex Alto monte hodie requirendum ſit. Quid vero ſibi velit Vincentius in Annalibus ad annum* 643, *dum ad marginem citat Philippum ab Eleemoſyna in Vita* S. Madelgarii *cap.* 22, *fateor me non intelligere.*

Datur Legenda Altimontenſis

44 *Vitam porro ex Prendhommii Cameracenſis canonici codice extractam examinavit Bollandus ac nonnullis annotationibus illuſtravit, quas neſcio ad quem diem referre cogitaverit: certe ad editionem parare viſus eſt, nonnullis jam propria manu deſcriptis, eamque nos ex ejus ducto excudendam cenſuiſſemus, niſi in ſubſtantia plane convenire deprehendiſſemus cum altera paulo longiori, e laudato canonico de Vergnies accepta, cujus auctor anonymus, Altimontenſis monachus, verboſius plerasque æque ac alter digeſſit, iis tamen prætermiſſis quæ de* S. Waldetrude *minoris Legenda ſcriptor non ſatis opportune inſeruerat, cum hæc alibi melius & fuſius deducta ſint. Vitam ipſa & brevior Prendhommiana Legenda, cujus & ſcriptorem & ætatem ignoramus, a Roſweydo olim deſcripta eſt, opinor hinc Sonegiis tranſmiſſa, verum, ut iterum dicam, tam jejune congmentata, ut nihil de Sancto contineat, quod non uberius in Altimontenſi referatur. Atque, in poſterioris defectu, præcipua, ſolaque adeo a nobis danda, manum ferme præferre videtur laudati jam ſæpius Vergnæi; quam etiam habemus in magno noſtro codice Ms. Vallicelleni, ſeu Moretiano, collatam olim cum alia Ms. Legenda, Bollando ad tempus commodata a R. P. Alexandro Kenetto Ordinis Minorum, quæ erat monaſterii Bethleemitici juxta Lovanium; at variantes lectiones, in eo manuſcripto repertæ, tanti Bollando viſæ non ſunt ut obſervari aut annotari mererentur.*

B

multis laborans defectibus,

45 *Ceterum iſdem Vitæ ambæ defectibus laborant, ambæ ſic ordinatæ, ut res & tempora ſatis diſtingui minime poſſint.* Waſconiorum *ſeu* Waſcaniorum gentem, *ex qua prognatus ſit* S. Vincentii *pater, utraque diſerte occinit, cum multo verisimilius Belgæ ſeu Francus fuerit: utraque proregem, prope dicerem heredem & dominatorem, in Hiberniam abiegat, quocum poſtmodum ſancta conjux ſecuta ſit: utraque ludit in ſeptenario Sanctorum numero, quos omnes una ex Hibernia in Franciam* S. Vincentius *abduxerit,*

C *quod cum eorum Sanctorum Actis nemo facile conciliaverit: adde colloquia & res alias non ſatis judicioſe diſpoſitas. Quæ omnia, utut, quemadmodum rotunde pronuntiat Colintius, falſa continuo & plane reſpuenda non exiſtimemus, talia certe cum Mabillonio eſſe fatemur, ut explorata dici omnino nequeant, ſed pleriſque addititiis illis circumſtantiis, ſaltem pro majori parte expurgenda, ad ſalvandam utcumque rerum ſubſtantiam. Etenim ſi reſectis ſuperfluis, ad commodum ſenſum reducantur, quæ ſcriptores iſti ex longa traditione & ex veruſtiſſimis paginulis acceperunt, non uſque adeo abſona videbuntur omnia, quin ſaltem aliquatenus tolerari poſſint, ut paucis explicatum eo.*

& in pluribus via accommodo ſalvando;

46 Potuit *ſane ex Vaſconia, eo tempore ſatis nota, genus trahere* S. Vincentii *pater, varilis deinde poſſeſſionibus in Hannonia locupletatus. Neque trajectus in Hiberniam, ſive Dagoberti juſſu, ſive alia ratione, tanto conatu exagitandus videtur, cum eo variis de cauſis proficiſci potuerit* S. Vincentius, *in qua potentem fuiſſe aſſerit citata ſuperius* S. Feilani *Vita: in traditione porro per ſeveraverit ea peregrinatio, cujus vera cauſa oblivioni ſepulta, aliis excogitandis anſam præbuerit.* D AUCT. J. B. S. *Neque hæc adeo abſona ſunt, ut ea cauſa Iberiam in Vaſconia fugere oporteat, ex qua ridicule per Hiberniam in Franciam redierit. Hibernos autem Sanctos aliquos in reditu comites habuiſſe, aut munificentia ſua ex Hibernia accivilſe, nihil eſt quod credere prohibeat. In eo excedit Vita longior, quod* S. Ansbertum Rothomagenſem epiſcopum exſulem adducat in Altum montem, *ſuperſtite* S. Vincentio, *quem obiiſſe diximus ut ſummum an.* 677, *totis ſedecim annis priuſquam Ansbertus e ſede ſua pelleretur, ut vide in ejus Actis ad* 9 *Februarii. Non magis ſubſiſtit tot aliorum Sanctorum ad Altum montem confluxus, quorum aliqui locum iſtum oculis ſuis fortaſſe numquam viderint: certe ibi eſſe non potuerint, vivo iſtic & ſuperſtite* S. Vincentio *monacho aut abbate. Sanctos prope omnes colligere voluiſſe videtur Anonymus, quos eo ſæculo in Belgio floruiſſe intellexerat. Ut cetera mittam, me tacente, ſatis patet, ſæculi ſui ſtylum Legendam* E *ſapere, ubi multis pauca, non raro verbose & inornate narrantur. Capitum & numerorum diviſionem ad normam noſtram aptavimus, dubiis aliis, & obſcuris ad annotata remiſſis. Atque hæc de Actis Latinis Mss.*

47 *Vitam gallicam, pauergis multis & epiſodiis amplificatam, ſuperius a nobis citatam ſcripſit* R. D. canonicus Sonegienſis Le fort, alias Fortius, *quam ad me mittere dignatus eſt Adm. Reverendus & Ampliſſimus* D. Lambotte eccleſiæ iſtius hodie Decanus, *editam Montibus anno* 1654, *cui titulum fecit auctor* Speculum nobilitatis, *eo rem omnem non obſcure dirigens, ut præcipiis moralibus hiſtoriam, de ſe ſatis dubiam, farciat, per paginas* 196 *in forma, ut vocant, octava dedu-* quod & in recentiori Fortii defideratur.

cam. Totam evolvi non ſemel, ſed fruſtra pœnitendo, utpote in qua vix quidquam reperirem, quod ad explanandas difficultates conduceret: non magis quam ex Pontii dicto ſuperius Memoriali immortali, *nec memoria nec citatione digno. Ex voluminis Fortiani magnitudine facile intelligis, primigenitis Actis non inſiſtiſſe ſcriptorem, ſed varia alia, pro ſua, opinor, in Sanctum pietate, compilaſſe quæ hic diſcutere aut refellere operæ pre-* F *tium non ſit. Ea undecumque corradit potiſſimum, quæ ut magis mira, ſic minus verisimilia cenſeri debent. Ex uno ſpecimine de ceteris facies conjecturam: pag.* 88 *diſerte aſſerit, ſanctum ipſum* Vincentium, *in Franciam reducem, cum ſeptem illis Hiberniis apoſtolis, ſupra jam laudatis, continuo Romam profectum; quo Molani Natales adducit in* S. Etenis *elogio, nulla prorſus auctoritate ſubnixo. Mitto cetera, ne hic jam toties ventilata cogar repetere. De cultu hodierno melius teſtari potuit Fortius, & miraculorum adjuncta nonnulla explicare, de quibus infra agendum erit.*

Miraculorum hinc ſumo claſſes latinas,

48 *Ad miracula porro quod attinet, ea ex Mss. Officiis eccleſiæ Sonegienſis a laudato Claudio Bonnetto cum Bollando communicata ſunt, quibus præfixus erat hic titulus:* Sequuntur miracula tam antiqua quam recentiora, meritis D. Vincentii Sonegienſium tutelaris edita. Antiqua quidem in elegantiorem ſtylum, ſeu magis vulgarem ſermonem reddita; recentiora vero de gallica in linguam latinam tranſlata, per D. ac M. Joannem de Latre Sonegienſem canonicum: ad majorem Dei gloriam & ejus famuli honorem anno Domini MDCXXVIII. *Duas hic audis miraculorum claſſes,*

Digitized by Google

A *ſes, quarum priori manum admovit recentior ce-*
AUCT. *lenus, cui non ſatis fidens Bollandus, maluit au-*
J. B. S. *tiquiora iſta deſumere ex grandi codice noſtro Ms. Morettiano ſeu Valcellenſi, ſuperius citato, ex quo olim in Ms. Sanegienſi omiſſa ſunt aliqua, alia vero turbate diſpoſita, quæ in codice melius & accuratius deſcribuntur. Dabimus autem ſervatis fideliter omnibus, etiam præfatiuncula, phraſi & ordine, mutatis duntaxat titulis, quos modice contractos ad marginem apponendos cenſuimus. Siqua vero obſcuriora in iis occurrant, in annotatis explicata invenies.*

ex Fortio nonnihil auctæ.

49 *De iiſdem omnibus, mero ſuo paulo fuſius agit laudatus Fortius in altera hiſtoriæ ſuæ parte a pag. 199 ad 362, in tres potiſſimum claſſes ipſe diſtribuens. Prima complectitur miracula omnino duodecim antiquiora, ita etiam a nobis appellata, quod tempus, quo patrata ſunt, & adjuncta cetera obliterata ſint. Id diſcriminis inter Fortium & codicem noſtrum intercedit, quod in hoc ſola undecim miracula reperta ſint. Nimirum aliunde accerſivit Fortius inſigne ſanctiſſimorum duorum conjugum patrocinium in generali calamitate Hannonibus clientibus ſuis demonſtratum, graſſante morbo epidemico ſeu peſte, ut mox ex ipſo ſubjiciemus. In altera parte enumerat Fortius quatuor recentiora eaque ſplendida miracula ab Ordinario, nempe Cameracenſi archiepiſcopo approbata. Tertio Demum per octo capita recenſet ſingularia alia beneficia S. Vincentii meritis impetrata. Noſtrum erit, Fortii opus cum manuſcriptis noſtris conferre, & ubi quid diverſum occurrerit, monere; aut ſi nova aliqua ſuppeditet, ea noſtris adjungere, ut hic modo facimus de duodecimo illo in codice Valcellenſi prætermiſſo.*

explicata.

50 *Deſcribit itaque prædictus Fortius a pa. 262 horrendam mortalitatem temporibus Guilielmi Bavari, Hannoniæ & Hollandiæ comitis Hannoniacam provinciam depaſcentem, ſæviente nimirum peſtilentia, qualis eatenus viſa numquam fuerat; quæ in magna Tartaria, ut creditur, exorta anno 1346, inde toto triennio univerſam Aſiam, Aſricam, Europam tanta atrocitate pervaſerat, ut ſolo viſu & halitu ea afflati alios enecarent; quemadmodum ad dictum annum ex ejus temporis hiſtoricis accurate memorat noſter Philippus Brietius in brevi ſuo univerſali Chronico. Ea lues in Belgium atque adeo in Hannoniam penetraverat anno 1349, tantaque ſtrage miſeram illam provinciam affixerat, ut de omnium vita conclamatum videretur. Humanis igitur remediis omnino deficientibus, nihil prius habuere Montenſes & Sanegienſes quam ut ad ſanctiſſimorum conjugum patronorum ſuorum* Vincentii & Waldetrudis *præſidia confugerent: indicta proinde in diem* VII *Octobris ſolenni ſupplicatione ad ericetum Caſtrenſe, ut tum ipſi, ſacra utrimque lipſana veſtantes, tum accolæ univerſi pœnitentium ritu & habitu convenerunt ad centum circiter hominum millia; ibique a Decano Sanegienſi cantato ingenti celebritate Sacro, aliiſque precibus & lacrymis ardentiſſime profuſis, cœleſte auxilium Sanctorum ſuorum meritis adeſſe ſenſerunt, atque adeo depulſa mox calamitate, diſſipatoque veneno, pax & tranquillitas, imo optata aeris ſalubritas & ſerenitas per totam patriam, mirifico utriuſque Sancti patrocinio, redit. Habe nunc Acta ipſa eo quo diximus ordine.*

B

C

D

VITA

Auctore Anonymo.

Ex duobus veteribus Mſs.

PRÆFATIO.

SUb ſpecie firmamenti Eccleſiam præferri, eamdemque meritis Sanctorum & virtutibus, acſi ſtelliferis ornatibus, illuſtrari, ſicut novis antiqua conveniunt, ita multitudo veritatis genere probabile reddunt. Quod etiam Pſalmiſtæ præconio conſtat initi, cum, Cœli, inquit, enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus in annuntiatione firmamenti. Annuntiatio, ſive ſplendor, ut ait Salomon *a*, firmamenti, gloria ſtellarum; prædicatio autem Eccleſiæ, virtutes & merita Sanctorum. Quamobrem in hanc puro mentis intuitu inſurgere, & beatiſſimum in ea Vincentium, ut præſtantiſſimum ſidus, animi complexu comprehendere, oculo ſpirituali leniter attingere, linguæ etiam officiis meritorum ejus radios ubique diffundere, ſicut divinæ jubilationis præcipuum extat negotium, ita ſalutare imitandæ virtutis emolumentum. Atque exemplorum in tanto Patre eminentium memoria, quantum vitandis ſeculi pompis utilis, eſt habita, tantum amplectendis æternæ vitæ gaudiis omnimodis apta. Miraculorum proinde quam celebris potentia, ſanctitati ipſius per gratiam Dei cœlitus collata, quo excellentius divini operis novitate coruſcat, eo uberius cœleſte jubar attentis animis inſpirat. *Utilis Sanctorum hiſtoria:*

a

E

2 Nunc ergo conſtituendis tam præclaræ materiei verborum ornatibus, quis ſaltim peritorum ſufficit conatus? Veſtro tamen, Domini & fratres *b*, monitu conſultus, ipſiuſque venerandi Confeſſoris patrocinio ſuffultus, quod minus eſt vitium, ea ſpe & fide conſtanter proveho, & provectum dilectioni veſtræ decernendum ſalubriter impendo. Annuit & ipſa divinitas, quæcumque in laudem ipſius mortalium præſumit voluntas. Ceterum votis benigne ſatis innuit, quod deitatis ille confabulator Moyſes tabernaculi ædificiis offerendum Apoſtolo inſtituit. Expoſito namque multitudini cœleſtis imperii edicto, deliberatum eſt ab omnibus, offerri quiddam muneris Deo *c*. In quo neceſſitati nil fuit obnoxia voluntas, ſed in impertiendo arbitrii regnavit libertas. Fiunt interea promptæ devotionis xenia, ingens quidem auri & argenti copia, æris ac ferri, ceteraque id genus metalla, gemmarum etiam vivens gratia, interlucenti colorum vetuſtate diſtincta. Promebatur Indici velleris tincta murice lana, biſſique retorti elaboratiſſima fila. Nec defuere rubricatis hyacinthinæ pelles tergoribus, vel nec temnendus de pilis caprarum congeſtus. Sed in his omnibus quid prodant arcani myſtica ſenſus, elaboravit doctorum opinatiſſima virtus, verba quidem divinis laudibus congruentia, iiſdem caprarum pilis dixere latentia. Quocirca etſi auri gemmarumque, *ſimilis pilis caprarum ad opus ſanctuarii olim cœleſtis.*

F

Digitized by Google

A que, vel cetera rerum, id est virtutum, ausugiunt insignia, conferatur ad sinum Ecclesiæ, vel pilorum, id est verborum, quamquam inutilis copia; sed quæ profiteatur virtutes Sanctorum & merita, sicque fiat super aurum & topazion pretiosa. Jamque cælestis auxilii invitata clementia, accelerabo pii Patris Acta præcellentia; ut quantis in Christo gratiarum donis sit præditus, perspicua luce palam extet fidelibus. In quo, ut dictum est, negotio, voti magis quam ingenii spectetur ratio: quodque meritis Sanctorum omnis angusta sit elocutio, prudens animadvertat æmulatio.

ANNOTATA.

a *Non Salomon ista scribit, sed Jesus Siracides Eccliet* 43, 10, *ubi ista habentur*: Species cæli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.

b *Verosimile est, hic Senonenses Canonicos,* B *aut monachos Altimontenses intelligi.*

c *Alludit procul dubio ad Exod.* 25, 4 & 35, 6.

CAPUT I.

S. Vincentii ortus, militia, conjugium.

Illustribus parentibus natus, & egregie educatus,

EA igitur tempestate, cum Christiani majestas imperii toto orbe serena dominatione invaluit, & Christus notitiæ suæ gloriam ubique gentium dilatavit: beatissimus Domini confessor Vincentius, cognomento Madelgarius, ante sæcula quidem a Deo prædestinatus, mundo nobiliter est natus *a*, sed sæculo futuro per gratiam Dei nobilius relegatus. Ortus sane excellentissima Francorum prosapia in villa Sterpeias nuncupata, sicut parentum & consanguineorum claritudine fulsit insignis, sic vitam bonorum informavit augmentis. Genitor quoque ejus, Madelgarius nomine, clarissima Wasconiorum *b* crevit ex gente, sicut antiquorum compertum est relatione. At mater regia Francorum stirpe venam ducens, & Onoguera *c* vocitamen habens, eidem viro illustrissimo jure connubiali erat inserviens: qui Deo & hominibus acceptæ indolis puerum liberalium disciplinis artium simulque Euangelicis scholis tradiderunt informandum. Quapropter & humanis eum mater sapientia ubertim illustravit, & cælestium intelligentia multimodis inflammavit, & in virum perfectum a puero usque educavit. Cujus singula vernantis ævi momenta, ad quæ bonitatis suæ instituerit argumenta; hinc cum militiæ mundanæ rudimentis optimarum virtutum constabit argumentis.

militat sub Dagoberto rege, ei carus & amicus,

4 Cumque tirocinii tempora superna adhuc in puero Dei adolescerent gratia, exegit cura parentum, quatenus militiæ regali præberet assensum. Quo sane temporis articulo inclytus Rex Francorum Dagobertus imperii sui fræna terra mariqne laxavit, & civium jura regali solertia decenter administravit. Cujus militia tyro nobilis devinctus, & balteo regali præcinctus, totum piis actibus commendavit, quod regia magnificentia dignum æstimavit. Unde & regalis amplitudo dilectionis suæ oculos in eum convertit extemplo: procerum quoque benigna sublimitas, & cuncta palatinorum sibi arridebat hilaritas. Sed & valetudine corporis adeo robustus, formæ venustate conspicuus, proceritatis elegantia specificus, vultu placido serenissimus, omnique humanitatis gratia erat præfulgidus; atque decore virtutum animum deintus illustratum, ornamentis altioribus reddidit elimatum: ubi fidei sincera devotio, cum spei & caritatis firmissimo sese illigavit glutino. His una justitiæ æquitas, manuum munditia, vitæ puritas, ad proximum habita Pietas; mansuetudo morum & lenitas. Harum socia semper pulchritudine ad cetera illectus, & de die in diem ad potiora provectus, palam dedit mortalibus, ad quæ eum informaverit Altissimi virtus.

D AUCT. ANON. EX MSS.

Matrimonium suadentibus parentibus,

5 Transcensis itaque venerandus tiro adolescentiæ annis, arreptoque tenore gratissimæ juventutis, sicut parentibus natu erat unicus, ita privilegio amoris specialiter dilectus. Gaudebant etiam æquum vitæque ejus rumore E secundo, quo frequentabatur in palatio, quo celebris omni fiebat in populo. Deinde spe posteritatis admodum suspensi, quo ingens rerum suarum copia successore deberet inniti, pertractant animo sagaci. Quapropter filii mentem matrimonio inclinandam deliberant: eumque in jus hereditarium succedere exoptant; cui & tantus suæ domus conveniat ornatus, & spatiosus ampli patrimonii fundus. Agebat sane tunc in palatio excellentissimus quidam *d* Gualbertus *d*, tam genere quam facultatibus præditus, fortitus & ipse eminentiæ regalis conjugem, cui Bertilia adhæsit nomen, Quorum filiam, Waldetrudem nomine, venerabili Vincentio parentes in conjugium optant expetere, utpote quam virginei oris decora formositas, natalium quoque tanta illustravit claritas. Consulto etiam super hoc illustri Walberto, desideriis eorum satisfactum ire jam deliberat ex animo, cum pro pari generositatis & dignitatis titulo, tum etiam pro comperto in juvene totius prudentiæ & gravitatis exemplo. F

amore pudicitiæ repellit,

6 Porro res gesta, ab genitore ad Vincentium defertur: de consensu nuptiarum sermo inducitur. Sed cui fœderat jam supernis animum commodare; pudicitiæ quippe titulo destinavit triumphare. Quin Apostolico vigoratus consilio, maluit singulariter agere in Christo, quam jure conjugali participari sæculo. Quapropter edicta parentum a se suspendere, propositamque dotis arrham nisus est postponere: Quod genitor haud æquo ferens animo, sic in eum correptionis usus est verbo. Cur, amantissime fili, paternæ voluntati tuorumque renitendum arbitraris consulto nobili. De jure connubii opportune se ratio ingerit, quæ genus nostrum unica tui spe propagandum disponit, omnemque totius nostræ familiæ cum rebus affectum ad tui solius declinat respectum. Incassum enim hanc solertiæ nostræ rerum affluentiam superna pietas providit, si is, cui jure debetur, uti velle deserit. Esse patrimonium emptique cespitis millena jugera, mancipiorum quoque decenter, numerosque aduncta familitia; quorum frequentia & domus nostra honeste satis administratur, & rei familiaris

Digitized by Google

liaris copia in dies augmentatur. Et quorsum
AUCT. hæc sagacitatis nostræ elaborata studio, si
ANON. extranei heredis futura sunt dominio? Tur-
EX MSS. bine ceu venti decedunt florida campi, aut
cum transit honos, quo frondea se induit
arbos, sic contempta tibi ruet omnis gloria
e nostri e. Proinde in angelicis & apostolicis
commendabile extat sanctionibus, parere fi-
lios patrum admonitionibus; quorum senten-
tiis & auctoritati e diverso congrederis, qui
nostra tuorumque consulta despectum ire de-
legeris.

at tandem credit ac S. Waldetrudem docet.

7 Sic genitor dixit, dictumque omnis cognatorum affinitas approbavit, & Vincentium exhortatione multimoda attentavit. Hisque reniti frustra conatus, oppositisque Scripturarum exemplis in angustum coactus, nutu quidem Dei inter cetera illud Apostolicum tacitus & ipse consideravit, quod imitatione dignum jure putavit: Filii, ait, obedite parentibus vestris in Domino; illudque Philosophi cælestis; Qui, inquit, obaudit Patri, refrigeratur matri: & rursus: Serva honorem patri tuo, & superveniet tibi benedictio
B a Deo. His & hujusmodi illectus, & providentiæ Dei numine respectus, genitorum votis & petitioni exorabilem se præstitit; unde & fructum benedictionis a Deo sempiternum hereditavit. Futuris nuptiis sponsalitium ex more dedicat, excellentissimæque memoriæ & formæ waldetrudem, annulo subarrhat, matrimonio copulat, quam filium waldberti, nobilitare eximit, jam fermo titularat. Quorum animus quis sit habitus in nuptiis, post angelicæ vitæ claruit exemplis, quam cælestibus obsequiis usque adeo informabant, & virtutum omnium exercitiis copiose illustrabant. Sed & soror ipsius vene-
f rabilis Waldetrudis, Aldegundis *f* nomine, & ipsa omni divinæ legis instructa plenitudine, ab ipsis quidem crepundiorum exordiis in schola virtutum proficiens, & æterni regis amori, sub titulo castitatis [erat] deserviens. Ceterum quæque fuerint noscere cupientibus, notitia rerum adest pro foribus, cum piæ conversationis earum ornatibus. Quibus immorari sat foret laudabile, sed Vin-
C centius facer nos virtutum suarum respergens præoccupat odore, qui & animos pie mulcebit, & spirituali dulcedine admodum refovebit.

ANNOTATA.

a *Ita Ms. Valcellense; at Senegiense*; mundo feliciter est natus. Ortus sane &c.

b *Alibi* Walcaniorum, *utrum præferas, parum interest. Id observari hic velim, ad explicationem eorum, quæ supra dicta sunt, Sanctum constanter appellari* Vincentium, & cognomento Madelgarium, *ut verosimillime id nominis a patre traxerit, quod quam commune olim fuerit, nec hodie prorsus abolitum, satis notum existimo.*

c *Ita Mss. Alia citat Jacobus Simon, in annotatione ad cap.* 2 *vitæ S. Waldetrudis, in quibus* Oheſuera & Omiguera *appellatur: ipse* Omigeram & Onogueram *vocat.*

d *De Walberto & Bertilia vide quæ dicta sunt ad* XI *Maji.* Waiberti & Gualberti *idem est nomen.*

e *His ornamentis occupatus Anonymus, satis ostendit, nihil solidi se invenisse quod traderet.*

f *De Aldegunde actum est* 30 *Januarii.*

CAPUT II.

D

Provincia ei a Rege commissa, sancti filii & filiæ.

PEracto dehinc solenni more conjugio, gaudium fiebat omni populo; tamque super hoc gratulabantur cives urbani, quam regali in palatio primi: ipseque rex ingenti tripudio gratulabundus, quod regius tiro matrimonium æque sit adeptus, amorieum suo eo vicinius commendavit, quod majorum votis & edicto paruerit, sibique & regno suo tantæ posteritatem familiæ profuturam merito ipse autumarit. Quapropter & regia munificentia eum locupletavit, censu quoque & honoribus ampliavit; insuper & totius in- *e*
sulas Hiberniæ *e* potestati ipsius & dominio dedit subjacere. Collegit sane inspirato cælitus animo, ipsum totius terræ sat fore præsidio, hocque regni latus tanti brachio Du-
E cis undique protegendum, nec hostili ullatenus incommodo proterendum. Unde & versus ille Davidicus, Quoniam, inquit, salvum fecit Christum suum Dominus, ideo in potentatibus salus dexteræ ejus. Accepto itaque a Rege principatu, favente etiam in hoc omni senatus consultu, cum ingenti suorum atque illustrium virorum copia occidui orbis acceleravit confinia, emensoque Gallici maris Oceano, & quod gentis est, orbe Britannico, cælesti semper & ubique comitatus gratia, Hibernicusi feliciter constitit in patria. Et ecce totius populi frequentia chari Ducis oblectata præsentia, in voce exultationis obviam ruit, pioque tumultu ac si Regem susceptura desævit. Nihil audire fuit vel cernere, præter quod erat gaudii & lætitiæ, qualis civium suscepto Rege soler esse tumultus, cum redierit triumphatis sine cæde suorum hostibus. Eratque cunctis honori & reverentiæ, quod vir amore & honore præcipuo a rege habitus, in suæ dominationis sortem princeps sit electus. Ipse etiam majestati divinæ *F*
vota super hæc solvens & libamina, neque per omnia ipsius regi contestatus clementia, adjecit & illa oraculi Davidici præconia: Populus, quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi. Deinde civibus leges & jura sancivit, cultuque eas justitiæ insignivit, quarum præ omnibus exercitabatur ipse custodia, quod in custodiendis illis sit retributio multa. Gaudeat interim felix Hibernia, præclari Ducis hujus clypeo protecta, cujus quoque prudentia & fortitudine omni tuta infestationis permansit turbine.

Hiberniæ insulæ præficitur a Rege heros.

Gallicum S. Waldetrudis.

9 Jamque plurimum temporis effluxit, cum venerabilis conjux ejus, amore ipsius fatigari *b*, ejusque absentia admodum visa est contristari. Cumque dilatione desiderium crescceret, nec pio amori remedium quodlibet accessisset, hac tandem ratione monstitudini occurrendum censuit, quo visendi cari conjugis gratia, nativi cespitis dulcia jam linqueret arva. Nec mora: habito cum suis consilio deliberavit instare animi voto; quosque fidissimos in suis & claros reperit, secum ad Hiberniam in tutelam & munimen sui deduxit.

Vene-

Digitized by Google

A Venerabilis autem Vincentius, uxoris adventu cognito, ingenti confeſtim exultat tripudio; nomen Domini benedicit, eamque priſtino inviolati per Chriſtum thalami conſortio addicit; admiratus etiam feminei cordis conſtantiam. Itaque per intervalla temporum deſiderio ſui ſuſpenſum, ardentius eam in Chriſto dilexit, ſicque vocem oris alloquio detexit: Quid rationis erat, conjux nobiliſſima, prolixi laboris in hoc itinere te intendiſſe negotia, & metuendi maris attentare pericula? Cui illa, Amplectendæ, inquit, dilectionis tuæ gratia, quæ te deſideravit anima mea, nec ſæva minacis pelagi intemperantia, nec ulla infortuniorum detinebar adverſantia. Cuncta poſtremo per gratiam Dei proſpera, cuncta evenere jocunda, qui nos ſuæ caritatis aſtrinxit copula. Dehinc mutuo amplexibus aliquamdiu inhærentes, diemque lætitia & epulis in Chriſto celebrem ducentes, gaudio tam exſtitere totius terræ populis, quam fidelibus & amicis ſuis. Quid ergo transB marinis interim vir beatiſſimus exercuit in oris, quantumve fructificavit pii operis, memoranda Sanctorum prodidit æmulatio; quos actuum ſuorum vitæque invitavit exemplo. Quos in gloriam ſui huic aſſignando operi, aceſi ſertum quoddam illorum de convalle florentis Hiberniæ, excerpere dignum duxi.

In Francium vadunt multos inſtos ſecum deducit:

10 Exactis ergo vir Deo digniſſimus in principatu memoratæ inſulæ, prolixioribus temporum curriculis *c*, paternas Franciæ ſedes una cum conjuge ſacra reviſere cæleſti accepit inſpiratione. Et ecce felix Hibernia

c filios ſuos, quos Chriſto germinavit, & per Chriſtum Vincentii ſui contubernio jamdudum delegavit, nunc quoque itineris comites & ſocios fieri fidiſſimos dignum adjudicavit. Erantque præ ceteris ſpecialis gratiæ & meriti Foillanus epiſcopus, fratreſque ejus Ultanus & Furſeus, Eloquius & Algiſus, Er-

d to & Adelgiſus: qui ſicut ſeptenario *d* numero deſignati, ita ſeptiformis gratiæ Spiritu illuſtrati. Hi ergo ſpe & amore deliciarum Paradiſi,

C Pendebant vili, patria tellure teneri,

Ad cæli ſpatium meditantes nil ſore mundum. Hi, inquam, venerandi Ducis contubernales effecti inſignes, & ſanctitati ipſius aceſi catenis aureis inhærentes, cum eodem pariter Galliarum fines ſua glorificatum præſentia, ſua æque ſublimatum ire intendunt excellentia. Sicque Oceanum ingreſſi, præeunte quoque & comitante auxilio cæleſti, Galliam diverterunt omnis ille exercitus Domini. Quos ſuis finibus receptos, ſuiſque locis in odorem Chriſti bonum ubicumque diffuſos, omnibus æternæ vitæ dulcedine reddidit nectareos,

in aula Francorum ſplendidiſſime vivit, & in ſomnio ſingulari.

11 Comperto etiam rex inclytus Dagobertus dilecti ſui Vincentii reditu gratiſſimo, ſuper incolumitate ejus lætatus & ipſe in Domino, in munimentum tutelæ regiæ eum lateri ſuo ex more applicavit, & negotiis reipublicæ, (aceſi ſalutaris auſpicii omnen) aptavit. Ipſe etiam vir beatiſſimus divinæ majeſtati clementiam gratificans in omnibus, Dei in ſe gratiam, licet degens inter aulicos, virtutum una cum conjuge cumulavit operibus. Divinitatis cultu adeo inſignes ſuperfluos cupidinis extinxerunt ignes, conjugio quidem naturæ modum ſervantes, ſed Patriarcharum D religioni æquiparantes. Atque juxta illud Da- A. ANON. vidici oris organum; Gloria & divitiæ in do EX MSS. mo eorum, & juſtitia permanſit in ſæcula ſæculorum.

Non fuerat cordi deceptrix gloria mundi,
Nec mundalis apex manſueti pectoris illex.

Quo altius eorum in humanis excrevit dignitas, tanto in divinis contriti ſpiritus evigilavit puritas. Jugum illud deificum in humeris geſtantes, ejuſque onere levi ac ſuavi cervices alleviantes, & juxta alterius vaticinium. Quia Dominus exercituum, dominus memoriale eorum, ideo in eis judicium & miſericordia pauperum. Requies erant hoſpitum, nudis a frigore veſtis & umbraculum, languentibus viſitatio & remedium, in tribulatione æſtuanti refrigerium, in protectione pupilli & orphani executores mandatorum Dei ſui: caritate autem media cuncta gerentes, ad virtutum omnium ſummam erant tendentes. His ſane eos mater ſapientia ornamentis induit: his bonorum ſtudiis excoluit, quibus æterni regis præſentia digni, & nuptiarum Agni convivio E fierent cives condigni.

Naſcitur ex S. Waldetrude filius S. Landricus,

Ex Sacris igitur memorandi viri jam deguſtatis primordiis, eorumque ſuavitate melliflua refectis, libet in medium aſſumere, qualis nutu Dei filiorum extiterit in procreatione. Nec in longum ſe temporis ordo protraxit, & Waldetrudis beatiſſima filium concepit & peperit, quem Landricum *e*, vocitari complacuit. Quem ſacro fonte regeneratum, ſupernis quoque myſteriis initiatum, poſt ablactationis tempora, ſtudiis liberalibus ſolerter imbuendum, omnique divinæ legis gratia inſtituunt provehendum. Cui equidem negotio viros cælitus peritos & ſancti gradus adminiſtratione providentes inſignitos. Quorum ſagacitate cum magiſterio ſancti Spiritus edoctus, domum paternam quantocius eſt reductus. Nec latuere Spiritus ſancti opera, quæ puer almæ indolis germinavit ab infantia. Humi namque repente ſternitur, paternis ſancti genitoris genibus advolvitur, & ut æterni Regis militia debeat præcingi, inſtat lacrymis & voce ſupplici. Devotionem filii pius pater admiratus, hilaremque vultus gratiam mœſtitudine paululum adumbratus, poſtquam conticuit, ita circumſtantibus infit. Amore & affectu ipſius aceſi primogenici devinctus, copulandum cenſui conjugii legibus: ſed quocumque Altiſſimi intenderit voluntas, illuc & noſtra inclinanda extat parvitas. Atque dehinc ad conſulta ſuorum, genere & dignitate præpolleatum ſe contulit, petitionemque filii ex ordine pandit. At illi, conſideranda eſt, inquiunt, in prece pueri prædeſtinatio creatoris Domini, ejuſque attendendus eſt animus, quem conſtat inſpiratum eſſe cælitus. Quapropter votis ejus benigne condeſcende, deſiderium imple, ne facti dilatio offenſæ majeſtatis exiſtat pœnitudo. Mox ſacer Vincentius, monitis, ait, obtemperandum eſt ſalubribus, præſertim cum cæleſte ſit negotium, pro voto filii & honore Dei inhianter & honeſte ſtat tractandum. Adjectumque eſt: Quæcumque igitur inſtinctu ætherео puer ſuggerit, adimplere neceſſaria lege oportebit. Adſunt interea evocati eccleſiæ principes, ſacerdotes dico & Antiſtites, impoſitiſque puero manibus

F

Digitized by Google

A nibus, sanctis eum assignant gradibus. Tunc memorabilis vir una cum conjuge, Gloria, inquiunt, tibi Jesu Christe, cujus vocatione digni clarescunt ordine tam insigni.

ANON. EX MSS.

qui dein eximia florent sanctitate creatur Episcopus.

13 Venerabilis autem puer Dei, quam suscepit gratiam, sanctitatis cultu instituit excolendam; interque annos puericiæ perfectiorum æquiparabat industriæ. Assidua illi legis sanctæ meditatio, orationum quoque & lectionum jugis frequentatio, nec minus vitiorum & carnis abstinentia, pro qua spiritum cœlesti impinguavit affluentia. Virtutum quoque ejus & signorum potentia, qua clarificatus est postmodum in Dei dextera, cum ubique palam luce fit conspicua, tum præcipue in Metensium Ecclesia,

Cujus episcopio longo clarissimus ævo,
Post carnis metam cœli migravit in aulam.

Felix, inquam, proles; felicissimi æque parentes; quos ad suscitandos dilectionis suæ filios superna providentia ante sæcula destinavit copulandos: qui secundum illud egregii Vatis dictum, Germinaverunt quasi lilium, ut oliva gloria eorum, & ut Libani odor eorum.

B

SS. Madelberta & Aldegundis, a S. Aldegundis instituta.

14 Præclarus autem Domini famulus in primitiis uteri sui ita Deo dilectus & acceptus, geminæ prolis adhuc quod ex piissima conjuge suscepit pignus, sanctæ matris Ecclesiæ fovendum decrevit finibus. Erant enim sorores geminæ virgunculæ, & ipsæ in dotalitium Agni Dei Patris futuræ; quarum altera Madelberta, altera Aldetrudis est nuncupata. His Aldegundis beatissima Virgo fit altera mater in Christo, quæ & matertera ex sanguine fuerat materno. Pro earum educatione sanctitatem ipsius genitores sancti adeunt *f*, preces offerunt; quibus pia virgo benigne condescendit, & postulata cum gratia impetrare permisit: sollicitudini & curæ suæ eas mancipat, religionis & disciplinæ salutaribus auspiciis informat; quatenus candidatos virginum exercitui honestissimum sanctitatis speculum & castitatis insigne lucerent aureum. Exemplar in se virtutis ipsa prætendit, eosque mentes earum in decorem æterni regis accendit: cujus etiam desiderio eousque extabant ferventes, ut nil caducum aut mortale forent amplectentes. Tales mater spiritualis excoluit easque conversationis suæ æmulatrices post obitum reliquit; superna quoque dignatio in regimen Malbodiensis cœnobii germana successione eleganter assumpsit. Ceterum libellus aureo vitæ ipsarum radio descriptus, auricomis etiam virtutum floribus adornatus, odorem paradisi suis inspirat lectoribus.

f

C

S. Dentilinus earum frater pie moritur.

15 Nascitur quoque Sanctis infantulus adhuc filius, Dentlinus *g* & ipse vocitatus. Qui mox in Christo renatus, albisque adhuc in candorem animæ infulatus, intra sacra infantiæ primordia, ad cœli migravit palatia. Quodque Agnum cum candidulis sequatur millibus, commendat signis & virtutibus: quibus in digito Dei refulget clarissimus. Hæc igitur sanctorum filiorum gloria prægustata, & ædificationi fidelium, acsi quiddam rosarum vel liliorum, oblata; jam nunc ad gloriam beatissimi patris eorum accedamus, ejusque facie, ac si epulis spiritualibus, animum reficiamus, atque gustemus & videamus quoniam suavis est Dominus.

ANNOTATA.

a *In unam partem se versant scriptores Hannonii, ut vel hanc Hiberniæ præfecturam tueantur; vel contra in Iberiam omnia commutent. Neutrum nobis placet; at quo sensu accommode intelligi possit aliqua Sancti in Hiberniam excursio, in Commentario explicare conati sumus.*

b *Fingunt hic aliqui, zelotypia impulsum S. Waldetrudem, navigationem in Hiberniam suscepisse: turpiora habes in vita S. Ettonis supra pag. 60: quam appositè hic cætera ordiuntur, satis perspicuum existimo.*

c *Quousque extendenda sint* prolixiora *illa* temporum curricula, *nemo facile divinaverit.*

d *Ludi hic in septenario numero jam superiorum: audacius fratres omnes esse fuisse aiebat Vitæ S. Ettonis, loco jam citato. Algisus & Adalgisus unus idemque est, ut vide 2 Junii pag. 223. Cætera diximus in Commentario, vel habes in annotatis ad Vitam S. Ettonis.*

E

e *De Landrico actum diximus 17 Aprilis, ubi vide quæ de ejus episcopatu disputata sunt.*

f *Siquid ego in tota hac confusa historia intelligo, falsum est, parentes adhuc matrimonio junctos, S. Aldegundem adiisse, ut filiarum suarum curam susciperet, cum ipsa adhuc dum juvencula instituta fuerit a sorore sua S. Waldetrude jam a marito sejuncta. Porro S. Madelberta colitur 7 Septemb. De S. Aldetrude pridem actum est 25 Februarii.*

g *De S. Dentlino egimus hoc ipso die.*

CAPUT III.

Altimontensis monasterii admiranda initia, & Sancti ad meliorem vitæ conversio.

Ab angelo monetur ut episcopatum abdicet & Altimonte, patria & forma ecclesiæ exquirat.

MOrabatur autem inclytus Domini Confessor in apice adhuc sæculari, sed religionis & pietatis gratia inter aulicos, ut dictum est, singulari. Agebat sane ut Martinus vel Daniel ille in palatio, sed Jerusalem cœlestem affectu & animo colebat intento, futuræ gloriam immortalitatis jugiter affectans, & horrendum baratri chaos in manu mentis versans; nunc hujus recordatione jocundissime exhilaratus; nunc illius stupore pie anxius fiebat & turbatus; in illa glorificationem in sanctis filiis Dei, in hoc confusionem & ærumnas cum impiis perpendens inimicis. Super his gaudium sibi & consolatio a magni consilii illuxit Angelo. Dies interim nocte claudituf, ipseque quietis gratia somno & lecto excipitur, quo per providentiam Dei eum plus solito contigit detineri, sicque in extasim deduci. Et ecce aperiuntur cæli, in descensione summi paranymphi, qui cum immensa æthereæ lucis gloria Sancti apparuit in præsentia. Nuntium cælitus pandit, de constructione basilicæ edictum a Domino subjungit. Est municipium, inquit, Sambræ fluvio super inhærens, & Mons-altus nomen habens, ubi dilectionis tuæ opere & solertia, cœnobium fieri majestas Domini imperat sancta, consummatum autem, reliquiis Sanctorum honorabile, & summi clavigeri nomine & merito facies venerabile. Sumpto dehinc angelico itineri viro sancto comite, ad eum-

A eumdem locum celeri transferuntur numine, omnemque totius modum & formam basilicæ, mensurali, quam dextera præferebat, imaginavit arundine. Rursumque salutaris edicti crucis innectens, adjecit dicens: Animadverte, vir excellentissime & illustris; neque enim vana est fides eorum quæ cernis, signaque & amfractus percurrentis calami ratione perpende diligenti. Est enim in hujusmodi negotio non minima tuæ salutis materies, & profutura in fructum obedientiæ tuæ, veræ beatitudinis merces. Atque ex hoc in contubernio sancti collegii nostri, ut emeritus miles, asscriberis, & regni gloria perfrueris, eorumque qui imitati sunt vestigia Domini Salvatoris, inter delicias paradisi, felici consortio donaberis.

17 His dictis, visionem cum verbo terminavit, seque ab oculis Sancti ad cælestia sublatum, majestati divinæ repræsentavit. Extemploque Vincentius sacer somno excitus, jamque salubertime satis in Christo soporatus, lecto se quantocius subripuit; cælo manus & oculos intendit; laudes divinitati gratesque rependit. B Quandoquidem, inquit, clementissime Dominator, creatione tui subsistimus, providentia regimur, beneficiis alimur, ideirco magnificentiam tuam digno laudum præconio attollimus, nomenque tuum benedictum in sæcula totis præcordiorum affectibus veneramur & colimus. Tunc genis lacrymarum imbre madefactis, suspiriorum quoque singultibus intesusis, in hunc modum plura peroravit, & aures Domini precibus suis inclinavit: cujus omnipotentia sicut præsciri & prædestinari meruit conformis fieri imaginis filii sui, ita infusione sancti Spiritus eousque compungi, ut jam penitus mundali ambitione posthabita, divino cultu & militiæ cælestis opacet insigniri palma. Super his animæ suæ quasi sacerdos & præco salutaris effectus, consulto & monitis eam aggressus est divinitus. Super vanitate orbis tractatum primo inducit, & illud quidem de thesauro sapientiæ produxit. Dehinc ad vitandas voluptatum ejus illecebras in immensum quæstionis extendit causas, quodque postremo cuncta ejus prospera vel jocunda, C quasi nubes pertransiens aera, ratione concludit probatissima. Unde & hujus turbine quantocius eripi, & ad portum salutis æternæ perduci, æstimavit in unica parte consilii sui.

Deo gratias agit:

18 Hæc postquam mente pertractat, & secum ipse pia voce ruminat; Waldetrudem beatissimam evocat, plurimamque suorum in timore Domino servientium catervam coadunat; quæque oraculo cælesti per angelum exequenda susceperit, ingresso sermonis cardine cunctis palam esse voluit. Qui in stuporem miraculi celebritate conversi, pariter dixerunt illi: Si eorum, quæ profiteris, non est fides ambigua, cælesti parere imperio tua nunc sit maxima cura: ne in offensam deitatis, tuæque detrimentum salutis, dilationis occasione saltem aliqua compellaris. His dictis vir Sanctus factus hilarior, &, ut ita dicam, ad cælestia constantior, morarum tædia silvasque præterivit, & ad locum visionis angelicæ iter expedivit. Fiunt sane itineris socii & comites viri tam religionis quam generis honestate illustres, quorum sagacitate providentissima cuncta futuri operis fierent ordinatissima.

conjugem & amicos consulit:

19 Ad Altum montem igitur perventum D est: cum [ecce] rursus quiddam divini operis insigne, quiddam fidelibus admirandum & celebre, in testimonium scilicet angelicæ revelationis, apparentia simillima quædam gestis antiqui illius Gedeonis. Nam sicut ipso orante totus orbis maturini roris imbre maduit, solum autem vellus siccum permansit; sic & hic omnis circumquaque terrarum superficies rore & pruinis incanduit, locus autem construendæ basilicæ, angelicæ deambulationis seu dimensionis arundine, vestigia siccitatis suæ indicio fecit manifesta *a*. Spectaculum illud admiratione dignum, stupore & gaudio circumdedit virum Sanctum; & adstantes una fidelium populi replentur timore & extasi. Mirabilem in excelsis Deum prædicant, & gloriam majestatis ejus dulci murmure personant: Vincentium quoque beatissimum, ut initiando sacro operi festinato instet, grata solicitudine suspendere curant. Subjungunt certissimum illud cælestis imperii fore indicium, nec ullum in hoc phantasticæ suggestionis parere ludibrium. E Eoque vir Sanctus uberius exultans, seque divinitati ex more commendans, constituendo sacræ basilicæ ædificio totus invigilat, & donec instar angelicæ figurationis perfectum teddat, infatigabilis perseverat. Multitudini quoque latomorum vel architectonicæ peritorum, quos undique contraxit, propriæ administrationis sumptus attribuit, quos ob gloriam servi sui pius Dominus augmentare non desinit. Jamque feliciter consummatum illud præsagii cælestis tabernaculum, & venerandis Sanctorum patrociniis honoratum, & principis ecclesiæ honore & nomine exstat titulatum. Claustra quoque & servorum Dei habitacula eleganter & opportune instituit agenda, ac si jam in castris Domini pastorali quadam emineret solertia. Est autem locus idem amœnitatis gratia circumfusus, rivulis montium convallia inter labentibus admodum speciosus; præterlabentis etiam Sambræ fluvii magnifica piscium copia perfusus, opaco silvarum ambitu adeo numerosus, omnique fertilitatis ubere lætabundus, ut putes illic hereditatis Jacob exuberare fructus, aut erumpere Carmeli saltus. Fit interim admirationi & laudi vir Apostolicus, ita mundo, quasi non usus sit, usus, qui inter mundalis gloriæ fastus, rebus animum & studiis jugiter occupavit cælestibus. Unde tibi gloria Christe, cujus sunt omnes thesauri sapientiæ, quibus hunc beatissimum virum adeo locupletasti, & sancti timoris tui & amoris igne inflammasti.

Ubique per monachos convocat:

20 Consummato igitur, ut dictum est, sacri cœnobii ædificio, salutari adhuc operam intendit negotio, in quo per gratiam Dei efficaci claruit facto. Diffusa longe lateque Sanctorum habitacula lustrat, ferventissimum quemque spiritualis militiæ agonothetam invitat, quatinus in eodem, quem revelatione divina construxit, loco Sanctorum non dehabeat frequens jubilatio. Fit interea cœnobium illud innumero fidelium agmine celebertimum, tam viri Dei solertia confluentium, quam divinæ contemplationi inservire cupientium. Quibus militiæ spiritualis arma proponens, & quæ sunt cœnobialis palæstræ instituens, in campo mandatorum exi-

a AUCT. ANON. EX MSS. *reperto signo ecclesiam & monasterium ædificat:*

A mili patris Benedicti, monastici status egregium fundebat culmen adipisci. Addit etiam rei familiaris copiam, quam in cunctis ita ministravit profluam, ut videres omnem egestatis excludi querelam. Fuerat & quædam sui juris villa Gynegio nuncupata, quam & ipsam Christo & servis suis benigne contradidit, & testamenti serie eidem loco perenniter ascripsit. Unde factum est, ut excellentissimi viri exemplo locus ille memorabilis fidelium frequentaretur a populo, atque in ut ingens sumptuum diversorum opulentia, in usus servorum Dei, eorum transiret munificentia. Quibus autem monastico religionis ordine sancteque habitu complacuit insigniri, & harum copia major & multitudo accessit nobilior. Mundum cum rebus exuunt, seque unitati corporis Sanctorum eodem in loco conjungunt. Et hæc tua beatissime pater Vincenti, gloria, tua æque in Christo fructificatio sancta, utpote qui stirpis hujus Deifica radix tu fuisti, vel materia exempli sacri imitatione fertilissima, & virtutum ramis undique dilatata. Vere ut oliva fructifera in domo Domini, aut palma virens in atriis templi Dei; sic in lucem multorum religione pia efloruisti, & fructum pii operis aromatizum peperisti.

AUCT. ANON. EX MSS.

B

21 Perfecto igitur, ut dictum est, oraculi illius angelici oratorio, imo divinæ servitutis famulitio decenter instituto, vir spectabilis ad propria rediturn meditat *b*, quibus jam divini amoris gratia renuntiandis quam maxime invigilarat. Atque de miraculi prodigio, quod locus construendæ basilicæ rore intactus, angelico fidem præbuit vestigio, sermonem induxit ore jocundo, & B. Waldetrudi cum divinæ laudis recolit testimonia. Dehinc sacrum opus ejusdem visionis instar honorifice peractum, & adunatum decenter illic catervam monachorum, adhibitumque publicæ administrationis sufficientissimum usum. Illis fane stuporem gaudio admiscens, seque miraculi oblectatione diutius fovens, auctori Deo laudem & gloriam dixit, ejusque beneficiis omnimodis grates dignas exolvit.

S. Waldetrudæ Deo gratias agens.

b

C

22 Interea venerabili Vincentio cuncta sunt fastidio, quæcumque mundalis *c* suggerit altitudo: quieti Sanctorum & beatitudini animum penitus intendit, eoque desiderium animæ suæ infatigabiliter suspendit. Proinde venerandi cœnobitarum agminis, a se in gloriam Dei nuper collecti recordatione sæpius suspirans, seque militiæ hujus cælestis expertem pie inquietans, ni sæculo quamcitius exeptus, huic choro agili athleta fortissimus inseratur, permaximum salutis suæ dispendium suspicatur. Qui negotio fideliter exequendo auxilium postulavit a cæli Domino, atque ad consulendum sibi super hoc Autberti Præsulis alloquio, haud segni se ingerebat animo. Is etiam præclarus Antistes Cameracensis cathedræ eo tempestate pontificali gloria præfulgebat, & pastorali diligentia gregis Dominici curam attendebat, cui speculum sanctitatis cum dote meritorum ipsa renitebat. At quem insignis memoriæ & gratiæ Vincentius crebrior accedens, & quæ sunt æternæ vitæ perspicaci animo comprehendens; quid tandem voti super egregio sancti habitus concepisset desiderio, in præsentia sancti præsulis ore fatetur humillimo: & quamvis terræ inclytus generis & dignitatis titulo clarus excelleret, nec minus religionis & pietatis cultu undique polleret; tamen venerandi illius Centurionis exemplo, quid potissimum imitari conveniat, a viro Apostolico exequendum fagaciter instat. Sanctissimus autem præsul suscitatum sancto Spiritu nobilissimi viri affectum considerans, & quod foret æternæ beatitudinis gloriam totus emulans, Evangelicum opus & ipse ingressus, eo virum Sanctum meritorum Dei studio inflammavit uberius, quo ad superna sensit animatum constantius;

De sæculo relinquendo consulit S. Autbertus, a quo ad id animatur

c

Terrea vitare, cælestia suasit amare.
Dixerat ætherea nihil & præstantius armis,
Quæ perimunt hostes, cum fulmine, spiritualem
Hisque hominum vitam victorum pelle recondam:

Usu etiam militiæ sæcularis attenuari exercitium disciplinæ spiritualis, eamdemque studio piæ conversationis reniti obstaculo quodam sine objectionis. Cum quod votis cum apperere sensit indefinentibus, renuntiandum sit cunctis opibus, ut perfectissimus Christi fieret discipulus. Postremo ipsum se abnegare, & Salvatoris vestigia comitando, crucem suam gestare, id quidem ad veræ beatitudinis summam præcipuum constare, & thesaurum in cœlis non deficientem accumulare. Atque ut omnium sæcessisse videretur, singulis Christi gratis posthabitis, centena lucra pollicetur, lucis & æternæ successere dona fatetur. Vincentius ergo pietate & religione eximius, doctrinæ salutaris suavitate mellifluus jocundatus, & quasi jam in militiam superni regis adjuratus, familiare illud cum sancto præsule colloquium Christi glutino solidabat, usuque dilectionis celeberrimo quotidie frequentabat. Regis, inquam immemor & proceruin, nec minus fastidiens purpuram vel fericum, habebat singulare & unicum, magnificare & exaltare cum Autberto nomen Domini in idipsum. Audiunt interim principes orbis & inclyti, oblectenturque viri laudabili, & moveantur tam exemplo spectabili *d*.

E

F

d

S. Waldetrudis ejus precibus eadem affirmat

23 Nec distulit vir illustris meriti concepiam animo sententiam B. Waldetrudi intimare, eamque ut votis suis inclinaret operam dare: & quia satis superque gloriæ & divitiis hactenus insudaverit, & nunc demum militiam Dei rebus mutandam decreverit, pia eam monitione suspendit. Verum pie recordationis femina, ingenii super hac mestitudine permutatur, virum Sanctum a proposito deducere quam pluries est aggressa; tanti scilicet consortio mariti privari non integrum sibi arbitrata *e*. Cui venerandus heros eadem sæpius repetere, & monastici ordinis præclarum insigne frequentius instar revolvere, ejusque immunem tanti temporis interstitio se plurimum questus, hinc jam imitandum totis ejebat affectibus. Illustris autem femina in beatissimo viro sancti Spiritus animadvertens operam, affiatumque sentiens Dei gratia, petitioni ipsius in Christo laudabili jam cum benedictione sese impertit, eique resistendum nefas quem maximum credidit; quin & superni rectoris providentiæ votis & precibus eum strenuissime commendavit. Tua, inquit, Domine Jesu fiat sancta voluntas, tua æque in cunctis prædicantis virtus & pietas. Sicque Sanctus Domini, Deo devotæ conjugis

e

A jugis conſenſu & voluntate cognita, benedictioneque ſuſcepta, ſe a deſiderio ſuo nequaquam fraudatum exultatione duxit multimoda. Tum more ſuo nobili gratias retulit ſummæ divinitati ſpem ſuam cuilibet innitenti teſtabatur omne profuturum auſpicio ſalutari: ac ſi ſibi Davidicum illud videretur pſallere: Beatus homo qui ſperat in te. Dehinc auri & argenti pondus innumerum cum gemmarum etiam decore valido effertur in medium; purpura quoque vel ſericum, vel quidquid auro diſcriminatis in veſtibus pretioſum nitet ac jocundum, cum vaſis pariter ac regalium copia ornamentorum. Atque invocata ſanctæ Trinitatis majeſtate individua, totius in medium poſitæ ſupellectilis diviſio ſit tripartita: pars eccleſiarum Dei reſtaurationi quædam ſeponitur, quædam etiam viduarum & orphanorum pauperumque ſuſtentationi ſecernitur, nonnulla vero vinculatorum
B ac captivorum redemptioni portio aſſumitur; memoratæque jam pridem ſancta illa poſteritate in jus hereditarium relicta, & Chriſtum pro nobis pauperem pauper ipſe ſecutus fide integra,

Exuit a cura mundi ſublimia jura,
Liber Evangelica poſſet quo vivere norma.

Ecce, quo beatiſſimi viri intentio, quo omnis illa vitæ ipſius morumque ſe deſtinavit inſtitutio; mundum videlicet cum ſuis relinquere, & Chriſti Domini veſtigiis unice inhærere.

ANNOTATA.

a *Baldrici verba ſuperius dedimus, ubi in Chronico Cameracenſi lib. 2, cap. 35 ita habes*: Nam quadam nocte pluit Dominus nivem & omnem regionem circum & circa niveo rore reſperſit, excepto paululo loci, quod in ſupradicto vico, in modum videlicet crucis, reſpergendum reſervavit. *Quid acciderit Joanni Patricio Romano ipſa die 5 Auguſti, vulgo notum eſt.*

b *Sic rem memorat ſcriptor, acſi paucis diebus & baſilica & cœnobium exſtructa fundataque fuiſſent: ceterum ex iis omnibus ſatis colligitur, quod in Commentario monuimus, condita omnia perfectaque fuiſſe, antequam* S. Vincentius *de relinquendo ſæculo cogitaret.*

c *Melius ſcripſiſſet* mundana.

d *Aliter paulo narratur* S. Vincentii *ad Deum converſio in Vita S. Giſleni, ut in Commentario diximus.*

e *Neque hic conſentiunt ſcriptorum teſtimonia; etenim in Vita S. Waldetrudis ad 9 Maji cap. 1, num. 4, pag. 838, ipſa marito auctor fuiſſe dicitur ſæculum deſerendi; ut vide iſtic pluribus.*

CAPUT IV.

Singulares virtutes in cœnobio, ſeceſſus Sanctæ & pius obitus.

Fit monachus in Alcomonte, a S. Auberto extenſus.

JAmque rerum cunctarum diſtractione in Chriſto ſolenniter habita, itaque in pretium regni cœleſtis diſpertita, angelicum illud in Alto monte cœnobium, ſua dudum exſtructum ope & ſolertia, nunc ſua glorificandum adiit præſentia, illuſtrandumque ſa-

ma ſanctitatis ſuæ perſpicua. Depoſitoque illic militiæ regalis inſigni, aſſumpto etiam habitu monachili, in militiam ſe tranſtulit ſempiterni regis Domini, ejuſque caſtrorum participavit triumpho nobili. Quem memorandus Præſul Autbertus, ut ei familiaritatis privilegio ſingulariter adhæſit, & benedictione ſancta munivit, & comam capitis ſanctitatis in ſignum abſcidit; tum etiam Nazarenæ plebis conſortio, ut dignum Dei athletam, decenter adſcivit. Et jure, inquam, populo adquiſitionis dignus inferi, ad annuntiandum virtutes Domini, qui eum de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum. Ubi ſane eodem articulo inclytus Chriſti confeſſor Autbertus *a* & eccleſiæ Rotomagenſis antiſtes eximius, theorica dulcedine animi fovebat *a* obtutus: ſed Pippini principis injuria epiſcopio remotus, ibidemque exilio haud jure proſcriptus, & tandem vitali in Chriſto mortis E ſomno exceptus, ad cœnobium Fontanellæ, juſſa angelico, & miraculorum comite gloria, eſt revectus, ubi & ante archipræſulatus hierarchiam abba virtutum præfulgebat inſignibus. Cum quo ſacer Vincentius, catena Chriſti copulatus, æternæ vitæ melliſluos carpebat fructus; & velut geminæ lucis columnæ ſanctitatis ubique micuerunt jubare.

Conſternem ejus miranture & laudent Proceres.

35 At præclarum facti genus ſit repente ſtupori populis & tribubus; & quia Vincentius per Chriſtum mundo ſit mortuus, magnificant laudum votis & muneribus. Hoc univerſi Francorum principes, hoc ſane miſrantur rex & regis proceres, omneſque palatii primores, diverſis ſibi hoc in ſpectaculo effingunt voces. Virum, inquiunt, præpotentem, opibus & gloria excellentem, genere inſignem, rerum publicarum adminiſtratione perutilem, cujus conſiliis ipſum etiam apprime conſtabat inniti Regem, nunc egregium cunctis dediſſe finem, cum militiam decreverit inire cœleſtem. Unde præcipuo virtutis zelo armati, & tanto viri ſancti exemplo pie invitati, mundalibus illecebris miro quodam affectu inſtabant jam refragari. Nec erat modica Sanctorum caterva, quibus tunc F gaudebat ſancta mater Eccleſia, quique ad Vincentium ſanctum æternæ beatitudinis confluebant gratia. Præcipueque Karolomanni filius, ſanctus videlicet Hugo *b*, qui & ipſe Rotomagenſi dudum claro epiſcopio, tunc monachum agebat in Chriſto. Venerabilis quoque ſacerdos Etto, qui beatiſſimum virum ſingulari quodam amoris jugiter colebat privilegio, cui & comes dudum e ſinu advenit Britannico. Sed & Vulmarus Bolonienſis cœnobii memorandus abbas ſe media ſanctæ illius frequentiæ agebat inter agmina, tanti viri converſione & morum honeſtate illectus digna. Quemadmodum ſane apes ad alvearia convolant & revolant aſſidue, ita nihilominus ad Montem vocabulo & religione altum alternatim confluebant Chriſtianæ ſigniferi militiæ, præfati viri proculdubio mellicati dulcedine. Aderat ſiquidem frequens viſitator & divinorum relator B. Amandus Elnonenſis: in qua nimirum collatione & relatione theſauros ſibi cœleſtes recondebat S. Waſnulfus Condatenſis. Nec rari interveniebant conſolatores S. Urſmarus, & poſt eum S. Erminus epiſcopi eccleſiæ Laubacenſis: Sanctus quo-

Viſunt cum multi viri Sancti.

AUCT. ANON. EX MS.

A que Gislenus, sæpius illuc proveniens ex Celsensi cœnobio; nec non venerandus sacerdos Fosilanus cum Ulrano fratre, a Fossensi monasterio exultabant & lætabantur tantæ mutationis dextera Excelsi præconio. Beata etiam Aldegundis, quanto vicinior erat loco, tanto aderat a vicino Malbodio frequentius. Beata vero Waldetrudis quanto sibi olim conjunctior fuerat carnalitate, tanto nunc spiritualitate inhærens conjunctius, ab ipso monte Castriolo ad ipsum sæpissime descendebat ceteris spiritualius. Quibus mirabilis virgo Gertrudis, ab ipsa advolando Nivella, seipsam frequenter interponens renitebat virginitatis floribus. Sancti quoque Patres totius Galliæ florentes sanctitate quamplurimum, illuc eodem tempore certatim properabant, colloquentes sibi de salute animarum. Fit locus ille Sanctorum tam frequentia solennis, quam religione insignis. Quid proinde Vincentii sancti virtutem & patientiæ bonum memorem? Abstinentiæ rigorem digne prædicem? continuata vigiliis oramina explicem?

B Quibus singulis ita unice inhæsit, acsi cæterorum immemor fuerit. Tenuissimum illud mortificatæ carnis corpusculum sit sanctitatis domicilium, sit serenissimum sancti Spiritus habitaculum; Domini virtutum genere specialiter adornatum, omni vitiorum attamine mansit incontaminatum. Unde quia in acie belli Dominici fortiter dimicavit, & a mundi principe suisque omnibus insigni victoria triumphavit; Christus eum egregio nominis titulo coronavit, & Vincentium c a fidelibus & religiosis viris appellandum destinavit: namque Madelgarius fuit antea nomine dictus. Et jure, inquam, nominis mutavit usum, qui vitæ pactum pietatis vertit in actum. Sed jam dilecti Sonegiæ habitaculi memoria laude digna animum pulsat, quatinus eo se retorqueat, & quam Vincentii sui patrocinio gaudeat, styli obsequio reverenter indulgendum censeat.

Sonegiæ secedit ibique monasterium exstruit,

26 Commoranti igitur beatissimo Viro in prælibato Altimontis cœnobio, & inter illas (ut ita dictum sit) divini exercitus copias singulari sanctitatis exercitio, incidit & alia supernæ inspirationis intentio, quam per gratiam Dei effectui mancipavit digno. Nam C continuum frequentiæ popularis occurtum, ac si ingens quoddam sacri propositi, adhucque cælestium rudis, metuens detrimentum, volvebat animo huic tandem molestiæ modum imponere, seque divinæ contemplationis gratiis remotioribus addicere. Super quo etiam reverendi præsulis Autherti consiliis animari, & solitæ benedictionis munimine meruit roborari. Sicque memor placidæ memoriæ loci, Sonegias nuncupati (nam & majorum decessu, ipsius dudum succellit posteritati) huc piæ intentionis animum applicuit; ubi vulgaris impetus incommodum declinare instituit; acsi Davidicum illud mellito pectoris organo decantate tibi visus sit: Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea speciosa mihi nimis. Hoc ergo in loco venerandus Confessor cœnobium eleganti satis construxit opere, quod beatissimæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ nomine & honore, & SS. Petri & Joannis Apostolorum, aliorumque Sanctorum dedicari fecit in veneratione. Nec minus fervorum Dei agmen ibidem adunavit, egregium pietate & religione D splendidum, omnique monastici ordinis dignitate & gratia prædictum. Cui etiam quod humanitatis competebat in usum, illa bonorum conscientia semper manu præbuit opportunum, ne inedia recreandorum corporum subduceret divinæ servitutis famulitium, quod est cibus animarum. Villarum quoque & prædiorum non infima erat traditio, quam eidem cœnobio jure stipulavit hereditario, d quarum duæ Halcinus & Methuinus a famulorum Dei eo commorantium usque hodie deserviunt usibus.

27 Ipse autem Dominici gregis dux & *e manebat pio* pastor heriliis præmulit in se totius insigne vir- *monitu inclusi.* tutis, & æternæ documenta salutis, ut animadverteres in eo tam operibus quam verbis memorabile illud Gentium Doctoris; Imitatores mei estote filii carissimi sicut & ego Christi. Subindeque præcedentium Patrum exemplis sancta commemorans, vitæ etiam E morumque gravitatem egregiam prædicans, suadebat pio imitationis exercitio sperare gloriam & laudem a Domino; quælibet terrenæ ambitionis desideria vitare, indeficientem superni decoris amplitudinem affectu pervigili præoptare; sæculi quidem & inanis gloriæ cupidos, futuri discriminis inevitabili ictu sententia mulctandos. His & hujusmodi sanctæ exhortationis verbis grex ille sacer virtutum inolevit augmentis, & redundabat plenitudine gratiæ salutaris. Et hoc in gloriam beatissimi Patris, quem pia vicissitudine muneravit gratia summæ divinitatis, ut sicut militiæ mundanæ prærogativa olim exstabat insignis, ita castrorum Domini signifer & dux modo præiret amabilis & fortis, fieretque scutum inexpugnabile æquitatis. Qui etiam ornamento monastici rigoris, asperrimo utebatur tegimento: pro epulis dudum imperiali more decenter instructis, algoris & inediæ gaudebat erumnis: pro splendentibus auro & serico lectis, nuda cubavit superficie telluris, suffusione exigui obsectatus straminis, acsi aulicæ pompæ mollibus vel plumis. Et quo ulterius edomandis cum ipso principe vitiorum pestibus, virtutum turmas cum armis exhibuit victricibus, quibus perimeret in se totius adversæ persuasionis letiferum virus. Sicque pro purpura & bysso, in cinere degens & cilicio, pro regii decoris,

Posthabitis opibus Christo comes ibat egenus,
Virtus prima cui pro Christo pauper haberi.

Cum sicut Apostolicum illud intonuit, omne gaudium existimavit cum in tribulationes varias declinavit.

Cui miraculorum gloria non defuit.

28 Nec tanti viri meritis ideirco temere quid derogandum, quasi egregiam vitam potentia non illustraverit signorum; cum sicut frequentiæ popularis tumultus vitavit, ita miraculorum gloria palam fieri postpuravit. Præterea signa infidelibus, non fidelibus tribuenda cognovimus. Ceterum filiis lucis cum sole splendeat, quod venerabilis Pater more Sanctorum eo altius signis & prodigiis post obitum coruscat, quo & in vita his minus operam dabat, vel quia plura per gratiam Dei vivens agere quiverit, quæ scriptorum insolentia vel loci toties orta destitutio mortalium notitiæ subduxit. Sed jam tempus spectabile illud postulat, quo ad eliciendam felicis animæ de corpore egressionem binum

fer-

A sermonis nectar emergat, & in aures populi æternitatis sonum moveat.

Labores podagræ. 29 Talibus igitur ac tantis venerandi Patris studiis pius Dominus illectus, condignam egregio labori coronam jam parat in cœlestibus, & æternæ beatitudinis indeficiens munus. Atque ut totius perfectionis in eo eluceret insigne, & probatio fidei sinceræ; podagrico aliquantulum dolore corripitur, quo auro mundissimo decoctior majestatis conspectui præsentaretur, itaque in ornamentum cœleste transponendus assumeretur. Sed & doloris acerbitas eo usque invaluit, ut incedendi facultas sanctissimo viro penitus defuerit. Ipse autem inter angustias carnis & tentamenta, nomen Salvatoris voce benedixit indefessa, illud modicum illati cœlitus discriminis detrimentum permaximum sibi futuræ beatitudinis cum Apostolo ratus emolumentum; Quoniam non sunt condignæ passiones

B huius temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.

S. Landricum Senegiensi monasterio præficit;

30 Nec multo post imminente sanctæ vocationis suæ tempore, derelinquendi gregis custodia pia suspensus solicitudine, ne tanta suorum in Christo fructificatio pastorali diligentia privari debeat, & votis & precibus cœlum pulsat, & majestatem Domini consilio suo supplex invitat. Vitam nimirum cupiebat finiri suam, ubi comam capitis abscidit, & arma militiæ & pompam sæculi dimisit. Accersito deinde venerabili prole sua Landrico, haud mediocri gloriæ viro, Te rectorem, (ait), suis, amantissime fili, superna clementia providit, teque sacræ hujus militiæ ducem idoneum elegit. Confortetur itaque manus tua, erit enim Dominus fiducia tua, & in hac divini gregis custodia tua viriliter desudet opera. In innocentia cordis tui pasces illum & in intellectu manuum tuarum educes eum. Cumque monitis nostris obtemperanter consensum dederis, & vices summi Pastoris efficaci solertia compleveris, laudem & gloriam a Domino mereberis, & regni beatitudine in fine sublimaberis. His & aliis

C quam maxime instructum in excubias Domini assumpsit virum sanctum, & in eo justitiæ documentum, & virtutis animadvertit exemplar futurum. Quo in negotio quam fulserit opere perspiaci, probat experientia laboris eximii, quo se postmodum exercuit in cathedra pontificali *r*; & adornavit tempora sacardotii sui.

suosque ad eternum beatitudinis præmium præcessit.

31 Jamque ægrotatione salutifera venerandus Pater fatigari, extremoque cœpit languore dissolvi; cum eum egregius ille monachorum circumvallat cœtus, cordi affectum lacrymis efferens & singultibus, utpote tanti Patris decessu mœstissimus, suæque orbitationis discrimine anxius & trepidus. Ipse autem in Domino gaudens, sanctæ exhortationis verba erat profundens, & quæ sunt æternæ vitæ indesinenter suadens. De appetendo beatitudinis bono, de vitando gehennæ incendio, omnis ejus illuxerat sermo. Sicque vale ultimum dicens, & spiritum vitalis Sacramenti viatico munitus, lætus obdormivit in Christo, possessurus laudem & gloriam in throno sidereo. Et ecce aperitur ei janua cœli, reclauditur aula Paradisi; & descendentibus hinc atque inde æ-

D thereæ lucis agminibus, sit celebrior animæ fœlicis egressus, interque jocundissimos AUCT. angelicæ melodiæ concentus, adorandos præ- ANON. sentiæ Dei petivit aspectus; ubi angelorum EX MSS. gaudiis interesse, quieti Sanctorum & claritati, civem se emeritum gaudet adesse. Spem suam, quam hic fide aluit, illic reipsa & veritate fovere non desinit; ubi Deum facie ad faciem intuetur, ubi gloriam majestatis ejus jugiter contemplari meretur, non per speculum aut in ænigmate, sed in substantiali & perfecta individuæ Trinitatis visione. Quæ sicut in Sanctis effulget admirabilis, ita verbis aut litteris permanet ineffabilis.

& sepultur Senegiis.

32 Transivit ergo venerandus confessor Vincentius de hujus ærumnis sæculi in gloriam sempiternæ felicitatis pridie Idus Julii, in præfato Senegias cœnobio, a se constructo, glebam pretiosi linquens cadaveris. Quod circumstantes honorifice fidelium populi, debitas pio funeri exequias impendunt more so-

E lenni, & tumulo imponunt honore decenti: a quo fidelibus cum fragrantia meritorum odor suavissimus emanat miraculorum, per Christum principem Sanctorum, qui cum Patre & Spiritu sancto, trinus & unus Deus permanet regnans in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Frustra se torquent scriptores Hannonii, ut hunc locum explicent de adventu S. Ansberti in Altummontem ante exilium: nisi omnia plane evadantur. Hæc autem conciliari non posse, in Commentario ostensum est.*

b *Jam dixi in Commentario, Hugonem verisimilius necdum natum fuisse, dum in Altomonte degeret* S. Vincentius, *cum ille mortuus sit an.* 730, *ut habes ad* 9 *Aprilis. De Ettone dictum est* 10 *Julii. Vulmarus, si ad annum* 710 *pervenit, quod ad* 20 *Julii examinabitur, & ipse junior fuisse videtur, quam ut familiariter cum* S. Vincentio *conversaretur. Eadem sit de Ursmaro sententia; quidni & de Wasnulpho? A fortiori autem de S. Ermino qui, ut est* 25 *Aprilis, ad annum usque* 737 *vitam protraxit. Ut autem demus reliquos convenire potuisse; toties in Altummontem confluxisse, ex imperiti adeo scriptoris fide, equidem non admiserim: jam dixi in Commentario, & ipsum & alios, Sanctos omnes collegisse qui circa ea tempora in Belgica floruisse sciebantur, tametsi aliqui* S. Vincentium *oculis suis numquam viderint. Hæc dicta sint de tota illa Sanctorum collectione. An satis apte fingatur S. Waldetrudis sæpissime ex Castriloco ad maritum descendisse, judicent alii.*

F

c *De hoc nomine vel agnomine actum est etiam in Commentario.*

d *Fortins gallice vocat* Haulchin & Mesuin, *apud quem vide enumeratas plures alias possessiones ecclesiæ Senegiensis a sancto Fundatore transcriptas lib.* 3, *cap.* 10, *pag.* 158:

e *Hæc denuo pugnant cum iis quæ de S. Landrico dicta sunt* 17 *Aprilis, ubi in Commentario prævio num.* 5 *pag.* 488 *ita legis:* Post cujus (*nempe sancti Parentis*) obitum, Landricus postpositum episcopium non repetivit. *Patet hic rursus, quod supra toties dictum est, de S. Vincentio aliisque ei conjunctis sic scripsisse Legendistas Hannonios, ut si Vitæ conferantur, difficillimum sit, eas inter se conciliare.*

A EX MSS.

MIRACULA

Ex codice Ms. Marchiano seu Valcellensi.

PRÆFATIO.

ASſignatis igitur quæ de vita & meritis Sancti ſui virtus commendavit Altiſſimi, nunc ad eam miraculorum gloriam qua poſt obitum noſtro vixit orbi, animum ſtylo comitante intendere dignum duxi: ubi relationi veterum probabiliter aſſentiendum decrevimus: cum ea quæ noſtris relatoribus viſus magiſter expoſuit, indeclinata veri ratione aggreſſi fuerimos.

Oleum cœlitus ad tumbam miſtratur.

2 Accenſa itaque a fidelibus ad tumulum Sancti cum olei liquore lampade, divinæ virtutis prodigium cernere erat memorabile. Nam temporis intervallum aliquod jam pertranſiit; B cum e fratribus quidam, nam id ei curæ fuerat, diligenter acceſſit, ut quo jam exhauſti liquoris detrimenta ſuppleat, ampullam cum olei liquamine manu geſtat: & ecce tam ſtupendum quam inſperatum inſigne facti, quod ibi operabatur manus Domini; in teſtimonium ſcilicet viventis mortui, exuberans lampas oleo redundanti, itaque ut omnis flueret ſuperficies pavimenti. Ædituus autem ſtupore & gaudio pie confuſus, & miratus adeo divinæ lucis inopinabile munus, fratrum catervam accerſitum ivit quantocius, tam teſtimonio miraculi futuros, quam gloriam Dei in Sancto ſuo viſuros. Accedentes autem ipſi contemplatoque cœleſtis munere ſigni, Chriſtum lumen de lumine verum per hujus olei cœleſtis laudant & venerantur inſigne miraculum. Quod ad declarandum Sancti ſui meritum indeficienti lumine reddit augmentum.

Clericus cæcus Sancti meritis illuminatur.

3 Sub eodem tempore Lambertus quidam ſacerdos officio, ſcilicet amiſſi luminis caſu perculſus iniquo, vitam in tenebris luctuque trahebat continuo. Quem in hujuſmodi diſcrimine miſeratio tandem cœleſtis reſpexit, C & ut memoriam pii patris Vincentii adiret, benigne ſibi inſpiravit. Et quoniam ejuſdem nobis ſemper venerandi patris feſta dies, quæ proxima inſtabat, fidelium concurſu, & occurſu ſolennizanda fuerat, ut una ſocium caperet iter deliberabat; ſicque voto ſatisfaciens, pariter occurrere ſtuduerat. Nec plura moratus, ad memoriam Sancti cum lacrymis ſternitur & precibus (&) ipſius meritis de ſupernæ conſolationis munere admodum confuſus. Et ecce fuſis ſibi lacrymis virtus defuncti invigilat, & cœlitus emiſſum jubar caliginem lumine terebrat, & jacentis oculos paulatim frontemque ſerenat. Senſerat ille eundem de tumulo medelam, ereptamque lucem repetere ruſſus ſedem priſtinam, & exemplo circumſtantibus præſentem ſibi adeſſe Dei & Sancti ſui acclamavit gratiam. Qui repentinæ virtutis admiratione attoniti, hortantur ut inſtet obnixius prece ſupplici, quatinus ſoſpitate reſumpti luminis mereatur integra donari. Oravit attentius, itaque cæcum penitus interiit vulnus, ac ſi præter pulchrum aſpicere nil antea fuiſſet expertus. Ingens continuo murmur cœlum uſque inerepuit, in laude D Dei vulgus univerſum erupit, eumque in Sancti ſui meritis glorioſum valde exclamavit.

Rei ſcandali innotescit, ejusdem tamen postea;

4 Jamque de viri Dei gloria in tumulo vivente fama celebrior cunctis circum circa innotuit, ſignis & virtutibus coruſcantem intonuit. Unde pie quærentibus larga medela ſanitatumque prodiit miſeratio: perverſis autem & incredulis vindicta de cœlo. Vir quidam, Xantherus nomen habuit, ante alios ſcelere & immanior, & diræ cupiditatis ambitione crudelior: unde bonorum imitatione proficere debuit, hinc e diverſo de rebus pii Patroni noſtri inſidias prædamque moliri haud eximnit. Peragendi igitur fiducia ſceleris, & diabolo comite iter aggreſſus, ad ipſius monaſterii fores inſolitatius accedere non eſt veritus, ſed infandos conatus vindicta prævenit cœlitus. Nam ſacrum limen pene jam contigerat, cum infelix culpa ingens ruinæ diſpendium viro incuſſerat, eumque ſemivivum terræ dejecerat. Quem ſocii correptum celerius revehunt domum, tam in ipſo animæ quam carnis ſtupentes interitu. Nec tanti pœnam reatus ille jam diſtulit, fremitu & ejulatu permaximo tectum omne conE cuſſit: Vincentium inſuper inimicæ præſumptionis ultorem crebrius inclamavit. Tandem inter anguſtias & ſtridorem immaniſſimum mors ipſa miſero vitam extorſit, & tartareis ignibus perpetuo cremandum immerſit. Sed & rumore facti corda tremuerant populi, horrentia tam pœnas exempli quam venerantis majeſtatem Domini condeſcendentem ita injuriis ſervi ſui. Et hæc de iniquo vindicta, quia mors peccatorum peſſima.

atque iterum diu furtum.

5 Reſtant etiam adhuc operum Dei magnalia ad declaranda Sancti ſui merita, relatione digniſſima. Sacerdos quidam fama virtutum Sancti benigne illectus, ad locum ipſius ſacroſanctis venerabilem pignoribus cum auro fidei orationumque acceſſit muneribus: firmatoque ad atrii ſepta quem federat equo; ipſe ad memoriam Sancti ſeſe cum lacrymis & corde impertit ſincero. Interea ad furtum jumenti ſpiritu quidam maligno compulſus, per remotiora ſaltus iter eſt invium aggreſſus. Peracto autem presbyter ſolenni votorum deſiderio, oratorium egreditur: ſed comperto furti detrimento, ingenti mœſtitia & ſuſpiF rio concutitur. Jamque Vincentium contra beatiſſimum duris queſtibus importunior aſſurgit, & pene blaſphemiam doloribus inſerit, tanti Patris ſuffragio confiſum ſe dicens: nec idcirco evitare quiviſſe commiſſi furti diſpendium ingens; cum repente nuncius mediis ſe plangoribus ingerit, & furti reum, collifis equo dilapſum membris, non ſine admiratione retulit: ſicque dum injuriis ſervi Dei vindicta cœleſtis computatur, pro receptione equi clerici gaudium & lætitia oboritur, & totus in gratiarum actionem elata in altum voce fertur. Miraculi deinde rumor ubique ſpargitur, & potentia Dei in meritis Vincentii maxima & miranda veneratur. Ecce terrendis eccleſiæ prædonibus, vetandis a rapina Sanctorum latronibus conſpicua fortis exempli virtus. Audiat vel obliquus, & ceſſet raptor iniquus.

Fit illuſtris ad omnia liberum

6 Fit adhuc celebre nomen Sancti clarificatum potentia Dei; ideoque prædicandum in populo fideli. Contigit ea tempeſtate [per] Hun-

A Hunnorum *a* incursum orbem valde infestari, *a* eodemque metu loci nostri statum admodum periclitari. Quapropter ad transferendum in *b* Metensium *b* urbem Sancti corpusculum, nostris commune extitit consilium; eidemque negotio devotissime turba sese ingerebat fidelium. Nec latuit eo loci tanti Patris gloria signis & virtutibus adeo mirifice illustrata, quibus hic unum in laudem Domini propalare, venerandæ ipsius memoriæ officium extat peculiare. Nam metu gentilium superna miserationis respectu compresso, fratres ad propria festinant, continuo sacrosancti corporis pignore sumpto, quod inter eundum penes *c* villam, vocabulo Feilepam, *c* hospitandi gratia deponi contigerat, quæ viri illustris cujusdam & excellentis ditioni subjacens erat: cui multa supellex, & rerum usus valde locuples: sed vi febrium diutina amens effectus est & hebes. Jamque omnis in eum medicinalis industria cum herbarum potentia

B evannit; cum tandem suis, altioris sententiæ consilii, per gratiam Dei aspiravit, quæ & ipsum mentis errore privavit, & naturali intelligentiæ reformavit. Decretum pariter iuerunt, & mediam ipsius villæ portionem, pro salute viri, Vincentii sancti dominio perpetuo transcribendam decernunt. Tum vero ad ipsum accedentes, & quis consilio modus sit habitus exponentes, quo super hoc agatur animo instant requirentes. Nec mora salubri decreto assensum libens ipse accommodavit, & pariter pristinæ rationi meritis Sancti communicavit.

7 Sed mox diversæ cum Sancto hereditatis pœnitudine seductus, rursumque sathanæ versutiis illectus, coheredi suo suæque salutis auctori Vincentio divortium indixit, & repentina calamitas in amentiam rursus virum compulit. Quapropter omne illud exortum nuper sanitatis gaudium mœsto rubore dejicitur, totiusque amicorum vel nobilium conventus in lacrymas resolvitur. Cui rursus spei innixi debeant, quibusve solatiis mœstitudini occurrant, consiliis & intentione multimoda versant; tandemque supremum obtinendæ salutis visum est subsidium, ut quod C primæ traditioni supererat villæ, reliquam in jus Sancti potestatemque perpetuo staret legatum. Quod idem vir illuster non solam fieri consensit, verum etiam testamento scriptisque perennibus roborandum decrevit, & e vestigio per gratiam Dei & meritum Sancti a fluctibus animi in portum rationis & sanæ mentis meruit deduci. Stupenda facti novitas populos cum principibus in laudes excitavit divinas, atque ad spectaculi hujus causas admirationc dignas, omnis se ingerit sexus & ætas; grates & vota offerunt, Christum in Vincentio suo miraculis coruscantem cum voce jubilationis efferunt, & huic concentui longius immorari gratissimum ducunt. Tua hæc, Christe potentia, tua sunt hæc facta insignia, qui quanta Sancti hujus tecum in cœlestibus nitescat gloria, longe etiam remotis in finibus virtutis tuæ palam fecisti dextra. Unde beneficiis tuis laus resonet interminis & gratiarum actio permanens in sæcula. Sane eadem villa, rerum opulentia ubertim affluens, famulorum Dei & Sancti sui usibus usque hodie est deserviens.

Bona aliquæ eccl. Sonegiæ transcribit.

8 Vir quidam Sonegiis inhabitabat, quem D paupertas quidem obscurum, sed dignitas famulatus S. Vincentii jubilarium *d* reddebat. Erat enim totus scilicet cum uxore & natis ex familia ipsius ecclesiæ, & ideo sibi securior inter concives videbatur incedere. Quis vero inter usus mortalium sæpissime prospera perturbantur adversis, fortuna felicitatis noverca favente sibi admodum in præsentibus, sed non in futuris: ex quadam seditione inimicitias quorumdam incurrit usque ad repetitionem sanguinis. Unde sibi proponens non incertum vitæ periculum, statuit ad tempus declinare cum suis impetus inimicorum; sicque terram nativitatis egressus, postquam ultra citraque est progressus, Flandriæ fines eandem est ingressus, pervenientsque ad cujusdam militis possessionem, solito accepit mansionem. Mansitabat etiam inibi aliquamdiu cum uxore & natis, illa videlicet sum pauperta- E tis sequentia, & quanto diutius, tanto cum majore fiducia. Cumque se jam totam crederet adeptum securitetem, ac ex securitate integram sibi præsumeret libertatem, pessimam paullo post incurrit servitutem. Non æquo siquidem usus consilio dominus, cujus erat eadem possessio, ut vidit servum absque domino, & quia nullus aderat defensor, factus est post aliquot annos injustus familiæ pervasor, & servitutis extraneæ familiaris exactor. Quid plura? Exigit censum suæ censuræ, redigit eos in servientem non absque injuria. Vir autem ille Sonegiensis ubi diu talia patitur, audita morte inimicorum suorum, Sonegias regreditur & conveniens loci præpositum cum ceteris clericis, miseriæ suæ historiam narrando ingreditur.

d EX MSS. *Familiæ sancto mancipato.*

Ab injusti possessoris servitute

9 At illi contequens incuntes consilium super tanta ecclesiæ injuria, pervasorem familiæ decernunt primitus conveniendum. Ad id etiam negotii præpositus loci dirigitur, contra pervasorem de injusta pervasione conqueritur: sed ille ab incepta non desistens malitia, nullam nisi suam se tenere familiam omnimodis refragatur. Præpositus vero, susceptum exes quens negotium, ecclesiasticam deplangit necessitatem, usque ad eum qui tunc in fascibus agebat comitem Balduinum. Qui avitum F militem arguens de audita pervasione, jubet, quatinus liberam sinat esse familiam ecclesiæ. Abnegat se ille aliquatenus quod tenebat defecturum; sed quia eadem familia ex antecessoribus suis hereditaliter sibi provenerit, affirmat se juramento firmaturum. Detestatur & refellit e contra falsam assertionem legatus ecclesiæ; sed revocatur tenentis & probare volentis non veridica sed juridica ratione. Unde intelligens judicium quidem esse, sed non justitia, & bene sibi expertam in Patrono suo ponens fiduciam, impetrat a Comite, quatinus pervasor super reliquias S. Vincentii prolatam juramenti firmaret sententiam. Imperat Comes, annuit miles. Constituitur certa dies, conveniunt ex utraque parte multi auditores. Proferrur baculus Sancti & filacterium, porrigitur insolenti audacia manus ad perjurium.

Jamjam perjurio vindicatur.

10 Cumque verba dictarentur juraturo, cœpit miser torqueri occulto quidem ultore, sed aperto Dei judicio. Rigebat juratoris brachium, nec verba proferre, nec valebat

con-

A contrahere porrectam manum. Exclamans autem miserrima ejulatione: Succurrite, ait, ad
EX MSS. circumstantes, succurrite, & a me canem istum miserantes avertite. Stupentes vero plurimum qui aderant, nec immerito, quia nihil læsionis erga eum videbant, ubinam canis esset turbato clamore requirebant. At ille amplius terribiliter inclamans ut liberaretur; Nonne, inquit, nigrum canem videris a quo brachium meum deroditur? Ad hanc vocem circumstantes, non canem esse intelligentes sed diabolum, ferientes pectora & signantes facies suas, execrantur falsatorem, & venerantur Dei amicum. Res nova, & sui novitate satis miranda, ut hostis qui fuerat injustæ persuasionis persuasor, fieret etiam tantæ falsitatis publicator & ultor. Tandem Dei respectu in se reversus, & publica pœnitudine coram Sancti reliquiis prostratus, præsumptam falsitatem palam est confessus. Sic recepit ecclesia res amissas & meritum ru-
B borem obtinuit obstinata iniquitas. Successores etenim ejusdem familiæ Sonegiensis adhuc retinet ecclesia, bene multiplicata propagatione.

11 Alter quoque miles ex eo erat quem dicunt superbo sanguine nobilium, qui habens fundum fundo S. Vincentii contiguum, non industria sed errore continuabat fines suos ultra justæ divisionis terminum. Fiebat sæpissima inter cultores altercatio, sed quia numquam aut raro bene ordinata inter rusticos habetur diffinitio, aliquamdiu perdurabat inter eos infinita contentio. Rem vero clericis referentibus ad præfectum ecclesiæ, ubi præfectus præfectoriam potestatem cœpit exercere, miles nihilominus militari manu non timuit sua potenter defendere. Ex qua contentione factum est, ut tam diu cultura utriusque partis cessaret, quousque terminos divisionis suæ neutra pars bene certos haberet: sicque demum vel ipso deducti damno cessantis culturæ, ad judicium consistituunt diem, de divisione fundi judicaturum; singulari videlicet
C certamine servorum utriusque partis certa ex incertis electurum. Mitera conditio, ut terra quæ terminari debebat jugerali virga & aratro, non nisi sanguine terminaretur & cerebro. Convenitur ergo utrimque à pluribus, affuut cum suis miles & præfectus; effertur etiam a clericis ad locum pugnæ spes certa suorum S. Vincentius. Cumque certæ suæ partis statione Sanctum corpus vellent deponere, sed suorum male certi terminorum, fines suos cœpissent transire, tanta subito ponderis decubuit gravitate, ut neque millia hominum illud valuissent removere. Concurritur ad tantum spectaculum, prædicatur ab omnibus justitia Dei & judicium, laudatur Dominus & Dei amicus, non sine grandi stupore præsentium, unius victoria finitur pugna duorum. Nec defuit tanto victori dignissima merces: eo quippe miraculo compunctus, nobilis utique & moribus & sanguine, partem prædictus miles suam absque dilatione S. Vincentio, ecclesiæ ejus & ecclesiasticis servitoribus habendam perpetuo [reliquit.] Ita Dei amicus de incertis incertos certificavit; contentione soluta sine sanguinis effusione, diem pugnæ glorifice mirificavit. Dumque suam debuit partem recipere, utramque acquisivit, sicque relatus ad sua, utriusque partis clerum & populum magnifice lætificavit.

Mira fundi per Sanctum acquisitio

Mulier misere contracta restituitur

D 12 Mulier nimiæ infelicitatis provinciam inhabitabat Brachantensium, quæ ita omnium debilitabatur enormitate membrorum, ut (horrendum visu!) tali deformiter hærerent natibus; volas quoque palmarum ungulæ digitorum, ut ungues avium perforarent miseris amfractibus. Hæc percepta virtutum fama, quæ Sonegias fiebant per Dei amicum, plus velle quam posse fideli affectu illuc extendebat pervolandi animum. Cumque adesset annua solennitas consecrationis ecclesiæ, ab amicis illuc se deferri fecit sperantis animo & effectiva intentione. A quibus deposita cum precatione & luctuosa commendatione inter duo altaria, dici non potest quibus fletibus, quibus lacrymis, quibus planctibus pium sit aggressa confessorem illa infelix femina. Deplorabat enim totius corporis sui debilitatem, inutilem vitam, & nimiam membrorum enormitatem pro iis omnibus implorabat illius, E ante cujus memoriam jacebat, Patroni intercessionem. Lacrymis pro cibo pasta est die illa; effusos enim sui cordis dolores multiplicabat necessitatis angustia. Aliis lætantibus ipsa flebat; aliis alias occupatis, ipsa supernis intendebat, sicque totum diem celebritatis in ea contritione explebat. Exeuntibus vero ab ecclesia post Vesperas clericis & populo, remansit cum paucis in quo prius jacuerat loco, decumbens eodem quo cœperat recuperandæ salutis ardenti desiderio. Ubi solo prostrata cælos precibus transivit, & vim faciens regno Dei Dominum oravit, & exoravit. Ecce enim illo desuper miserante, cujus numquam sine misericordia est judicium, quibusdam fidelibus post cœnam redeuntibus ad ecclesiam, aliis oratum, aliis vero cubitum, ipsa terribiles cœpit emittere voces ex immensitate dolorum. Superna etenim visitatione ad naturalem statum resilientibus membris, ubi medicante Domino reformari cœpit illa materies informis extensione nervorum, revocatione digitorum, recreatione arteriarum F multiformiter torquebatur illud debile corpus diu afflictæ mulieris. Iis vero qui aderant concurrentibus, & piis super eam fletibus auxilium invocantibus amici Dei, statim surrexit, & stetit erecta quidem, sed adhuc tremebunda novitate incedendi. Jamque paulatim in se redeuntibus convalescendi viribus, insolitos pedetentim temptabat movere & removere gressus. Nec mora, tumultus insonat lætitiæ, & irruente populo, deducitur ante crucem cum grandi frequentia & exultatione. Astat sana & læta, testis idonea suæ recuperationis, testis etiam procul dubio, in conspectu omnium qui aderant, divinæ virtutis. Cessat jamjamque ab omnibus oratio, & succedit orationi sola laudatio tota: repletur ecclesia pietatis fletibus, imponitur a clericis hymnus Te Deum Laudamus, sicque ea die sponsam suam, Sonegiensium scilicet ecclesiam, mirificavit cælestis sponsus.

Item alia S. it. deinde Sangiat restituta

13 Ea tempestate, qua meritis S. Waldetrudis mons Castrilocus variis vernabat floribus virtutum, omnis ætas, uterque sexus, sani & infirmi illuc properabant desiderio curationum. Hos reatus conscientiæ; illos pertrahebat morbus carnis multipliciter pustulatæ.

Ubi

A Ubi quam efficax foret interior animarum curatio, satis aperte monstrabat exterior infirmitatum recuperatio. Affluebat inibi celitus superne pietatis gratia, nullus pene illuc veniens rediebat absque medicina. Ex predicto itaque Sonegiensi territorio mulier quedam toto corpore contracta illuc ab amicis defertur, & inter plures eadem vel similia quærentes, ante Dei sponsæ præsentiam infertur. Jacebat ibi aliquandiu sine recuperationis efficacia, dumque plures quotidie curari videret, ampliore torquebatur tristitia. Differebatur autem mulieris curatio non quia sibi deesset S. Waldetrudis interceſſio, sed alias eam reformari disponebat superna ordinatio. Licet enim S. Vincentius & S. Waldetrudis jam immortales cum Christo luce fruerentur eterna beatitudinis, debitam tamen reverentiam sponsa sponso deferens, remisit ei mulierem curandam, comitante nimirum solatio sue interceſſionis. O digna Sanctorum conjunctio, quæ etiam inter amplexus, disci-

B plina castitatis nequaquam afflicta, post exitum vitæ, angelorum meruit adunari consortio. Cumque misera diutinæ expectationis tedio afficeretur, tandem post aliquos dies a suis reducta Sonegias, in ecclesia sancti Confessoris ante crucem deponitur. Ubi jacens cum nimia afflictione, orationis oblita, S. Waldetrudem injuriabatur feminea invectione, conquerens scilicet in eam, quod cum aliis omnibus sit misera, se solam remiserit sine miseratione. Non tulit S. Vincentius injuriam sponsæ, non tulit amplius afflictionem mulierculæ, nec distulit pro ea Christum interpellare. Vesperis siquidem celebratis, ipsa die Dominica mulier contracta erigitur, a clero & populo concurritur, Dominus in commune laudatur, sicque injuriosa mulier recuperata salute S. Waldetrudi reconciliatur.

14 Nec sola claret Dei amicus recupera-
& rursus tertio eadem morbo affligitur, tione vicinorum, verum etiam propensius floret plurima salutis restitutione exterorum. Testis est Flandria, testis quoque Brachantensis provincia, testis nihilominus est regio Tassandria. Siquidem apud Tassandriam vir quidam uxorem duxit, quæ quidem ad tempus, ut

C sibi visum, satis feliciter nupsit, sed postea nimis infeliciter vixit. Prioribus deinque annis lætabunda, utpote novella conjunctione transactis, paulatim cœpit infelix mulier pessimum incurrere languorem ultra patientiam humanæ conditionis. Rigent crura & pedes, cervice tenus pene retrorsum omnibus membris contrahitur illa fragilis materia, solus remanet truncus, pudoris & doloris in femina, labor mariti, dolor & tristitia. Excludit magnitudo languoris omnem humanæ auxiliationis æstimationem, nullus hominum aliquam ejus audet sperare recuperationem, præter illius solum, qui eam formaverat, reformationem. Maritus itaque, cui soli eam familiarem curam injungebat necessitudo conjugalis, ubi adempta est sibi omnis spes humanitus recuperandæ salutis, totum se convertit ad auxilium supernæ miserationis, condolensque ex omnibus amicis, solus uxoris miseriæ ad requirenda Sanctorum merita dilatat animum circumquaque: carruculam componit, lectulum sternit; uxorem imponit, egre-

dicur vagabundus & gemebundus, quia grandis D
erat gemitus, quem dulcedo concitabat mari- EX MS.
talis affectus. Currit animo cum spe & fiducia, trahens secum illud sociale jugum, comitante miseria. Tota repletur via fletibus & lacrymis, quas fundebat videlicet calamitas familiaris, hinc maritalis caritas, inde conjugalis necessitas. Nullus ad quem perveniri poterat locus prætermittur, quicumque Sanctorum meritis insignitur.

15 Ubicumque vero ingrediatur, statim & a mo-
Deo & Sanctis, precibus & lacrymis congre- nitis ad varia frustranea ridicule confugit
diatur, sed ab omnibus (proh dolor!) sine voti efficacia regreditur. Labor impensus incassum est expensus. Est enim dilata miseratio non abjecta oratio, nec recusata petitio, nec negata concessio. Nondum enim pervenerat ad locum uxoris saluti destinatum, nec adhuc eum invenerat, quem nescius quærebat amicum Dei Vincentium. Ita corde contritus, animo lapsus, desiderio suspensus, itinere fatigatus, mœrens & dolens est reversus. E
Ubi quidquid invenit ad relevandam mentis tristitiam, nihil omnino sibi subvenit. Obsederat domum suam multiplex miseria, neglecta videlicet culturæ penuria, uxoris dolor, mariti mœstitia, atque utroque orbata lumine neglecta & negligens paupertatis familia. Nihil autem viro minus erat tolerabile, quam interesse suis cum tanta calamitate: unde a quibusdam monitus necessariis memoriam S. Gudilæ Brossellæ *e* requirere, animum & gressum illuc festinat intendere. Reparat vehiculum, & adjuncto bove uno quem habebat solum, iterum supponit suum miserabile monstrum. Ita unibos ille, in corde & ore semper habens S. Gudilæ memoriam, iter solivagus carpebat versus Brossellam, non salem mercaturus, sed salutem uxori deprecaturus.

16 In eodem itinere fundus habetur ec- fanatur in Everna ubi Sanctæ reliquiæ
clesiæ deserviens Sonegiensi, Everna *f* nomen est fundi, in quo ecclesia & in ea reliquiæ S. Vincentii. Huc illum deducit, non fama vel fortuna, sed omnia mirabiliter disponens Dei providentia. Nisi enim præiret misericordissimus arbiter, non inveniret miserrimus homo misericordiæ iter. Prædicatur ei ab occurrantibus, aliis eleemosynam largientibus, aliis novam bubovis expeditionem mirantibus, quod ibi meritorum memoria floreret S. Vincentius. Jamque totum mulierculæ corpus cœpit tremere signo cujusdam renovationis, omnia moveri membra, quasi quodam præsagio supernæ visitationis. Ubi ergo ad ecclesiam pervenitur, mulier ex vehiculo deponitur, & ante altare collocatur. Conveniunt ibi misericordia & miseria, fletus concurrentis populi & suspiria, mariti singultus & uxoris preclamia *g* pro qua iis omnibus amici Dei interceſſio cœlitus jam & exaudita, aperitur scrarium supernæ pietatis, & refunditur salus omnibus membris. Resiliunt pedes & crura, manus & brachia, & reformatur caput priori gratia. Totum illud infelicitatis corpus erigitur, atque ex integro pene ad priorem statum jamjamque reducitur, cum ecce quidam, Maurus nomine, exliens ut fieret sustentator officiosus, factus est impeditor injuriosus. Ubi enim humanum F
cessit, divinum ad horam auxilium cessavit,

A vit ; ſicque quantulum erectionis ſupererat, RX Mss. imperfectum remanſit. Mira Dei opera! Ne obliviſceretur ſui cinis & terra, ſine dolore, ſine deformitate permanent aliqua imperfectionis veſtigia. Excitatur ad pietatem multitudo populi, nullus ceſſat a laude Dei, nullus ab admiratione ejus amici. Exultat marirus gaudio, bovem quem ſolum habebat, tradit S. Vincentio. Monet uxorem ut ſecum redeat, ſed illa meliori accenſa intentione, reliquum vitæ tempus, ſuſcepto velamine, liberatori ſuo ſervitura inibi perſeverat.

De homine peregrino in S. Vincentii eccleſia tumulato.

17 Ad eamdem quoque villam homo quidam peregrinando devenit, & multa deambulatione fractus hoſpitium accepit. Deinde delectatus loci ſanctitate, illectus etiam incolarum erga ſe plurima benignitate, morabatur inter eos benigna converſatione. Et quia ex memoria S. Vincentii maxime locum colebat, eccleſiam quotidie plurimum frequentabat, ubi cujus intentionis eſſet, hoſpites ſuos minime latebat. Erat enim vere mundi peregrinus, & quantum mortales diſcernere licebat, incola cæli futurus. Enimvero diſponente ſibi Deo ibidem vivendi terminum, infirmitate deprehendus, viam univerſæ carnis ingreditur, provinciam mortuorum. Quid plura? Defunctus diſtantibus meritis ſepultus eſt in eccleſia. Oppreſſerat tunc temporis eamdem provinciam quantum ad rabiem canina peſtis, qua videlicet homines hominum immoriuntur rapinis, ſe & omnia ſua devorant prædis, ferro & flammis, vixque dentibus abſtinent ab ipſa devoratione mutuæ carnis. Nihil ſupererat ad libertatis refugium præter aliquas devotiones eccleſiarum. Illuc collectum erat quidquid ruſtica manus colligere poterat. Unde & in præfata S. Vincentii eccleſia nullus terræ vacabat locus præter eum in quo vir Dei fuerat tumulatus. Illum denique ſolum reverentia hoſpitis fecerat liberum. Quo vacuo remanente, mulier quædam, quod animal audacius eſt cunctis animantibus terræ, illic ſedile ſuum au-
C ſa fuit componere. Non tulit S. Vincentius hoſpitis ſui injuriam, ſed miſericorditer iratus protervæ mulieri, piæ correptionis induxit vindictam. Mox enim ut primum ſuper ipſum ſedile ſedit, omnibus membris debilitata cum dolore exclamavit. Turbantur qui aderant rei novitate, dolent & ſtupent, tam ſubita mulieris debilitate. Revertitur tamen ad Dei amicum & deponitur ante altare S. Vincentii cum grandi ejulatu ſuorum, expertura paullo poſt ſolitæ pietatis medicum. Ubi poſtquam recognoſcens culpam, toto corde pœnituit, ipſam ſui audaciam execrata, ſalutem integram recuperavit.

ANNOTATA.

a *Per* Hunnorum incurſum, *indicat procul dubio graſſationes Normannicas ſæculi* IX: *lectiones Montenſes S. Waldetrudis diſerte ſignant tempora Caroli Calvi; an ſatis certo, judicent eruditi. Neque de altera tranſlatione argumenta afferunt ſatis convincentia. Audi quæ leguntur in pradicto Officio Montenſi ſanctæ Waldetrudis. Lectio prima ad* XXIX *Octobris, ait*; primam tranſlationem corporis S. Vincentii celebrari in Sonegienſi eccleſia die XX Septembris. *Et hæc ea eſt de qua hic agitur. Altera fama dicitur* tempore Caroli Simplicis, qui anno DCCCXCII (*alii* 893) rex conſecratus eſt. D
Illius Officium, ut ſupra in Commentario dictum eſt, fit XXIX *Octobris. Rem deſcribo ex proprii ipſius lectione* V *&* VI, *quæ proto dic ſic habent:* Siquidem Raginerus a Longo Collo, Hannoniæ Comes, Chriſtianæ religionis robur ſtrenuus Eccleſiæ pugil, decus, ornamentum & exemplar Chriſtianorum principum, a Rollone Danorum duce, maxima ſtrage Chriſtianorum, in Walachria Zelandiæ inſula, bello profligatus, proſpiciens, Danos in Hannoniam velle prorumpere, arces & municipia reſtaurari & muniri fecit; Sanctorum quoque reliquias in munitiorem locum tranſtulit. Inter alias venerandum corpus almi Confeſſoris Vincentii, non rheda aliqua triumphali, ſed, quod omnem excedit pompæ amplitudinem, ſuis humeris, nudis pedibus, religioſiſſimo cultu, clericorum cœtu adjuncto, necnon populari agmine coacto, humili obſequio, ad tutum aſylum, in prædictam videlicet civitatem, portavit, & debito tanto Confeſſori honore, apud reliquias S. Waldetrudis repoſuit. Inde poſtmodum, ceſſante Danorum feritate, Sonegias relatum eſt; ubi in hodiernum uſque diem honorifice aſſervatur, & frequenti fidelium concurſu magna devotione colitur. *Quod vero plane mirandum eſt, in proprio Sonegienſi, quod Ms. Sonegiis mihi commodatum eſt,* XX *Septembris &* XXIX *Octobris, recitantur duo miracula, quæ ad tranſlationis nullo modo pertinent.*

b *Quid cauſæ fuiſſe dicemus, cur potius Metas quam ad aliam urbem ſacrum Patroni ſui corpus tranſtulerint monachi Sonegienſes? niſi quia S. Landricus, ejus filius, Metenſium fuiſſet aliquando epiſcopus: certe vicinius erat Gandavum quo tam multa alia Sanctorum corpora eo tempore deportata ſunt.*

c Fellepam *ſeu* Feleppam, *dia a me quæſitum, explicuit laudatus ſupra Ampliſſimus Sonegienſis decanus* D. *Lambotte, per Fellepe intelligens* Velp *ſeu* Velpen *in ditione Ravenſteinana ducatus Clivenſis ad Moſam, non procul Gravia; qui pagus ejuſque decimæ olim ſubfuerint eccleſiæ Sonegienſi dominio ex donatione iſthic memorata, occaſione repetiti miraculi; dum iſtuc ſacra corpora SS. Vincentii, Landrici & Dentlini per Moſellam & Rhenum ad propriam ſedem referrentur: unde & ibi relinqui potuerit S. Dentlini corpus, Reſam poſtmodum tranſlatum, ut paulo infra dicemus. Addit laudatus Lambottius, canonicos Sonegienſes per deputatum ſuum D. Dubbel jura ſibi revendicaſſe anno* 1411, *omniaque locaſſe potenti alicui vicino domino, a quo ſenſim tranſierint ad Ducem ipſum Clivenſem. Verum de ea controverſia viderint ipſi, mihi ſatis eſt, locum deſignaſſe in quo miraculum patratum ſit.*

d *Per* jubilarum, *cum intelligo qui diu in Sancti obſequio vixerit; quaſi in eo* jubilatum, *præclarum & inſignem ejus clientem: certe talem vocem non memini me alibi legere. In iſtius miraculi hiſtoria refertur nomen Balduini Comitis; at quis divinet, quotus is iſtius nominis fuerit? Fortius rotunde enuntiat* Securiculam, *a ſecuri qua ad exercendam ſeveram juſtitiam uti voluit, quique an.* 1119 *e vivis ereptus eſt: fides ſit penes ipſum.*

e *Satis patet, indicari civitatem Bruxellenſem.*
f Evere, *quod in Ms. Sonegienſi recte dicitur diſtare Bruxellis uno lapide: conſtat vero S.* Vincentium *iſthic ut patronum, ejuſque reliquias hono-*

A *honorari*, fundumque ecclesiæ Sonegiensi hactenus deservire, *ubi eadem parentatum servat, aliaque jura possidet de quibus laudatus Lambertus.*

g Præcipiamus *intelligas*, *vocem explicando per preces clamosas*, & *identidem iterates.*

Hactenus antiquiora miracula in quibus scripturum fides collectarum accurationem desideres, nullis adjunctis clare denotantibus, ex quibus in temporum cognitionem deveniatur, nam, ut modo observavi solum Balduini comitis *nomen simpliciter acceptum, non magis* Securiculani *quam synonymum alium designat. Subjicitur in nostro codice hymnus ad Vesperas Officii*, Regem cœlestis gloriæ *&c.*, *at cum is supra in Commentario descriptus sit, non putavi hic denuo subjiciendum. Ex modo miracula recentiora, multo distinctius explicata, quibus in Ms. nostro hic titulus præfigitur*: Sequuntur miracula, nostra tempestate facta B. Vincentii suffragio; de lingua gallica in latinam translata,
B atque collecta per M. ac D. Joannem de Lactre, Sonegiensem canonicum; ad majorem Dei gloriam, & ejus famuli honorem. *Contexti manuscripti cum Portii, in qua mutabili inversus ordo, sed ubi errorem fuum ipse agnovit. De ejus divisione superius dictum est, hic solum notaverim, parte secunda miraculum quartum infert, idque omnium recentissimum, utpote patratum anno* 1643, *quod ex ipso reliquis subjungemus, e gallico latine redditum seu potius contractum: de cetera nulla occurrit differentia notatu digna, nisi quod in latina priorum miraculorum versione multa corrigenda fuerint, de quibus lectorem figillatim monere operæ pretium non existimo.*

MIRACULA RECENTIORA

Ex Ms. Sonegiensi,

Collato cum editione gallica Portii.

C D. Bacchart a vexatione lateris dextri liberatus.

D. Ac M. Joannes Bacchart sacræ theologiæ licentiatus, curio ecclesiæ parochialis Lendiensis sive Lensiensis in Hannonia, qui & Binchiensis pastor fuit, postea canonicus Metropolitanæ Cameracensis ecclesiæ, dum subregentis officio in scholis Athenæis fungeretur, anno videlicet millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, defluxione, jam occulte in latus dextrum descendente, ita intolerabili cruciatu vexabatur, ut usu brachii omnino destitueretur, & manu cibum ori ministrare nequiret, brachio obstante rigido. Post longam medicorum consultationem, destitutus omni humano auxilio, eum ad suspiratem redire nequiret, ad ædes paternas se referri curavit: quo perductus, fuit ibi spatio fere quinque septimanarum affixus lecto. Tandem amicis illum exhortantibus, votum nuncupavit, limina S. Vincentii in Sonegiis visitare. Nec irritum fuit votum: in equum impositus Sonegias pergit; ille ibi venere ad umbilicum perducto, paululum brachium dimovere cœpit. Postero die, audita ad aram S. Vincentii Missa votiva, pilas amplectens, beati Confessoris corpus sustinentes, divina largiente misericordia, protinus omni posito languore, ab omni cruciatu liberatur. Hæc ex informationibus quas habuit D. Valentinus Colart ecclesiæ Metropolitanæ Cameracensis canonicus, Hannoniæ Atrebidiconus, atque officialis Illustrissimi D. Guilielmi a Bergis Cameracensis Archiepiscopi; & hæc sunt elogia quæ præstitit dictus D. Bacchart sub juramento veritatis in manus dicti D. Colart. D ex Ms.

a Antonius Ramaix, civis Athensis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, ex coxendice, utpote dolii cervisiæ lapsu & pondere, ita contusa, ut paulatim morbo crescente acerrimis omnium membrorum doloribus torqueretur, & spatio novem mensium, aliquot diebus subinde cogeretur in lecto jacere, nec quidem per domum, nisi fulcimentis innixus spaciari posset; cum nil opis, nil artis in medicis esset, plures peregrinationes per eum ad plura Sanctorum loca nequidquam reddidit. Contigit ut quadam Jovis die in quam solennis S. Vincentii translatio incidebat celebranda, voto peregrinationis per eum nuncupato, & obsta (ut moris est) aliqua pecuniæ summula, [oraret;] nec ejus inane votum emissum; nam subito melius convaluit, ut positis quidem, sed abjectis sustentaculis, quibus sustentabatur, cœpit insistere pedibus, & per domum cum multa totius familiæ admiratione ingredi. Paulo post voto Sonegiis persoluto, divina domante gratia piis meritis B. Confessoris viribus corporis recepit, sanus factus est & incolumis. Hæc sunt elogia dicti Antonii facta coram dicto D. Colart. E & Antonii Ramaix gravibus membrorum doloribus.

3 Agnes du Bois, vidua Nicolai du Leuloy, atque Agnes du Bois; diuturno capitis cruciatu.

non infimæ conditionis inter cives Sonegienses, abhinc quadraginta octo annis aut circiter, ætatis suæ vigesimo tertio anno, intolerabili capitis quadam molestia fuit percussa, ita ut multis diebus solidis decumbere cogeretur, jamque non sensus modo sed etiam mens eam deficeret, & fanaticæ similis vix potens mentis haberetur. Ceterum cum nullum tanto malo remedium reperiretur, & quidem peregrinationes ad memoriam S. Leodegarii episcopi & martyris in Ghoetynyen, & ad alia Sanctorum limina nequidquam factæ: cum quodam die major vis passionis illam magis ac magis fatigaret, ingenti dolore affecta, matris solicitudinem in se convertit. Mater igitur casum filiæ reformidans, affectu commiserationis mota, eique opem afferens, filiæ animum induxit, ut ad S. Vincentium mentem dirigeret, cujus meritis & patrocinio capitis fugatur cruciatus (ut satis compertum est, capitibus cereis votivis secus sacras reliquias dependentibus:) nec eam spes, quam in B. Confessore posuerat, defecit: mox animi melius habere cœpit. Interjectis aliquot diebus voto nuncupato, & ad aram ejusdem Missa votiva audita, domum revertitur. Cum vero esset hiems ad ignemque accederet, illa insolito aghata sternutamento, e naribus sternutavit, sive exsuffit quemdam lapillum edentem strepitum, ad instar sive ad magnitudinem unius fabæ, (ut ajunt) Romanæ, similitudinem calcis reddentem, a quo vel annis continuum dolorem passa fuerat. Quo lapillo vindicata, haud multo post superna elargiente gratia, omni capitis ægritudine fugata, perfectam sospitatem, tam diu quæsitam, expectatione maturius consecuta est. Hæc ex informationibus, quas habuit dominus Colart F

A lari prædictus. Notandum quoque quod hæc
EX MSS. tris immediate præcedentia præclara inclytaque prodigia, sancti Vincentii patrocinio & meritis edita, ex supplicatione Dominorum Sonegiensium, adhibito theologorum, & aliorum proborum virorum consilio, judicioque, Guilielmus a Bergis Cameracensis Archiepiscopus approbavit, & declaravit hæc ita transacta fuisse. Datum Cameraci in suo palatio Archiepiscopali anno millesimo sexcentesimo sexto, nono die Martii.

Jacobus Moucheux a gravi langore suspitetur.

4 Producatur & alia non omittenda, verum propalanda miracula. Jacobus Moucheux, Sonegiis natus, civis Montensis non opis expers fuit: ab initio enim anni MDCVIII usque ad mensem Julium anni sequentis MDCIX tam atroci capitis morbo implicitus erat, ut reliquum corpus vis doloris sed præcipue crura occulto humore invaderet. Calamitatis suæ remediis & artibus medicorum Montensium nequidquam attentatis, virtutibus quoque medicamentorum frustra adhibitis, compluribus
B insuper memoriis Sanctorum (præsertim S. Medardi in Andrelue, & S. Cornelii Ninoviensis) nequidquam lustratis, Deo sanandi hominis decus sancto Vincentio reservante. Tanta morbi vis in dies magis ac magis hominem conficiebat, ut a medio Martii ad Majum sequentem lecto affixus fuerit. Præ nimio languore ita exhaustus fuit, ut nec legere nec scribere, nec sacrificio Missæ attentus interesse, nec per plateas, & per se gradum promovere, firmareque pedem posset (diuturno morbo vestigium fallente) quamvis scipione nixus. Tandem humani subsidii inops ad Deum, & S. Vincentii auxilium, confidentiæ ac spei plenus, cogitationes suas convertit. Quare cum votum nuncupasset, concepta animo fiducia, paucis diebus interlapsis, Montibus Sonegias pergit, nec spe sua destitutus fuit. Nam rebus divinis ac votivis per solidos octo dies ad aram divi Confessoris celebratis, & inibi Confessionis & Eucharistiæ sacramentis munitus, illico vi morbi contumacis laxari incipiente, sanitatem sibi restitui sentit; sicque membrorum officio satis
C roboratus, lætus & ovans, ad proprios lares redit, decernens denuo (ut par erat) sancti Vincentii lustrare limina. In die igitur celebritatis almi Vincentii XXV Julii peregrinationis religionem integrat, nec irrita fuit repetita peregrinatio. Cum enim pone insequeretur in solenni supplicatione, ingenti cum devotione, sacras beati Vincentii reliquias, repente defluxione quapiam occulta ejus suras percurrente, tantus dolor eum invasit, ut supplicationis residuum tanto implicitus dolore vix peragere potuerit. Tandem omni fugato dolore, nervis vigentibus, diu desideratam consecutus est sanitatem, juxtaque suorum soliditatem membrorum. Anno revoluto, XXV. Julii anni MDCX, Sonegias venit vegetus & incolumis, relaturus grates beato Vincentio benefactori suo, sanciens deinceps quotannis, beneficii accepti haud immemor, Sonegias venire & memoriam S. Confessoris frequentare. Hoc retulit elogium prænominatus Jacobus Moucheux D. decano ecclesiæ collegiatæ S. Vincentii sacræ theologiæ licentiato Henrico de Vergnyes eodem anno MDCX.

Jeremias Michelii a capitis dolore liberatus.

D 4 Michaelis Hanouille, e disciplina Franciscana in cœnobio Brugeletensi, occulto humore de cerebro subinde in humeros delabente, gravissimo urgebatur dolore. Ut autem a tanto cruciatus dolore eriperetur, quotannis memoriam S. Vincentii frequentabat; nec frequentatio in irritum cadebat; nam levamentum ingens semper reportabat. In autumno anni MDCVI, aut MDCVII, molestiis capitis eam, quam umquam antea, acrius invaserant. Moniales, quæ ei ministrabant, ut aliquid levaminis adferrent, caput ejus manibus junctis comprimebant. Ita etiam vis contumax doloris reliquum corpus occupaverat, ut lecto per tres septimanas affixa atrocibus cum doloribus omnium membrorum beneficio destituta, se dimovere, nisi adjuta alienis manibus, nequiret. Die quadam, humani inops remedii, ad Deum juxta ac B. Vincentium animum, voto nuncupato, convertit suum, addens voto quas poterat preces: nam ingens
E dolor animæ gravabat officium. Quanta fuerit vis ejus orationis, Deus aperte demonstravit; nam non ita multo post gravatum animi anxietate corpus brevis sopor oppressit: discusso sopore, doloribus, ac morbo, maturius omni expectatione, sentit se penitus vindicatam, corporisque vigorem recuperasse: protinus e lecto sospes & vegeta prosiliens, sororem suam germanam Mariam Hanouille monialium antistitam adit, & eam compellans, his verbis ait: Vos me omnes destituistis, sed implorato a me B. Vincentii patrocinio, ejus meritis & beneficio sanatam me cerno. Illa per diversa cœnobii loca per se suis gradiens pedibus consororibus sibi occurrantibus gratulabunda, expertum prædicat beati Vincentii Confessoris beneficium. Cunctæ itaque moniales, præclaro tantæ rei prodigio attonitis similes, inter sese communi colloquio susurranter dicebant, quod in priorem recideret infirmitatem, eamque esse præcoci superfusam gaudio, quodque subsequens relaptus liquidam effusamque propediem conturbaret lætitiam. Verum longe aliter ac ratæ erant evenit:
F nam indies, donante divina gratia, suffragante B. Vincentio, melius convaluit, agnoscens cœleste beneficium, nullum fecit referendi grates Deo juxta ejusque Confessori modum: maximo religionis studio quotannis beneficii accepti satis memor Sonegias veniens, reliquo vitæ suæ tempore sacras B. Vincentii reliquias invisebat. Hæc deposuit prænominata antistita coram domino decano Sonegiensi Henrico de Vergnyes, & D. Joanne de Vergnyes presbytero.

Ludovicus Gresouille civis & aurigam Athensem infestat. Is longo tempore vexatur.

6 Annus millesimus sexcentesimus octavus inclyto miraculo illustris creditur. Ludovicum Gresouille civem & aurigam Athensem atrox ac contumax morbus primum per medium annum invaserat: interjecto aliquo temporis intervallo, subito novo ac pristino graviori per annum percutitur ille dolore: quippe ea vis mali erat, ut membrorum usu penitus esset destitutus. Rigida crura, sine ope aliena, affixus lecto dimovere nequibat; frigida ejus membra aquis distillaris (quas ipsi distillabant) fovebantur: sed cum ea nihil opis adferrent, quemdam opificem, medicinæ compotem adeunt, qui medicamenta juxta ac fomenta membris morbidis, adversus contumacem dolorem

ap-

Digitized by

A applicanda dedit, quæ Ludovici haudquaquam compescuere dolores; verum aggravabant, ipsumque atrocioribus discruciabant molestiis. Is totus in ærumnis, morte graviorem exigens ætatem, cum subsidium calamitatis suæ nullum sibi in horum medicamentorum virtute repositum cerneret, & eorum applicatione atrociori concuteretur cruciatu, opi humanæ divinam addendam ratus, ad S. Vincentii patrocinium tota religione, ac vota se convertit; proponens fiducia ac spei plenus, ejus lustrare limina. Itaque vigesima nona Maji anno MDCVIII in currum sublevatus, votivam aggressus peregrinationem, Sonegias pergit causa solvendi preces, ac vota. Interim decrevit supplicia votiva ante sacras Confessoris reliquias celebrentur. Quo ut perventum est, ad ædem sacram ante aram beati Confessoris deportatur: nec spes, nec vota in irritum cecidere; tempore enim Missæ votivæ, quam attente juxta ac devote audiebat, frigida membra recalescunt, languore minutatim recedente, vires, divina largiente clementia, B redire sentiens, periculum virium facturus e sella assurgit, pedibus insistens accedit ad aram Eucharistiæ præsidium. Re divina peracta, non sine ingenti conjugis & eorum qui aderant, admiratione, maximam aram solus per se sine ullis suppetiis latus non semel circumiit; dehinc sine ullo adjutore, cunctis præsentibus tam inclyto miraculo stupentibus, ad hospitium regreditur: cujus tanti miraculi fama (ut solet) strenue tota urbe discurrente, dominorumque canonicorum aures pervadente, digna res visa est, de qua ipsi consulerent. In consilium evocati Ludovicum ad se (arbitris adhibitis) accersiri jubent; ille ex diversorio cum conjuge sine ullo adminiculo ad eos egreditur: examinatur de morbo; examine accurate peracto, ad hospitium divertit. Iterum communi canonicorum decreto, Vincentianæ campanæ pulsu convocatur ad templum clerus ac populus. Ludovicus cum conjuge comite ad templum veniens immensi populi (qui cumulatior solito erat) pone insequentis, actum notabile pro- C digium admirantis, oculos in semet convertit. Tum in gratiarum actiones alternis choris lætifica voce hymnus Te Deum decantatur. Ille interim, submissis genibus ante maximam aram orans, grates Deo, beatoque Vincentio referebat, populis rei novitate attonitis, ac præ gaudii magnitudine lachrymis obortis, uno quoque ore ab omnibus merita Confessoris prædicantur. Itaque ovans, lætus, ac vegetus, voti sui compos, domum repetit. At ubi is ad portam urbis Atheosis pervenit, e curru descendit; suis ipse pedibus nullo adminiculo se sustinente, ad propria tecta redit. Athenses ejus infirmitatis compotes, ubi suis ingredientem pedibus eum viderunt, tanta rei prodigio, & novitate rei obstupuere. Quibus Ludovicus, quos offendebat, beati Vincentii expertum lætabundus prædicat beneficium. Is vero ex tam atroci & incurabili morbo defunctus juxta ac sospitati tam miraculose restitutus; haud immemor tanti beneficii, donec adviveret, quotannis in ejus præclara solennitate Sonegias venire devotavit *, votivamque tabellam tanti miraculi testem, in qua ejus effigies eum ad vivum repræsentans est expressa, reliquit, quæ ad dexteram altaris Confessoris in pila suspensa D visitur, illustre apud posteros miraculi monumentum, cum hac inscriptione gallica: Le XXIX May MDCVIII at este guari Louis Gre- EX MS. fouille d' un mal de jambe, ne pouvant cheminer; estant porte en l'eglise de S. Vincent, par la grace de Dieu & l'intercession de S. Vincent en est sorti grari ladict charton d' Ath.

7 Per eadem tempora sacra ædes Vincentiana alio præclaro fuit illustrata miraculo. Anna Halet, uxor Vincentii Desgardins, tam ardenti febri & cancro periculoso juxta fœdoque in partibus renum, ita misere absorbebatur, ut lymphatæ similis redderetur. Ejus paupertate & inopia consideratis, in xenodochium admittitur. Non ita multo post, quia caneri fœditas ceteros infirmos lædebat, monialis quæ infirmorum curæ commissa erat, urgetur illam asportare in annexum xenodochium (discretus est locus a ceteris infirmis) Magister Jodocus Hurlus, Magisterque Alphonsus Leo, uterque medicus Sonegiensis, inter medicos artis medicinæ eximius, mali atrocitate victus, medicamenta malo adhibere recusat, insanabilem morbum asserens, & de ejus curatione penitus desperans. Cum cerneret desperatam a medicis salutem, revocans sibi in animum aurigæ Atheniensis, videlicet Ludovici Grefouille, abhinc uno anno MDCVIII recentem beati Vincentii beneficio curationem, omnem spem & fiduciam suæ curationis itidem in beato Confessore reponens, urgentis morbi remedium exposcit. Itaque voto nuncupato, peregrinam * se vovet, * Ad nos & quotannis circuitum processionis, si quis peregri- casus non obstaret, per se; per alium suo loco, si casus obstaret, peragere devotavit. Nec nam? spes, nec votum irrita fuere, votis emissis rosarium recitat: beatus Vincentius muliebres preces non fefellit: nam repente vulnus, seu cancer contumax obduci cœpit. Ceterum & ad ultimum protinus dolore fugato, infra breve spatium, obducta vulneris cicatrice, ingenti perfusa gaudio, sospes & vegeta exit e xenodochio; decima quinta Junii voti com- F pos domum repetit, cunctis ejus morbi conscriis ingenti admiratione attonitis. Passim lætabunda prædicat expertam S. Vincentii opem, cujus post divinam clementiam beneficio ex tam atroci morbo ad pristinam revocata esset sospitatem. Hoc est elogium prænominatæ Annæ Halet coram D. decano ecclesiæ Sonegiensis, præsente D. thesaurario presbytero, XI die Novembris MDCX. Itidem attestatur V Novembris ejusdem anni Agnes Viellart xenodochii rectrix. Item eodem die prædicti medici affirmarunt morbum esse incurabilem.

8 Iisdem ferme temporibus ædes sacra Sonegiana nobilitatur inclyto ac nobili miraculo. Elisabeth filia Francisci Charlet & Joannæ Coumelet civium Sonegiensium, ætatis suæ viginti duorum annorum, familiam Francisca- nam in suburbano urbis Sonegiensis, ut monachicum indueret habitum, ingressa erat: Interim æthesis * exitialis morbus eam invasit, adeo, pertinaci haud permittente morbo, * phthisis admitti ad religionis votum nequibat. Nihilominus habitum monachalem in eadem familia gestabat, ea mente (ut recedente infirmitate) votum religionis emitteret. Interim ægritudine sensim ingravescente, morti vici-

Elisabeth Charlet a morbo incurabili sospitati redditur;

* voto se obstrinxit

Digitized by Google

A na, oleo extremæ Unctionis linitur. Pro ejus
EX MSS. curatione Bruxellis, Montibus, aliisque finitimis ex locis, vocantur præstantissimi medici; cum nil inexpertum reliquissent, omnia enim experiri infirmitas subigebat, tamen ejus calamitati sua industria præsidium adferre non potuere. Medentium remediis inutiliter tentatis; illa tibiarum, pedumque usu destituta, acerrimis insuper obsita doloribus, miserrimam trahebat vitam, morti quam vitæ similiorem. Ingens fortassis ejus animum timor invaserat, seu maturi exitii, seu perpetuæ infirmitatis. Itaque cum nil opis in humanis studiis reliquum cerneret, ad beati Vincentii auxilium, spei ac fiduciæ plena aspiravit, sibi persuasione non dubia proponens, si conceptum devotionis studium ante beati Confessoris reliquias persolvere posset, & si non illa optatam integram sanitatem, se saltem, soliditatem membrorum consecuturam. Quapropter ausa est cum antistita sociare sermonem, eamque rogare, ut ante beati Confessoris sacras reliquias se deferri permittat; B quod omnibus precibus rogabat, ac omni expetebat voto, sperans fiducia non dubia beati Vincentii preces salubres sibi futuras. Eludebat ex composito postulantis postulatum antistita, in dies procrastinando, eoquod nimia detineretur infirmitate, & eo ferri sine certo vitæ discrimine nequiret. Adventabat solemnitatis beati Confessoris celebranda dies, qua maximo solet mortalium concursu memoria ejusdem celebrari; exoptans sui desiderii religionem ad effectum perduci, adminiculis (cruces vocat) fulta, moniali quoque quadam suppetias ferente, conabatur ingredi, sed ne sic quidem potens corporis erat, instabili vestigio eam fallente. Demum antistita, mutata mente, ejus votivis desideriis ac postulatis annuens, ipso die beati Confessoris XIV Julii ad ecclesiam a duabus puellis in sella statoria deportatur, concomitantibus pone duabus monialibus, sub horam videlicet quartam matutinam, quod optarat, ut prima supplicationem votivam offerret Deo juxta ac B. Vincentio. Quo ut perventum est, sistitur ante Confessoris aram, celebratur res C sacra votiva, inter Missæ sacrificium B. Confessorem obnixe rogat, ut Deo propitiato impetret sibi corporis sospitatem. Nec incassum cecidere preces: consecrationis tempore necdum poterat se dimovere loco, ut autem ad communionis locum perventum est; res mira visu audituque, divina donante misericordia, membrorum, quibus capta erat, usum & vires exemplo sibi redditas sentit. Protinus igitur vigentibus nervis, sola & læta axilivit e sella, sine ullo adminiculo pedibus insistit, submissis genibus, sacrosancto Eucharistiæ expiatur sacramento: sacro epulo sumpto, assurgit, secedit, devotionis tuæ religione peracta, lætabunda per Ecclesiam ambulans per se, varia perlustrat sacella. Postea, per se suis ipsa pedibus ad cœnobium tendit, quo ut pervenit, oratorium ascendit; moniales rei novitate ac stupore attonitis similes, mutua congratulatione functæ, evidentique miraculo motæ, hymnum Te Deum simul decantarunt. Ad ultimum peractis dominorum canonicorum Vesperis, ex cœnobio per se, monialibus binis pone sequentibus, venit ad B. Vincentii templum, relaturæ D grates Deo juxta ac B. Vincentio. Quo clero ac populo crastinoris campanæ pulsu convocatis, hymnus Te Deum alternis choris, cunctis tantæ rei prodigio stupentibus, musice decantatur. Hæc signata sunt & munita sigillo tam capituli quam urbis vigesima prima Julii MDCXVII.

9 Annus MDCXVIII nobilitavit beati Vincentii, insigni ac inclyto prodigio reliquias. Eodem enim anno pestilentia in suburbano Sonegiensi grassari incipiebat, gravioremque minabatur civitati cladem. Igitur domini canonici cum serpere in dies cernerent, sanxerunt communi consilio atque decreto, ad cælestem iram placandam, solennem fieri extra civitatem supplicationem, cum sacro B. Vincentii corpore: ad quam fluxit ingens numerus utriusque sexus, ex variis ac finitimis locis: nec supplicatio in irritum cecidit. Nam votiva supplicatione, summis hominum studiis celebrata, civitas præsens periculum, lue depulsa, evasit. Tum Catharina Havort, puella Bruxellensis sexdecim annorum, apud Franciscanas moniales in suburbano civitatis commensalis, gravi ac incurabili ægritudine obnoxia, a festo S. Martini MDCXVII usque ad vigesimum Junii diem MDCXVIII, lecto affixa, membrorum usu orbata, cordis, lateris, juxta atrocibus capitis molestiis discruciata, miseram agebat vitam. Ad talem infirmitatem accedebat alius non levis dolor: nam singultus molestissimus eam excepit, quo perpetim urgebatur, ut præ nimia doloris acerbitate, spiritus & vox eam deficerent: sed & modicus cibus eam extenuabat, quæ nec intervallo trium mensium panis buccellam appositi gustavit. Dum ejus lectus sternerctur, virium periculum faciebat, an per se ipsa pedibus subsistere posset, sed frustra; semper tamen sospitatis suæ spem in Beato Vincentio reponens, ingens cupido animum ejus stimulabat adeundi sanctum Vincentium; sæpius peroptabat deportari ad ejus limina (undique enim vis mali urgebat) sperans se ejus ope sanitatem reportaturam. Interdum enim aiebat, Jam bene video, numquam me sanitatem adepturam, nisi ad ejus memoriam deferar. Imo hoc ipso die Apostolorum Petri & Pauli, cum intellexisset, in votiva supplicatione debere deponi in sacello Franciscano sacrum beati Confessoris corpus; exorat sororem Franciscam Nieux, ejus curæ deputatam, portari in oratorium, confidentiæ plena, quam in brachium sublatam, ad instar pueri detulit. Nec spes fuit irrita: nam ubi perventum est ad sacellum monialium: cum sacri pignoris portitores intrarent, repente eam vox destituit, & deliquio animi obortu, sensus & vox superexerat exilis, ac exiguus, Recipientem spiritum ac vocem percunctatur nominata monialis Francisca, quomodo jam sese haberet: paullo melius inquit; non multo post, redeunte ac confirmato animo, surgit e sella, suppetias ferente dicta sorore Francisca; per se suis pedibus oratorium non semel tantum circumiit. Ubi suis gradientem pedibus eam soror Francisca cernit; hæc rei novitate obstupefacta, attonita stupentique similis stetit, evidenti deinde miraculo mota, divinas laudes cum ea miscuit; deinde stabili pede ac firmo gradu ex

orato-

A oratorio in facellum descendit, ubi coram altari, positis genibus, reddit grates Deo, beatoque Vincentio, cujus meritis & beneficio omni discrimine defuncta est, atque corporis sanitate potita. Hæc ex informationibus habitis per D. Gabrielem du Chateau decanum, S. theologiæ licentiatum, adhibitis D. Gregorio de Nilines, Joanne Navetio canonicis, ac D. Guilielmo de Hammo curione, & D. Carolo le Poivre, capituli Notario XXIX Junii MDCXVIII.

Octavus. Joanna de Louvreoir.

10 Sacra ædes Sonegiana anno MDCXXIV evidenti ac inclyto miraculo illustratur. Joanna de Louvreoir, e familia Franciscana, in suburbano urbis Sonegiensis, ex honestis natalibus in eadem urbe nata, anno ætatis suæ XXVIII, professionis nono, dum XXVII die Septembris MDCXXIII, ad divinum officium properaret, illico implicatur quopiam humore occulto, in suras delabente. Dum pie ac religiose mentem in preces effunderet, & amplius præ nimio mali acerbitate, pedibus subsistere non posset, petiit & B obtinuit a monialium superiori, (matrem vocant) ibidem præsente, sedendi facultatem. Divino officio adimpleto, quo subeundum erat, haudquaquam potuit, nisi contra parietes manibus se sulciens. A festo D. Francisci jussu superioris scipione sulcitur, usque ad octavum diem sequentem beati Martini festum. Verum cum illa atrocitate mali in dies magis urgeretur, jussa abantistita (commiserationis affectu mota) uritur subalaribus sulcimentis, quibus usa est usque ad Quinquagesimæ Dominicam, quo die nixa iisdem sulcimentis, dum in cellulam conscendere vellet, & aliquot gradus ascendisset, ulterius progredi nequaquam potuit: duæ moniales illi suppetias deferunt ad cellulam reducentes, quæ ex eo tempore a duabus monialibus deferri debuit in gestatoria sella, in qua Confessionis & Eucharistiæ sacramentis expiaretur, eo quod acerbissimis in suris diseruciaretur doloribus, quamvis antistita ad ejus curationem peritissimos advocasset doctores. Insuper multiplici potione medicata nequidquam sumpta, medentium unguentis C juxta ac ceratis membris onerata doloribus, non solum inutiliter adhibitis, verum iis potius pertinax malum aggravabat dolorem, & curatio ad gravius incommodum, quam ad subsidium promior erat. Itaque humani subsidii inops, merita B. Vincentii ad spem valetudinis eam impense accendunt. Quapropter suo confessario supplicat, quatenus suam superiorem roget, ut ad reliquias B. Confessoris se deferri permittat, spe non dubia sibi persuadens, ejus patrocinio sospitati, Deo propitio, fore reddendam. Cujus piis ac votivis postulatis XXVIII Aprilis MDCXXIV superior annuens, eam a duabus ancillis, duabusque monialibus eam pone comitantibus, in sacram Vincentianam ædem sanxit deportari. Quo ut perventum est, sistitur ante altare divi Vincentii; ibi eam hora XV matutina M. Petrus Haillet presbyter præstolabatur votiva celebraturus supplicia. Nec spes, nec votum in irritum cecidere; initio sacræ rei usque ad consecrationis locum, repente ejus crura invasit quædam concussio, non secus ac si medicus plagæ recenti seu mortiferæ medicamen adhiberet. Tempore vero consecrationis corporis Christi, illud impen- D se veneratura connititur in genua procum- EX MSS. bere, sed incassum, beato Vincentio patrocinium differente, quo illustrius fieret. Ut autem ad Communionem ventum est, moniales sui comites rogat, ut opem sibi ferant, quo possit genua humi demittere, quarum adminiculo debuit fulciri genua demittens. Quod cernens prænominatus presbyter, propius accedens, sacrum porrecturus epulum, eam hortans tremulam, his verbis ait: Ostende nunc tuam quam habes in Deum, juxta ac Sanctum ejus [fiduciam.] Mira res dictu, visuque! illa divina quadam vi depulso morbo, magis ac magis vigorem membrorum quibus capta erat, redire sentit; ita ut residuum Missæ, demissis genibus sine ullo adjutore audiverit. Re divina peracta, agnoscens cæleste beneficium, suis ipsa pedibus ovans ac læta se transfert (duabus comitibus nominatæ rei stupore attonitis) inter pilas, reliquias sacras sustinentes; ubi par- E tim pedibus insistens, partim positis humi genibus, circiter mediam horam mansit, graces laudibus miscens, præstolansque medituum, qui valvarum seras thesaurariæ referaret. Sacris reliquiis per eam reverenter salutatis, locuples Dei juxta ac beati Vincentii agnoscens beneficium, suis ipsa pedibus, a duabus monialibus, licet fulta comitibus, grates enixe solutura Deo; Venerabile quoque Sacramentum ingenti religionis cultu adoratura, ad cœnobii facellum redit. Cujus miraculi admiratione superior defixa, tota perfusa gaudio, attonitæ stupentique similis hærens steterit. Tum moniales in oratorio precibus, cælestiumque rerum meditationibus insistentes, ut erant jussæ, hymnum Te Deum, Benedictus, B. Vincentii hymum lætifica voce decantarunt. Quibus peractis, sine ullo adminiculo ovans & admodum læta (ut par erat) sospes & vegeta e facello oratorium ascendit, ut consororibus (super hoc prodigio stupentibus) grates referret, quod preces Deo pro ejus sospitate effudissent, eisque expertam encomiastes prædicaret B. Confessoris opem. His peractis, ad cellulam pergit, ex qua ad divinum F illius diei Officium descendit. Quæ deinceps incolumis & vegeta in dies melius convaluit. Domini vero canonici in consilium evocati, ne ingratitudinis crimen incurrerent, communi decreto, clerum juxta ac populum, campana graviorem edente sonum, ad templum convocari sanxerunt: eoque venit recenter vegetata, omnium oculos convertens in se, una cum consororibus suis binis pone sequentibus, relatura grates Deo ac B. Vincentio: ubi hymnus Te Deum alternis choris decantatur. Hæc ex informationibus habitis per duos seniores canonicos, adhibitis Notario capituli & scriba civitatis, de mandato dominorum de capitulo, ultima Aprilis MDCXXIV.

Maria Sturbois liberatur morbo ischiadis.

11 Annus millesimus sexcentesimus trigesimus primus ædem sacram Sonegianam illustri miraculo celebrem reddidit. Maria (decem annorum nata) filia Georgii Sturbois villici in Nasta, (pagus est prope Sonegias) a festo Paschæ ejusdem anni ischiadis morbo laborans, humore quopiam in inguine, occulte in utrumque genu fluente, tanto dolore erat turgida,

A nec non clamore ferme continuo, præ nimio
ex Mss. excruciatu ita absorbebatur, ut pater ejus commiserationis affectu motus, mœrens e lecto noctu opem filiæ laturus, persæpe coactus surgeret; vis enim morbi contumacis urgebat. Vix ingredi poterat, etiam gressus baculo fulciens, urgente morbo; tanta gravitate morbi implicita, diu super cervicali affixa erat; cum subesset nox, ad lectum, atque loca alia deportari debebat. Cum in dies his calamitatibus magis ac magis conficeretur, Sanctorum patrocinia implorantur; fiuntque variæ peregrinationes: puta ad ædem sacram Marianam Messinæ, gallice Miessenne, in Bertemont, tam prope Montes quam juxta Insulas: ad limina quoque SS. Hylarii & Leonardi, sed illæ incassum cecidere; B. Vincentio sospitatis decus Deo reservante; locis etiam doloribus obsitis, medicamenta nequidquam adhibita. Cum pater puellæ esset Sonegiis in ædibus Andreæ Francque, & de
B morbo, molestiarumque filiæ magnitudine apud eos dolens conquereretur; peropportune uxor dicti Francque de implorando divino auxilio eum monet, necnon confugiat ad B. Vincentium auxilii gratia, eumque ad spem valetudinis accendit, filiamque deferat peregrinam, in solennitate B. Vincentii (quæ celebrabitur, inquit, infra octo dies) ad ejus limina, supplexque imploret opem: simili, inquit, morbo membris affectis, ejus meritis adferuntur remedia, eumque pie imploranti bus multa donantur sanitatis beneficia. His piis adhortationibus auditis, extemplo ingens cupido subiit ejus animum, filium eo deferendi. Votum nuncupat, filiæ sospitatis recuperandæ avidus; voto nuncupato, in dies puella, divina misericordia tribuente, magis convaluit. Negotiis non permittentibus, in solennitate D. Vincentii votum reddere nequit; verum postero die summa mentis de-
C votione, non minori spe ac fiducia Sonegias causa persolvendi preces, & vota, eam post se vehit equo, qua jumento demissa, eam ante beati aram Vincentii manu deducit; ubi submissis genibus, ejus impense implorat opem. Cum suis satisfecisset votis, eam ad hospitium etiam manu conduxit, cui cassis pro signo est apposita. Cum nequiret per se gradus conscendere, denuo a patre delata introducitur. Vixque igni appositæ, subito caput, furasque ingens dolor incessit. Patri apud hospitam confabulanti nuntius lætus affertur, ejus filiam e domo exiisse, per se solam non semel ascendisse ac descendisse gradus. Quo nuntio audito, attonito similis e domo prosiluit: mira res auditu visuque! cernit filiam eminus mercatorum tentoria (civitatis nundinæ erant) intuentem, sciscitanti patri respondet, fugato omnio dolore, receptisque corporis viribus, se esse sanam ac vegetam, B. Vincentio patrocinante. Cujus miraculi fama, per forum volitante, magnaque hominum frequentia puerorumque, puellam per se firmis vestigiis ingredientem circumstantium, ac tali prodigio stupentium erat. D. Gabrielem du Chasteau sacræ paginæ licentiatum, capituli decanum perlonge dignissimum (platea inculta sane ac salebrosa) adit. Pater negotiis peractis filiam plaustro revehit, quæ demissa per domum ovans & læta discurrit, matre (soverca e-
rat) torsque familia mirante, tantæ rei novitate. Vigesimo autem die Julii ejusdem anni pater agnoscens beneficium cælitus datum, conjuge, pastore, aliisque amicis comitatus, acturus gratias Deo beatoque Vincentio benefactori suo Sonegias venit, puella per se sola gradiente. Ubi D. Bonaventura Grislain, pastor meritus in Nasta, supplicia ad altare benefactoris, in gratiarum actionem fecit. Quo die arbitris adhibitis DD. Joanne Lewart, Joanne Navet, Carolo le Poivre canonicis, totius capituli decreto fit totius rei gestæ accuratum examen, per Michaelem de Sainctes, scribam publicum. Dominis in consilium evocatis, consilio super his mature habito, clerum juxta ac populum campana Vincentiana suo crassiori sono in templum convocat. Ubi finitis Vesperis, alternis choris lætifica voce hymnus Te Deum decantatur, præsente recenter sospitati reddita, oculos omnium in admirationem, & in seipsam convertente. *Hæc usque miracula ex Mss. Sonegiensibus accepta, quibus addendum superest id quod supra diximus inter approbata recentissimum, quodque ex gallica Fortii editione, nonnihil contractius, latine reddimus. Sic habet ipse a pag.* 290:

12 Anno MDCXLIII Maria Buterne, uxor Nicolai Desableaux, civis Athensis, diœcesis Cameracensis, mense Majo gravissima infirmitate correpta, ita toto corpore affecta est, ut omni prorsus membrorum usu & motu privaretur, adeo ut nec cibum ori admovere posset; quo in miserrimo statu, immobilis lecto affixa, ad tres aut quatuor hebdomadas perseveravit. Miro & incognito morbo nec medici profuere, nec adhibita quælibet tum natura, tum arte procurata remedia; sicque toto mense cum doloribus conflictata, forte intellexit sacrum S. Vincentii corpus, metu Gallorum, qui per id tempus Binchium, quatuor dumtaxat leucis Sonegiis
F distans, sub duce Anghuiano occupaverant, inde in oppidum suum Athense translatum, in ecclesia parœciali S. Juliani depositum esse. Hinc ægra mulier in Sancti merita sincero affectu piaque intentione fiduciam concipiens, continuo vovit se eo perrecturam; moxque in gravi sua infirmitate solamen sensit non modicum: etenim per domum toto biduo reptare cœpit, soli baculo innixa; verumtamen ad votum adimplendum viribus extenuata destituta, rem differre coacta est, donec pusculum roboris accederet. Id autem non tam prompte, atque ipsa speraverat, successit; elapso enim jam dicto biduo, qui tantillum remiserant cruciatus, ægrotam acrius afflictarunt, præterquam quod manus dextera iis paulo liberior remanserit. Cæterum novis hisce ac durioribus angustiis nequidquam prementibus, ab omni humano remedio abstinuit; tum quod in iis solatii nihil experta esset, tum quod concepta fiducia in S. Vincentium accresceret, in cujus honorem Missam celebrari voluit die Sabbati XXVII Junii: & quamquam lecto moveri omnino nequiret; statim atque ipsi relatum est, Sancti corpus Sonegias reducendum, cum jam hostes Hannoniam deseruissent; nihil morata, in sede portatili ad templum quoquo modo deferri voluit, non sine incredibili defatigatione inter acutissimos dolores; id quod factum est se-

& Maria Buterne paralysi acute insignita

quenti

A ſequenti proxime Dominica, jam dicti menſis die XXVIII; ibique ad ingreſſum chori ſub odæo depoſita eſt. Cœpit illic ingenti tremore toto corpore ſubito concuti, iſque tamdiu tenuit, donec propius ad feretrum promota, ſenſit trepidationem ſubſidere, ſic tamen ut tota frigeſcere pergeret. Poſtquam vero preces fudit, munus obtulit, ac ſacram capſam ſeu lipſanotbecam deoſculata eſt, ut turbæ ſubduceretur, ad ſacellum S. Catharinæ delata, ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, quo potuit pietatis ſenſu, interfuit: atque eccum, mirabili prodigio, nec minus evidenti miraculo, mox omni dolore libera e ſede ſua exiliit, abſque ullius adminiculo progreſſa eſt, domum ſoſpes rediit, ſequentibus iis feminis, quæ ipſam paulo ante ad templum geſtaverant: ac poſt horam eo reverſa, ardentem cereum manu præferens, ſtupente omni populo, feretrum comitata eſt, uſque ad portam Plutimontanam, qua Atho egreſſus patet Montes verſus & Sonegias. Exinde rectiſſime habere perrexit, ſolo ſiniſtro brachio ad quatuor aut quinque dies nonnihil adhuc rigeſcente: at cum Sanctum adeo propitium invocare non deſiſteret, addito etiam voto de peregrinatione Sonegias ſuſcipienda ad XIV Julii, utpote præcipuam ejus ſolennitatem; & brachium ipſum integre reſtitutum, nec ullo deincepa doloris ſenſu afflicta eſt. Inſtantaneam eam tam inſoliti morbi ſanationem, conſultis medicis & theologis miraculoſam declaravit atque adeo S. Vincentii apud Deum meritis & patrocinio adſcribendam Illuſtriſſimus Franciſcus Vander Burch Archiepiſcopus & Dux Cameracenſis, ut conſtat ex ejus literis, ea ſuper re Montibus Hannoniæ datis XV Aprilis MDCXLIV. D EX MSS.

B

DE S. DENTLINO PUERO CONFESS. E

RESÆ IN CLIVIA.

Sygolæ de cultu.

J. B. S.

SEC. VII.

RESS, Rezs, Reſſa, Reſia, Reeſium (*vulgo* Rees) *oppidum eſt inferioris Germaniæ in ducatu Cliviæ, inter Veſaliam & Embricam ad eamdem dexteram Rheni ripam ſitum, Ducl Brandeburgico ſeu hodierno Pruſſiæ regi ſubditum, libero tamen religionis fruens exercitio, ex conventione, quæ in Clivenſibus & Juliacenſibus ditionibus locum obtinet. In ejus oppidi collegiata eccleſia ſingulari veneratione a tempore immemorabili colitur is, de quo hic agimus,* S. Dentlinus *infans ſeu puer*, S. Vincentii, *cujus Acta jam proxime illuſtravimus, filius natu minimus, qui* in albis, *ſeu paulo poſt Chriſtianam regenerationem, aliis* in cunis, *aliis demum ætate ſeptennis mortuus dicitur; ut de vita & geſtis ejus nihil prorſus traditum ſit, aut tradi potuerit;* C *quemadmodum nec origo aut cauſa hactenus ſatis patuit, unde apud Reſenſes, toto ferme Belgio Sonegiis diſſitos, cultum obtinuerit; tametſi certum exiſtimem, reliquias aliquando eo deportatas, non ſolum infantis filii, ſed forte etiam Sanctæ parentis, unde ad hunc diem inter animas illuſtres Juliæ & Cliviæ ita ſcripſit noſter Theoderus Rhey*: Reſſæ in Clivia, publicis Litaniis invocatur B. Dentlinus confeſſor, rarum ac breve teneræ ætatis miraculum, annis non moribus adoleſcens, gratia curationum conſpicuus, ibidem cum ſancto ſuo patre Vincentio comite in æde B. Virginis, quam vivus ardenter coluerat, quieſcens.

Reſæ in Clivia non ſolus S Dentlinus

ſed tota familia deſunt.

2 *Citat Rheyus Faſtos Gelenii; ac nuſquam hic ait, ſacra ipſa corpora Reſæ quieſcere, quamvis utrumque Sanctum colt ibidem fateatur, quod neque ego negaverim: tuto addere poterat, & ſanctæ matris Waldetrudis in eadem eccleſia agi memoriam, uti & ſanctarum ſororum Aldetrudis & Madelbertæ, quarum ibi Vitæ in Mſſ. lectionibus obiter delibantur; non ipſius* S. Dentlini; *ut recte a ſæculo & amplius obſervavit noſter Arnoldus a Boecop, ad Roſweydum de variis Cliviæ Sanctis ſcribens anno* 1621, *ubi inter alia rotunde pronuntiat*; non Vitam S. Dentlini ſeſe mittere *ſed* laudem potius; nam vix quidquam in lectionibus eccleſiæ Reſenſis inveniri potuiſſe, quod vita nominari poſſet. Igitur extendenda fuit, *inquit*, per ramos & radices: & tamquam nobilis aliqua gemma meliori auro veſtiri. *Rectiſſime cenſuit Berceppius; nam in ſchedis omnibus ab ipſo tranſmiſſis, & a majoribus noſtris hactenus ſervatis, ſolum narrantur geſta parentum & ſororum, de quibus jam alibi actum, aut porro agendum; de* S. Dentlino *autem mera texuntur elogia, pro Officio, uti apparet, eccleſiaſtico compoſita. Ex hic paucula in ſpecimen exhibenda cenſuimus, quæ an etiam hodie in eccleſia Reſenſi uſitata ſint, hactenus ignoramus.*

4 *Non diffitebor, habere me præ manibus bina Vitæ, ſic ſaltem vocatur, apographa ſub hoc titulo*: Vita S. Dentlini Patroni eccleſiæ Reſenſis in Clivia; potiſſimum ex lectionibus ejuſdem eccleſiæ collecta. *Ad marginem utrobique inſcite apponitur anno* DCCCL, *quaſi tum* S. Dentlinus *obierit, qui parentem, anno circiter 677 mortuum, prægreſſus eſt. Ex primis narrationis lineis de tota re facies conjecturam*: Vitam S. Dentlini ſcribere operoſum non eſt: ſufficit enim uno verbo dicere, in albis mortuum eſſe, & placentem Deo factum eſſe dilectum, raptumque ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Attamen cum inſignis eccleſia Reſenſis Patronum illum habeat, & ſingulariter præ ceteris colat Sanctis, ſitque gloria filiorum, patres eorum; a parentibus S. Dentlini incipiam, & arborem bonam a radicibus commendabo; a fundamentis ipſum ædificium. *Ducle igitur a Sancto parente exordio, ejus genus, conjugium & liberos ordine enumerat, incipiens a S. Landrico, cujus nominis etymo a Belgico ſeu Saxonico* Landt-ryck, *ſeu terrarum & regionum divite deſumpto, ſic pergit*:

In lectionibus Mſſ. F

4 Poſtremus omnium S. DENTLINUS fuit, ſurculus ſcilicet felicis arboris quaſi D'ENTE, *ibidem vetitari ſolitis,*

A & diminutive D'ENTIEN vel D'ENTLIN, modo
AUCT. cœlo & æternæ vitæ inferendus ramusculus,
J. B. S. qui ut erant ecclesia Resensis, sanctificatus
est antequam natus, atque alios tres, imo
ante ipsos parentes æthereas sedes subiit &
Beatorum gaudia: nam salvifica unda bap-
tismali aspersus, adhuc infans migravit ad
Dominum. Et licet infans fuerit, omnipo-
tenti tamen Deo, qui servos & prophetas
suos aliquando in ipso matris utero sanctifi-
cavit, placuit hunc eligere, in ipsa infantili
ætatis simplicitate gratiæ suæ muneribus
illustrare & glorificare, vagitus infantiæ ejus
mirabiliter commutando, quemadmodum & B
aliorum multorum, in laudem & gloriam
nominis sui; ut de eo illud propheticum regii
recte dici possit, ex ore infantium & lacten-
tium perfecisti laudem propter inimicos tuos,
ut destruas inimicum & ultorem. Qui igitur
olim Jeremiam prophetam, antequam exiret de
matre sanctificavit, qui Joannem Baptistam
spiritu suo afflavit, ut in utero cubili pluf-
quam propheta exultarit &c. *Rem prosequitur*
exemplis Sanctorum Nicolai & Victoris; quibus
S. Dentlinum *aut comparat aut præfert.*

5 Obiit autem, *inquit*, S. Dentlinus XVI
die Mensis Martii, *quod unde acceperit, equi-*
dem non divino, inter Prætermissos ea die relatus
est, sed hunc tamquam ad proprium festum rejec-
tus. Corpus a parentibus honorifice admodum
terræ mandatum est, anima, angelica ope ca-
lestem transmissa. Claruit post obitum multis & va-
riis miraculis, quæ historiæ non intexo, ma-
xime in reparanda corporis integritate & cu-
randis ægrotis. Quibus signis Dominus noster
Jesus Christus, auctor omnis boni, pueri
innocentiam & meram puritatem orbi terra-
rum & posteris egregie manifestavit, ut me-
rito in festo S. Dentlini præcinat Resensis
chorus; Quod peccatum non fecit, nec in-
ventus sit dolus in ore ejus; quod oculi ejus
non viderint vanitatem, nec pedes ejus in
via peccatorum steterint; quod cum mulie-
ribus coinquinatus non sit, sed virgo virgi-
nibus adjunctus &c. *Subdit porro S. Vincen-*
tium sanctitate & vaticinii filioli sui morum, at-
que angelica apparitione per somnium monitum,
ad sanctiorem vitam se transtulisse, constructo-
C *que Altimontensi monasterio, ibidem monachum*
induisse, ac pluribus ad ejus Acta explicatum
est. Sequitur:

6 Corpusculum S. Dentlini, an' post obi-
tum S. Vincentii [incertum est] cum solem-
ni pompa & debitis cæremoniis ad Sonegien-
se monasterium translatum est, & tandem
juxta reliquias progenitoris sui Madelgarii in
loculo, auri atque argenti radiis ac laminis
& pretiosis gemmis eleganter variegato, in
pace depositum. Aliquot tamen reliquiæ S.
Dentlini in templo Resensi sunt in ducatu
Clivia, quod anno Christi MXL a S. Irm-
garde, filia Comitis Zutphaniæ ad honorem
Genitricis Dei Mariæ magnis impensis ex-
structum est; an autem eo ab eadem illustri
virgine sint delatæ, incertum habeo, aut ve-
risimile tantum. Hoc clarum est, quod col-
legium Resense, & tota ibi ecclesia S. Dent-
linum singulariter colat, & Patronum habeat
eximium, vocetque illum honorifice semper
Patronum suum gloriosum, & duodecim mi-
nistrum lectionibus festum celebret, quas ita
concludit: Supplicemus igitur & precemur D
beatum Dentlinum, qui nobis datus a Deo
Patronus, ut in cœlo pro nobis miseris, in
hac valle miseriæ constitutis, jugiter inter-
cedat. A latere summi altaris dextro, in ipsis
reliquiarii valvis S. Dentlinus ibidem pictus
est cum hoc infrascripto carmine, quo id
quod dixi breviter confirmatur:

Orbi Dentlinum Waltrudis protulit almum,
Ac Comes Hannoniæ Vincentius est genitor-
que,
Quem Reiis vult fæno patronum cum Cy-
riaco.

7 Mater S. Dentlini Waldetrudis hunc s. reliquit
sanctum claudat, *verba sunt ejusdem scriptoris,* ad patrem
qui dein vitam SS. virginum sororum Aldetru- &c. ipe-
dis & Madelbertæ subjungit. Ejusdem fermè styli Hautibus.
& ordinis sunt Lectiones ipsæ, quarum hic stru-
ctus: Lectiones B. Vincentii confessoris, pa-
tris S. Dentlini. *Tum vero:* De S. Dentlino
ecclesiæ Resensis Patrono, ejusque sanctis
parentibus Lectiones ex probatis auctoribus
collectæ. *Harum vero* 1, 2, 3 *&* 4, *ad pa-*
rentes, sorores & fratrem spectant, ubi in 5 *sic*
demum legitur: Parentibus & propinquis tam
illustribus & sanctis honore consimili divinæ
dignationis æquatur S. Dentlinus, revera reli-
giosorum parentum religiosus filius, sanctæ ra-
dicis sanctus est ramus. Non degener esse pote-
rat, quem sic domesticis exemplis fidei & vir-
tutis conspicua & edidit & provocavit ad vitam
cælestem familiæ dignitas & generosa nobilitas.
Hujusmodi sunt cæteraomnia in aliis sex Lectio-
nes divisa, locis Scripturæ & exemplis confirmata,
quibus describendis ne nauseam parium,
sufficiet exhibere elogium Molani in Natalibus,
in quo tota rei medulla brevius contracta est, a
Miræo de Collegiis Canonicorum cap. 48 *fermè*
descripta, ex qua intelliges, incerta esse omnia
quæ præter cultum de Sancto circumferuntur.

8 *Sic igitur Molanus:* Natæ in Clivia, filii Molani
sti Dentlini confessoris. Is filius jam dicti S. elogium.
Vincentii Comitis Hannoniæ & sanctæ Wal- F
detrudis, fertur puer septem annorum in al-
bis mortuus. Cujus natalis nusquam, quod
sciam, apud Hannones celebratur. Catholicæ
tamen S. Waldetrudis invocant eum in Li-
taniis. Sed longe celebrior est apud canó-
nicos Resensis oppidi in Clivia, qui annuè
eum celebrant ad diem decimam quartam Ju-
lii: & hebdomadatim feriis secundis & quar-
tis non impeditis. Embricæ præterea paro-
chia S. Aldegundis celebrat eum in choro
die decima sexta Martii. Porro matutinæ
lectiones cleri Resensis meritis ejus occul-
tis Dei judiciis committunt, & magis ver-
santur in laude parentum. Sequentia tamen
inde desumpta ipsum concernunt. Postremo
vero genuit S. Vincentius S. Dentlinum,
patronum nostrum gloriosum: qui in Chri-
sto renatus, infans migravit ad Dominum;
ut de eo impleretur sermo Dominicus, Sinite
parvulos venire ad me.... Sepultus est autem
S. Dentlinus in cœnobio Sonegiensi juxta bea-
tum Vincentium genitorem suum in loculo
auro & argento ac lapidibus pretiosis inter-
to. Quod cœnobium ipse sanctus Vincen-
tius eleganti satis construxit opere, & sti-
pendiis ac possessionibus magnifice exor-
navit. Hæc Resenses, *quorum ministerium par-*
tim supra delimui.

9 Ar-

A 9 Arbitror autem, *subdit Molanus*, beatum Dentlinum in simplici illo sæculo non habuisse tam pretiosum locellum sub terra. Quare per sepulturam, quærem intelligo in fœtetro: quamquam sciunt, tunc quibusdam in purpura sepultos esse. Unde autem Reetensibus patronus obtigerit, & an ejus reliquias habeant, præsentes canonici, quia ignorant, affirmare non possunt, nisi theeas reliquiarum diligentius perlustrent. *Hinc amplioris elucidationis gratia Resam ego recurrendum putavi per nostros Patres Embricenses, missis eo variis quæstionibus, quas hic enumerare operæ pretium non est. Id tamen erutre potui, superesse hactenus memoratas jam lectiones Mss., viz amplius legibiles, quæ tamen in ipso hodierno festo recitari solent. De reliquiis altius fœtidum; uti & de cultus origine & causa, quam eo demum pio verosimilem conjecturam reducere licuit, quod, ut superius in Commentario & proxime in annot. pag. 682. lin.* C *ex hodierno Soncgiensi ecclesiæ Decano Lambertho insinuavimus, S. Dentlini, & fortasse simul Sancti parentis ac fratris Landrici sacra atque reliquiæ, occasione geminati miraculi in Pelpen (Peleppe) patrati, ibidem primum depositæ fuerint, ac ob varias causas, modo ignoratas, Resam postmodum deportatæ, atque in templo depositæ, solennem cultum hactenus obtinuerint, tametsi tempus & occasio translationis ex posterorum memoria penitus exciderint: porro reliquiæ ipsæ sæculo sexto decimo iconomachis, cum aliis aut dispersæ, aut commixtæ, aut forte veluti oblitteratæ sint. Melius nos docebit, qui potest: id nobis reliquum est, ut sacras fusius consulamus, quid de Dentlino referant, explaturi.*

Quonam cultus Resensis occasio esse potuerit.

10 *In antiquioribus Martyrologiis nulla sancti infantis reperitur memoria: omnium prima, quantum licet colligere, verbo unico inserta videtur Floraria Sanctorum Ms., quam non multis extendit editio Lubeco-Col. his terminis:* In territorio Clivensi civitate Reesa, depositio sancti Dentlini pueri. *Sequitur Grevenus:* In territorio Clivensi, civitate Reesa, sancti Dentlini pueri septem annorum & confessoris, *ex quo Canisius; atque item Molanus qui in prima Usuardi editione notulam rectius hoc die posuisse videtur, quam in aliis ad* XVI *Martii. Refert autem Grevenus verba quibus solum adjecit, non tamen canonizati, quæ plurimis aliis Sanctis aptari possunt. Est & apud Gelenium inter Canonicos regulares & Ferrarium, sed fusius apud Saussaium, cujus encomium ad jam superius dicta sorigendum est. Sic habet in Supplemento pag.* 1145: Reesæ in Clivia, sancti Dentlini confessoris, sancti Vincentii, de quo supra, filii, qui septennis jam miraculis fulgens, migravit ad cælestis aulæ, cujus candidatus erat, felicitatem. *Hæc quidem tolerari possunt; non item sequentia:* Corpus ejus Reesæ, ubi sepultum est, radiat & colitur, nomenque ejus in Hannonia publice in Litaniis invocatur. *Intelligo apud Montenses S. Waldetrudis nobiles canonicas.*

Unde in Martilogio mendose.

E

AUCT. J. B. S.

DE S. RAGENUFLA VIRGINE, J.B.S.

AIICURIÆ IN GALLO-BRABANTIA BELGII.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ 1. Sanctæ natales, genus, ætas, cultus.

F

SÆC. VII *Vir perillustris, eruditione clarissimus, & dum viveret, nobis amicus D. Jacobus Baro le Roy, in sua Gallo-Brabantiæ Topographia, editu anno* 1693, *lib.* 6, *cap.* 1 *agens de præfectura diestensi, ex Molano, Miræo, Grammaye & aliis nonnulla delibat, tum ad* S. Ragenuftam *tum ad capitulum, cujus ut patronæ colitur, spectantia; ad Parochiæ hujus & successorum cetera ministeria, paulo altius disquirendo* quando perveneriut ad historiam vitæ S. Ragenuffæ. *Spartam, quam nactus est, ornare* C *hactenus, jubens amplius, quamquam historiæ afferatur ex rarum genere, de quibus sæpe queri cogimur; imperite passim, & multis post vos gestas sæculis compilatus, verbis inuitis patrios dicere, vagus præsepe contexere, quæ ad rectum temporum rationem agerimus revocari queunt. Et hodierna Elegiada post paulo agendum erit; hic ab ipso loco incipimus, quem obscurius designavit Petrus Divæus Rerum Brabanticarum lib.* 2. *cap.* 6. Est, *inquit*, inter Romandous vicus insignis Eincuriæ, D. Reginulfæ corpore ac miraculis clarus, ubi patrem ejus Adonem, virum in palatio Francorum nobilissimum habitasse, ac loco nomen dedisse, ut Adonis curia diceretur, opinatur. Meminit Reginulfæ Sigebertus in gestis anni DCXLIII. *Hæc ut clarius intelligantur, sic rem explico:*

Locus a Divæo satis obscure notatus.

2 *Brabantiam, uti & Flandriam in partes potissimum duas, ab eo semper quo incolæ sermone utuntur, dividi solere, vulgo hic notissimum est; sic Brabanti & Flandri simpliciter vocantur, quibus in usu est lingua Flandrica seu Brabantica, quæ eadem est, sola modica dialecto distincta: ubi vero usitata est lingua Gallica, ii Gallo-Brabanti, & Gallo-Flandri; receptiore & communiori vocabulo Gallo-Belgæ appellantur. In ea parte quæ Gallo-Brabantia dicitur, Lovanium inter & Mastricum, pari fere arcuum circiter quatuor distantiæ finis ab pago Incuriæ, ab eo dicta* Aiicuria, Aincuria *seu* Aincuria, *vel, ut alii volunt, ab Abbate* Adonicuria, *vel* Adonicurtis, *unde olim* Aioncourt *&c. In vetustis monumentis aucti monasterium non invenio, civitatis jure, & variis libertatibus olim gavisum; hodie civitatum caput territorii, præfecturæ, seu balivatus (vulgo* Meyerie *) ab ipso Ao denominati, atque in spiritualibus, cum Remremont, Longueville & Opprebray sit confundum, ut diffitium particularem fecit, aut Leodiensi aut Remiremensi diœcesi proprie subjectum, sed sub particulari archidiacono; unde posteriorius ipsis quatuor jura inita Gallica appellatio multius, quam hic Latine reddere debeo segreges, ut qui a communi jurisdictione quodammodo segregati sint. Pagum continebat a salubritate aëris, cum superius*

R. D.

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S. *R. D. Gilfoux, Ibidem pastor duorum supra octoginta annorum senex adhucdum vegetus, cum & ipse, & ejus decessor jubilæum pastoratus celebraverunt, rare sane exemplo.*

Ibi nata est Virgo ex Aio & Alia

3 *In Aliscuria, hic a nobis descripta, quam Grammaeus, mere suo, variis aliis titulis mirifice exornavit, natam oportet, educatam, sanctitate floruisse, sepultam esse, ac constanti celebrique a saculis veneratione cultam* S. Ragenuſſam, Reginuſſam *seu* Reginulfum, *Belgice* Rainoſſe & Renoſele, *quæ in lucem edita sit tempore Dagoberti regis, florentissimo in Belgica Sanctorum sæculo, nempe Christi septimo, quo multæ Sanctæ feminæ beato Pippino seniori, cognomento Landensi, aut vere & proxime sanguine junctæ fuere, ut filiæ ejus Gertrudis & Begga, aut saltem ex ejus consanguinitate ortæ dicuntur, ut Landrada, binæ Amalbergæ virgo & vidua, aliæque plures. Ex eodem iste genere ortum memorant Aium, aut saltem*

B *Aiam ejus conjugem, S. Ragenuſſæ parentes, Legendæ scriptore viam præmonstrante, dum eam de stirpe Carolidarum genitam asserit, & S. Gertrudi cognatam, de qua re controversiam movere non libet. Facile equidem admiserim, alterutrum Sanctæ parentem aliquo consanguinitatis gradu B. Pippinum attigisse, natamque ipsam eo loci fuisse in villa Brembasia, dictumque a patris nomine pagum* Aiicuriam, *seu* Aiicurtem, *quasi Aii dominium seu palatium aut prætorium, quod regnante Dagoberto ibi incoluerit.*

regnante Dagoberto, ex eius variis epochis

4 *Ætatem hic nomino, multis, ut dicebam, Sanctis celebrem ac passim in Legendis notatam, quam Actorum scriptor in ipso principio ita depinxit, ut quid velit, divinando prope assequi oporteat. Audi ipsum:* Tempore quo inclytus rex Francorum Dagobertus agebat in sceptris, Lodomiro & Sigeberto filiis ad regnum vel laboris consortium ascitis, orta est in partibus Hasbaniæ, in villa nomine Brumbasia, inclyta virgo Christi Ragenuſſa. *Non una hic bona viri hallucinatio; nam pro* Lodomiro, *Ignoto plane nomine, legere debuit* Clodovæo, *qui ad regnum a patre Dagoberto adscitus numquam fuit, sed ab eo moriente relictus sub regimine Nantildis matris; ut de solo Sigeberto verum sit, quod vivente patre in laboris consortium assumptus fuerit. Demus saltem scriptori, natam esse* S. Ragenuſſam *postquam Sigebertus regni Austrasiæ habenas susceperit: sive*

C *ad factum volueris anno 632 ut ii statuere debent qui Dagoberti obitum innectunt anno 638, sive circa annum ipsum 638, ut nos facillime admittemus, qui non semel supposuimus Dagobertum ad annum 644 supervixisse, in utraque hypothesi evertenda prorsus communis & recepta opinio, quod* S. Ragenuſſa *mortua sit anno 643.*

de tota ipsius ætate statuendum est;

5 *Sequamur tantisper priorem sententiam, nempe quod Dagobertus regno & vita cesserit anno 638, cum annis sex ante obitum patris Austrasiæ regnum obtinuerit Sigebertus, adeoque anno ut minimum 632; dicendum erit, natum esse Sanctum anno circiter 633, vel 634. Ex eadem Legenda admittamus, Virginem a teneris annis sanctitate claram fuisse, fugisse in silvas ad evitandum Ebroini alicujus conjugium; tunc vero orationem ab ea ad Deum fusam, ut quam citissime cœlesti suo sponso conjungeretur; secutam demum proxime felicissimam mortem. Hæc, inquam, omnia admittamus; certe ad Dagoberti tempora obitus ejus revocari non poterit, quantumvis adolescens mortua supponatur; neque adeo ante 644, multo minus ante 638 vivere desierit: id tamen verum erit, quod Chronico Sigeberti sive inscriptum sive adscriptum est ad*

A *annum 643:* Virgo Christi Reginulfa sanctitate claret in Gallia. *Fierunt sane, vivo etiamnum in altera opinione Dagoberto, id solum consequens erit, tunc temporis eam vixisse; at nihil prohibebit vitam ejus ad plures post annum 643 annos producere, tametsi quis contenderet, annum ætatis vigesimum non superasse, id quod ex Legendæ sensu deducendum videtur.*

quæ certo claruisse videtur an. 643.

6 *Et vero annis aliquot post dictum 643 supervixisse sanctam Virginem, omnino sensisse oportet Legendæ scriptorem, si quid dicere voluit per inductionem Sanctorum, quos Sanctæ synchronos statuit, utpote quorum ipsa vestigiis quodammodo insteterit, atque eos inter S. Gertrudem nominatim appellat; quæ sane* S. Ragenuſſæ *prælucere non potuit, si hæc anno 643 mortua sit. S. Gertrudem natam alibi statuimus anno 631, ut etiam in prima hypothesi annis saltem aliquot* S. Ragenuſſa *senior fuerit, circa annum 650 sæcularibus*

Ratio est eius in Martiliis memoriæ

exuta, & sub Idaberga, seu Ita matrem viam perfectionis ingressa, quam proinde Virgo nostra ducem habere potuerit in servando virginitatis proposito: quo plane respexit Molanus in Natalibus, dum in brevi Sanctæ elogio asserit, in eodem propositio E prævias cognatas suas Aldegundem & Gertrudem sequi voluisse; *quod Baronii le Roy eo solum displicuit, quod supponeret cum communiori opinione, S.* Ragenuſſam *obiisse anno jam sæpe dicto 643. Verum cum is rem omnem nobis accuratius discutiendam commiserit, vel solius Legendæ qualicumque auctoritate moveretur ad sentiendum nobiscum, Sanctam, quæ de agimus, ultra annum 650, quidni usque ad 653 vitam protraxisse.*

7 *Hactenus de ætate dicta sufficiant, in quibus nihil video, quod cum ejus temporis historia non recte cohæreat, quamquam nec talia sint, ut indubitata fide nitantur: neque vero de cultu ejus, utut in Aiicuria vetustissimo, antiqua adeo sunt in Martyrologiis testimonia, inter quæ primum reperio Florarium Sanctorum Ms., in quo hoc dicta habetur:* In Aycuria in Brabantia Gallicana, depositio S. Ragenulphæ Virginis de stirpe Carolidarum. Hæc carnale connubium spernens, & Christi contubernale jugum toto corde amplectens, ab ipso est per angelum, in magna claritate sibi apparentem, ad cœlestes nuptias invitata. *Hinc prorsus dubio accepit Molanus, ex hoc Canisius, Miræus, Fer-*

F *rarius, Ghinius, Saussayus, Arturus, Fisenus, & Castellanus. Unum pro omnibus sit Saussayi elogium:* Eodem die in Hasbania migravit ad Christum S. Ragenuſſa virgo, quæ inclyta stirpe progenita, a tenera ætate Christi succensa amore, eidem intemeratum suæ virginitatis florem consecravit. Cumque Ebroinus adolescens nobilis eam ad connubium postularet, & parentes renuentem urgerent, instante die nuptiarum, una cum ancillula ad vicini nemoris latibula confugit: moxque a sponso cœlesti vocata, ad angelorum consortium, quorum puritatem studuerat imitari, feliciter avolavit. Cujus sanctitatem plurimis miraculis Deus testatus est; ob quorum splendorem ædificata est ad ejus sepulcrum a propriis ejus parentibus ecclesia, in qua per longa temporum curricula, editis ad ejus preces opitulationum beneficiis, merita ejus pretiosa refulserunt.

usque in Propria Namurcens.

8 *Constantem cultum obtinet per totam dioecesim Namurcensem, in cujus Litaniis majoribus cum aliis*

Digitized by Google

A *aliis Sanctis patronis invocatur, & locum habet in propriis Officiis, ab Illustrissimo episcopo Joanne Davvin an. 1619 editis, ubi in Kalendario hac die post S. Bonaventuram ponitur*; Et commemoratio S. Ragenuffæ virginis; *in ipso autem ordine*; Pro S. Ragenuffa, lectio IX, *quam hic etiam describendam censuimus ne eadem sæpius ex Molano, Miræo aut aliis repetenda sint. Sic habet prædicta lectio:* Ragenuffa viro nobilibus & copiosis parentibus in Hasbania orta, a tenera ætate senilia exequebatur opera. Quam cum Ebroinus adolescens ad connubium postularet, & parentes nolentem urgerent, instante die nuptiarum cum una ancillula ad vicinæ silvæ latibula confugit. Paulo post a Christo sponso suo vocata, quæ angelorum studuerat vitam imitari, eorumdem ministerio subducta est ad paradisum cælestem. Mox parentes, omnibus cognitis, ejus corpus honeste sepelierunt, & processu temporis, super cumbam ipsius ecclesiam sumptibus propriis ædificaverunt, quibus, miraculisque pluri-

B mis Deus sanctitatem suæ sponsæ testatam voluit. *Habes hic paucis omnia quæ de S. Ragenuffa multo verbosius in Legenda memorantur, atque ex ea in Officio proprio Alicurtensi, quo eodem utuntur canonici ad S. Jacobi Lovanii, unde ipsum descriptum accepimus, & ex quo hic nonnulla decerpenda sunt.*

9 *Titulum præfert*, XIV Julii, Officium S. Ragenuffæ virginis patronæ capituli S. Jacobi. *Manuscriptum nostrum paginas viginti duas in forma quarta continet, charactere non multum presso, antiphonis, responsoriis aliisque hujusmodi distinctum, divisumque per integram Octavam, sic ut in ipso solennitatis festo recitentur in secundo nocturno, lectiones tres de Sancta; postridie* XV *fit de divisione Apostolorum*, XVI *de S. Bonaventura, Officio in eum diem ibi translato*; XVII *de S. Alexio confessore*; XVIII *fit iterum de Sancta, habenturque tres aliæ lectiones*; *item* XIX *tres aliæ*; XX *colitur S. Margarita Officio duplici*; *demum Octava die seu* XXI *Julii occurrunt tres ultimæ lectiones propriæ, ut proinde universim sint lectiones duodecim, quæ totam ipsam Legendam, si non*

C *iisdem prorsus verbis, saltem sensu, excepto solo prologo, ad finem usque decurrunt, adjecta ad calcem clausula, inferius examinanda, de gente barbara continuo in Gallias irruente, quæ causa fuerit*, canonicorum collegium inde transferendi Lovanium, *anno nempe* MCCCCLIV: *item de fonte* S. Ragenuffæ, *ex quo* hydropici & alii languidi permulti sæpius remedium acceperunt. *Sequitur Missa etiam propria sub Introitu* Gaudeamus omnes *&c.*

antiquior in Officio particulari Alicurtensi.

10 *Non video operæ pretium esse singula propria ex eo Officio hic describere; sufficient pauca specimina ut ex iis cætera colligantur. Ad Vesperas & Laudes antiphona prima est*, Floxens ætate primæva Christi virgo Ragenuffa ut flos campi enituit claris orta parentibus. *Ad Magnificat in primis Vesperis*: Magnificet Ecclesia te beata Ragenuffa, quæ in Deo salutari refugium inveniſti, victrix mundi virgo Christi. *Invitatorium*: Jubilemus Deo nostro: qui beatam Ragenuffam introduxit in requiem sanctam. *Primi nocturni antiphona prima sic sonat*: In gloria & honore beatæ Ragenuffæ perfeciſti laudem Domine Deus noster: *sic porro responsorium*: Sanctæ virginis Ragenuffæ solennia devote celebret Ecclesia, quæ sæculum deseruit: Et Christum sequi meruit. Abnegavit semetipsam, & tulit crucem suam. Et Christum. *Eadem est Oratio seu collecta, tum in Officio tum in Missa*: Propitiare quæsumus, Domine, nobis indignis famulis tuis, per sanctæ Ragenuffæ virginis tuæ merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus protegamur adversis. Per Dominum. *Hæc de solenni festivitate olim duana in Alicuria & Lovanii in templo S. Jacobi.*

cujus specimina aliqua subjiciuntur;

D AUCT. J. B. S.

11 *Porro in hac ecclesia admissam non ita pridem mutationem aliquam mihi significaverat laudandus infra P. Helvaet, indicando, modernum istic Officium typis excusum esse. Rogavi itaque, ut quemadmodum vetus Ms., a se transumptum, sua-*

mi & quæ ad S. Jacobi Lovanii mutata

sit, ad me misereat, sic & recentioris istius mihi copiam faceret. Præstitit id non segniter, ut proinde utcumque conferre liceat. Adverti continuo, totam reformationem in eo unice consistere, quod hodierno inserta sint bina Officia nova, quæ prius in ea ecclesia infra S. Ragenuffæ *festivum octiduum non celebrabantur. Itaque* XVI *Julii fit de commemoratione solennitatis S. M. V. de Monte Carmelo*; XVIII *autem de S. Bonaventura, &* XIX *de S. Henrico, ut necesse fuerit omittere lectiones, quæ* XVIII *&* XIX *ex Sanctæ Legenda recitabantur, atque adeo solum superfint hodie tres lectiones secundi nocturni in ipso festo, & tres in ejus Octava. Hæc vero non nisi a decennio circiter introducta esse, testatus est R. Adm. D. Franciscus Ludovicus Decus collegii Tellinguis præses, & ad S. Jacobi canonicus. Ceterum quæ propria erant in Ms. circa antiphonas, capitula, responsoria &c. eadem in reformato servata sunt, uti & Missa particularis, de qua nuperrime meminimus. Utantur ne Alicurienses & vicini pagi supra nominati antiquo ritu Ms., an impresso Lovaniensi, parum interest pluribus investigare: nunc ad ea procedimus, quæ de reliquiis, miraculis, fonte, capitulo Lovaniensi, & Actis ipsis illustranda supersunt.*

E

F

§ II. Reliquiæ S. Ragenuffæ, miracula, fons ejus, collegium Canonicorum inde Lovanium translatum, Acta quæ hic dantur.

Quod Alicuriæ servari supponunt sacrum corpus;

SAcrum sanctæ Virginis corpus Alicuriæ a parentibus depositum, ecclesiamque superædificatam, tradunt omnes, atque adeo venerationem ex eo circiter tempore subsecutam, non videtur in dubium revocari posse: ibidem adhuc superesse sacras ipsas exuvias existimavit noster Bartholomæus Flosen, dum in Floribus ecclesiæ Leodiensis, anno 1647 editis, narrato parentum dolore ob properatam filiæ mortem, violentiæ intentatæ pœnitentia ductos, ea Vitæ memorat, tum quidem exanime corpus sepelivisse pro dignitate, & eidem sacrum postea superstruxisse, tum vero ita pergit: Deus vero quo suum in castissimam sponsam amorem palam faceret, eodem loco prodigia dimissime perpetravit. Alicuriæ servatur colituraque sanctæ Virginis sacrum corpus; & ejus nomen fons retinet, e quo potata aqua hydropem aliosque morbos pellit. Pridie porro supplicationis anniversaria ipsis festis Pentecostes, sacrum feretrum ad fontem incolæ deferunt, ut aquas ejus contactu veluti consecrent, & suffraganeæ beata Ragenuffa, curandis morbis

bis

A bis vis major addatur. Canonicorum autem collegium, in ejus honorem Aiicuriæ conditum, Lovanium ad S. Jacobi jam inde ab anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto tranſlatum eſt. *Hæc Piſcnus; quæ paulo fuſius explicata ſufficientem dabunt alteri huic paragrapho materiam.*

AUCT. J. B. S.

13 *A jam dicto ſacro corpore incipimus, quod Aiicuriæ hodiedum ſupereſſe, non ſolus Piſcnus exiſtimavit; quemadmodum ab aliis traditum eſt, in S. Jacobi Lovanii pretioſar S. Ragenufiæ reliquias, tamquam ejus eccleſiæ capituli fundatricis magno in honore haberi. Verum adhibita paulo diligentiori cura pluſculum lucis noſtris ſum, eam procurante noſtro P. Joanne Baptiſta Halvoet, benevolentia R. P. Jacobi van Eyl, Collegii Lovanienſis Rectoris, qui dicto Patri poteſtatem fecit omnia diſquirendi etiam in Aiicuria, unde notitias plures collegit rei noſtræ opportunas. Ex ejus igitur & R. D. Giſſoux, paſtoris Aiicurienſis ad propoſita mea dubia reſponſis nonnulla elucidari hic poterunt, quæ ab aliis non ſatis examinata fuiſſe, manifeſte patebit: atque hic erit ad Piſcni textum* B *quodammodo commentarius. Præmitto obiter, Chapeavillum operis ſui de Pontificibus Leodienſibus tomo 1, pag. 83 ſub finem, adducere ex codice Hariæi Aureævallis annotationem marginalem ſub his verbis:* Anno Domini DCXLIV virgo Chriſti Reginulpha ſanctitate claret in Gallia, & eſt ſepulta in eccleſia B. Petri, quæ a nomine ſuorum parentum Ayi & Ayæ denominatur Ayona curia in diœceſi Tungrenſi

ex veteribus certaminibusque multis,

14 *De unius anni diſcrimine me non laboraturum, jam ſatis dixi: ad rem noſtram ſufficit, ſepulta iſtic fuiſſe* S. Ragenufiam, *poſtmodum debite elevatam, cultam, & miraculis claram effulſiſſe: id bodie non recte dicitur,* Aiicuriæ ſervari, colique ſanctæ Virginis ſacrum corpus: *nam, teſte laudato D. Giſſoux, nihil iſtic ſupereſt præter partem aliquam maxillæ, thecæ oblongæ inclusum, altitudinis altero tanto majoris, quam hic æri inciſa exhibitur ex delineatione noſtri P. Ferdinandi Picart, qui eam P. Holvoet omnia coram perluſtravit. Atque ea particula totus bodiernus Aiicurienſium theſaurus eſt, grandiori capſa, qua corpus verecundabatur, flammis abſumpta. Audi ipſa relatoris verba. Templum in quo feretrum illud, de quo meminerunt ſcriptores, una* C *cum corpore aut oſſibus* S. Ragenufiæ *ſervabatur, anno, ut aiunt,* 1599, *hæreticorum, aut facinoroſorum hominum, Regi ſuo rebellium, fuvere flammis exuſtum fuit; unde ſimul & feretrum & ſacra lipſana periere, una excepta maxillæ particula, quæ thecæ villoris pretii, ex ære vel cupro confectæ, ad eam, quam ſocius meus delineavit, formam poſt fuit incluſa. Cetera quæ de bodierno templo, altari* S. Ragenufiæ, *parentumque ejus ſepultura adjiciuntur, abs re noſtra minime aliena ſunt.*

exuſtat, cum templo combuſtum anno 1599, ſervata ſolum maxillæ parte.

15 *Reſtauratum a jam dicto incendio templum, prout bodie conſpicitur, habita loci ratione non inelegans, vetere tametſi anguſtius, ſpeciem crucis exhibet, turri in ipſo navis medio aſſurgente. Ara princeps S. Petro Apoſtolo, primo utique templi patrono, conſecrata eſt; dextrum latus occupat ea quæ* S. Ragenufiæ *nomini inſcribitur: cujus pictura oculis offert ſanctam Virginem baculo innixam per ſilvas incedentem. Inde haud procul, in interiore tamen receſſu quoniam, ante parvum aliud altare, conſpicere licet binos lapides ſepulcrales, figura quadrata unius circiter pedis, paſſu uno a ſe hinc inde diſtantes, quibus nomina Ayi* D *& Ayæ, qui paſſim* S. Ragenufiæ *parentes exſtitiſſe perhibentur, ac ſubtus vulgo creduntur fuiſſe inhumati, litteris ſatis rudibus inſcripta ſunt. Haudquaquam tamen ſit verſimile, lapides iſtos, ab eo, quo ſepulti iſtic exiſtimantur tempore, ad hæc uſque noſtra permanſiſſe. Credi facilius poſt, eos multis poſt ſeculis ex traditione populi, quod ibi tumulati eſſent, ſepulcris illis, quæ ex ipſe pedum impreſſione concamerata eſſe ſentiuntur, impoſita fuiſſe. Lapidum forma & rudiores characteres* AYUS & AYA *ex jam dictis ſatis intelligentur, ut talia in æs incidere, operæ pretium non ſit.*

Templi a veteri ſtatu

16 *Addidit in epiſtola ſua R. D. Paſtor, de prioris templi magnitudine conjecturam fieri poſſe ex ruderibus etiamnum exſtantibus: porro altaria, ſeu capellas, ut vocant, multas ibidem olim fuiſſe, id vero ex variis earum nominibus, quorum in vetuſtis tabulis aut earum fragmentis reperitur mentio, facile intelligi. Appellat ipſe nominatim aras ſeu ſacella S. Michaelis, S. Petri parvi martyris, S. Nicolai, S. Catharinæ, S. Thomæ, S. Joannis Baptiſtæ &c. Sed horum, inquit, ſola hic memoria; fundis ſeu reditibus, ad ea pertinentibus Lovanium tranſlatis cum canonicorum collegio,* E *de quo inferius nonnulla annotabimus. Et ea quidem ſatis certa ſunt: non item, quod in eadem epiſtola aſſerit aut ſuppoſuit, tranſmigrantes canonicos reliquias etiam* S. Ragenufiæ *ad S. Jacobi deportaſſe, quas, utpote ſacras patronæ ſuæ exuvias, ibi quoque venerarentur. Quod ſi factum tunc eſt, ſacra ea lipſana incredidiſſe oportet, nam qui propius omnia Lovanii æque atque Aiicuriæ explorarit Holvoetius, in templo S. Jacobi nihil invenit præter ligneam aliquam Sanctæ imaginem, picturamque, quæ ipſam, quemadmodum & Aiicuriæ repræſentat baculo incedentem, ſeu in ſilvas, vitandarum nuptiarum gratia, fugientem. An locis aliis reperiantur* S. Ragenufiæ *reliquiæ, tametſi ſolicite inquiſierim, reſcire hactenus non potui.*

a veteriore differentia.

Celebris fontis anniverſaria ceremonia

17 *Vera ſunt quæ de fonte narrat Piſcnus, a R. D. Paſtore recentiſſime confirmata & ab inſpectoribus non indiligenter deſcripta. Deduci ſumus, inquiunt, ad fontem. Diſſitus hic dumtaxat eſt a templo octava circiter leucæ parte, in prato quodam declivi: circumdatur quadrato pariete, qui longitudine pedes* 29, *altitudine* 5 *continent. Puteus, in quem novem gradibus deſcenditur, angulum rectum præfert, cujus alterum latus pedes* 12, *alterum* 15 *comprehendit. Aqua in ipſo puteo placida, haud apparente oculis ſcaturigine, e fundo ad pedes* 4 *aſcendit, unde in vicina prata delabitur. Fontis figuram ſcheima hic contractum exhibet, quod una cum lipſanotheca in æs incidi curavimus. Perſeverat adhuc ceremonia aquas illas quotannis lipſanotheca, ut olim feretri, attactu vetus conſecrandi, ſupplicatione ad hoc inſtituta, ipſo Pentecoſtes feſto die poſt decantatas Veſperas, comitante ingente populi turba, quæ undequaque, etiam ex remotis locis ſolet affluere. Priſcis tamen temporibus ſupplicatio fiebat ſolennior per circumjectos pagos, unde plerumque accidebat, ut, quamvis octava matutina daretur initium, vixdum hora poſt meridiem ſecunda ſupplicatio abſolveretur.* F

atque ea ejus aqua patu beneficia.

18 *Conſecrato mox fonte, ſolent ſeſe languidi, tamquam in probaticam, certatim conjicere, e quibus primus inſiliens ſanitatem quoque certius dicitur obtinere. Bibunt ex eo fonte maxime hydropici ac febricitantes, qui morbis ſuis inde quærunt & acquivere perhibentur remedium. Recentia adducuntur incolarum teſtimonia juramento firmata, virorum, quin & integrarum familiarum ſuperſtitum, de ſingularibus beneficiis eadem æque acceptis.*

Digitized by Google



Lipsanotheca S. Rageniſtæ

&

Fons miraculis claris

in Aiicuria



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google

A *ceptis. Ita jurati retulere Jacobus Bouvy, qui violenta febre a paucis annis oppressus, ad fontem deduci voluerit, cujus aquis ablutus, subito convaluerit; atque item Maximilianus Chentinne, ejus uxor Franciſca Bargilez, liberique omnes pari febre lecto affixi, habito ad gloriosæ Sanctæ merita recursu, in fontis aquam immiſſi, omnem vim morbi expulsam ſenſerint mense Majo currentis anni 1722. Fertur etiam hoc eodem anno mense Julio, puella quædam Nivellensis laboraus hydropiſi, quæ equo, ſuſtinentibus illam utrinque duobus viris, eo advecta fuerat, aquis illis priſtinæ reddita ſanitati. Hæc omnia cum ita geſta ſint, dolendum ſane, quod non major habita fuerit cura beneficia ejuſmodi annotandi, ac idoneis teſtimoniis roborandi, ut recte obſervat Helvetius. Idque adeo magis dolendum, cum R. D. paſtor perſancte teſtetur, frequentia id genus miracula diuturni paſtoratus ſui tempore accidiſſe, inter quæ ſingulare etiam refert, alteri non obſi-*

B *le, de hydropiſi curata vota peregrinationis ad Sanctam concepto, quod perſolvi recenter ipſe vidit. Atque de reliquiis, fonte & miraculis hactenus, ſuperſit ut de canonicorum collegii inſtitutione ac translatione pauca interſeramus.*

Collegii canonicorum ex Aiicuria Lovanium translatio

19 *Altercatum ſane eccleſiam collegiatam olim fuiſſe jam diximus: verum qui capitulum fundatum volunt ab ipſis* Ragenuſæ *parentibus, a quibus templum conditum fuiſſe admittimus: nec minus aberrat Grammayus dum Radulfum & Gislam veros capituli fundatores confundi patitur cum aliis, & alia, totis ferme quatuor ſæculis fundationem pregreſſis. Porro vere inſtitutum a Radulfo & Gisla prædictum canonicorum collegium jam ab anno 1036. docet diploma Reinardi Leodienſium epiſcopi apud Miræum in Notitia cap. 85, ad quod & ad Baronem le Roy loco ſupra citato harum rerum curioſiores remitto: ubi ex Gramthaye diſcent regulariter olim vixiſſe canonicos, ut tum moris erat, uſque ad ſæculum XIII, quo, haud dubie ad exemplum Leodienſium, ſolitæ eæ congregationes, ut pluribus oſtendimus, dum de eccleſia Mechliniensi in Corollario ad S. Rumoldum agendum fuit. Huc ſpectat quod recte notarum invenio in noviſſimo ad Miræum ſupplemento pag. 902, relictam a Radul-*

C *fo hereditatem ſic partitum Leodienſem epiſcopum, ut pars media ceſſerit ecclesiæ S. Laurentii Leodii, cujus abbas hodiedum patronus eſt ſex præbendarum capituli Lovaniensis translati. Prodit Grammayus apud le Roy, reformatum fuiſſe ab Eugenio IV anno 1444: ſane iſtic loci perſtitiſſe uſque ad 1454 indubitatum eſt. At credideris loci tædium canonicos cepiſſe, ut alio migrare liceret, non invito ad hæc Philippo Bono Belgii principe, ut ſatis inſinuat Lipſius in Lovanio lib. 2, pag. 82. Movit eum (Philippum Bonum) opinor, inquit, ſolicitudo aut inopia oppidi (Lovaniensis) ſic etiam attollendi: movit & Academiæ adſpectus, quam canonici decore colerent, & ipſi ab ea excolerentur.*

anno 1454. approbante Nicolao PP. V.

20 *Et ſane, regnante eo & inſtante perfecta eſſe omnia, palam facit diploma ipſum Pontificium Nicolai V, quod ex archivo archiepiſcopatus Mechliniensis mihi exhibuit laudatus alibi R. A.D. Benedictus de Ruddere, eccleſiæ Metropolitanæ canonicus ac Eminentiſſimi Card. Archiepiſcopi ſecretarius, unde hæc pauca ſubjicienda cenſui, ne ex ultima Officii Ragenuſiani lectione nobis imponamur, factum id ſæculo ferme Normanico propter barbarorum incurſiones, cum eo tempore nec dum conſiterte capitulum in rerum natura. Ita habet diploma:* Nicolaus Epiſcopus..... *cum ſuperfatis*

ne, poſt quam pergit: Sane pro parte dilecti D filii nobilis viri Philippi Ducis Burgundiæ, AUCT. nobis nuper exhibita petito continebat; quod J. B. S. collegiata eccleſia loci de Eyncourt, diœceſis Leodienſis, temporali dominio ipſius Ducis ſubjecta, in loco campeſtri, & a bonis oppidis multum remoto, in quo armigerorum incurſus ſæpe fiunt, ac populus ſatis rudis conditionis converſatur, inſiſtit. Propter quod dilecti filii decanus & capitulum ipſius eccleſiæ, variis plerumque perplexitatibus, apud dictam eccleſiam commode & ſecure reſidere, ac Altiſſimo, ſub tranquillo ſtatu famulari; neque res humano uſui neceſſarias, propter diſtantiam hujuſmodi decenter habere non poſſunt, in non modicum decani & a capituli prædictorum deſolationem, & divini cultus detrimentum.

an obſervatum interſectione facta 21 *Hæc vera ratio eſt, ſubjiciturque modus, quo enumerata incommoda vitari poſſint, nempe,* ſi collegium prædictæ eccleſiæ ad parochialem S. Jacobi Lovaniensis transferretur; ipſa parochialis eccleſia in collegiatam eccleſiam E erigeretur, ac omnibus inſignibus collegialibus, quibus ipſa eccleſia de Eyncourt decorata exiſtit, pariformiter decoraretur; hoc profecto cederet in augmentum divini cultus, & ad honorem prædicti oppidi, ac etiam ad ſalutem plurimorum; præfatus quoque Dux magnam exinde conſolationem ſuſciperet. Quare pro parte dicti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum *&c. Datum eſt diploma anno 1454, Junii XXV; at concordia inter capitulum & rectorem eccleſiæ S. Jacobi Lovaniensis primum ſubſecuta eſt biennio poſt, unde ea accurrit inter ſcriptores diverſitas, quod alii primum, alii ſecundum annum conſignent. Mihi ſatis eſt, veram translationis capituli cauſam reperiſſe, quæ in jam dicta Officii lectione ultima valde obſcure, ut non dicam falſe, ſuggeritur his verbis:* Cum gens barbara (permittente Deo propter hominum flagitia) continuo in Gallias irrueret, canonicorum collegium inde translatum eſt Lovanium anno MCCCCLIV. *Ferit me gens barbara continuo in Gallias irruens ſæculo XV. Nunc quæ ad Legendam ſpectant, paucis accipe.*

F

Legenda ex vulgi traditione collecta

22 *Deſumpta ea eſt, & Roſweydi cura deſcripta ex monaſteriis Rubeæ vallis parte 1 Haginii Brabantinorum, collataque a Bollando cum alio manuſcripto Cerſendunccanonicorum Regularium juxta Turnhoutum, in quo decrat prologus, quæſitis eruus parentibus a ſcriptore exornatus, eſt ubi ſatis indicat, nulla ſibi prædiuiſſe monumenta vetera ſcripta relicta, e quibus Legendam ſuam educeret, ut idcirco orationem potius concinnaverit quam hiſtoricam Vitæ ſeriem. Ait, ſe* adorſum eſſe ſcribere de vita & converſatione virginis Chriſti Ragenuſæ, & ad memoriam poſterorum aliqua tranſmittere, cum ad plenum non ſit id facile, quod ſcilicet & annis ſublapſa vetuſtas memoriam aboleverit, vel quod exinde nulla monimenta ſcriptorum inopia ad nos tranſmiſerit, vel forte tranſmiſſa, cadentibus in negligentia ſtudiis, incuria abjecerit. *Quaſi diceret, ſe ea ſola ſcribere quæ ex ſuperſtite vulgi fama acceperat. Amanuenſis vitio deformatum oportet eſſe titulum, dum pro* Aiicuria *ſeu* Aiicurte *legitur* Tuchordia, *ſic enim conceptus eſt:* Prologus in Vitam Ragenuſiæ virginis, de ſtirpe Carolidarum apud Tuchordiam quieſcentis.

23 *Dividitur vero, ut eo male appellaveris,*

pane-

Digitized by Google

A panegyri quantumvis inelegans, in brevia decem, quæ per totidem numeros reddidimus, capita, paulo verbosus, quod jam monui, amplificata, utpote quorum totam medullam jam supra dedimus in antica illa lectione Officii diœcesis Namurcensis, qualem ferme etiam exhibet, licet pluribus verbis vetus Chronicon Brabantiæ Belgice scriptum, cujus editio annum apud nos præfert 1512, qua paulo antiquior Lovanii exstat, nempe anni 1497, sed a nostra nec pretio nec elegantia discrepans. An inde materiam aliquam desumpserit scriptor, an forte ex hoc compilator Chronici, nequeo satis conjicere; neque quis fuerit, aut quando vixerit, usquam occurrit vestigium; nisi suspicari audeamus, in ipsa Rubea valle exornatam esse Legendam a Joanne Gillemanno, seculi XV scriptore, ut habes in Præfatione Bollandiana cap. 1, § 4 in fine, vel ab Antonio Gentio, vel ab aliis Hagiologii istius & Novalis compilatoribus aut prosecutoribus. Capita ipsa decem in duo contraximus, ceteris etiam ad normam nostram dispositis, atque annotationibus hinc inde illustratis, ut jam perspicies.

AUCT. J. B. S. vadovi filio multis pauca commemorat.

VITA

Ex Hagiologio Brabantino Ms. Rubeæ vallis,

Collata cum alio Ms. canonicæ Confluentinæ.

PROLOGUS.

Præfatur audita scribere.

SAnctorum Dei vitæ & acta idcirco patrum utriusque testamenti soleriti industria scripturæ sunt tradita, & ad memoriam nostram transmissa, ut in conspectu eorum norma vitæ, tamquam ex quodam speculo imagini redditæ, ad eam spectandam utrumque admoniri a satagamus facultatem tantillitatis nostræ *a*. Quocirca nos etiam adorsi sumus scribere de C vita & conversatione virginis Christi Ragenuflæ, & ad memoriam posterorum aliqua transmittere; cum ad plenum non sit nobis id facile: quod scilicet & annis sublapsa vetustas memoriam abolererit, vel quod exinde nulla monimenta, scriptorum inopia ad nos transmiserit, vel forte transmissa, cadentibus in negligentia studiis, incuria abjecerit. Accidit enim forsitan de vita ejus talis jactura qualem de libro justorum & bellorum Dei accidisse sancta dolet usque hodie Ecclesia. Sed tamen nos hoc ipsum quod licet non visu sed fidelium relatu quorumdam de ejus vita didicimus, sacræ Scripturæ exemplo narramus, quoniam etiam sancti Marcus & Lucas Evangelistæ Euangelia, quæ descripsere; non b visu sed auditu percepere *b*.

ANNOTATA.

a Constructio involuta & imperfecta sic restituta est, ut saltem intelligatur; quod in sequenti ethum locum habet, & in aliis passim, cum scabrities aliqua ubique occurrat.

b Quam procul accersita & inepta comparationes, ut quæ scriptor ex obsoleta fermè hominum memoria didicerat, talibus exemplis tueri conaretur.

D

CAPUT I.

§. Ragenuflæ illustre genus, singulares a teneris virtutes, aversio a nuptiis, & inde gravis cum parentibus lis.

Inclytis & piis Christianis parentibus, TEmpore quo inclytus rex Francorum Dagobertus agebat in sceptris, Lodomiro & Sigeberto filiis ad regnum *a* vel laboris consortia ascitis, orta est in partibus Hasbaniæ in villa nomine Brumbasia, inclyta virgo Christi Ragenufla, quæ nobilitatis lineam non solum ex parentibus de Francorum genere traxit inclytis *b*, verum etiam, quod hoc est excellentius, ex Christianissimis; cujus pater dictus est Ayus, mater vero, Aya, ut nonnullorum fidelium asserunt testimonia, qui & Ayon eurti hodie dicunt inditum vocamen esse, ex patris ejus Ayon nomine, quia hanc ejus ditionis constat fuisse. Fuerunt ei & sancta Gertrudis & Begga cognatione propinquæ, quæ fuerunt Pipini, Carolomanni principis filii, beatæque Idubergæ filiæ. Sed & alii plures ejus tempore viri feminæque, non solum consanguinitate sed etiam paris conversatione propositi *c*.

florentissimis Sanctis sæculo nata, 2 Ea tempestate gaudebat beata mater Ecclesia quod multa sanctorum Confessorum haberet accensa luminaria, qui sua lampade terra mundi serenarent nubila. Tunc etenim Christi sacerdotali infula pollebat Amandus, vir in omni virtutum norma ad unguem elimatus, sed & beatum Cunibertum tunc Pontificem urbis admirabatur Agrippina, utpote imitabilia sibi præbentem virtutum exemplaria. nihilominus sanctus Remaclus a rege Sigeberto advocatus ex Aquitania Trajectensique sublimatus cathedra, verbi & operis commissum gregem antecedebat doctrina, impetrataque deinceps a rege licentia vacandi, ex episcopali regimine derelictoque sibi beato Theodardo suppare, ipse in ædificato a se Stabulensi cœnobio theoreticam exercendo vitam, complacebat Altissimo: præterea sanctum Foillanum *d*, verum Christi agricolam, cognationem suam terramque linquentem Britanniam, velut alterum Abraham Chaldeam, Christo in Fossensi monasterio desudantem norma disciplinari, Christi virginis Gertrudis sustentabant misericordiæ stipendia. Tales tunc temporis virgines *e* perpluresque alii custodiebant civitatem Dei, parati opponere se murum pro domo Israel, & in prælio stare in die Domini, si grassata fuisset, ut olim, rabies alicujus Decii. Horum legionibus *f* exculta Euangelicæ sementis terra, virginali *f* satione centesima, maxima Ecclesiæ cumulabat horrea.

unui virtutum genere mire effulsit. 3 Per idem igitur tempus Christi virgo Ragenufla, de qua strictim prælibavimus, sub Christianis parentibus corporeis juvenescebat profectibus. Crescente sane ætate, ipsa morum pollere satagebat probitate, tam puerilia postponens ludicra, & masculinum animum mulcens cum teneritate feminea, senilia jam a puero exequebatur opera; nihili pendens enim quæque terrena, sola salutis æternæ gratia,

Digitized by Google

A tia, ardua & Evangelica, quæ a dextris sunt, itinera scandere toto nisu festagebat & instantia. Erat itaque corpore casta, mente incorrupta, amabilis cunctis, affabilis universis, pulchra facie, sed pulchrior fide, prudentia callens, fortitudine vigens, temperantia serena, justitia severa, longanimitate perfecta, eleemosynis largissima, abstinentia parcissima, patientia & humilitate prædita, mansuetudine [&] pietate referta, caritate non ficta repleta, fide robusta stabilis, spe inconcussa longaminis. Harum vero virtutum plantaria, disponens omnia Sapientia, severat in ejus anima, ubi ante tempora sæcularia, sua ædificare destinaverat sanctuaria.

Ad nuptias postulata, urgentibus aliquando parentibus,

4 Cum hujusmodi aromata de se virgo Christi Ragenufla in pueritiæ spargeret vigilia, adolescens quidam, nomine Ebroinus, & ipse non infimis, secundum sæculi [fastum] Christianisque ortus natalibus, juxta a Deo instituta nuptiarum solennia ab initio sæculi, ejus omnimodis connubia cupit velle sortiri, patre ejusdem Virginis matreque ad hoc ipsum suffragantibus sibi. Sed cum abeis Christi
B virgo fuisset requisita cujus animi esset, ad talia, utrumnam juvenis illius cederet copulæ, quem & juventutis vernantem flore, morum commendabant insignia, superbique sanguinis fluentem prosapiam ampla rerum mundi fulciebant emolumenta? Spiritus sancti igne tacta intrinsecus, qui sibi eam futuram vas electionis prædestinaverat ante tempora sæcularia; hujuscemodi percunctantibus
g intulit rationum g suffragia, immo eulogia; Nec istius, inquit, nec alius cujusque nuptiis aspiro, sed illius sponsi, hoc est Christi, solummodo amore langueo, cujus juxta Prophetam inenarrabilis est prosapia, cujusque prædia cæli sunt convexa, liquentesque maris campi & terra.

In virginitatis proposito constantissime perstitit.

5 Hujuscemodi sacræ Virginis verbis parentes de puellari levitate putantes prolata, cœperunt nimirum animum ejus blandis adC hortationum fomentis, incitare, dicendo testimoniis sacræ Scripturæ, nuptias quæ fierent solo posteritatis amore, a Christiana non abhorrere religione; quas scilicet ab ipso Deo in hoc [ipsum] institutas esse constaret. Verumtamen Christi Virginem, quæ supra Evangelicam petram posuerat fundamenta, ab arrepta semet castitatis norma nequierunt amovere illa verborum fomenta. Quamobrem cœperunt jam deinde austera uti censura erga sobolem; utpote quæ suis jussionibus patientem non accommodaret aurem. Cumque fixam in Deo Virginis mentem in neutram partem conspicerent acclivem, destinaverunt libero uti arbitrio; filiamque, etiamsi refragaretur, præfati juvenis [jugali] sociare vinculo, præfixo quando hoc fieret certo tempore. Tunc vero sancta virgo Christi Ragenufla atque futura Matris Christi pedissequa, vario curarum æstu cœpit fluctuare, animumque celerem per diversa versare; timebat enim jam se contra Apostolum facere, qui parentibus præcipit filios subjectos esse, ipsius etiam Domini quodammodo se solvere statuta, qui conjugum casta ab initio instituit commercia. Hærebat autem spe dubia, utrumnam constituta uteretur licentia; & cum Loth in Segor salvari esset contenta, an potius ad centesima virginitatis bra-

via conscenderet, pietatemque in parentes, D
pietate in Deum majore superaret. Nihil ta- EX MSS.
men arbitratui relinquens suo, rem pensandam examini commisit divino, cui se totam devoverat a puero.

ANNOTATA.

a *Forte melius in cod. Corsendoncano* regni.

b *De ea cognatione satis dictum est in Commentario prævio.*

c *Supple*, sanctæ Virgini similes fuerunt, aut ea ratione conjuncti.

d *Cur ipsos pra ceteris sæculi illius Sanctos seligat scriptor, non divino: satis certum est, eos cum S. Ragenufla vixisse. De S. Amando actum est 6 Februarii, ubi obiisse dicitur an. 684. S. Cunibertus obiit 12 Nov. 663; Remaclus 3 Septembris 677; Foillanus 31 Octobris 655, de quibus agetur suis locis.*

e *In Corsendoncano melius* vigiles.

f *Malim legere* ligonibus.

g *Forte melius in Corsendoncano* orationum.

E

CAPUT II.

Fuga in silvas, sancta ibi exercitia, angelica consolatio, piissimus obitus, procurata a parentibus sepultura, templi extructio & miracula.

Inter nuptiarum apparatus in silvas se abdit.

INter hæc venit dies complendis nuptiis olim præfixus, in quo sanctæ Virgini, futuræ, ut putabatur, jugali, collocabatur thalamus; dumque ad sponsi adventum suspensa parentum pendent corda, & accurentur singula nuptiis competentia; devexo jam olympo, vesper prior fit, & nox, terram fusca amplectens palla, ab oceano ruit a. a
Beata autem virgo Ragenufla hanc temporis opportunitatem nacta, divina sibi provisam pro- F
videntia ac indulgentia, & cui se deberet parti magis applicare, Spiritus sancti dono jam edocta; parentibus animo occupatis circa multa, & ideo minoribus ad singula; una tantummodo ancillula comite contenta, in contiguæ cujusdam silvæ, fugiens, abdidit sese deserta. O Virginem Deo devotam & omnium bonorum præconio dignam! O relictum Christi Virginibus per eam castitatis exemplum quod sequantur, & appositam sanctitatis formam cui imprimantur b! Discant b
ergo virgines Christi amorem in puella fervente, & mundi prospera velut quædam stercora deputantem: incitentur ad castitatis frugem norma exemplis puellaris, assuescantque restringere incentiva naturæ bullientis. Prædicanda hujus sacræ Virginis laudabilis fuga, juxta quam adhortatur Dominus per Hieremiam Prophetam, fugere populum suum de Babylonia. Sic Abraham de Ur Chaldæorum exivit; Sic Loth de ardente Sodoma evasit. Laudandus talis in parentes contemptus, ubi scilicet in causa est Dominus; quamvis enim sint diligendi propter Deum

Digitized by Google

A in hoc ſæculo quilibet inimici, ſed tamen in
ADCT. via ejus nobis contrarii odiendi ſunt parentes
EX MSS. & propinqui; percutienti maxillam præbenda
eſt altera, ut ait ipſe Dominus, ſed abſcindenda
ſunt ſcandaliſantia nos pes, manus & oculus. Hinc eſt quod per Salomonem, per quem
ipſa Sapientia ſe voluit cantari, jubetur in
[Canticis] Canticorum caritas ordinari. Or-
c do enim in omni affectu c neceſſarius, ut poſthabitis patre & matre, diligatur Deus. Quod
ſi neceſſe ſit, ut amor Dei parentum comparetur amori; & ſi non valeat utrumque ſervari, habendum eſt in ſuos odium, amor tenendus eſt in Deum. Habuit ſane ad hoc propoſitum Chriſti virgo Ragenufla tunc temporis etiam nonnullas virgines prævias, ſanctam Gertrudem ſalicet & Aldegundem, ſacratiſſimas Chriſti Domini ſponſas: nam etiam ipſe
æterni Sponſi flagrantes deſiderio, jugali contemplerunt ſociari vinculo.

7 Cum igitur ſacra Chriſti virgo Ragenu-
B fla ad ſupradicta ſilvæ ſeceſſiſſet latibula, parentibus mente admodum conſternatis, ignarisque ubinam delituiſſet filia, illa optimam partem habens electam cum Maria, per aliquot dies ibi demorata, gemituum precumque Altiſſimo aſſidua perſolvebat xenia, fiebat juxta Apoſtolum quotidie hoſtia viva, ſuaveolentia in ara cordis incendens humilitatis & patientiæ libamenta. Pro pectorali faſcia, proque veſtium pretioſarum tenui diſcretaque contextura, tenella delicati corporis cilicio exaſperabat membra, invitans angelos precibus, ſanctoſque Apoſtolos Dei interpellans crebris ſingultibus, & ſanctos omnes Chriſto famulantes orationum fatigans inſtantia: & tamquam Jacob cum Deo deſudans precum hucta, ut ipſe Deus, qui in ea hujus propoſiti ſeverat plantaria, Sanctorum ſuorum interventione pia, ſuaque ineffabilis munificentiæ gratia, uſque ad finem debitæ actionis ſua perduceret exorſa. Timebat
C etenim Virgo Dei ſanctiſſima illud exemplum vel ſupplicium uxoris Loth fugientis Sodomæ incendia; formidabat inſidiantis calcaneo ſerpentis mille nocendi artificia, qui protoparentes, divinitatis ſpe, paradiſi ſpoliatos gloria in hac lacrymarum convalle ſua depoſuit verſutia.

8 Cavebat & ipſa, ne intuita Sodomæ ruinam, infatuati ſalis fieret ſtatua, ne aratrum tenens, poſt tergum oculis reſpiceret caduca, neve de tecto virturum priſtina quæſitura deſcenderet, juxta interdictum, veſtimenta: quade re anxia hoc ſalubri timore, jam diſſolvi & cum Chriſto, ſecundum Apoſtolum, cupiebat eſſe, ut abſorberetur a vita, quod ſpiritui repugnabat mortale. Dolebat cum Pſalmiſta incolatum ſuum jam diutius prolongari, & cum habitantibus Cedar, quod dicitur tenebræ, verſari: deque his, tamquam ab Ægypto veniens, cum Iſrael ſalvari, & ad veram promiſſionis terram, vero, Jeſu ducente, ardebat animo introduci; frequenter replicans ſuſpirando dictum illud Pſalmiſtæ; Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei?

9 At vero omnipotens Deus, fabricæ ſui juris diſpoſitor benigniſſimus, qui per Pſalmiſtam ſuis pollicetur profeſſoribus; Invoca me, inquiens, in die tribulationis & eruam te, & tempore accepto exaudivi te, & in die D
ſalutis adjuvi te; quique prope eſt omnibus invocantibus ſe in veritate, petitionibus illius exaudibilem dignatus eſt autem quamcocius accommodare, & ſicut, egredientibus olim Hebreis ex Ægyptiaca ſervitute, dignatus eſt e vicino bella ſubtrahere, nolens eos, per terram Philiſtinorum, quæ vicina erat, traducere, reputans ne forte pœniteret eos, ſi viderent adverſum ſe bella conſurgere; ſic & nunc ne forte ſancta Virgo, ſi intereeſſiſſet longior in hac vita demorandi dilatio, a parentibus vel ſponſo, aliquo tentationum impulſa vento, vel ad momentum ab arrepto caſtitatis emoveretur propoſito, licet potens eſſet famulam ſuam etiam in æſtuanti Babylonicæ fornacis incendio illæſam cuſtodire, tamen dignatus hanc neceſſitatem penitus abſcindere, d
fidele d ejus propoſitum pacifico & compendioſo decrevit fine remunerare; nolens eam diutius pondus diei & æſtus tolerare. Nam, E
non diutina interjecta temporis mora, cæleſtia invitatur ad regna; angelus enim Domini, ab ætherea deſcendens arce, irradiavit locum fulgore, quo ſancta Virgo divinæ, prout mortali fas erat, intendebat theoriæ: Veni, inquiens, o dilecta Chriſti ſponſa, jam, propter conſervata fideliter fidei ſigilla, Sponſi tui intratura inenarrabilium deliciarum gazophylacia. Digne beata Virgo angelico viſu ſimul & affatu meruit perfrui, quæ angelorum ſtuduit vitam imitari; ſic debuit nobilitari a Domino Deo, pro cujus amore longo decertaverat martyrio. Digne dixerim martyrem hanc virginem, licet materialis gladii non ſenſit carnificem: non ſolum in confeſſione reputatur effuſio ſanguinis, ſed quotidianum martyrium immaculata ſervitus devotæ mentis. Illa corona de roſis & violis, iſta vero texitur de liliis. Unde & in Canticorum ſcribitur Canticis, Fratruelis meus candidus & rubicundus, & in pace & in bello eadem præmia tribuens vincentibus.

10 Poſt hæc igitur ſancta illa beatæ Vir-
ginis Chriſti Ragenufiæ anima, ſuper aurum igne tribulationum carnis excocta, corporali ergaſtulo carnis eſt ſoluta, quæ angelorum ſubvecta miniſterio cæleſti introfertur paradiſo, ubi ſine fine Patriarcharum ſpe, Apoſtolorum ſocietate, Martyrumque conſortio, Confeſſorum contubernio, Virginum collegio, cunctorumque cælicolarum oblectatur perenni tripudio. Cujus parentes, cum de ipſius converſatione exituque cognoviſſent ſanctiſſimo, redeuntis ad ſe beatæ Virginis ancillulæ per ſingula edocti indicio, de commiſſa in filiam injuria congrua ſatisfacientes penitentia, devote ad ejus ſanctiſſima tumulanda ibi convenere membra; ubi etiam, proceſſu temporis, ſuper tumbam ejus eccleſiam ſuis ædificaverunt ſtipendiis; quo in loco cujus meriti repoſita habeantur lipſana, frequentibus miraculis oſtendit divinitatis clementia, ac clarificanda ſuæ majeſtatis inſignia; cujus honor & gloria permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Hoc etiam ſcriptoris ſtylo debetur.*

b *Non libet ſingula corrigere aut reſtituere, ſatis*

Digitized by Google

A *satis est, modo intelligantur.*

c *Sequimur hic lectionem Corfendoncani codicis in nostro erat & effectu necessarius, &.*

d *Erat in Ms.* fideleque, *sed particulam* U *redundantem expunxi, ut & hinc inde alia non* EX MSS. *majoris momenti.*

DE S. BASINO MARTYRE

TRUNCHINII IN FLANDRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. C.

De cultu, Reliquiis, adventu & Actis,

CIRCA MEDIUM SÆC. VII. TRuncinium *sive* Tharunchinium, *Flandris vernacule* Drongene, *vel* Drongen, *situm est ad Lisam fluvium, & primo lapide seu uno milliari distat Gandavo amplissima notissimaque Flandriæ civitate.* Primam, *inquit Sanderus lib.* 4 *Gandavensium Rerum cap.* 6, hujus loci ecclesiam, in pago Mempisco super fluvium Legiam, Deiparæ Virgini sacram, a sancto Basino regulo & martyre constructam & dotatam B. Amandus Trajectensis episcopus & Gandavensium apostolus, collegio canonicorum, sive (ut veteres loquebantur) monasterio clericorum in communi viventium decoravit circa annum Domini DCXXXIII. *Juxta hunc computum post elapsa quinque sæcula, clericis ob justas causas amotis,* Iwanus comes Alostanus Præmonstratenses ex monasterio S. Martini Laudunensis evocavit, locumque eis attribuit, Odgero Præposito cedente Præposituram. *Ita chronicon Ordinis Præmonstratensis apud Miræum ad annum* 1137, *pag.* 105. *Præmonstratenses hoc monasterium abbatiali titulo insignitum etiamnum possident, & quotannis die* XIV *Julii subitu triplici, ut ipsi more antiquo loquuntur in Officiis impressis, cum Octava S. Basini festum celebrant. In Officio autem omnia dicuntur de communi unius martyris; etiam ipsa oratio, in qua Regis nomine compellatur. In ecclesia parochiali Trunchinienſi juxta mandatum Illustrissimi ac Reverendissimi episcopi Gandensis festum ejusdem Sancti colitur Dominica proxima post diem* XIV *Julii.*

B Origo monasterii Trunchinensis.

C

2 *Videtur olim integrum S. Basini corpus Trunchinii extitisse; sed, grassante per Flandriam Calviniana rabie, partem illius in verum omnium perturbatione cum aliis Sanctorum ipsanis periisse colligo ex Sandero, qui libro & capite proxime citato sub finem ita scribit.* Habuit olim Trunchinium corpora SS. Basini, Aldegundis ejus filiæ, & Gerulfi martyris: nunc post furores hæreticos supereſt cranium ejusdem martyris, pars corporis S. Basini, ac dens S. Joannis Baptistæ, quem, Meyero teste, olim Præposito Trunchinienſi donavit Balduinus Calvus ejusdem monasterii instaurator. *Martinus Steytius Abbatiæ Trunchinienſis presbyter in sua Legenda Belgica, Gandavi anno* 1658 *edita, testatur, maximum populi concursum fieri ad S. Basini Reliquias, iisque quantumvis diminutis non minorem quam olim inesse virtutem contra varios morbos; imo asserit quotannis innumera per Sancti nostri intercessionem patrari miracula. De religiosi viri testimonio non dubito, sed doleo, quod nulla authentice probata singulatim in medium produxerit. Eadem in genere tantummodo extollit Sanssayus, qui in Martyrologio suo Gallicano tale de Sancto no-*

In quo servantur Reliquiæ S. Basini,

3 *Omnes fere hagiologi Belgæ agunt hujus Sancti quem ex-*
memoriam. Reſuerdus noster ex Martyrologio Trunchinienſi descripsit sequentia: Pridie Idus Julii in Truncinio natalis beati Basini regis & martyris, qui ut patres nostri veridica, ut credimus, narratione narraverunt nobis, primus fundator alti monasterii sanctæ Mariæ in Truncinio extitit, similiter & duarum capellarum quarum altera in honore beati Joannis Baptistæ, altera in honore beati Petri consecrata est. *Ex eodem, ni fallor, fonte hausit Molanus ea, quæ in Natalibus Sanctorum Belgii ad diem* XIV *Julii sic explicat:* In Truncinio passio beati Basini regis & martyris; qui, ut patres nostri veridica nobis narratione, ut credimus, narraverunt, extitit fundator ecclesiæ sanctæ Mariæ in Truncinio & duarum capellarum sanctorum Petri & Joannis. Cum autem Basinus beatæ Mariæ ecclesiam contra gentilium vastationem defenderet, graviter in campo vici Meldes velt vulneratus, martyr migravit ad Christum. Cornelius autem Janſenius episcopus in litteris testimonialibus visitationis vocat eum martyrem Christi, miraculis diversis clarissimum. Dicitur tamen alicubi inveniſſe titulum confessoris. Sed hæc duo non pugnant, eo quod non statim ex vulnere obierit: ea enim ratione & alii, nunc confessores nunc martyres, vocantur. Quia autem in feretri imagine ad thoracem lilium gestat, inde suspicio est, eum non quidem Franciæ, sed in Francia regem fuisse sive regulum.

D

E

4 *Deinde ejusdem ecclesiæ historiam sic prosequitur:* Ceterum Deiparæ ecclesiam a Basino constructam & propagatam beatus Amandus Gandavensium apostolus collegio, aut, ut majores loquebantur, monasterio clericorum decoravit. Quorum locus a Nordmannis diruius est anno octingentesimo octuagesimo tertio; a Balduino autem Calvo reædificatore dictus est Altum Monasterium in Trun-

Belgica;

F

A cinio. Sed Canonicis, qui regularem & monaſtico nomine dignam vitam abjecerant, ſucAUCT. ceſſerunt canonici Præmonſtratenſes anno milG. C. leſimo centeſimo trigeſimo octavo. Unde Truncinium, Flandrice Drongen, inter Gandenſis diœceſis Abbatias celebratur, ornatum corporibus ſanctorum Gerulphi, Baſini & filiæ ejus Aldegundis.

& Martyrologia plerumque vulgum appellant,

5 *Molanus in ſuis ad Uſuardum additionibus primæ editionis ſic habet hac die*: Paſſio S. Baſini regis & martyris. *Dein aliis typis additur*: Qui quieſcit in Truncioio monaſterio extra Gandavum. *Eadem fere habet Caniſius in Martyrologio Germanico, Ferrarius in Catalogo Generali, Florarium noſtrum Ms., & multa Martyrologia Belgica, quæ* S. Baſinum *conſtanter* regem *appellant. Galeſinius tamen in Martyrologio ſuo S. Romanæ Eccleſiæ uſui accommodato, & anno 1578 Venetiis impreſſo prudenter regis titulum ſuppreſſit, pridie Idus Julii ſic ejus memoriam agens*: Truncinii ad Gandavum ſancti Baſini martyris. *Hunc imitantur prudentiores aliquot Belgæ. Balduinus Willotus noſter in Hagiologio Belgico die* XIV *Julii* S. Baſinum *vocat principem. Certe rex vocari non poteſt, niſi per hanc vocem in lato quadam ſignificatione verum principem, tractus cujuſdem regulum, ſeu potius dominum, intelligi velint.*

B

ſed a regis titulo abſtinet epiſcopus Gandenſis in teſtimoniis viſitationalibus.

6 *Obſervo, Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum D. Cornelium Janſenium, primum Gandenſium epiſcopum etiam a regis nomine abſtinere in teſtimonialibus viſitationis litteris, quas hic integras dediſſem, ſi ad petitionem meam tempeſtive tranſmiſſæ fuiſſent. Hunc defectum facile ſupplebit earum compendium, quod, curante noſtro, non ſemel alibi laudato P. Franciſco Cocquio, ad me miſit R. D. Robertus Gonſman Ordinis Præmonſtratenſis Religioſus, qui illud ex Regeſto Truncbinienſi ita deſcripſit*: Anno Domini MDLXIX die ſecunda menſis Maji tempore pomeridiano ad inſtantiam Reverendiſſimi Præſulis noſtri Trunchinium venit illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus D. Cornelius Janſenius, primus Gandavenſis epiſcopus, &, præſentibus Reverendiſſimo ac Ampliſſimo Domino noſtro Livino Baes, eximio viro Domino D. Cunero Petri a Brauwerſchaven ſacræ Theologiæ doC ctore, ac Leeuwaerdienſis Eccleſiæ in Friſia epiſcopo deſignato, omnibuſque cœnobii Religioſis, iis, qui foris habitabant, dumtaxat exceptis, pluribus ſæcularibus aſſtantibus, ſeretrum glorioſi martyris Chriſti Baſini (verba ſunt præfati Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi epiſcopi Gandavenſis) miraculis ibidem clariſſimi viſit, eoque reverenter aperto, magnam ibi ſacri ipſius corporis partem ac præcipua quæque Martyris oſſa reperit, quæ ubi diligenter examinarat, recenſque purgaret, in eodem ſeretro ad Dei honorem religioſe repoſuit, relictis ibidem in teſtimonium veritatis litteris ſigilli ſui appenſione communitis, pauculis ſublatis Reliquiis ejuſdem corporis ad altarium conſecrationem neceſſariis.

Incertum eſt, ex quo loco

7 *Ex quo loco* S. Baſinus *Trunchinium venerit incompertum habeo. In Actis quidem dicitur ædificaſſe urbem; atque ex nomine ſuo appellaſſe* Baſotem, *ex qua trium dierum ac noctium itinere Trunchinium advenerit. Verum ejuſmodi urbs, quæ in Flandriæ aut conterminis provinciis debuit fuiſſe ſita, omnibus coſmographis eſt ignota, & ob id mea parumde ſillone mihi ſuſpecta, ſicut famoſa Belgii quam quidem ſcriptores Belgæ nimium creduli tantopere celebrarunt. Forte poſſet quis ſuſpicari ob quamdam, licet ſatis remotam, nominis affinitatem, hunc locum fuiſſe Baſſeum oppidum Belgii in comitatu Flandriæ & in ipſo limite Arteſia ſitum, cujus dominus aut princeps fuerit S. Baſinus, quodque in ſcuto ſuo gentilitio geſtat lilia, qualia etiam in S. Baſini thorace depicta cernuntur.* Quia autem, *inquit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii*, in feretri imagine ad thoracem lilium geſtat, inde ſuſpicio eſt, eum non quidem Franciæ, ſed in Francia regem fuiſſe ſive regulum. *Sed hæ ſunt meræ incertiſſimæque conjecturæ, quas ut tales relinquimus.*

D

& quo eum S. Baſinus Trunchinium adverterit.

8 *Quamvis in Actis determinatum adventus ejus tempus non indicetur, tamen juxta chronicon Trunchinienſe & unanimem ſcriptorum Belgarum conſenſum, videtur* S. Baſinus *Trunchinium advenisſe tempore S. Amandi, qui circa annum* 630 *Gandenſes vicinoſque populos cœpit Chriſtianam legem docere, & ad quos poſt alias Apoſtolicas excurſiones iterum ac tertio rediit, uti latius videre licet in Vita S. Amandi a Godefrido Henſchenio in Actis noſtris illuſtrato ad diem* VI *Februarii. Ex his quidem præterpropter S. Baſini adventus colligi poteſt, ſed certus illius annus figi nequit, cum incertum ſit, an ſi in prima, ſecunda, aut tertia S. Amandi oppid Gandenſes commeratione acciderit. Sed ex indeterminata hac epocha ſaltem liquet, corrigendam eſſe additionem Belgicam, quæ ad Martyrologium Romanum anno* 1682 *Ipris Belgicæ impreſſum acceſſit, & in qua dicitur* S. Baſinus *a Wandalis occiſus fuiſſe, quia eccleſiam contra eorum ſacrilegia defendebat: Nam ex hiſtoria tum eccleſiaſtica tum profana certiſſime conſtat, tempore S. Amandi Wandalos in Belgio aut finitimis regionibus non fuiſſe.*

E

Judicium de ejus Actis ab auctore ſcripti.

9 *Acta* S. Baſini, *neſcio a quo conſcripta, ex Ms. Trunchinienſi damus. Quid autem de iis ſentiam, candide prius aperiam. Præter quædam jam in decurſu dicta non placet mihi angelus ſub cervi ſpecie* S. Baſinum *Trunchinium deducens, nec in ſeptiduo ejuſdem cervi per tres dies & noctes, quæ fabulam ſapit. Somnus ille magnus eccleſiæ S. Petri, & ſciſſio parietis a ſummo uſque ad terram quid ſibi velint non ſatis intelligo, niſi forte prodigia undique corradenda ſibi putaverit ſcriptor, ut Acta Sancti exornaret. Prodigioſa illa filiatio olei, cæcitas S. Aldegundis ſublata, ac paulo poſt ingreſſum templi rediens ac iterum curata; uti & multa alia miracula noſtro ſide digna poſtulant, qualis certe non eſt Actorum ſcriptor, qui fingit ab angelo imperatum fuiſſe* S. Baſino, *ut locum, in quo ædificaret eccleſiam, vocaret ad altum monaſterium ſanctæ Mariæ; cum tamen Sanderus ex chronico Præmonſtratenſi & monumentis cœnobii Trunchinienſis lib. 4 Gandavenſium Rerum, cap. 6 hæc ſcribat*: Anno DCCCLXXXIII Normanni hiemarunt in Gandavo, & monaſterium B. Mariæ, quod dicitur Trunchinium, deſtruxerunt & incenderunt. Anno vero DCCCLXXXIV, ut monumenta ejuſdem monaſterii habent, quod a Normannis dirutum erat, inſtauratum eſt a Balduino Calvo Flandriæ comite, appellatumque ALTUM MONASTERIUM IN TRUNCHINIO. *Chronicon Ordinis Præmonſtratenſis a Miræo editum, ad annum* 1137 *de monaſterio Trunchinienſi agens, idem paucioribus verbis ſic affirmat*: Quod a Normannis anno DCCCLXXXIII diruturum, a Balduino Calvo Flandriæ Comite, poſt inſtauratum eſt, appellatumque, ALTUM MONASTERIUM IN TRUNCINIO. *Mitto equum indomitum a* S. Baſino *filiæ propoſitum, ac*

F

A *ac desiderium sanctæ Virginis ab equo mordendi cupientis, quia eam vitæ tædebat, aliaque, absens & contra τὸ πρέπον facta, quæ lectori observanda relinquo inter attentam ipsorum Actorum, quæ jam subdo, lectionem.*

ACTA

Ex Ms. Manuscripto Trunchinienſi.

a BEatus Baſinus Rex *a* ac martyr Chriſti, ex regia ſtirpe & a Chriſtianis parentibus ortus eſt, & ex ſacro fonte baptiſmatis renatus eſt, & Baſinus nominatus. A cunabulis ſeipſum protulit ſocium Chriſticolarum, & ſancta religione indutus toto deſiderio cordis & corporis ac mentis ſtudebat Chriſto ſervire. Juſtus erat in omnibus viis Domini, & largus in eleemoſynis. Poſt mortem patris ſui & matris cum regnaret, ædificavit urbem, quam appellavit Baſotem *b* ex nomine ſuo. Deinde accepit uxorem, & ex ea genuit filiam, quam ſacro fonte renatam vocavit Aldegundem *c*, & apertis oculis non vidit.

S. Baſinus pie vivens

B

b

c

2 Quadam die, inſpirante Domino, ſurrexit venari; & ecce quidam cervus miræ magnitudinis & pulchritudinis apparuit ei, quem ſecutus eſt cum militibus ſuis & venatoribus ac canibus: per providentiam vero Dei fatigati omnes receſſerunt ab eo præter duos milites, cum quibus ſecutus eſt eum per tres dies & tres noctes. In tertia autem die poſt occaſum ſolis venerunt ſimul in loco ſpecioſo & ſpatioſo in longitudine & latitudine, contra meridiem habens aquam currentem, quæ Leia *d* vocata eſt, & ex altera parte in Aquilone habens magnam ſilvam, in quam evanuit cervus ab oculis eorum. Qui valde triſtes præ laſſitudine corporum in eodem loco nocte quieverunt.

mirabil iter deducitur Trunchinium

d

3 Media autem nocte evigilans beatus Baſinus, & aperiens oculos, vidit cælum apertum ſuper locum illum, & facta eſt vox ad eum dicens: Baſine, iſte locus, in quo quieſcis, ſanctus eſt, & per providentiam Dei huc ductus es per Angelum tuum in ſimilitudinem cervi, ut tibi oſtenderet ſanctitatem iſtius loci, & ut conſtrueres tres eccleſias, primam in honore beatæ Matris Domini juxta decurſum Leiæ, quam vocabis ad altum monaſterium *e* ſanctæ Mariæ: ſecundam parum in oriente juxta decurſum Leiæ in honore Præcurſoris Domini: tertiam in Aquilone juxta eamdem eccleſiam in honore beati Petri Apoſtoli *f*.

ubi juxta montium gelidus aſcensus

C

e

f

jubet ædificari tres eccleſias

4 Surrexit ergo S. Baſinus, & milites ejus primo mane, & recto itinere cum gaudio & exultatione venerunt ad urbem ſuam Baſotes; & congregavit operarios electos, qui ſcirent operari cum lapidibus, & carpere ligna, & duxit ſecum ad ſupradictum locum, & fecit eos conſtruere eccleſiam in honorem beatæ Matris Domini, quam angelico præcepto nominavit ad altum monaſterium ſanctæ Mariæ. Poſtea fecit alias duas conſtruere.

g 5 Cum autem perfectæ eſſent, duxit epiſcopos *g*, ut dedicarent eas. In illis diebus, in quibus dedicatio fuit, viſum eſt ab omnibus, qui aderant, cælum apertum ſuper eccleſias, & oleum ſtillare ſuper altaria: & ſi quis infirmus fuit linitus oleo, ſanus fiebat a quacumque infirmitate tenebatur. Fit gaudium & exultatio his qui aderant & viderant hæc ſigna. Audientes populi venerunt de omni parte terræ tam ſani quam infirmi videre miracula, quæ fiebant eodem loco. Tunc ſanctus Baſinus conſilio epiſcoporum *h* conſtituit clericos in eccleſiis qui ſervirent Deo die & nocte. Hæc in Chriſto peracta *i*, rediit unuſquiſque in locum ſuum cum gaudio laudans & benedicens Dominum.

D

EX MSS. *in quorum dedicatione multa ſiunt miracula.*

h

i

6 Poſt anni circulum cum appropinquaret nativitas ſancti Joannis Baptiſtæ, perrexit ſanctus Baſinus cum multitudine populorum ad ſupradictum locum. Tunc acceſſit filia ejus ad eum, & rogavit eum, ut dimitteret eam ſecum pergere ad feſtivitatem. At ille reſpondit ei dicens: Non potes venire mecum, niſi ſuper indomitum equum meum, qui currit cum jumentis meis in campo. At illa gaviſa & ſperans in Domino, juſſit paſtorem equarum ad ſe venire, & rogavit eum, ut caperet ſibi illum indomitum equum, qui currebat cum jumentis patris ſui.

Anno ſequenti S. Baſinum, Trunchinium redeuntem

E

7 Tunc ille dixit ad eam, quod eſſet tam durus & aſper, quod dentibus ſuis morderet homines, quos reperiret. At illa cum lacrymis dixit: O utinam vellet me mordere, quia tædet me vivere in hoc ſæculo, quia neſcio ad quid utilis ſum, quæ cæca ſum a nativitate mea, & lumen non video, ſed in tenebris ſedeo. Tunc ille paſtor miſertus ei, duxit homines & illam cum eo *k* in campo ubi jumenta paſcebantur. Tunc venit ille equus ad eam tam mitis & ſuavis, ut ovis, & illa impoſuit frenum in os ejus, & ſedens ſuper eum, ſumens ſecum milites, ſecuta eſt patrem ſuum ad locum, qui modo dicitur Trunchinis *l*, & venit ad eccleſiam ſancti Joannis & ante oſtium ſtetit.

ſequitur ſua filia a matertera cæca,

k

l

8 Elevans autem oculos & manus ad cælum, oravit ad Dominum. Illa orante ſtillavit oleum ſuper oculos ejus, & viſum recepit. Eadem hora venit pater ejus ad oſtium, & interrogavit, ſi dies eſſet. At illa reſpondit ei: Domine dieſcit. Et ille cognoſcens vocem ejus, admirans dixit: Quæ es? At illa reſpondit: Ego ſum filia tua Aldegundis. At ille interrogavit eam dicens: Quomodo huc veniſti? At illa reſpondit: Domine, ſicut mihi præcepiſti. Et ille: Quomodo ſcis, quod dieſcit? At illa: Domine video cælum & ſtellas, & lunam, & terram, & te patrem meum, quem numquam vidi. Et ille: Ubi accepiſti lumen? At illa reſpondit: In iſto loco, ubi ſto. Tunc ille gaviſus juſſit eam intrare eccleſiam, ut ambo agerent gratias Deo.

quæ illic viſum a Deo impetrat;

F

9 Poſtea duxit eam ad eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli, quæ illi proxima fuit. Cum autem ſancta Aldegundis venit ad oſtium eccleſiæ, ut intraret, iterum cæca facta eſt, & eccleſia dedit magnum ſonum, & ſciſſus eſt paries a ſummo uſque ad terram. Tunc ſancta Aldegundis clamavit magna voce dicens: Domine mi pater, adjuva me, quia non video. Tunc ſanctus Baſinus flexis genibus oravit ad Dominum, ut dimitteret illam intrare

ſedicturam cæcitate percuſſa,

A & poſt eam omnes mulieres, & ut daret ei
Ex MSS. lumen ſuum eo tenore m, ut amplius ibi manerent in ſervitio Dei, & ſancti Petri, & ut daret in eccleſia ejus quidquid ad eam pertineret de heredicate ſua, & ſurgens ab oratione, confidens in Domino, tenensque manum ejus introduxit illam.

viſum recuperat & ibi poſtea ſancte moritur.

10 Cum autem ingrederet, lumen recepit gaudens. Tunc omnes populi, qui aderant, in jubilo vocis benedixerunt Dominum dicentes: Benedictus es Domine Deus Iſrael, qui facis mirabilia magna ſolus, & benedictum nomen majeſtatis ejus in æternum: fiat fiat! Tunc obtulit ſeipſam ſuper altare ſancti Petri, ſicut pater ejus promiſit: cujus ſacra oſſa requieſcunt in eccleſia beatæ Mariæ Virginis, & ſunt condita in ſcrinio, cujus feſtivitas celebratur VI Kalendas Februarii n.

S. Baſinus ob deſecrationem Eccleſiæ vulneratus, meritur, & miraculis ſplendet.

11 Poſtquam defuncta eſt beata virgo Aldegundis, venerunt mali homines & peſſimi, ſcilicet gentiles, vaſtantes undique eccleſias Chriſti, & accedentes ad locum, qui dicebatur ad alrum monaſterium ſanctæ Mariæ, ut vaſtarent eccleſias Chriſti, ſanctus Baſinus, collecta maxima multitudine Chriſtianorum obviavit eis in campo, qui uſque hodie vocatus eſt Meldesfelt o, & occidit, & trucidavit maximam partem, & alios fugavit, & ibi vulneratus fuit ſanctus Baſinus uſque ad mortem; ſed prius munitus corpore, & ſanguine Chriſti, & unctus oleo migravit ad Chriſtum, ſepultuſque eſt in eccleſia ſancti Petri Apoſtoli V Idus Julii p. Ad cujus ſepulcrum ſuſcitavit rex cæleſtis per merita ipſius ſancti Baſini multa miracula: cæci, ſurdi, muti, claudi, leproſi, & omnes infirmi, qui puro corde advenerant, ſani fiebant q, præſtante Domino Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Cujus etiam Reliquiæ requieſcunt cum filia ejus in ſupradicta eccleſia ſanctæ Mariæ Virginis, ejuſque ſepulcrum habetur Truncinis in eccleſia ſancti Petri.

B

ANNOTATA.

a *Quid de regis titulo cenſendum ſit, dixi in* C *Comment. prævi. num. 5.*

b *Hujus urbis nomen, ut dictum eſt in Comment. prævi. num. 7, topographis ignotum eſt.*

c *Hæc S. Baſini ſilia poſtea Trunchinii ſancte mortua eſt, & ibidem colitur, ut poſtea narratur in hiſce Actis.*

d *Hic fluvius Belgii Latine vocatur* Liſa *vel* D Legia; *Flandrice vero* Lepe, *a qua lingua videtur Actorum ſcriptor* Leie *nomen deſumpſiſſe. Oritur autem hoc flumen in Artoſia comitatu juxta caſtrum* Lisbourg *dictum; deinde varias urbes alluens tandem juxta Gandavum in Scaldim ſe exonerat.*

e *Ex præmatura hac monaſterii appellatione Actorum ſcriptorem parum fidei mereri collegimus in Comment. prævi. num. 9.*

f *Ex his tribus eccleſiis major in Deipara honorem ædificata adhuc ſupereſt. Reliqua duo ſacella jam a multo tempore deſtructa & cum majori eccleſia conjuncta ſunt, ut teſtatur Stephius in Commentario prævio laudatus, in libello ſuo Flandrica pag. 7.*

g *Auctor ad dedicandam eccleſiam hic liberaliter adductis* epiſcopos, *at ſi tunc temporis in Flandria aut vicinis provinciis magna fuiſſet eorum copia. Hæc cuipriſſe ferre lectores, Hiſtoriæ Belgicæ vel tantillum peritos.*

h S. Baſinum *id ſ. Amandi conſilio feciſſe tradunt chronica Belgii.*

i *Hic ſolœciſmus ſatis intelligitur eſſe poſitus pro* E *His in Chriſto peractis.*

k Cum eo *profectum aliaque ſimilia non annoto, quia paſſim obvia ſunt in hujuſmodi ſcriptoribus. Quid autem de mira hac hiſtoria ſentiam dixi in Comment. prævi. num. 9.*

l *Ideſt* Trunchinium *vel* Truncinium *de cujus ſitu & vernaculo nomine egi in Comment. prævi. num. 1.*

m Eo tenore *pro ea conditione poſitum eſſe, ſatis patet ex ſenſu; uti* dimitteret *pro* permitteret, *& amplius pro deinceps, ſicut colligitur ex contextu.*

n *De iſta Sancta egimus in Actis noſtris 20 Junii, quia eo die ab hagiologis communiter memoratur, & tunc ejus feſtum Trunchinii celebratur.*

o *Puto eſſe eumdem locum, qui in codice plerumque Donationum a Mireo edito cap. 94 deſignatur ab Iwano comite Aloſtano, qui ad uſum fratrum* Trunchinienſis eccleſiæ Præmonſtratenſem ordinem profitentium, *dicit ſe præter alia dare terram quamdam paludoſam, quam Meiſvelt appellant, & hanc* Tranchinis.

p *Feſtum ejus apud Martyrologos conſignatur pridie Idus Julii. Propterea etiam nos hoc die* F *Ejus illuſtravimus.*

q *Ubique in genere dicuntur multa fuiſſe miracula. Mihi ſpecialia & authentica petenti reſponſum eſt, plurima abbatiæ Trunchinienſis ſcripta in vaſtatione Calviniana periiſſe, quod facile credo.*

DE S. MARCHELMO, hodie MARCELLINO PRESBYTERO CONFESSORE,

DAVENTRIÆ IN TRANSISALANIA BELGII.

J B. S.

Sylloge hiſtorica de cultu, ætate & geſtis.

CIRCA ANNUM DCCC.

INter præclaras primi operis noſtri partenis Bollandi incubrationes locum non poſtremum tenent, iis, quibus fere immortuus eſt, Commentarii de S. Suiberto ad diem 1 Martii, & de S. Ludgero ad XXVII ejuſdem menſis: in his enim, ut alibi non ſemel a nobis dictum eſt, pſeudo-Marcellino illi, famoſæ epiſtolæ, ſub S. Ludgeri nomine, de S. Suiberti canonizatione, atque Actorum fabricatori, laboriosis ſuis & eruditis diſſertationibus larvam detraxit, productis per varios paragraphos, & revictis commentis ac mendaciis, quibus totam illam hiſtoriunculam redundare, mirum eſt; *Pſeudo-Marcellinus verus S. Marchelmus*

A *eſt, nec hodie advertere, abreptos popularibus præjudiciis inſuſſe operis propugnatores. Itaque in Suiberti Commentarii § 2, ſolerter & operose diſtinguit verum noſtrum* S. Marchelmum *dictum, a ſpurio fabularum confarcinatore; primum oſtendens, proprium ejus nomen in probatiſſimis quibuſque ceteribus Mſs. nunquam ſub* Marcellini, *ſed ſub* Marchelmi *formatione conſtanter efferri. Porro teſtimonia, ſeu mavis elogia, collegit ex S. Ludgero in Vita S. Gregorii Trajectenſis, & Altfrido ſcriptore Vitæ ipſius S. Ludgeri, ex Anonymo Werdinenſi alibique, quibus omnia continentur quæ de veris geſtis & ætate prædicti* S. Marchelmi *in medium afferri poſſunt, quibuſque proinde pleraque evertuntur, quæ de confuſo Marcellino a noſtratibus ſcriptoribus hactenus circumferri ſolita ſunt. Ne igitur actum agamus; ex citatis Bollandi locis pauca decerpemus, ubi abſolvendo cultu eorundem duxerimus.*

a Servum Dei, a puerilia ſanctis inſtructum moribus, probum hominem, religioſiſſimum & ſanctum Virum, Virum venerabilem, ſanctitate præditum, & *plurimis id genus meritiſſimis titulis a probatiſſimis ſcriptoribus appellatum fuiſſe* S. Marchelmum, *citato paragrapho ſatis demonſtrat Bollandus; neque putamus dubium, quin olim a Daventrienſibus & vicinis populis Sanctorum honores delati fuerint: attamen fateri cogimur, in Breviario Trajectenſis eccleſiæ, cujus cuſtodem, dum viveret, fuiſſe conſtat, Leydæ & Gandæ edito* 1508, *nullam ejus memoriam reperiri; recentiora autem ferme eſſe Martyrologia quæ de* S. Marchelmo, *ſub* Marcellini *nomine, meminere; eorumque fortaſſe primum fuiſſe auctorem Floretii Sanctorum Mſ. ſeculo* XV, *ad cujus finem olim pertinet editio Lubeco-Colon. in auctarii Uſuardini hoc die. Italicum brevior*: Apud Daventriam, ſancti Marcellini presbyteri & confeſſoris., *Dicta vero editio his verbis*: In Daventria, natale beati Marcellini confeſſoris, diſcipuli S. Lebuini presbyteri. *Grevenus ſic legit*: In Daventria, Marcellini presbyteri & confeſſoris, ſocii S. Lebuini, diſcipuli autem ſancti Willibrordi epiſcopi. *Quæ verba deſcripſit Molanus in prima ſua editione, in aliis paſſim ſic mutans & augens*: Daventriæ, ſancti Marcellini presbyteri & confeſſoris, diſcipuli S. Willibrordi epiſcopi. Qui partes Transiſelanas, locum Oudenzeel, Trentam ac Tuentam, Covordiam & Daventriam venit, & Dei providentia totum ferme populum Chriſto prædicando eſt locutus: *quæ multo auctiora reddit Buclinus, cum monaſticis aliis Winn, Dorganius, Menardus breviores ſint; videri etiam poſſunt Canifius, Galeſinius, Ghinius, & Iſſum Romanum.*

ut Marchelli accrescentibus

B

3 *Aſt omnibus longe antiquior eſt Sancti vera & germana commemoratio, non jam ſub* Marcellini, *ſed ſub genuino* Marchelmi *nomine in veteri Martyrologio Ultrajectino, quod, ad aliorum diſtinctionem, Roſweydinum indigitavimus; pro quo in auctario Uſuardi irrepſit* Marchelini: *ſic ibi & vere habetur*: Item S. Marchelmi confeſſoris, ſocii S. Lebuini. *Idem nomen ſervat Martyrologium aliud Ultrajectinum Mſ., quod penes nos eſt, eccleſiæ S. Mariæ; quidquid Sanctus abſit a codice Ultrajectino, inter Uſuardinos recenſito. Atque hæc ſunt, quæ de* S. Marchelmo *in Martyrologiis licuit reperire. Longiorem hiſtoriam tenuit Molanus in Natalibus, prout e Lovio edita ſunt, ſed quæ pro majori parte repudianda eſt, utpote accepta ex abrogatis modo* S. *Suiberti Actis. An & quæ admitti tuto poſſint, ex infra dicendis facillime intelliges; requieviſſe* S. *Sanctum* plenum dierum & virtutum apud Oudenzelenſes, & translatum eſſe Daventriam ad eam eccleſiam, quæ nunc eſt cathedralis, *ſaltem aliquando fuit; haud equidem dubito. Magis placet brevius Miræi elogium, reſciſſis poſtremis verbis de ſcripta* S. *Suiberti Vita* Transiſalanis apoſtolum vocat, *ſicque ipſum laudat Miræus*: Fuit SS. Willibrordi & Suiberti epiſcoporum æmulator in prædicatione Evangelica. Gregorii Ultrajectenſis epiſcopi (*ſaltem adminiſtratoris*) hortatu in Drenta, Tuenta, Oldenſalia, Daventria, & reliquo tractu Transiſalano, cum S. Lebuino maxime laboravit. Demum obiit Oldenſaliæ, quæ veterum Saliorum ſedes eſt, inde Daventriam translatus ad cathedralem S. Lebuini baſilicam. *Hæc tenus ſatis recte.*

et vetuſto Roſweydino Uſuardi editio

4 *Martyrologium Hollandicum ſub V. C. Petri Opmeeri nomine anno* 1700 *Belgice vulgatum, a pag.* 28 *Sancti effigiem, pro arbitrio & ex pictoris genio, optime, ſacro habitu ſacerdotali oſtentatum, aliaque nonnulla refert quæ continuo admittenda non ſunt. Ex paucis colligo cetera. Erant cum Opmeero, qui* S. Marchelmum *ex jam dictis pſeudoactis* S. *Suiberti ſupponunt fuiſſe unum e duodecim ſociis* S. *Willibrordi, cum ut ſummum in puericia, ejus, jam ætate provecti, diſcipulus eſſe potuerit, idque, ſi uſpiam, in ipſo Belgio, hinc conſequenter alia ſatis abſona commiſcentur. Neque vero certum eſt, in iis omnibus locis Evangelium prædicaſſe* S. Marchelmum, *quos tam diſerte enumerat prafatus Opmeerus. Oldenſaliæ verbi divini præconem fuiſſe, ibidem extremum diem clauſiſſe, atque inde Daventriam ſacrum ejus corpus tranſlatum non negamus; at obitum ejus tam rotunda confignari poſſe anno* 762, *plane non admittimus, quandoquidem ea iis quæ diſputavit Bollandus, certiſſimum ſit, cum* S. *Gregorio, a quo Romæ in diſcipulum aſſumptus eſt, ſupervixiſſe: cum vero hic ad annum ferme* 780 *vitam protraxerit, vix dubium eſſe poteſt, quin ultra eum annum ſuperſtes fuerit* S. Marchelmus. *Reliqua non ſatis connexa hic proſequi nil juverit, nam ſi cum* S. *Willibrordo, tanquam ejus ſocius Ultrajectum appulit, factum id anno* 690: *ſi vero ad annum uſque* 762 *prædicarit, non jam ſenaginta, ut ipſe vult, ſed octo ſenaginta & amplius annis in agro Dominico deſudarit.*

illis non admiſſis, quæ in Hollandico Opmeeri habentur

C

D

E

F

9 *Paulo ſolidiora ſperaveram ex recentioribus* S. Marchelmi *feſtum ob celebrioremS. Bonaventuræ ſolennitatem, ſub ritu ſemiduplici transfertur in* XVI *Julii*: ſolidiora, *inquam, inde ſperaveram; verum lectionibus attente diſcuſſis, omnia ferme reperio ad vulgatam opinionem aptata, quod* cum S. Willebrordo aliiſque ſociis .... Wiltenburch ſeu Trajectum appulerit &c. *Quæ cum Bollandi diſſertationibus haud recte componi poſſunt, ut proinde lectiones iſtas hic producendas non cenſuerim. Alia plane traduntur in manuſcriptis ejuſdem eccleſiæ Officiis, ſed quæ majori auctoritate non fulciuntur. Deſcribitur iſtic potiſſimum ſedula, quam ultro admittimus, templi cuſtodia; & ſcripſiſſe Vitas* SS. *Suiberti & Willibrordi dicitur anno ætatis ſuæ nonageſimo quinto, vixiſſe ultra matrem centenariam, glebam porro corporis ſui depoſuiſſe anno* 772, *quæ omnia credimerito*

aut in Proprio Ultrajectino

A *metro pugnat cum verioribus SS. Suiberti, Gregorii & Ludgeri geſtis, ut ea inſpicienti & conſideranti ſtatim patebit. Iſtis itaque hic prætermiſſis, curſim jam deliberanti quæ de* S. Marchelmo *accuratius definivit laudatus jam non ſemel Bollandus.*

AUCT. J. B. S.

Geſtorum compendium ex Comment. Bollandi.

6 *Hinc plane & plene pertinet totus paragraphus ſecundus Commentarii Suibertini, ad quem curioſiores lectores remittimus, uti & ad Ludgerianum, tomo III Martii § 4, num. 33: ſufficiat hic obſervaſſe, ex adductis illic veterum gravioſſimorum ſcriptorum teſtimoniis demonſtratum eſſe, ſanctum hunc noſtrum* Marchelmum, de genere ortum Anglorum, a ſancto epiſcopo Willibrordo ſanctis inſtructum moribus, *ſocium fuiſſe S. Lebuini, dum is a S. Gregorio abbate Ultrajectino & eccleſiæ iſtius rectore potius quam epiſcopo, ad locum* cui vocabulum erat Daventre ſecus fluvium Isla, *miſſus eſt; nimirum S. Lebuini ſocius, non diſcipulus, ut recte pronuntiat Uſuardus Roſweydinus. Probat deinde Bollandus, ipſum adhuc puerum, ſeu quindecim circiter annorum adoleſcentem, Romæ a S. Gregorio,*

B *S. Bonifacium iſtuc comitante, ſub annum 738, repertum fuiſſe, atque in diſcipulum adſcitum; quo ſpectat textus integer Vitæ S. Gregorii apud Mabillonium ſæc. 3, parte 2, pag. 327, num. 12, quem non ſubjiciam; in eo duntaxat corrigendum, quod tertiam S. Bonifacii Romanam peregrinationem anni 738, confundat cum altera, quando XXX Novembris anni 723 epiſcopali dignitate a Gregorio PP. II ſublimatus eſt, ut pluribus oſtenditur ad V Junii tomo I, in Commentario prævio ad ejus Acta pag. 454: atque hæc potiſſimum cauſa textum iſtum hic integre producendum cenſeo, quod is fermè omnia continet, quæ cum aliqua certitudine de* S. Marchelmo *prædicari poſſunt. Reſciſſis itaque falſo iſtic aſſertis aut ſuppoſitis cetera admittenda ſunt: omnia audiamus.*

Ex Vita S. Gregorii Trajectenſis,

7 Et in illo quoque itinere, dum ſanctus martyr Bonifacius Romæ, ſicut ſuperius dictum eſt, ſacro gradu ſublimatus eſt, B. Gregorius præceptor meus, electo magiſtro infatigabilis comes permanſit; intrans & egrediens, & pergens ad imperium ejus . . . Sed etiam plura volumina ſanctarum Scripturarum, largiente Domino, illic adquiſivit . . . . Sed

C & pueros duos, cum conſenſu magiſtri, in diſcipulatum ſuum, MARCHELMUM videlicet & Marcuvinum, de gente Anglorum, ſecum inde adduxit: de quorum ſeniore Marchelmo, religioſiſſimo & ſancto viro, ut dignum eſt, donante Deo, ſuo loco aliquid plenius dicam. Tunc felix comitatus, magiſter videlicet ſanctus & diſcipuli ejus electi, & propriis meritis, & interceſſione omnis cleri ac familiæ S. Petri commendati Deo & Sanctis ejus, reverſi ſunt domum, creſcentes & proficientes ex illo die in omni opere bono; docentes & inſtruentes in via Dei, qua ipſi ibant, non ſolum populum & proceres Francorum; ſed etiam ipſos reges religioſos ſale ſapientiæ divinæ non mediocriter condierunt. Et ſic in conſenſu & unanimitate regum, & cuncti populi, per omne regnum Francorum cœperunt quotidie magis magiſque detrimenta fieri diabolo, & incrementa Eccleſiæ Dei; hæreticæ pravitates non apparere, & Catholica fides in omnibus rutilare ac religio munda & immaculata longe lateque clareſcere. *Hæc eadem paucioribus perſtringit Mabillonius in Annalibus Benedictinis tomo 2, pag. 173 ad annum 755.*

8 *Quod hic ait S. Ludgerus, ſe de* S. Marchelmo, ſuo loco aliquid plenius dicturum, *id plane habes apud eumdem Mabillonium a num. 14;* ſed hoc ſilentio minime agendum eſt, E quo Marchelmo venerabili viro narrante didici . . . . *quæ Bollandus contraxit ſub finem numeri ſui 12; mox alia ſubjungens quæ ad* S. Marchelmi *gloriam potiſſimum faciunt, accepta ex Vita ipſius S. Ludgeri, quæ videſis in tomo ad XXVI Martii cap. 3, num. 15, pag. 646, nimirum quo modo* S. Marchelmus *myſticum S. Ludgeri ſomnium, in eoque dicta illi a S. Gregorio interpretatus ſit, de committendo trium plebium regimine: quod vaticinium cum retulerit* S. Marchelmus *coram ſolo teſte Addone præpoſito monaſterii Trajectenſis, cujus ipſum eccleſiæ cuſtodem fuiſſe diximus, inde etiam pſeudo-Marcellini impoſturam revincit Bollandus, cum his inſuppoſititia de Canonizatione S. Suiberti epiſtola, rem contigiſſe aſſerat* in vico Dockem publice *coram pluribus teſtibus ibidem enumeratis. Porro cum prædictum ſomnium & ejus interpretatio, ex calculo Bollandi evenerint anno 780, vel 781, certe poſt obitum S. Gregorii; patet, ut ſupra etiam dictum eſt, falſam eſſe receptam traditionem, quod* S. Marchelmus *diem extremum clauſerit anno 762 aut 772; quem veriſimillimum eſt, ad finem* F *ſæculi iſtius octavi aut forte noni principium vitam produxiſſe. Quæ Jacobus Revius in ſua Daventria illuſtrata de SS. Livino, Lebuino & Marcellino perperam commiſcuit, nihil attinet hic refutare, cum ex diſputatis a Bollando ſatis convulſa ſint, ad XIII Novembris pluribus explicanda: neque a Beka aut Erpa quidquam ſubſidii pro* S. Marchelmo *accerſendum video, ut hic omnino iſtendum ſit.*

in quibus alias colligendo eſt.

DE S. LIBERTO MARTYRE

TRUDONOPOLI ET MECHLINIÆ IN BELGIO.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

J. B. S.

§ I. De cultu S. Liberto pridem exhibito.

ANNO DCCC-XXXV. *Dum non ita pridem S. Rumoldi epiſcopi & martyris, patroni Mechlinienſium Acta ad primum Julii diem illuſtrare conarer, non ſemel uſus ſum opuſculis R. D. Joannis Antonii a Gurnez, Oratorii D. N. Jeſu preſbyteri, de rebus Mechlinienſibus, tum ſacris tum profanis, non male meriti. Edidit ipſe Mechliniæ apud Henricum Jaye anno 1638 libellum aliquem, in forma minori quarta, ſub titulo:* Vita & martyrium S. Liberti Mechlinienſium Comitum Adonis & Eliſæ filii, variis poematis aucta & illuſtrata, *quibus implentur pagina 108, variis formatis diſtincta, quæ, dum*

Vitæ & martyrium a Gurnæo edita

A *dum de S. Rumoldo ageremus, porticarum rerum fundioſis relinquenda putavimus, & modo plane confcimus, cum ex iis omnibus, nec bilum erui poſſit, quo S. Liberti vita aut geſta eruderentur. Adjecta ſunt anno proxime ſequenti* 1639, *hinc alia ab eodem ſcriptore opuſcula; alterum, rurſus ſub titulo:* Vita & martyrium S. Liberti Malinatis, & Mechlinienſium principum Adonis & Eliſæ filii, *quo continetur dedicatio ad ampliſſimum Mechlinienſis urbis ſenatum, cum ede una alterave nancupatoria, & ſyntagmate paginarum omnium quadraginta. Tertium opuſculum inſcribitur,* Ad res geſtas S. Liberti martyris Fax hiſtorica, diſſertationibus ſive capitibus novem concinnata, quibus ſimul hiſtoriæ veteris Mechlinienſis, cum ſacræ tum profanæ, fundamenta quædam, aliaque lucæ perfunduntur.

nihil de geſtis habent, præter ea quæ ſunt in Actis S. Rumoldi.

B 2 *Hoc poſtremum opuſculum in non paucis adjumento mihi fuiſſe, altro profiteor; non quidem ad explorandæ S. Rumoldi aut S. Liberti geſta, de quibus vix quidquam memoriæ tuto proditum eſt, præter ea quæ habet toties alibi laudatus abbas Theodericus, ſed ad res Mechlinienſes, in Corollario, ſeorſum edito, uberius illuſtrandas, quemadmodum ibi cum merita ſcriptoris laude, indicavi non neglexi. Ad ſyntagma quod attinet, dici id poteſt mixte & longe quæſita de rebus & Sanctis Belgicis diſquiſitio, præſertim de S. Rumoldi gente, origine, peregrinationibus, adventu Mechlinium, de Adone & Eliſa principibus, aliiſque hujuſmodi ex Theoderico fuſe & oratorie amplificatis, ut cuique expleratum ſit, qui rem totam attentius pervolverit. Nam pauca ex variis ibi confuſis diſcutere alibi coacti ſumus, quæ denuo repetenda non exiſtimamus. Sola ferme Fax hiſtorica hic etiam utcumque præluere poterit, ſaltem diſſertationis nona ſeu ultima, ad explanandæ potiſſimum binæ capita S. Libertum proprie concernentia; cultum nempe & ætatem, de quibus nos hoc loco acturos polliciti ſumus: quæ ad vitam & geſta pertinent, ita tenebris involuta ſunt, ut præter ea quæ Theodericus, ut jam dixi, tradidit, cetera ad pias cogitationes humanaſque inventiones reducenda ſint; unde in partes dumtaxat duas commentarium hunc noſtrum diviſimus, utramque, quantum licebit, illuſtraturi.*

hic de cultu & ætate agendum ſuperſt.

C 3 *Ad ſolum igitur cultum & ætatem, ut iterum dicam, reducitur hæc noſtra inveſtigatio, quandoquidem de miraculoſo Sancti ortu, de ſubmerſione, de vita rurſus impetrata, de religioſa diſciplina ſub ſanctiſſimo magiſtro hauſta, deque ſucceſſione in cœnobii ſeu congregationis regimine, ſub abbatis aut præpoſiti titulo, jam ſatis actum ſit prima hujus menſis die, ubi de glorioſiſſimo martyre Mechlinienſium patrono urbiſque conditore abunde diſputavimus; cum cujus geſtis conjuncta ſunt apud Theodoricum omnia, quæ de S. Liberto, cariſſimo ejus diſcipulo, hic enarrari poſſent: nihil enim de tota ejus vita traditum novimus, præter ea, quæ a Theoderico in Actis deſcribuntur cap.* 2, *pag.* 242, *a num.* 5; *ut proinde jam dicta duo capita examinanda ſuperſint, cultus nempe ejus ſæcere a ſæculis receptus, & martyrii epocha, in qua ſtabilienda pridem laboraverunt eruditi Belgæ, Molanus, Miræus, Raiſius, Colvenerius, Martinius noſter, laudatus jam Gurnezius & alii, ita nec dum operæ pretio, ut rem involutam ac implexam ſatis dilucide expedierint, quod brevi patebit. Ad totius rei clariorem deductionem faciet breve aliquod ſed ſatis nitidum Vitæ compendium quod nobis reliquit Gerardus Meringus Gelder, Lovanienſis Theologus, canonicus, inde poſtque ad S. Trudonem atque cum Vitis SS. Trudonis & Eucherii edidit Lovanii apud Servatium Haſſenum anno* 1540. *Titulum præfigit,* Vita S. Liberti martyris, *quam ſic breviter juxta ac nitide expanſi.*

D AUCT. J. B. S.

Vitæ compendium a Meringo editum

4 Sanctus Libertus parentibus non minus religione quam genere claris, Adone nimirum Comite Mechlinienſi, natus fuit, matre tamen natura ſterili, ſed divinitus ad preces ſanctiſſimi viri Rumoldi Scoti, iis in locis tunc temporis forte verſantis, cujus corpus adhuc Mechliniæ viſitur, fœcundata. A quo item Rumoldo baptiſmo admotus, Liberti nomen accepit; ab eodem quoque puer in aquis inter ludendum cum æqualibus præfocatus, ad vitam reſtitutus. Pro quo beneficio cum parentes pueri munera multa peramplia auri argentique ſancto Viro detuliſſent, ille ea ſibiipſis ſervare jubens, quoniam cadaca omnia averſaretur, ſola cæleſtia ambiens, dumtaxat locum quemdam paluſtrem, inculrum & deſertum, in propinquo ſitum, ſibi donari poſtulavit, tametſi non ad uſus ſuos privatos, ſed eorum potius quos inibi ſub profeſſione vitæ monaſticæ unum in cœtum contrahere decreviſſet. Loco nomen Ulmo erat, ab ulmorum ſcilicet copia ibi naſcente: & facile quidem poſtulatum impetravit. Eo in cœtu Libertus ab ipſa adoleſcentia religioſe educatus, ad omnemque pietatem ac virtutem probe inſtitutus, tandem irrumpentibus in Gallias Danis & Normannis, omniaque ferro flammaque vaſtantibus, & inter reliqua etiam Mechlinia eversa, in Hasbaniam ad divi Trudonis, ſalutis gratia profugit.

probat cultum antiquiſſimum

5 *Habes iſtic totam Actorum* S. Liberti *ſubſtantiam ac medullam, eorum ad diſquiſitionem hanc noſtram propius pertinent, quæ ſequuntur.* Sed eo fugientem barbari perſecuti, dum in templo flexis genibus Dominum deprecantem offendiſſent, ante ipſam aram divi Trudonis ob Chriſtum immaniſſime obtruncarunt, anno ſalutis octingenteſimo octogeſimo tertio. Corpus ejus & alterius cum eo trucidati, in arcula feſtiva in altari S. Trudonis aſſervatur. Attamen primum in urna lapidea conditum, quæ etiamnum hodie hic conſpicitur, terræque infoſſum fuit. Sed proceſſu temporis, anno nimirum ſalutis milleſimo, centeſimo trigeſimo tertio, aliis ex cauſis effoſſa humo, forte, aut verius volente Domino repertum, ex faxea illa urna exemptum, in loculum paulo nitidiorem tranſlatum fuit, id quod hodie videre licet. In *hiſce diſplicent ſola epocha tum martyrii tum elevationis, ut mox patebit; ceterum haud obſcure colligitur, jam tum a ſæculo* XII *tranſlata fuiſſe & ſufficienter elevata, atque adeo & venerationi expoſita ſacra Martyris ipſa ea, quidquid fortaſſe legitimam ad id auctoritatem quis deſiderare poſſit, quod ea non ſatis diſerte exprimatur. Sed de his jam olim & multifariam diſputatum eſt: neque enim ea tempeſtate uſque adeo ſcrupuloſe in iis rebus procedebatur, voce, eſtimatione, zelo & cultu fidelis populi Sanctos in altaria evehentibus.*

ex tabulis cœnobii Trudonopolitani

6 *Quæ ibi Meringus narravit, ex tabulis cœnobii Trudonopolitani (epochis tamen exceptis) deſumpta ſunt, traduntque itidem a Molano, Miræo, Piſano & aliis eadem monumenta appellantibus, de quibus certius edoceri non poſſumus, quam ex ipſo Trudonopolitano Chronico, apud nos Ms.,*

Digitized by Google

AUCT. J. B. S. *Mr., etiam alibi a nobis citato, cujus textum integrum hic referam, ut de cultus antiquitate certiores reddamur. Audiamus ipsius Chronici verba parte* 3, *lib.* 4, *cap.* 1, *cujus hic est titulus*, De invencione corporis S. Liberti & reliquiarum Martyris & aliorum. *En textum*: Anno Domini MCLXIX, prælationis Wirici XIV, qualemcumque pecuniam, quam honesto parcitatis modo, ad Italici itineris profectionem expendendam collegerat, in melioris ac nobilioris expensæ monumentum, Deo sic, & sancto Trudone patrono suo annuente, expendere intendit. Destructa ergo capella, quam, exusto ante aliquot annos monasterio, super sepulcra sanctorum Trudonis & Eucherii construxerat, novi operis fundamenta positurus, terram altius fodi præcepit: cumque ad lævam chori partem, ad meridianam videlicet plagam, jucundo omnium, qui aderant labore, terra modice effossa fuisset, repente sarcophagum, secus ipsum ostii introi-
B tum, fodientes invenerunt, quem ex adverso veniens murus capellæ cooperiebat.

7 Famæ autem vetus apud nos erat (de *quæ etiam Theodericus loco supra citato meminit*) quod S. Libertus martyr ibi humatus jaceret: aperto ergo sarcophago, ossa Martyris inventa sunt. Ne autem de ejus monasterio *, aut loco sepulturæ dubitemus, æstimationem nostram rei eventus affirmavit, quod sanguis ejus conglobatus ibidem in sarcophago inventus est, caro prorsus tota cum ossibus fere omnibus, exceptis paucis de majoribus, in cineres assumpta est; de capite vero nihil præter cerebrum inventum est. Collecto ergo sancto pulvere, & in palla munda cum ossibus reverenter condito, signis pulsantibus, nobisque Deum & ejus Matrem in voce jubilationis collaudantibus, populus, admiratione subita excitus, accurri, & in laudem Dei ejusque Sancti devotus & ipse subito erumpit. Sumptis ergo de ossibus ejus & sacro cinere necessariis reliquiis, reliqua omnia in scriniolo, ad hoc opus præparato, cum reverentia reposita sunt. *Paragraphis duobus sequentibus narrantur effossiones duorum aliorum corporum; primi quod supponebatur esse* Roberti ducis Hasbaniæ, qui B. Eucherium, a Carolo relegatum, benigne admodum & humane susceperat: *alterum fecit S. Liberti (quem aliqui Gosvinum appellavere) cum eo, ut affirmabant nonnulli*, palmam martyrii adepti; *ut ab aliis etiam obscurius traditum meminit, at disparatio exuvias ipsas honorandi reponendique, abunde ostendit*, Libertum *ab omnibus tanquam sanctum martyrem semper agnitum, ejusque adeo sacras reliquias indubitanter ex eo tempore publicæ veneration[i] expositas.*

8 *Hinc principium veri cultus* S. Liberto *exhibiti, qui in eo cœnobio ad celebriorem sec.* XIII; *ad solemnem postea accrevit. Etenim in eodem Chronico, alterius opera continuato, sub titulo* de gestis Liberti abbatis (XXXVII) *fol. mihi* 287 *verso, sub anno* 1230, de institutione [*festi*] S. Liberti, *sic legitur cap.* 3: Iste D. Libertus instituit festum S. Liberti sub festo duplici, & triginta solidos Lovanienses hereditarie acquisivit, quos abbas, qui pro tempore fuerit, singulis annis pitantiæ fratrum persolvet. *Addit porro laudatus Gurnezius in Face historica p.* 216: Nunc dies ille festi publici pridie Idus Julii ab ascetis Trudonopolitanis primario cultu, seu primæ classis Officio, quod inter tutelares loci D patronos relatus sit Libertus, ac magno tandem piæ plebis undique confluxu, sub inventionis titulo celebratur; quo die illam accidisse significat vetus Martyrologium, jussu Roberti abbatis an. MCCCLXI exaratum. Mechliniæ quoque, ut alibi dixi, præcipua celebritate, & cum plenariæ Indulgentiæ fructu, in æde metropolitana Martyri solennitas, non tamen publica (quod optandum foret) peragitur. Adhæc utrobique ei dicatæ aræ, Mechliniæ in chori ambitu gladiatorum simul ædicula est, Liberti solida & picta effigie insignis. Trudonopli vero anno MDXXXIII, Georgio Sarens abbate, altare in odæo templi SS. Trudoni, Eucherio & Liberto inscriptum fuit. Postremo ne quiddam Martyris memoriæ sacrum omittam, est lapis, inter ecclesiæ cancellos ac odæum, tapete stratus, & crate ferrea septus, ne profanis pedibus violetur, longus vero pedes VIII, latus IV, quem sancti pugilis sangui- E ne purpuratum, majorum traditio firmat. Sed potissime pretium meretur habet urna illa saxea, senos fere pedes longa, in qua corpus sanctum primitus humatum fuit. Est ea nunc muro superioris chori ad lævam majoris aræ inserta cum epigraphe SEPULCRUM S. LIBERTI MARTYRIS.

9 *Ex his satis aperte demonstratum existimo, quæ & in* vetustissimam S. Liberti, *æque fere ac SS. Trudonis & Eucherii, sanctitatis & martyrii famam apud Trudonopolitanos perseveravisse, forte ab ipso sæculo suo, quidquid cœnobii ipsius, per Normannorum depopulationes, ruina memoriam ejus nonnihil obscuraverit, donec inventis anno* 1169 *reliquiis, debita eis veneratio exhibita, sequenti vero sæculo, anno* 1230, *Officium ecclesiasticum, sub ritu duplici Sancto decretum fuerit: quod subinde ad primam classem ascendisse, ex jam deductis perspectum & manifestum est, tametsi paulo serius, ut de cæt[eris] aliis sæpe sæpius dicendum fuit, ejus in Fastis generalioribus festivitas consignata sit. Antiquissima, quæ in Martyrologiis reperiatur, annuntiatio exstat in nostro Sanctorum Flario, scripto, circa medium* sec. XV, *nomine tantillum corrupto, ubi pro* Liberti *legitur* Lubberti, *quemadmodum etiam scripsit Grevenus*; Lubberti abbatis & martyris. *Neque vero terreamur nomine* abbatis: *nam per id tempus ecclesiarum seu cœnobiorum præsides, abbatis & præpositi, non magno discrimine, dicebantur, ut in S. Rumoldo fusius ostendimus. Joannes Molanus rem paulo distinctius expressit, sub titulo* inventionis, *quamvis ex laudato Chronico non undequaque constet, utrum hoc die,* XIV *Julii, martyrio affectus sit, an potius inventæ Trudonopoli & elevatæ sacræ reliquiæ. Sic loquitur Molanus in suis ad Usuardum additamentis primæ editionis*: Eodem die inventio S. Liberti martyris, viri & meritis gloriosi: quem inclytus martyr beatiss. Rumoldus triduo extinctum submergio, divina suscitavit virtute, fideque imbuit & doctrina. Illo autem tempore quo Normanni, Dani & Huni Brabantiam & adjicentes provincias igne vastabant & gladio, ante S. Trudonis aram vitam glorioso consummavit martyrio. *Ab hac editione non differunt posteriores, nisi primes primas voces*, In Hasbania.

10 *Molanum secuti sunt recentiores prope omnes a sæculo* XVI; *Canisius nimirum iisdem prope verbis, sed cujus additio marginalis ab anno martyrii longe aberrat; vitio, opinor, typographi, qui*

pro

quæ & in Martyrologiis

a sæculo XV signato est.

A *pro anno* 813, *male a plerisque adeptato, inadvertenter subſtituit* 383. *Galeſinius ab hac notatione prudentius abſtinuit, paucis ſcribens:* In Hasbania, inventio S. Liberti martyris, meritorum magnitudine, vitæque cœleſtis gloria clariſſimi. *Conſtantinus Gheinius longius elogium texuit, quale ferme etiam exhibet Manuſcriptorum antiſignanus Arnoldus Wion cum ſuis Dorganis & Menardo, quos phraſi multo proliriori ſuperat Buccelinus, Sanctæ certaminum conſignans anno* 790, *at prope cunctos ſcriptores Belgas, quorum nec unum, ſaltem quod ego ſciam, reperies, qui id genus epocham ſamulaverit; Normannos nempe ſeu Danos in interiori Belgio graſſantes, vivente tum & triumphante Carolo Magno. His adde Sanſſayum, qui ex Miræo ſua accepiſſe videtur:* Ipſo die in Hasbania, natalis S. Liberti martyris, quem Dani ethnici, Belgium vaſtantes, fugientem inſecuti, in templo cœnobii S. Trudonis, ante ipſam ſummam aram, genibus flexis religioſiſſime orantem, cum ſocio anonymo immaniter trucidarunt, eo loco qui etiamnum hodie religionis cauſa tapeto tectus viſitur, *Accedant additiones Flandricæ, & Willeti Gallicæ ad Martyrologium Romanum, & recentiſſime Caſtellanus in Martyrologio Univerſali, quorum omnium unanimis conſenſus* S. Liberti *cultum ab immemorabili quam teſtatiſſimum confirmat.*

B

11 *Quæ totis quinque* a S. Liberti *elevatione ſæculis apud populares ſuos Mechlinienſes ejus peculiaris veneratio fuerit, mihi hactenus inconpertum; non ubi ve quis cenſuerit, communem ipſum cum S. Rumoldo Legendam & cultum apud ſuos habuiſſe, donec communicatis cum cœnobio Trudonopolitano S. Rumoldi reliquiis, indeque ſanctæ* Liberti *ſacris exuviis mutuo, ficta loqui licet, acceptis, anno* 1631, *ut habes in Commentario prævio ad ſancti Mechlinienſium apoſtoli Acta § 22, num. 254, ſolennior Mechliniæ haberi cœpit feſtivitas, relatumque inter propria* S. Liberti *anniverſarium Officium, quod exinde in Metropolitana eccleſia conſtanter celebratum novimus, approbante primum Illuſtriſſimo archiepiſcopo Jacobo Boonen, eximio tum S. Rumoldi, tum ſanctæ ejus diſcipulæ & ſucceſſoris* Liberti *cultore, ut dicto Commentarii Rumoldiani loco aliiſque ſatis demonſtratum eſt. Porro in laudatis ibi non ſemel Ampliſſimi Decani Molli adverſariis, res tota cum ſuis incrementis breviter ſed accurate deſcribitur, ex quibus ea, quæ ad* S. Libertum *pertinent, hic ſubjicio:* Anno MDCXXXI, Auguſti XXXI, reliquiæ S. Liberti ſolenni ſupplicatione veſperi pridie delatæ ſunt e ſacello Illuſtriſſimi Domini ad navim eccleſiæ, comitante Ill. Dom. & celebrante ſummum ſacrum, proceſſione ſolenni comitante clero & Ordinibus omnibus. *Tunc exaltata ſacra reliquia: ad annum vero* 1633, *pro* XIV *Julii ſic habet Molius:* Celebratum feſtum S. Liberti per modum Duplicis, cum muſica & organis in omnibus Officiis, ac pulſu campanæ Rumoldi ad omnia Officia, cum laudibus Veſpertinis; ornato altari, ut in feſto S. Rumoldi, ac iiſdem ornamentis; reliquiis in altari repoſitis, & candelabris argenteis; aſſignatis cantoribus, organiſtæ & pulſatori ex proventibus penuarii, ex ordinatione Capituli *&c.*

A quo tempore Mechlinienſes

quo die & quo ritu feſtum celebretur.

12 *In hodierno proprio Mechlinienſi dilata eſt* S. Liberti *feſtivitas ad* XVI *Julii, procul dubio quod* XIV *impediatur celebritate S. Bonaventuræ,* XV *autem S. Henrici: colitur ſub ritu duplicis cum unica lectione propria, quam hic deſcribo, tametſi nihil præter jam dicta continet. Lect.* IV, Libertus Adone comite & Eliſa parentibus ſonio confectis ſancti Rumoldi precibus Mechliniæ natus, & ab eo baptizatus eſt. Qui cum grandiuſculus in flumen cecidiſſet, Rumoldi oratione a morte ſuſcitatus, caput extulit aquis, & contrario flumine ſurſum ſe extollens, perinde acſi aquis tinctus non fuiſſet, ad ripam appoſuit eſt. Hic poſtea in propinquo loco, qui ab ulmorum copia nomen accepit, cœnobiticæ vitæ cœtui præfuit, & in eo cum admirabili ſanctitate vixit. Scythis deinde & Danis ab ora maritima uſque ad Agrippinenſem Coloniam bello omnia vaſtantibus, ut periculo ſe eriperet; in Hasbaniam profugiens, ante ipſam divi Trudonis aram (ubi flexis genibus Dominum deprecabatur) occiſus, martyrii palmam adeptus eſt. *Binæ aliæ lectiones ejuſdem ſecundi nocturni deſumptæ ſunt ex ſermone S. Bernardi de S. Clemente. Ad tertium nocturnum ponitur Evangelium ex Matth. cap.* 10: In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis, Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere *&c., legunturque homilia S. Ambroſii epiſcopi in lib.* 7, *in Lucam cap.* 13. *Cetera omnia ſunt de communi unius Martyris primo loco. Nunc Sancti ætatem & mortis epocham inveſtigemus.*

C D

§ II. Martyrii S. Liberti veroſimilior epocha.

Ætatem involviſſe videtur Molanus

Jam proxime verbo inſinuavi, ætatem S. Liberti, *ſaltem verum ejus martyrii tempus ſcriptores Belgas non parum turbaſſe, cujus rei epocha diſquirenda non omnium attentionem attuliſſe videtur laudatus ſæpe Joannes Molanus, dum in citatis Uſuardinis additionibus ad marginem apoſuit annum* DCCCLXXXIII; *in Indiculo vero ita verſum locutus eſt, acſi prædictum martyrium referret ad primariam illam & famoſiſſimam per Normannos depopulationem, quam circa annum* 884 *contigiſſe, ſcriptores omnes certatim memorant. Præmittenda igitur Indiculi verba huc ſpectantia ex quibus mota ſunt inter noſtrates controverſiæ.* Dani, *inquit*, & Normanni ea tempeſtate vaſtabant Galliæ, & in eis Lotharingiam, ſive Lotharienſem regnum, cujus portio erat noſtra Brabantia. Imo Regino Prumienſis, ejuſdem fere temporis chronographus, ſcribit anno octingenteſimo octuageſimo quarto, Normannos in regno Lotharii caſtra & ſedes ſtatuiſſe in loco qui dicitur Luben, regnumque continuis incurſionibus fatigaſſe: indeque Pariſios receſſiſſe anno octuageſimo ſeptimo. Everſa eſt tunc Mechlinia, quatuor tantum milliaribus diſtans a Luben, ſive Lovanio, & Libertus profugus in Hasbaniam, ab iiſdem ob Chriſtum occiſus eſt, ante altare divi Trudonis, flexis genibus Dominum deprecans. *Hæc haud ambigua eſt Molani ſententia, iiſdem prope verbis in Natalibus demo explicata.*

E F

ex male intellecto Theodorico,

14 *Errandi anſam arripere fortaſſe potuerit, vir de cæteris in his rebus ſatis perſpicax, ex ipſo Theodorico, a quo* S. Liberti *martyrium Actis S. Rumoldi num.* 8, *pag.* 242, *ita immixtum eſt, ut prima fronte dubium faciat, utrum iſtud non ſubierit* S. Libertus, *vivo adhuc & ſuperſtite ſancto Ma-*

A *Magistro, cujus necem sequenti demum num.* 9 *subnectit. Tum vero cap.* 2, *pag.* 245, *eam Normannorum irruptionem describere aggreditur, quæ ex insertis Caroli Crassi & Joannis PP. VIII nominibus, aliisque adjunctis ea plane tempora denotat quibus Molanus postremum* S. Liberti *certamen satis aperte innectit, atque illud est in quo ejus attentionem defidero; etenim perpensis rebus omnibus, usquam asserit Theodericus, martyrium* S. Liberti (*ut alii voluerunt*) *Rumoldianum præcessisse, sed omnibus, quæ ad Libertum attinent, sub unum conspectum propositis, felicem S. Rumoldi exitum prosequitur: quæ vero, sequente ibi capite, de Normannis tradit, non ad* S. Liberti *eadem, sed ad S. Rumoldi miracula, diu post Mechliniæ patrata, reducenda esse, rerum ordo manifestat; ex his autem dictorum S. Rumoldi locis nihil prorsus eruitur, quo certum Liberini martyrii tempus designatum intelligamus; ut proinde tota disputatio ad solum Molanum reducatur, qui aut Theoderici mentem probe assecutus non sit, aut ex aliis perperam conceptis, eam epocham eligendam putaverit, de qua primum audiemus nostrum Joannem Martinium, qui sicut litteris suis in Commentario Rumoldiano a. num.* 2, *Roswydum de S. Rumoldo consuluerat, sic eumdem anno* 1622, *Aprilis* XXII *pro* S. Liberto *interpellat. En ejus epistolæ verba.*

AUCT. J. B. S.

B

15 In vita S. Liberti nodus est Gordius cui Rev. vestram Alexandrum accedere rogo. S. Libertus natus ante annum Christi DCCLXXV quo S. Rumoldus e vita abiit, ut ex Vita D. Rumoldi constat, cujus precibus ille sterilibus parentibus est impetratus: Libertus is (ut affirmat Molanus in Vita S. Rumoldi & S. Liberti, Lippeloo item, & Surius ceterique Vitæ D. Rumoldi scriptores) a S. Rumoldo monasterium præfectus est, & ibidem pie vitam transegit in annum Christi DCCCLXXXII vel DCCCLXXXIV, quo Nortmanni in loco qui dicitur Loven (Regino ita loquitur) sedem figentes, eum fugarunt & in S. Trudonis templo occiderunt. Senium nimium & productior vita S. Liberti historiam omnem mihi reddunt suspectam; nam si S. Libertus a S. Rumoldo monasterio est præfectus, viginti ut minimum, annorum esse debuit, S. Rumoldo ad cælos abeunte; nunc vero si ad annos XX addideris annos XXV, qui sunt inter annum DCCLXXV quo S. Rumoldus obiit, & annum sæcularem DCCC, reperies annos XLV: deinde si ad annos XLV addideris annos LXXXII ut minimum qui sunt inter annum DCCC & annum DCCCLXXXIII, quo occisus Libertus traditur, habebis annos CXXVII, quibus vixisse S. Libertum oporteret, si ea vera sunt, quæ conscripta leguntur. Oro, pater, hunc nodum vel solve, vel seca.

de qua re Martinium Roswydum.

C

16 *An & qua ratione propositum nodum solverit aut secuerit Roswydus, me quidem latet; at idem saxum paulo post volvisse Arnoldum Raissium, Hierogazophylacii Belgici & Auctarii ad Natales scriptorem, deprehendo ex epistola ejus ad Colvenerium scripta, subjunctoque hujus responso, quæ cum totam nostram quæstionem complectantur, & utrumque solvant, hic scriptum utrumque exhibendum censui, ea subinde additurus, quæ ad paulo ampliorem illustrationem conducere existimavero. Sic dubia sua exponit Raissius*: Quod S. Libertum anno DCCCLXXXIV (quo tempore Normanni, Dani & Hunni Brabantiam & adjacentes provincias igne vastabant & gladio) ante aram S. Trudonis orantem, vitam martyrio consummasse tradunt Molanus, Usuardus, Miræus, aliique prid. Idus Julii; dico ego, venia ipsorum, non esse verisimile, ipsum perveniisse ad ista tempora, etsi ultimo anno S. Rumold· scilicet DCCLXXV, quo martyrio occubuit, ejus baptismus ponatur & ejus a morte suscitatio, nisi forte dicatur anno ætatis suæ ex consummasse martyrium. Sed magis urget, quod in Molano & in Vita S. Rumoldi ... dicatur fuisse præpositus cœtui cœnobiticæ vitæ, ad minus (ut verisimile est) anno ætatis XX. Hinc apparet, potius ferendum esse ejus martyrium ad an. DCCCXXXVII quo cœperunt Nortmanni Gallias devastare; nisi colligeretur ex Vita S. Rumoldi, ipsum martyrio occubuisse longe ante ipsummet S. Rumoldum. Placebit Amplissimo D. super hoc suum referre suffragium, neque plurimum devincier. Tuus totus, Arnoldus de Raisse. *Sisbe modo Colvenerii responsionem.*

D

Raissius Colvenerium consulit.

17 S. Rumoldus Roma in Belgium venit anno DCCLII, ut habet Vita ejusdam, quæ est recentioris auctoris, apud Zachariam Lippeloo Kal. Julii, hoc est tempore Pipini regis, patris Caroli magni, qui rex creatus est anno DCCL: & quamvis ex eadem Vita videatur S. Libertus martyrio occubuisse ante S. Rumoldum; ex alia tamen ejusdem Vita a Theodorico abbate S. Trudonis conscripta, quæ est apud Surium (quæ propter antiquitatem majoris est ponderis) contrarium satis indicatur. Natus autem videtur S. Libertus anno DCCLIII, atque ita præfici potuit a S. Rumoldo monasterio a se ædificato, ætatis suæ anno XX vel XXII; martyrium enim S. Rumoldi ex Molano Baronius tam in Annalibus quam in notis ad Martyrologium 1 Julii, sicut & Miræus ex eodem Molano affignat anno DCCLXXV. Ante quem annum Libertus occidi non potuit a Normannis, qui demum has partes invadere cœperunt anno DCCCXV, tempore Ludovici, de quo scribit ad eumdem annum Baronius; Ludovicus hoc anno adversus Normannos misit exercitum, qui absque pugna, acceptis obsidibus rediit. Idem scribit anno DCCCXXXVI, eumdem Ludovicum Normannos grassantes in Frisios absque ulla hominum cæde in fugam vertisse; & ibidem ait; hoc eodem anno prima Normannorum in Gallias irruptio in Francorum Annalibus recenseturi. Non potuit igitur a Normannis ante hæc tempora Libertus occidi: neque videtur tempus martyrii ejusdem dilatum usque ad annum DCCCLXXXIV, quia sic oportuisset eum consummasse martyrium non dico anno CX sed CXXX ætatis suæ; sed id contigisse anno DCCCXXXV aut circiter. Unde recte annotavit Hæræus; intelligitur depopulatio facta tempore Ludovici Pii, de qua in antiquis Annal. Franciæ an. DCCCXXXV.

Anno hujus ipsum

rem utrumque incidet.

18 Neque verum est quod scribis, Usuardum tradere, Libertum consummasse martyrium anno DCCCLXXXIV, quia Usuardus nec Rumoldi nec Liberti meminit in suo Martyrologio, sed utrumque Usuardo adjecit Molanus, & utriusque meminit idem in suis Natalibus Sanctorum Belgii, ubi tamen id diserte non asserit, dicto anno passum esse S. Libertum, sed eo tempore quo Dani & Normanni vastabant Gallias, & in eis Lotharingiam, seu Lotharienſe regnum, cu-

Digitized by Google

A cujus portio erat noſtra Brabantia. Deinde ſubdit, quod Regino ſcribat, anno DCCCLXXXIV Normannos in regno Lotharii caſtra & ſedes ſtatuiſſe in loco qui dicitur *Loben*, regnumque continuis incurſionibus fatigaſſe... Mox addit, everſa eſt ab his Mechlinia, quatuor milliaribus diſtans a Lovanio, & Libertus profugus in Hasbaniam, ab iiſdem ob Chriſtum occiſus eſt ante altare divi Trudonis. Verum non eſt neceſſe, poſterius hoc factum eſſe eo tempore, quo id, quod præcedit. Quinimo dum occiſum narrat Libertum Vita S. Rumoldi, quæ eſt apud Lippeloo, dicit ſingulari Dei munere locum S. Rumoldi immunem fuiſſe, omnibus in circuitu templis & cœnobiis flamma abſumptis. Reſtat ſolus Miræus, qui occiſum ponit DCCCLXXXIII in Faſtis Belgicis, idque veroſimiliter ex Molano, qui id lectori parum attento ſignificare videtur ..... Et hæc meliori judicio ſemper ſalvo. Datum Duaci die XXVI Julii MDCXXVII.

B Georgius Colvenerius. *Laudo conatum ad excuſandum Molanum, quem quo attentius legeris, eo magis perſpicies, veriſſima eſſe quæ de eo nuperrime diximus.*

19 *Placet de cetero eruditum juxta ac moderatiſſimi reſponſum, in ea præſertim, quam & nos ſecuti ſumus, ſi non certa undecumque, ſaltem veroſimillima opinione, de epocha martyrii S. Rumoldi an. 775, omnino ſtgenda, a qua ſi receſſeris, Rumoldiana fere omnia corruere neceſſe eſt. In ea autem ſententia cum cæde* S. Liberti *an. 883 vel 884 innexa, Vitam poſteriorem enormiter producendam quis non perſpicit? At paradoxum hujuſmodi deguſtare nihil eſt quod nos compellat, priſquam Theodoricus, rebus geſtis multo quam nos propinquior, nullam certam Normannorum irruptionem determinavit; ut hiſtoriæ ejus integritas planiſſime ſalvetur. modo aſſignari poſſit tempus aliquod, quo barbari illi in Brabantiam penetraverint, & latrocinia ſua immaneſque carnificinas exercuerint. Id vero ſi ante poſteriorem illam vaſtationem, de qua Theodoricus numero noſtro* 10 *meminit, cujuſque* incendio per decem & octo annos totum

C orbem arſiſſe narrat; *id, inquam, ante palmarem illam gentium Aquilonarium rabiem contigiſſe, ſi diſtinctiori auctoritate quam laudatus Colvenerius oſtenderimus, forta tecta mambit ejus, aliorumque longe probabilior opinio, totis ferme quinquaginta citius annis, nempe circa an. 835 aut 836, ſenem tum, ætate ſatis grandævum, utpote octogenarium, martyrii coronam ob offerſi Chriſtiani nominis hoſtibus conſecutum fuiſſe.*

20 *Colvenerii reſponſum non vidit, opinor, Gurnezius; neque vero ei opus fuit recentiorum annalibus, ut propoſitam controverſiam aliquouſque enodaret; quam certe non ſcitanter expendit laudatæ ſupetius Facis ſuæ hiſtoricæ diſſertatione ultima, ea argumenta congerens, quæ hic attigiſſe & nonnihil illuſtraſſe, erit plane rerum elucidatio, quæ hic dirimenda ſuſcepimus. Verbo præmonuiſſe juverit, tempus vix unquam opportunius barbaris iſtis illuxiſſe, quo Gallias rapinis ſuis infeſtarent, quam eam tempeſtatem qua interius adeo ardebant ingratiſſimi filii Lotharius, Ludovicus & Pippinus in pium Imperatorem, parentem ſuum optimum, ut merito ſtupeat accuratiſſimus Franciæ nuperus hiſtoricus, noſter Gabriel Daniel, tomo* 2 *editionis primæ pag.* 638, *plura ipſos damna per id tempus turbatiſſimo regno non intuliſſe. In Friſiam porro exſcendiſſe & aliquouſque ab an.* 835 *pe-*

Julii Tomus III.

netraſſe non diffitebor, diſerte id affirmantibus ejus temporis ſcriptoribus, quos ibidem allegare non negligit. Sunt ii auctores veterum Annalium, partim Baronio notorum, partim recentius editorum, quorum ſubſidio texitur ſeries paulo clarior variarum illarum, toti Galliæ funeſtiſſimarum irruptionum, quibus formidanda illa gentium nomina noſtro etiam Belgio, tamquam alia poſt Attilam flagella, incubuerunt, quarumque originem paulo altius apud Gurnezium a pag. 200 *repetitam invenies; hic nobis ſat erit eam detexiſſe, qua S. Libertum ab ipſis interemptum, reddatur quam veroſimillimum.* AUCT. J. B. S.

21 *Ea hic igitur omnia prætereo quæ de primis Normannorum moribus, a Carolo Magno repreſſis ex Eginardo aut aliunde recenſet Gurnezius, alia etiam fuſius memorans, a curioſis iſtic videnda; neque attendenda primæ ad oram Flandriæ leviores infeſtationes, quas aliqui an.* 815 *aut* 820 *referunt, vix levia ſecuturarum calamitatum præludia: huc ſpectant potiſſimum rapinæ, cædes, incendia, verbo damna innumera Friſiæ primum, deinde Hollandiæ, tum & Brabantiæ noſtræ illata poſt annum* 830, *cum nullam Brabantinam incurſationem antiquiorem noverimus, de quibus ſolis hic nobis agendum. Et primum quidem occurrit Chronicon de geſtis Normannorum inter Scriptores Franciæ apud du Cheſne tomo* 2, *pag.* 524, *in quo notatur barbara gentis devaſtatio in Friſia ab ipſo an.* 833, *qua* homines multi occiſi fuerint aliique captivi abducti. *Hæc prima exſcenſio in eas partes fuiſſe videtur, una forte anno hic anticipata, cum in Annalibus Bertinienſibus ad annum* 834, *ſic legam:* Interim etiam claſſis de Danis veniens in Friſiam, aliquam partem ex illa devaſtavit; & inde per vetus Trajectum ad emporium, quod vocatur Doreſtadus, venientes, omnia diripuerunt. *Tum vero ad annum ſequentem* 835 *diſtinctio notatur;* Normanni ſecunda irruptione Doreſtadium irruentes, vaſtaverunt atque hoſtiliter deprædati ſunt. *Conſpirant omnia in alteram illam, ut audaciorem ita funeſtiorem anni* 835, *viaque jam ante quaſi ſtrata, invaſionem in extremam uſque Brabantiam extenſam, ut apertius docebimus ſequentia documenta.* eam vero ſuggerunt chronica Francica.

22 *Rem omnem non ſatis exprimit auctor Vitæ & actuum Ludovici pii, apud eumdem du Cheſne pag.* 314, *dum paucis innuit* irruptionem Normannorum in Friſiam *dicto anno* 835; *at præ ceteris clare locutus eſt auctor incertus Annalium Francorum, a Pithœo primum editorum, ubi ad annum iſtum* 835, *nihil dubii relinquit quin in Brabantiam uſque ſeſe effuderit peſtis illa Normannica dum Antverpiam noſtram tam diſerte commemorat.* Primum *ait*, Normannos Doroſtadum (*hodie Wyck te Duerſtede*) vaſtaviſſe. *Tum plenius*: Normanni Anduuerpiam civitatem incendunt, ſimiliter & Vvitthem emporium juxta oſtium Moſæ fluminis, & a Friſionibus tributum acceperunt. *Hos Annales procul dubio vidit & tranſcripſit, in annis tamen bisnulo deflectens Sigebertus, pro anno* 835, *notans* 837, *ex cujus conformitate res minime dubia relinquitur. Sic igitur ille:* Northmanni Gallias graviter infeſtant, Doreſtatum vaſtant, Andoverpiam oppidum & Vuitlant emporium, ſitum juxta oſtium Moſæ, incendunt, a Freſonibus tributum accipiunt. *Huc etiam adducit Papebrochius in Annalibus ſuis Antverpienſibus, quos prælo paratos reliquit, locum Theobaldi in hiſtoria S. Gummari, dum narrat per ſuvium* pro anno 835.

Irruptiones Normannorum in Belgium narratæ;

quæ cum S. Liberti ætate componi poſſit;

AUCT. J. B. S.

Scindam, tunc haud dubie quam modo latiorem, pervenisse barbaros Turnhaut (hodie Deurne) ibique monasterium, tum Lieram & Mechliniam exstitisse, ut suo loco pluribus disquirendum erit.

quo vere similime Sanctus martyrii effectus est.

23 *Ut paucis complectar omnia, jam dictis consonant scriptores alii a Gurnerio citati, quos hic majori numero colligere nihil profuerit, cum ex adductis modo antiquissimis testimoniis cetera accepta esse, facile quisque intelligat. Sic igitur verosimillima concluso, non alteri tempori opportunius inneti posse quæsitam martyrii* S. Liberti *epocham, quam anno jam toties dicto* 835. *Nec signatus martyrii dies* XIV *Julii (si non potius inventionis dicendus est) a vero multum abludit, æstivo enim tempore usos prædones, minime dubium crediderim: at celerem fuisse per Brabantiam & Hasbaniam depopulationem inde datur colligi, quod tesse citato superius Vitæ & actuum Ludovici Pii auctore, ad eorum (nempe Normannorum) insolentiam comprimendam perrexerit Imperator, ut, hoste imminente, spolia raptim convasanda fuerint, quo se in Frisiam indeque in naves reciperent. Atque hic Commentarium finimus, nihil magnopere solliciti de apologia fugæ* S. Liberti *texenda, postquam Servator ipse Christus suos tam diserte monuit; Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Cur autem in Hasbaniam potius quam alio fugerit, mihi saltem divinare non lubet: in promptu iis solutio, qui Sancti matrem Elisam appellant, eamque in Hasbania illustri & præpotenti genere ortam existimant, ut prolode ad ditionem propriam Hasbaniensem se recepit; quod cum ipsis tantisper supponere non gravabimur, aliis monumentis ad hæc elucidanda plane deficientibus.*

B

DE S. JOSEPH EP. ET CONF. E

J. P.

Ex tabulis Græcis, & Historia ecclesiastica.

SÆC. IX

Sancti elogium;

C *Lectissima hodie* S. Joseph, *archiepiscopi Thessalonicensis, memoria signatur in Fastis Græcis, Menæis videlicet impressis, eorumque Ms. Indice, Maximo Cythereorum Episcopo, Menæis bibliothecæ Ambrosianæ ac Menæo Chiffletii, ac in sæpe dicto supplemento Sirmondo-Chiffletiano ad Menæa excusa. Elogium parvum habet Sirletus; sed illo prætermisso, dabimus id, quod legitur in Basiliano Synaxario*: Sanctus pater noster Joseph vixit, imperante Theophilo iconomacho, Photini & Theoctistæ filius, Theodori, Studitarum hegumeni, frater, qui propter conversationem suam, virtute conspicuam, communi calculo creatur episcopus Thessalonicensis. Ubi quando satis diu erat versatus, & orthodoxam fidem docuerat, justu Imperatoris CPolim * reversus est. Ex cum tam ipse, quam ejus frater stetissent coram Imperatore iconomacho, venerabilium imaginum cultum abnegare compellebantur. Quo cum adigi non possent; Theodorus quidem ad paludem Apolloniadis in exilium relegatus est; Joseph vero in variis carceribus C versatus, & reliquam etiam calamitatem constanter perpessus, rursumque a quodam impiorum, ab Imperatore misso, hæreticæ fidei professioni subscribere coactus, idque facere renuens, in obscuriorem carcerem inclusus, e vivis abiit. *Unde videtur Martyris nomine non indignus, quamvis titulo ὁμολογητῶ, confessoris, vel* episcopi Thessalonicensis *dumtaxat signatum reperierim apud Græcos: refertque observet Graferus in notis ad homiliam in sanctam Crucem, ab ipso compositam, in titulo orationis ὁμολογητὴν nominari, quod nomen apud Græcos illis datur, qui contra martyrium, aliquid fidei vel justitiæ causa perpetiuntur.*

* ἐκ Παριλίου εἰς τὴν πόλιν.

2 *Supradictum Supplementum hos pangit versiculos*; versiculos :

Ἔσοπτρον ἡ σάρξ· ἀ λυθέντος, Παμμάκαρ,
Οὐδὲν μέσον σοι πρὸς Θεᾶ θεωρίαν.

Caro speculum: dum, o Beate, hoc solvitur,
Faciem intueri te Dei, nihil vetat.

Porro in Menæis impressis ac Maximo Cytheræo repetitur Sanctus die XV *hujus cum simili elogio, cui in fine additur*: Prope cæcis custodiis inclusus mancipatur; in quibus multa & intolerabilia mala sustinuit; fameque & siti, & omnibus calamitatibus ablumptus, ad æternam quietem, quam nullam ullo tempore in præsenti reperit vita, emigravit: cujus precibus ab omnibus malis liberemur. Amen. *Cave ne hunc* Josephum *confundas cum alio ejusdem nominis* Hymnographo, *aliquantulum juniore, quem dedimus die* III *Aprilis, a pag.* 266.

3 *In Vita S. Nicolai Studitæ ad diem* IV *Februarii mentio fit de hoc* S. Joseph*o. Varias epistolas, a S. Theodoro ad ipsum datas extare apud Baronium, significatum est ibidem in annotatis ad cap.* 2, *lit.* f; *de quibus mox. Ex numero* 37 *ejusdem Vitæ etiam discimus, S. Platonem, qui colitur* IV *Aprilis, duorum horum fratrum avunculum fuisse: nam ut ibidem narratur, ipse Theodorus* gloriose depositus fuit XVI Januarii juxta inclytum ac afflatum a Deo ejus avunculum Platonem, una cum fratre ac Episcopo Joseph a dextris ad orientalem partem delubri S. Præcursoris: *monasterium quippe Studitarum conditum erat in honorem S. Joannis Baptistæ. De hoc nostro sancto Præsule etiam recurrit mentio in Commentario historico S. Theophylacti, Episcopi Nicomediensis, ad diem* VIII *Martii, num.* 6.

veteris ad Sanctum spectantia;

F

4 *Plurimum illustratur* S. Joseph *ex epistolis scriptis S. Theodori germani sui ad se datis, quas produxit Baronius, primo, aut fatetur ad annum* 808 *num.* 1, ex codice Columnensis bibliothecæ latinitate donatas opera & diligentia Sirmundi. *Ad annum* 809, *num.* 46 *ista præmittit*: Cum in hunc modum pseudoepiscopus Thessalonicensis .. tam crudelia atque deformia ageret adversus sanctissimos monachos, qui ejus communionem aversarentur .. qui vere pastor erat, & pater, legitimusque archiepiscopus Thessalonicæ Josephus ab hæreticis Mœchianis in synodo Mœchiana (*de qua agit ibid. num.* 3) depositus. His auditis magnopere cruciabatur; de hisque iterum scripsit ad ipsum germanum suum Theodorum; *quibus ille rescripsit consolatorias; relatas ibidem num.* 47. *Unde paucula delibo*: Ego vero non per antiphrasim, absit; sed vere prorsus, elucere te his temporibus nostris in archiepiscopali dignitate, sanctorum Patrum exemplo dixi. Nec aberrem si columnam, & firmamentum Ecclesiæ te vocem, mi frater optime, &c. *Et ex epistola ibidem relata ad annum* 815, *num.* 11 *discimus Sanctum nostrum*

in

A *in exilium relegatum fuiſſe*: Exurge itaque vir Dei... non penitus in inſula relinqueris. Exerceri forſitan & probari te, ſicut antea, oportet, ut coronam inde referas illuſtriorem. *Ibidem num.* 8 *egerat de exilio in dicta inſula, quam non exprimit, occaſione S. Platonis*, circumſcripti in una quadam inſula ex his, quæ ante urbem ſunt: (*de CPoli egerat*) quemadmodum & frater noſter Joſephus Arch. Theſſalonicæ in alia quadam valde aſpera; *unde ſitum ejus aliquenſque colligas. Et rurſum ad annum* 816, *num.* 43, *ſuaviſſima & vere fraterna epiſtola a Baronio, ſummis laudibus cum proſecuto, profertur; in qua Theodorus dolere ſe dicit*, inter alia petiiſſe.. jambos, quos contra Iconomachos ſcripſerat. *Longum eſſet totam tranſcribere: quam ſic concludit*: Saluto eos, qui reverentiæ tuæ famulantur: qui mecum eſt, Nicolaus videlicet, ut famulus ſupplex veneratur.

5 *Alia Sancti noſtri decora ibidem traduntur.* Palam *negat, ſe cum patriarcha CPolitano communicaturum ad annum* 808, *num.* 2. Et, *ut narratur num.* 27; *Theodori fratris ſui* ſententiæ defenſor & propugnator, nec audiri potuit, imo calumniam paſſus, quod malis artibus archiepiſcopatum eſſet adeptus, ad Simeonem monachum.... litteras reddidit, *quæ dantur cum apologia de epiſcopatu num.* 18; *de ſeparatione ejus* (*quæ eſt apud Theophanem ac Cedrenum*) *num.* 19. *De Oratione ejus in venerandam ac vivificam Crucem, a Greiſero noſtro e Græco verſa, & inſerta ejus tomo* 2, *de Cruce Chriſti*; (*de qua re, uti & de tempore, quo ſcripta fuit, vide ipſius notas*) *agit Poſſevinus noſter tomo* 1, *Apparatus ſacri. Canones, quos noſter compoſuit, diſtinguendos ab iis, quos concinnavit Joſephus Hymnographus, dictum ad eumdem diem* 11 *Aprilis pag.* 268. *Videri poteſt etiam Simonis Wanguereckii noſtri Pietas Mariana Græcorum in Prolegomenis num.* 22. *Commentariis de Scriptoribus Eccleſiaſticis recentiſſime editus, de S. Joſephi ſcriptis agit tomo* 2 *a col.* 24.

6 *Quo anno obierit S. Joſeph, non habeo unde definiam, deficiente ejus Vita: quæ ſi alicunde eruatur, forte licebit de anno mortis, & fortaſſe etiam de die, quo obiit, aliquid certi ſtatuere, ſiquidem conſcripta unquam fuerit, de qua re mihi non conſtat. Illud interea videtur ſatis certum, vitam non produxiſſe ultra annum* 844 *vel proxime ſequentem; quantum aſſequimur e Vita S. Theodoræ Imperatricis, data ad diem* 11 *Februarii, §* VIII, *num.* 35; *ubi verba legis ſupra a nobis prolata; & paullo poſt ibidem num.* 56, *relata ſolenni tranſlatione S. Theodori, de qua ſupra, dicitur ejuſdem Theodori corpus in Studii monaſterio collocatum fuiſſe, in quo & magni Platonis & beati quoque Joſephi dives arca pariter aſſervatur. Quæ tranſlatio ibidem aſſignatur anno* 844 *aut ſequenti; Baronio illam inciſente anno* 844.

DE S. HENRICO IMPERATORE

BAMBERGÆ IN GERMANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. B. S.

§ I. Sancti genus, nomen & agnomina.

ANNO MXXIV. EPiſcopatus Bambergenſis elogia paucis ſed non ineleganter delibavit Gaſpar Bruſchius; *urbs ipſa non ſemel in Actis noſtris deſcripta eſt, patrono & fundatore eccleſiæ ſuæ gaudens* S. Henrico *quem Cæſarum ſuorum decus & gloriam, hoc vel potius præcedenti die, cælo tranſmiſit Germania, ejus nominis Regem ordine ſecundum, Imperatorem vero primum, quem tamen communiori acceptione* Henricum II *appellabimus, virum inſigni prorſus ſanctimonia clarum, virginitate in conjugio ſervata illuſtrem, beneficentia in Eccleſiam nulli ſecundum; ut de perpetuis ejus etiam inteſtinis bellis hic non agamus, quibus toto regni & imperii ſui tempore etiam a proximis, & ſibi obſtrictiſſimis exagitatus fuit: Germaniæ interiora adverſus rebelles egregie tutatus, externos vero hoſtes Slavos, Bohemos, Polonos alioſque invictis armis inſecutus; quique in oppoſitas maxime Europæ partes Apuliam & Flandriam victricia ſigna circumtulit. Ea, inquam, hic ex profeſſo erudienda non ſuſcipimus, illis potiſſimum intenti, quæ ad ſingulares ejus virtutes, Chriſtiano & vere ſancto principe dignas, miracula & cultum, tota Catholica Eccleſia merito propagatum, pertinere cenſebimus; eos præcipue ſcriptores audituri, qui ejus pro fide & religione fortiter geſta, munificentiam in exſtruendis reſtaurandiſque eccleſiis, ceteraque intemeratæ ſanctitatis argumenta proſecuti ſunt. Atque hæc præcipua erunt tractationis hujus prævia argumenta, ſic tamen a nobis hoc loco ordinanda, ut nihil omiſſum ſimus, quo totus vitæ curſus illuſtrari poſſit, id quod a nemine hactenus præſtitum eſſe, utut mirati ſint multi, nemo certe implexam rerum ſilvam complanare auſus eſt. Sed hic prius exequenda ſunt, quæ in titulo propoſuimus.*

C S. Henr. cum Imperii decus præcipuum,

2 *Hæc inter primum occurrit Sancti ipſius genus, ſtirps, origo ſeu familia, de qua dubium mihi nullum ſubortum fuiſſet, poſt lecta tam varia ſcriptorum coævorum teſtimonia, niſi noſter Matthæus Raderus in ſua Bavaria ſancta tom.* 1, *pagina* 103, *ad rem paulo accuratius examinandam compuliſſet. Refellere iſtic conatur Raderus receptiorem* S. Henrici *progeniem, qua ex communi cum Ottone I ſtipite, nempe Henrico Aucupe, deſcendit, gradu tertio conſanguinitatis per duos Henricos, alterum Ottonis magni fratrem, alterum Ottonis II fratruelem, Ottoni III deceſſori ſuo conjunctus; cujus proinde arbor genealogica, primo ſtatim intuitu perſpicuiſſima ſit. Lineam aliam ibi Raderus ſequenti pag.* 104 *ſubſtituit, ex Hofmanno acceptam, quaſi ex ea probetur*, S. Henricus, *non Saxo ſed Bojus genere fuiſſe, quod tamen negat Hofmannus ipſe in nupera Ludwigi editione col.* 56, *hiſce verbis tabulæ ſuæ præmiſſis*: Eo (*S. Henrico*) ſine virili ſtirpe abſumpto, imperatoria dignitas de gente Saxonica Henrici Aucupis excidit & ad Francos Orientales tranſiit. *Qualiſcumque igitur ſit obſcurior illa Hofmanni tabula, a Raderi opinione ipſum recedere manifeſtum eſt: clarius*

F non Bojum genere ed Saxonem fuiſſe,

AUCT. vterum agnoſcere oportet, quam ipſe fruſtra impugnat, inutili æque conatu varia inſignia addu-
J. B. S. cens, ex quibus id demum conficitur, quod in controverſiam non venit, S. Henricum Bavariæ ducem fuiſſe.

ex Adelboldo ab Ultrajectinus

3 Præditam tabulam ab Hofmanno iſtic propoſitam, & a Radero deſcriptam operoſius diſcutere nec fructi nec operæ pretium eſt, ſatis erit ſuperque, ea veterum teſtimonia proferre in medium, ex quibus evidenter pateat, S. Henrici cum Ottone III conſanguinitas tam propinqua, ut & ipſum ex Ottonis magni genere fuiſſe oporteat, cujus rei teſtis ſynchronus, & omni exceptione major eſt Adelboldus Ultrajectensis epiſcopus de rebus geſtis S. Henrici apud Gretſerum pag. 432, noſtris infra in nova editione, num. 5. Ubi præmiſſe de Ottonis III præmatura morte luctu, ſic ſubjungit: Dolor eſſet etiam inſanabilis, niſi ſuperdies ei exſtitiſſet Henricus dux glorioſus, & vir ad regnum ſuſcipiendum ſtrenuus. Is tunc temporis ducatum in Bavarienſi regno tene-
B bat, populum pacifice regebat, pacem amplificabat, eccleſiarum facultates augebat, leges & religiones magnificabat. Tandem ſic in ducatu vixit, quod omnibus placuit, ut de ducatu tranſduceretur, ad regnum, de vexillo extolleretur in ſolium hereditarium. Hereditarium dicimus, quia ut ab his, qui genealogias computare noverunt, audivimus, a Carolo magno ex parte patris decimam ſeptimam, ex parte matris decimam ſextam lineam propagationis tenebat. Inſuper tertius Otto * poſt obitum in regem eligebatur, & IPSI TERTIUM AD INVICEM CONSANGUINITATIS GRADUM TENEBANT. *Hæc ibi.*

* *forte* tertii Ottonis.

aliiſque plane eximitur

4 *Rurſus in eamdem ſententiam loquitur Adelboldus paulo poſt pag.* 434, *ubi recenſitis* S. Henrici *æmulis, inter quos erat Theodericus Lotharienſis, de eo ait, quod* Henricum Ducem in regno eile ſciens he.edem, noluit incipere, quod non poſſet finire. *Mitto hic quæ Hofmannus & alii aſſerunt, de reducta ab Ottone III ad ſeptem electores imperii, regis Germaniæ, uti tunc loquebantur) electione, cum ſatis certum videatur, ad* S. Henricum *uſque hereditariam ſucceſſionem locum habuiſſe; Sanctum vero ex jure regnum adipiſci non potuiſſe, niſi ex Ottoniano genere prognatus fuerit, quod clariſſime ſemel & iterum hic pronuntiat Adelboldus. Neque obſcure conſentit Ditmarus, dum* S. Henricum *in libri ſui quinti prologo*, natum de ſtemmate regum *affirmat; idemque libri iſtius quinti initio, apud*
C *Leibnitium pag.* 365, *jus hereditarium plane agnoſcit, maxima procerum multitudine una voce reſpondente;* Henricum Chriſti adjutorio, & jure hereditario regnaturum. *Adde Sigebertum Gemblacenſem, cujus hæc ſunt verba ad annum* 1002: Fuit quippe) *S. Henricus*) filius Heinrici ducis, qui fuit genitus de Heinrico fratre primi Ottonis Imperatoris. *Unde reſtituendus Mabillonii lapſus in Annalibus Benedictinis pag.* 159, *num.* 25, *dum* S. Henricum *ſcribit*, filium Henrici Ducis, Ottonis magni fratris, *ex dictis enim liquido patet, legendum*, Ottonis magni ex fratre nepotis. *Huc revoca Chronographi Saxonis ad dictum annum* 1002, *ſatis expreſſos terminos:* Præfatus dux Henricus nepos regalis in regnum eligitur.

revocat Raderum

5 *Plura huc non congeram teſtimonia, quæ apud eumdem Chronographum an.* 983, *& alibi recurrunt, cum jam adducta abunde ſufficere videantur ad eam, quam hic dare prætendimus, veram & exactam Henricianæ ſtirpis noſtri ſyntagma de ſtirpe* S. Henrici *non vidi, neque alios in ea diſceptatione citari ſolitos, quorum omnium auctoritas ad Adelboldum, Ditmarum, Sigebertum & Chronographum Saxonem comparanda non eſt, ſaltem apud eos qui veritatis hiſtoricæ momenta probe norunt expendere: nam de* Hezilonis *cognomento Henrico Bavaro* S. Henrici *parenti adjecto (quem veriſus* Rixoſum, *ſed & pium dixeris) quidquid adverſus Ottonem II molitus ſit, ut habes in Vita S. Godehardi* IV *Maji num.* 7, *pag.* 504: *de* Hezilonis, *inquam, appellatione, unde Radevus varia colligere nititur, nulla mihi altercatio; apud veteres deeſt omnino aſſitus character, atque ex adductis ſcriptoribus indubitatum omnino eſt, dicendum ipſum Ottonis magni ex fratre nepotem, adeoque* S. Henricum *ejuſdem Ottonis in eadem linea proneposem; quo ſpectat Ottonis II diploma, apud Gretſerum pag.* 13, *in quo Henricum Bavarorum ducem, hujus, quo de agimus, patrem, earum nepotem appellat, intellige patruelem, ut bene explicat Gretſerus pag.* 84, *ubi genealogiam hanc noſtram egregie confirmat. Ne diutius de re explorata differam; conſule Vitam B. Mathildis* XIV *Muratorii cap.* 5, *pag.* 366, S. Henrici *juſſu ſcriptam ipſique dicatam, & dilucidum invenies Sanctæ noſtri genealogiam, ac de imperio ejus vaticinium: quæ omnia dubitare non ſinunt, quin* S. Henricus *ab Henrico Aucupe per ſynonymos patrem & avum originem traxerit.*

ſententiam poſtmodum retro Bavem.

6 *Pluribus igitur hic ſuperſedeo, neque ea omnia operoſius adducere aut refellere lubet, quæ a variis excogitata ſunt, nationali potius ſpiritu quam ſtudio veritatis. Radevus ipſe, poſt tam multa in Bavarorum gratiam ex inſignibus gentilitiis & aliunde collecta, tomo demum quarto Bavariæ ſuæ ſanctæ pag.* 34, *rei evidentiæ poſtliminio cedens, hæc verba inferre non dubitavit;* Henricum enim ſanctum Saxonem origine jam volumus, ut ex Ditmaro liquet, *atque etiam ex aliis, quos jam abunde dedimus. Qui ambas ſententias, neſcio an ſerio, componere nituntur, aut nihil agunt, aut mere in vocibus ludunt, & ad tenues verborum commutationes omnia revocant. Non hic de patria pugnamus, ut pro Homero Græciæ civitates, nam* S. Henricum *in Bavaria & Abudinci natum, ultro & libenter concedimus, at avito ſanguine, aut ex prioribus illis Bavariorum dynaſtis aut ductibus originem duxiſſe, æque negamus atque certum eſt, Caroli V Cæſaris progeniem, in Auguſtiſſimo Imperatore noſtro Carolo VI ſuperſtitem, non Hiſpanam genere ſed Auſtriacam & Germanicam agnoſcendam eſſe. Hinc ad reliqua in paragraphi titulo præfixa tuto procedimus.*

Sanctinomen & regnum.

7 *Nominis* Henrici *etymon, ut ex Aventino recte notavit Gretſerus pag.* 80, *Germanicum eſt ab* Dain *vel* Daim *quod eſt* domi, & Reich dives, & regnum *atque* imperium: *inde* Dainreich, Daimreich, Dainreich *&c. Veteres* Honoricum *dixere; at in uſu eſt* Henricus. *Hungari (pergit ex Aventino Gretſerus)* Hemericum, & *abſque aſpiratione* Aemericum *vocant. Fuit filius S. Stephani regis Hungarorum & Geſelæ ſororis* S. Henrici *Imperatoris. Significatur hoc nomine prudens & bonus pater familias, & qui colit regnum & imperium. Sub* Henrici *nomine nati ſunt reges Germaniæ ſeu Imperatores ſeptem; Franciæ reges quatuor, limata nomenclatura in* Henri; *Angliæ reges octo: atque in Hiſpaniam uſque tranſiit, habuitque*

A *bujusque synonymus reges quatuor sub* Henrique *nomine, quod Itali* Errico *pronuntiant. Notat praterea Gretserus cognomenta habuisse* Henricum *Imperatorem, sancti a sanctitate, pii a pietate,* claudi *a luxato femore. Frequentes vero fuisse hujusmodi appellationes regibus & Imperatoribus adjectas, vulgo notum est. Hinc* Auceps *ille,* Henrici *sancti pravus, quod aucupio delectaretur, &* humilis *etiam dictus, quod coronam imperialem detrectasset. Ottoni II rufi cognomen adhasit, Ottoni III pueri, quod puer regnare cepisset: Henricus III niger dictus est, Conradus ejus pater* salicus. *Nec in Francia defuere indita facillime cognomenta, ut habes in Carolis* calvo, crasso, simplice, sapiente *&c. ut ad Graecos non accedamus, quibus non minor fuit libertas Imperatores suos cognominandi.*

8 *Et de pii quidem & sancti cognomentis S.* Henrico *tributis, res in comperto est, potissimo loco sola quastio vertitur de* claudi *appellatione, quam variis modis ei inditam narrant scriptores, quos inter is qui Sancti aliqualem vitam scripsit* B *monachus, opinor, sed hunc usque anonymus in fragmento Bambergensi, addendo capiti 22, longam historiam memorat, quam ut sigillare prorsus nolim, potiori tamen auctoritatis pondere praditam vellem, & majori veterum consensu firmatam, tradentibus aliis apud laudatum Gretserum, S.* Henricum, *in bello Longobardico contra Arduinum seu Hardwigum,* captum, cum, deceptis custodibus elapsus, de muro se praecipitasset, luxato fractoque crure, postea claudicasse, unde CLAUDI cognomentum habuerit. *His adde, si libet, quae in eamdem rem congessit Hofmannus, in variis suis Annalibus col. 38 & 39, & novissime Burchardus Struvius in Syntagmate historiae suae Germanicae parte I, pag. 372. Neque praetercundus est laudatus etiam supra Gaspar Bruschius, tomo de Monasteriis Germaniae, ubi pag. 87 Montem Monachorum, de quo nos abunde locuti sumus ad Acta S. Ottonis die secunda Julii, describens, alta obrudit, minus etiam credibilia, ut diversissima illa ejusdem rei diversimode narrata, adjuncta, invitum etiam quemlibet de veritate ambitem haerere compellant.*

inter eos Claudi appellatio

C 9 *Claudicationem equidem admitto, at, ut verum fatear, in nullam adductarum a scriptoribus illis causarum multum inclinor; magis placent ea quae habet Browerus noster in Antiquitatibus Fuldensibus lib. 3, cap: 15, pag. 255, his verbis:* Hic idem Henricus (*sanctus*) cur Claudi cognomen tulerit, inquiri video. Nauclerus fama exceptum perhibet, ex objecto Regi caelitus viso id evenisse, cum Romae in ecclesia D. Mariae Majoris Christum Jesum, summum sacerdotem, Matre Sanctorumque stipatum choro, rem divinam patrare conspicatus, simul ab Evangelio recitato, angeli manu librum ad se ferri vidit, osculo de more libandum; atque eo intento exiisse de mentis potestate, sensibus alienatis: cumque quid secum ageretur, ille quidem nesciret, angelum, collaudata ejus pudicitia, & castimoniae studio, tetigisse nervum femoris, atque inde claudicare coepisse. At comperior equidem in ecclesiae Fuldensis membranis iis, quibus munificentia ejus regia describitur, primis regnandi exordiis, cum se exerceret venatu, graviter a fera sauciam, nomen inde popnlari jactatione Duffchols*, id est claudi tulisse. Quamobrem ex hoc fere incursu ligno fa- claudicasse potius, cum majoribus credere li-

cujus ea rei similior causa redditur.

* gralla- tor *seu* liens

D AUCT. J. B. S.

ceat; [quam] ex angeli contactu, si illi viso fua fides, testificationem tetulisse conjugalis abstinentiae pudicitiaeque. *Clara haec, plana & sana sunt: neque vero prodigiis opus fuit, ut quod inter mortales adeo obvium est, S. Henricus ex recte gradiente claudus redderetur. Hinc ad Sancti aetatem, obitum & cultum progrediamur.*

§ II. Sancti aetas, annus & dies obitus, cultus, elogia.

Regnavit annis paulo plus quam 22.

ÆTatem S. Henrici *nec ab Adelboldo nec a Ditmaro repeti posse, perspicuum est., prioris enim imperfectum est opus, desinens in anno* 1004, *alter autem Sancto non superstitis, praemature e vivis ereptus anno* 1018. *Monachus anonymus, quem Vitae qualiscumque auctorem supponimus, cap.* 30 *sic ait*; defuncto itaque beatissimo Dei famulo anno regni sui XXIV, vitae LII, imperii vero IX *&c. Ast hic in primo charactere erat, cum Sancti exordium antea inexactis anno* 1001; *verum ab* VIII *Idus seu* VI *Junii* 1002 *ad diem obitus* XIII *seu* XIV *Julii, non potest reperiri nisi annus* XXIII *inchoatus; quocirca ab aliis rotunde numero solum regnasse dicitur annis* XXII, *ut Imperator vero annis* X; *quae omnia facile intelliguntur: non item quod mortuus sit anno* MXXII *uti plures scripsere, quos hic recitare non vacat, nedum refutare; non magis quam alios regni initia figentes anno millesimo. Omnium luculentissime hic sit auctor Vitae S. Meinwerci in nostra editione ad diem* V *Junii cap.* 13 *num.* 101, *ubi dicitur* E Henricus cum totius Christianitatis inaestimabili moerore anno vitae suae LII, regni XXII, imperii X, Dominicae Incarnationis MXXIV defunctus; *quod plane confirmat Chronographus Saxo ad dictum annum* 1024, *& terminis paulo expressivibus Annales Hildesemenses, quorum hi sunt characteres;*

eiusdem, 52; natus an. 972 mortuus 1014

11 MXXIV, Indict. VII, Heinrichus Imperator Nativitatem Christi Babenberg; Pascha Parthenopoli, Pentecosten vero Goslare honorifice celebravit. Qui postea Gruna venit, & ibi languore correptus decubuit; & cum totius regni moerore ah! ah! III Idus Julii hominem deposuit: sed XXII annis, F hebdomadis V & uno die regnavit. Anima ejus requiescat in pace. Det requiem animae qui cuncta gubernat ubique. *Rectus est calculus exclusis die* VI *Junii, quo rex declaratus, &* XIII *Julii, quo vita functus est; supersunt enim dies* XXXVI, *qui per septem divisi plenum numero reddunt hebdomadas quinque & diem unum. Atque haec quidem satis pervia & obvia sunt, habeturque tota vitae periodus ad annum aetatis quinquagesimum secundum praedicta, & retrograde ordine numerando figendus omnino est annus nativitatis ante mensem Junium* DCCCCLXXII. *Sic igitur rectissime in annotatis ad Vitae praedictae cap.* 30 *computavit Gretserus in hunc modum:* Moritur Imperator Henricus anno MXXIV, III Idus Julii. Natus est anno DCCCCLXXII Ratisbonae (*locum alium non procul inde diffitum Abudiacum notavit Raderus loco supra citato*) pridie Nonas Maji, ut ex Ditmaro notat Fabricius in Originibus Saxonicis. *Frustra hic pluribus disseritur, quod in dubium non revocatur.*

12 *De die obitus quaestionem movere possent ma-* die 13 Ju-

A AUCT. J. B. S. *Maria Usuardina & recentiora Martyrologia in quorum aliquibus signatur* S. Henricus III *Idus*, *in aliis pridie Idus*, *quo expressissime refertur in bodierno Romano*: Bambergæ, sancti Henrici primi Imperatoris, qui cum uxore sua Chunegunde perpetuam virginitatem servavit, & sanctum Stephanum Hungarorum regem cum universo fere ejus regno ad fidem Christi suscipiendam perduxit, cujus festivitas die sequenti celebratur, *ut proinde eo die mortalitatem exuisse plane censeatur*. *At pro Gretsero, præter antiquos scriptores jam supra laudatos, aliosque, quos recensere superfluum judico, facit eadem S. Meinwerci Vita, loco citato hoc epitaphium referens*:

Henric Augustus virtutum germine justus,
Hæc servat cujus viscera putris humus;
Splendor erat legum, speculum, lux, gemmaque regum,
Ad cælos abiit, non moriens obiit.
Idibus in ternis vexantem pondera carnis
Julius æthereo sumpserat imperio.

B 13 *Hæc litem omnem prorsus dirimere videntur, quidquid in variis locis cultus fortasse fuerit* S. Henricus XIV *Julii*, *quem recentiores passim omnes unanimi consensu eo die annuntiant, & nos ibi ad hunc ipsum vel ad sequentem* XV *omnia ad Sanctum spectantia remisimus, secundum citatum modo Martyrologium Romanum, in quo bodie ob solemnius S. Bonaventuræ festum, Officium sancti Imperatoris dilatum est ad prædictum* XV, *quod proprio die reponi commode non potuisset, cum S. Anacleti festivitate impediatur. Qui acciderit, ut in Sancti natali configuando variaverint Martyrologia, compertum equidem non habeo, at nisi multum fallor, modum omnem in ea difficultate occurrentem satis appositæ dissolvit qui* S. Henricum *obiisse scripsit ipsa nocte inter* XIII & XIV *Julii intercurrente, sic ut ansa inde facillime accepta sit, diversos ejus transitui dies assignandi; nisi forte solemnitas canonizationis, aut aliqua alia ratio intervenerit. Utcumque vero id factum fuerit, tametsi hodierna Sancti solemnitas ab Ecclesia, uti diximus, die sequenti, seu* XV *hoc tempore constanter recolatur, acta ejus hac receptioni celebritate illustranda censuimus, ea quæ ad ejus gesta & cultum pertinent hic prosecturi, præmissis Usuardi nonnullis ancillis in quibus &* XIII & XIV *Julii collocatum invenimus, nam apud antiquiores nulla exstare potuit memoria Sancti, quem scimus undecimo primum sæculo ad Superos evolasse.*

C 14 *De cetero satis certum est, inclytam adeo fuisse, & per totum orbem Catholicum percrebuisse* S. Henrici *virtutum, pietatis & miraculorum famam, ut non diu post obitum pro Sancto haberi cœperit coliqne a fidelibus, præsertim a Bambergensibus, quos continuo insistisse exitimo, ut fundator suus in Cœlitum album referretur, quamvis, ut fit, ob varia incidentia, res in proximum sequens sæculum dilata fuerit: quo intermedio tempore in usu esse potuerint, quas olim descripsit noster Jamingus, Missæ speciales, pro sanctis virginibus conjugibus celebrari solitæ, quarum hæ sunt orationes*: Propitiare, quæsumus Domine, animæ famuli tui Henrici, & præsta, ut qui de tuis donis in hoc loco pervigili cura omini tuo quotidiana præparavit obsequia, perpetua cum Sanctis perfrui mereatur lætitia. Per Dom. *Secreta*: Hanc oblationem, quæsumus Domine, ut ei ad salutem proveniat, cujus in hoc loco stipendiis nostra tibi servitus vegetata ministrat. *Postcommunio &c.*

Quid de eo fieret ante canonizationem.

D *eidem spectant. Oratio de sancta Cunegunde, ita habet*: Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut anima famulæ tuæ Chunegundæ, omnium peccatorum suorum nexibus absoluta, cum omnibus Sanctis tuis perpetua perfrui mereatur lætitia *&c. Ex quibus certe patet, abstinuisse per id tempus plos clientes a Sanctorum honoribus ipsis deferendis. Neque verosimile est, ante canonizationem* S. Henrici *nomen in sacros Fastos relatum fuisse, & primo quidem* XIII *Julii, deinde* XIV, *ut palam facient exempla hic subnectenda.*

15 *Inter codices nostros is qui de* sancto Henrico XIII *Julii primus meminit, est Hagenoyensis in Germania scriptus, his verbis*: In Babenberg, sancti Henrici Imperatoris confessoris. *Brevius Matricula Carthusiæ Ultrajectinæ*: Henrici Imperatoris. *Elogium concinnavit Editio Lubeco-Coloniensis*: In civitate Babenbergensi, depositio sancti Henrici Imperatoris Christianissimi: qui regnavit XXII annis, sub anno Domini millesimo. Cui desponsata fuit sancta Cunegundis, filia Palatini Comitis Rheni, virgo devotissima. Qui pariter virginitates suas Deo votentes, occulte virgines usque ad finem vitæ per- E manserunt. *Paulo aliter Grevenus, in anno obitus exterans*: Civitate Babenbergensi, sancti Henrici Imperatoris Christianissimi, hujus nominis primi quoad Imperatores, benedictionem imperialem seu coronam assecutos. Cujus uxor Cunegundis virgo sanctissima, juvenculaque pulcherrima, ad hoc virum suum induxit, ut communi voto inter se perpetuam virginitatem servarent: in quo statu S. Henricus Christo serviens, anno Domini MXXI beato fine quievit, miraculis clarens. *Hoc idem elogium ampliavit Canisius*; *neque in ancillis suis prætermisit Molanus, brevius tamen omnia complexus*: Apud Bamberge, sancti Henrici Imperatoris & confessoris. *Atque hactenus recte ad* XIII *Julii*; *quibus addi posset longior oratio Florarii Sanctorum, sic ut mirum sit, adeo postmodum invaluisse diem sequentem* XIV.

In Usuardinis aliquibus ponitur die 13.

16 *Pro hac inter codices nostros Usuardinus solum recurrunt Bruxellensis brevi hac phrasi*: Sancti Henrici, Romani Imperatoris & confessoris: *& Molanus, cum hoc die repetens*: Eodem die, sancti Henrici secundi, Romanorum Imperatoris & confessoris: qui obiit anno MXXI. *Lege, ut supra, anno* MXXIV. *Transit anachronismus in Maurolycum, qui hoc ipso die sic scribit*; Bambergæ, sancti Henrici secundi Imperatoris sanctissimi, qui cum uxore sua Cunegunde virginitatem servavit: a quibus Bambergensis ecclesia fundata & dotata fuit, obiitque anno salutis MXXI. *Iisdem prope terminis signatur etiam a Felicio, sed quod hic unum plane & mirum, a Galesinio prætermissus est, tum hoc tum præcedenti die. Qui versibus Sanctorum elogia intexuit Brautius Satinensis episcopus, de Sancto hoc die cecinit*: Henricus primus rex regum totius orbis, conjugis ornavit virginitate torum: *quod vero subjungit de conversa per* S. Henricum *Hungaria, explicatione indiget, quam infra suo loco dabimus*: Hungariæ regnum Stephano cum rege fideli, Henricus Christi subdit obsequio. *Alios recentiores prætereo uti & Bucelinum cum longo suo elogio, cui antiquiora & vetera substituere malui.* *In aliis die* 14.

F 17 *Hæc inter vetustius nullum aut magis authenticum suggeri potest, quam quod libro suo quinto præfixit Ditmarus versibus hexametris in hæc verba,* *Elogium ex Ditmaro.*

A *verba, non semper ad metrum exacta:*

Henricus scandit, postquam puerilia vicit,
Ardua virtutum, natus de stemmate regum.
Huic pater Henricus Dux, & genitrix erat ejus
Gisla suis meritis æquans vestigia regis,
* Burgundica — Conradi patris Burgundiæ * regna tenentis,
Nutrit præclarum Wolfgangus præsul alumnum,
Qui sequitur Dominum toto conamine Christum.
* mortem — Post necem * patris doctor successit herilis,
Ejus & imperium longe spectat quoque clavum.
* feroci — Maxima pars regni Slavo vastata crudeli *
Multum lætatur quod ab hujus paco potitur
Sedibus optatis, justæque rapacibus armis
Procul depulsis, ac diva lege sedatis,
Inflatos omnes contra se depremit hostes,
Demulcens socios jocundo famine cunctos.
Si quo deliquit modicum, statim resipiscit,
Fructibus ac dignis curabat vulnera carnis.
Utilis Ecclesiæ, cunctis miseratur ubique.
Merspurg si scires hujus pia vota, sitires
B Adventum tanti rectoris, & inclyta Christi
Munera laudares, condignaque præmia ferres.

Chronographo Saxoni, 18 S. Henrici *virtutes & res gestas per varios annos & capita prosequitur Chronographus Saxo, ex quo satis erit pauca decerpere ad annum* MIV. Igitur rex Henricus, cultor æquitatis inclytus, & religionis divinæ præcipuus, quæcumque regni negotia a decessore suo, tamquam puero, & ipso intempestivo obitu præoccupato, relicta fuissent minus caute ordinata, ipse secundum Domini timorem restaurare justeque disponere studuit. *Videantur ibi quæ ad restitutionem episcopatus Merseburgensis pie & religiose contulit Rex sanctissimus. En modicum fragmentum:* Postquam igitur Rex beati desiderii sui explevit votum, reversus Magdeburch, ne quod ex hac institutione Archiepiscopo incusaretur intulisse damnum, quoddam sui juris eidem legali testamento tradidit prædium, cum omnibus pertinentiis suis, in Zeudici provincia situm. Nam
C ipse in Domino magnæ devotionis Rex, de capella sua sumens non modicam partem reliquiarum beati Mauritii, hieme tunc forte redivivo frigore seviente, terramque glaciali asperitate & nive cooperiente, a monte S. Joannis Baptistæ, ubi servabantur, nudis pedibus, ut fertur, calore pietatis illum animante, tricesimo die depositionis Gisilharii archiepiscopi, in civitatem detulit, cunctis festivo ritu, ut par erat, eas suscipientibus, quas & sancto altari, cum prædictis donariis obtulit, ipsumque diem, in honore præfati Martyris ejus ecclesiæ celebrare, quemadmodum adhuc habetur, instituit.

& aliis antigg. scriptoribus. 19 *Haud multum dissimile sancto Imperatori eccomium, sed brevius contexuit auctor Chronici Laureshamensis apud Freherum pag.* 72: Ottone tertio Imperatore Romæ defuncto, & per Heribertum Colonienſem archiepiscopum atque Godefridum Ducem Aquisgrani sepulto, Henricus Dux Bavariorum imperii fascibus arreptis rex eligitur, & Moguntiæ solenniter ordinatur. Cujus quanta fuerint justitiæ & pietatis insignia, testatur illa nobilis, quam condidit & in qua conditus est, Babenbergensis ecclesia. Siquidem tanto religionis amore ducebatur, ut monachorum pater appellaretur. Et sane, *inquit Mabillonius in* AUCT. *Act. Bened. sæc.* 6, *parte* 1, *pag.* 454, vere J. B. S. eorum patrem fuisse & patronum, probant vetera passim instrumenta in eorum gratiam data, *quæ vide ibi, cum elencho Sanctorum, quos pius Imperator viveus coluerit, imo tantum elogium quod hic inferi mereretur, nisi sanum esset sola vetustiora colligere, quale etiam illud quod habet auctor Vitæ sancti Meinwerci apud nos cap.* 2, *num.* 9, *pag.* 515: Henricus Dux Bajoaricus, secundum sæculi dignitatem locupletissimus, & litteratum studiis non tenuiter instructus, & quod his majus est, vir in omni perfectione ecclesiastica præcipuus. *Pluribus supersedeo, quæ apud scriptores præsertim in Vita S. Meinwerci satis obvia sunt, cum nullus de sancto Imperatore sine meritæ laude meminerit. Reliqua ad sancti Imperatoris cultum spectantia debis sequens*

§ III. Canonizatio, elevatio sacri corporis, D & translationes.

S. Henrici canonizatio

U*Trum ad* S. Henrici *merita ostendenda aut gloriam ei conciliandam multum conferat visio, quam ejus Vita inseruit Anonymus monachus cap.* 28, *aliis examinandum relinquam; illustriora posteris argumenta præbuit gloriosus in Sanctis suis Omnipotens, dum ipsum pluribus egregiis miraculis inclarescere voluit, quibus demum motus Egilbertus Bambergensis episcopus, ordine nonus, eo rem perduxit, ut sacri cælitum honores sancto Imperatori decernerentur. Id quo anno acciderit, primum, expediam; deinde cetera prosequar. Ex Egiberti ætate pendet totius rei decisio, quandoquidem eo potissimum urgente procurata sit prædicta canonizatio, & ad ipsummet directum Eugenii PP. III diploma, brevi producendum. Porro Episcoporum Catalogus novissime editus, &, ni fallor, ex Hofmanno contractus, episcopatus non nisi* quinquennium *Egiberto tribuit, quo ei ecclesiæ* E *præfuerit solicitudine vere paterna, dignus vita longiore.* Obiit *autem* MCXLVI, sepultusque est in æde imperiali; *eique successit Eberardus Bavarus, eodem ipso anno electus. Cum igitur ad prædictum Egilbertum pertineat tota ipsius causæ procuratio, ad ipsum autem destinetur Eugenii rescriptum, non potest ultra ejus tempora differri* S. Henrici *canonizatio, unde manifeste consequitur, deferendum a nobis Baronii calculum, quem mirum est, ad annum* 1152 *prædictam canonizationem distulisse, qui Eugenii litteras ex nescio quo chronico Bambergensi pro oculis habuit.*

ab Egilberto episc. ix procurata est,

21 *Ita scribit ad dictum annum* 1152 *num.* 3 *ex Ottone Frisingensi in Friderico lib.* 1 *cap.* 63: quod autem idem Otto meminit hic de Henrico Imperatore inter Sanctos relato, exstant de ea re in Chronico Bambergensi Eugenii PP. litteræ. *Eas ibi subjicit Baronius, & nos infra dabimus: at ipsum fefellit, opinor, Frisingensis, dum ad annum ipsum* 1152, *Conradi III supremum, occasione ejus sepulturæ sic habet loco citato:* Juxta tumbam Imperatoris Henrici, ejus loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romanæ Ecclesiæ in loca sancta levatus, pro sancto habetur, regio cultu eum sepelivit: *nempe ecclesia Bambergensis, quæ Conradi corpus alio transferri passa non fuerat. Nimis scrupulose par-*

Digitized by Google

A *particulam* nuper *acceptæ laudatus Baronius, quam* AUCT. *ad annos aliquot extendendam esse, docet aperta* L. B. S. *rerum series, adeo ut superstite Egilberto canonizationem Regis decretam oporteat, verosimillime anno* 1145, *solemniter deinde celebratam cum elevatione & translatione sacri corporis ab Eberardo successore anno* 1147, *quod plane evincitur ex demonstrato superius Egilberti obitu; cui sane jam vita functo Eugenii diploma inscribi non potuit: audiatur Hofmannus, id desertius asserens, in Annalibus Bambergensibus col.* 121.

22 Sequenti anno (*f.* 1145) Babebergæ lux ingens sanctitatis eluxit; quippe S. Henricus Imperator sanctitatem suam, multis miraculis ad sepulturam editis, confirmavit, & se ad cœlestia illud Dei atque Sanctorum consortium receptum esse, comprobavit; ut Egilbertus episcopus hac de re legationem Romam mittendam & Eugenium Pontificem de omnibus diligenter edocendum putarit. Quibus rebus cognitis, & legatorum relatione audita, Pon- B tifex religione perfusus, ipsum S. Henricum confessorem, hoc ipso anno, nempe post obitum ejus centesimo vigesimo primo, in Sanctorum numerum confectatione sua redegit; atque hac de re litteras Romæ II Idus Martias ad Egilbertum episcopum, & cæteros ecclesiæ proceres dedit. Narrat Nunnesius monachus, Johannem quemdam Cardinalem, canonizationis S. Henrici acriter obtinentem atque reluctantem, luminibus privatum, atque intolerabili membrorum dolore correptum, severissimas temeritatis suæ dedisse pœnas. Demum vero eumdem, invocato ipsius confessoris nomine, sanitati pristinæ fuisse restitutum. *Narratur ea punitio apud Gretserum cap.* 39, *eique inter miracula inferius ordine nonum, num.* 9.

sed an. 1149. 23 *Diploma ipsum canonizationis non produxit Hofmannus, neque mihi notum fateor citatum a Baronio Chronicum Hofmanni, sed vices supplevit Gretserus, ex aliquo Anonymi apographo Bambergensi, unde bullam hic subnectimus:* C Eugenius Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Egilberto episcopo, & dilectis filiis canonicis Bambergensis ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem. Sicut per litteras & nuntios vestros vobis mandasse meminimus, venerabiles fratres nostros N. S. Rufinæ episcopum, & N. presbyterum Cardinalem pro diversis negotiis ad partes illas de nostro latere delegavimus, eisque viva voce injunximus, ut ad ecclesiam vestram accederent, atque de vita & miraculis Henrici regis rei veritatem diligenter inquirerent, & litteris suis nobis significarent. Nunc autem eorumdem fratrum nostrorum & multorum religiosorum & discretorum virorum attestatione, de castitate ipsius, de fundatione Bambergensis ecclesiæ, & multarum aliarum, quarumdam quoque episcopalium sedium reparatione, & multiplici eleemosynarum largitione, de conversione regis Stephani & totius Hungariæ, Domino cooperante, per eum facta; de glorioso etiam ipsius obitu, pluribusque miraculis post ejus obitum, ad ipsius corporis præsentiam divinitus ostensis, multa cognovimus.

quamvis id in diplomate non exprimatur. 24 Inter quæ præcipuum & memorabile plurimum attendentes, quod cum diadema sceptrumque imperii suscepisset, non imperialiter sed spiritualiter vixit. In choro etiam legitimo positus (quod paucorum fuisse legimus) integritatem castimoniæ usque ad finem vitæ conservavit. Quæ quidem nos omnia simul perpendentes, atque devotionem vestram, & ecclesiæ Bambergensis, quæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ soli subesse dignoscitur, diligenter considerantes, tametsi ejusmodi petitio, nisi in generalibus conciliis admitti non soleat, auctoritate tamen S. R. E. quæ omnium conciliorum firmamentum est, petitionibus vestris acquievimus, atque ejusdem memorabilis viri, cujus exaltationem requiritis, fratrum nostrorum archiepiscoporum & episcoporum, qui præsentes aderant, communicato consilio, memorium inter Sanctos de cetero fieri censemus, & anniversarium ipsius diem solenniter celebrari constituimus. Vestra itaque interest sic in S. R. E. obedientia & fidelitate persistere, & sic ei dignæ devotionis obsequiis respondere, ut ampliori beati Petri & nostra gratia digni inveniamini. Datum trans Tiberim pridie Idus Martii: *nullo alio charactere appositio quo in certum annum devenialur; unde facilius excusari possit Baronii lapsus, qui ad episcoporum Bambergensium seriem oculos non intenderit.* D E

Elevatio & translatio reliquiarum facta an. 1147.

25 *Solennem illam* Henrici *in Sanctorum numerum cooptationem secuta est, ut nuperrime diximus, sacri corporis elevatio, & in decentiorem locum translatio, de quibus breviter laudatus Hofmannus ad an.* 1147 *col.* 1231. Per eosdem dies ossa S. Henrici Imperatoris solenni cæremonia translata sunt. Et vero res facta est in hunc modum: Eberhardus episcopus, advocato Eberhardo archiepiscopo Salisburgensi, & Hermanno episcopo Brixiensi, atque una cum abbatibus, religiosis, & ipsis proceribus civitatis, accessit ad locum ubi conditum corpus fuerat, atque egesta terra, sacra ossa inde levavit, & in tumbam marmoream transtulit, eamque clavis obsirmavit. *Eadem paulo contractius habes in elogiis episcoporum pag.* 6. Eberhardus II. Dux Bavariæ eligitur MCXLVI, Pontifice Eugenio III, Conrado itidem III. S. Henrici ossa magna solennitate ad honoratiorem tumulum transtulit, & marmoreo, quod hodiedum videre est, monumento condecoravit. F *Quousque extendatur ipsud* hodiedum, *necdum satis clare perspicio; colligendum id erit ex schedis nostri P. Joannis Gamansi, toties in Actis nostris laudati, qui eas describi curavit ex Ms. Catalogo Episcoporum Bambergensium S. Michaelis Bambergæ, quas hic adducere operæ pretium existimavi; cum eæ suppleant quæ in Hofmanno desiderantur.*

Vita auctor an. 1310. 26 *Scriptor iste qui nonnisi ad annum* 1440 *Annales suos perduxit, ubi anno* 1379 *civium Bambergensium seditiones adversus Lambertum* XXX *episcopum paucis memoravit, ita subdit:* Quibus verbis Lambertus in magnum timorem adactus, ad divinam implorandam opem confugit, & sequenti anno, clero ac populo advocato, tumulum S. Henrici aperuit, & reliquias ejus sacras protulit: *ex quibus quid tum gestum sit, vix, aut ne vix quidem intelligas. Hæc paulo uberius citata Gamansi schedæ, quam in ejus fide produco.* Sub isto reverendissimo in Christo patre ac Domino D. Lamberto, anno Dom. MCCCLXXX Indict. III, die VIII mensis Julii, qua festum agitur Sanctorum martyrum Kyliani ac sociorum ejus, regiminis sui sexto, præsentibus honorabilibus viris ac dominis ea-

A canonicis ecclesiæ Babenbergensis D. Bertholdo de Hennberg, filio comitis Henrici de Hennberg, D. Udalrico de Thunfelt Scholastico, & D. Friderico Zoener de Halberg, matura & discreta deliberatione dominorum de capitulo ecclesiæ Babenbergensis, & propter fidem certiorem seniorumque notitiam fossarum reliquiarum sancti patris & fundatoris ecclesiæ Babenbergensis D. Henrici Imperatoris, apertus est sarcophagus jam dicti confessoris, ab aurea bene reclusus & seratus sigillatusque sigillo majori bon. mem. D. Eberh. episcopi IX (*alias* X) Babenbergensis ecclesiæ.

quando ossa reliquiæ ex tumulo extracta fuere,

27 In quo quidem sarcophago inventæ sunt reliquiæ, quasi totius ejusdem corporis sacri ossa venerandæ, præter caput quod in alia theca deaurata reconditum veneratur. Ipsi vero de sano consilio, diligenti adhibita custodia, tantum mandibulam, brachium

B & duas costas cum parvis aliis ossibus prædictarum reliquiarum, foris honorabiliter recondendas, honorque custodiæ mancipandas reservarunt, non tamen sine rationabili causa specialique devotione. Tandem ipsas reliquias S. Henrici in eodem sarcophago diligentissime iterato reclusserunt; sigillantes sigillo capituli prædicti, quo ipsi Domini utuntur ad causas. Inventæ fuerunt pro tunc per eosdem dominos canonicos prædictos duæ veteres schedulæ, interiori thecæ affixæ, quarum una hæc scripta continuit: D. Eberhardus primus hujus Babenbergensis ecclesiæ episcopus præscriptum S. Henricum Imperatorem tumulavit: Egilbertus nonus Babenbergensis episcopus canonizavit ipsum S. Henricum (*nempe per Eugenium III Papam*) & Eberhardus Dux Bavariæ, decimus episcopus Babenb. transtulit præfatum patrem & fundatorem ecclesiæ S. Henricum sanctisque locis venerandum commendavit anno Dom. MCXLVII, die XIII Julii, præsentibus ibidem venerabilibus principibus ac dominis D. Eberhardo Saltzburgensi archiepiscopo & Hartmanno Brixiensi episcopo, cum multis aliis religiosis fidelibus ac Deo devotis.

C 28 Apertura sarcophagi requirenda est in posteriori capite sub tergo imaginis beatæ Mariæ Virginis, ubi scripta sunt hæc verba AUREA PORTA CÆLI. LOCATIO RELIQUIARUM IN FESTO S. HENRICI AD SARCOPHAGUM SUUM. *Pergit deinde scriptor Catalogi enumerare insignes aliquot Bambergenses reliquias, eo ordine quo ibidem in templo cathedrali dispositæ sunt.* Caput, *inquit*, S. Henrici in medio locatur ante sarcophagum ad altare sanctæ Crucis versus Orientem: a dextris exeundo e choro S. Petri, caput sanctæ Cunegundis, & imago beatæ Mariæ Virginis. A sinistris S. Margaretæ & caput S. Kiliani: a dextris exeundo a choro S. Petri, caput S. Theodori & sancti Dionysii; & versus Orientem caput argenteum. A sinistris cap. sanctorum Cosmæ & Damiani, & caput argenteum: versus chorum S. Petri, caput S. Ottonis, & caput S. Pii Papæ & martyris. *Sequitur in charta Gamansiana miraculum de restitutione in integrum imaginis Crucifixi eburnei, qui e longinquis terris a S. Henrico Bambergam comportatus, & fulminis ictu in frusta minutissima collisus & contritus fuisse dicitur die X Maji 1515;*

& variis locis cum aliis depositæ.

(*annum 1516 notat continuatio Hofmanni apud Ludwig.*) *Utcumque id factum fuerit; ad rem nostram propius spectant, quæ de hac propria dicta sacrarum reliquiarum translatione subjungit citata charta in hunc modum:*

29 Anno Domini MDXIII Indict. I, die 11 Septembris sarcophagi antiqui sanctorum Henrici & Cunegundis fundatorum aperti sunt in corpore ecclesiæ, retro altare S. Cunegundis per Reverendissimum nostrum Dominum prænominatum de Lymburg, propter novam sepulturam præfatis sanctis patronis ex marmore sculptam: in quo sarcophago antiquo reperta fuit vetusta capsa unica in qua erant pulveres de corpore S. Henrici, pars una de scapula seu spatula ejusdem cum quibusdam de corio & serico, in quibus involutum fuit corpus S. Henrici. In sarcophago S. Cunegundis inventa est capsella ænea in qua inclusæ fuerunt reliquiæ de corpore S. Cunegundis, duæ costæ cum quibusdam aliis reliquiis ejusdem. In utroque sarcophago collecti sunt pulveres de corporibus amborum, quæ reliquiæ cum honore & reverentia in capsis suis ad magnam sacristiam sunt deportatæ per præfatum D. Georgium episcopum, D. Casparum suffraganeum ejusdem, & D. Joannem abbatem cœnobii S. Michaelis Montis monachorum. Expost prædictæ reliquiæ in quatuor novas capsas sunt divisæ die IX mensis Septembris, die videlicet translationis S. Cunegundis, non sine dispositione divina, ad novum sunt sarcophagum deportatæ atque reverenter impositæ & inclusæ per D. Georgium episcopum, & D. Casparum suffraganeum, præsentibus ibidem D. Joanne abbate de Bantz; D. Georgio Stiber, decano eccl. Cath.; D. Wilhelmo Schengk Barone de Limburg, cantor; D. Leonardo de Eglofstein doctore, Scholastico; D. Sebastiano de Kungsperg, Cellerario, & aliis canonicis capitularibus dictæ Babenbergensis ecclesiæ, adstante clero & populo, quantum basilica cathedralis capere poterat.

Altera translatio an. 1513.

D AUCT. J. B. S.

E

F 30 *Atque hæc penultima est sacrarum* S. Henrici *reliquiarum solennis translatio; nunc cetera subjicio quæ in eadem Gamansiana charta colliguntur.* Scriptura hæc in pergamenea schedula reposita est ad plumbeam capsulam. In isto sarcophago lapideo, cum sua tectura lapidea olim supra terram elevato, fuit reconditum quondam corpus S. Cunegundis virginis & Imperatricis, ante translationem ejus. Nunc propter structuram & erectionem novi sarcophagi, ut hodie cernitur; fuit hic sarcophagus sub terra reconditus S. Henrici confessoris & Imperatoris, ac hujus ecclesiæ fundatoris. *Est quod ad claritatem hic desideres.* Porro altare S. Cunegundis quod nudius demolitum & confractum est, innovatum & erectum fuit, & per D. Casparum suffraganeum, die eodem post reliquiarum impositionem, consecratum fuit, præsentibus adhuc omnibus, jam supra nominatis. Atrium ante ecclesiam Babenbergensem, a porta Adæ & Evæ usque ad portam gratiæ, eodem anno jam supra, lapideo pavimento stratum, ac muro pectorali cavatis lapidibus artificio magistrali per gyrum, ad formam coronæ circumdatum fuit, ne effunderetur ibi sanguis innoxius labente aliquo. *Hactenus charta, pro-*

& adjectæ sepulcro decorationis.

roxime

Digitized by Google

A *reuide adjungens, quæ habes apud Hofmannu* AUCT. *continuatorem col.* 242. *Alia religioſa cultus* J. B. S. *argumenta proſequamur.*

§ IV. Reliquiæ Bambergenſes, ſacra cimelia, mauſoleum Henricianum, Officia eccleſiaſtica, & antiqua Miſſa.

Amicorum Bambergenſium præſidio

DE *reliquiis & ſacris Bambergenſibus monumentis ac cimeliis, cum præter ea quæ ex Hofmanno & ſchedis Gamanſianis jam proxime data ſunt, nihil ad manum eſſet, ad fontem ipſum recurrendum cenſui, unde certius & ſecurius, quam ex iis quæ Ludwigius vulgaverat, edoceri poſſem. Nec ſane concepta ſpe fruſtratus ſum, nam ope & præſidio R. P. Nicolai Pottu, Collegii noſtri iſtic Rectoris, multa eruditæ ſuggeſſere nobilis, clariſſimus ac conſultiſſimus dominus Joannes Franciſcus Xaverius Eppenauer, Eminentiſſimi Electoris Moguntini, & Epiſcopi Bambergenſis archivarius,* B *ut vocant; ac Adm. R. P. Dom. Otto Schugentes, Ordinis S. Benedicti ad Montem S. Michaelis, aliqua ſua benevolentia, collatiſque ad Acta S. Ottonis illuſtranda pluribus olim ſuppetiis, notus & amicus, quorum ſubſidiariis manibus adjutus, nonnulla hic parato jam commentario inſerere licuit, quæ alias omnino prætereunda fuiſſent. Acceſſere a munificis ſanctiſſimi Patroni ac fundatoris clientibus neceſſaria ea auxilia, quibus iſtic delineata, hic vero in æs inciſa ſint varia, quæ proinde omnium* D *oculis & pia curioſitati exponi potuere.*

obiter deſcripta ipſa notabilia capitis.

32 *Ut ordine ſingula digerantur, ab iis incipio, quæ ſacras reliquias propius ſpectant, eaſque primum partes, quæ aut in ipſa cathedrali eccleſia, aut in aliis Bambergenſibus templis religioſe aſſervantur. Jam proxime notavimus, in prima ſacri corporis elevatione & exaltatione, ſejundum a reliquo corpore honorandum verticem, pio rum cultorum venerationi exponendum, ut præcedenti paragrapho etiam indicatum eſt. Sic ipſum deſcribit Cler. Eppenauer, ut ſecundum decentem proportionem capiat coronam imperialem argenteam deauratam gravem, gemmis orientalibus multis magniſque exornatam, aureiſque hinc inde cimeliis circumdatam, cujus linea diametralis ſit ad pollicum unius pedis, altitudo propemodum ſex, unde facile colligatur magnitudo capitis, quod eo modo coronatum* detineri *alt*, in pomo imperiali dextræ *imaginis argenteæ, humanam ſtaturam umbilico tenus adæquantis: quam Romanæ, infra exhibendæ, non multum abſimilem concipio, niſi quod in illa brachia exprimantur. Ex delineata corona* E *de ejus pretio & elegantia ſtatuæ, videbiſque cum Bambergenſi, binas illas ex S. Michaelis a Ludwigio ſic exhibitas, ut alteram* in ſolennibus, *alteram* in quotidianis *uſitatam commiſcatur, cujus vel necumbram ſubeſſe, mihi teſtatus eſt Schugentius. Solæ hujus noſtræ delineatio adnotmiſſa eſt, quam ſatis feliciter exuſam repræſento.*



C F

& aliarum in variis eccleſiis.

33 *Reliquias alias bis ferme verbis deſcribit Eppenauer, Mandibula cum dentibus incluſa theca ex deaurato argento, decorata eſt octo pretioſis lapidibus; nonus in vertice eſt ſapphyrus magnitudine adæquans duos pollices. Guttur ſimiliter ita incluſum aſſerit cryſtallo diaphana, ſed abſque lapidibus pretioſis. Eſt in monaſterio S. Michaelis, in quodam reliquiario ligneo, parva aliqua particula oſſea de* S. Henrici *corpore. In monaſterio Bambergenſi S. Annæ RR. PP. Minorum Ordinis S. Franciſci Seraphici, in amborbus lateribus tabernaculi ſummi altaris, aſſervantur duo maxima ac integra oſſa duorum pedum* S. Henrici, *quorum ſingula in longitudine adæquant unum pedem & decem ferme pollices; manifeſtum indicium, inquit, magnæ, ut ſupra dictum, ſtaturæ, ita ut ea proxime accedat ad pedes omnino ſeptem. Hæc Eppenauer, ex quo diſcere non licuit, quo tempore oſſa illa bina e tumulo extracta ſint; infra patebit inde acceptas eſſe Romanas reliquias, de quibus brevi*

A *vi agemus. Nihil hic de* brachio & duabus coſtis cum parvis aliis oſſibus, *quæ* foris honorabiliter recondenda *deſumpſit Lambertus epiſcopus anno* 1380; *eſt inde fortaſſe reliquiæ iſtæ proceſſerint, de quibus agemus paragrapho ſequenti.*

Sacra nonnulla cimelia.

34 *Neque vero prætereunda ſunt ſacra alia cimelia ſanctiſſimi Bambergenſium Patroni, ibidem religioſiſſime cuſtodita. Præcipua duo ſunt, nempe crux celeberrima, quam vidiſſe ſe teſtatur Henſchenius ad Acta S. Cunegundis, quæque in Monte monachorum ſeu ad S. Michaelis recondita eſt; item mantum, ut ibi appellant, ſeu pallium, mirabili artificio elaboratum, in ſacrario eccleſiæ cathedralis depoſitum: quæ in appendice poſt Acta, ſingulari explicatione, qua poterit diligentia, illuſtrabuntur.* Porro Henriciana *alia quatuor manta ſeu pallia ſerica cærulei coloris, quorum unum per totam magna cruce exornatum eſt, refert Eppenauer; atque item* enſem S. Henrici proprium biſſecantem, ſine vagina tamen, ad initium ſæculi proxime elapſi, noviter conſecrato Domino Epiſcopo Bambergenſi Joanni Godefrido ab Aſchauſen Auguſtæ a Domino Epiſcopo Auguſtano liberaliter datum, habentem manubrium ellypſiforme ex criſpato ligno buxino, longum tribus fere pedibus, latum ſeſquipollice. *Habe & reliqua ejuſdem Clar. Architvarii verbis:*

B 35 Eſt, *inquit*, cuſpis ferrea biſſecans, tamquam pertinens ſuperſtes ſui *(S. Henrici)* militaris vexilli, longa duobus pedibus cum dimidio, lata pollicibus duobus. Cuſpis *item* ſimilis vexillaris minor, longa uno pede, lataque ultra unum pollicem, quæ ex traditione a S. Georgio, ipſi S. Henrico, ad devincendos paganos, miraculoſe obveniſſe dicitur. *Exſtat denique* enſis quidam brevis cum vagina viii, cingulogue appenſo, una ſolum acie, manubrio angulari eburneo, circumcincto parvo annulo argenteo enſem verſus, cui nitido graphio inſculpta ſunt quatuor ſigna Euangeliſtarum. Pie creditur, hunc enſem inſtrumentum eſſe martyrii S. Adriani, quod longum in totum uno pede cum ſeptem pollicibus, latum autem pollice uno & quarta parte. *Hactenus relatio, in qua id poſtremum notatur; aſſervari ea omnia in thalo quodam eccleſiæ cathedralis*, quæ veneratione publicæ plurima ex parte diebus feſtivis ad altare S. Chunigundæ, tumulo proximum, exponi ſolent. *Sunt & libri ſacri, ut Miſſales, Gradualeſ, & id genus alii, pretioſiſſime cooperti, picturiſque ſuis ornati, qui a ſanctiſſimo Patrono, eccleſiæ aſe fundatæ, relicti dicuntur, cum ipſa Cruce poſtmodum exhibendi. At jam tumulus ipſe, utpote patentiſſimum utriuſque ſanctiſſimi conjugis cultus argumentum, paulo attentius inſpiciendus eſt, ipſiuſque laudati jam toties Clar. Viri calamo deſcribendus.*

Bambergæ etiam depoſita.

36 *Repetenda hic paucis, ſaltem in memoriam revocanda, quæ paragrapho præcedenti ex chartis Gamanſianis fuſius dicta ſunt de primo* marmoreo qualicumque monumento *per Eberhardum II epiſcopum Sancto tamquam populari erecto; tum vero de* nova ſepultura *anno* 1513 ex marmore ſculpta, *ad quæ non ſatis adverterunt qui, ex neſcio qua traditione, perſuaſum habuere, idem hodie monumentum Henricianum exſtare quod olim Sancto erexiſſe dicitur Eberhardus II, quodque antea in medio navis eccleſiæ cancellis ferreis circumſeptum fuit, tandem in choro S. Georgii aliquot gradibus exaltatum. Hæc præpoſtere circumferri ſa-*

Præciſum eſt.

tis obſervaveram, certius vero me docuit laudatus R. P. Reſtor, ex inſcriptione Germanica, in archivo reperta & ſic latine verſa: Sciendum eſt quod marmoreus tumulus, qui in eccleſia cathedrali ſupra ſepulcrum S. Henrici & S. Cunegundis viſitur, conſtructus & clathris ferreis munitus fuerit anno MDXVIII, qui annorum numerus infra in pede tumuli expreſſus eſt. *Eam autem modo abeſſe, nil mirum eſt, cum noſi novæ impoſitus ſit tumulus hodie reſtauratus. Scripturam autem Germanicam pro anno* 1513 *perperam expreſſiſſe annum* 1518, *probat jam citata Gamanſii charta, cui ſimilem, recentiſſime repertam, ſubmiſit ſedulus Collaborator, dum hæc prælo ſubjiciebantur. Diverſitatis inter utramque ſchedam tanti non ſunt, ut notari mereantur; nec vero, typis jam compoſitis, notari potuere.*

AUCT. J. B. S.

Inſignis tumulus marmoreus,

37 *Præclariſſimo novo operi immortuus eſt munificus hujuſce ſepulturæ reſtaurator, Melchior Otto epiſcopus, e vivis ereptus anno* 1653, *ſed primus deſtinatis ad rem totam conſummandam neceſſariis ſubſidiis, quæ proinde ſoli ipſi adſcribitur, ut ex inſcriptionibus mox referendis apertiſſime datur intelligi. Poſtremam igitur illam ſacrorum utriuſque ſanctiſſimi conjugis, in annetum e media templi navi reſtitutumque in choro S. Georgii marmoreum tumulum reliquiarum tranſlationem ſeu tranſpoſitionem ſolemniſſime demum & feſtiviſſime peregit ejus ſucceſſor Philippus Valentinus Voit a Reinech* IX *Septembris* 1658, *invitatis ad inſignem celebritatem Suffraganeo Herbipolenſi, abbatibus quatuor Bambergenſibus, ac parochis circumquaque ad quatuor milliaria diſſitis; quibus præſentibus ſacras reliquias impoſuit ac incluſit, die feſtivo per totam dioceſim indicto, quem dictus Suffraganeus pia non minus quam eleganti ad confertiſſimum populum dictione panegyrica in laudem SS. Henrici & Cunigundæ diverſa honoravit, ſub themate;* David & omnis domus Iſrael ducebant arcam teſtamenti Domini in jubilo & clangore buccinæ 2 Reg. 6. Vers. 15. *Exſtat de hac re tranſmiſſa ad me ex archivo Bambergenſi inſcriptio litteris majuſculis expreſſa, quam hic reddo:* Anno D. MDCXLIX, 2 Septembris, juſſu Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi principis ac D. D. Melchioris Ottonis, SS. Henrici & Cunegundis ſepulcrum marmoreum e media navi eccleſiæ ad chorum D. Georgii, velut locum magis conſpicuum, fuit translatum; ſacræ vero reliquiæ, quatuor ligneis arculis occluſæ, in ſacriſtia tantiſper ſervatæ, donec Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus princeps ac D. D. Philippus Valentinus, eaſdem huic tumbæ honorifice inſertas, cura ſumptuque magnifico, aſſiſtentibus D. D. Franciſco Conrado a Stadion præpoſito, Georgio Henrico a Kunsberg decano, Joanne Philippo ab Eggloffſtein decanatus coadjutore, Martino a Seckendorff ſeniore, nec non Suffraganeo Herbipolenſi, quinque abbatibus ac cæteris capitularibus, clero populoque univerſis, ſumma cum religione, inſtituta ad hoc per urbem proceſſione ſolenni, curaverit transferri, & hocce renovato marmore recondi MDCLVIII, die Septembris nona.

E

F

Hic repræſentatus

38 *His de ultima illa ſacrorum exuviarum tranſlatione præmiſſis, tumulum ipſum ſic diviſum exhibeo ut partes ſingulæ oculis pateant, adjectis dimenſionibus ab Eppenauero mecum communicatis, quas ejus verbis, quemadmodum & cætera eo ſpectantia deſcribo.* Longus eſt, *inquit*, ſeptem pe-

AUCT. J. B. S.

pedibus se undecim pollicibus (unius pedis Noribergensis in duodecim pollices divisi) latus tribus pedibus & 2 pollicis ; altus vero quatuor pedibus ac 7 pollicis. Continet exterius historias quinque, quas superne concludit tegumentum cum delineatione num. 1, præ se ferente sanctos Heinricum & Chunigundam, justæ staturæ humanæ, artificiosa sane manu statuarii illo sæculo. *Quærimus qui certo statuat, utrum sæculo* XII, *an potius* XVI *elaboratæ sint*. Amborum Sanctorum pedibus ibidem substrati jacent duo leones gentilitii, quorum prior in dextera S. Chunigundæ, præter rhombos habet duos coronatos parvos leones, sinister vero præter rhombos, ducatum Bavariæ involventes, duas bicipites aquilas, non coronatas; quæ duo insignia optime æri incisa exhibet P. Radevus, in sua Bavaria sancta volumine 1 fol. 103 verso. *Utique ; at quæ inde se confecisse existimabat Radevus, melius alibi revocanda censuit ; ut ex appositis istic insignibus nihil concludi posse, fateri compellamur.*

B *cum anaglyptis ipsum ornantibus;*

39 *Neque inter historias istas, anaglyphice ibi effigiatas, desunt quæ exactæ veritatis limam subire refugiant. Earum prima sub num.* 11, *in facie anteriori, navim ecclesiæ cathedralis respiciente, refert obitum* S. Henrici, *relictam virginem indigitantis, quam & paulo elegantius expressit Radevus, nosque ab obtrectatorum calumniis suo loco vindicavimus. Non ita placet, qua in facie laterali bilancem repræsentat, præponderantemque talitem, de qua historia candide pronuntiet Eppenauer, ævi sui simplicitate potius gaudere quam acribia theologica, uti & nos alibi satis explicuimus. Proxima in eodem tumuli latere, satis rudi minervæ exhibet librationem miraculosam e calculo, ope* S. *Benedicti in monte Casino, de cujus adjunctis suo loco etiam actum est. In altero tumuli latere sub num.* III, *vomeres ignitos illæsa calcat* S. *Cunegundis, cujus etiam rei vividior imago est apud laudatum Radevum. Ultima denum in eo versatur, ut memoriam renovet miraculosæ distributionis mercedis diurnæ pro mercenariis incumbentibus fabricæ* S. *Stephani, e scutella, in qua pecuniam* S. *Imperatrix pro solutione exponere consueverat, de qua videndus Henschenius ad* III *Martii, Commentarii sui* § 4, *n.* 25. *Reliquum verbis Eppenaueri absolvo:*

C *& inscriptione Melchioris Ottonis.*

40 Finit dictas quinque historias tumuli inscriptio D. Episcopi Bambergensis Melchioris Ottonis, in facie ultima sub num. III orichalceis inclusa cimeliis, vel potius tabulis, quæ summum altare chori S. Georgii martyris respicit, his verbis:

In facie A GLORIA HÆC EST
OMNIBUS SANCTIS EJUS.

In facie B D. O. M.
HUMANI GENERIS
REDEMPTORI JESU CHRISTO;
HUJUS ECCLESIÆ
FUNDATORIB., TUTORIB., PATRONIS,
DIVIS HENRICO ET KUNEGUNDÆ
CÆSAREIS ET VIRGINEIS CONJUGIBUS
ARAM, TROPHÆUM, MONUMENTUM
SACRAVIT, EREXIT, POSUIT
M. O. E.

Suntque meræ literæ majusculæ quarum tres ultimæ designant Melchiorem Ottonem Episcopum. *Superest ut de Officiis ecclesiasticis pauca subjungamus.*

D *Officia ecclesiastica olim Romanum*

41 *Variis diebus variisque Officiis, pro recepto particularium ecclesiarum ritu,* S. Henrici *festivitatem olim celebratam fuisse, supra indicavimus; neque singula recensere modo juverit, dum in Romano Breviario pro tota Ecclesia hodie præscriptum est, relatumque Sancti nomen in Martyrologium* XIV *Julii, atque ob dilatum prædictum Officium, sequenti die* XV *denuo signatum, tametsi neutro die ipsum obiisse, supra ostenderimus. Quæ Sanctis conjugibus, ad exemplum* SS. *Apostolorum Petri & Pauli communia sunt, jam olim explicuit Henschenius in Comment. prævio ad Acta* S. *Cunegundis, num.* 9, *nonnulla istic adducens ex Vita, Brunellis an.* 1484 *excusa, quæ hic repetere, quid aliud esset, quam actum agere? Inter schedas nostras exstant Mss. Officia Passavii & alibi recitari solita; ast ea auctoritatis non magnæ, utpote erroribus infecta, quibus nec omnino vacuum est hodiernum Romanum, ex* S. *Michaelis Bambergensis, ni fallor, acceptum, in quo ad accommodum sensum reducenda sunt hæc postrema primæ lectionis verba;* Benedictum VIII, a quo imperii E coronam acceperat, profugum excepit, sunque Sedi restituit: *uti & ille in lect.* 2; Pannoniam adhuc infidelem, tradita Stephano regi sorore sua in uxorem, eoque baptizato, ad Christi fidem perduxit.

accommodo sensu intelligenda sunt.

42 *Etenim vel in hypothesi quod Benedictum* VIII *profugum susceperit* S. Henricus, *quod mihi necdum verosimile est; in ea, inquam, hypothesi proprie dici non potest, suscepisse ipsum profugum a quo coronam acceperat; supponitur enim fugisse Benedictus an.* 1012, *ubi Sanctus coronam primum accepit an.* 1014. *Stephanum porro a* S. Henrico *ad fidem perductum paulo latiori acceptione intelligendum est; cum is Geiza parente jam Christiano natus, infans baptizatus sit. Et sane jam pro fide Christiana non semel decertaverat, priusquam Giselem uxorem duceret. Ad regni Hungarici conversionem non parum profuisse contractam inter Sanctos affinitatem, id quidem minime dubium est, at nos hic periodos, ut jacent, expendimus. Est & Officium* S. Henrici *proprium in Breviario Bambergensi, Dilingæ excuso an.* 1575; *est in eo nihil magnopere novi occurrit, quandoquidem lectiones desumptæ sint ex Anonymi Legenda, antiphonæ autem, responsoria & id genus alia, aut communia fere sint, aut eumdem fontem satis redoleant. Ponitur hæc oratio propria*: Deus qui beatum Henricum, post terrenum imperium insignitum, æthereis sedibus collocasti; tribue, quæsumus, ut quem signis miraculorum clarere cernimus, eum-

F

dem intercessorem in angustiis sentiamus: *quæ accepta est ex vetusto Missali Bambergensi, unde Missam propriam ad me misit laudatus R. P. Rector Nicolaus Pottu, hic a me paucis describendam.*

Missa cum longiori sequentia

43 *Est ea de communi Conf. non Pont., cujus Introitus* Os justi. *Sequitur jam dicta oratio, cui indivulso subjuncta est propria de* S. *Cunegunde. Epist.* Justus cor suum tradit. *Graduali peculiaris hic versus connexus*: O **! totius monarchiæ sceptrum regens solidum, nactus es Heinrice die cæli culmen fulgidum. Te rogamus in hoc die, strati flexo poplite, ut ad regnum hierarchiæ ducas nos Rex inclite. *Deinde hæc Sequentia*: Laudet omnis spiritus Christum, qui divinitus coronavit gloria glorioſum confessorem, quem patronum & auctorem hæc colit ecclesia. Homo vetus in peccatis primam stolam novitatis recepit cum annulo: Quisque mente puriore plaudit manu, psallit

ore,

* Forte Hoc

Digitized by Google





Digitized by Goo

Digitized by Google

A ore, digne Dei famulo. Poſt ſex legens, dubitat Rex, quem ſenſum teneat oratio truncata. Sextus annus volvitur, & problema ſolvitur, corona duplicata. Purgatura criminis notam virgo Virginis vendicat pudorem. Purgat adulterium, ignitorum vomerum non ſentiens calorem. In Caſſino monte curam Benedicti poſt preſſuram longam ſentit calculi: Quem dum nuſquam ſit contractum corpus, tamen inde tractum admirantur ſinguli. Angelus fortis militat in caſtris victor victorem gloria coronans, hoſte fugato. Precibus crebris inſtat, alienis curis vacuus, Deo vacans frpius, orbe pacato. Dum migraret ex hac vita, finem rei eremita didicit ex dæmone: Nil inventum morte dignum, neque fœnum neque lignum, nil hominis in homine. Talis Chriſto deſervivit, talis Chriſto vivens vivit in æterna patria Servus tuus & amicus, tua Deus nos Heinricus, conſoletur gratia.

44 *Quæ hic ad hiſtoricam veritatem ſatis exacta non ſunt, ſatis locis diſcuſſa invenies. Evangelium ponitur;* Homo quidam nobilis. *Offertorium*; Poſuiſti Domine. *Secreta:* Præſentia munera, quæſumus Domine, ita ferena pie- *ex Miſſa S. Bambergenſi an. 1499.*
B tate intuere, ut ſancti Spiritus perfundantur benedictione; & in noſtris cordibus eam dilectionem validam inſundant, per quam S. Heinricus confeſſor tuus, omnia corporis impedimenta devicit. *Communio eadem eſt cum Offertorio*, Poſuiſti Domine. *Completa ſeu Poſtcommunio*: Plebs tua, Domine, S. Heinrici confeſſoris tui ſe glorificatione magnificet, &, eodem ſemper precante, te mereatur habere rectorem. Per Dominum. *Alia de Sancto oratio*: Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis *&c. Ex prædicti Miſſalis folio, ad me directo, patet, majoribus Teutonicis litteris ſatis elegantibus excuſum eſſe, cum variis rubricis apte intermixtis, ad cujus calcem, ex temporis iſtius more, hujuſmodi epigraphe adjungitur*: Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCIX, quarto Kal. Junii liber Miſſalis, in laudem & gloriam ſanctæ ac individuæ Trinitatis, intemeratæ Virginiſque Mariæ, in civitate Babenbergenſi, per magiſtrum Joannem Pfeyl, præfatæ civitatis incolam, quam diligentiſſi-
C me impreſſus, finit feliciter. *Hæc de monumentis, Officiis, veterique Miſſa Bambergenſibus dicta ſufficient, nunc ſacras reliquias, alio translatas, inveſtigemus.*

§ V. Reliquiæ alio tranſlatæ, præſertim Romam, ad templum Domus Profeſſæ Societatis Jeſu.

S. Henrici reliquia Eyſtadii ex communicatione.

EX *jam deductis ſatis manifeſtum eſt, præcipuas ſacras exuvias utriuſque ſanctiſſimi conjugis* Henrici & Cunegundis *in ipſo Bambergenſi mauſoleo hodiedum aſſervari, quamquam partes non nullæ aliò ad venerationem translatæ ſint, quas mihi promptum non ſit ſigillatim enumerare. Suggerit charta Gamanſiana, ſuperius citata, anno domini 1501, Indict. 1 (voluit dicere IV) die XVIII Julii factam inter Gabrielem Eyſtettenſem epiſcopum & Vitum Bambergenſem pium ſacrorum pignorum commutationem, ſic ut ille Bambergenſibus donaverit* De brachio ſancti Willibaldi e-

piſcopi & confeſſoris, ac S. Walpurgis ipſo D die conſecrationis ipſius Viti: *quando* e con- J. B. S.
verſo idem D. Vitus, de conſenſu domino- AUCT.
rum capituli ſui, dono dedit eidem Gabrieli epiſcopo de reliquiis S. Henrici petiam, *ſeu partem* unam; *atque* item de gutture ejuſdem: item do S. Cunegunde, præſentibus ibidem venerabilibus egregiis dominis Carolo de Seckendorff decano, Georgio de Schwinburg, & Fridetico de Quedwix ſenioribus capitularibus & canonicis, ad hæc capitulariter deputatis. *Non eſt inveriſimile, plures hujuſmodi commutationes factas eſſe cum aliis Germanicis eccleſiis, unde ad ipſas pervenerint* S. Henrici *reliquiæ, tametſi de iis nihil publicis tabulis conſignatum comperiam.*

46 *Nihil pronius eſſet, quam de Herbipolenſibus id ſuſpicari, niſi aliunde conſtaret, S. Kiliani ſacra lipſana Bambergæ exſtitiſſe, quin & Sanctum iſtum patroni loco habitum, ante* S. Henrici *tempora, ut fidem faciunt diplomata, in quibus* S. Kilianus, *ipſamet* S. Henrici *ætate cum* S. *Georgio conjungitur. Caterum prædictis commutationibus longe antiquiorem eſſe oportet notabilis haud dubie ſacri corporis partis translationem in Merſeburg, de qua tam diſerte agit Anonymus apud Greiſerum cap.* 41, *apud nos inter miracula num.* 11, *quam non diu poſt celebratam Sancti canonizationem accidiſſe qui dixerit, haud multum a vero aberraverit, cum eo ferme ordine a dicto ſcriptore referatur:* Tempore illo quo venerabilis abbas Merſeburgenſis eccleſiæ Volcmarus reliquias B. Henrici confeſſoris Saxonicæ terræ invexit. *In Poloniam uſque tranſiſſe, intelliges ex miraculis infra num.* 18. *An & quo pacto pervenerint jam dictæ reliquiæ Merſeburgenſes, haud equidem ſcio, verum ex inſtrumento quod ad me miſit laudatus ſupra Clar. Eppenauer, liquido patebit, reliquias alias eodem deſtinatas fuiſſe, procul dubio ut amiſſis prioribus ſubſtituerentur.* & Merſeburgi.

47 *Litteræ ſunt Adolfi Merſeburgenſis epiſcopi, Anhaldiæ principis ad Georgium a Limburg epiſcopum Bambergenſem, datæ* die veneris infra feſtum S. Martini *nempe* XIII *Novembris anno* 1517, *quæ latine verſæ ſic ſonant:* Noſtra amicabilia officia prævia; Venerabilis in Deo Pater, imprimis dilecte Domine & amice. Cum Dilectio veſtra, ad rogatoriam noſtram petitionem, quaſdam S. Heinrici Imperatoris F
ſacras reliquias conceſſerit, eaſdem a Dilectione veſtra ſubmiſſas, cum veneratione, grato benevoloque animo accepimus. Et quamquam pro tam æſtimabili dono, quod temporali nulli pretio æquiparandum eſt, nobis & eccleſiæ noſtræ conceſſo, dilectioni veſtræ obſtrictos nos eſſe profiteamur, cui tamen obligationi ſatisfacere, *in* noſtra poteſtate nullatenus eſt; nihilominus in eccleſiæ noſtræ ſanctis Patronis & præcipue dilecto S. Heinrico Imperatore confidimus, eos optatam in hac temporali, & apud Deum imprimis in vita æterna felicitatem exorando, idipſum dilectioni veſtræ centuplum compenſaturos. *Quamdiu theſaurus iſte a ſignata fatali Lutheranæ apoſtaſiæ epocha, iſtic in pretio & debita veneratione fuerit, haud ita promptum eſt inveſtigare.* *ut docent Adolfi ep. litteræ.*

48 *Perſuaſum habeo, & alias eccleſias pretioſarum exuviarum participes fuiſſe, quamvis ad manum non ſint inſtrumenta quibus de iis certiores reddamur. In ipſam Hiſpaniam penetraſſe, teſtes ſunt collegæ noſtri Pinius & Cuperus, quibus bi-* *Item in Eſcoriali & Florentia.*

A bliotbecam S. Laurentii Eſcorialenſem luſtrantibus
AUCT. J. B. S. *apertus eſt inſignis theſaurus reliquiarum, eo conge ſtarum a Philippo II rege, magnificentiſſimi hujus palatii, cœnobii & templi conditore, ea occaſione quam notiſſimam exiſtimo. In eo ſacrario reperierunt ternas ſacrarum* S. Henrici *exuviarum particulas, minores duas aliis conjunctas, partem porro majorem ejus pellis, ad digitos quatuor in longum, duos in latum extenſam; quæ unde eo acceſſerint, in ipſo Lipſanologio, ſeu reliquiarum catalogo traditum non eſt. Monuit me etiam laudatus Eppenauer, ſub regimine Reverendiſſimi & Celſiſſimi Principis Petri Philippi a Dernbach epiſcopi Bambergenſis, intra annum 1672 & 1683, ad petitionem magni Ducis Etruriæ, quaſdam* S. Henrici *reliquias Florentiam deſtinatas eſſe, at ubi eæ modo expoſitæ ſint, aut quo in honore habeantur, compertum non habeo.*

Obtinuit & Societas noſtra.

49 *Longiorem de aliis quaquaverſum tranſmiſſis ſacris pignoribus diſquiſitionem hic non inſtituam, at præterire non poteſt Societatis noſtræ in ſanctiſſimum Imperatorem propenſiſſima veneratio, qua impulſi*
B *Patres Aſſiſtentiæ Germanicæ, quemadmodum Patres Galli ſacra S. Ludovici regis lipſana impetraverant, poſt vias variasprimum tentatas, tandem Sereniſſimi Electoris Bavariæ Maximiliani, ſummi ejuſdem Societatis fautoris & patroni, ſtudio & auctoritate votorum compotes facti ſunt. Rem omnem promoviſſe & ad felicem exitum perduxiſſe videtur R. P. Gualterus Mundbrot, per id tempus Romæ pro Germania apud Adm. R. P. N. Mutium Vitelleſcum Aſſiſtentiæ munere fungens, qui, ut apud Sereniſſimum Electorem gratia & favore valebat, ſic eum induxerit, ut interpoſitis officiis ſuis, a Reverendiſſimo & Celſiſſimo Franciſco Bambergenſi & Herbipolenſi epiſcopo* S. Henrici *reliquias poſtulaverit, eaſdemque demum optato ſucceſſu conſecutus ſit. Sereniſſimi & numquam ſatis mihi laudandi Maximiliani Electoris litteras nanciſci non potui, verum ex ipſius Franciſci epiſcopi reſponſoriis, conceſſi pretioſiſſimi theſauri teſtibus, poſtulatarum precum ſubſtantia facile colligitur. habent ex Germanico Latine verſæ:*

50 Sereniſſime Princeps. Nuperis Sereni-
ope Maximiliani Electoris Bavariæ. tatis veſtræ, quibus ſibi aliquid de reliquiis S. Henrici, eccleſiæ meæ Bambergenſis patroni & fundatoris communicari cupiebat,
C obediviſſem quantocius, ſi præfatæ meæ cathedralis reliquiæ ad manum fuiſſent. Quæ cum ante primam hoſtium irruptionem, ut ſervarentur, neceſſario Villacum in Carinthia transferri debuerint, neque hactenus ob inquietam ſecuritatem reportari potuerint: nihilominus ſedulo inquiſivi, num forte aliquid illius Sancti in aliis eccleſiis reperiretur; ac deprehendi tandem hic apud Patres Franciſcanos fragmentum de oſſe femoris prædicti ſancti Patroni mei, ab aliquot centenis annis ſumma cum veneratione in eorum eccleſia aſſervatum, cujus partem bonam mihi petenti donarunt, quam Patri Provinciali Capucinorum, aliis de cauſis eo abeunti, Serenitati veſtræ offerendum tradidi: atque amice rogo Serenitatem Veſtram, eam boni ut conſulat, meque & ambas meas eccleſias cathedrales quavis occaſione commendatas, habere dignetur. Bambergæ 111 Novembris MDCXLI. Veſtræ Serenitatis officioſiſſimus & obſequentiſſimus, Franciſcus epiſcopus Bambergenſis & Herbipolenſis.

51 *Has ipſas reliquias ex dono Sereniſſimi Electoris, miſſe eam anno 1641 die v Decembris R.* D
P. Rector coll. noſtri Monachienſis Georgius Spad- qua Romam miſſæ,
ſer Romam ad prædictam R. P. Gualterum Mundbrott, ut ex ipſiuſmet epiſtola tum data verbis clarius intelligitur. Sic ſcribit. Reverende in Chriſto Pater. Utor occaſione poſtæ Electoralis, per quam mitto R. V. particulam de oſſe femoris S. Henrici Imperatoris. Addo litteras Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Epiſcopi Herbipolenſis ad Sereniſſimum Electorem noſtrum, quibus redditur teſtimonium omni exceptione majus, de iiſdem reliquiis. Sereniſſimus Elector gratioſe ſalutat Rev. V. eique prædictas reliquias, haud exigua ſolicitudine ac labore conquiſitas, per me tranſmittit, jubetque Rev. V. hunc ſuum conatum boni conſulere; ſperaſſe ſe quidem aliquid majus ab Epiſcopo, maxime poſt ampliſſima & identidem repetita promiſſa, ſed his pro hoc tempore debere ſe contentum eſſe, & viciſſim rogare, ut & Rev. V. tenuitatem hujus munuſculi non aſpernetur.

E
& ibidem approbata,

52 *Minime vero aſpernatus eſt pretioſiſſimum donum P. Mundbrottius, verum ipſas illas reliquias anno inſequenti menſe Septembri præſentavit Illuſtriſſimo D. Joan. Bapt. de Alteriis epiſcopo Camerinenſi, Eminentiſſimi Cardinalis, Urbis Vicarii vices gerenti (qui poſtea ſummus Pontifex fuit Clemens X) approbandas, quod ille, omnibus rite examinatis benigne præſtitit die VII menſis prædicti, tenore ſequentium litterarum:* Univerſis ac ſingulis præſentes literas inſpecturis, fidem facimus & atteſtamur, qualiter hodie coram nobis allata fuit ab adm. R. P. Gualtero Mundbrott Societatis Jeſu pro Germania Aſſiſtente, quædam pars de oſſe femoris S. Hentici Imperatoris, pro cujus veritate & validitate oſtendit nobis ſufficientes atteſtationes: cumque nos ipſam ſacram reliquiam, ut veram ſupradicti Sancti comprobaverimus, eidem adm. R. P. Gualtero eam aliis donandi ac in eccleſiam collocandi, ut apiis fidelibus venerari poſſit, licentiam & facultatem in Domino concedimus & impertimur. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die VII Septembris MDCXLII. J. B. Epiſcopus Camerinenſis V. gerens.

F
honorifice expoſita ſunt.

53 *Obtenta ea facultate, haud diu ceſſatum eſt, quin præfatæ* S. Henrici *reliquiæ in Domus Profeſſæ Romanæ templo, Jeſu Servatori ſacro, debita veneratione & cultu honorarentur. Curata mox eſt, aut antea fortaſſe jam præparata inſignis lipſanotheca argentea, qualem hic deſcriptam cernis, altitudine pedes circiter ſex latitudine quatuor fermè adæquantem, affabre factam a peritiſſimo illius temporis artifice, cui an parem modo Roma habeat, merito ambigit R. P. Franciſcus VVenzel Aſſiſtentiæ Germanicæ hodie Subſtitutus, cujus curæ & benevolentiæ acceptas refero plerſque omnes deductas hic notitias, cum ipſa delineatione, ex qua eadem in æs inciſa exhibetur, ad Sancti Imperatoris gloriam, probandumque Societatis erga eum cultum & reverentiam. Ne vero exiſtimes, minori pietate quam pretio* S. Henrici *memoriam iſtic recoli, ſolet quotannis lipſanotheca, recurrente anniverſaria Sancti feſtivitate, in magnifica S. P. N. Ignatii, ardentibus plus ſolito cereis, ara exponi, gravioribus quibuſque domus noſtræ Patribus rem ſacram eo die ad eam facientibus. Aliis porro per annum feſtivitatibus, in ara principe cum Ludoviciana collocatur, reſtaura-*

Tom. III. Tabl. Pag. 224.

Digitized by Google

LIBRARY

A *ſtaurata quodammodo in Urbe mundi capite utriuſque ſanctiſſimi Principis veneranda recordatione. His de cultu hactenus abunde expeditis, ad Sancti geſta eorumque ſcriptores gradum facimus.*

§ VI. Scriptores Vitæ, aliique de S. Henrico agentes.

Vulgata Sancti Legenda

S Henrici *Legendam ex ſeculi fui, nempe* XII. *vel* XIII, *more ſcripſit Anonymus, qui monachus fuiſſe videtur; idem ille, opinor, a quo poſtmodum S. Cunegundis geſta memoriæ commendata ſunt, ad* III *Martii ab Henſchenio illuſtrata: more, inquam, illorum temporum, nam particulares potiſſimum virtutes, munificentiam in exſtruendis veſtaurandiſque eccleſiis, miracula, & id genus alia percenſuit, nullo ſervato rerum aut temporum ordine; alia etiam admiſceus, quæ ad Sancti vitam nonniſi valde remote referuntur. Viviſſe ipſum ſæculo* XII *poſt celebratam S. Hen-*

B *rici canonizationem, atque adeo opus ipſum Adelbaldo Ultrajectenſi epiſcopo, ex monacho ſeu clerico Laubienſi primum conſiliario & Cancellario, deinde ad epiſcopatum evecto, & triennio poſt Sanctum defuncto, adſcribi omnino non poſſe, plane evincit Greſerus in notationibus pag.* 80, *utpote cum plura commemoret quæ toto ſæculo S. Henrici obitu poſteriora ſunt. De miraculis loquitur ut de re veteri quam a majoribus acceperit, quod Adelbaldo quadrare nequaquam poteſt. Adde quod ſcribat de rebus quæ diu poſt mortem S. Adelboldi, ut de diplomate Henrici* III *regis, de Bullis Clementis* II *& Leonis* IX, *de quarto & ſexto epiſcopo Bambergenſi; ut dubium minime ſit quin toto ſæculo & amplius compilationem iſtam præceſſerit Adelboldus.*

a Canisio & Greſero edita

55 *Prædictam Vitam primus in lucem eduxit* Vir Cl. *& ſæpe nobis laudandus* Henricus Canisius *tomo* 6 *Antiquæ Lect. a pag.* 383, *ex codice Ms. cœnobii Windbergenſis, ſed non adeo plenam, ut ait Greſerus, atque ipſe poſtmodum alteram reperit in monaſterio Rebdorffenſi, quam* 1611 *inter Sanctos Bambergenſes edidit, collatam cum apographo Bambergenſi, ex quo nonnulla auxit & emendavit, ut pluribus explicat in ſuis jam citatis notationibus a pag.* 79. *Eadem Greſeri Legenda exſtat in poſthuma Surii editione, omiſſis tamen frequentibus illis capitum titulis, quos & ad normam noſtram contrahendos cenſuimus. Ejuſdem Reb-*

C *dorffiani codicis exemplar nacti ſunt Majores noſtri, ex quo & ex Surio Legendam integram infra dabimus, lacunas ſeu hiatus ex Greſeri editione ſupplendo; iis in hunc Commentarium vel in appendicem rejectis, quæ ad hiſtoriæ filum minus ſpectare videbuntur; ut ſunt capita* 16, 17, 18, *&* 19, *quibus non* S. Henrici *geſta, ſed eccleſiæ Bambergenſis privilegia enumerantur. Totum Greſeri opus nova forma recenſuit, & volumini ſuo de Scriptoribus Germaniæ, quo potiſſimum continentur quæ ad epiſcopatum Bambergenſem pertinent, non ita pridem, nempe anno* 1718, *vulgato inſeruit Joannes Petrus Ludewig, notationes ſingulas capitibus ſuis ſubjiciens: cujus opera uti uſum non eſt, fonte ipſo nobis aperto, ex*

præfertur Germanico Non. noſti monachi, *quo purius omnia hauriri potuere.*

56 *Atque hæc* S. Henrici *Legenda, utut imperfecta, vulgatiſſima hodie & notiſſima eſt, a qua proinde recedendum non fuit; quamvis & aliam reperierim, a ſcioli aliquo non valde antiquo ſcri-*

ptore cum Vita S. Cunegundis conjunctam, de qua D *Henſchenius quoque citato ſuperius loco meminit,* AUCT. *ad quarum calcem adjecta eſt ſequens epigraphe:* L. B. S.
Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, gloriosæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum finiunt feliciter Legendæ ſanctorum Henrici Imperatoris & Kunegundis Imperatricis virginum & conjugum, ſumma cum diligentia impreſſæ in famoſa civitate Bruxellenſi per Fratres communis vitæ in Nazareth; anno Domini MCCCCLXXXIV. *Totam legi & evolvi non ſemel, rudi ſtylo, confuſe & incondite per capita quatuordecim digeſtam, cujus quis auctor fuerit, ex nullis indiciis colligi potuit. Ab Henſchenio notatum inveni, Nonnoſium, Mompergenſis cœnobii cuſtodem, Germanicam aliquam Legendam compoſuiſſe, quæ eadem ipſa hæc ſit Latine verſa. Verum ſi recte Hofmannus & alii cenſeant, non hujus ſed alterius Germanicæ Legendæ ſcriptor fuit prædictus Nonnoſius, cujus fragmenta aliqua, ad me miſſa reliqui operis ſitum facile exſtinxerunt. Ceterum Legendam iſtam Bruxellenſem, ex Ger-* E *manico verſam eſſe, nullo prorſus argumento, imo nec indicio evinci poteſt.*

57 *De ejus pretio ſic ſtatuas: eam eſſe, ut dicere cæperam, inconditam collectionem recentioris ſcriptoris, utpote qui Vincentium Bellovacenſem in Speculo hiſtoriali appellet, tanquam veterem aliquem geſtorum* S. Henrici *teſtem, quem floruiſſe & ſcripſiſſe novimus medio ſæculo* XIII, *ut proinde ſæculum verosimillime ſapiat, quo typis excuſa eſt, nempe* XV. *Scriptorem oppido verboſum eſſe, vel inde intelligas, quod in prologis confuſendis paginas quatuordecim impleat, dubia & falſa multa veris admiſceas. Et in ipſo quidem Vitæ principio labitur, dum* S. Henricum *concorditer a principibus electum aſſerit anno* 1003, *regnaſſe autem annis viginti duobus & quinque menſibus, quæ & ſexcenta hujuſmodi, aut falſa aut perperam adornata, citatione digna non cenſui, nedum reſtitutione. Tuto dixerim, in tota ea farragine & ſubjunctis Officii lectionibus nihil reperiri, quod non paulo melius in vulgata Legenda explicetur, in qua eruderanda tot difficultates occurrunt, ut nova alunde accerſenda non ſint. Difficultates intelligo in eo præcipue conſiſtentes, quod cum hujuſmodi Legendæ debita luce hiſtorica careant, in eo nobis maxime laborandum ſit, ut ſingula diſtinctis ſuis temporibus innectantur, in quibus, quoad fieri poterit, ordinate compenendis, & in reliqua vitæ ſerie dirigenda omnis conatus noſter potiſſimum deſudabit.* F

& alteri latina editæ Bruxellis 1484

58 *Eo nos onere liberaſſet Adelboldi egregia lucubratio, niſi maximam ejus partem nobis invidiſſet temporum iniquitas, qua male periiſſe cenſenda eſt, cum ſolum fragmentum ad nos pervenerit a Greſero etiam inter dictos Sanctos Bambergenſes vulgatum, quod unde acceperit, monet pag.* 428, *ubi de auctore hac ex Trithemio deſcripſit:* Adelboldus epiſcopus Trajectenſis, ex monacho Ordinis divi patris Benedicti &c. vir in divinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, atque in ſæcularibus litteris egregie doctus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, vita & converſatione præcipuus, & ob eas virtutes in curia S. Henrici Imperatoris magno in pretio habitus; ſcripſit nonnulla haud contemnendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati notificavit. Il quibus exſtat Vita & geſta ejuſdem ſancti Imperatoris Henrici liber unus. De laudibus S. Crucis lib. 1. De laudibus quoque S. Mariæ lib. 1. Varios etiam ſermones

Adelboldi ep. Ultraject. operis de Vita S. Henrici,

A de laude Sanctorum edidit, & alia tam metro quam prosa, quæ ad notitiam meam non
AUCT. J. B. S. venerunt. Moritur sub Conrado Imp. II, anno Domini MXXVII Indict. x, episcopatus sui anno xxxx, v Kalendas Decembris. *Hæc Trithemius, inquit Gretserus, addens, quod sive hæc Vita sit, quam Adelboldus scripsit, sive non, optandum plane, ut mutila non esset, quod & nos pridem optavimus, & vehementissime optare pergimus.*

cetera ex Ditmaro præcipue colligenda.

59 *Adelboldi episcopatus initia clarius nobis expressere Annales Hildesemenses apud Leibnitium de Scriptoribus Brunsvicensibus tomo I, pag. 722, ubi ad annum* MX *sic habent:* Ansseldus Trajectensis ecclesiæ antistes obiit, cujus loco Adelboldus successit; *ex quo initio plane intelligitur quod tradit Trithemius, eum episcopatus anno* XVIII *e vivis ereptum, cum vitam protraxerit ad* v *Kal. Decembris* MXXVII. *Porro ex laudati Trithemii verbis haud obscure colligi videtur, exstitisse ejus tempore, eique notum fuisse Adelboldi opus, cujus apographa omnia duorum duntaxat sæculorum decursu intercidisse, haud facile mihi persuadeo. Quod si acciderit, irreparabilis*
B *est insignium Actorum jactura, eaque majus nobis sui relinquunt desiderium, quod ex solo fragmento clare perspicietur, accuratissimam esse oportere totius Vitæ Henricianæ seriem, si eodem ordine, methodo & diligentia ad exitum usque perducta est, ab oculato rerum omnium gestarum teste, eoque integerrimo antistite, de cujus regimine, ædificiis exstructis, virtutibus & scriptis videndi Joannes a Beka pag. 37, & Wilhelmus Heda pag. 107; potius quam Vossius, qui Anonymi opus, a Canisio editum, cum Adelboldiano perperam confudit. Frustra, ut semel dicam, a Majoribus nostris, frustra a nobis quæsita est hactenus desideratissima historia, quam siquis alicunde resodere valeat, & nos & hagiophiles universos immortaliter sibi obstringet.*

sium fragmentum supersit,

60 *Quod habuit fragmentum Gretserus, primus in lucem protraxit, ex quo ipsum Scriptoribus suis Brunsvicensibus accensuit Leibnitius tomo I, a pag. 430, in Introductione submonens,* quæ Adelboldo desunt, bonam partem ex Ditmaro supplari posse, & ubi is finit, ex variis historicis, etsi minoris ponderis, spicilegium instiC *tuendum esse, messe amissa. Recte id quidem ab eruditissimo Viro suggeritur, at non æque promptum vel ex Ditmaro ipso centonem adornare, quem ad exactos chronologiæ calculos revoces, utpote in quibus & manuscripta & edita ejus operis exemplaria nonnumquam manifeste aberrant.* Ex variis *autem aliis* historicis spicilegium instituere *magis etiam arduum erit, cum S. Henrici res gestas vix ipsi delibent, contenti generalioribus terminis, & confusa plerumque rerum & temporum congerie, unde non facile quis feliciter emerserit. Consulat lector eruditus proximorum sæculorum scriptores Ottonem Frisingensem, Hermannum contractum, Lambertum Schafnaburgensem, Abbatem Urspergensem, Marianum Scotum & quosvis alios, fallor ni id experiatur quod nobis evenit, nempe distractas illas lacinias difficillime ad rectam S. Henrici historiam exigendas; quibus nihil subsidii offerent Vincentius aut alii; neque Vitus ille Arnpeckius in Chronico Bajoariorum, quem novissime Anecdotorum suorum Thesauro intexuit Vir eruditissimus Bernardus Pezius tom. 3, part. 3, a col. 157, dum in ipso principio cap. 12 ad an. 1014 revocat, quæ tuto citius decennio consigisse necesse est, ut cetera taceam, in quibus verbosus ludit quam verus.*

a Gretsero editum;

61 *Quocumque te verteris, parla & obscurior offendes, quæ Adelboldi desiderium magis magisque accendunt. Neque vero instituti nostri est ejusmodi historias contexere, qui monumenta, uti ad nos pervenerunt excutere soliti sumus, eaque integra reddere, debita luce illustrata. Hunc igitur in finem satis nobis hic erit, ex laudato Ditmaro, Chronico Saxonico & Hildesemensi aliisque scriptoribus, temporum seriem ad chronologicos calculos, pro more nostro ita reducere, ut quibus adscribendum otium & ardor accesserint, ad rem historice exequendam conatus noster præluceat. Id præcipue difficultatis in Chronicis illis Germanicis occurrit, quod uno sæpius, imo & pluribus annis ab invicem deflectant, ut in Adelboldo Ditmaro, Chronographo Saxone, Annalibus Hildesemensibus & aliis evidenter patet. De cave periculum facere plane obvium est, si Adelboldum, Chronographum Saxonem & dictos Annales cum Ditmaro contuleris: illi enim primam S. Henrici in Italiam expeditionem diversis terminis anno 1004 innectunt, quam Ditmarus, non minus expressis verbis anno sequenti 1005, cum plerisque aliis scriptoribus, quos moderni possim cum Baronio sequuntur, consignat, in qua tamen parte Ditmarum omnino deferendum existimamus, quemadmodum infra paulo fusius & clarius demonstrabitur.* E

Quæ in Ditmaro desiderentur,

62 *Ut autem intelligas quam imperfectus hodiedum maneat Ditmarus, etiam prout a Leibnitio non ita pridem editus est, & Ditmari restituti appellatione ad splendorem donatus, ex iis patet, quæ noster Janningus paucis indicavit tomo VI Junii pag. 38, quibus haud pauca alia similia observata annotataque reliquit, quæ omnia tametsi ab editore Leibnitio emendata fuissent; neque sic tamen facilis pateret aditus ut ex Ditmaro continuaretur recta S. Henrici historia, nisi quis prius in eo sedulam operam ponat, ad Chronicon istud in capita sua, paragraphos & numeros dividendum, eamque operosiori diligentia lucem effundendam, qua singulorum annorum periodi inter se recte & apposite distinguantur, sicque a mutilis confusionibus, & hinc inde erroribus opus, cetera æstimatissimum studiose vindicetur. Id mihi quidem post longum operis examen ita necessarium visum est, ut nisi innumeris aliis distraherer, ab ea provincia suscipienda minime abhorrerem.* F *Confido, alios plus otii fore ut rempublicam litterariam tam digno munere exornent, vocarique adeo jure possit egregium Chronicon* Ditmarus restitutus & illustratus. *Sed hæc obiter dicta sunto; supersunt difficultates in Anonymo explanandæ, quarum nonnullas jam supra attigi, nempe circa Sancti genus, nomen, agnomen, ætatem, annum & diem obitus: paucas hic alias expediam, reliquas ad sequentes paragraphos remissurus.*

& quia non-a L. gnds displiceant.

63 *Jam insinuavi non semel, multa in eo Anonymi monachi opere reperiri, quæ rectius historice ordinata, & seclusis parergis accuratius digesta cuperem. Ne singula, quæ sparsim satis indicata sunt & porro indicabuntur, hic ordine prosequar, non placet claudicationis causa tam longe petita, de qua superius disputavimus: neque satis verosimilia sunt quæ de visione dæmonum & calicis ansa memorantur, plerisque somnio, quam sincera veritati propinquiora, ut Bambergenses ipsi hodie non diffitebuntur, quidquid in laudato sanctissimorum conjugum monumento expressa retulerimus. De Nonnoso item obiter dictum est: quid ipse singulare ad Sancti gloriam contulerit, propius explorare non licuit, defectu ipsius operis, quod*

solicite

Digitized by Google

A *ſolicite cuſtodiri intelligo: at cum vixerit ſæculo* XVI, *mortuus, ut ad me ſcriptum eſt, menſe Februario anni* 1529, *facile colligitur, quam in ſua de ſanctis Henrico & Cunegunde Germanica hiſtoria, anno, ut ajunt,* 1511 *edita, fidem promereri poſſit, in iis præſertim quæ Anonymo noſtro ſuperaddenda putaverit. Alios non novimus qui de* S. Henrici *vita & geſtis ex profeſſo tractaverint; neque variorum fragmenta aut elogia congerere libet, ne importunis earumdem rerum repetitionibus tadium lectori potius quam voluptatem afferamus, ad paulo utiliora feſtinantes.*

§ VII. Vita S. Henrici Dilingæ vulgata MDCXLVIII.

Vita ſub elogium 1148 *edita*

QUæ hic diſputata ſunt bellenus & porro diſputantur toto hoc de geſtis S. Henrici prælio, uti vocamus, commentario, jam dudum prælo parata erant, quando in notitiam venit *Vita anonyma ſancti Imperatoris, Dilingæ ab aliquo Societatis noſtræ ſacerdote typis edita an.* 1648 *formis academicis. Eam ut tempeſtive nanciſcerer,* B *nullum non lapidem movi, ſcriptis in Germaniam ad amicos litteris, quibus id effectum eſt, ut favente ſemper R. P. Nicolao Pottu, collegii noſtri Bambergenſis Rectore, ſæpe mihi & merito, ob navatam ſedulam & conſtantem operam laudando, exemplar obtinuerim, de cujus auctore pauca primum ſubjiciam, tum de ejus inſtituto totiuſque opuſculi pretio; demum ea percurram, quæ ad illuſtranda Sancti geſta hinc inde obſervatu digna exiſtimavere, ibi præſertim ubi eadem tractata ſunt, quæ ab Adelboldo vel Anonymo noſtro, quos illuſtrandos ſuſcepimus, commemorantur. Ut idea operis ſub ipſum principium pateat, ex ejus titulum:* S. Henricus Imperator Auguſtus, Bavariæ dux XXXI, religionis, prudentiæ, fortitudinis, caſtimoniæ, clementiæ aliiſque heroicis exemplis præclarus, admirationi & imitationi recens propoſitus a quodam Societatis Jeſu ſacerdote. Dilingæ formis academicis anno MDCXLVIII.

opus eſt Melchioris Inchofer S. J.

65 *Anonymum ſcriptorem appellant Bambergenſes & alii paſſim, nempe, quod nomen in fronte expreſſum non ſit; nam digito cum commonſtrare tam facile eſt, ut vix lectis duabus paginis, non* C *deprehenderim, lucubrationem eſſe noſtri Melchioris Inchofer, origine Viennenſis, in Societatem Romæ admiſſi an.* 1607, *a* multiplici doctrina *in Bibliotheca ſcriptorum commendati; viri, ut alibi notum eſt, paulo acrioris ingenii, multis laboris ac ſcriptionis, at ſtyli, ex nimia conciſione, & acuminatis ſæpiuſcule periodis nimium involuti, adeoque obſcuriores, ut ſaltem in eo, quo de agimus, opere prima fronte ſatis perſpicuum eſt. Ab ipſo autem Vitam prædictam compoſitam fuiſſe, omnino liquet ex frequentibus ſuimet citationibus, præſertim Annalium eccleſiaſticorum Hungariæ, a nobis alibi citatorum, quorum volumen primum & unicum edidit Romæ* 1644, *qua eodem anno, ad relationem amici ſui Leonis Allatii, facultatem obtinuit ab Adm. R. P. Hyacintho Serrone, ſacri Reverendiſſimi Magiſtri ſac. P. A. S.* Henrici *Vitam edendi; quod cur Romæ factum non fuerit, divinare non libet: pluribus vero quærere ad rem quam pro manibus habemus, opera pretium non eſſe, facile quivis intelligit.*

66 *Neque id explorare licuit, miſeritne ipſe in Germaniam Ms. autographum, ſuppreſſo ſuo nomine, excudendum, an aliunde editores acceperint, nullaque, ſeu caſu ſeu ſtudio facta ſcriptoris mentione, dedicarint ipſi nomine collegii Dilingani Illuſtriſſimo ac reverendiſſimo Melchiori Ottoni, imperialis eccleſiæ Bambergenſis epiſcopo S. R. I. principi, cui vere libellus inſcribitur. Utcumque id acciderit, eodem illo anno* 1648, *Mediolani vivere auctor deſiit die* XXVIII *Septembris. Id miror, inter tot alia ejus opera, quæ vel ſub alienis nominibus prodiere, vel ab eo prælo parata dicuntur, hoc de* S. Henrico *in Bibliotheca noſtra prætermiſſum eſſe: an quod id ignoraverint Allegambe & Sotuellus, an quod opellam tanti non fecerint, aliis diſquirendum relinquo. Equidem in toto eo opuſculo nihil reperi prorſus, quod me a jam expenſis, diſcuſſis, & quæ potuit veriſimilitudine defuitis tantillum recedere compelleret. Diſſentire in aliquibus, haud diffiteor, at ejus aſſertis nihil tribuendum cenſui, niſi quouſque antiquorum ſcriptorum auctoritate nituntur. Cum igitur ex iis ſolis noſtra deprompſerimus, non video quid ejus placita ad dirimendas hinc inde controverſias maxopere conducant. Ex opuſculi totius inſtituto, quid Inchoferus voluerit, promtum erit perſpicere.*

Auct. L. B. S. cujus analyſin hic exhibemus.

D

Virtutum ſpeculum principibus propoſuit,

E

67 *Id præ oculis habuiſſe videtur, non ut hiſtoricum & chronologicum vitæ & geſtorum contextum proponeret, ſed meram Legendam, cujuſmodi multas poſtremis hiſce ſæculis adornatas videmus, quas non incongrue diceris ad ſanctitatem Chriſtianam parænefes, quibus nempe virginum exempla virginibus, conjugatorum conjugatis, viduarum viduis, atque ita ſingulorum ordinum hominibus appoſita incitamenta exhibentur; id, inquam, præ oculis habuiſſe videtur, ut principibus Catholicis in tam illuſtri ſpeculo exhibitarum virtutum urgentes ſtimulos floridiori penicillo depingeret, id quod ſatis diſerte in ipſo ſuo titulo exprimit, dum* S. Henricum, *ut* religionis, prudentiæ, fortitudinis, caſtimoniæ, clementiæ, aliiſque heroicis exemplis præclarum, admirationi & imitationi proponit. *De cetero Anonymum in eo longe ſuperavit Inchofer, quod Sancti geſta in aliquem ſaltem ordinem digeſſerit, quæ ab altero plane confuſa ſunt; præterea vero ad exactiorem criſim expenderit, quæ ille nonnunquam nimis credulus a popularibus traditionibus non ſatis apte diſcrevit, quemadmodum a nobis non uno loco obſervatum invenies. Id ab Inchofer deſideres, quod licet ſcriptores nonnullos citari ſolitus ſit, multa tamen aſſerat, quæ an ſatis certa fide nitantur, non immerito dubites. Ex* F *operis totius in capita ſua diviſione, noſtriſque ad ea, ubi opus erit, annotationibus, clariorem ejus ideam facile concipies.*

poſſe alias reperiri, quam facit Anonymus.

68 *De titulo, dedicatione & approbatione Romana jam ſatis diximus; adjiciuntur & aliæ facultates, nempe Adm. R. P. N. Mutii Vitelleſchi Præpoſiti Generalis data Romæ* XII *Septembris an.* 1644, *tum R. P. Laurentii Keppler ſuperioris Germaniæ Provincialis data Monachii* XVIII *Februarii* 1648, *Ex modo capitum ordinem. Primo itaque expenditur* S. Henrici patria, ortus & educatio. *Hæc ad nos non ſpectat, de aliis dictum eſt ſatis. Singulare notat Inchofer, quod natus ſit Sanctus, an.* CMLXXII, *die* VI Maji, *feria ſecunda. Satis minutatim, & ſatis exacte; etenim anno* 972, *currente littera Dominicali* F, *ſexta dies Maji incidit in feriam ſecundam. Verum de ſcrupulis iſtis nobis litigandum non eſt, eo vel alio die natus fuerit, ad intentum noſtrum*

Digitized by Google

Auctorum parum refert, qui Anonymo illustrando ma-
AUCT. *xime infidimus, in quo atque in Adelboldo Legenda*
I. B. S. *Henriciana, non a vitæ sed a regni primordiis sumit exordium; unde nec ad nos pertinent sequentia capita, quorum titulos hic exponere satis fuerit.* Cap. II. Henricus a patre regiminî admotus, mira prudentia & pietate rem administrat. Cap. III. Henricus ex voto parentum se conjugio astringens, virginitatem servat. *De hac suo loco abunde.* Cap. IV. Sancti Wolfgangi & deinde Henrici senioris obitus, juniorisque successio, & pacis studium.

69 *Capitis quinti partes binas facit, alteram*
Recte explicat vaticinium POST SEX. *quod* Henricus a S. Benedicto reprehensus sit, *de qua re Anonymus nusquam meminit; neque hic noster auctorem citat, unde acceperit, quasi satis nota sit historia ex Leonis Ostiensis Chronico lib. 2, cap. 45. In altera recte dissentit Ineboser ab Anonymo, qui celebre sancti Wolfgangi vaticinium* POST SEX S. Henrico *jam regi intimatum scribit, atque adeo diserte applicat Romanæ in Imperatorum coronationi, ut proinde rem accidisse oporteat anno circiter 1007 vel 1008, uti etiam suo loco diximus, haud obscure indicantes, non multum placere oraculum Anonymi modo expositum. Censet igi-*
B *tur, & longe rectius, Ineboser,* S. Henrico in Italiam ituro cum Ottone, anno CMXCVI regnum mirabiliter a S. wolfango prædictum. *Audiamus ejus verba pag.* 22. Qui id, *inquit*, post adeptum regnum ad imperium referunt, non considerant, nihil opus fuisse conjectare; quid enim præter spem magni, coronato jam Regi & Cæsari, tam involute imperium portendere? Ipse diem sumpsisset qui inauguraret: sed enim nulla propinqua spe, rege Ottone adhuc vita, ætate & fortuna florente, & qui propediem in urbe Imperator dicendus erat, regnum Henrico prædicere, nisi ejus nutu, qui tempora in manibus describit, Wolfangus non potuit.

70 *Qua capite* VI *memorat de Electorum determinatis suffragiis a Gregorio PP. V & Ottone III certa lege circumscriptis, saltem in* S. Henrici *electione adhibitis, fatemur, nos pro eo tempore admittere non posse, ut contra Hofmannum alioſque satis explicuimus, ostendentes, Sanctum hereditario successionis jure imperii culmen consecutum. De septemvirorum Electorum origine mentem suam nostramque exposuit Henschenius in Commentario ad S. Heribertum* XVI *Martii* num. 7. *Capita* VII
C *& VIII ad nos etiam non spectant; quibus, ut iterum dicamus, solt Adelboldus & Anonymus illustrandi sunt; ab illo autem accurate describuntur quæcumque habet Ineboser capp.* IX, X, XI, XII & XIII, *ut iis hic enumerandis supersedeamus. Est & pars cap.* XIV *ex Adelboldo desumpta, cui adjungit* ecclesiarum in Germania reformationem, *item* Polonicum & Flandricum bellum, *quæ nos temporibus suis ex Ditmaro & aliis innectere conati sumus. Cap.* XV *monasteria & templa fundata vel ornata, ac Bambergensem civitatem in episcopatum evectam prosequitur; & de hac quidem erectione satis apposite disputat: neque negaverim, parthenonibus Neoburgensi, & Naumburgensi apud Saltiburgum multa a Sancto collata, quamvis hic a temporum serie scriptor exorbitet: verum quod pag.* 65, *sacerdotum miraculum tradit de S. Erendrudis cinere annulo concluso & collo suspenso, utut negandum non censeam, mirari certe licet, nihil hujus rei affine occurrere in ipsis Sanctæ Actis tomo V Junii illustratis a pag.* 580; *certe fidem liberare debuit Ineboser, præsertim asserta rei vadimonio.*

71 *Non magis ad temporum rationem attendit,* D
dum capiti XVI *hunc titulum præfixit:* Henricus Cunigundem reginam adulterii infimulans, innocentiæ miraculo corrigitur. *Res ipsa ab inquorum obloquiis satis vindicata est; at quo potissimum tempore contigerit, fateor me necdum certo deprehendere potuisse. In ejusdem fide vellinque quidquid cap.* XXVII *de Gunthero ejusque cum S.* Henrico *gestis collegit. Multa connectuntur cap.* XVIII, *quæ a nobis paulo ordinatius distincta sunt. Minus etiam placet caput* XIX, *ubi Benedictum* VIII *in Germaniam deducit, ut* Henricum *adversus seditiosos invitet, & nescio quod exortum schisma componat, de quibus quid sentiamus habet* §. 12, *num.* 128. *Capite* XX *agitur de prænotato monachatu Cluniaci & Virduni, quæ ut ab* Henrici *sanctitate aliena non sint, nobis sufficiunt ea, quæ ab Alberico narrata retulimus. Cap.* XXI *inter alia mentem suam aperit* Ineboser *circa* prodigiosam victoriam S. Henrici auspiciis a quibusdam attributam, *unde non parum elucidari possunt, quæ nos suo loco conjectavimus occasione famosæ istius pugnæ ab Anonymo commemoratæ cap.* 4 *quam, studiose a Ditmaro præteritam, necdum nobis suaderi patimur. Ex cap.* XXII *notanda præcipue Popponis abbatis Stabulensis monitio, qua* S. Hen- E
ricum a spectandis histrionicis & gladiatoris ludis averterit, dum iis Neomagi curiosius spectandis attenderet. Et hoc & id genus facta alia scriptorum auctoritate corroborari meretantur.

72 *Sequitur cap.* XXIII *adventus Benedicti VIII in Germaniam, qui tanto majori scriptorum veterum fide nititur, quanto debiliori subsistit incerta ejusdem Papæ prior in imperium peregrinatio, dicam an fuga supplex ad* S. Henrici *auxilium. Cap.* XXIV *explicatur reconciliatio cum S. Heriberto Coloniensi, ejusque (cap.* XXV*) prædicta de obitu* S. Henrici, *aliaque ad ipsos spectantia, quæ in S. Meinwerci Actis fusius commemorantur, non item vaticinium ipsum, quod retulit Rupertus Tuitiensis in Heriberti Vita cap.* 8, *num.* 31, *ad* XIV *Martii pag.* 488, *his verbis:* Noveris enim, quia post obitum meum trium non peraget annorum curriculum: *atque vixit* S. Henricus *usque ad* XIII *Julii anni* 1024, *obiit S. Heribertus* XVI *Martii* 1021: *nedum vidit* Ineboser; *quem ut solvat, cogitur S. Heriberti obitum, contra historicam veritatem reducere ad annum* 1022; *in* F
quo eum plane falli credimus: utrum vero vaticinium recte illic expressum sit, non est nostrum dirimere; abest certe ab Actis quæ hic illustramus. Capp. XXVI, XXVII, XXVIII & XXIX *multus est in commemorandis adjunctis ultimi belli Italici, quæ non magis ad nos pertinent, aut certe in serie nostra chronologica abunde relata sunt; ubi & congressus cum Roberto rege Franciæ, quem describit cap.* XXX. *De gestis vero (cap.* XXXI*) inter SS. Henricum & Meinwercum, videnda in hujus Actis assignata alibi capita.*

73 *Subjungitur piissimus sancti Imperatoris obi-*
& alienis vitæ calumniis tus cap. XXXII; *at mire res & verba torquet In-*
ineboser, ut in definiendis diversis vitæ Henricianæ periodis calculos subducat, aberrans in plerisque. Demus ejus verba: Vixit ante regnum annis triginta; regno duodecim & menses quinque; imperio decem, totidemque dies supra menses quatuor; Deo & sibi annos, si tres cum diebus viginti menses demas, tres supra quinquaginta; mortuus anno undecimi sæculi vigesimo quarto, feria secunda. *Primo & ultimo calculo habeas assentior: cetera vere & clare expressisset,*
dicen-

Digitized by Google

A *dicendo*, vixiſſe *Sanctum* regno *a* VI *Junii* 1002 *uſque ad* XIV *Februarii* 1014, *quo intervallo fluxere anni non plus undecim, menſes octo & totidem dies*. Imperio *ſeu Imperatoris titulo gaviſus eſt a* XIV *Februarii* 1014 *uſque ad* XIII *Julii* 1024; *unde emergunt anni omnino decem, menſes quinque, minus unico die: adtres autem ſupra quinquaginta vitæ annos, cur ſolum* menſes tres cum diebus viginti *nobis demi velit* Inchofer, *prorſus non capio; meminerit nativitatis epocham a ſe ſuperius fixam eſſe anno* 972 die VI Maji feria ſecunda, *inde digitos conſulendo numerandoque, inveniet completiſſimos vitæ annos duos ſupra quinquaginta excurrentesque menſes duos cum diebus ſeptem, ut ferme menſes decem demendi ſint. Sed de his ſatis dictum ſuperius* § 2.

74 *Superſunt capita quinque, nempe* XXXIII, *ubi, niſi vehementer fallor, fabulis accenſes Inchofer* occurſum dæmonum ad exequias, *ſive ad extremam Sancti morientis luctam*, & accuſationem apud tribunal Dei, *quibus adde præponderationem calicis S. Laurentii*, & *ſimilia, quæ in loca diximus, pia boni ac ſimplicis eremitæ ſomnia, quam veritati hiſtoricæ magis affinia, nec ulla vetuſtiori auctoritate ſuffulta; quæque fortaſſe, poetica libertate a picturibus ſive ſculptoribus ſymbolice adumbrata, qualium nimis quam obvia ſunt, veram ſubinde, pro ſæculorum iſtorum captu, inducerint hiſtoriæ faciem, dignam quæ in ipſo ſanctorum Henrici & Cunegundis mauſoleo repræſentaretur. Cap.* XXXIV *recitantur* publica *nonnulla* pietatis & religionis monumenta poſita, aliaque pia opera ab Henrico geſta; *quæ omnia, uti* & illuſtria miracula poſt mortem *a Sancto* patrata, *ejuſdem factæ* apparitiones, *canonizationis diploma ab Eugenio PP. III. conceſſum, ceteraque tribus ultimis capitibus collecta, paulo uberius a nobis propriis ſuis locis relata & explicata ſunt. Atque hæc de Inchoferi opere dicta ſufficiant, nec exorſum deductumque pridem Commentarii noſtri filum ſequentibus paragraphis ordine exhibebimus, ubi ea præmiſerimus quæ ad præcipuam Sancti Lauretani vindicandam paulo accuratius examinari & nervoſius confirmari merentur.*

C

§ VIII. S. Henrici cum S. Virgine Cunegunde, ſervata in conjugio caſtimonia.

Romanenſis impugnavit Leibnitius

QUamquam *ſuperius dixerim, multa eſſe quæ in Anonymo Vitæ* S. Henrici *ſcriptore non omnino admittenda cenſeam, illud certe fugillari non patior, quod habet cap.* 21 & 27, *unde præcipua ſanctiſſimis conjugibus* Henrico & Cunegundi, *eaque conſtantiſſima fuit a tot ſæculis gloria, quod intemeratam illibatamque virginitatem tumulis ambo & cælo intulerint. Priſcæ naniæ & veteres heterodoxorum ſatyræ adverſus continentiæ miraculum ſparſas hic nec appellandas nec refutandas ſuſcipio; non calumniis aut dictetis ſed argumentis certandum eſt, recentiores aggredior. Eam hiſtoriæ partem immerito vellicavit Leibnitius. Introductionis ſuæ ad ſcriptores Brunſwicenſes* § XXX, *his verbis*: Magnum virum fuiſſe (*S. Henricum*) & probum, dubitare nos geſta non ſinunt, virginitatem voluntariam in matrimonio cum Cunegunde conjuge coluiſſe, poſteriores tradiderunt, coætanei nec minimum hujus opinionis veſtigium exhibent, ut adeo magnopere ei fidi non poſſit. *Laudat Leibnitium Struvius eique ſubſcribit pag.* 388, *utrumque convenit. Et quidem manifeſte liquet, rem illam ſatis perfunctorie a Leibnitio delibatam, ut qui S. Henrici canonizationem perperam tribuit Innocentio III, ut forte ea ratione pontificium, de ſervata virginitate teſtimonium ad ſeculum* XIII *removeat, verum jam ſupra oſtenſum eſt, totis fere ſexaginta annis citius, nimirum anno* 1145 *cælitum honores conſecutum ſanctum Imperatorem.*

D

AUCT. J. B. S.

76 *At* coætanei nec minimum hujus opinionis veſtigium exhibent. *Quæro, quos coætaneos hic appellare poſſit Leibnitius? Adelboldum forte? Aſt iſtius operis ſolum fragmentum ſupereſt. Ditmarum? Scivit vir eruditiſſimus totis ſex annis* Henrico *præmortuum eſſe, neque adeo rem, quoad Sanctus vixit, ignoratam, in ejus notitiam pervenire potuiſſe, quam ſub extremum vitæ articulum primum patefecit. Alios coætaneos ſcriptores non facile quis produxerit. Si ad proxime ſequentes chronographos Ottonem, Hermannum, alioſque alibi nominatos provocet, facit Sancto injuriam, quod iis arbitris res Henricianas definitas velit, quas illi vix primis, ut eſt in proverbio, labris deguſtarunt. At enimvero ea re tacet Chronographus Saxo, tacent Annales Hildeſemenſes. Utique: ſed ſcriptorum iſtorum aliorumque ſæculi* XII *ſilentio opponitur poſitiva aſſertio ejuſdem ſæculi ſcriptoris, nempe Gotfridi Viterbienſis apud Piſtorium tomo* 2, *col.* 484, *cujus verſus ad calcem tractatus hujus invenies. Opponitur poſitiviſſima ejuſdem temporis declaratio Pontificia, in relata nuper canonizationis bulla expreſſis terminis teſtata*, in thoro etiam legitimo poſitum S. Henricum integritatem caſtimoniæ uſque ad finem vitæ conſervaſſe: *quod certe minime declaraſſet Pontifex, niſi id a Bambergenſibus legitime probatum accepiſſet. Nihil igitur obeſſe poteſt chronographi iſtius & decem id genus aliorum ſilentium, dum iſtud vetuſtiori & probatiori aſſertione eliditur.*

ex ſilentio coætaneorum,

77 *Si Pontificio diplomati minus fidat Leibnitius, habeo, quod recuſare non poſſit, Leonis Marſicani, alias Cardinalis epiſcopi Oſtienſis, in Chronico Caſinenſi diſertum teſtimonium, citato diplomate multo antiquius, imo ſancti ipſius* Henrici *ætati proximum, utpote ſcriptoris ſæculi* XI, *qui teſte Angelo de Nuce, noviſſimo Chronici editore*, rem orſus a condito monaſterio, eam ad uſque illud tempus perduxit, quo dedicatum inauguratumque ab Alexandro II templum fuit: *id quod anno* 1071 *accidiſſe narrant; ut plane perſpicias, quam parum a Sancto abfuerit is, cujus loquentem auctoritatem omnium iſtius ac ſequenti ſæculi ſcriptorum ſilentio longe potiorem exiſtimamus. Audi Leonis verba lib.* 2, *cap.* 46:

cui opponuntur Bullæ Pontificia, ſcriptores ſuppares.

E

F

Super ceteras autem bonitates ſeu virtutes, quas idem Imperator habuiſſe narratur a Deo, fertur vixiſſe caſtiſſimus, ut ad mortis articulum veniens, coram præſentibus epiſcopis atque abbatibus Cunibundæ * conjugis ſuæ propinquis, eaque illis tradita, fertur (*dixiſſe feratur:*) Recipite quam michi tradidiſtis virginem veſtram. *Laudat ipſe Lichnitius auctorem Vitæ ſancti Meinwerci.* Vita Meinwerci, *inquit*, etſi ſæculo demum ſequente (*adeoque* XII) ſcripta, multa tamen habet utilia ad res Epiſcopo contemporaneas, Cæſarumque & principum acta cognoſcenda, cum nec ſynodos prætereat aliaſque res eccleſiarum.

* Cunegundæ

78 *Si*

Digitized by Google

A 78 *Si in iis omnibus fidem mereretur ſcriptor diligentiſſimus, quæ ad* Cæſarum & principum acta cognoſcenda *pertinent, non opinor ea parte* AUCT. J. B. S. & ſcriptor Actorum S. Meinwerci *rejiciendum, quod de caſtiſſimo ſanctorum* Henrici & Cunegundis *conjugio diſertiſſimis verbis teſtimonium dicat, rebus iſtis omnibus, a ſe narratis, æque propinquus. Eo igitur clariſſimum opinionis, a Leibnitio repudiatæ non veſtigium ſolum, ſed novum teſtimonium fideliter exhibitum. Sic loquitur in noſtra editione cap. 2, num. 9, apud ipſum Leibnitium num.* XII, *pag.* 521: Eodem anno (*nempe* MII) novo Rege nativitatem Laurentii in civitate Patherbrunnenſi celebrante, domna Chunigunda, ipſius, ut putabatur, uxor, re autem vera caſtitatis æmulatione ſoror, a prædicto Willigiſo Magontienſi archiepiſcopo, inibi regiæ conſecrationis dominium adinvenit. *Clariſſima hæc, niſi vehementer fallar, & peremptoria ſunt, non a* poſterioribus tradita, *ut ajebat Leibnitius, ſed ab æqualibus & ſubæqualibus* exhibita *argumenta, quibus nec bilum officere poſſet coætaneorum (ſiqui forte alicubi ſupereſſent) ſcriptorum ſilentium; ut proinde frigida Leibnitii ſecutio,* poſteriores tradiderunt, *quaſi indicare velit, poſtremis hiſce ſeculis natam primum plam iſtam credulitatem, abunde enerveter & convellatur.*

B 79 *Pluribus hic ſuperſedeo, cum jam allegata omnino ſufficiant, ad refellenda, quæ leviter, ut mitiſſime dicam, ab illuſtri & erudito Viro, nobiſque, dum viveret, amice prolata ſunt, melius eo loco præterunda; quo ſane omitti abſque ſcrupulo poterant, utpote importune intruſa ad oſtendandam quodammodo eruditionem, quandoquidem in eo, de quo ibi agitur opere, nempe Adelboldi epiſcopi Ultrajectenſis, ſupra a nobis deſcripto, nec verbum de* virginitate voluntaria *a S. Henrico in* matrimonio cum Cunegunde conjuge culta, *uſquam reperiatur. Optandum ſane eſſet, ut ſacra omnis eccleſiaſtica hiſtoria tam firmis fundamentis conſolidata ſtabiliretur, ad odioſorum criticorum obloquia præcludenda & penitus extinguenda. Jam a tanto tempore experti ſunt eruditi acatholici, in hac noſtra de Actis Sanctorum opere veritates hiſtoricas tam accurate diſcerni, ab iis quæ levi populari traditione, nimia ſubinde facilitate admiſſa ſunt, ut noſtræ ſinceritati fidere tuto poſſint, nos non temere admiſſuros, quæ ſolidis hiſtoricis fundamentis ſtabilita non ſint. Maneat igitur in ſua poſſeſſione ſancta mater Catholica Eccleſia, & rarum continentiæ virginalis tot inter illecebras exemplum, ſeu potius divinæ gratiæ miraculum quale eodem ſæculo exhibuit in Anglia S. Eduardus, fidelibus ſuis filiis exaltare ac prædicare non deſinat.*

C 80 *His ita adverſus illuſtriſſimum & clariſſimum, nobiſque æſtimatiſſimum virum modeſte ac ſine ullius offenſione diſcuſſis, probatiſque; ignoſci mihi poſtulo, ſi pari moderatione non excipiam,* otia, *rectius dixeris, ſomnia* Gundlingiana, *quæ germanice procuſa audio anno* 1706, *quorumque compendium, ab amico acceptum, non abſque ſtomacho legere potui, tantam inverecundiam execratus, miratuſque, in ipſa Saxonia, a profeſſore Saxone, de Auguſtiſſimo Saxonico principe, contra apertiſſimam fidem hiſtoricam, conſtantiſſimis tot ſæculorum teſtimoniis firmatam, tam immodeſta ſcommata vulgi oculis lingua vernacula expoſita fuiſſe, quæ vel ipſis, ſaltem cordatis Lutheranis, exoſa crediderim, utpote putida ſegmenta, non niſi Vulcano digna. Audet vir, ut audio non illitteratus, otioſus acuti, ut in cæleſtes Auguſtos, calamo non ſatis caſtigato, calumnias evomat, eorumque caſtiſſimum conjugium, ſpurcis nonnullis ſarcaſmis commaculet, ſanctiſſimum Imperatorem deſcribens „ ut hominem morbidum, impotentem &c. „ virum bonum & ſimplicem, omnia conjugis ambitioſæ & callidæ precibus probroſa facilitate „ concedentem. Sanctam vero Cunegundem vetitis convitiis proſcindit, & ſatis aperte adulteram proponit, damnabili quorundam epiſcopa„ rum familiaritate, abſente in expeditionibus „ bellicis marito, uſam &c.*

D 81 *Mirare, obſecro,* otia Gundlingiana, *otia vera, jocos ſcurriles, anilles fatuas, vocemus nugas & gerras Siculis inaniores; quales certe fatebuntur eruditi omnes, quibus hæc ſcribimus, etiam acatholici, apud quos id genus cantiunculas commiſeratione potius quam plauſu digna exiſtimamus, æque ac noviſſimam alterius Lutherani theſim hiſtoricam, imo fabellam ineptiſſimam, videlicet;* Conjugium S. Henrici Imperatoris cum ſancta Cunegunde, non omni tempore fuiſſe virgineum. *Quid eſt delirare, ſi hoc non eſt? Aſt, inquit ille, documenta reperiuntur, ex quibus conſtet, publicas preces indictas ad impetrandam thoro Henriciano fœcunditatem. Quid tum poſtea? Quid ſi id ultro admittant fateanturque Bambergenſes? Cur id magis S. Henrici, quam alio tempore vetitum? An uſpiam legit ipſe, caſtiſſimorum conjugum continentiam vulgo notam fuiſſe, quod ſanctus ipſe* Henricus, *jam morti proximus, id primum patefecit, uxorem virginem propinquis reſtituens? Impoſture alia aliam trudit: eruit ille nimirum documenta authentica, quibus demonſtrari poſſit, ex* SS. Henrico & Cunegunda *filiam natam fuiſſe. Novum portentum, imo lepidum ferculum, non mihi ſed* otioſo Gundlingio *probe moſticandum, ut id ſaltem ex contribule ſuo diſcat, impotentem non fuiſſe ſanctiſſimum Imperatorem, qualem ipſe præaciter effingit.*

82 *Illuſtri iſti in paucis ſervatæ in conjugio virginitatis prodigio affine eſt illud quod habet Anonymus cap.* 21, *de* S. Henrici zelotypia, *probataque a ſancta uxore per candentes vomeres innocentia, quod pari ferme, ut ſuperius, prætenſo argumento a malevolis errodi poſſet ex ſcriptorum coætaneorum ſilentio. Verum enimvero pridem iſtud ſatis vindicarunt laudatus ſæpe Hofmannus in Annalibus Bambergenſibus col.* 52 & 53, *atque Henſchenius die* III *Martii in Commentario prævio ad S. Cunegundis Acta* § 2, *ad quos, ne actum agam, lectores, & præ ceteris Gundlingium, caſtiſſimæ Imperatricis ferum maſtygem, remitto. Id unicum in ea hiſtoria a moroſioribus deſiderari poſſet, quod certum tempus deſignari nequeat, uti nec locus in quo res ea contigerit. Hofmannus triumphi palæſtram deſignat Bambergam ipſam, Sancti utriuſque delitium; annum vero* 1017, *quod eum ſuſpicor ex monumentis Bambergenſibus alicunde eruiſſe. An præfato anno omnia aptiſſime congruant, ex deducendo proxime vitæ* S. Henrici *chronologico ordine colligi utcumque poterit; nobis ſufficit, rem ipſam in controverſiam non adeo facile revocandam, cujus tam authentica monumenta, teſte Hofmanno, in hunc uſque diem ſuperſunt, quæ cum tantopere impugnari non videam, ſatis ſit Legendæ fidem in hac etiam parte vindicaſſe.*

83 *Non ita acquieſcendum cenſui ſuperiori capitali concertationi, de intemerata utriuſque ſanctiſſimi conjugis ſervata in matrimonio continentia, quam cum ſpecioſis Kaelerianis cavillis aliquandiu impeti, ſaltem ſuggillari poſſe adverterem, ſeu veris ſeu prætenſis illis precibus pro conjugii fœcunditate.*

ab ipſo Leibnitio merito laudatus.

Ob ea Gundlingii, nuga otia & ſomnia ſunt

eum quibus non concertavimus Kaelerianum theſes.

Probata S. Cunegundis innocentia.

Preces Bambergenſium inſtituta non ſunt

A *ditate, tum vero regia aliqua, ſi ſuperis placet, prole alicubi inſinuata, nihil prætermittendum putavi, ad obturanda, non ſolum heterodoxorum, ſed & audaciorum Catholicorum obloquentium ora, nec prius deſiti, quam fontem omnino detexiſſem, ex quo tam varia, tam diverſa, tam parum connexa profluxiſſe, liquido demum deprehenderem. Quem in finem tabularia omnia, regeſta, necrologia, libros chorales Bambergenſis eccleſiæ excuti curavi, exploraturus, ſicubi tam enormi calumniæ in antiquioribus ſcriptis anſa præberetur. Atque hic denuo, pro inſigni ſuo in S.* Henricum *ſtudio, operam gnaviter contulit toties laudatus R. P. Rector Nicolaus Pottu, ex cujus litteris, hoc anno 1723 ad me datis, rem patentiſſime explanatam ſaxo intelligas, atque una luce meridiana clarius perſpicias, merum figmentum de precibus pro fœcunditate circumferri; prolem vero regiam, tunc non magis quam modo exſtitiſſe in rerum natura. Rem ego omnem, prout geſta eſt, ipſiuſmet Pottuvii verbis nude & candide proponam.*

B *pro fœcunditate conjugii Henriciani;*

84 *Ubi ex litteris meis objectas calumnias percepiſſet, in hæc ipſa verba reſpondit*: Acceptis penultimis Rev. V., prima mea cura fuit, inquirere in orationem, quam quidam malevoli compoſitam & præſcriptam fingunt, ipſius S. Henrici juſſu, ad implorandam & impetrandam conjugii ſui fœcunditatem, ut ſcilicet hac ratione impugnare poſſint ejus & ſanctæ conjugis perpetuam caſtimoniam. Inveni in cuſtodia eccleſiæ Imperialis librum perantiquum, utique ſcriptum, ut omnia ſigna oſtendunt, vivente adhuc ſancto Imperatore. Formam libri exhibet charta accluſa. Extima tegumenti pars anterior repræſentat effigiem ſancti Petri Apoſtoli; poſterior ſancti Pauli; paginæ ſunt ex pergameno. Titulus libri eſt, LIBELLUS GRADUALIS. Deinde ponuntur Gradualia incipiendo ab Adventu. Quando devenitur ad Paſcha ponuntur Litaniæ eadem forma & figura litterarum deſcriptæ, quam charta accluſa exhibet. In illis Litaniis poſtquam facta fuiſſet invocatio pro ſummo Pontifice, Imperatore Henrico, Chunigunde regina, ſit etiam pro nobiliſſima prole regali. Sed manifeſtum

C eſt, quod ex hac invocatione calumnia nullum habeat præſidium: *quod mox paulo uberius, ad male garrientium ora comprimenda demonſtrabitur. Pergit epiſtola*:

neque proles in eo ſuſceptа ex-tundituг

85 Nullam aliam orationem pro impetranda fœcunditate conjugii ſanctiſſimi Imperatoris reperire potui, etiamſi ſecundam partem Gradualis, varia Miſſalia & Breviaria, tempore S. Henrici ſcripta, & aliqua poſt ipſius felicem tranſitum, diligenter una cum Reverendo D. cuſtode perluſtraverim; neque D. Eppenaver in Monte S. Michaelis quidquam reperire potuit. *En igitur veteſtam undequaque vacuam tot fictionum ſcaturiginem, nullo negotio expurgandam. Majori candore ac ſinceritate res tota referri nequit, quam ex epiſtolis familiaribus ultro citroque ſcriptis, quarum verba exponimus. Vix equidem induci poſſum, ut ad ipſius ſancti* Henrici *ætatem citatum codicem pertinere exiſtimem, quamvis facile admittam, ex antiquiori aliquo deſcriptum, imo precum formulas, prædictis Litaniis in quibus rei cardo vertitur, inſertas, Sancto ipſo longe vetuſtiores eſſe credam, & in Germanicis eccleſiis, tum præcedenti, tum ſequentibus ſæculis uſitatas, ut modo preces aliæ ſunt ab univerſali Romana, & ab aliis eccleſiis receptæ. Rectiſſime autem advertit Pottuvius, nullum in iis formulis præſidium vulgatæ calumniæ ſupereſſe, quantumvis inde arguſ videantur Henricianæ caſtimoniæ impugnatores, quibus hic ultro ſuggerimus, nulle diſſimulato apice quidquid vel remotiſſime ſpargendis exarandiſque calumniis fomentum præbuit: quocirca Litanias ipſas, quouſque typis noſtris id fieri potuit, hic expandimus, ſequenti paragrapho explicandas.*

D AUCT. J. B. S.

LETAN. AD MISS. IN DIE SCO PASCHE.

ex Litaniis ibi dicendi ſolitis.

86 XPC VINCIT, XPC REGNAT.
Xpc imperat.
Exaudi xpe. Summo pontifici & univerſali papæ uita.
Salvator mundi. Tu illum adiuua.
Scē Petre. Tu illum adiuua.
Scē Paule. Tu illum adiuua.
Scē Andrea. Tu illum adiuva.
Exaudi xpe. Heinrico a dō coronato magno & pacifico imperatori vita & victoria.
Redemptor mundi. Tu illum adiuua.
Scē MICHAEL. Tu illum adiuua.
Scē Gabrihel. Tu illum adiuua.
Scē Raphahel. Tu illum adiuua.
Scē Johannes. Tu illum adiuua.
Scē Stephane. Tu illum adiuua.
Exaudi xpē. Chunigundæ reginæ ſalus & vita.
Scā Maria. Tu illam adiuua.
Scā Radagundis. Tu illam adiuua.
Scā Gerdrudis. Tu illam adiuua.
Exaudi xpē. Nobiliſſimæ proli regali ſalus & uita.
Scē Clemens. Tu ill adiuua.
Scē Uite. Tu ill adiuua.
Scē Pantaleon. Tu ill adiuua.
Exaudi xpē. N. ductori pacifico ſaluſ & uita
Scē Mauric. Tu illum adiuua.
Scē LANDBERTE. Tu illum adiuua.
Scē Gereon. Tu illum adiuua.
Exaudi xpē. N. epo & cunctæ congregationi N. ſaluſ & uita.
Scē Silueſter. Tu illum adiuua.
Scē Martine. Tu illum adiuua.
Exaudi xpē. omnibuſ iudicibus & cuncto exercitui xpianorum uita & victoria.
Scē Georgii. Tu illos adiuua.
Scē Emmeramme. Tu illos adiuua.
Scē Sebaſtiane. Tu illos adiuua.
XPC VINCIT, XPC REGNAT, XPC IMPER.
Rex regum Xpc uincit. xpc regnat.
Gloria noſtra. Xpc uinc. xpc. reg.
Miſericordia noſtra. Xpc uinc. xpc. reg.
Spes noſtra. Xpc uinc. xpc. reg.
Auxilium noſtrum. Xpc uinc. xpc. reg.
Victoria noſtra. Xpc uinc. xpc. reg.
Lux, uia, veritaſ & uita noſtra. Xpc. uinc.
Fortitudo & iuſtitia noſtra. Xpc. uinc.
Prudentia & temperantia noſtra. Xpc uinc.
Liberatio & redemptio noſtra. Xpc uinc.
Arma noſtra inuictiſſima. Xpc uinc.
Muruſ ñr inexpugnabiliſ Xpc uinc.
Defenſio & exaltatio noſtra. Xpc uinc.
Ipſi ſoli imperium gloria & poteſtaſ per immortalia ſcla ſclorum am.
Ipſi ſoli lauſ, honor & iubilatio per infinita ſcla

E

F

Digitized by Google

A scla seculorum amen.
AUCT. Ipsi soli virtus, fortitudo & victoria per omnia
J. B. S. scla sclorum amen.
XPE AUDI NOS. TER.
KYRIE ELEYSON.

§. IX. Ex Litaniis Bambergensibus incassum suggillata.

Nobilissimæ prolis regalis in iis posita,

H*abes modo ubi expositum & revelatum prætensum iniquitatis mysterium, quod in Litaniis Bambergensibus latere, frustra sibi persuaserunt continentiæ Henricianæ non minus quam omnis calumniæ, in Romana Ecclesia tempore æstimatæ ofores malevoli. Redditi sunt characteres omnes, saltem quoad fieri potuit, post exclusas e typographia abbreviationes, quas in æs incidere operæ pretium visum non est, cum ex iis controversiæ caput minime pendeat. Libellus iste gradualis oblongus est, angustioris formæ, tantillum superantis columnas hic compositas, quibus verba omnia, secundum syllabas, & lineas adhibita sunt, nullo apice neglecto aut transposito. Tres fermè pagellas implet tota ea Litania, tot suppositionum & calumniarum materia, quam nobis ad libelli normam dividere non licuit, satis fuit, totam fideliter repræsentasse. Rubricis capitalibus, ut vulgo loquuntur, in prima facie nitide depictus est prædictus titulus,* LIBELLUS GRADUALIS, *litteris hodiernæ formæ non multum absimilibus præter E, G, A & D. Titulus interior rubris etiam majusculis, utcumque typis nostris exprimitur. Sic litteræ initiales omnes mutatæ sunt, uti & X, quotiescumque recurrit Christi Servatoris nomen, cujus monogramma, satis notum esse putamus. Fidem non integre liberasse, testari poterunt quicumque autographum ipsum Bambergæ inspicere & cum hac editione conferre dignabuntur.*

minime probat susceptam saltem filiam;

88 *Porro schema ad me transmissum, atque hic typis excusum, tam rigide per singula excussi, ut nihil intactum reliquerim, quin id continuo Bambergensibus objicerem. Imprimis Litaniæ istæ, licet Bambergæ hodiedum observatæ, pro ipsiusmet ecclesiæ usu scriptæ non videntur, ubi, procul dubio, additæ essent appellationes fundatoris & fundatricis. Præterea non recte signatur Sanctus,* Imperator a Deo coronatus, *dum interim Cunegundi simplex* reginæ *titulus apponitur, quandoquidem constet, ambos eodem die a Benedicto PP. VIII anno* 1014 *Romæ Cæsareo diademate impositio inauguratos. At vero Keleri palmare argumentum pro existentia* nobilissimæ prolis regalis, *acrius intorquere non desisti, hoc fermè ratiocinio, ad hominem, ut ajunt, adversus Bambergenses concludens: Non minus certum est, in iis Litaniis Deum invocari pro* salute & vita nobilissimæ prolis regalis, *quam certum sit invocari pro* vita & victoria *S. Henrici, pro* salute & vita *S. Chunigundæ; atque hoc secundum apud vos indubitatum est, quidni igitur & primum? Preces pro conjugibus ut vivis ibidem ad Deum funduntur, vivere itaque etiam oportuit* nobilissimam prolem regalem, *& quæ inde Kelero consectaria sunt. Hac exercitii gratia, uti loquimur, a me propositæ, erudite emendavit & dissolvit Pottuvius, tribus responsionibus sic omnia elucidans, ut habeat Kelerus quibus acquiescat. Verba ejus fideliter etiam redde.*

89 Si Koelerus ex verbis Litaniarum, quæ reperiuntur in Graduali manuscripto, NOBILISSIMÆ PROLI REGALI SALUS ET VITA, D *vult inferre, ex matrimonio sanctorum Henrici ac Cunegundis saltem filiam fuisse genitam, non recte infert. Ea responsionem primam* Quia verosimiliter Litaniæ istæ jam ante tempora S. Henrici fuerunt in usu in ecclesiis Germaniæ, tamquam formulæ communes supplicandi pro Pontifice, Imperatore, Imperatrice &c. Non quidem diffitemur, illas ætate S. Henrici descriptas sive exaratas fuisse, enim tam figura characterum, illo tempore usitata, quam expressio nominum Henrici & Cunegundis, pro quibus tamquam vivis supplicatur, nobis persuadet: sed solum dicimus illas post erectionem ecclesiæ Bambergensis, ex alio exemplari descriptas, seu transumptas fuisse, additis tunc nominibus Henrici & Cunegundis, tamquam actu regnantium. Neque gratis id dicimus; quia totus Libellus gradualis (cujus duæ sunt partes, una hiemalis, altera æstiva) est descriptus ex exemplaribus in ecclesiis adhiberi solitis. Merito igitur asserimus, etiam Litanias, quæ sunt pars Gradualis, fuisse tunc aliis ecclesiis communes, & ex illarum exemplaribus desumptas. Igitur ex illis non recte infertur, ex matrimonio sanctorum Henrici & Cunegundis progenitam esse saltem filiam, quia sunt formula solummodo communis. E

cum formulæ ipsæ antiquæ & communis fuerit,

urget nomen aut sexum exprimat

90 *Apposite urget Pottuvius & magis etiam instat hoc modo*: Quod si contendas, Litanias istas non esse desumptas ex aliis exemplaribus, sed pro ipsa ecclesia Bambergensi primo fuisse compositas; demus, id ita esse, quod tamen non probas: sed sic ex ipsis Litaniis ostendo, Sanctos conjuges, tunc, quando Litaniæ scriptæ fuerunt, non habuisse prolem. Quia si habuissent, in Litaniis vel expressum fuisset nomen prolis, sicut expresse fuit nomen Henrici & Cunegundis, vel saltem indicatus fuisset sexus, an sit filius vel filia. Nam sicut in formula supplicationis pro sancto Henrico dicitur, Tu illum adjuva; in supplicatione pro sancta Cunegunde, Tu illam adjuva, ita si tunc exstitisset filia regalis, debuisset dici; Tu illam adjuva. Cum solum ponatur per abbreviationem, Tu ill. adjuva, quod ill. nec illum nec illam significat, sed est indifferens ad utrumque; signum est, quod tunc non exstiterit filia, neque etiam filius. Manet ergo quod sit formula communis, quæ masculo æque ac feminæ convenire possit. Confirmatur id ex sequentibus formulis earumdem Litaniarum, ubi ponitur N. quæ sunt formulæ communes supplicandi pro quibuscumque ducibus, episcopis &c. F

omittenda differt nobilem prolem æque ac alia.

91 Deinde, *pergit eodem tenore Pottuvius,* etiamsi supplicatio pro NOBILISSIMA PROLE REGALI in Litaniis habeatur, unde probas, quod prole non existente, supplicatio illa fuerit decantata, & non potius in isto casu omissa? Certe quamvis in istis Litaniis formula supplicationis pro Imperatrice habeatur; si tamen Imperator nondum esset conjugatus, aut evaderet viduus, formula supplicationis pro Imperatrice haud dubie in utroque casu omitteretur. Ita, etiamsi formula pro nobilissima prole regali in Litaniis ponatur, prole tamen deficiente, videtur formula illa in decantatione Litaniarum fuisse omissa. Nisi

forte

A forte fuiſſet aliqua conjectura aut indicium fœcunditatis conjugii: tunc enim fideles ſubditi optare, Deoque ſupplicare ſolent, ut fructus in arbore & gemma in concha matureſcat. Potuerunt autem Bambergenſes id ſperare & merito apprecari tam inſignibus conjugibus, quorum votum continentiæ ignorabant. *Addere liceat, quod proxime formula* N. ductori pacifico ſalus & vita *haud dubie præterennda ſit, Cæſare ipſo exercitus imperante. Sic alteram pro loci Epiſcopo & primam pro Romano Pontifice, nemo decantatas ſommiaverit alterutra ſede vacante. Hodiernum, & jam tot ſæculi conſtantem Eccleſiæ praxim conſulat Kœlerus, & quæ hic dicta ſunt, veriſſima eſſe perſpiciet.*

92 *Non hic hæret Pottuvius; ſed altera reſponſione ſeu argumento inſtat in hunc modum*: Sine nota ſanctiſſimi ac prudentiſſimi Imperatoris (*hæc prædicata cum Gundlingio non negabit Kœlerus*) aſſeri non poteſt, quod ex ſuo conjugio genuerit talem filiam. Vel enim illam genuit ante fundationem epiſcopatus Bambergenſis, vel poſt illam: neutrum ſine nota Imperatoris aſſeri poteſt. Imprimis non poteſt dici quod genuerit ante fundationem quæ contigit anno VI vel VII poſt milleſimum. Colligitur id ex allocutione S. Henrici, quam in conventu Francofurtenſi habuit ad S. Willigiſum archiepiſcopum Moguntinum & ceteros archiepiſcopos & epiſcopos præſentes, uti refert Ditmarus epiſcopus Merſeburgenſis, hiſtoricus ſynchronus libro 7, pag. 67. Ob recompenſationem futuram, inquiebat ſanctus Imperator, Chriſtum heredem elegi; quia in ſobole acquirenda nulla ſpes remanet mihi. Quod ſi S. Henricus ante fundationem epiſcopatus genuit filiam, quomodo cum veritate dicere potuit, ſibi in acquirenda ſobole nullam remanere ſpem? Nonne conventus Patrum poterat illi opponere; Quomodo nulla ſpes acquirendæ ſobolis in præſenti matrimonio tibi ſupereſt, qui paucis hiſce annis, quibus in matrimonio vixiſti, filiam genuiſti? Male igitur dignitati ſancti Imperatoris conſulit, qui procreationem ſobolis ante fundationem epiſcopatus illi affingit.

Non potuit nata eſſe prolis ante fundationem eccl. Bambergenſis;

B

C

93 Deinde abſque ejuſdem Sancti proſtitutione etiam aſſeri non poteſt, genitam ipſi fuiſſe filiam poſt fundationem epiſcopatus. Ille claris & expreſſis verbis, coram celeberrimo conventu præſulum, aſſeverat, ſibi in acquirenda ſobole nullam ſupereſſe ſpem: quis ergo ſine nota tam ſapientis & circumſpecti Imperatoris dicet, illum nihilominus, poſt aſſeverationem adeo ſolennem, procreaſſe filiam? Niſi igitur valida ratio afferatur, qualis non affertur, exigit dignitas tanti Imperatoris ut credamus, illum verum dixiſſe, dum ſolenni conteſtatione aſſeveravit, nullam in acquirenda ſobole ſibi remanere ſpem. Quis autem illi ſpem omnem ademit? Quis niſi ille ipſemet voluntario voto continentiæ, in honorem Dei emiſſo, & a caſtiſſima conjuge ratihabito? Poterat dicere cum Jephte Jud. 11, v 35, Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero, quam perpetuam ſervare continentiam. Quid aliud innuunt verba immediate ſequentia, ab Imperatore in conventu prolata; Et quod præcipuum habui, ac meipſum cum modo acquiſitis ſeu acquirendis, in ſacrificium Patri ingenito jam dudum ſecreto mentis obtuli: quid, inquam, aliud innuunt verba illa, quam votum caſtitatis, quo ſanctiſſimus Imperator, juxta conſilium Salvatoris Matth. 19, v. 12, ſeipſum caſtravit propter regnum cælorum, & inclinationem relinquendi ſibi ſimilem poſt ſe, Deo in ſacrificium obtulit, magno Abrahamo in eo comparandus, quod iſte paratus fuerit, Iſaacum filium, ſibi pridem natum, immolare, hic vero ſpem filii & heredis ſibi naſcituri, intima mentis devotione, Altiſſimo ſacrificaverit?

neque poſſibile eſt, invaluiſſe opinionem.

94 *Hæſce quæſtiones, ſatis conciſas ac ſtringentes, ad Kœlerum univerſas remittimus, ut* [illegible] *proximis theſibus ſuis hiſtoricis aptas reſponſa ſuppeditet. Neque tamen hic deſinit Pottuvius, cujus hæc tertia reſponſio eſt.* Si S. Henricus genuit filiam, & curavit pro ea publicas in eccleſia Bambergenſi inſtitui preces, uti Kœlerus ex Litaniis citatis probare velle videtur; modaliter impoſſibile eſt, potuiſſe in mundo, & imprimis Bambergæ, perſuaſionem univerſalem invaleſcere, ſicut reipſa invaluit, quod ſancti Henricus & Cunegundis in ſuo matrimonio virginalem continentiam perpetuo ſerverint. Sic enim Kœlerus tam ſagax eſt, ut poſt ſeptingentos annos ex illis Litaniis odoretur ſobolem regiam, quomodo Bambergenſes, qui Litanias illas tempore ſancti Henrici decantarunt, & annis inſequentibus uſque ad hæc tempora, in Libello graduali deſcriptas, penes ſe retinuerunt, ſæpius inſpexerunt, & aliis inſpiciendas exhibuerunt; quomodo, inquam, illi omnes nihil unquam de tali filia cogitarunt, aut exinde collegerunt? Fuerunt ne omnes per ſeptem ſecula adeo ſtupidi, ut nullus caperet myſterium, in Litaniis reconditum, quod nunc tandem Kœlerus mundo revelat? Et ſi Bambergenſes, tempore S. Henrici, filiam ejus noverunt, & pro ea publice in Litaniis precati ſunt, quomodo & quando potuerunt delabi in eam perſuaſionem, ut crederent SS. Henricum & Cunegundem in ſuo conjugio pari conſenſu perpetuam ſervaſſe continentiam?

D AUCT. J. B. S.

E

95 *Importunus quæſtor eſt Pottuvius.* Quomodo, *inquit*, ad idem ſentiendum totum imperium, & totus late Chriſtianus orbis induci potuit? Quomodo celeberrimus ordo D. Benedicti S. Cunegundem, poſt obitum S. Henrici, ad cœnobium Confugienſe ſuſcepit ut virginem, ac deinceps ipſam conſtanter ut talem habuit, & coluit, ſi ſcivit, quod neſcire non potuit, illam in ſuo conjugio fuiſſe matrem filiæ regalis? Quo ſeculo, & circa quem annum memoria filiæ iſtius obliterata fuit, & ejus loco exorta perſuaſio de virginali continentia SS. conjugum? Ex reſcripto Eugenii III conſtat, ſeculo XII id jam fuiſſe creditum, & legitimis teſtimoniis confirmatum, S. Henricum, in thoro etiam legitimo poſitum, integritatem caſtimoniæ uſque ad finem vitæ conſervaſſe: ſi ſeculo immediate præcedente S. Henricus in ſuo conjugio filiam genuit, & pro ea in Litaniis publice ſupplicatum fuit, quis ſibi perſuadeat, potuiſſe tam brevi tempore memoriam nobiliſſimæ prolis regalis apud omnes perire, & fœcundos conjuges haberi pro virginibus? Etiamſi in aliquo conjugio nulla unquam apparet ſoboles, homines tamen difficulter indu-

de SS. conjugum continentia.

F

A ducuntur ad credendum, quod tales conjuges prole careant ex virtute perpetuæ continentiæ: sed id adscribunt sterilitati naturæ, aut aliis impedimentis naturalibus. Multo minus homines propinqui ætati SS. Conjugum sivissent se induci ad credendam perpetuam eorum continentiam, si illi in suo conjugio suscepissent filiam, quod utique homines, ætati isti adeo vicinos latere non potuisset.

AUCT. J. B. S.

Si eorum proles Bambergæ nunquam usquam fuerit.

96 Necesse est igitur fateri, Legatos Apostolicos ab Eugenio III, ad inquirendam rei veritatem sæculo XII Bambergam missos, uti & multos religiosos ac discretos viros non potuisse induci ad credendam & attestandam integritatem castimoniæ S. Henrici usque in finem vitæ, si vel in matrimonio suo genuisset filiam, vel si de illa integritate castimoniæ non habuissent indicia, testimonia & argumenta certa ac minime suspecta; in quibus pietas Christiana posset merito conquiescere, & memoria tam illustris exempli eum solatio frui. Sed cum humani generis hostis indignissime ferat, in Ecclesia adeo illustres

B continentiæ imagines, ad cultum & imitationem palam proponi, actus rabie & invidia, nititur easdem tetris coloribus obscurare, sicut olim per Iconoclastas Christi & Sanctorum imagines ex hominum oculis tollere conatus fuit, ne isti, ex earum aspectu, ad imitanda egregia Sanctorum illorum facta excitarentur. *Os durum! mi Kulere, sed quod tu in medium temere projecisti, ceteris argumentis jam abunde superius dilutis. Te unum hæc jacula ferunt, neque adeo petunt quæcunque hoc tuo paragrapho disputata sunt: tute hoc intristi, tibi omne exedendum est; nobis supersunt præcipua sanctissimi Imperatoris gesta chronologice, pro nostro instituto digerenda.*

§. X. Præcipua S. Henrici gesta ad temporum ordinem revocata a regni principio ad fundatam ecclesiam Bambergensem.

C *Series chronologica ex Anonymo peti non potest,*

Quæ ante susceptas regni habenas a sanctissimo Imperatore gesta sunt, cum nec Vitæ scriptores nec Ditmarus aut alii memoraverint, frustra a nobis eorum ordo requiratur; ab Ottonis III obitu series nostra deducitur. Neque vero singula scrupulose discutimus, sed præcipua seu illustriora & ad sanctitatem ceteraque res totius regni & imperii tempore gestas spectantia, quæque a notissimæ Vitæ seu potius elogii compilatore Anonymo ex parte memorata quidem sunt, adeo tamen commixta ut nusquam appareat quo anno affigenda sint, auctore ad hæc tam parum attento, ut ubi annum exprimit, plerumque a recta chronologia deflectat. Exemplum sit in ipsomet jam dicta Vitæ principio, quam in hunc modum orditur: Anno ab incarnatione Domini MI, ab Urbe condita MDCCLII, Ottone puero Romæ defuncto, vacante regni solio, cum de principe subrogando ageretur, omnium vota, nutu divino, ad eum inclinantur, qui tunc in regno habebatur potissimus. *Aberrant hic characteres prope omnes: neque enim anno 1001 mortuus est Otto III, sed 1002; neque erat annus Urbis conditæ 1752, sed verosimilius 1754; neque Romæ mortuus Otto ille sed Paterni seu Paterni, castro Campaniæ Romanæ, in ditione Ecclesiæ atque in maritimo tractu, in ora maris Tyrrheni, ubi alias villa* D *Plinii junioris, teste Holstenio, quidquid alii a sitn tantillum deflectant.*

Neque hi singula minutim digeri.

98 *A tali exordio quid in ordine ad digerendam rerum seriem sperari possit, facile intelligitur: id nobis potissimum curæ erit, ut salvam rerum veritatem in rectum, quoad fieri poterit, ordinem chronologicum redigamus, adjectis nonnumquam & ad proprios etiam hinc inde annos revocatis largissimi in ecclesias & monasteria Imperatoris donationibus & privilegiis, quorum cum jam scriptores plures meminerint, nobis ea obiter attigisse sufficerit. Cæsareæ isti profusæ fermè liberalitati a regni principio intendisse invenies apud Mabillonium in Annalibus Benedictinis ad annum 1002 pag. 159, num. 26, dum aream quamdam intra muros urbis Ratisbonensis Altahensi monasterio dedit, & plura alia majora beneficia eidem monasterio præstitit annis sequentibus, quorum diplomata exhibet Gretserus ad calcem vulgatissimæ Vitæ a pag. 65. Nec desunt* Henricianæ *munificentiæ argumenta apud Hundium in sua Metropoli Salisburgensi, ut vide pag. 140 & alibi. Quæ ad Westfaliæ seu Saxoniæ partes reducuntur* S. Henrici *privilegia & donationes in annos quosque suos uberius & diligentius distribuit & accurate explicuit noster Nicolaus Schaten in Annalibus Paderbornensibus lib. 4 a pag. 362, quod hic indicasse, satis est: Vita S. Meinwerci dona potius ipsa quam instrumenta enumerat. Alia rursus habet laudatus Mabillonius pag. 161: nos præfixam seriem exordiamur.*

Trium primorum annorum historia.

99 *Ad tres primos regni* S. Henrici *annos quod attinet, in iis tantopere laborandum non erit, cum res eo tempore gestas satis appositè distinxerit & ordinaverit laudatus supra Ultrajectensis episcopus Adelboldus verum prope omnium testis oculatus, ut hic audiendum omnino non putem Alberici Chronicon, dum in ipso solo, tacentibus vetustioribus, mira fingi potius quam vere narrari videntur ad annum 1003 de Windis seu VVinidis populis idololatris a* S. Henrico *per id tempus subjugatis, quorum regibus hujusmodi anecdotum applicat:* Hos populos Henricus tributarios fecit, ita ut in omnibus solennitatibus quibus coronabatur, quatuor reges eorum lebetem, quo carnes condiebantur, in humeris suis, F duobus vectibus, per annulos quatuor inductis, ad coquinam vectitarent. *Fides sit penes auctorem. Sanctora longe sunt quæ Adelboldus diligenter commemorat, res omnes sancti Imperatoris accurate complexus ab obitu decessoris Ottonis III usque ad bellum Slavonicum, post primam in Italiam expeditionem* S. Henrici *Acta percensens, quæ utinam ad finem usque vitæ, eadem methodo & fide perducta, ad nos transmissa fuissent! Vel hoc delendum est, quod in apparatu ad prædictum bellum fragmentum nostrum deficiat.*

In Adelboldi fragmento relicta dispersa est,

100 *Non eum fontem consuluit Hofmannus dum in Annalibus suis Bambergensibus a col. 33 plurima commiscuit a veritate & recta chronologia prorsus aliena, quæ ex sola collatione cum Adelboldi dictis penitus convelluntur; æque ac fictitia* S. Henrici *electio a septem Imperii Electoribus, eo tempore & multis etiam post annis in Germania necdum cognitis, quæ nos hic aliis discutienda & refutanda relinquimus. Paulo accuratior est in iis recensendis quæ ad munificentissimam ecclesiæ Bambergensis fundationem a col. 40 retulit, ut infra pluribus expendemus. Ad Adelboldum regredimur, in cujus narratione præcipue observandum, quod trium annorum spatio, nempe annis 1002, 1003*

&

A & 1004 *contrahat, quæ alii cum Ditmaro, ab annuentibus, nisi vehementer fallor, corrupto, ad quatuor, id est usque ad annum* 1003 *extendunt; apud quos prima illa expeditio Italica, a S. Henrico suscepta, dum misera Papia in favillas prope redacta est, anno* 1003 *perperam inscribitur, quæ ab Adelboldo, Chronographo Saxone & Annalibus Hildesemensibus disertissime anno* 1004 *configuratur, ut ex clarissimis eorum textibus evidenter demonstratur, probantque etiam ad oculum solennitates festorum toto primo regni S. Henrici triennio celebratorum, quæ vel ex ipso Ditmaro pariter eruuntur.*

cum Ditmaro non usquequaque concilianda,

101 *Interim ipse sic librum suum sextum orditur:* Post salutiferum intemeratæ Virginis partum, consummata millenarii linea numerosi & in quinto cardinalis ordinis loco, ac in ejusdem quartæ initio hebdomadæ in Februario mense, qui purgatorius dicitur, clarum mane illuxit sæculo, & Henricus divina gratia rex, antecessorum suorum nævum cupiens emundare, sibique veniam promerere æternam, dispositis secundum suimet placitum ad hoc pertinentibus cunctis, perrexit ad domum suam, ubi se corporaliter semper solebat reficere, & ubi desiderato diu alimento paululum reficeretur in mente; convocansque ad se omnes regni primates, dedit episcopatum sanctæ Merseburgensis ecclesiæ capellano suimet Wigberto. *Pergit ea indicare Ditmarus quæ cap.* 3 & 4 *memorat Anonymus, nulli ordini affixus, ex cujus sensu præmittenda est* S. Henrici *reportata de Slavis victoria restitutioni ecclesiæ Merseburgensis, utpote quæ ex celeberrimo voto facta sit, ante eam victoriam concepto, de quo mirum est, Ditmarum clarius non meminisse, quamquam ad illud alludere videatur tribus ultimis elogii superius dati versiculis. Itaque ipso illo anno* 1004, *aut forte præcedenti, ut alii statuunt, obtenta est prædicta victoria, quam instauratio ista Merseburgensis ecclesiæ subsecuta sit. Sic ad dictum annum* 1004 *loquitur Hermannus Contractus*: Henricus rex Italiam petens, sibi
C eam subjicit: Papiam ipsa die qua coronatus est, irrumpens, gladio & igne perdomuit: unde in Saxoniam rediens, Bohemiam & Bolezlaum Ducem Slavorum cum tota gente subjugavit.

minus etiam cum vulgatis Adiit.

102 *Nec dissimulaverim, totam illam cap.* 4, *adornatam Anonymi narrationem, tot miris portentis palliatam, unquam mihi placuisse, eo præsertim, urgentissime in his adjunctis argumento, quod Ditmarus, rerum omnium tum gestarum oculatus testis & scriptor, Merseburgensis ecclesiæ suæ ruinam, bonorum ejus alienationem, ac demum per S. Henricum restaurationem tam solicite & accurate memorans, de tot miraculis, ibi a Vitæ scriptore conglobatis, non meminerit, nusquam solitus ea silentio involvere, quæ ad tam eximii benefactoris sui gloriam conducere posse existimavit; ut prodigio simile dicendum sit, tam illustrem victoriam, si sic porta est, ab eo prætereiam fuisse. Ut candide dicam quod sentio, suspicer, Anonymum, virum bonum, nonnulla ad S. Henricum transtulisse, quæ forte ad alios pertinent; aut certis temporibus aptasse, quæ ipsi non conveniunt. Certe mihi numquam suaserit historiunculam, de Sancti meritis in trutina expensis, quam habet cap.* 28: *neque magis placet alia de claudicatione narratio, ex apographo Bambergensi cap.* 34: *quæ omnia, ut mitissime dicam, censeo non tam facile a viris eruditis & eruditis admittenda.*

103 *Redeo ad Ditmarum in quo post jam dicta* D
sequitur brevis hiemalis expeditio in inquietum Bolesiaum, admisso in gratiam Henrici rebellis, & fratris Brunonis fuga ad S. Stephanum regem Hungariæ soverium, cujus intercessione in gratiam demum admissus est. Hisce connexit quæ ad Clusas, & in reliqua Longobardia a Sancto gesta sunt, eumque per Alemanniam & Alsatiam in Saxoniam reduxit, Bolesiao infestum, quem tunc haud dubie bello aggressus est, non eo tamen de quo jam diximus meminisse Anonymum cap. 4. *Melius longe & fusius expeditionem enarrat laudatus Ditmarus a pag.* 378. *Atque hæc omnia rectissime ab Adelboldo aliisque citatis anno* 1004 *gesta referuntur, ut proinde in Ditmaro agnoscendus sit error, quidquid Baronius & recentiores passim ei in hac parte adhæserant; quo pacto tollitur inextricabilis difficultas in iis apte distinguendis quæ duobus istis annis* 1004 & 1005 *a* S. Henrico *peracta sunt; nam Chronographus Saxo ad annum* 1005 *nihil habet præter invasionem Poloniæ in quo* pro dolor multos perdideris, cum exercitu se-
cum deferens corpora *ducum* mortuorum *inde* reversus. *Chronicon Hildesemense eo anno* 1005 *narrat, Regem* in partibus Saxoniæ ad tempus Quadragesimæ habitasse, *Pascha vero Aquisgrani celebrasse, quibus adde quæ tradit Vita S. Meinwerci cap.* 2, *num.* 11, *pag.* 515 & *Schannat a pag.* 372. *Quidquid vero præterea anno* 1005 *a* S. Henrico *gestum fuerit, id certum videtur, principium citati libri sexti plane corruptum esse, ut ex ipsomet Ditmaro infra evincere conabimur.* E

AUCT. I. B. S. *Gesta eorum* 1004 & 1005 *distinguenda.*

104 *Præmittunt Annales seu Chronicon Hildesemense ad annum* MIV; Et Bruno frater Regis (*S. Henrici*) obtentu Domnæ Gislæ matris ejus acquisivit gratiam, *quo plane modo etiam loquitur laudata S. Meinwerci Vita loco citato. Recte hæc, opinor, ipso anno collocantur, ac contra Adelboldi, & aliorum sententiam, obtentu* Gislæ matris, *quod ipsi potius* Giselæ *sorori tribuunt, nuptæ S. Stephano regi Hungariæ, cujus desponsationis determinatum annum frustra apud synchronos scriptores quæsivi hactenus. Consulendi itaque fuere Annales ecclesiastici ipsius regni a nostro Melchiore Inchofer, superius laudato, concinnati, sed quibus acquiescere non licuit; cum ibi scriptor asserat, matrimonium contractum fuisse anno* 1005, *regni Stephani vicesimo, quæ cum Adelboldi aliorumque narratione convenire nequaquam possunt, ut potius dicendum sit, Giselam* F
Bruno frater reconciliatur ipsi sorori Gisele,

ipsam, Sancti sororem, ut minimum anno 1004 *S. Stephani thalamum subiisse. Magis placent quæ adducit laudatus Inchofer ad emolliendas duriores nonnihil enuntiationes scriptorum Germanorum, identidem inculcantium, prædictam Giselam non aliis pactis & conditionibus Regi Hungariæ concessam quam si is repudiato paganismo Christiana sacra & baptismum susciperet, unde S.* Henricus *Hungarorum Apostoli nomen promeritus sit. Ea verba Inchoferi:*

non item ab ea conversus S. Stephanus.

105 Alii quoque minus considerate scripserunt; Gyselæ pulcritudine per nuntios & pictores accepta, captum Stephanum, ejus connubium expetiisse. Quæ tamen aspernata sit, nisi abjecto idolorum cultu, Christo nomen dedisset. Accepisse conditionem Hungarorum Regem, dum venustissima puella potiretur, mox cum toto regno ad Christi sacra accedentem, Stephani nomen tulisse: Henricum vero, quod tradita sorore conversioni gentis operam navarit, Hungarorum apostolum dictum esse. Cui fabulæ inter alios assensi vi-

A demus Sigebertus, Albertus Krantzius, Joannes Cuſpinianus; non animadvertentes, ex
ABCT. J. B. S. Chriſtianis pridem parentibus, & divino monitu appellatum Stephanum, id genus pactionem procul habuiſſe, & Henricum ultro adamata ejus virtute, ſaviſſe tam opportuno matrimonio, quod ad religionis in gente jam converſa incrementum haud parum faceret. Quamquam dubium non ſit, ad plures nondum Chriſto devotos traducendos, Gyſelæ fratriſque Henrici pietatem & zelum, ingens momentum adjeciſſe, ut hoc propter, & hic Apoſtoli Hungarorum, & illa adjutricis fideliſſimæ nomen tueri queat. *Ex hoc ut obiter notem, aliiſque ejuſdem hiſtoriæ locis refellenda ſunt, quæ Albericus ad annum* 1010 *reginæ huic Giſelæ turpia & infanda affricare auſus eſt.*

Primæ expeditio Italica anno 1004

106 *Ut de prædictis annis duobus* 1004 & 1005 *poſtremum dicam, vellem ea vera eſſe quæ non ita pridem Struvius in laudato ſupra Syntagmate, ad ſolvendum, cui ſe imparem videbat, nodum ita colligavit tome* I, *pag.* 379: Hinc compoſitis in
B Germania rebus, anno MIV ab Italis evocatus illorum terram intravit, & licet aditus probe cuſtodiret Harduinus, Veronam venit; inde Brixiam uſque & Papiam progrediens, ubi ab omni populo benevole ſuſceptus & anno MV communi conſenſu in regem Italiæ eſt coronatus. Hinc ſedato & Papienſium contra Germanos commoto tumultu, in Germaniam fuit reverſus. *Diceres, totum fere biennium tenuiſſe primam illam a S.* Henrico *ſuſceptam expeditionem, quæ tamen teſtibus Adelboldo & Ditmaro, brevilſima fuit: nam ſanctus Imperator majorem hebdomadam uſque ad Paſcha ad Cluſas tranſegit, ex rebus celeri curſu confectis, poſt coronationem & turbas Papienſes,* Pentecoſte ſancte pia animi devotione celebrata ... injuriam a Boleslao ſibi illatam tenens mente repoſitam, repatriare feſtinat ... & in vigilia S. Joannis (*Baptiſtæ*) colloquium cum Alſatienſibus habuit.... Poſt hæc Rex Moguntiam venit, ibique ſolito pietatis affectu, Apoſtolorum ſolennia celebriter peregit; *inde in Saxoniam adverſus Boleſlaum profectus, ut ex tota rerum ſerie clariſſime detur intelligi, primam illam in Longobardiam excurſionem a diſceſſu ex Bavaria vix totis tribus menſibus tenuiſſe.*

C 107 *Minus diſplicet quod alt idem Struvius ex Sigeberto ad annum* 1005, mortuo Ottone duce, ducatum Lotharingiæ comiti Godefrido, filio Godefridi Ardenneoſis *commiſſum; in quo ſcriptores alii ſatis conveniunt. At quod eodem Sigeberto præeunte refert an.* 1010, *gentem Ungarorum, hactenus idololatriæ deditam, cum ſuo rege baptiſmo tunc primum initiatam, quod tot alii cum Hofmanno perperam ſecuti ſunt, ad ſuperius dictorum ſenſum omnino explicandum eſt. De epiſcopatu Bambergenſi ad duos proxime ſequentes annos paulo accuratior diſquiſitio inſtituetur. Huc proprie pertinet ſynodus Tremonienſis de qua Ditmarus pag.* 380: *ex principio cetera ferme colliges.* Poſita eſt etiam in loco, qui Throſmunini dicitur, magna ſynodus, ubi Rex coepiſcopis, præſentibuſque cunctis, plurima queſtus eſt ſanctæ Eccleſiæ convenientia, & communi eorumdem conſilio hæc ſtatuit deinceps prohiberi, & optimo novæ inſtitutionis decreto, gravem peccatorum ſuimet ſarcinam relevari, anno Dominicæ Incarnationis MV, anno autem Domini Henrici II regnantis quarto, in die Nov. Julii. *Nomina epiſcoporum, & quæ ibi ordinata ſunt ex noſtro* D *codice Ms. ſupplevit Leibnitius, aut potius amanuenſium ejus aliquis, cujus inadvertentia factum, ut vetuſta ſit prioris editionis notula,* deeſt decretum ſynodi Tremonienſis, *ubi decreta ipſa omnia immediate præmiſſa ſunt. Sit hæc prima Vitæ* S. Henrici *periodus.*

§. XI. Epiſcopatus Bambergenſis a ſanctis Henrico & Cunegunde fundatus.

Polmarum ſuam fundationem,

HIC nobis occurrit ſanctiſſimi juxta ac munificentiſſimi Imperatoris monumentum longe *præſtantiſſimum, novæ eccleſiæ cathedralis a fundamentis erectio & locupletiſſima dotatio, Sancto ipſi fundatori non minima curarum, moleſtiarum, quin & bellorum materia, dum a proximis epiſcopis Herbipolenſi & Eyſtettenſi, ad novæ diœceſis fines* E *determinandos, graves ſuborta ſunt difficultates, tum vero a ſanctiſſima Conjugis germanis fratribus odia, invidiæ, inſidiæ, bella etiam commota ſunt, quod opulentiſſimum patrimonium, imo & dos ipſa ſororis Cunegundi aſſignata, quam ad ſe redituram ſperaverant, prodige, ut ipſi loquebantur, ditandis canonicorum monachorumque congregationibus dilapidaretur: quæ quæſque invenerint, ſuis infra locis inſinuare non prætermittemus. At enim hæc omnia ſuperavit S.* Henrici *cæliſſima voluntas, inconcuſſa pietas, & explorata animi fortitudo, quibus armatus virtutibus & diœceſim eccleſiæ ſuæ Bambergenſi vindicavit, & ingratorum affinium conatus, ſi non merita ultione, ſaltem Chriſtiana tolerantia compeſcuit. Fundationem ipſam, ut præcipuum operis ſui argumentum, multis capitibus complectitur Vitæ ſcriptor Anonymus, ſed ex quo, ut ſupra abunde expoſui, ad chronologicam ſeriem nihil magnopere elicias, ut adeo hæc aliunde eruenda & componenda ſit.*

bello Flandrico aliiſque quæ exponimus, F

109 *Ordo rerum apud Ditmarum exigit, ut poſt ſynodum Tremonienſem, de qua jam ſatis diximus paragraphe præcedenti, reliquum anni impenſum intelligatur bellicis adverſus Boleſlaum conatibus, quos inter intellectis Balduini Flandriæ comitis molitionibus, quas deſcribit Ditmarus pag.* 383, *arma ſequenti proxime anno* 1006, *ut teſtatur Sigebertus, in eum verterit, ubi quæ duobus annis* 1006 & 1007 *geſta ſunt, ſimul iſtic connectit Ditmarus, eadem pagina denuo reſumens quæ ad annum jam dictum* 1006 *pertinent. Jacobus Meyerus in Annalibus Flandriæ diligenter & accurate deſcripſit, quæ in bello iſto Flandrico, non eodem ſemper rerum ſucceſſu, a S.* Henrico *adverſus comitem noſtrum Balduinum tentata ſunt, explicata ejus occaſione & adjunctis aliis pluribus ſatis curioſis, quæ alibi non adeo diſtincte enucleata reperiuntur: ipſum videſis annis* 1005, 1006 & 1007, *nobis ſatis eſt, ſingula ad proprios calculos revocaſſe, ad quod nos hic juvat Mabillonius pag.* 185, *dum ex diplomate anni* 1006 *oſtendit habitum eo ipſo anno inter S.* Henricum *& regem Franciæ Robertum colloquium, quo labefactata nonnihil amicitia redintegrata eſt. Videatur idem Mabillonius pag.* 188, *num.* 88 & 89 *placitum Regis memoratus pro Italicis monaſteriis.*

epiſcopatus Bambergenſis a Rege ordinatur

110 *Ditmarum demum ſequimur, apud quem,* pacificatis tunc partibus his, generale concilium in Francfort a Rege ponitur, *in quo epiſcopatus Bambergenſis diu ante meditata inſtitutio*

A *tio & variæ difficultates in eo concilio agitatæ cuique satis obviæ sunt: id hic quæritur postissimum, gestane ea omnia sint anno* 1006, *an* 1007, *in quo auctores æque ac in primo Sancti bello Italico maxime dissidentes invenio, Ditmaro res suas non satis chronologice distinguente Baronius sic annum* 1006 *incipit*: Anno Christi redemptoris millesimo sexto, Indict. IV, celebratur in Germania synodus Francofordiensis in qua inter alia ibi tractatum est de ecclesia Bambergensi erigenda in cathedram episcopalem. Agit de ea pluribus Ditmarus &c. *His opponit Pagius ad eumdem annum litteras Joannis Papæ tomo* IX *Conciliorum recitatas, in quarum fine legitur*: Scriptum per manus Petri notarii & scriniarii S. R. E. in mense Junio, Indict. V: id est, *inquit*, anno Christi MVII. Quod privilegium magnus Episcoporum numerus in synodo Francofurt habita unanimiter laudarunt, & suis subscriptionibus corroborarunt, ut in fine laudati rescripti Apostolici legere est. Quare *subdit*, Concilium illud non hoc anno, ut Baronius putavit, sed sequenti congregatum &c.

B 111 *Non male pro aliqua parte Baronium correxit Pagius, in alia non minus ipse corrigendus. quoniam ambo ad omnia, occasione episcopatus ilius longiori tempore tractata, non satis attendisse videntur; sumpta, nisi vehementer fallor, ex Ditmaro prima perturbationis ansa, qui in annum quodammodo unum eumdemque confudit, quæ in duos diversos certissime distrahenda sunt. Synodum Francofurtensem aliquam anno* 1006 *recte consignavit laudatus Baronius, utpote quam ille anno satis accurate describit Ditmarus, admirandam illam* sancti Henrici *ergo Patres concilii demissionem merito extollens, ut qui se ad eorum pedes prostraverit, aliaque pari humilitate præstiterit, quæ ibi lectori obvia diximus: in eo defecit Baronius quod alteram synodum prætermiserit, ad quam prior quasi præparatoria dici potuit. Vicissim ex allegato Joannis PP. diplomate, non male pugnavit pro synodo anni* 1007, *sed Baronium perperam arguit; quasi omnia eodem anno compositæ sint, quæ ad prædicti episcopatus erectionem explanandæ occurrerunt. Valeat hic, si usquam, paremia; Distingue tempora, & concordabis scripturas, quas citato tomo* IX *Conciliorum nobis exhibet Labbeus: sola rerum exacta distinctio controversiam totam elucidabit & forte dirimet.*

anno 1006, ut recte Ditmarus notavit.

112 *Tria ibi instrumenta referuntur hoc ordine*: *Primo loco* Concilium Francofordiense de ecclesia Bambergensi in cathedram episcopalem erigenda, celebratum anno Domini MVI tempore Joannis PP. XVII, *quod totum acceptum est ex Ditmaro. Alterum instrumentum loco non suo reponitur, nec verum titulum præfert*: Acta ejusdem Francofordiensis Concilii ex tabulario ecclesiæ Bambergensis. *Quod subsequitur* diploma Joannis PP. XVII, *ad justam rerum seriem videtur secundo loco reponendum fuisse, ex quibus hic rectus ordo conficeretur. Speraverat* S. Henricus *emollitendum a se Henricum Wirciburgensem episcopum, ut commutatione aliqua facta, a diœcesi sua partem avelli fineret, quæ Bambergensi tribueretur: verum ille alias conditiones apposuerat Sancto minime gratas, & ne ad indictum synodum venire cogeretur, alio, Colonium opinor, ad S. Heribertum profugerat, sic ut eo absente gesta sint omnia quæ Ditmarus ibi commemorat, & ex quibus manifeste datur intelligi, in eo primo Concilio id præcipue actum, ut nihil obstante Henrici Wirciburgensis tergiversatione, ecclesia Bambergensis in cathedralem erigeretur, cujus* cura pastoralis Eberardo tunc Cancellario a Rege committeretur, *id quod a Concilio obtinuit, præeunte Tagmone, & cunctis præsentibus ejus sermonem tunc affirmantibus & subscribentibus: sic tamen ut Eberardi ordinatio, quæ ibi a Ditmaro subjungitur, ad sequentem annum differenda sit.*

gesta duorum annorum confundens.

113 *Audiatur sancti ipsius Imperatoris oratio*: Ob hoc serenissimam vestrimet (*Patrum totius synodi*) interpello pietatem, ne absentia ejus (*Henrici Wirciburgensis*) qui per me voluit obtinere, quod mihi non licuit huic concedere, propositum voluntatis meæ queat impedire: cum in baculo ejus mutuum confirmationis signo clarescat, hunc non propter Dominum, sed ob dignitatis, nullatenus adipiscendæ dolorem fugisse. Moveat omnium corda præsentium, quod per ambitionem suam sanctæ matris Ecclesiæ augmentum annullare cum nugigerula legatione præsumpsit . . . . . *Si quando autem episcopus venire & promissa dignatur suscipere, paratum* me ad omne quod vobis bonum videtur, procul dubio inveniet. *Sequitur protestatio Henrici episcopi nomine facta*: Finitis talibus alloquiis, Bernigerus, antistitis Henrici Wirciburgensis capellanus surrexit: propter timorem Regis seniorem suum huc non venisse, & detrimentum ecclesiæ sibi a Deo commissæ, in aliquo fieri numquam laudasse testatur, & obsecrat cunctos præsentes per Christi amorem, ne talia fieri absente eo, futurum sibi exemplum paterentur. Privilegia ejusdem ibi alta voce recitantur. *Sed hæc nihil obfuisse jam diximus, quo minus Rex sanctus votis suis potiretur: unde postmodum* Henricus antistes, auxilio confratris sui Heriberti, Regi gratiam & impletionem sibi placitam acquisivit.

Res inchoata est dicto anno 1006,

114 *Hæc omnia vel anno* 1006 *exeunte, vel sub principium anni* 1007 *transacta esse oportet, quando* gloriosissimus rex Henricus voti compos effectus .... duos e capellanis suis, Albericum videlicet & Ludovicum, adjunctis Henrici Wirciburgensis episcopi litteris, Romam usque direxit, quatenus hic bene incepta, in melius proficerent auctoritate Romana. *Narrant hæc Anonymus in Vita pluribus cap.* 10, *& instrumentum Bambergense, quod proprie rei adimpletæ relatio dici potest, in qua potius vera alterum substantia quam temporum series exposita est; ipsum in hunc modum concipi oportere existimo. Compositis inter* S. Henricum *& Antistitem Wirciburgensem controversiis, legati jam dicti Romam missi sunt, ut testatur Pontifex*: Pro qua ratione Henricus II gloriosissimus rex nuncios suos ad nos direxit, qui nobis hæc omnia dicerent, & nos pro hac sede confirmanda interpellarent. *Legatur Bulla Pontificia reliquum, ex qua patet benigne auditos fuisse, remque omnem Joannis PP. auctoritate corroboratam; diploma vero expeditum* per manus Petri notarii & scriniarii S. R. E. in mense Junio Indict. V, *atque adeo anno* 1007, *quo demum haberi debuit synodus illa Francofurtensis, de qua instrumentum Bambergense mentionem fecisse diximus*:

anno sequenti Romæ transacta

115 Anno Dominicæ Incarnationis MVII Indict. V, Kal. Novembris, regnante piissimo ac serenissimo Henrico secundo, anno regni sui VI, pro statu & augmento sanctæ matris Ecclesiæ, in loco Francofurt dicto, magna synodus habita est & celebrata; non

& eodem deinde confirmatæ

AUCT. J. B. S. *jam; ut lanuere videtur, scripti auctor, ad agendum de episcopatus Bambergensis erectione, sed, quod præpostere observavit Anonymus cap.* 12, ut debita cum veneratione privilegium hoc Sedis Apostolicæ susciperetur. *Sic habet clausula apud Labbeum:* Quod videlicet privilegium venerabiles Patres in suprædicta synodo Franconofurt habita, generali concilio consistentes, summa veneratione, legendo susceperunt, & Apostolicæ auctoritati obedientes, devotis mentibus subscribendo laudaverunt, communiterque corroboraverunt. *Sequuntur nomina episcoporum quinque & triginta quos inter omissum suspicor Henricum Wirciburgensem, qui tricesimum sextum numerum compleret, quos ei concilio episcopos interfuisse pronuntiat Legenda citata cap.* 12. *Atque eo ordine ad justos calculos revocata existimo quæ ad fundationem & confirmationem sedis Bambergensis gesta & transacta sunt, quæque, si a Pagio juniore observata fuissent, in Breviario Pontificum Romanorum tom.* 2, *pag.* 285, *falsi arguendum non erat Bambergense instrumentum, de quo jam satis diximus; & ex quo Anonymi caput* 10. *acceptum videtur, aut vice versa.*

B

quo ratione oppositæ sententiæ concilientur.

116 *Sic conciliari posse existimo, quæ alias implenissime sunt, Anonymo in chronologicis semper titubante. Agnoscit hic quidem geminas synodos, ut dum primam vult esse, de qua agit instrumentum Bambergense, necesse est synodum præparatoriam, in qua S.* Henricus *litem suam adversus episcopum Wirciburgensem evicit, habitam eodem anno* 1007 *circa Kalendas Novembris, quo jam supponitur, a mense Junio obtenta a Joanne PP. episcopatus ipsius confirmatio, quæ quo pacto combinari queant, prorsus non video. Fuse de hac re, ferme ad normam nostram agit Hofmannus col.* 40, *sed nodum hunc intactum nescio an studiose prætervierit: anno* 1007 *ordinationem Eberardi rebe consignans, quidquid Ditmarus uno tractu connectat inseratque omnia synodo anni* 1006, *quæ ratione res supra ab eo confusas diximus: nam hujusmodi consecrationem præviam episcopatus ipsius a Pontifice confirmationem exigere, in confesso esse plane arbitror: facile interim potuit distinctionem ab alio solutionem adduci. Porro quæ ad opulentam dotationem & splendorem dictæ sedis Bambergensis ecclesiæ a Sancto collata sunt, non incuriose recenset Hofmannus col.* 43; *cujus fidei reliqua committo, quæ de ejusdem officialibus atque impensis Ekkehardus operose extra rem nostram congessit.*

C

§ XII. Profecto a constabilita ecclesia Bambergensi ad susceptam Romæ imperii coronam a Benedicto PP. VIII.

Ditmari error in notandis annis.

HUnc paragraphum ordior a solutione alterius intricatissimi nodi, ex quo super dixi, Ditmarum Chronici apographa, tam Mss. tum edita, aperti errotis revincendo, in attacto istic capitali puncto, quod gesta S. Henrici ab Adelboldo, Chronographo Saxone, Annalibus Hildesemensibus antiquisque aliis anno 1004 rectissime inscripsit, a Ditmaro istic sub libri sexti principium ad posteriorem annum 1005 longius quidem phrasi sed disertissimis terminis revocentur: id quo ratione ex ipsomet Ditmari Chronico demonstretur, vel unicum exemplum, ut cetera hic non expendam, perspicue evincet. Laudatus Chronographus Saxo cum antiquis aliis & recentioribus passim, nullo, quod sciam, refragante, obitum Wigberti Merseburgensis episcopi, & Ditmari ipsius successionem refert ad annum 1009. Verba ejus sunt: Wipertus Merseburgensis episcopus obiit, cui Thietmarus successit. *Ditmarus vero ipse pag.* 385 *sic habet*: Hic vir venerabilis (*Wigbertus, seu Wichertus*) quinque annos in episcopatu & sex hebdomadas & dies quinque sedit: flebiliter sæpe peracta confessione, & ab episcopis Wigone & Henrico, in extremis eum visitantibus, percepta remissione, IX Kal. Aprilis feria tertia in Merseburg de hac luce ad Christum, ut spero, felix migravit.

D

117 *Cum his confer quæ ex ipso recitavimus ex ipsius paragrapho* 10, *num.* 101, *ubi expresse asserit,* quartæ initio hebdomadæ in Februario (*S. Henricum*) dedisse episcopatum sanctæ Merseburgensis ecclesiæ capellano suimet Wigberto, & *ultro confitetur, non potuisse Wigbertum cathedram illam conscendisse anno* 1005, *si totis quinque annis, sex hebdomadibus, & diebus quinque eum tenuerit, adeoque initia ejus omnino retrahenda esse ad mensem Februarium prioris anni* 1004. *Ne vero dubium in hac re superesse possit, rem apertissime denuo evincit Ditmarus ipse pag.* 422, *sua fuerit his verbis*: Iste annus quo hunc attitulavi librum (*attitulavit autem anno* 1018) nativitatis meæ quadragesimus vel paulo amplius, in mense vero Aprili & v Kal. Maji, decimus ordinationis meæ introivit annus; adeoque completus erat meus, *ipso illo mense Aprili inchoatus, postquam nono Kalendas Aprilis seu* XXIII *Martii ex hac vita noverunt migrasse prædictus Wigbertus, ex quo per idem successionis filum ascendendo, iterum aperte consequitur, Wigbertum obiisse anno* 1009, *ordinatumque fuisse toto ante quinquennio, an.* 1004; & quod demum Inde concluditur, *librum sextum Ditmari, male, ut ejus termino utar, anno illo* MV attitulatum *esse. His ita positis, præfixum nobis temporum seriem prosequamur.*

E

F

Visio Post sex mal. anno 1007 *assuta.*

119 *Ad annum* 1009 *vel* 1008 *passim refertur*, visio S. Henrici Ratisbonæ ad sepulcrum sancti Wolfgangi oblata, *de qua Anonymus cap.* 2, *quæque suus olim in moribus instructor ædificare visus est, & hujusmodi verbis compellare*: Iaquere diligenter litteras in muro, qui est juxta tumulum meum, scriptas. Erat autem ibi, sicut videbatur, scriptum solummodo POST SEX. *Non dissitemur, eo anno* 1009, *ipse Chronographus Saxone, & Ditmaro ipso, si consequenter loquatur, Dominicam resurrectionem in ea civitate celebrasse S. Henricum, quo tempore celebre nativitatis posuerit intelligens: at sua perperam hic dispensat bonus Anonymus, qui melius id ipsum regnum, quam ad imperii coronam respexisset; nam hanc suscipere liberum Henrico fuit, dum voluit. Ceterum utcumque vaticinium accipias, in ipsa Vita satis expositum est, & pro veri genuino genitore probatum, ut his usui esse neque argumentum mere negativum quo Leibnitius aliique perperam utriusque conjugis S. Henrici & Cunegundis servatam in matrimonio virginitatem impugnare ausi sunt, quod Ditmarus aut alii contanti non satis cognovisse ejus rei memoriæ: sed cum jam satis vindicatum esse existimemus. Prædictam vitionem ignorasse Ditmarum, nihil mirum est, ipsam alias minime tacturum, qui similem*

de tot talami inter & sancti Patrem ista:

Digitized by Google

A *lem alibi contigisse narrat, nec ab hujusmodi revelationibus ullatenus abhorret, ut ex sola pag.* 387 *abunde perspicies.*

Turba Metensis a S. Cunegundis fratribus

120 *Ad annum* 1008 *spectat bellum Metense seu Trevirense de quo ita ad hunc annum Chronographus Saxo:* Adalbero clericus reginæ frater, regi factus adversarius, abominationes multas concitavit contra omne jus & fas; Trevirim sibimet cum suis sequacibus mancipavit, sicque discessit. Quod cum Rex comperisset, suas illico copias colligens advenit, Lotharingos sibi resistentes Palatio obsedit, sedecim hebdomadas ibidem faciens. *Belli causam memorat Ditmarus pag.* 384: Rex autem ut hoc audivit, prioris non immemor, in germano ejusdem Thiedrico non præmeditatæ constitutionis, uxorem dilectam, cæterosque suimet familiares, de episcopatu eodem impetrando solicitos, sprevit, & Meingardo, Willigisi archipræsulis camerario... eumdem dedit. Propter hoc subdolæ generationis furor accenditur; *ubi hic Ditmarus & alibi sæpius insinuat ingratorum S. Cunigundis fratrum*

B *in S. Henricum odium, quod in ecclesias, & maxime Bambergensem profusus videretur; ea nimis religiose dispergens, quibus ipsi avide inhiabant, adeo ut Henrico, fratri alteri, ducatus Bajoariæ abrogandus fuerit, quem tamen postmodum cum sancti Regis gratia recepit. Adnecti hic potest, quod ad istum annum notavit Albericus*, Jupilium juxta Leodium *dedisse Henrico Virdunensi episcopo sanctum Imperatorem, in ecclesias semper & ubique munificum.*

& Montis monachorum fundatio.

121 *Neque vero prætereri hic potest Montis monachorum prope Bambergam celeberrimum cœnobium, de quo pluribus in Vita S. Ottonis locuti sumus, hoc eodem anno a sancto Imperatore*, ejusque conthoeali S. Chunigunde Palatinissa & Imperatrice, in honorem S. Michaelis Archangeli *fundatum*, una cum ipso fere episcopatu Bambergensi, *inquit Bruschius de Monasteriis pag.* 87; *addens* fundationis rationem, *quod Sancto*, in secretiori quodam sacello devotius aliquando oranti, apparuerit Michael archangelus, qui femur Regis tangens (unde claudus factus esse legitur, qui rectus prius incesserat) Evangelicumque codicem osculandum ei porrigens, in hæc verba eum con-

C solatus sit: Ne timeas electe Dei, velociter surge, atque hoc signum pacis divinitus tibi transmissum susci pe, Deique cultum strenue propagare perge. Postea ex Apulia in Germaniam (feliciter ibi confecto bello) reducti, & apud Casinense monasterium ex calculo decumbenti &c. *Subdubit affatim qui Bruschiana hæc omnia apte componat cum signatis modo cœnobii ipsius exordiis. De claudicatione* S. Henrici, *ejusque verosimiliori causa jam satis dictum est: id sane controverti nequit, prædiis multis ac latifundiis earum sibi cœnobium locupletasse liberalissimum Imperatorem, quæ omnia luculento diplomate confirmavit an.* 1015, *ut vide apud eumdem Bruschium citata pagina versa.*

An. 1009 *calamitatem & Sancti præclare gesta:*

122 MIX Rex Nativitatem Christi Salzburg, Pascha vero Augustburg peregit, *verba sunt Annalium Hildesemensium. Chronographus Saxo totus est in describendis anni istius calamitatibus; insolita nempe aquarum refusione, sanguinis guttis, quæ Dominica Palmarum vestimentis hominum insiliaverint; de obscurato sole, & lecendiis insolitis, quæ omnia pestilentia & mortalitas graves secuta sint. De cetero iis prætermissis quæ ad S. Henricum spectant, Ditmari in episcopatum Merseburgensem successionem, de qua supperrime diximus, accurate notat, cui & Paderbornensem S. Meinwerci institutionem adjungere potuit, quæ in dictis Annalibus Hildesemensibus & in ejus Vita satis describitur, in qua & illa pro hoc anno habes, quæ a S. Henrico præclare & largitate regia gesta sunt. Ditmarus pag.* 388 *tradit*, Regem varias occidentalium mentes probasse, & ne solito commoverentur, sedare tentasse, *utpote cujus perpetuam curam fuisse ostendit, subditis omnibus cujusvumque sexus & ordinis benefacere*, & ad indeficientis coronam honoris sublato timore properare, ad quam capiendam in itineribus & aliis necessitatibus maxime laborans, amicos fecit sibi inimicos, juste eosdem exosus: *quod ei dicere, persecutiones passum propter administratum justitiam.* *Alias hujus anni donationes vide apud Goerferum* B *pag.* 69 & 71, *quibus alias adjungit Chronicon Anonymi cœnobii Schusterani ab abbate Joanne Friderico Schannat, in Vindemiæ suæ Litterariæ collectione prima, recens vulgata, quod in eo opere, ordine quartum recensetur.*

item annis 1010 & 1011.

123 *Annum* 1010 *sic describit Chronographus Saxo*: Heinricus rex in expeditionem suas contrahens copias, Bolizlavum Poloniæ quæsiturus, sed quo velle ducebat minime perventurus, gravi ingruente ægritudine, media revertitur via .... Theodoricus Metensium episcopus, dotem & patrimonium reginæ Cunigundis, quæ soror erat sua, Bavenbergensi ecclesiæ dolens delegari a Rege, contra ipsum rebellat. *Hæc ipsa paulo lamentabilius deducit Ditmarus pag.* 388, *nonnulla miscens & transponens, quæ vellem paulo accuratius distincta; nam nisi multum fallar, bellum adversus Boleslaum, quod sequenti pag.* 389 *prosequitur, alteri Mosellanæ expeditioni, quæ ad annum usque* 1011 *tenuit, ipsic præmittendum erat, de qua ad dictum annum* MXI *sic loquitur Chronographus Saxo*: Rex Metensem urbem, prædictumque Theodoricum episcopum tamdiu obsedit, quousque mediante justitia, pax inter eos convenit. *Neque tamen diffiteor, resumi potuisse non semel varias illas excursiones; etenim sub totius narrationis finem pag.* 390, *sic habet Ditmarus*: Rex iterum occidentales invisit regiones, & fluctivagos habitatorum animos sapientiæ freno edomans, natale Domini festiva jocunditate in Palthi celebravit, F *quæ omnia an.* 1010 *sieri omnino non potuerunt, sed ut minimum signant finem anni* 1011, *quem mox subsequitur dedicatio ecclesiæ Bambergensis. Ad annum* 1010 *revoca instaurationem monasterii S. Mariæ Ratisbonæ, de qua egit Mabillonius pag.* 218, *num.* 52.

An. 1012 *dedicatio eccl. Bambergensis*

124 *Perro celeberrimam eam dedicationem non an.* 1011, *ut cum Baronio plures signant, sed an.* 1012 *accidisse probant Chronographus Saxo, Annales Hildesemenses, & veteres alii cum Hofmanno, quidquid hic repugnet breve Chronicon Wirziburgense apud Baluzium. Notanda vero Struvii in rebus nostris imperitia, qui postquam pag.* 384, *episcopatus Bambergensis fundationem perperam firmatam ait a Joanne PP. XXII, paulo post inepti us subdit*: Iste etiam episcopatus præsente Benedicto VIII Papa, peracta templi majoris constructione, anno MXII demum fuit consecratus. *Melius docuit potuit, si ad Ditmari*

AUCT. verbo quæ vicitat, tantillum attendisset. Ita lo- D
J. B. S. quitur dicta jam pag. 390: Peracta in civitate Baveobergensi ecclesia majore, cum natalitius Regis dies esset, & XXXV jam inciperet, II Nonas Maji omnis primatus ad dedicationem ipsius aulæ ibidem congregatur, & sponsa hæc Christi per manus Joannis Patriarchæ de Aquileja & aliorum plusquam XXX episcoporum dedicatur. *Addit Chronographus*, XXXVI episcoporum ministerio consecratam, *quibus consentiunt Annales Hildesemenses: in his vero omnibus nec verbum, unde quis colligat, Benedictum Papam ei dedicationi interfuisse, qui verosimilius necdum electus erat, dum ea cæremonia peragebatur: utrum vero in Germaniam ipso anno venerit, infra explorare conabimur.*

atque ibidem synodus 125 *Subjungit Ditmarus*: Post hæc synodus hic fit magna, in qua Gevehardus Ratisbonensis ecclesiæ præsul ab archiepiscopo suimet arguitur, & Metensis ecclesiæ præsul Thiedricus a rege increpatur, eo quod epistola fuisset hunc injuste apud Papam accusaret: sed hæc omnia & multa alia consilio
B prudenti sunt finita. Completis omnibus in orientali Francia utilitatibus, Rex Merseburgensem revisit civitatem ac ibi sanctam Pentecostes solennitatem celebrat, & in primo mane Dominicæ diei, qua sanctus Apostolos replevit Spiritus, Tagmo archiepiscopus infirmari cœpit, *qui paulo post* V Idus Junii non obiit, *inquit idem Ditmarus*, sed ad Christum, quem semper amavit, lætus abiit. *Hæc omnia hic sub unum conspectum exposita volui, ut manifestius pateat, dedicationem ecclesiæ Bambergensis asserto a nobis an.* 1012 *contigisse, quo certum est, Tagmonem obiisse, testibus iterum Chronographo Saxone & Annalibus Hildesemensibus; quod maxime observandum est, ut ostendatur alius Ditmari error, qui jam proxime ajebat* Natale Domini in Palthi *seu Palithi celebrasse* S. Henricum *immediate ante consecrationem ecclesiæ Bambergensis, cum distinctius memorent citati Annales, duos alios Natales Domini intermedios celebrasse Sanctum, a quibus annus inchoatur, nempe an.* MXI in Frankenavord, & MXII in Thornburg, *quo prædicta dedicatio vere ibidem configuratur.*

C 126 *Ex his denuo patet; quod supra non semel* *Cessat annus* 10. 13 *dixi, in ordinandis temporibus Ditmari chronica constissime utendum. De cetero reliqui sancti Imperatoris labores in componendis rebus imperii, cujus partes omnes quotannis lustrando ignorare non poterat; & pace cum Slavis, aliisque hostibus conciliandis solicite impensos, fusius memorat laudatus testis Ditmarus toto reliquo libro sexto, ubi pag. 397 ingreditur an.* 1013, *quo Epiphaniam Alstidi celebravit Henricus, Purificationem sanctæ Dei Genitricis in Magdeburg, Paschale vero festum cum Meinwerco, sibi admodum familiari, in Pathebrun digna veneratione peregit, Pentecosten autem nobiscum, nempe in Merseburg: in cujus vigilia Boleslavus, cum securitate obsidum apud se relictorum, venit, & optime suscipitur; sic ut tuto ea parte omnia reddere voluerit* Henricus *priusquam meditatum iter Italicum ingrederetur, ad quod per id tempus res disponebantur. Non fuit annus ille Fuldensibus multum propitius, quippe quo* Bronnag abbas deponitur, & tunc hoc monasterium, confratribus late discedentibus, a priori statu mutatur: *quæ paulo durius, jam dicto an.* 1013, *a Chronographo Saxone exprimuntur, his verbis*: Rex stultorum depravatus consilio, Fuldensis monasterii bona mirabiliter diripuit *&c. Sed hæc mitius explicata videantur a Mabillonio pag.* 252 *a n.* 88.

127 *Pergit Ditmarus*: Rex autem ad occi- *ubi inquiritur an Benedictus PP. VIII* dentales pergens regiones, iter suum in Longobardiam disposuit, & iterum ad nos repedavit; & inde XI Kal. Octobris discedens, per Bavariorum fines atque Suevorum, usque ad locum qui dicitur ? properavit. Huc exercitus undique confluit, & hinc usque Romam Rex sine omni scrupulo, regina comitante, venit. *Sequuntur nova Boleslai scelera, & occulta adversus* S. Henricum *machinationes, quæ tamen minime impedivere quo minus rebellis sibi Longobardos in ordinem reduceret ac dictum in Urbe imperiali coronam insigniretur. Sed his præmittenda sunt, si quæquam pertinent, quæ sub finem libri sexti, plane aliud agens interseruit Ditmarus pag.* 399 *de adventu, ut aliqui intelligunt, Benedicti VIII in Germaniam, propter intrusionem, ut putant, emissitiam Gregorii. audi*
E *ipsum*: Namque Papa Benedictus Gregorio cuidam in electione prævaluit. Ob hoc ille (*quæritur quis?*) ad Nativitatem Dominicam in Palithi venit cum omni apparatu apostolico, expulsionem suam omnibus lamentando innotescens. *Ex his colligit Baronius ad annum* 1012, *Benedictum, Roma a Gregorio expulsum, fugisse in Germaniam ad* S. Henricum, *opem ejus imploraturum; in quo ipsum recentiores omnes sequuntur cum Francisco Pagio recentissime in suo Breviario Pontificum tomo* 2, *pag.* 291, *tametsi recte advertat, neminem eorum veterum Germanorum scriptorum de ea Benedicti expulsione, aut schismate ea causa orto meminisse.*

128 *Neque id mirum sane, nam nisi ego vehementissime fallor, Eminentissimus Annalista Ditmari sensum haud recte assecutus est; ut jam taceam rem omnem de qualicumque post Sergii PP. IV obitum schismate, perperam an.* 1012 *initam esse, quæ referenda videtur ad sequentem* 1013, *cujus initium (a Natali Domini inchoando) in Palithi celebravit* S. Henricus. *Notabis igitur eo loco alia prorsus omnia a Ditmaro tradi, ad ecclesiam suam spectantia, ibique plane obiter rem ipsam insinuari, quæ profecto aliter explicari merebatur, si Benedictus ipse Papa legitimus in Germaniam profectus fuisset; quod haud dubie non tacuissent Chronographus Saxo, Ditmari in multis contector, & Annales Hildesemenses, nec alii æquales aut proxime secuti. Ut mentem edisserem, verte Ditmari verba quamdiu & quo modo volueris, evolve cetera omnia, sive præcedentia sive subsequentia, ut vel verbum extundas, quo innuat, sanctum Imperatorem Benedicti partes suscipere debuisse, aut ipsi alia in re patrocinari vel opitulari; aut postea Romam perrexisse, ut ipsum quocumque modo in Sedem restituaret. Utut obscurius locutum censeas Ditmarum, aut nihil dixit, aut satis indicavit, per* iste, *non Benedictum, sed Gregorium fuisse fugitivum* ISTUM, cui Benedictus prævaluit, *utpote qui præ ceteris antecessoribus maxime* dominabatur. *Et vero Tusculanorum comitum notissima per id tempus potentia facillime etiam armis prævalere potuit, adversus minoris notæ hominem Gregorium, qui externa auxilia implorare compulsus, verum a Sancto exauditus non fit.* *in Germaniam eo tempore venit:*

129

A 129 *Verbo dicam, non de electione Pontificis aut de ſchiſmate ea cauſa exorto ibi egit Ditmarus, ſed ea expendit potiſſimum, quæ Romani Pontifices & S. Henricus in Eccleſia augmentum & ſplendorem certatim contulerunt; en ultimo verbo quibus librum ſeptimum concludit:* Henricus etenim rex eccleſiam adauxit noſtram multis utilitatibus, inprimis divino apparatu, & de omnibus curtis, quas in Turingia & Saxonia habuit, duas nobis tradidit familias. Euangelium auro & tabula ornatum eburnea, & calicem aureum atque gemmatum cum patina & fiſtula; item cruces duas & capulas ex argento factas, & magnum calicem ex eodem metallo, cum patina ſimul & fiſtula dedit. Quidquid in prædiis ab interceſſoribus meis neglectum erat, præcepto renovavit; *ut ita & hujus eccleſiæ non ſolum reſtaurator, ſed & fundator appellari mereatur, quemadmodum & Paderbornenſis, quam hoc eodem an. 1013. opulento prædio præter alia donatam, dum Werlis degeuberet, pluribus aliis beneficiis cumulavit;* B *& S. Bernwardo Hildeſienſi epiſcopo comitatum integrum ſolita ſibi largitate contulit, quarum donationum inſtrumenta refert Schatzeus noſter a pag. 402. Dicares ſanctum Imperatorem tot piis largitionibus proſperum iter Italicum a Deo impetrare voluiſſe. Nos hinc alterum tuæ parœchiam, tuo imperii ejus epocham inchoabimus.*

quod non videtur verſimile.

AUCT. J. B. S. globum aureum Cluniacenſi miſſe dicitur.

§ XIII. S. Henrici Romæ coronatio, & quæ eam ſecuta ſunt, uſque ad adventum Benedicti PP. VIII. in Germaniam.

Librum ſuum ſeptimum ſic exordiuntur Ditmarus: Decurſis a Dominica incarnatione poſt millenarii plenitudinem numeri annis tredecim, & in ſubſequentis anni ſecundo menſe, ac hebdomada tertia, anno autem regni ejus tertio decimo, & die Dominica, ac VI Kal. (*lege* XVI *Kal. ſub litt. Dom.* C) Martii, Henricus Dei gratia rex inclytus, a Senatoribus duodecim vallatus, quorum ſex raſi barba, alii prolixa myſtice incedebant cum baculis, C cum dilecta ſuimet conjuge Cunegunda ad eccleſiam ſancti Petri, Papa exſpectante venit, & antequam introduceretur, ab eodem interrogatus, ſi fidelis vellet Romanæ patronus eſſe & defenſor Eccleſiæ, ſibi autem ſuiſque ſucceſſoribus per omnia fidelis, devota profeſſione reſpondit; & tunc ab eodem inunctionem & coronam cum conſecrati ſua ſuſcepit. Priorem autem coronam ſuper altare Principis Apoſtolorum ſuſpendi præcepit. Eodem die Papa eis cœnam ad Lateranum fecit copioſam. *Quæ porro turbæ oſtavo abhinc die Romæ & a quibus excitatæ, non eſt hujus loci deſcribere: compendio ſua inde accepit Chronographus Saxo, Imperatorem Papiam reducens ad Reſurrectionem Domini, cui Chronicon Caſinenſe lib. 2, c. 31 ipſam Romanam coronationem affigit, quod jam alibi a nobis refutatum eſt. Papiæ igitur confirmatis utcumque Longobardorum animis, in Saxoniam remeavit: tum de monachis Corbejenſibus ea adjiciuntur, quæ, ut & Fuldenſium cum Sancto controverſias, malo apud Mabillonium in Annalibus Benedictinorum legi, quam hic a me operoſius recitari.*

An. 1014 Roma coronatur

131 *Huc propius ſpectat quod narrat Glaber Rodulphus, hiſtoriæ ſuæ lib. 1 cap. 5., de pomo ſeu globo aureo, pretioſis gemmis circumdato, & cruce aurea ſupereminente ornata, quod tanquam mundanæ potentiæ ſymbolum S. Henrico obtulerit Benedictus PP., ipſe vero protinus miſerit ad Cluniacenſe monaſterium Galliarum, quod etiam tunc temporis habebatur religioſiſſimum ceterorum, cui & alia dona plurima contulerat ornamentorum, inquit ibidem laudatus Glaber. At ſi vera ſunt quæ Legenda tradit cap. 26, non opus fuit ea miſſione, cum, ut in Vita videbitur, Cluniacum pervenerit ſanctus ipſe Imperator, & non ſolum globum, ſed coronam auream obtulerit; imo & alia plura de quibus meminere ambæ S. Odilonis Vitæ a Majoribus noſtris editæ 1 Januarii: & prima quidem pag. 18 & 26, poſterior vero num. 6 ac 21. De ea peregrinatione nihil memorant Ditmarus, Chronographus Saxo aut æquales alii, verum ex Vita S. Meinwerci id non incongrue collegit Mabillonius, Annalium lib. 25 pag. 241, ubi non video cur ad annum 1015* E *pervenerit quæ verſimillime, ſi per id tempus facta ſunt, ad annum 1014 pertinent, dum nempe per Burgundiam in Alſatiam, & inde per Lepdinum & Trevirim tranſitum fecerit, ut habet citato capite Anonymus.*

Huc etiam referendus epiſcopatus Bobienſis

132 *Referri meretur quæ ibi tradit Mabillonius:* Anonymus auctor, qui librum ſcripſit de rebus geſtis beati Meinwerci Paderbornenſis, haud obſcure ſignificat, Henricum Imperatorem in reditu ex urbe Roma poſt ſuam coronationem, cum domno Meinwerco epiſcopo, pauciſque familiaribus ad Cluniacenſe monaſterium, pro ſuæ religionis fervore & ſitu loci maxime nominatum, diverſiſſe, deducente forſan Odilone abbate, qui ipſum in illo itinere comitatus fuerat; viſuque ea comprobaſſe, quæ fama referente de ſacro illo cœnobio acceperat: tumque coronam auream pretioſiſſimam ad Miſſam, quæ do Cathedra S. Petri appellatur, obtuliſſe, & fraternitate monachorum humiliter petita & accepta, omnium fratrum precibus ſe commendaſſe. *Hæc & plura, de aliis beneficiis eidem cœnobio a Sancto collatis, abduciſque inde monachis pro condendo monaſterio Abdinghoffenſi vide ad diem* V *Junii cap.* 4, *n.* 26, *pag.* 521: *hæc unus paulo longius abduxere ab iis quæ poſt coronationem Romanæ ipſi Eccleſiæ induſit recens inauguratus Auguſtus, quæque in Pagii Breviario explicata habes a pag.* 293: *quibus adde alia liberaliſſimi Cæſaris placita apud laudatum Mabillonium pag.* 237 & 239; *atque ea demum quæ pro dilecta eccleſia Bambergenſi enumerat Hofmannus col.* 49.

Hinc cum paucis familiaribus ad Cluniacenſe monaſterium perrexiſſe.

133 *Neque vero prætereunda ſunt quæ habet Ditmarus, ad quem iterum redeo, de inſtituto per* S. Henricum *epiſcopatu Bobienſi priuſquam Italia excederet.* In his partibus, *inquit*, Cæſar epiſcopatum, quod erat tertium devoti operis ſui ornamentum, in Bobia civitate, ubi Chriſticolæ ſancti & confeſſoris inclyti Columbanus & Attala corporaliter requieſcunt, communi conſilio & licentia comprovincialium epiſcoporum conſtruxit; quia ſumma neceſſitas, & quæ eam præcellit, Chriſti charitas ad hoc inſtigavit. Hic cum maxima proſperitate & gloria Alpinas ſuperat difficultates, ac noſtræ regionis adiit ſerenitates, quia aeris & habitatorum qualitates noſtris non concordant partibus. *Mitto quæ hic odioſus in Longobardos alioſque inquiet Ditmarus; ſatis ſit hunc an-*

AUCT. J. B. S. *annum* 1014 *cum ipso absolvere & alterum inchoare, his verbis*: Imperator autem transcensis Alpibus, ceterisque adjacentibus provinciis regendo decursis, Natale Domini celebravit in Palithi, & post hæc ad Merseburg veniens, Boleslavi fidem & auxilium suis innotuit fidelibus, & ut ab eis ad excusationem, aut indictæ rei emendationem is vocaretur, unanimes poscit. *Atque hæc eo pacto visa disposita sunt & annis suis apte inserta, quæ ab aliquibus non parum turbantur, cum aliis confusa & commixta.*

non item bellum in Apulia.

134 *In eorum numero collocandus est hic auctor Vitæ S. Meinwerci, qui cap.* 4, *num.* 22, *memorans*, S. Henricum, subjectis omnibus & in deditionem reductis, quæ rebellare tentaverant, urbibus, proximum Natale Domini Papiæ celebrasse, *inde ipsum* in Apuliam *deduxit*; *cui subacta* Ismahelem *præfecerat: tum ad Montem Casinum, ubi a calculo liberatus fuerit*; *ac demum*, *num.* 23, Romam cum Domina Chunigunda, cum triumpho magno intrasse *ait*, ubi a beato Benedicto Papa benigne & honorifice susceptus .... solenni benedictione, cum universi populi inæstimabili exultatione in Cæsarem & Imperatorem consecratus sit. *Nimirum confusa hic sunt binæ expeditiones Italicæ* S. Henrici, *nempe hæc, quæ sola coronatio brevi tempore peracta est, cum alia paulo fusius infra explicanda: quod facile advertisset scriptor, si coronationis diem, nempe* XIV *Februarii expressius signasset; quis enim facile concipiat*, S. Henricum *Natale Domini Papiæ celebrasse, inde subjugasse Apuliam, atque in Monte Casino ægrum decubuisse, Romam interim satis tempestive attigisse ut dicto die* XIV *Februarii Imperatorium inaugurationem susciperet. Non secus apte temporibus suis hæc divisa sunt, quæ etiam omnia huc falso revocavit Hofmannus col.* 50 *cujus ea facilius admisero, quæ ibidem refert num.* 79.; *tum vero sequenti de compositis per hæc tempora cum Gundecaro Eystettensi de finibus Bambergensis ecclesiæ controversiis.*

Gesta an. 1015.

135 *Post citata proxime Ditmari verba, alia interseruntur, quæ temporum seriem nonnihil turbare possent, nisi ex distincto charactere posito pag.* 402 *constaret, sanctum Imperatorem Paschæ celebrasse in Merseburg an.* 1015, *quo vigilia Resurrectionis incidit in* V *Idus Aprilis, ab ipso expresse signatum; Paschatis incidente in* IV *Idus seu diem* X *ejusdem mensis*: in Cœna *autem* Domini *ait Ditmarus, se* chrisma in ejus præsentia indignum benedixisse. *Sic pro eo anno Chronographus Saxo*: Henricus Imperator in Walbike diem Palmarum agens, nuntios de Italia sibi *in* sacramenta constrinxit, & inde digressus, Merseburg Paschale festum peregit, ubi Bolizlavo omnia munera, quæ illi miserat, simul cum gratia perdit, dum illum legatione superba infestum reddidit. *Hæc viam sternunt ad repetitas excursiones & bella varius intervupta cum Boleslao tunc acriter gesta, in quibus vario marte pugnatum est, ut illic & apud Ditmarum fusius legi potest; cum ad nostrum institutum non magis pertineant quam recurrentes denuo deplorandæ cum Corbejensibus monachis contentiones apud Ditmarum pag.* 403, *ad quas excitandas nonnullam partem habuisse S. Meinwercum Paderbornensem episcopum, paulo distinctius exploravit Mabillonius in citatis Annalibus ad hunc annum pag.* 242, *quo lectores remittimus.*

136 *Sequentem annum* 1016 *lachoat Chronographus*: Imperator Natalem Domini in Pethelbrunnem festivis peregit gaudiis: post hæc Popponem Luippoldi marchionis filium, & Bavenbergensis ecclesiæ præpositum, Trevirensi præfecerat urbi. Et cum is ab Erchenbaldo Mogontiensi archiepiscopo jussu Cæsaris & licentia Virdunensis episcopi (qui primus horum in ordine confratrum) consecrari debuisset; a Thiederico Metensi antistite, eo quod a se justius hæc ordinatio fieri deberet, assidua acclamatione, humilique petitione id incassum prohibebatur: nam Imperator hunc, scripta demonstrantem, & banno id interdicentem, non exaudivit, & unctionem fecit compleri. *Adde his varias principum particularium discordias aut armis, aut amica compositione sopitas, & perpetuas inimici semper Boleslai incursiones de quibus Ditmarus usque ad pag.* 406. *Eidem præterea anno assignanda sunt quæ ibidem subjungit de* proxima Palmarum jucunditate *ab Imperatore* cum Henrico, venerabili VVirciburgensi episcopo completa, ac Cœna Domini & Passione; dum Paschali tripudio honorabiliter in Bavenberg peractis &c. *Lege quæ ibidem attexuntur de Rudolpho Burgundiæ rege Sancti avunculo, regnum suum per donationem ei tradenti, quod biennio post, accedente procerum consensu fuit confirmatum; item eventus alios etiam Anglicanos, quos enumerare non vacat, ad* S. Henricum *redit Ditmarus pag.* 412, *ita scribens:*

An. 1017 *legatio a Benedicto, Pontifice.*

137 Anno Dominicæ Incarnationis [MXVII Kal. Januarii] Imperator a Palithi, ubi celebravit Natale Domini, exiens, in Alstidi Epiphaniam Domini solenniter peregit. *Paulo infertus*: Nuntii de Italia huc venientes, gratulabundi ad sua redeunt; *ii fortasse qui a Benedicto PP. VIII attulerint* aurei capitalis ornamenti, invicem gemmati, *reginæ Saracenorum, Romæ capite plenæ*, partem, quæ mille libris computabatur, *ut præcedenti pag.* 411 *idem Ditmarus memoraverat*. Gratulabundi autem redierint nuntii, *quod postulata adversus Saracenos & Græcos auxilia addixisset Cæsar, quæ tamen quinto demum post anno suppeditari potuere.* Iter Imperatoris ad occidentem dispositum, ob viæ asperitatem est dilatum. Imperator hoc quod ex parte Bolislavi rogatus, laudat; convenisse ad eum principes suos, & siquid boni vellet sibi exhibere, cum eorum consilio libenter acciperet: mittuntur invicem nuntii, & induciæ ponuntur. *Interim* Imperator Purificationem sanctæ Dei Genitricis nobiscum celebret. Posthæc episcopi & comites ob contemptum Bolislavi, se fallentes, tristes adveniebant, & Imperatoris mentem apertis legationibus incendunt. Ibi tunc de futura expeditione tractatur. *Videantur iota illa pag.* 413 *plura* S. Henrici *in varias ecclesias beneficia, a quibus nimirum cessare non noverat.*

reconciliatio fratrum S. Cunegundis.

138 Palmas Rex celebrat in Magontia, & in Ingelheim Paschæ, & in his partibus magis honorifice ac potestative numquam fuit. Et quia ob tantam solennitatem maxima ibidem finiri non poterant, ad Aquisgrani ponitur conventus, & tunc illic cum consilio Heriberti archipræsulis, Thiedericum Metensem episcopum & Henricum fratrem placavit. Regina autem Cunegundis, a Francofurde

Digitized by Google

A forde a Cæſare diſcedens, cum ad locum, qui Capungun dicitur, veniret, infirmatur, & ibi tunc Domino promiſit, ſe ad laudem ejus unum facturum monaſterium. *Pag.* 414: Imperator autem audiens, conteſtalem ſuam levius habere, & votum feciſſe Domino, grates Chriſto perſolvit ex animo. *Paulo infra*: Cæſar vero ad orientem tendens, Imperatricem ad ſe in loco, qui Patherbrunnum dicitur, venire jubet. Inde ambo uſque ad Magdeburg profecti. *Ad alia deinde loca ſimul profecti ſunt, donec* regreſſa Imperatrice, ceteriſque compluribus, ipſe, *Imperator*, turmatim proceſſit; *nempe cum ingenti exercitu Boleslao imminens, quem tota fere reliquo anno infecutus eſt. Hæc paulo uberius deducta hic volui ut manifeſtius pateat, quam non ſatis congrue ad hunc annum* 1017 *referendam cenſuerit Hofmannus celeberrimam illam S. Cunegundis per vomeres candentes probationem, quæ alteri melius convenire potuiſſe videtur. Cetera vide ſuperius*

B *& ad* III *Martii.*

139 *Ut nullum annum vitæ ſuæ largitionibus*

& varia ad ipſius donationes. *Cæſare dignis vacuum eſſe voluit* S. Henricus, *ſic & hunc in quo verſamur illuſtrem reddidit*, teſte *Ditmaro pag.* 316. *Verba ejus recito:* Inſequenti Dominica die, id eſt III Nonas Novembris Cæſar quoddam prædium, Bogalici vocatum, quod tum ab Hatholdo milite ſibi placito acquiſivit concambio, confratribus noſtris in Merſeburg Chriſto famulantibus dedit, & locum quemdam a Hugero, prædicti ſenioris germano decem talentis argenti comparatum, eorumdem utilitatibus accommodavit, præceptiſque ſuimet firmari præcepit. Tres quoque eccleſias in Lipzi & in Oſcinzi, ac in Guſua poſitas mihi conceſſit. In hoc vernali tempore idem aureum altare ad decus eccleſiæ fabricari juſſerat noſtræ, ad quod ego ex antiqui altaris noſtri ſumptu auri ſex libras dedi. *Circa medium Decembrem Bambergam primum pervenit Imperator, ubi* Henricum, quondam Bavariorum ducem, & tunc octo annos & pene tot menſes, ſua depoſitum culpa, priſtinis reſtituit honoribus die Dominica; *quo tempore nemo dixerit, Henrici illius ſororem Cunigundem ad probationem vocari potuiſſe. Ut cum Ditmaro* concluſionem anni faciam; *verbo adjiciam confirmationem a Sancto monaſterii Kaufungenſis, prædia eccleſiæ Paderbornenſi donata, aliaque ejuſmodi quorum inſtrumenta exhibet Sobatcenus a pag.* 422.

140 *Ad annum* 1018 *ingreſſum poſcit Ditmarus dum pag.* 418 *ait* Imperatorem, *poſt brevem moram*, ab Bamenberg diſcedentem, ad Wirciburg primo, denique ad Francofordi veniſſe, ibidemque nativitatem Dominicam feſtivis peregiſſe gaudiis, *Sed ad librum octavum & vitæ ejus ac Chronici ſui ultimum tranſiens, ordiar in hunc modum:* Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo XVIII, Indict. II, anno autem Domini Henrici Imp. Aug. XII, imperii autem IV, Circumciſio Dominica & Theophania in prædicta civitate ab eodem venerabiliter colebatur, poſteaque juſſu ſuo & aſſidua Bolislavi ducis ſupplicatione, in quadam urbe, Budiſſin dicta, a Gerone & Arnulpho epiſcopis ..... pax ſacramentis firmata eſt III Kal. Februarii, non ut dicunt, ſed ut tunc fieri potuit, electiſque obſidibus acceptis, prædicti ſeniores reverſi ſunt. *Hujuſmodi iterata ſæpius cum Boleslao tranſactiones conſtantem pacem imperio non reddidere, ut demonſtrat deinceps pluribus, quæ huc non pertinent,* D AUCT. J. P. *ut nec gentilium abominanda ſuperſtitiones, ad quas* Cæſar graviter ſuſpiraſſe dicitur *pag.* 420, *quo demum ea ſubjungit quæ nuper attigimus.* Jam, *inquit Ditmarus*, declinam ab his, & loquar Imperatoris noſtri proſperitatem nuper ſibi exortam. Avunculus namque ſuus, Burgundionum rex Rudolphus, coronam & ſuimet ſceptrum cum uxore ſua & privignis ac optimatibus univerſis ſibi conceſſit, reiteraturque ſacramenti confirmatio, actumque eſt illud Mogontiæ..... & XVII Kal. Aprilis magna ſit in Nuimagen ſynodus. *Cetera in fonte legenda ſunt.*

141 *Ad finem aperis vergens Ditmarus, gratiſſimum erga Cæſarem animum teſtari non deſinit, pag.* 422 *inſignia alia in eccleſiam ſuam collata ab eo beneficia enumerans.* Oportet autem tuam ſcire pietatem regis noſtri & Imperatoris Henrici multiformem benevolentiam eccleſiæ exhibitam noſtræ, de qua partem quamdam ſuperius comprehendi, majorem vero quia indiſcuſſam reliqui, nunc ſcribere tibi optimum duxi. Vide ut aſſidua recordatione tui ſit renovator, & indeficiens auxiliator noſtri, ut temporibus illis, in quibus deeſt ſpes miſeris, & eccleſiæ Merſeburgenſi..... Et quia tempus non eſt, ſingulariter enarrare, quæ præceptis ejuſdem confirmata poteris videre; hæc ſola aſſigno, quæ auctoritate carentia, impoſterum forſitan periura timeo: Sanctæ victorioſiſſimæ crucis partem cum ceteris Sanctorum reliquiis, & altare aureum, gemmis honorifice diſtinctum, & pixidem auream lapidibus pretioſis ornatam, collectariumque cum impenſis propriis, & etiam noſtris decoratum cum duobus thuribulis ac argentro bicareo, larga manu Cæſar noſter dedit eccleſiæ..... Sed quia de melliflua ejuſdem pietate ſatis dicere nequaquam ſufficio; de ſua converſatione, ſicut propoſui, ordinatim explicare ſtudioſius anhelo. *Quæ utinam ab ipſo explicari potuiſſent, qui finem vitæ eo anno fecit: ſub exitum, opinor, nam ultra Septembrem Chronicon ſuum perduxit.* *beneficia eccl. Merſeburgenſi collata.*

E

142 *Ut reliqua, ad hunc annum ſpectantia paucis decurram, pag.* 423 *ait*, Imperatorem, poſt longam inhabitationem in Neumagen, *ubi nonnulla præclare ſtatuta ſunt*, deſcendentem, ſolennes Rogationum dies in Aquiſgrani ſtudiose celebraſſe.... Pentecoſten in Ingelheim, inde in Burgundiam properavit; *Imperatrix vero, ordinata in Capungo vita monaſtica, fratrem ſuum ducem Henricum, de quo ſupra non ſemel*, Ratiſponæ intronizavit. *Pluribus hinc intermixtis, etiam his quæ a Boleslao patrata ſunt, hæc demum de Sancto ſubjungit:* De Imperatore noſtro mihi nunc ſermo oriatur, qui de inviſa expeditione, *opinor Burgundica*, reverſus, nil de promiſſis pensavit, ſed parum ſibi tenitentibus nocuit. *Hæc verba ultima:* Imperator noſter cum de his omnibus, *non multum favoribus*, efficeretur certus, unum in Suevia regione colloquium de republica habuit, & mox per Rhenum ſolicitus deſcendit. Namque cooperatores ejus & regni ſuimet columnæ, maxima parte, proh dolor, cecidere, ſibique grave pondus occultum, fidei ſimulatores occultis reſiſtere inſidiis per extraneos nituntur, ut non liceat ei libertate congruenti imperare, eorumque injuſtam re-

F *aliaque quibus finitur Ditmari Chronicon.*

Aſſumit Boleslaus annum 1018;

pie-

Digitized by Google

A mericatem in aliquo minorare. *Atque in Chronici fuit eſt, quo & hanc Vitæ S. Henrici peAUCT. riodum concludimus, alibi quæſituri, quæ ad reliquos vitæ annos ordinandos conducent: in I. P. quo id maxime molestum quod Chronographus Saxo duos hic annos in unum confuſe videtur; unde turbatio de qua proxime agendum erit. Ad indeficientem Sancti liberalitatem pertinent tabulæ apud Schatenum a pag. 438.*

§ XIV. Reliquum vitæ S. Henrici usque ad felicem exitum MXXIV.

Chronographi Saxonis correctio.

Deficiente hic prorsus Ditmaro, sterilescerunt quæ de ultimis vitæ S. Henrici *periocha ordinari poterunt; idque dolendum imprimis, Chronographum Saxonem sub ipsum principium toto anno a vera chronologia deflectere, dum ea quæ Ditmarus velle & certo anno* 1018 *consignavit, ipse ad sequentem* 1019 *perperam reduxit, ut ex primis & ultimis ejus verbis jam faxo intelligas.*

B Cæsar, *inquit*, a Bavenberg pergens, per Wirciburg venit Franckenvorde, ubi Natalem Domini regio more peregit. *Ita ille errans, nam Circumcisionem etiam Domini & Theophaniam, non anno* 1019 *sed* 1018 *Francofurti celebrasse sanctum Imperatorem, ex ordine & fluxu rerum, atque expressissimis Ditmari terminis paragrapho præcedenti ostendimus; & rursus, sæpe laudatum Ditmarum & vivendi & scribendi finem fecisse, ut apud scriptores passim omnes in confesso est, contra quam idem Chronographus Saxo, ad dictum ipsi annum* 1019 *in fine subdat:* Piæ memoriæ Thietmarus episcopus Merseburgensis migravit ad Christum. *At enim res tota salva persistit, si sola fiat transmutatio annorum, forte emanantium discordia perperam signatorum, quod ex confuso præcedenti canone, de quo proxime meminimus, profluxisse existimandum est.*

144 *Ast ibi error non sistit, eadem enim passu procedendo, quæ ad verum annum* 1019 *spectant, sub sequentis anni* 1020 *titulo collocata sunt, ipse nimirum Benedicti PP. VIII Bambergam ad Cæsarem adventus, quem certissime constat anno* 1019 *contigisse, ut habent Annales Hildesemenses, breve Chronicon VVirciburgense, Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgensis, Marianus Scotus, Vita S. Meinwerci in Actis* V *Junii pag.* 538, *num.* 82, *& veteres passim cum Hofmanno, quos recte secutus est Baronius, contra Sigebertum, Albericum & pauciores alios, sequacibus tamen suis non carentes. Interim quæ ante augustissimum congressum a Cæsare eo anno gesta sunt adversus Bernardum Saxoniæ ducem exponit Schatenus noster ex Vita S. Meinwerci cap.* 11, *num.* 81, *ubi denuo imo per totam eam Legendam observari potest propensissima Imperatricis in ecclesiam Paderbornensem beneficentia, a laudato Schateno ex diplomatibus commonstrata. Ceterum extra controversiam ponimus, Papam Benedictum Bamberga a* S. Henrico *exceptum anno sæpe dicto* 1019, *cujus ingressum & solenniter acta describit Legenda cap.* 23, *chronologiæ iterum infelix, quod ultimam Sancti in Italiam excursionem adventui Benedicti PP. in Germaniam præmittat, cum toto fere triennio præcesserit, ut ex sequentibus manifeste patebit. Quæ autem in ea Vita memorantur hic a nobis describenda non sunt; nonnulla hinc inde apud Hofmannum col.* 54 *explicata invenies.*

Adventus Benedicti PP. VIII in Germaniam 1019.

C

145 *Sic paucis Chronographus Saxo:* Dominus Papa Benedictus cum Henrico Imperatore cœnam Dominicam, ipsumque Paschale festum in Bavenberg decenti ferur excoluisse ministerio, ibique Imperatoris ac principum debito obsequiorum ritu, honorifice ac multiplici opum copia donatus, dominam mundi Romam locuples ac sospes revisit. *Quamdiu Bambergæ commoratus sit, aut quo præcise tempore ad propria remeaverit Pontifex exploratum non habeo; reducem fuisse oportet ante mensem Novembrem, cum Baronius diploma eo mense expeditum exhibeat. Quid porro egerit* Henricus *toto reliquo ipso anno, innumeris mendis apud Chronographum nobilitato, colliges ex adjecta Sigeberti Chronico ad eum annum secunda incursione hostili exercitus regis Henrici in Gandavum Nonis Augusti, quæ sunt ipsissima Alberici verba, cum pluribus de Rudolpho Burgundiæ rege ex Sigeberto descriptis, quæ tamen ab aliis refutantur. Ad incursionem Gandensem quod attinet, eam ita explicat Meyerus in Annalibus:* Henricus Cæsar iterum Gandavum usque hostilem in Flandros fecit excursionem mense Augusto, in qua Epponem & Canonem nepotes Imperatoris occubuisse lego. *An hæc de* S. Henrici *nepotibus satis certa sint, fatear me plurimum dubitare; nequibi hæc legerit Meyerus, integrum est explorare.* D *deinde aversum bellum Flandricum,* B

146 *Postremum hujus anni articulum implent, quod Albericus eidem, nescio quo fundamento innexit:* De Henrico Imperatore narratur, & scriptum reperitur, quod abbati Richardo Virdunensi professionem fecerit, & ejus consilio se totum commiserit, volens apud S. Vitonem monachus fieri, sed sanctus abbas Richardus virtute obedientiæ ei injunxit, ne imperium dimitteret quamdiu viveret, & ita eum ad imperium remisit. *Simile quid legitur in epitome Vitæ ex Menardo & VVassenburgio ad* XIV *Junii pag.* 1003 *num.* 6, *de quo tamen non meminit auctor Vitæ primo loco datus. Rem adoptare videtur Mabillonius pag.* 301, *ubi excitata epitome inducitur* S. Henricus, *tamquam qui monasterium ingressus hunc Psalmistæ versiculum protulerit:* Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. *At professionem emisisse ibi non dicitur; sed solum desiderium ostendisse monasticum habitum suscipiendi; cui repositurit sanctus Abbas: volumus ergo & præcipimus, ut ad gubernandum tibi a Deo commissum imperium redeas. Quod ex obedientia præstitit Imperator, deinceps in S. Benedictum ejusque Ordinem amplius solito affectus. Rem non impugno, etsi eam ab aliis rejectam noverim: id dici potest, annum aut tempus quo ea contigerit, hactenus incertum esse.* *& quæ Sanctus Virduni egisse fingitur,* F

147 *Anno sequenti* 1020 *recte assignatur quæ narrat auctor Vitæ S. Meinwerci cap.* 12, *pag.* 539: Sequenti anno post Natale Domini, Imperator, commoto exercitu, comitem quemdam Ottonem, sæculi dignitate non minimum præpollentem, in castro quod dicitur Hamerstein, situm supra Rheni littus, obsedit, *propter ejus varia facinora in episcopum Moguntinum & alios perpetrata, ut ibi fusius deductum invenies. Ad id bellum vocatus S. Heribertus Coloniensis, cum se ob molestam febrim cum qua conflictabatur, excusasset, ea omnia suborta sunt, quæ videri possunt & loco citato, & in ipsa S. Heriberti Vita ad* XVI *Martii pagg.* 472 & 485, *ut de his nihil hic dicendum superfit. Addit* *Gesta anno* 1020 *cum S. Heriberto & aliis*

Hof-

A *Hofmannus hoc anno (Annales Hildesemenses sequentem notant) vehementi terræ motu concussam Bavariam, & præcipue clade ecclesiam Basileensem admodum labefactatam: quod* detrimentum resarcire cupiens Henricus, sequenti anno MXXI Basileam venit, & totius ecclesiæ molem ad XIV passus a Rheni ripa transtulit, & fortissimo muro ruenti aggeri oppositio, eam in formam multo venustiorem & firmiorem restituit, & novis, Munstero teste, ditionibus, populis & castris cumulatissime instruxit. *Eadem munificentia Bambergensi ecclesiæ tunc etiam prospexisse ibidem memorat idem Hofmannus; quemadmodum & Schatenus produllis instrumentis comprobat, quæ in Vita S. Meinwerci vix credibilia viderentur.*

148 *Redit ad justos calculos Chronographus Saxo nonnullis hic locis mutilus, cujus vel primum specimen est, quod annum, quem jam ingressi sumus* 1021 *sic inceptet*: Imperator pro concessa sibi divinitus victoria, Deum deorum Dominum collaudans, Saxoniam properat, solennitatem Palmarum Wilbeke peracturus, gaudiaque Paschalia Merseburg debita celebraturus devotione. Hoc itinere venerabilem Heribertum archiepiscopum migrasse felici cursu cognovit, celeri intimante legato ..... Emensa vero Imperator Augustus inchoata via; cunctis, ut ita dicam, Europæ primis ad eum confluentibus, diversarumque gentium missaticis ad imperiale ejus obsequium undique properantibus, sacrosanctum Dominicæ resurrectionis gaudium, toto jam conridente mundo, eximia celebravit gloria. His igitur omnibus convenienter expletis, Imperator Parthenopolim profectus, sacros dies Pentecostes apud famosissimum ejusdem civitatis archiepiscopum Geronem, non inferiori gaudiorum dignæque venerationis studio glorioslissime peregit. Inde curtem regiam, Alstidi dictam, repetens, habitoque inibi colloquio, cum totius senatus plebisque concursu, pios lenitate permulcendo prædulci, severa districtione reos terrendo, totaque industria patriam muniendo, intra hujus provinciæ civitates totum illum annum feliciter perduxit.

item an 1021.

B

C *Hic sistitur, nullo addito verbo de præparatione exercitus ad celeberrimam expeditionem Italicam adversus Græcos, quorum in medio Sanctum constituit anno sequenti ut mox dicemus.*

Expeditionis Italicæ an. 1022

149 Sequitur, *inquit Baronius*, annus Redemptoris MXXII Indict. V, quo Henricus Imperator, legationibus, ut vidimus Northmannorum, atque ab ipso Romano Pontifice cohortatus, in Italiam se contulit adversus Græcos, sua jam potentia Ecclesiæ Romanæ pavendos, tremendus ipse hostibus potenti exercitu, quem ducebat, *ut vide ipsic fusius narratum, intermixto cum S. Romualdo colloquio aliisque tum ad bellum, tum ad Casinensem S.* Henrici *commemorationem spectantibus, ex Glabro Rudolpho & Leone Marsicano: brevius nos ex Chronographo, qui ad eumdem annum denuo mutilus sic de Cæsare loqui incipit*: Imperator de loco in locum proficiscendo, primum urbi munitissimæ, Trojæ videlicet (*obsidionem accuratius describit Glaber lib.* 3, *cap.* 1) cujus mœnibus indigenas, provincialium legatione, ditioni regiæ cognoverat rebelles, bellicosam invexit aciem. Quam licet obsidione longa suorumque fudore .... devincens, incolasque hujusce aut neci tradens aut captos colligari præcipiens, quos antea contumaci animo sibi ingemuerat renitentes, suo postmodum dominio, Deo cooperante, gaudebat subjugatos. *Ad componendum, quod hic instruimus, temporum seriem, id non ostenter observari velim, prædictam Troiæ obsidionem, totis tribus & amplius mensibus, tesse Glabro, tenuisse; ut non satis promptum sit, omnia combinare quæ eo anno gesta scriptores commemorant. Demus reliqua ex Chronographo.*

D AUCT. J. B. S.

gesta & tempora

150 Sed his prosperitatibus non elatus, verum Dei misericordia præditus, hujusmodi victoriam, non suis sed Domini virtutibus adscribens, Romanæ Sedis apicem accelleravit: ubi aliquamdiu moratus, regni illius optimatibus pace gratiaque sui redimitis, nivosa Alpium cacumina veloci transgreditur cursu, tanta mortalitate subsecuta, quæ vix aut nullatenus vocum nutibus, vel etiam officiis styli valeat enucleari. Quam videlicet cladem Imperator Augustus evadens calicus obumbratus, sed raro milite comitatus, ex-

E

ceptis his quo sibi mater Europa, occurrendo admiserat, Germanicas pervenit ad oras, magnumque synodale colloquium, confluentibus undique diversarum regionum episcopis, in partibus habuit occidentalibus. *Non potest hic indicari concilium aliud præter illud quod notavit Baronius, nempe Seligenstadiense, cui & interfuit S.* Henricus, *necesse est, eum in Germaniam rediisse ante mensem Augustum, sub cujus principium habitum est, ut vide in collectione Labbeana col.* 844. *Quid SS. Aureo & Justino eo anno contulerit Sanctus, vide tomo* III *Junii pag.* 78. *Ut prædicta omnia ad justos calculos reducas, necesse est dicere, Cæsarianas copias sub finem anni præcedentis in Italiam præmissas, ductibus Poppone Trevirensi & Peligrino Colonensi episcopis, quos sanctus Imperator, natali Domini in Thornburch celebrato, ut notant Annales Hildesemenses, sub anni hujus principium subsecutus sit.*

151 *Fallit hic igitur existimo Schatenum nostrum in Annalibus suis Paderbornensibus ad hunc annum ita scribit*: Memorabilis hoc anno expeditio Italica, urgente Benedicto Pontifice per legatos. Quam in rem synodum Aquisgranensem ab Imperatore convocatam tradunt ex Sigeberto, convenientibus ex tota Germania episcopis. Sed ea expeditio non nisi sub exitum anni suscepta, magno armorum apparatu. *De ea synodo quid statuendum sit, nondum audeo definire; mihi certum videtur, non potuisse Cæsarem Aquisgrani hyeme hoc anno, quem expeditio Italica tot mensibus occupavit, quemque Beneventi, ex diplomate ibi dato fuisse scimus* X *Martii* 1022. *Magis id pugnat adversus Schatenum, qui anno* 1023, *in quem expeditionem dilatum cupit, Cæsarem nobis exhibet quaternas donationum tabulas Paderbornæ subscribentem mensibus Januario & Februario, ut adeo Italiam pervenire commode non potuerit, saltem in Apuliam nisi sub finem Martii aut principium Aprilis; qui si tribus & amplius mensibus in sola Trojæ obsidione occupatus fuerit, porro in Monte Casino decubuerit, Romæ deinde* aliquamdiu moratus, *concipi omnino non potest, tot res gessisse Cæsarem, & mense Julio in Germaniam reducem fuisse, nisi miracula quis fingat, quæ huc accersere, necesse non existimo. Aliter sentiendum videtur de synodione calculi ibidem ope S. Benedicti impetrata, quam etsi impugnare prorsus nolim, vellem certe a scriptoribus unanimi magis consensu referri.*

in ordinem redacta, F

152 *Ano-*

Digitized by Google

A 152 *Anonymi cap.* 11, *apud nos num.* 26 *S. Benedictus medicinali ferro, quod manu tenebat, partem illam corporis, ubi calculus jacebat, aperuit, & evulso molliter calculo, hiatum vulneris subita sanitate redintegravit. Sed alia plane est Leonis Marsicani narratio; sic tamen ut utraque conveniat, in vindicanda hoc ipso miraculo corporis S. Benedicti in eo archicœnobio præsentia. Potissima igitur controversia Lenem inter lib.* 2, *cap.* 43 *ac* 44 *& Gallos alioſque scriptores, non tam circa sanationem ipsam cujus perpetuum monumentum advenientibus quibusque exhiberi solitum, oculis ipsi nostris olim spectavimus; quam circa adjuncta versatur, quæ a variis varie exornata, capacia nonnullis reddunturdubia. Ast ego hic arbitrum non ago; quibus hæc noscere animus est, videant Mabillonium in Annalibus pag.* 288, *num.* 15, *& Acta Sanctorum Ordinis tomo* 6, *parte* 1 *a pag.* 452; *mihi satis est hæc verosimillime contigisse anno jam dicto* 1022. *De donis pretiosissimis aliisque insignibus beneficiis a fausto*

B *Imperatore cœnobio Cassinensi ea occasione larga manu collatis vide laudatum Leonem Marsicanum locis proxime citatis: quo etiam spectat cœnobium Beneventanum, si unquam a S.* Henrico *fundatum aut dotatum fuit, ut aliqui volunt, nam ex diplomate apud Ughellium tom.* 8, *col.* 113 *solum constat, confirmasse Sanctum fundos & bona omnia S. Sophiæ monasterio antea concessa: atque hoc est, quod datum diximus* VI *Idus Martii* MXXII. *Quid in ius vel ditio cum S. Romualdo transegerit* S. Henricus, *tradunt Joannes Damianus & Hieronymus Pragensis relati ad* VII *Februarii.*

Auct. J. B. S. & quo in anno Cassinus occiderit narratur.

153 *Hinc ad Chronographum revertimur, cum quo incipimus annum* 1023: Henricus Imperator Albas festaque Paschalia, principibus turmatim undique concurrentibus, Merseburg site peragens, quod rarum, vel penitus inauditum videtur, terna unius ejusdemque templi dedicatione gratificatur. *Id qua ratione accipiendum sit, neque explicat scriptor, neque ego pluribus quærendum censeo. Memorabilem anni ipsius occursum suggerit Chronicon Sigeberti:* Henricus Imperator & Rotbertus rex Francorum super Charum fluvium apud Evosium conve-

C niunt, de statu Ecclesiæ, regni & imperii tractaturi: & condicto ut super his confirmandis etiam Papam Romanum simul ambo Papiæ opportune convenirent. Imperator Regem & suos, multos etiam qui tantum ad demirandam imperatoriam majestatem convenerant, tanta liberalitate donavit, ut opibus regum Persarum & Arabum posset comparari Imperatoris munificentia. *Quæ omnia paulo fusius describit Glaber Rudolphus lib.* 3, *cap.* 2, *ex quibus sua desumpsit Baronius, apud quem etiam vide quæ in concilio (tomo* 9, *collect. Labb. col.* 854) *acta memorantur. De constanti & perpetua sancti Imperatoris in Christi famulos beneficentia, ex quaternis hoc anno expeditis donationum tabulis, quas refert Schatenus, jam supra meminimus: præter quas aliam mihi suggessit laudatus supra Schannatus, diplomate data Babenbergæ Kal. Aug. an.* 1023, *quo in gratiam* confessoris *sui* Theobaldi, abbatis SS. Udalrici & Afræ, *ei cœnobio favit, quam munificentissime. Ad postremum Vitæ Sancti annum chronotaxis nostra perducitur.*

Compositus cum rege Roberto &c. anno 1023

154 *Quæ anno* 1024 *gesta sunt sic paucis complexus est Chronographus*: Imperator natalem Domini Bavenberg peregit. Ibi turba convenerat pastoribus destituta, quia omnes suspensi manebant, cujus providentiæ cura impe-

Ultima vitæ periocha an. 1024

riali potestate committerentur .... Cæsar di- D
versis doloribus vexatus eodem loco crebra infirmitate diuturnas protraxit moras, resumptisque demum viribus, citato cursu Parthenopolim ire proposuit. Tandem post longam deliberationem laboriosi itineris, diem Palmarum in loco, qui dicitur Alstede, festive celebravit. Die vero reconciliationis, exigente infirmitatis gravedine, remota a se quæ convenerat multitudine, paucis comitantibus, Nieuburg cœnam Dominicam peregit; in sancto vero Sabbato, contracto totius senatus conventu, contectali sua Cunigunda comitante, Parthenopolim venit, ubi cum grandi honore susceptus est: Dominicæ quoque resurrectionis gaudia celebri honore transegit; deinde ab antistite ejusdem loci auri sericorumque varietate plurimum donatus, Halverstade adiit. Inde nihilominus Goslariam profectus est, ubi diebus decem peractis, ad locum quemdam Grona dictum, properat, ibique forti ægritudine depressus, & amaræ mortis poculo debria- E
tus, vitalem emisit spiritum. *Quæ ibidem sequuntur de molientibus Brunonis episcopi Augustani habes in Vita cap.* 32, *hic primo loco inter miracula, infra ex Anonymo describenda; nos chronotaxi Ditmariciana coronidem imponimus.*

ADELBOLDI

EPISCOPI ULTRAJECTENSIS

De rebus gestis S. Henrici Imperatoris

FRAGMENTUM

Ex editione Jacobi Gretseri.

Fragmentum appellamus, quod vix binos integros regnantis seu imperantis S. Henrici *annos complectatur, at tale ipsum, ex quo scriptoris fidem, rei historicæ versandæ peritiam, & accuratam diligentiam ita perspicias, ut reliqui operis jacturam satis deplorare non possis. Frustranea fuit omnis nostra investigatio ad pretiosum thesaurum alicunde refodiendum, ut superius* § 6 *satis dictum est, ubi de auctore plura invenies. Hic paucis indicatum volui, quæ potissimum ratione prædictum fragmentum partiti simus; nimirum non in capita, sed potius in annos, secundum quos opus suum distinxisse videtur auctor ipse, ut ex superstite contextu manifeste patebit. Hanc vero partem Anonymi compilationi præmitto, tum quod vere historica sit, tum quod cum Commentario nostro longe aptius concordet; adeo ut ferme dubitaverim, utrum non expediret ab ea chronologicam vitæ S.* Henrici *seriem inchoare: cæterum a Majorum institutis & placitis satius visum fuit non recedere. Hinc porro principium facere cuivis licebit, qui gestorum ordini potius quam Legendistæ confusioni adhærendum censuerit. Ex solo Adelboldi prologo, de ejus scribendi peritia & eruditione fluxere & pronum & promptum est.*

AUCTORIS PROŒMIUM.

Quæ Historicis mendis, quæ recte habenda sint.

IN gestis scribendis duo sunt videnda; ut & scriptor veritatem in prolatione teneat; & lector fructum in lectione capiat. Sed scriptor

Digitized by Google

A ptor veritatem tenere nequit, nisi hæc quatuor aut potenter devitaverit, aut aliquatenus a mente depoſuerit; odium, & carnalem dilectionem, invidiam, & infernalem adulationem. Odium enim, & invidiam bene geſta aut omnino tacent, aut dicendo tranſcurrunt, aut calumnioſe tranſmutant. E contra male geſta dicunt, dilatant & amplificant. Carnalis autem dilectio & infernalis adulatio, quæ male geſta ſunt, ſcientes ignorant, & ignorantiam ſimulantes, veritatem occultant; bene geſta autem placere quærentes, ſpatioſe dicunt, & plus juſto magnificant. Sic per hæc quatuor, aut in bene geſtis, aut in male geſtis veritas evaneſcit, falſitas ſuperducto colore niteſcit. Spiritualis autem dilectio veritatis amica, nec male geſta celat, nec bene geſta pompoſe dilatat; ſciens, quia & geſta ſæpe proſunt ad correctionem; & bene geſta frequenter obſunt, dum ducuntur in elationem. Melius eſt enim adverſitate mentem refrænare, quam proſperitate contumaciter inflari. Lector autem fructum capere non poterit, niſi aut diligenter attenderit, aut penitus intellexerit; cur bona bonis, mala malis; bona malis, mala bonis eveniant.

Cur bona bonis mala malis eveniant.

2 Cur bona bonis concedantur, dupliciter intelligi poteſt; aut enim ſic boni ſunt, ut per tentationes hujus ſæculi nec probatione, nec purgatione indigeant: aut eo modo boni, ut, ſi per tentationes pulſarentur, fortaſſis pro modulo ſimplicitatis ſuæ deteriorarentur. Taliter *a* ergo nec in luto hujus mundi converſatione fœdantur, ut per ea, quæ patiuntur, aut ad correctionem invitentur; aut, ſi reſipiſcere nolunt, intelligant; quia & hic, & in futurum mala ſuſtinendo damnari debeant. Mala autem bonis aliquando *b* non ut mereantur, ſed ut per tormentum augeatur eis meritum, per meritum amplificetur præmium. Aliquando vero levis culpa ſubeſt, pro qua hic leviter caſtigantur, ne in futuro deterius crucientur. Bona vero malis conceduntur, ut aut ſic pietatem Dei recognoſcant, & a perverſitate ſua reſipiſcant; aut reſervetur eis in improperium, quod recognoſcere noluerunt largitorem bonorum.

a

b

Nil antiquum, niſi fuerit novum.

3 Hæc, quæ præſcripſimus, in omnibus geſtis & ſcriptori & lectori non inutilia eſſe putamus. Scimus inſuper, & ſæpiſſime audimus; quia in omnibus ſcriptis antiquitas delitioſe veneratur; novitas faſtidioſe repudiatur. Sed quæ recipiuntur ut antiqua, niſi primitus eſſent nova, non eſſent antiqua. Quare præcedit novitas, ut ſequatur antiquitas. Stultum eſt ergo quod præcedit, ſpernere; & quod ſequitur, quodque a præcedenti habet ut ſit, non recipere. Raro enim a ſitiente rivus quæritur, dum fons habetur. Dicimus hæc, non ut abjiciatur antiquitas, ſed ut recipiatur novitas. In omnibus quippe ſcripturis, ſi eſt veritas, & utilitas, æque valet novitas & antiquitas. Fortaſſis eſt qui dicat; quæ utilitas in geſtis legendis eſſe valeat? Huic reſpondemus; quia quiſquis alterius geſta legit, ſi bona ſunt, invenit quod ſequatur, ſi mala habet unde exterreatur. Geſta namque alterius legere, in ſpeculum *c* eſt reſpicere. Si quid in eo vides, quod tibi diſpliceat, in te corrige: ſi quid, quod placeat, imitare. Ceſſet prælocutio; prælocutionis cauſa ſequatur.

c

D EX EDIT. GRETSERI.

ANNOTATA.

a *Legendum haud dubie* tales, *cum ſit rectus verbi* fœdantur.

b *Deeſt verbum* obveniunt *vel* accidunt.

c *Alludit ad Terentii Adelphos act.* 3, *ſcena* 4. ℣. 33.

ANNUS CHRISTI MII, *S. HENRICI IMPERANTIS* I.

MIlleſimo ſecundo anno ab Incarnatione Domini, Indictione duodecima *a*, Otto tertius Imperator Auguſtus, Paternæ quod eſt caſtellum Romaniæ, moritur. Vir dum juxta corporis ſpecioſitate floridus, morum probitate modeſtus, ætate quidem juvenis, ſed ingenua capacitate ſenilis. Benignitate mirabilis. In cujus geſtis ſcribendis ſatis avidus eſſem, ſi aut memoriter tenerem, aut relatorem certum haberem. Hoc tantum ſcio, quia, quamvis in primæva ætate plurima pueriliter egiſſet; in ſupremis irreprehenſibiliter vivebat. Deum amabat, amando timebat, omnibus placebat, nemini diſplicebat, niſi forte infidelibus: quia innatum eſt bonis, malis diſplicere, & bonis placere. Tandem qualis ejus anteacta vita fuiſſet, in morte ipſius, qui affuerunt, videre potuerunt. Quicumque enim interfuit, in devotione ejus intelligere potuit, quia non obiit, ſed ad deſiderium ſuum ſingulare migravit. Ad creatorem creatura fidelis ex voto redire properavit. Cujus non obitus, ſed tranſitus omnium, qui ſanæ mentis erant, luctus mirabilis, planctus erat incredibilis.

In Orbeni. III imperabit quod eſt caſtellum Romaniæ moritur.

Virtutum diſpergis munera.

a

5 Dolor eſſet etiam inſanabilis, niſi ſuperſtes ei exſtitiſſet Heinricus dux glorioſus, & vir ad regnum ſuſcipiendum ſtrenuus. Istunc temporis ducatum in Bavarienſi regno tenebat, populum pacifice regebat, pacem amplificabat, eccleſiarum facultates augebat, leges & religiones magnificabat. Tandem F ſic in ducatu vixit, quod omnibus placuit, ut de ducatu tranſducererur ad regnum, de vexillo extolleretur in ſolium hereditarium. Hereditarium dicimus; quia, ut ab his, qui genealogias computare noverant, audivimus, a Karolo magno ex parte patris decimam ſeptimam; ex parte matris, decimam ſextam lineam propagationis tenebat. Inſuper tertius Otto *b* poſt obitum in Regem eligebatur, & ipſi tertium ad invicem conſanguinitatis gradum tenebant. Mater autem Iua Conradi regis *c* fuit filia.

Henricus Dux Bavariæ varia tempora jus gerens exſpectat.

b

c

Invidia veſte ſororum tegitur.

6 His anteceſſoribus exortus ſucceſſor ingenuus eligitur, & ut Rex fiat, ab omnibus deſideratur. Sed qualiter ad regnum ab his, qui ſanæ mentis erant, invitatus fuerit; qualiter etiam invidia virorum bonorum comitatrix per ſuos ſatellites [id] impedire tentaverit, nec mihi faſtidioſum eſt dicere, nec ceteris ſuperfluum audire. Invidiam bonorum comitatricem me dixiſſe, ne mireris. Quia ubi abundant ſtrenue geſta, abundat

Digitized by Google

A & invidia. Unde quidam Philosophus interEX EDIT. GRETSERI. rogatus a discipulo suo, qualiter vivere posset, ut invidiorum corrosiones devitare valeret; respondit; nil bene, nil strenue, nil prudenter agas, & ita te posse detractiones invidorum declinare scias. Aut igitur stultos esto, & invidiam declinato; aut prudenter agito, & invidiam sustineto.

Otho defunctus in Germania reportatur

7 Ottone ergo glorioſissimo Imperatore defuncto, Cisalpini, qui cum eo erant, archiepiscopus Colonienſis, episcopi Leodicenſis, Augustenſis & Constantienſis; Otto filius Caroli, Henricus & Junemannus Comites, & ceteri quamplures fideliter agentes, cum maxima difficulate, & periculis pluribus per Veronam, per Bavariam, cadaver ipsius reportabant. Quibus Dux nobilissimus cum Bavaricis Episcopis & Comitibus obviam ve*d* nit, corpus senioris *d* & consanguinei sui, qua decuit, veneratione susceptt, totum exercitum, qua debuit liberalitate recepit *e*; *e* per terram suam, qua oportuit commoditate conduxit. Tandem Muneborg perveniens, ipse suis humeris corpus Imperatoris in civitatem subvexit, pietatis exemplum & B humanitatis exhibens debitum, exercitum diurnare fecit, ut & ipsi de utilitate, & consolatione regni colloquerentur, & equi itineris longitudine fessi recrearentur. Ibi quibusque melioribus regia dona faciens, junxit sibi per amicitiam, quos postmodum susceptu*f* rus erat in militiam.

Intùs fima sepelimtur Augusta, corpus Aquisgrani.

8 Deinde cum corpore usque Augustam veniens in basilica S. Afræ, juxta sepulcrum S. Udalrici decentissime sepeliri Imperatoris interiora fecit, & pro anima ejus eidem ecclesiæ centum mansos ex propria hereditate concessit. Ibi vale dicens ceteris, ipse ad propria remeavit. Corpus vero Imperatoris, Aquisgrani transvectum honorifice, ut adhuc videri potest, in medio ecclesiæ S. Mariæ sepultum est, Quam ecclesiam idem benignissimus Imperator & unice dilexit, & plurima facultate ditavit.

Præcipui principes Imperii.

9 Tunc temporis post Heinricum Ducem magnificum, majores erant in regno, C Benno Dux in Saxonia, Herimannus Dux in Alemannia, Theodoricus in Lotharienſi regno, Ekehardus marchio in Toringia. Benno ut sapiens, non animabatur ad regnum, sciens Heinricum vigere præ ceteris ad obtinendum. Sapientis enim est, spernere in his appetitionem, in quibus scit fieri non posse consecutionem. Theodoricus quoque Heinricum Ducem in regno esse sciens heredem, noluit incipere, quod non posset finire. Herimannus vero homo potens, & in ceteris prudens; in hoc tamen non sapiens; se posse credidit, quod postmodum se non posse probavit. Ekehardus autem nescio an in adipiscendo regno spem tenens, an rebellionem meditans, in regia curte, quæ Poleda *f* dicitur, *f* per noctem ab inimicis suis egreditur, viriliter pugnans interficitur. Remansit contentio inter Heinricum Ducem glorioſissimum, & Herimannum virum potentissimum, sed brevis & cito finem habitura. Erat namque alter alteri dissimilis nobilitate & sapientia; facultate & corporis elegantia.

10 Intrante igitur Junio Dux Heinricus, Rex cito futurus, de Bavaria & Orientali, Francia collecta multitudine non modica, su D per Rhenum Wormatiæ venit, cupiens ibi transire, & Moguntiam ad regalem benedictionem percipiendam venire. Sed Dux Herimannus, adunatis Alemannis & quibusdam Francis, & Alsatiensibus, Wormatiam ad contradicendum transitum festinavit, ibique transire nec unum permisit. Et facile resistere poterat, qui Rhenum adjutorem habebat. Erant autem cum Duce Heinrico viri illustres & sapientissimi; Archiepiscopus Moguntinus, archiepiscopus Salzburgensis, Episcopus Brixiensis, Episcopus Wirzeburgensis, Episcopus Regenesburgensis, Episcopus Strasburgensis, Episcopus Batavienſis, Episcopus Frisiensis, Abbas Fuldensis, ceteri Abbates & Comites plurimi.

Henricus Wormatiam tendit, frustra obsistente Herimanno;

atque Rex ad se venire visum hostem aggredi tur;

11 Cum his Dux, habito consilio, reditum in Bavariam simulavit, & quasi transitum desperans, Loresheim venit. Inde Moguntiam festinans, sine impedimento transivit. Ibi octava Idus Junii in Regem eligitur, acclamatur, benedicitur, coronatur. Ibi Franci & Mosellenses *g* conveniunt, Regis effi- *g* E ciuntur, & majestatem ejus ex debito venerantur. Celebratis igitur diebus ordinationis suæ, & quibusque venientibus in militiam susceptis, Rex Rhenum iterum transit, cum maxima multitudine per Orientalem Franciam in Alemanniam ire properavit, ut Herimannus, audita devastatione terræ suæ, a cœpta rebellione desisteret, & caput, ut ceteri, regiæ majestati subderet. In Alemanniis igitur Rex pluribus diebus moratur, nolens & volens terram depopulatur.

qui spretis admonitionibus;

12 At Hermannus *h* duræ mentis, & proterræ cervicis, iratus super Episcopum Strasburgensem, eo quod sapienter egerit, & partem meliorem elegerit, juncto sibi Cunone genero suo, Argentinam adivit, & militibus Episcopi non fideliter resistentibus muros civitatis fregit, spolia non modica cepit, ecclesiam violenter intravit, & impie violavit. Interea Rex, qui erat in Alemannia, Augiæ nativitatem S. Joannis celebrabat, & neminem timens, se potenter habebat: cum nunciatum esset ei, quod Herimannus obvius venire vellet, & pugnæ termino litem finire; F sententia hæc Regi placuit; ab Augia discessit; in quædam prata amplissima, & ad decertandum opportuna pervenit. Ibi adventum Ducis expectans & pugnæ judicio *i* subire non refutans, solennitatem Apostolorum celebravit. Sed Herimannus, salubri consilio usus, occurrere Regi renuit, & sibi suisque salubrius esse ut latitaret, quam obviam veniret, credidit.

h *i*

Rebelli alcum subire cbuit, divinæ ultionem p. sit.

13 Regi ergo sic præstolanti, quidam non providæ mentis dabant consilium, ut Constantiam iret, & ibi Herimanno, quod in Argentina commeruerat, recompensaret. Episcopi enim Curiensis & Constantiensis, cum Herimanno erant, non tantum illum ex corde ad regnum eligentes, quantum vicinitatem ejus timentes, & de termino litigii dubitantes. Sed Rex, ut erat providus, & de dominio ejusdem civitatis securus, illis leniter & blande respondit; Absit, ut pro Herimanni insania in illum retorqueatur vindicta, a quo mihi regni est concessa corona. Fortassis etsi pro Argentina Constantiam vastarem, non mihi damnum minuerem, sed

du-

Digitized by Google

A duplicarem. Insuper male comparat regnum, qui in ejus adeptione animæ postponit detrimentum. Coronavit me Deus non ad violationes Ecclesiarum, sed ad puniendos violatores earum. Diu igitur in pratis exspectans, & ad ultimum, sciens non venturum, inde *k* discessit, & per Alemanniam, curtes *k* Ducis ubique vastando ire cœpit.

a quo fuas exhibet Henricus

14 Tandem pauperum clamor nimius excrevit, & usque ad Regis aures pervenit. Quem Rex diu ferre non potuit, sciens eos nihil in duritia Ducis deliquisse, & ob hoc plus justo passos fuisse. Quapropter pietate motus ab Alemannia recessit, & in Franciam *l* terram unice sibi dilectam venit, certus de Duce, quia vellet nollet, cervicem flectere, & jugum pati quandoque deberet.

l

qui rejectis de ducatu Bavariæ Hezilonis populavit,

15 Prætereundum non existimo, quod antequam Rex ab Alemannia exiret, Hezelo, Bertholdi filius, quem tempore ducatus sui ultra omnes Comites regni hujus ditaverat, legatos quos in ipso exercitu meliores eligere poterat, ad ipsum transmisit [&] ut Bavariensem ducatum sibi concederet, inconsulte rogavit. Sed inconsultæ quæstioni consulta paratur responsio, & festinanti petitioni, ponderata monstratur deliberatio. Patienter enim audita legatione ait; Quos semper præcipuos inter omnes gentes habui, quosque semper toto mentis affectu amavi, hos adepta benedictione regali, in lege sua nec deteriorare volo, nec deteriorari patiar, dum vixero. Legem habent, & ducem eligendi potestatem ex lege tenent *m*: hanc ne dum ego frangam; quicumque frangere tantaverit, me inimicum habebit. In hac etiam expeditione male [nil] promernerunt, ut cuilibet eos, absque eorumdem electione, concedam. Adhuc mecum sub ancipiti fine militant & ego eos nolentes cuilibet mortalium traderem? Exspectet, ut in Bavariam redeam; ibi, si illum elegerint, eligo & laudo; si renuerint, renuo. Nec etiam existimo illum esse tantæ insipientiæ, ut ex meo dedecore honorem suum quærat amplificare. Hezelo accepto hujusmodi responso, fomitem rebellionis concepit, quem post annum monstrando in dolorem sui peperit.

m

B

C

a Saxonię Principibus recipitur.

16 Rex igitur non multis diebus in Francia moratus, in Turingiam ivit. Ibi absque mora Guilhelmus Princeps Toringorum cum exteris occurrens, Regis efficitur. Inde Rex procedens in Saxoniam, pervenit Merseburg *n*. Benno Dux Saxonum, Bulizlaus Dux Sclavorum, Liebzo Archiepiscopus Bremensis, Benno Episcopus Hildenensis *o*, Ratherius Episcopus Paderbornensis, Arnulphus Halberstetensis, ceteri Episcopi de Saxonia, & Comites plurimi in festivitate S. Jacobi Regi occurrunt, acclamatum suscipiunt, collaudant, collaudato manus singuli per ordinem reddunt, redditis manibus fidem suam per sacramenta promittunt, fide promissa, regem coronant, coronatum in solio regio locant, locatum debita congratulatione venerantur.

n

o

Perfidia Bolezlai ducis Sclavorum.

17 His strenue peractis, Bulizlaus inde discedens, ab ipsa die, qua fidem promiserat, & promissam sacramento firmaverat, perversa meditari, & meditata, prout potuit, cœpit machinari. Ipse enim & Hezelo colloctione in invicem habita, alter alterius venenatis consiliis tactus, uterque cœpit, quod utrumque male finisse puduit. Interea Regi a Saxonia in regnum Lothariense properanti Gruonæ occurrit uxor sua, Domina Cunigunda nomine jam extans, sed re cito regina futura. Inde enim Paderbronam veniens, in festo S. Laurentii, acclamatur, benedicitur, coronatur, & fit Kunigunda Kuninga *p*, quod Latine interpretari potest, regina, regina.

D

EX ED. GRETSERI.

p

Coronatio Paderbornæ Cunigundæ,

18 Sed ut numquam serenitas, quam non sequatur nubilositas; sic raro jocunditas, quam non comitetur adversitas. Nam in benedictione Reginæ cunctis exultantibus, Bavarii (quorum mos est in aliena terra velle, quod in sua volunt *q*) circa civitatem fruges colligere, & agricolas sua defendere volentes, irrationabiliter cœperunt tractare. Quæ res indigenas commovit, & ad resistendum etiam fortiter, animavit. Domestici igitur Regis, & indigenæ, invalescente contentione, confluunt, concurrunt, conveniunt. Pugna gravis oritur, ex domesticis Regis juvenis unus interficitur, frater scilicet Domini Filberti, qui tunc temporis erat Cancellarius, postmodum vero Frisiensis factus est Episcopus. Hujus interfectione omnes Regis fideles commoti graviter, cives cœperunt persequi, & eos persequendo, insatiabiliter grassari. Et nisi regia potestate tetinerentur, omnes usque ad *interneicium r* persequerentur.

q

E

r

pugna inter Bavaros & alios fideles.

19 Cum plurima igitur difficultate sedato tumultu, castigatisque illis, quorum stultitia causa seditionis extitit: inde Rex Diasberg properat, illic Lothariensium adventum exspectat. Occurrunt primi Leodicensis, & Cameracensis Episcopi, nil de regis prudentia dubitantes, nil de fide ejus hæsitantes. Occurrit etiam Colonensis Archiepiscopus, sed quanto ditior, tanto morosius. Erat insuper causa dilationis, Moguntiæ accepta coronæ benedictionis. Hi simul Regis efficiuntur, fidem promittunt, promissam sacramento concludunt. Cum his Rex Aquasgrani perveniens, ceteris Lothariensibus convenientibus in nativitate, post partum Virginis eligitur, collaudatur in regiam sedem extollitur, glorificatur. Sed sub ea glorificatione quidam palmas, quidam lacrymas fundebant. Lacrymantes namque Ottonem dolebant amissum, Heinricum non cognoscebant susceptum.

F

Herimannus Henrico suppletur.

20 Sic igitur Rex in regnis singulis antecessoris sui, præter Italiam & Alemanniam, receptus, & ab omnibus unanimiter collaudatus, in Franciam revertitur, ut ibi hiemis asperitate transacta, vere amœnitatem reducente, in Alemanniam exercitum duceret, & Herimannum, qui consiliis prudentium uti nolebat, diversis vastationibus afflictum, pati jugum doceret. Sed Herimannus, qui consilia juvenum sequendo, & spem vacuam tenendo extra se positus erat, se in semetipsum recollegit, & in solennitate S. Remigii Bruxellæ *s* Regi obviam venit, sciens melius esse, ante damnum non feciffe pœnitere. Nudis igitur pedibus cum fidis intercessoribus Regi se repræsentat, pro male commissis veniam petit, pro bonis suis per regium donum possidendis gratiam quærit, pro his impetrandis, humo tenus genua flectit.

s

Digitized by Google

A EX ED. GRETSERI. *recipitur in gratiam.*

21 Illico benigne recipitur, & ei, quod quærebat cum omni humilitate, conceditur. Tantum cujusdam conditionis internectitur ratio; quæ, quamvis ad præsens gravis; in futuro tamen, ei erat salubris. Eo enim tenore in gratiam recipitur, ut Argentinensis ecclesia ad pristinum statum ex detrimentis suis per illum reformetur. Quod ille non renuit, sed jussu & consulto Regis, dicta ecclesiæ abbatiam S. Stephani, in recompensationem detrimenti a se illati, tradidit. Hac conditione firmata per manus & sacramenta, Regis efficitur, & sic se contentionem male cœptam finisse, lætatur. His expletis in Bavariam, nativam terram suam, Rex redire decrevit, volens novos sic frequentare fideles, ut postponendo demembraret veteres.

Benefi-centia in Bladema-riam.

22 Regensborg igitur S. Martini solennia celebraus, Blademario cuidam Sclavo ducatum Boemicensem largitur, & ut ceteris acceptabilior existat, illum plus justo verbis & rebus honorat. Plaribus igitur diebus in Bavaria moratur, quærentibus legem justitiam faciens, & visitandi gratia venientibus, honorem, B peous quisque dignus erat, exhibens.

Adversus Harduinum tyrannum,

23 Eodem tempore quidam episcopicida, Harduinus nomine, non regnabat, sed victis in se regnantibus, subserviebat in Italia. Audita enim morte Imperatoris Ottonis, Longobardi surdi & cæci, & de futuro non providi, hunc elegerunt, & ad pœnitentiam festinantes in regem sibi coronaverunt. Is tunc, ut dixi, subserviens dominabatur, & adventum Regis Heinrici semper exspectans, introitus Longobardiæ, quos Clusas indigeum vocant, cum cautela satis provida tuebatur. Quod etiam verum Dei erat judicium: Episcopos, qui in electione illius præ ceteris omnibus æstuantes & sitientes fuerunt, honorabat ut bubulcos, tractabat ut subulcos. Quadam namque die episcopum Brixiensem ad se venientem, & nescio quid ratiocinari volentem, ut cœpit ei ratiocinatio displicere, per capillos arripuit, & humo tenus quasi buoulcum vilissimum dejecit. Cum majoribus nihil tractabat, cum juvenibus omnia disponebat. Quod etiam erat gravissimum; sub eo prævaricatores, violatores, depopulatores C dominabantur; legum amatores, Dei cultores deprimebantur. Cupiditas in eo erat consiliaria; avaritia, cameraria; pecunia, domina & regina. His pedissequis adulterina sceptra tenebat.

In Episcopi Heinrico favente contumaciam,

24 Quapropter quidam pro coronatione illius, pœnitentia ducti, Regi Heinrico, alii legatos, alii literas transmittunt, ut terræ, oneri gravissimo subjacenti subveniat, humillima prece deposcunt. Mandant etiam, ut si ipse idem in aliquibus occupatus teneretur, saltem eis suorum Principem aliquem cum paucis transmitteret. In voluntate hujusmodi, aliqui manifesti; aliqui erant occulti. Tieboldus namque marchio, & archiepiscopus Ravennas, & episcopus Mutinensis, Veronensis, & Vercellensis, aperte in Regis Heinrici fidelitate manebant. Archiepiscopus autem Mediolanensis, & episcopi Cremonensis, Placentinus, Papiensis, Brixiensis, Comensis, quod volebant, manifestabant. Omnes tamen in commune Regem Heinricum desiderabant, precibus per legatos & literas invitabant.

25 Tandem a Rege Otto dux Carentanorum, qui etiam Veronensem comitatum tenebat, ad petitionem Longobardorum expediendam, eligitur, & cum paucis, propter fiduciam superius nominatorum, in Italiam dirigitur. Cui etiam Otto filius Heriberti cum Eroetio filio Tieboldi marchionis adjungitur. His, inter montana, quæ Bavariam & Carinthiam ab Italia sejungunt, super aquam, quæ Brenta vocatur, convenientibus, Carentani & Foro-Julienses, cum paucis occurrunt, veluti de promissis Italicorum fiduciam habentes, & de pugna nil cogitantes. Interea archiepiscopus Ravennas, & Tieboldus marchio cum ceteris manifestis fidelibus Heinrici Regis suos congregaverant, volentes occurrere Theutonicis, & eos in Italiam cum securitate recipere. Hæc Harduinus præsciens, Veronam cum maxima multitudine venire festinavit, ut & ibi Italicis, in adjutorium Theutonicorum festinatibus, viam intercluderet, & Clusas, quæ ab episcopo Ve- D
parantur arma, quæ ipse armis repellere tentat,
ronensi servabantur, expugnaret: quod & fecit.

ejus fraudem,

26 Clusis igitur expugnatis, audiens Theutonicos in Tridentensem planitiem convenisse, illo cum omnibus suis festinavit. Sed ibi Theutonicis non inventis, se in campaniam Veronensem reduxit, ibique in quodam Castellulo Nativitatem Domini celebravit. Sed ab hujusmodi homine celebratio, rectius celebrationis dicetur abusio. Interim Theutonici juxta montem quemdam, qui Ungarius (nescio qua de causa) vocatur, prævenientes; & Harduinum jam Clusas occupasse scientes, ipsi Harduino legatos suos transmittunt, & ut aut eis cedat, donec transeant, aut sibi cedentibus veniat, rogant. Harduinus, audita legatione, sese in fraudem deceptionis convertens, ait; Nobiscum nocte maneatis, crastina die cum nostris fidelibus inito consilio, vobis respondere poterimus.

qua Heinricianorum circumveniunt,

27 Legatis igitur insidias non intelligentibus, ipse per totam noctem castra suorum circuit, ut in crastino parati sint ad congrediendum Theutonicis, monet. Die lucente, legati venientes ad accipiendum responsum, F Longobardos omnes loricatos, & ad prælium paratos vident; quid hoc significet, Harduinum interrogant. Ille consilium iniquitatis evomens, ait; Fortassis unius temporis erit renuntiatio vestra. Inde promovens exercitum media die ad Ungaricum montem pervenit. Exercitus autem ille existimabatur MXV esse virorum. De Theutonicis vero vix erant quingenti; & hi partim per fodrum *t* divisi; partim ad vias custodiendas transmissi. Qui, Harduini adventum percipientes, repente armantur, & G, prout possunt, ad resistendum parantur: virtutis eligentes famam, & postponentes vitam.

ei insuper venit, cum eo confligit.

28 Interea Harduinus cum Longobardis H supervenit. Otto cum Theutonicis obviam venit. Fit congressio, fit pugna, fit cædes ex utraque parte gravissima; & pene Theutonicorum, quamvis pauciss*imorum*, esset victoria, si non impediret Ottonis, Fratris Regensburgensis episcopi, fuga. Illo enim fugiente, Theutonicorum acies minuitur, & iterum a multis congressa, devincitur. Longobardorum tandem exstitit victoria, sed plurima suorum cæde comparata. Reverentur

Theu-

A Theutonici, & sic tunc confusi, quandoque tamen talionem reddituri. Interea Rex a Bavaria in Franciam reversus, Frankenfort Nativitatem Domini celebrat, multorum legationes suscipit, legatos cum muneribus & responsis dignis remittit. Herimannus etiam, jam ante jugum pati nescius, eidem celebrationi interfuit, & , ut oportuit, per omnia regiæ majestati obediens fuit.

ANNOTATA.

a *Voluit dicere decima quinta*; *fortasse amanuensis aliquis per* XV *descripserit quod alter mutaverit in* XII, *ut clarius patebit in anno sequenti qui signatur Indictione* I.

b *Locum hunc corruptum esse, recte advertit Gretserus; verum satis patet, legendum* post Octonis tertii obitum.

c *Nempe Burgundiæ*.

d Senior *pro Domino, quod hic, apud Ditmarum & alios frequentissimum est, unde Gallicum* seigneur.

B e *Forte* refecit, *inquit Gretserus, quamvis etiam intelligi possit, exercitum liberalitate conciliatum, adeoque receptum fuisse*.

f *Celebre fuit per id tempus palatium a* S. Henrico *sæpe frequentatum, ut lege apud Ditmarum & in Annalibus Hildesemensibus*.

g *Intellige* Mosellanos, *seu eos qui ad Mosellam fluvium incolunt*.

h *Scribitur promiscue* Herimannus *seu* Hermannus.

i *Gretserus restituit* judicium: *lege*, pugnæ aleam subire non rennens.

k Curtis *pro palatio sumitur, ut jam de* Poledæ *seu* Polichi *diximus, Gall.* cour, *Belg.* hof: *hic pro bonis, fundis seu possessionibus accipi videtur*.

l *Nempe* Franciam orientalem, *seu* Franconiam.

m *Hæc accommode intelligenda sunt: nam Bavaros plenum electionis jus habuisse verosimile non est: quin & Sanctus ipse Henricum, S. Cunegundis fratrem, iis ducem dedit, atque eumdem pro* C *suo arbitrio deposuit & restituit, ut habes in Comment. prævio*.

n *Alias & melius* Merseburch.

n *Quis hic sit* Benno Hildenensi episcopus, *nescio: puto, indicari* S. Bernwardum *antistitem* Hildesemensem, S. Henrico *fidum & carum*.

p *Alludit auctor ad nomen* hunig, *quod Germanis* Rex *est*, regina hunige.

q *Malim legere* nolunt, *nam neque Bavari neque alii in* terra sua *prædando assuescunt*.

r *Satis patet, voluisse scribere* internecionem.

Tu ditione episcopi Spirensis, alias Bruckſalia. *Reliquus sensus melius intelligitur quam explicari possit*.

t Pabulatum missi erant, *nam* fodrum *sumitur pro pabulo vel annona, hominibus æque ac jumentis necessaria, de qua voce plura vide in glossariis*.

ANNUS CHRISTI MIII, HENRICI IMPERANTIS II.

Henricus Rex subditis jus exigit dicit.

ANno ab Incarnat. Dom. MIII. Indictione prima, Rex Heinricus in Mosellensem pagum, in quem nondum intraverat, ire decrevit, sciens, quod terra, quam Rex non frequentat, sæpissime pauperum clamoribus, & gemitibus abundat. Theodonis-Vil-

lam igitur venit, & ibi cum omnibus Mo- D
sellensibus generale colloquium tenuit. In EX EDI.
quo colloquio duces Herimannus, & Theo- GRE-
doricus, qui defensores & coadjutores legum TSERI.
esse debebant, conscii sibi ipsi, impugnatores erant, & expugnatores esse volebant. Sed Rex ut hoc cognovit, quanto eos adversus justitiam pertinaciores vidit, tanto ardentius institit, & quibusque, super ipsos etiam duces clamentibus, legem faciendo fœdegit. Tandem inter diversos clamores castellum unum ducis, quod Mulsberg vocabatur, in detrimentum pagensium esse comperiens, diruere jubet, ut non restruatur communitione potentissima monet.

30 Colloquio potenter habito, Aquasgrani ire decrevit, ut ibi & anniversarium Imperatoris debita devotione recoleret; & Lotharienses ad se confluentes, ad fidelitatem sui, & utilitatem regni corroborat. Interim infirmitate gravissima tangitur, & Rex omnis fit, homo esse monetur. Iter tamen cœptum finivit, & Aquas usque pervenit. Ibi commemoratione consanguinei, & Senioris sui a devotissime habita, plurima de sanctitate S. Servatii audiens, Trajectum ivit, ut & Sanctorum ibi quiescentium sibi intercessiones imploraret, & ad servitium Dei locum & vitam canonicorum ordinaret. Ibi primum de bello inter Italicos & Theutonicos habito audivit; &, quod sapientis est, æquanimiter tulit: sciens, nec cælum semper posse serenari, nec res humanas sine intermissione prosperari.

Celebrat anniversarium decessoris & Treſellum pergit.

E

Inde Leodium; rursus Aquisgranum, & Noviomagum,

31 Inde S. Lamberti merita non parvipendens, Leodium venit. Ibi cholicam infirmitatem ab antecessoribus suis ingenitam, gravissime patitur: &, qui per regalem potentiam usu humanæ fragilitatis extollitur, per corporalem molestiam paterna castigatione reprimitur. Aquasgrani iterum revertitur, Purificationem S. Dei Genitricis celeberrima devotione veneratur. Lothariensibus, data licentia, inde discessis, Noviomagum venit. Ibi pluribus diebus Quadragesimæ moratur, Deo, F
quæ Dei sunt, reddens, & hominibus, quæ sua sunt faciens. Interea Bladeimarius dux Boemensis moritur, & Bulizlaus infidelitatis venenum, ex propriæ iniquitatis fonte potatum, in contrarietatem Regis evomere nititur. Nam Pragam, quæ caput est Boemiæ, per pecuniæ deceptiones, per falsas promissiones, per astutissimas fraudes invadit. Milziaviam quoque Saxoniæ & Poloniæ interiacentem marchiam, insidiis, quibus edoctus erat, suæ infelicitati subjicit.

32 Quod cum Regi nuntiatum esset, non inflammabatur, non stomachabatur, non ad vindictam repentinis motibus animabatur; sciens, quia ira & festinatio semper inimicæ sunt consilio. Sed notitiam dictæ invasionis dissimulans, mandavit ei per legatos sapientes & eloquentes, ut terram suam, quæ Principe noviter erat viduata, non invaderet, quam, si vellet, cum gratia sua & dono voluntario acquirere posset. Hujusmodi legationem Bulizlaus audiens infelix mandata sprevit dulcia, amara quandoque passurus verba. Erat enim Hezelo cum eo puteum fodiens rebellionis, de quo infidæ bibiturus erat aquam confusionis; laqueos quoque con-

ubi audito Boleſlai violentia juſſam vindictam meditatur.

Digitized by Google

A nectens, casurus in ipsos. Quadragesima finita, Rex, qui Thelеborg *b* Pascha celebrat, & Bulizlai violentiam, ut sapiens, scienter ignorat: Ottonem quoque, & Ernestionem tunc sibi obviam ab Italico prælio venientes, pro vulnerum susceptione, pro necessariæ fugæ confusione, donis regiis honorat, & debita consolatione relevat ..... quoque tunc usque Saxonibus infestos, ultro venientes *c* suscipit, & sub benignitatis discretione sibi fidelissimos reddidit.

EX ED. GRETSERI.

b

c

33 Post hæc in diebus Rogationum Meresberg *d* moratur, ibique ei de Bulizlai, & Hezelonis contumacia renunciatur. Ipse, credere dissimulans, inde discessit, & ad celebrandam Pentecosten Halberstete venit. Deinde in Bavariam tendit, scire volens, an, quæ de Hezelone dicebantur, vera essent. Quo cum perveniset, & Hezelonis furorem circa loca sibi finitima irrationabiliter accensum comperisset: ac Bulizlai adjutorio illum fretum esse novisset, Bulizlao talionem in futura reservans, a sinu regni sui insitæ pestis radicem primum extirpare decrevit, ut interioribus quieti & paci restitutis, exteriores inquietationes facilius postmodum extingueret; non ignorans, quoniam insipientis est in vulnere repente cutem sanare, & contusionem carnis sub sanatione cutis occultare. Vulneris enim curatio, si ab interiotibus ad exteriora deducitur, firmior in superficie concluditur

Hezelonem ei foederatum audiens,

d

B

34 Interea & Ernesto *e* eidem rebellioni adjungitur, nulla læsione coactus, sed, vel juventutis fervore, vel per eum commoda sua amplificare quærentium suggestione seductus. Dominus Bruno etiam frater Regis Heinrici & episcopus associatur, ætate juvenis, & per juventutem ad seducendum facilis. Et hoc infidelium erat gloriatio, quod in partibus suis fratrem Regis habebant. Hæc ergo conspiratio, quanto juniores & insipientiores colligit, tanto turpius & enervius defecit. Dicitur enim; Insipientium glomeratio, consilii est dissipatio: & consilii dissipatio actuum est enervatio.

e *Item Ernestum, & præterea fratrem B. unum;*

C

35 Rex igitur quosdam Lotharienses & Francos ac Bavarios colligens, intrante Augusto, in Franciam exercitum super Hezelonem duxit; bona ejus devastavit, ipsum cum domino & Brunone & Ernestone per silvas latitare coegit. Tandem se ad castellorum munimenta contulit, quæ capi posse, nec Hezelo timebat, nec aliorum quisquam credebat. In primo igitur impetu Mertula diruitur, & Hezelonis milites in ea capti, per intercessionem Principum, sani & salvi permittuntur abire. Sclavi autem [a] Bolizlao in adjutorium missi, in servitutem exercitui distribuuntur.

intestina primum sedandi cupidus,

36 Post hæc Rex Crucinam *f* obsedit, ubi uxor Hezelonis ac filii erant, & quæque illi chariora esse poterant. In qua obsessione in primis post annonam incaute exeuntes, ab Hezelone, ceteriscque suis coadjutoribus vulnerabantur, capiebantur, occidebantur. Rex hoc cognito, quotidie quadringentos custodes exeuntibus adhibuit, ut hos custodirent, & insidias insidiantibus pararent. Hoc Hezelo cum sociis audiens, se in vallem quamdam recepit, in quam nulli, nisi per semitam unam patebat introitus: ibi tectoria fixit: ibi noctibus, nescio, an tribus aut duabus, quasi tutus de rapina pauperum vixit. Hoc custodes per rusticum unum comperientes, circa horam sextam, in qua illi se, pro æstu diei, remissius habebant, in vallem latenter descenderant, loca plurima circumeuntes, & diligenter Heinrici castra quærentes.

D

f *Hezelonem fortiter adoritur,*

37 Tandem unus eorum tentoria videns, nimis festinus ad invitandum socios, Kyrie eleison cœpit clamare; & hoc, ut citius veniant, frequenter iterare. Hæc Hezelo percipiens, relictis tentoriis, armis etiam, fugam inivit, & a manibus supervenientium se vix liberavit. Dominus Bruno quoque parmula non bene relicta, qua extra se positus utebatur, hos, quibus imperare posset, si cum fratre maneret, turpiter fugit, & sic risus, qui honor esse debebat & decus. Sed hæc juventutis erant. Dicitur enim; qui sine fræno scientiæ a juventute ducitur, in dedecoris angustias sæpe præcipitatur. Et hæc juventutis fuisse ætas postmodum monstravit adulta; quæ illum reddidit & utiliorem sibi ipsi, & fideliorem fratri. Ernesto capitur & ante Regis præsentiam ducitur.

ejusque & Brunonis,

E

38 Quidam illico Regi suggerebant, ut hunc capitali sententia feriri juberet: quatenus per eum posteri castigarentur, ne Regis offensam incurrere sine causa niterentur. Sed Moguntinus archiepiscopus, qui summum locum impetrandi quælibet apud Regem tenebat, intercessor accessit, & juvenem legi surripuit, mortique subtraxit. Tandem a Rege Crusina capitur, diruitur, incenditur. Uxor Hezelonis cum suis abire permittitur, & hoc ei per intercessionem fratris sui Ottonis conceditur. Hezelo captam esse Crusinam audiens, ad quamdam suam munitionem, quæ Erana vocabatur, fugiendo pervenit; & ibi Sigefridum quemdam Saxonem, perversæ conspirationis participem obvium habuit.

et Ernesti

39 Sed nec illic spem resistendi regiæ iræ habens, eamdem munitionem idem ipse succedit, & miseriam suam celare nescius, quantæ desperationis esset, monstravit. Hæc Sigefridus Saxo perspiciens, a spe cœptæ rebellionis cecidit; & qui per alienam fiduciam contra regiam majestatem intumuit, alienæ confusionis acredine tactus crepuit. Illuc igitur eum venisse puduit, & quanto citius potuit, ad propria remeavit. Hezelo vero cum domino Brunone ad Bulizlaum, quasi refugium unicum, fugit; & quod cuique est gravissimum, quasi mendicus alieno pane vivere didicit. Interea Rex Eranam perveniens, causam sui adventus per manus hostis invenit expletam. Venit enim, ut destrueret; sed hos destruxit, ne ipse destruendum inveniret.

& Sigefridi consilia dissipat,

F

40 Hezelone igitur fugato, castellis ejus dirutis, Rex Baveberg locum unice sibi dilectum redit, ibique exercitui data licentia, nativitatem S. Dei Genitricis celebravit. Inde in silvam Speicheshart *g*, quæ Bavariam a Francia dividit, veniens, post laborem expeditionis, delectationem exercuit venationis. Ibi autumnavit; ibi ad recreationem sibi, suisque jocunditatem plenam exhibuit. Inde per Franciam morose transiens, in Saxoniam venit, & Toringis ac Saxonibus in Milzaviam, expeditionem futuram indixit. Exinde Poledæ Nativitatem Domini celebravit.

ejusque Bambergam se recipit.

g

AN-

Digitized by Google

A

ANNOTATA.

a *Ottonis III, quem etiam supra* seniorem *vocavit seu dominum.*

b *Intellige* Quidlingburg, *vel, ut legunt Annales Hildesemenses* Quidelingaburg, *loco aquæ ac* Palithi *eo tempore notissimo.*

c *Hic aliquem Sclavorum populum ab Adelboldo indicatum fuisse, non male observat Leibnitius.*

d *Lege ut supra* Merseburg.

e Ernesto, Ernestio & Ernestus *pro eodem accipiuntur.*

f *Monet Leibnitius, legendum* Crossen, *forte* Creusen *in superiori Palatinatu Bavariæ.*

g *Alias* Spetesbart, *inquit Leibnitius, hodie* Spessart, *mons silvosus, & transitu satis difficilis; qui inter ditionem Moguntinam & ulteriorem Franconiam situs est, ut ferme error hic in textum irrepsisse videatur, nisi Bavariam in Sueviam*
B *usque tunc extenderint.*

ANNUS CHRISTI MIV, HENRICI IMPERANTIS III.

A Noo ab Incarnatione Domini millesimo quarto, Indictione secunda, ab Archiepiscopo Magdeburgensi, Gisilario nomine, qui pluribus annis paralysi tactus a metropolitana civitate exire non potetat, Rex invitatur. Ductus pietatis affectu obediens extat, & ad visitandum Archiepiscopum Magdeborg tendit. Quo cum perveniisset, Archiepiscopus jam viam universæ carnis iniit; &, qui Regem exspectabat, ad Regis Regum præcepta migravit. In cujus successionem Tageno *a* Regis capellanus illico eligitur, & in sedem episcopalem clero & populo collaudante, extollitur. Inde Rex Merseborg progreditur, & ibi Purificationem S. Dei Genitricis debita reverentia veneratur. Ibi etiam Tageno Archiepiscopus a suis suffraganeis consecratur.

Electio Magdeburgensis episcopo Tagenus

a

C 42 Posthæc, collectis Toringis & Saxonibus, Rex in Milzaviam intrat, munitiones, quas Bulizlaus occuparat, expugnare volens: sed hujusmodi dispositum hiemis asperitas intercepit, & effectum, qui expleri leviter in æstate posset, regiæ voluntati denegavit. Omissis igitur munitionibus, terram devastat, hanc incolis deputans culpam, quod pecunia corrupti, ex fide Bulizlao non restiterint. Inde Meresborg revertitur, juxta decursum Albis marchiones statuens, qui & Saxoniam, & Bulizlai incursum latrocinandi custodiant, & ipsi Bulizlao assiduæ inquietationis molestias inferant.

Bolesłai fines devastat.

43 Interea Hezelonem cœpti pœnitet, & sub alieno pane diutius vivere pudet, solivagum etiam inter alienos exulare tædet. Eligit ergo potius periculum mortis inire, quam sic vitam ducere. Tandem revertitur, & fidis quæsitis intercessoribus, Meresborg se majestati regiæ reddit. Sic contra stimulum calcitrans, bis aculeum sensit, quia & sua perdidit, & semetipsum alienæ potestati tradidit. Dominus Bruno autem apud Bulizlaum consolationem non inveniens, ad sororem suam Ungaricam reginam confugit: & etiam semetipsum recognoscens, intercessionem ejus imploravit *b*.

Hezelo pœnitentia ductus & Regi se submittit

D 44 Rex interea injuriæ, quam Theutonicis Itali intulerant, non immemor, a Saxonia discedens in Bavariam venit. Ibi Heinrico fratri Reginæ in festivitate S. Benedicti ducatum Bavariensem concessit. Tandem illi Augustam venienti, quæ in confiniis Bavariæ & Alemanniæ sita est, Lotharienses, Franci & Alemanni obviam veniunt, ad ulciscendam injuriam Theutonicis illatam voluntarii, & regio honori per omnia deservire parati. Cum his inde progrediens, ut congregaretur exercitus, in loco, qui dicitur Omuga *c*, substitit. Ibi ei dominus Bruno cum legatis Ungaricis Regis, qui ad intercedendum pro eo veniebant, ad se reversus, obviam venit, & veniam pro commissis humiliter postulans, fratris viscera movit, & celeriter ad ignoscendum inflexit: Nam in proverbio dicitur; Cuique modesto fratris lacryma cito movit viscera: & proximi calamitas, propria fit anxietas. Qua decuit ergo pietate recepit; & receptum, quæ debuit, familiaritate sibi colligavit. Inde promovens exercitum per loca sterilia, per montana aspera, per silvas spatiosas, per vias lubricas, ad Tridentinam civitatem pervenit. Ibi, in die Palmarum, qua oportuit celebritate, suos diurnare fecit. Hujus adventum Harduinus rex adulterinus, præsentiens, ad Clusas, quos sibi fidelissimos existimabat, custodes transmisit, & quantumcumque potuit, exercitum coadunare festinavit.

EX ED. GRETSERI.

b

Bruno quoque in gratiam recipitur.

c

45 Deinde in planitiem Veronensem venit, eventui primo similem in futuris exitum sperans. Hæc Heinricus Rex percipiens ad alias vias se contulit; non, ut declinaret prælium, sed ut faciliorem sibi quæreret introitum. Erat enim impossibile per Clusas, juxta Athesin, quas Harduinus, plurima multitudine tuebatur, transire. Interea capellanum quemdam suum, Helmigerum *nomine, ad Carentanos præmittit; ut Clusas longe a via recta sepositas, quæ ab Harduino minus caute tuebantur, præoccuparet, mandat. Non enim quisquam credere poterat, ut regalis exercitus par vias tam difficiles & angustas transire vel vellet, vel posset. Carentani regiis mandatis obediunt, & Helingero suadente, in duas turmas dividuntur. Una ante lucis ortum, omissis equis, latenter Clusis superpositum [montem] occupat: altera, lucescente jam die, signo ab his, qui in monte erant, audito, ad Clusas expugnandas, festinant. Custodes nihil de his, qui montem occupaverant, scientes, ad resistendum Clusas impugnantibus accedunt. Repente in monte latentes exsiliunt, Clusasque defendentibus a dorso infeste superveniunt. Custodes, se deceptos esse percipientes, alii se in fugam miserunt; alii in præcipitium; alii in Brentam aquam subcurrentem. Hac expugnatione Carentani Clusas tenentes Regem exspectant.

Heinrici expeditio in Heriduenum.

*Helingerum.

F

46 Hæc Rex per capellanum suum, quem præmiserat, resciens, festinavit ad Clusas: & impedimenta relinquens, ac secum ad pugnam expeditos sumens, cum maxima difficultate transivit. Deinde in planitiem veniens, super aquam Brentam tentoria figere jussit; ut ibi dies solennes majoris hebdomadæ

Pietas S. Henrici & exercitus in majore hebdomade.

digna

digna devotione veneraretur. Non enim ei bonum esse videbatur, ut in illis diebus, in quibus conditor pro conditis, creator pro creatis, Dominus pro servis, capi, flagellari, crucifigi, sepeliri, in agnitionem suæ charitatis voluit; indiceretur aliqua congressio, ex qua violenta Christiani sanguinis fieret effusio. Ibi ergo ab Archiepiscopo Coloniensi chrismatis sit consecratio, illis partibus tunc valde necessaria. In duodecim enim episcopatibus circa introitum Italiæ, illo die, pro confusione præsenti, nec Episcopus erat, nec chrisma sacratum. Ibi a toto exercitu Cœna Domini devotissime ad memoriam reducitur, ibi Parasceve, ibi Sabbatum sanctum piis affectibus colitur. Insuper Pascha Domini & digna veneratione celebratur, & pia celebratione veneratur.

EX EDI. GRÆTSERI.

Fugiens rebus Longobardis,

47 Post hæc Rex Palatino Comiti præcepit, ut per bannum regale exercitui toti fugæ interminaretur: adderet etiam, ut, si quis fugere præsumeret, plectendum se capitali sententia sciret. Hujusmodi banno per exercitum audito, Rex aquam in tertia feria Paschalis hebdomadæ transivit, ibique tentoria iterum figere jussit, exspectans nuncios, quos ad explorandum locum, in quo Harduinus cum suis hospitabatur, præmiserat. Interea, quæ ratione nescio, Longobardorum unanimitas fejungitur; & ad resistendum discordes, omnes ad propria redire festinant. Sive hoc timor egisset, sive amor Regis Heinrici, seu Harduini execratio; illorum, qui interfuerunt, scientiæ relinquo. Hoc tantum scio; quia illius providentia non abfuit, cujus benevolentia & cuique, quod vult, sine lite concedit, & quod vult, occultis judicii causis, per pugnam discerni consentit.

B

Henricus Rex Veronam venit,

48 Patet igitur Heinrico regi introitus; qui per laborem sperabatur, per quietem a vera quiete concessus. Venit ergo Veronam, recipitur a civibus, acclamatur, collaudatur, coronatur. Occurrit ei obviam Tietboldus marchio, occurrunt & ceteri plures, a faucibus erepti furoris, & spei redditi libertatis. Inde Brixiam progreditur, & ab Episcopo, civibusque cum omni alacritate recipitur. Ibi Archiepiscopus Ravennas cum suis, & sibi finitimi ei obviam venit, & manus nondum dominio adulterino pollutas, seniori diu exspectato reddit. Inde Rex Bergomum venit, & Mediolanensem Archiepiscopum per manus & sacramenta recepit. Inde Papiam. Ibi a multitudine maxima nobilium Longobardorum, qui ad suscipiendum eum congregati erant, per dignos applausus recipitur, & cum exultatione totius civitatis ad S. Michaelis ecclesiam ducitur. Ibi clerus, ibi nobilium cœtus, ibi plebs utriusque sexus omnes unanimes, uno ore Heinricum Regem acclamant, collaudant, collaudatum per manuum elationem designant.

C

& Papiæ coronatur Rex Italiæ.

49 Collaudatus igitur coronatur, coronatus ex debito ab omnibus honoratur. Ad palatium deinde cum omni jocunditate reducitur. Tandem, declinante jam die, diabolus pacis invidus, concordiæ inimicus, discordiæ seminator fervidus; quo, post mysterium corporis & sanguinis Dominici, Judas ad perpetrandum nefas infandissimum suscepto intumuit; eodemque suadente, in supplicium perpetuitatis crepuit; is & cives post manuum redditionem, post fidei promissionem, post sacramenti securitatem; nulla, quæ in rationem digne deduci posset, læsione coactos, adversus regiam majestatem (veneno ebrietatis immisso) commovit. Hoc itaque fusore, armantur; hoc stimulatore, incitantur; hoc ductore, ad palatium properant; hoc ordinatore, mœnia cingunt. Quidam etiam intererant instigatores, qui per propriam conscientiam turbidi, sub Harduino malebant per illicitas rapinas vagari, quam sub Heinrico fræno justitiæ ac legis adstringi. Fit strepitus, exsurgit fonitus; in palatio statim auditur. Sed quia nemo talia, post fidem eodem die promissam, credere poterat, non cito intelligitur. Rex tamen, quid sit, explorari jubet. Renunciatur civitatis furor, renunciatur plebeium animositatis insanis. Hanc Coloniensis Archiepiscopus, qui cum Rege erat, compescere se posse sperans, per fenestram suspexit, causasque tanti fusoris inquirere cœpit. Sed lapidibus & sagittis supervenientibus vix eum cœptum finire sermonem licuit. Animositas enim Longobardorum nimium fervebat, & ex eventu bellico contra Ottonem Ducem, adhuc contumaciæ vires habebat.

D

E

Ortasedition. Rex & regii fe ad defensionem parant.

50 Instant ergo palatium perrumpere Longobardi: resistunt Regis domestici, quamvis pauci. Erant enim Theutonici partim cum equis, partim per hospitia, partim per castella illi comitatui finitima. Rex illico per indignationem in iram efferbuit, & cum his, quos secum habebat, armatus exire voluit, numerum militum suorum spe superæ gratiæ supplens. At Coloniensis Archiepiscopus toto, quo poterat, nisu cum his, qui sanæ mentis erant, Regem retinebat; sciens, quia capite perdito, nulla spes evasionis superesset in membris. Interea, invalescente clamore, Theutonici congregantur, complicibus junctis, ad palatium tendunt, Longobardos ab effrænato furore paulisper compescunt. Tandem noctis densantur tenebræ, & lapidum ac sagittarum jacula Theutonicis sunt infestissima. Necessitas rapit consilium; & ad providenda jacula, citissime facit incendium. Cum multo igitur sudore Theutonici muros civitatis impugnant: cum multo timore Longobardi pro vita repugnant.

F

Audacia juvenis quidam Theutonici.

51 Tunc juvenis quidam frater Reginæ, Giselbertus nomine, a Longobardis vulneratur. Pro cujus lethali vulnere Theutonici irritantur, & præ furore contra jacula cæci, muros civitatis expugnant, ac irrumpentes, sanguine juvenis, stimulum scilicet furoris, vindicare festinant. Quorum quidam animo ceteris ardentior, Voleramus nomine, se injecit in medias Longobardorum agmina, & gladium, quo accinctus erat, extractum, uni eorum, præ ceteris insanienti, ab acumine galeæ usque in jugulum viriliter infixit, ac dicto citius, inter suos se illæsum recepit. Per totam igitur noctem pugna gravis habetur, & ancipiti termino suspensa, modo hos, modo illos, sub victoriæ spe audaciores & expeditiores reddit. Aliquando etiam Theutonici, testudine ex clypeis composita, eorum irrumpebant agmina, & quosdam vivos ex eis captos Regi representabant.

Theutonici.

52 Interea palatium, quod Theutonicis ali-

Digitized by Google

Palatium incenditur, sed cæsi Longobardi ruinam potius.

Aliquando fessis, unicum erat refugium, accenditur & incenditur, casumque minatur. Sed spe sublata refugii, magis animus eorum accenditur, & ad congrediendum iterum Italis, ferventius incitatur. Clara jamque jam die, Alamannis, qui tardius hujusmodi negotia resciverant, longe a palatio muros civitatis frangentibus, Lotharienses & Franci Longobardos iterum ante palatium graviter persequi cœperunt, & eos fugere usque in mœnia propria compulerunt. Sed jaculorum a tectis venientium densitatem diutius sustinere non valentes, ignem concti domibus immittunt; & ferro & flamma stragem civium miserabilem faciunt. Tandem Theutonicorum ira facile expleri nescia, satiatur cæde plurima; & postmodum, nullo jam resistente, se confert ad spolia. Sed jam incendio nimium invalescente, Rex a rigiditate mentis sum flectitur, suisque ut a cœpto desistant, pietate motus imperat. Quos vix compescens, diutiusque concremationis sordem ferre non valens, ad munitiunculam
B quamdam, quæ sancti Petri Cella aurea vocatur, se contulit. Cives autem vix respirantes Regem sequuntur, & ut indulgeat ebrietati, obnixe precantur. Fit eis remissio, fit eis indulgentia. Sed facilis est indulgentia, postquam culpam excedit pœna. Sic igitur quos bellum adversus Ottonem effecit turgidos, noviter induta humilitas supplices reddidit atque subjectos.

Domita Papia, reliqua orbis Italia se Regi dedunt.

53 Domita ergo Papia, tota concutitur Italia, ac indigenæ omnes ad Regem non invitati confluunt, & per omnia præceptis ejus obediunt. Civitates etiam, ad quas Rex nondum venerat, obsides ultro transmittunt, fidemque debitam per sacramenta promittunt. His expletis Rex in quemdam locum, qui Pons longus vocatur, venit; ibique Longobardorum innumerabilis multitudo accessit, seseque ad obsequendum per omnia regiæ
d majestati subjecit. Ibi habito colloquio, regnique depositis *d* negotiis, amore S. Am-
C brosii ductus, Mediolanum divertit, cujus linguæ libertatem, & morum eximietatem amabat. Hujus, ceterorumque quiescentium intercessione implorata, in prata Pontis longi revertitur, ibique Longobardos de repentino discessu ejus conquerentes, festini reditus solatur promissione. Inde Chromo *e* perveniens Pentecosten sanctam pia animi devotione celebravit. Inde discedenti Tusci ei occurrunt, & manus per ordinem singuli reddunt.

Reditus in Alsatiam, ubi forte ruina domus obruitur.

54 Posthæc Rex injuriam a Bulizlao sibi illatam teneas mente repositam, repatriare festinat; & per Montem celerem *f* in Alamanniam properat; sciens, quia terra puerili subjecta regimini laxis persæpe habenis utitur, & ex proprii arbitrii tumultuaria diversitate, per diversa præcipitia rapitur. Jam enim Dux
f Herimannus obierat, & filius suus ducatui a Rege substitutus erat: qui, nimiæ juventutis adhuc, nec semetipsum regere sciebat.
g In loco ergo, qui Turegum *g* dicitur, Rex colloquium tenuit, omnesque pro pace tuenda, pro latrociniis non consentiendis a minimo usque ad maximum jurare compulit. Sic tota Alamannia sub pacis quiete statuta, in Alsatiam venit, & in Argentina civitate dum in vigilia S. Joannis colloquium cum D
Alsatiensibus haberet, domus, in qua ad EX ED.
legem & justitiam faciendam sedebat, repen- GRET-
te corruit, unique presbytero, qui cum Do- SERI.
mina una anathematizata manere solitus erat, cruris ossa confregit. Ille solus obiit; alii nihil, præter timorem, passi sunt: sed in illius interitu didicerunt, quod sæpe per Psalmistam audierunt, Cum electo electus eris, & cum perverso perverteris.

Expeditio contra Boleslaum, Quam Rex dissimulat.

55 Posthæc Rex Moguntiam venit, ibique solito pietatis affectu, Apostolorum solennia celebriter peregit. Tum per Orientalem Franciam transiens, in Saxoniam festinat, cor suum indignationis pondere gravatum super Bulizlaum, vindicta potenti relevare disponens. Indicitur Saxonibus, Bavaris, Francis Orientalibus expeditio, in medio Augusto terminus datur promotionis, ut frugibus inde præcollectis, abundantia comes exercitui esset. Mediante igitur Augusto Meresborg Saxonum fit congregatio. Rex autem nemini suorum familiarium fateri volebat, sive in Poloniam, sive in Boemiam vel- E
let, cognoscens Bulizlai flexuosas versutias, quibus per quosdam sibi occultos amicos etiam secreta regia rescire solebat. Sed naves a Magdeburg usque Citizam congregari jubens, quasi in Poloniam velit, transitum futurum simulat. Id omnibus sperantibus, repente in Boemiam exercitum ducit, quæ-
tens in primis propria recipere; deinde, pro vindicta, aliena invadere, non tamen penitus aliena, quæ regni sui pati juga debebant.

Nefarium facinus Boleslai in suos fratres.

56 Interferere libet quiddam, quo audito, datur intelligi, raro esse culpam, quam non sequatur vindicta, nisi præmunierit eam pœnitentia. Mortuo Bulizlao seniore, Boemiensi scilicet Duce, & istius Bulizlai, de quo nunc agitur, avunculo, tres filii superstites ei remanserunt. Quorum primogenitus Bulizlaus nomine, adepto post patrem ducatu, crudelius cœpit vivere, quam terra illa F
pati vel vellet, vel posset. Indigenis igitur illum pro nimia crudelitate execrantibus, timere cœpit, ne a fratrum suorum aliquo, Pragensibus id instigantibus, extruderetur. Ex mala ergo conscientia concepta suspicio, instigavit eum ad scelus nefandissimum, perduxit etiam ad facinus execrandum. Nam fratrum suorum unum eunuchizavit, alterum in thermis suffocare tentavit. At illi, unus eunuchus, alter semivirus in Bavariam, a

aliaque scelera.

paterna hereditate excluſi, fugerunt.

57 Rex Heinricus hac impietate commotus, Blademario, de quo jam diximus, ducatum Boemiensem dedit. Illo mortuo, Bulizlavus, Bulizlavi filius, Bulizlavo Meseconis filio in societatem conspirationis adscito, ducatum contra Regis voluntatem tenere tentabat. Inter illos ergo duos Bulizlavos fit amicitia ficta, fit societas subdola. Sæpe alter ab altero invitatur, sæpe alterius sumptibus jocunde convivantur, latente tamen igne sub cinere. Tandem Bulizlavus, Meseconis filius, jocunditatem Pragæ, & amœnitatem Boemiæ, promissæ præponit amicitiæ; &, ut nepote suo, qualibet ratione, ejecto, tantæ terræ principatu potiri possit, fraudum suarum intima scrutatur. Invitat eum ad convivia, & diversa præbet ci-

A ciborum genera, amara demum propinatu-
EX ED. GRETSERI. rus pocula. Satiatum enim illum militibus
suis commisit, &, ut eductus excæcaretur,
oculorum nutibus ad similia edoctis, innuit.

quæ vindicamus S. Henrico.

58 Implentur impietatis justa, & commit-
tuntur iniquitatis opera. Sic, qui fratrem
eunuchizavit, a consanguineo & socio suo
deductus periit: quique fratrem in consor-
tio principatus parem habere noluit, per
supplicium passionis factus est suppar, & inu-
tilior. Hoc ergo excæcato, Bulizlavus Me-
seconis filius, ut superius dixi, per fraudes
flexuosas, per versutias sibi semper pediseq-
uas, per promissiones infinitas, Pragam &
totam Boemiam invadit; ac dominio taliter
adepto, turgidus per loca, regio exercitui
pervia, castella firmissima munit.

Boemiam ingreditur.

59 Interea Rex cum Saxonibus veniens
per montem quemdam, in quo jam Bulizla-
vus munitionem quamdam ad contradicendum
introitum firmaverat, præmissis in nocte mar-
chionibus, cum maxima difficultate in Boe-
B miam intrat. Cujus introitum, ut Boemien-
ses senserunt, quidam pavore regiæ præsen-
tiæ exanimati, castellum unum cum semet-
ipsis Regi reddiderunt. Illud illico Rex La-
b rameri *b* eunucho, fratri cæci Bulizlavi,
quem secum nativam in terram pro pietate
reducebat, cum summa benevolentia con-
cessit. Deinde, iter suum protelando, per ter-
ram illam progreditur, exspectans Bavarios,
quibus non idem, qui & Saxonibus in Boe-
miam erat introitus.

Et Satizam cepit.

60 Sed cum illi adventum suum protra-
herent, Rex ad quamdam civitatem, quæ
i Satiza *i* vocatur, cum Saxonibus tantum per-
venit. Cujus potentia visa, cives non me-
diocriter turbantur, & statim de pace quæ-
renda, ac Regis gratia impetranda, medi-
tantur: portas illico civitatis aperiunt, &
conditione adipiscendæ gratiæ interfita. Polo-
nos, quos Bulizlavus eis ad tuitionem ejusdem
loci adjecerat ejiciunt & ejiciendo quosdam
membrorum abscissione deturpant; quosdam
ab locis altissimis præcipitant; quosdam etiam
interimunt, ut & injurias ab eis sibi illatas
ulciscantur, & honori regio per omnia sa-
C tisfaciant. Tandem hujus crudelitatis fervor
Regis animum perculit, & ad contradicen-
das ejusmodi insanias insita pietas inclinavit.
Jam vivi ducuntur, & Regi repræsentati in
Ecclesia. Post hæc civitas tota se Regi red-
didit. Et quia debuit, fidei promissione per
sacramenta, per obsides obligavit. Interea fa-
ma volitat, Bulizlavum a Pragensibus conspi-
rationis vinculo colligatis interemptum, &
quamvis mendax, fideles tamen Bulizlavi ex-
territat.

ANNOTATA.

a *Alias* Tagino *vel* Tagmo, *de quo plura Ditmarus locis variis.*

b *Hæc anno* 1004 *composita, ostendunt Giselam ante annum* 1005 *matrimonio conjunctam fuisse, ut diximus in Comment. prævio.*

c *Putat* Ottingam *indicari Leibnitius.*

d *Satis patet, legendum* dispositis.

e *Forte legendum* Cremam, *inquit Gretserus.*

f Montem celerem *nemo explicat; per* Cenisium *in Sabaudiam nos penetrasse satis certum est,*
cum in Alemanniam properasse *dicatur: quid* D
si ergo legamus, per montes celeriter?

g *Non est inverisimile hic indicari* Zurch *seu* Zurich *in Helvetia: quo posito, dici fortasse posset,* montem celerem *accipi, pro monte quem hodie S. Gerardi appellant.*

h Jaremiro.

i *Hodie* Saxe *Leibnitio.*

AD SEQUENTEM VITAM

PRÆMONITIO.

Quod jam non semel in Commentario observatum est, id hic denuo lectorum oculis subjiciendum, videlicet, non Vitam ab anonymo hic dari, seu historicam S. Henrici *gestorum narrationem, sed meram rerum variarum ad ejus sanctitatem & in ecclesias munificentiam spectantium compilationem, quam parum admodum ordinatam dicere merito possis, cum varia locis non suis conradat, immisceatque diplomata, diu post Sancti obitum a Pontificibus Clemente II ac Leone IX & ab Henrico III Cæsare Bambergensibus concessa, quæ apud Gretserum capita* 16, 17, 18 *& 19 occupant, a nobis vero, ut supra etiam monuimus, in Appendicem rejecta sunt, utpote rerum qualemcumque seriem turbantia. Nec minus incepte capitibus* 24 *& 25 intrusæ sunt Benedicti PP. VIII literæ, tum ad Sanctum de episcopatus confirmatione, tum ad Eberardum, primum ipsius ecclesiæ antistitem, quorum saltem primas ut minimum post caput* 15 *collocatas oportuit. Ne igitur & ea instrumenta lectorem remorari possint, ipsa primo loco in dicta appendice referemus, cetera vero insecta trademus. Sequatur itaque*

VITA

Auctore anonymo, edita in Surio,

Ex Jacobi Gretseri divis Bambergensibus. F

CAPUT I.

S. Henrici in imperium successio, Wolfgangi apparitio, munificentia in ecclesias, victoria de Sclavis, & restauratio episcopatus Merseburgensis.

ANno ab Incarnatione Domini millesimo primo *a*: ab Urbe autem condita mille- Octavi III (or. cratis S. Henrici a simo septingentesimo quinquagesimo secun-
do: Ottone puero Romæ defuncto, vacante regni solio, cum de principe subrogando ageretur; omnium vota, nutu divino, ad eum inclinantur, qui tunc in regno habebatur potissimus. Fuit namque per idem tempus Dux Bavariorum Henricus, tam bonitate quam nobilitate regia conspicuus, & universa morum honestate præclarus. Hic initium

Digitized by Google

A tium ſapientiæ timorem Domini pleniter ſecutus eſt: qui erat omni litterarum ſtudio principaliter imbutus, totus ſane fide & actu Catholicus. Hic ergo ab omnibus pari voto
b b & communi conſenſu accerſitur, divina utique diſponente clementia: ut per temporalis regni faſtigium, ad culmen cœleſtis regni pertingeret. Terrena enim bona omnia, ſicut uſu malo alios a ſalute præpediunt, ita alios uſu bono ad ſalutem promovent.

a Cui necdum Cæſaris vel Imperatoris dignitatem obtinenti apparuit Ratisbonæ Wolfgangus in ſomnis viſione tali c. Viſum namque eſt ei, quod manens in Sancti Emmerammi eccleſia, accederet orandi gratia ad beati Wolfgangi ſepulcrum, in eadem eccleſia ſitum: cumque ibidem Dominum ſanctumque Wolffgangum precibus intimis conaretur exorare, ſubito videbatur ei ipſe Sanctus aſſtare; & hujuſmodi verbis ipſum appellare: Intuere diligenter litteras in muro, qui eſt juxta tumulum meum, ſcriptas. Erat autem ibi, ſicut videbatur, ſcriptum ſolummodo: Poſt ſex. Evigilans vero Rex Henricus tractatione
B diuturna ſecum revolvit, pauciſſima hujus viſionis ſcripta. In primis ergo arbitratus, quod poſt ſex dies eſſet moriturus; multa diſpenſat pauperibus. Cum autem ſex dierum numerus præteriret & nihil in ſe corporali moleſtiæ ſentiret: putavit ad ſex menſes pertinere. Tranſacto vero & hujus numeri ſpatio, nihilque in ſe infirmitatis paſſus, arbitratus hunc numerum ad ſex annos pertinere: ideoque & quæ ſupra, cœpit timere. Cumque ſex annorum numerus integer pertranſiſſet; & ſeptimi anni dies revolutus veniſſet: ipſo die Cæſaris dignitatem per Apoſtolicam ſuſcepit obſecrationem. Tunc tandem ſentiens, qualis eſſet ſua viſio, gratias agit Deo ſanctoque Wolffgango, qui ſibi talem revelare dignatus eſt ſublimitatem.

Quem diu ſolicitum habet S. Wolfgangi viſio.

c

3 Unctus igitur in regem beatiſſimus Dei famulus, temporalis regni non contentus angustiis, pro adipiſcenda immortalitatis corona, ſummo Regi (cui ſervire regnare eſt) militare diſpoſuit, ſummam etiam diligentiam in amplificando cultu religionis adhibuit: eccleſias ditare poſſeſſionibus, & immenſis ornatibus augere cœpit. Sedes autem epiſcopales, Hildensheim (ubi a puero nutritus & litteras edoctus fuit) Magdeburg, Argentinam, Miſenam, & Merſeburch (quæ barbarica immanitate adjacentium Sclavorum vaſtatæ fuerant *d*) reſtauravit. Et tam ipſius, quam aliis epiſcopatibus per univerſum regnum, in poſſeſſionibus & ornatibus, innumerabilia contulit. Hildesheimenſibus vero ſanctum Gotehardum *e* divina edoctus revelatione præfecit. Quid autem Merſeburgenſi eccleſiæ præ aliis ſpecialius contulerit futurorum charitati volumus ex parte notificare. Hæc enim eccleſia tempore Magni Ottonis; illius, inquam, qui ad Lycum fluvium ſub
f ſancto Udalrico confeſſore Ungaros *f* proſtravit, & reges eorum, Lælium videlicet & Aſſur Ratisbonæ, Principibus hoc fieri adjudicantibus, in paribulo ſuſpendit, aſſiduis incurſionibus & hoſtili vaſtatione Sclavorum, ad nihilum redacta eſt.

Fit in variis eccleſiæ munificentia.

d

e

4 Et quia violentiis vicinarum nationum non poterat reſiſtere: in poſſeſſionibus, in religione & in omnibus, quæ ad pontificalem dignitatem pertinebant, penitus cœpit deficere. Accidit autem, ut eodem tempore Magdeburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopus viam univerſæ carnis ingrederetur, & Merſeburgenſis præſul, propter ſapientiam a Deo ſibi collatam, & propter multas virtutes, quibus adornatus erat, ob quas etiam Ottoni magno gratiſſimus extitit: in cathedram Magdeburgenſem, prædicto Rege id efficiente, præponeretur *g*. Factum eſt autem, ut Merſeburgenſis epiſcopatus penitus deſtrueretur, & quæ potiora erant illius eccleſiæ in prædiis, in miniſterialibus, in ornamentis, in ditionem Magdeburgenſis eccleſiæ transferrentur, & de quibus reliquis poſſeſſionum, quæ Merſeburg remanſerant, abbatia inibi conſtrueretur. Quod factum uſque ad tempus pii confeſſoris Henrici immutatum permanſit. Cum autem convocatis idem Rex Principibus regni ſui Quendelburg curiam celebraſſet: univerſis in id ipſum conſentientibus, Poloniam & Boe-

D

EX SUMMARIO. *præſertim in reſtauratione epiſcopatus Merſeburgenſis*

g

E

miam, ceteraſque Sclavorum adjacentes regiones, quæ fines regni ſui vaſtabant, debellare diſpoſuit.

quo confert in ſignis de Sclavis victoria.

h

5 Congregato itaque exercitu, contra prædictas nationes aciem direxit. Et faciens tranſitum per locum, qui Walbech *h* dicitur, gladium ſancti Adriani martyris, qui pro reliquiis multo tempore ibi ſervabatur, accepit. Quo accinctus, ex toto corde ſuo clamavit & dixit: Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium mihi. Inde progreſſus caſtra metatus eſt in campo, ubi Merſeburgenſis eccleſia ſita eſt, & videns locum deſolatum, & in nihilum redactum, ingemuit & ait: Beate Laurenti martyr Chriſti, ſi tuo interventu has barbaras nationes, ad quas pergo, Romano Imperio, & Chriſtianæ religioni ſubjugavero, hunc locum deſolatum tuo nomini conſecratum, divina favente gratia, in priſtinæ dignitatis ſtatum reformabo. Ut vero Principes Poloniæ & Boemiæ, ceterarumque Sclavicarum gentium primates Romanum Imperatorem cum exercitu ad debellandos eos advenire cognoverunt: innumerabili multitudine collecta, in bellum ei obviam proceſſerunt. Quod Regi pio per ſpeculatores ſuos cito innotuit, & ſicut in omnibus anguſtiis ſuis ſolebat, ad ora-

F

tionis arma confugit. Invocatoque ſuper ſe nomine Domini; beato Laurentio, ſancto Georgio, & beato Adriano martyribus, ſe ſuumque exercitum protegendum cum ſumma devotione commiſit.

quam ſint concepto. & a Sanctis adimat,

6 Et cum omnes perceptione corporis & ſanguinis Domini confortati fuiſſent, ad locum certaminis venerunt. Ubi cum Rex beatus verbis exhortatoriis ad viriliter agendum ſingulorum animos erexiſſet, videns innumerabilem adverſariorum multitudinem, clamavit ad Dominum, & ait: Deus qui conteris bella ab initio, eleva brachium tuum ſuper gentes, qui cogitant ſervis tuis mala. Diſperge illos in virtute tua: & deſtrue eos protector meus. Pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Hæc dicens aperti ſunt oculi ejus & vidit glorioſos martyres, Georgium videlicet, Laurentium, Adrianum, cum angelo percutiente, exercitum

Digitized by Google

EX SURIO.

A tum ſum præcedentes, & hoſtium cuneos ad fugam propellentes. Et ſicut exercitus Senacherib ab angelo percutiente contritus eſt & periit; ita & omnis barbarorum iſta multitudo per virtutem Dei conterrita, projectis armis ſine effuſione ſanguinis Chriſtianorum, fugæ præſidium quæſivit. Quo viſo Rex ſanctus, elevatis oculis & manibus in cælum, benedixit Deo cœli & ait: Benedico te Rex cæli & terræ, qui ſuperbis reſiſtis & humilibus das gratiam: qui cuſtodis diligentes te & glorificatus es in gentibus, propter datam nobis de cælo victoriam. Victis ergo barbaris & quæ ad futuram pacem prodeſſe poterant firmiſſima pactione ſtabilitis, vir Beatus cum ſuis in ſua redierunt cum pace, glorificantes & laudantes Deum, qui ſalvat ſperantes in ſe.

7 Cumque Chriſtianiſſimus Rex Poloniam, Boemiam, Moraviam tributarias feciſſet: ob reverentiam S. Laurentii martyris, conculcationem & deſtructionem Merſeburgenſis eccleſiæ, cœpit pio intuitu miſericordiæ & pietatis reſpicere, & ad nihilum redactam in ædificiis, in miniſterialibus, in ſæcularibus poſſeſſionibus, in eccleſiaſticis ornamentis, in priſtinum gradum pontificalis dignitatis, ſicut Deo & ſancto Laurentio voverat, ſtuduit reſtaurare. Nec prius ab operibus miſericordiæ deſtitit, quoadusque eam ad antiquum ſtatum dignitatis, & priſtinum honorem religionis ex integro perduceret.

gloriose confecutus, & votum explet.

B

8 Denique Epiſcopatum Babenbergenſem ex integro in ſuo domate *i* fundavit, terminis videlicet ab adjacentibus epiſcopatibus legitimo concambio commutatis. Fundatum vero epiſcopatum Principibus Apoſtolorum Petro & Paulo, & pretioſiſſimo martyri Georgio attitulatum ſpeciali jure ſanctæ Rom. Eccleſiæ contradidit, ut & primæ Sedi debitum dignitatis impenderet honorem, & ſuam plantationem tanto patrocinio firmius communiret. In meridiana quoque parte civitatis monaſterium in honore S. Stephani Protomartyris ſub ordine canonico conſtruens; ex altera vero, hoc eſt, aquilonari, aliud monaſterium ſub monachali regula in honore S. Michaelis Archangeli *k*, ſanctique Benedicti abbatis conſtituens, ſibi, ſuæque civitati ſupra Petram Apoſtolicæ firmitatis fundatæ, muroque & propugnaculis meritorum S. Georgii ceterorumque ſanctorum munitæ ac exornatæ contra incentivos vitiorum jactatus, turrim fortitudinis in Stephano, & contra refrigerantes flatus illius, qui in aquilone, unde malum omne panditur, ſedem ponere diſpoſuit, refugium certum in angelico præparavit præſidio: ut a dextris & a ſiniſtris juſtitiæ armis vallatæ in nullo ſufficiat inſidiator prævalere.

Novum epiſcopatum erigere volens, i

k

C

9 His tribus eccleſiis poſtea per Guntherum ejuſdem Babenbergenſis ſedis quartum præſulem, & per Reginoldum quemdam, virum nobilem, addita eſt quarta eccleſia *l* in honore ſanctæ Mariæ matris Domini: & ſancti Gangolfi martyris extra urbem verſus Orientem in loco Teuverſtat, ſub ordine & poſſeſſione canonica. Denique ſextus ejuſdem ſedis Epiſcopus Herimannus contra urbem verſus occidentem in honore S. Jacobi Apoſtoli & filii Zebedæi, eccleſiam ſub ordine canonico initiavit. Hanc Otto, humilis amator pauperum Chriſti, octavus ejuſdem ſedis epiſcopus, cooperante Eberhardo præpoſito, conſummavit & dedicavit, ac ſtirpem ordinemque illic Deo ſervientium decenter diſpoſuit. Sic locus Babenbergenſis eccleſiis in patrocinii Sanctorum in modo Crucis undique munitus, Chriſto Jeſu crucifixo quotidianum, & ſedulum celebret officium & ſervitium pro primo ſuo fundatore Heinrico ſecundo, Imperatore piiſſimo, ejuſque cooperatoribus & ſucceſſoribus vel augmentatoribus omnibus: Et ut inibi militantibus Domino major tranquillitas & ſecuritas, & reverentia ad ſupplicandum Deo perſeveret, prædictæ quinque eccleſiæ ſic ſunt locatæ, ut fere ab omni ſtrepitu, & tumultu fori ſæculi ac populari ſint decentiſſime ſegregatæ.

D

ut Bambergam ad eam dignitatem evehat,

E

10 Ut autem cunctis liquidius eniteſcat, qua vigilantia vir beatiſſimus novellæ ſuæ eccleſiæ bona pacis & tranquillitatis etiam per ſuccedentia tempora providerit, aliquas hic tam Epiſcoporum, quam Regum inſerimus confirmationis epiſtolas: ut, quia duo ſunt, quibus hic mundus principaliter regitur, pontificalis auctoritas, & regalis poteſtas, ex utroque horum ſuffulta a dextris & ſiniſtris, ab omnium moleſtia infeſtationum ſecure monſtretur in perpetuum defenſa. Dicente enim Domino Salvatore; duos Eccleſiæ gladios ſufficere, quorum unus ad deſenſionem animæ ac ſpiritus penetrat; alter inflexibilia & dura corda rigore ſuo domat & premit: quidquid eorumdem gladiorum jure hinc inde munitur; conſtat profecto, quod nullius mali incurſione ab ſtatus ſui rectitudine labefacietur. Prius tamen hic chartam Ottonis tertii *m* Imperatoris præſcribimus, ut ſcire volentibus, qualiter ipſe locus Babenbergenſis in ditionem ſancti Regis obvenerit, ex eadem conſcriptionis pagina colligatur.

m

quamdiu II eius potiri deberet.

F

11 In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Otto divina providentia Imperator Auguſtus. Noverint omnes noſtri fideles, præſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos ob interventum dilectiſſimæ genitricis noſtræ Adelheidæ, caro nepoti noſtro Bavariorum Duci Heinrico quoddam juris noſtri prædium, civitatem videlicet Babenberc nominatam, cum omnibus ad hanc reſpicientibus & Nemkin Uraha in comitatu Bertholdi Comitis Volckfelt nuncupato, ſita, noſtra Imperiali potentia in perpetuæ uſum proprietatis conceſſimus, firmiterque donavimus cum utriuſque ſexus mancipiis, ædificiis, eccleſiis, terris cultis & incultis, & cum omnibus jure, legaliterque ad hæc jam dicta prædia pertinentibus, eo tenore, ut libero ipſe deinceps perfruatur arbitrio, hæc tenendi, commutandi, dandi, poſteris relinquendi, ſeu quidquid ſibi libuerit, inde facendi. & ut præceptum ſtabilius firmiuſque permaneat, hanc chartam inſcribi juſſimus, annuloque ſigillatam propria manu noſtra roboravimus. Data v Kalend. Julii Indict. 1, anno regni Domini Ottonis XIV, Imperii autem VII.

ANNOTATA.

a *Error in principio, ut ſupra ſatis notatum eſt, eidemque erroris inſiſtit, dum inferius num.* 12, S. Henrici *annum* VII *connectit cum* 1007,

III

III Kal. Novembris.

b *Quam fuerint paria vota Principum imperii melius docet Adelboldus.*

c *Hæc accepta sunt ex Vita S. Wolffgangi apud Surium 31 Octobris num. 39. Porro S. Wolffgangum* S. Henrici *institutorem fuisse, auctor est Ditmarus*: Nutrit præclarum Wolffgangus præsul alumnum *&c. Reliqua hac spectantia in Commentario dicta sunt.*

d *Hæc explicata oportebat, siquid dicere voluit confusus scriptor, omittens Paderbornam in quam præcipua contulit Sanctus.*

e *Vide in Actis 4 Maji pag. 508, num. 18.*

f *Describitur victoria in Vita S. Udalrici 4 Julii pag. 110, a num. 46.*

g *Quæ hic narrantur de translatis Magdeburgum episcopatus Merseburgensis possessionibus, non Ottoni primo, sed secundo adscribenda sunt, unde ipsum secuta est punitio de qua in Vita S. Adalberti ad 23 Aprilis cap. 190. Vide citatum ibi in Annotatis* B *Ditmarum, qui pluribus aliis locis agit de restitutione ejusdem episcopatus per* S. Henricum.

h *De Walbeck & S. Adriani gladio plura notavit Gretserus, quæ apud ipsum videri possunt.*

i *Varie* donatis *significata habes in glossariis, hic sumitur pro ditione seu possessione.*

k *De hoc cœnobio actum est ad Acta S. Ottonis 2 Julii.*

l *Hæc omnia ad Vitam* S. Henrici *nullo modo pertinent.*

m *Pluribus ostendit Gretserus, diplomata esse Ottonis II, de quo & nos in Commentario egimus, ubi etiam de titulo* nepotis *dictum est, quem Otto Imperator tribuit patrueli suo Henrico duci Bavariæ, patri* S. Henrici.

CAPUT II.

Fundatio ecclesiæ Bembergensis, synodi ad eam spectantes, ejusque a summo Pontifice approbatio.

C

a Synodus Francofurtensis pro ecclesia Bembergensi erectione.

ANno igitur ab Incarnatione Domini millesimo a Indict. V, III Kalend. Novembris magna synodus Episcoporum, aliorumque Patrum habita est & celebrata in villa regia Franchenfurt mediante Rege magno & pacifico Heinrico, anno regni sui VII. Nam dum idem Deo devotus Rex alta mentis consideratione secum volveret, in quo potissimum opere Dei misericordiam sibi facilius conciliaret, & ex divini instinctu consilii inspiratus disposuit, ut Deum sibi heredem eligeret, & conscriberet, & episcopatum Babenbergensem, ut præscriptum est, ex rebus hereditariis construeret, ut & paganismus Sclavorum ibi destrueretur, & Christiani nominis memoria perpetualiter inibi celebris haberetur. Sed cum parochiam ad eamdem sedem respicientem non haberet, & sanctam Pentecosten in eodem anno regni sui Moguntiæ celebraret, partem Wirzeburgensis dioceseos, comitatum videlicet Raterzgewe *b* dictum, & pagi Wolcvelt dicti, inter fluvios Vraha & Ratenza sita, ab Heinrico Wirzeburgensi Episcopo firma ac legali traditione acquisivit, tradens e contra Wirzeburgensi ecclesiæ CL *c* mansos in vico Memmiguo dicto, & in proxime adjacentibus locis, consentientibus, & concurrentibus in hæc vota illius Heinrico Wirzeburgensi, & Willigiso Moguntiæ metropolis Archiepiscopo, multisque, qui præsentes fuerunt *d*, Archiepiscopis & Episcopis, legitimum hoc concambium attestatione sua, & subscriptione roborantibus. Gloriosissimus vero Rex compos voti effectus, pari supradictorum Patrum consultu, duos ex capellanis suis Albericum & Ludovicum adjunctis Wirzeburgensis Episcopi literis, Romam usque direxit, quatenus hæc bene cœpta in melius proficerent auctoritate Apostolica. At Romanus Pontifex, & universalis Papa Joannes piissimi Regis devotioni congaudens, habita in sancti Petri Basilica synodo, pro confirmando episcopatu Babebergensi, privilegium fecit conscribi, & Apostolica auctoritate firmari, universis Galliæ & Germaniæ Episcopis referibens, ut & ipsi pari communique auctoritate, prædictum episcopatum roborarent, cujus videlicet privilegii exemplar in hunc modum se habet:

13 Joannes Episcopus servus servorum Dei. Officii nostri est omnium sanctarum Dei ecclesiarum commoda generaliter considerare, & maxime earum, quæ specialiter sub jure ac dominio nostræ Romanæ Ecclesiæ consistunt; si quod est incommodum, abolere, ne pro gravi incommoditate sua neglectæ vilescant; vel qualibet nacta occasione, debita solennitate careant. Propterea omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, notum esse volumus: quia dilectus & spiritualis noster filius Heinricus glorioſissimus, atque invictissimus Rex, divina inspirante clementia, de propriis hereditariis rebus, pro sua suorumque parentum anima, episcopatum in loco, qui dicitur Babenberc, perfectæ fidei, & charitatis devotione, in honorem beatissimi Petri Apostolorum Principis esse constituit, commutatione facta jure, ac legaliter cum Heinrico Wirzenburgensi Episcopo de aliqua parte parochiæ sui episcopatus. Unde etiam prædictus Episcopus nobis suas litteras misit, ut suo consensu, privilegio nostræ Apostolicæ auctoritatis episcopatus noviter factus fundaretur. Pro qua ratione Heinricus Secundus glorioſissimus Rex nuntios suos ad nos direxit, qui nobis hæc omnia dicerent, & nos pro hac sede confirmanda interpellarent. Cujus sanctissimam imitationem, paterna & præcordiali dilectione intuentes, omnes res, quas beato Petro Apostolorum Principi, in loco prænominato, legitima ratione collectas contulit, nostræ auctoritatis privilegio confirmare decernimus, ea videlicet ratione, ut Episcopus ejus loci, & qui in perpetuum sui fuerint successores, ea, secura tranquillitate possideant, & liberam habeant potestatem res & proprietates ejusdem ecclesiæ ordinare, atque componere, vel etiam augmentare: dissipare vero, atque confundere, nullam habeant potestatem.

diplomatis sui approbat.

14 Nostra quoque auctoritate sancimus, uti in terminis, & in rebus ejusdem ecclesiæ nulla sit infestatio tyrannorum, vel aliorum quorumlibet pravorum hominum, sive sint in civitate ipsa Babenberc, sive in castellis,

A stollis, & villis, servis & ancillis, tributariis, ex Su- decimis, foreſtibus, ſilvis, piſcationibus, venario. tionibus, molendinis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve ductibus, & quidquid modo illuc pertinet, vel in futurum acquiri poſſit, per noſtræ auctoritatis privilegium corroboratum, in ſecura quiete permaneat. Nullus ibi Comes aut Judex legem facere præſumat, niſi quam per conceſſionem glorioſiſſimi Regis Heinrici vel ſucceſſorum ejus Epiſcopus loci ejuſdem deligeret. Nulla aliena poteſtas ibi per violentiam irruat. Sic ille epiſcopatus liber, & ab omni poteſtate extranea ſecurus, Romano tantummodo mundiburdio e ſubditus: quatenus Epiſcopus eo melius cum canonicis ſuis ſervitio Dei poſſit inſiſtere, & primi conſtructoris ejuſdem loci, & recuperatoris jugiter memoriam habere. Sit tamen idem ſuo metropolitano ſubjectus, atque obediens. Quicumque hæc B præcepta ſervaverit, divinam remunerationem, & Apoſtolicam benedictionem accipiat. Qui autem contempſor, & violator exſtiterit, perpetui anathematis damnationi ſubjaceat, niſi reſipiſcens ad ſatisfactionem perveniat. Scriptum per manus Petri notarii, & ſcriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Junio, Indict. v.

quodque ſynodus altera expleta,

15 Habito igitur rurſum generali concilio in Franchenfurt, cui præſedit venerabilis Archiepiſcopus Willigiſus Moguntinus, univerſi Archiepiſcopi & Epiſcopi, qui interfuerunt, numero XXXVI, debita cum veneratione privilegium hoc Sedis Apoſtolicæ ſuſcipientes, unanimiter devotis mentibus laudaverunt, & ſcribendum roboraverunt. De ſupradictis vero parochiæ terminis ab Eccleſia Wirzeburgenſi commutatis, ne qua fieret in poſterum querela, vel dubitatio, ſubjectam conſcribi paginam fecerunt: cui ſubſcripſit primo quidem ipſe Heinricus Wirzeburgenſis Epiſcopus, deinde ejuſdem eccleſiæ præpoſiti, ſive presbyteri numero novem.

accedente conſenſu Epiſcopi Herbipolenſis, C

16 Omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium tam præſentium, quam futurorum noticiam non latere deſideramus, qualiter glorioſiſſimus Rex Heinricus, divinæ, ut credimus, admonitionis ſtimulo compunctus, de prædiis, quæ Dei gratia, hereditarioque jure parentum, in ſuæ poſſeſſionis dominium pervenerant, Dei ſervitium augere, epiſcopatum conſtituendo, deſiderans; quo id legitime, rationabiliterque fieri potuiſſet, Heinricum venerabilem Wirzburgenſis eccleſiæ proviſorem, quatenus quendam locum Babenberch nuncupatum cum pago Ruezengevvm dictum, qui ad ſuæ diœceſeos ſtatum pertinere videbatur, de ſuo jure in ſuum jus ad id perficiendum transfunderet, ſtudioſe cœpit flagitare. Quæ, quoniam juſta & rationabiles cauſæ videbantur, ejuſdem auguſtiſſimi, & invictiſſimi Regis petitionibus acquieſcens, cum communi cleri ſui atque militum, nec non totius populi conſilio & conſenſu, præfatum locum cum prædicto pago, tribus parochianis eccleſiis exceptis, cum ſuis adjacentiis, quarum hæc ſunt nomina, Wachenrode, Lonerſtat, Mulehuſen, omni poſtmodum remota contradictione, ſuæ poteſtati tradidit. Alterius autem pagi, qui Veldfeld vocatur, in quo præfatus locus ſitus eſt, partem eidem Regi conceſſit, quantum D eſt de Babenberch ad flumen Vraha, de Vraha in Ratenzam flumen, & ſic juxta decurſum ejuſdem fluminis in Moin, & inde ad rivulum Wichibach, deinde ad caput ejuſdem rivuli; ſitque qua citiſſime, & proxime pervenire poteſt ad Vraha. Actum in civitate Wirzeburgenſi, præſente ſereniſſimo Imperatore Heinrico, ea conditione, ut decimam in novalibus jam inciſis, & ad manſum menſuratis cum veteri decima non commutata, Wirzenburgenſis eccleſia retineat. In novalibus vero poſt hinc excolendis decimam Babenbergenſis eccleſia poſſideat cum termino commutato.

cui gratulatur.

17 Sed & Joannes Aquilejenſis Patriarcha opus tam laudabile Regis excellentiſſimi, & piam erga Chriſtum devotionem toto affectu amplectens, Heinrico Epiſcopo Wirzeburgenſi gratulationis plenam ſcripſit epiſtolam. Beatiſſimo Domino & ſincera charitate diligendo Heinrico ſanctæ Wirzeburgenſis eccleſiæ Epiſcopo venerabili, Joannes Aquilejenſis eccleſiæ Patriarcha cum omnibus ſuæ diœceſeos Epiſcopis, fraternam dilectionem in eo, qui prior dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, Jeſu Chriſto Domino noſtro. Licet, Reverende frater, fraternæ dilectionis cura nos admoneat, ut in omnibus operibus bonis quæ conditor humani generis miſericorditer ad ſalutem quotidie diſponit, immenſas gratiarum actiones ipſi agere debeamus, quandocumque tamen vel ubicumque ex provectu ſanctæ Eccleſiæ, vel ejus exaltatione, locatione, nos aliquid magnifici operis audire contigerit, immenſæ devotionis affectu, & ſpiritualis exultationis effectu illum laudare, benedicere & prædicare debemus, cujus hæc dona ſunt, & a quo bona cuncta ineffabiliter procedunt. Qui inter innumerabilia ſempiternæ dignationis ſacramenta, ea & in ſuorum cordibus Principum dictat, quæ ad multorum exemplum, & ſalutem profutura procurat. E

Joannis Patriarchæ Aquilejenſis.

18 In quibus unum eſt, quod nuper divinitus factum, maximam mentibus noſtris lætitiam generavit. Audivimus, quod Dominus noſter Heinricus glorioſiſſimus & invictiſſimus Rex, divina ſibi inſpirante gratia, ex ſuis prædiis, & paterna hereditate, in F loco, qui dicitur Babenbete epiſcopatum in honore beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis conſtituerit, & commutatione facta, digne & legaliter cum eccleſia veſtra, partem quandam ex ejus diœceſi acquiſivit: atque hoc concambium Apoſtolicæ Sedis privilegium corroboravit. Quod quidem eximium, & laudabile opus, & ejus dignaſſimam liberalitatem, & veſtram charitatem ſatis egregie prædicabilem commendat; cum & ſuum eſt, per operationem; & veſtrum ſit per dilectionem. In quo omnipotenti Deo immenſas gratias referimus, ad cujus inæſtimabilem gloriam ſpectat, quod per Regem noſtrum Heinricum, bonum & fidelem miniſtrum ſuum, ſundatiſſimam pacem omnibus eccleſiis præſtat, & inſuper novam formet eccleſiam, per quam & de inimico humani generis in vicinas Sclavorum gentes, Deo opitulante, triumphabit, & innumerabilem familiam per lavacrum regenerationis ſibi multiplicabit. Nos autem cum omnibus noſtræ diœceſeos Epiſcopis hoc divinum opus in commune laudamus,

Digitized by Google

A damus atque in eo juſte conſentientes & ſubter conſcribentes in perpetuũ valere confirmamus.

Littera S. Henrici.

19 Heinricus divina præordinante clementia Rex, omnibus Eccleſiæ filiis tam futuris, quam præſentibus. Saluberrimis ſacri eloquii inſtitutionibus erudimur, & præmonemur, ut temporalia relinquentes bona, & terrena poſtponentes commoda, æterna & ſine fine manſura in cælis ſtudeamus adipiſci conſiſtoria. Gloria enim præſens fugitiva eſt, & vana, dum poſſidetur, niſi in ea aliquid de cæleſti æternitate cogitetur. Sed Dei miſeratio humano generi providit remedium; quando partem cæleſtis patriæ, terrenæ ſubſtantiæ fecit eſſe pretium: Hujus ergo nos clementiæ non immemores, nec ignorantes nos gratuito divinæ miſerationis reſpectu, regali dignitate ſublimatos, congruum eſſe ducimus, non ſolum eccleſias ab anteceſſoribus noſtris conſtructas ampliare, ſed ad majorem gloriam Dei novas ædificare, eaſque devotionis noſtræ donis gratiſſimis exaltare. Quapropter Dominicis non ſurdum auditum præbentes præceptis, & deificis obtemperando intendentes ſuaſionibus, theſauros divinæ largitatis munificentia nobis collatos, in cælo deſideramus reponere, ubi neque fures effodiunt, nec furantur, neque ærugo, vel tinea demolitur, ubi & dum omnia nunc congeſta recolimus, cor noſtrum deſiderio & amore ſæpius verſetur.

de vello e ſo

20 Proinde patere volumus omnium fidelium univerſitati, quod quemdam paternæ hereditatis noſtræ locum Babenberc dictum, in ſedem & culmen epiſcopatus proveximus, & Romanæ Sedis auctoritate firmatum, atque venerabilis Heinrici Wirzburgenſis Epiſcopi conſenſu, & dilectæ conjugis noſtræ Chunegundæ voluntate, ac pari communique omnium noſtri fidelium tam Archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum, Abbatum, nec non & Ducum, & Comitum conſulto, decretoque, ac totius regni noſtri, Principumque concordi devotione laudatum, ad honorem omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ ſemper Virginis, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non ſanctorum Kiliani, & Georgii fundavimus, ſtabilivimus, & corroboravimus, ut inibi noſtrum, parentumque noſtrorum, & Ottonis tertii Imperatoris, videlicet anteceſſoris noſtri, celebre habeatur memoriale, & jugis pro omnibus orthodoxis mactetur hoſtia ſalutaris. Oblatis igitur Deo in eadem dilecta nobis eccleſia ad honorem & decorem domus Dei, ex metallis lapidibuſque pretioſis in varios uſus ſanctuarii, vaſis ſeu veſtibus, aliiſque ornamentis eccleſiaſticis, contulimus præterea ad ſupra dictam ſedem epiſcopalem prædia, eccleſias, vicos, villas cum omnibus ſuis pertinentiis ſive adhærentiis, videlicet utriuſque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, certis cultis, viis & inviis, exitibus, reditibus, quæſitis & inquirendis, ſilvis, ſagenis *f*, venationibus, pratis, paſcuis, campis, foreſtis, foreſtariis, cellariis, cenſibus, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus, & immobilibus, & ceteris omnibus, quæ rite ſcribi aut appellari poſſunt, quomodolibet utilitatibus, præſenti noſtræ authoritatis edicto ſtatuentes, ut in Deo nobis dilectus ſæpe dictæ ſedis Epiſcopus Eberhardus, ſuique ſucceſſores liberam deinc habeant poteſtatem, eadem præſcripta bona cum omnibus appendiciis ſuis tenendi, poſſidendi, ſeu in quoſlibet uſus epiſcopatus convertendi; fratribus autem canonicis Deo ibidem famulantibus ad quotidiana temporalis vitæ ſubſidia, poſſeſſiones, quas tradidimus, noſtra imperiali auctoritate proprietateve poſſidenda confirmamus.

prædicto epiſcopatui Bambergenſi.

21 Ea videlicet ratione, ut præfati canonici, & eorum per ſucceſſionem Præpoſiti, liberam deinc cum ipſorum canonicorum conſenſu, & conſilio poteſtatem habeant in meliores uſus commutandi, augmentandi, & ad utilitatem ſuam quoquomodo redigendi; quatenus & ipſi, noſtri benigne memores apud Deum, ac dilectiſſimæ conjugis noſtræ, atque conſortis regni Chunegundæ, parentumque noſtrorum, verſa vice, beneficiis noſtris pia atque aſſidua interceſſione reſpondeant. Si quis autem, quod abſit, hujus noſtræ munificentiam donationis, atque inſtitutum Apoſtolicæ Sedis, & tot venerabilium Patrum auctoritate firmatum deſtruere, ſeu violare tentaverit, in die judicii coram oculis Dei tormento inextinguibili æternaliter luat. Quod ne eveniat: ſed hæc traditio atque decretum ab omnibus perpetualiter inviolabilis permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Nec vero ſolummodo in vita, ſuperſtite adhuc Rege glorioſiſſimo, ſed magis etiam poſt tranſitum ejus de morte ad vitam, felix ipſius plantatio, Babenbergenſis videlicet eccleſia, divinæ gratiæ imbribus irrigata de die in diem accipit incrementum, ſæpenumero a ſancta, ſpecialique matre ſua Romana Eccleſia uberibus piæ conſolationis potata, ac ſatiata, regum quoque ſuccedentium auctoritate, vel privilegiis nobiliter, ac firmiter in perpetuum ſublimata *g*. *Ea privilegia in Appendicem rejicienda, jam diximus in præmonitione.* g

D EX SUPRA.

E

F

ANNOTATA.

a *Errat imperitus ſcriptor, & res confundit, quas in Commentario reſtituere conati ſumus: quod autem annum* 1007 *connectat cum anno 7 regni Henrici, ſequitur eu primo errore quem ſupra notavimus.*

b *Ex codice Viennenſi ſcribit Greſerus* Ratenzgonui, *& paulo poſt* volcſelt, *quæ loca aliunde hic accuratius modo quærere, operæ pretium non eſt.*

c *Variantes lectiones adfert Greſerus, ſed quæ rei ſubſtantiam non magnopere emendant.*

d *Ex codice Viennenſi nomina aliqua refert Greſerus; at diſtinguenda ſunt & tempora & concilia, ut vide in Commentario prævio fuſius deductum, ubi omnia explicata ſunt quæ hic annotari poſſent.*

e Mandiburgum *etiam dicitur, eſque tuitio, defenſio aut tutela.*

f *Alias* Senegis, & Saginis; *non video aliud indicari, quam jus piſcationis. Conſule gloſſaria.*

g *Neque hæc ad Vitam* S. Henrici *quidquam pertinent: unde in appendicem reponenda jam ſupra diximus.*

Digitized by Google

A ex Surio.

CAPUT III.

Bruno in Sanctum fratrem odium, S. Cunegundis innocentia; sanatio calculi in monte Cassino, & causa canonizationis S. Henrici.

Malevolentia Brunonis in Sanctum fratrem.

HÆc nos de fundatione, vel confirmatione sanctæ Babenbergensis ecclesiæ, accepta occasione, dixisse sufficiat, nunc ad cœptam narrationem de gestis beati Viri animum, stylumque vertamus. Regis autem frater erat Bruno *a*, Augustensis sedis Episcopus, qui felicibus fratris actibus invidens, multas ei adversitatum injurias, in quantum potuit, inferebat: & ubi per se non posset, inferentibus se adjungebat, vel alios ad inferendas exhortando stimulos eis prave instigationis subdebat. Cui frater non solum talionem non reddidit, verum etiam instructus fraterna dilectione, omnia dissimulando & patienter substinendo, illum in bono vincere satagebat.

Beati liberalitas & S. Cunegundis innocentia.

23 Quanta ejus munificentia, quanta erga Deum liberalitas exstiterit, tam in illa Babenbergensi ecclesia, quam in aliis compluribus locis, manifestis operum declaratur indiciis. Solum quippe Deum sibi elegit heredem, quatenus & ipse in consortium æterne hereditatis eum assumere dignaretur. Liberos enim secundum carnem nec habebat, nec exspectabat, quandoquidem eam, quam pro conjuge habere videbatur, Chunegundam, numquam cognovisse comprobatum est. Qualiter autem innotuerit, ad communem ædificationem, prætermittendum non est, ut & castimonia erudiamur exemplis, & divinorum secretorum admiratione moveamur; intelligentes quemadmodum diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tantis namque ac talibus bonis tentatio deesse non potuit. Invidus enim omnium bonorum diabolus, ubi
C torum immaculatum sauciare non potuit, zelotypiæ livore fœdare cogitavit, & ejus saltem famam lædere, cui vulnus corruptionis infligere non potuit. Facta est igitur, audore diabolo suspecta criminis ea quæ non noverat maculam corruptionis. Sed quis crudelis est, qui famam negligit; expurgationis gratia, ad vomeres candentes illud sibi judicium delegit, quod propter duritiem hominum institutum esse cognoscitur. Cumque dilecta Deo ad illud judicium, velut ovis ad occisionem duceretur, ingemuit; & ait; Domine Deus, creator cœli & terræ, qui probas renes & corda, judica judicium meum, & eripe me. Te enim testem & judicem hodie invoco, quia nec hunc præsentem Heinricum nec alterum quemquam virum carnali commistione umquam cognovi. Hoc dicto, stupentibus ac flentibus universis, qui adorant, vomeres candentes nudo vestigio calcavit, & sine adustionis molestia secura pertransiit. Ita Deus omnipotens vinculum castæ dilectionis servavit, innocentiam comprobavit, & integritati custodiam humilitatis adhibuit.

24 Inter hæc beatissimi Principis gloria D magis ac magis proficiebat, & gratia Dei erat cum ipso. Non declinavit clypeus a bello, & hasta ejus non est aversa. Apuliam a Græcis diu possessam, Romano Imperio recuperavit, & eidem provinciæ Ismaelem Ducem præfecit. Qui postea in Babenbergensi loco mortuus, & in capitulo majoris monasterii sepultus requievit in Domino. Beneventanum monasterium condidit, & omni ornatu decore locupletavit. Cumque civitates Apuliæ pertransiret, & quæ ad utilitatem & honorem regni pertinebant, in eis prudentissime disposuisset, cœpit infirmitate calculi laborare. Cujus morbi molestiam vir sanctus tanta patientia sustinuit, ut passiones carnis ad custodiam humilitatis a Deo sibi collatas asseveret: & flagellum correptionis certissimum signum dilectionis esse affirmaret. Fomenta tamen curationum fecit sibi adhiberi; sed nulla medicorum subtilitate ad integrum potuit liberari. Ingravescente autem dolore, ascendit montem Cassinum, petiturus, ut per E intercessionem B. Benedicti, & sanctæ Scholasticæ, sanitatis ei a Deo præstaretur remedium.

Apud Montem Cassinum calculo laborans.

25 Veniens autem ad locum, ubi Sanctorum reliquiæ fuerant reconditæ; effudit animam suam in conspectu Altissimi, & per sanctorum suffragia, Benedicti videlicet & S. Scholasticæ, precibus & lacrymis postulavit a Deo salutem corporis & animæ sibi præstari. Impletumque est, quod per Prophetam dicitur; Exquisivi Dominum, & exaudivit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Nam petiit, & exauditus est: pulsavit ad ostium perseveranter miserantis potentiæ, & intromissus est. Interea Rex cœpit cogitare, quam de translatione S. Benedicti audierat; & quia reliquiæ ejus dicebantur furtim sublatæ & in alium locum translatæ, ideo vir sanctus de corporeli ejus præsentia dubitabat. Completa itaque oratione, homo Dei ad hospitium se contulit, & lassatus ac debilitatus in lectulo se collocavit. In quo obdormiens vidit S. Benedictum sibi assistere, F & ferrum sectorium ad medicinales sectiones aptum manu tenere. Qui dixit ei: Quia speravisti in Deo, & in Sanctis ejus, ecce missus sum a Deo, ut per meam medicinam ab infirmitate tua libereris. Ecce ego, cujus ossa furtim sublata esse putabas, præsentiam meam tibi exhibeo, & in argumentum veritatis passiones tuas curabo *b*. Hæc dicens, G partem illam corporis, ubi calculus jacebat, medicinali ferro, quod manu tenebat, aperuit, & evulso molliter calculo, hiatum vulneris subita sanitate redintegravit, calculumque quem tulerat, in manu Regis dormientis reposuit.

In visione S. Benedicti.

b

26 Quo facto, Christianissimus Imperator e- *mirabiliter liberatur.*
vigilavit, & pertractans secum, quæ circa ipsum per Confessorem Christi gesta fuerant, videnſque calculum, quem manu tenebat, vocavit satellites, qui regio more sibi semper assistebant, dixitque ad eos: Pontifices, regnique nostri Principes vocate ad me; ut cognoscant & videant mirabilia Dei, quæ ineffabilis misericordia, & inenarrabilis potentiæ ejus fecerunt in me. At illi mandata Regis celeri cursu perferentes ad Principes, perduxerunt eos ad Regem. Quos Rex salutans, resaluteturque ab eis, sic alloqua-

Digitized by Google

A loquutus eos est: Fratres & commilitones mei, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in id ipsum, quia ipse est magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis. Ipse percutit, & medetur: flagellat peccatores, & pœnitentibus miseretur. Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. En ego, qui heri morti proximus fui, per misericordiam Dei hodie vobis appareo sanus: & aculeum mortis, quem heri gestavi inclusum corpori meo, hodie oculis vestris visibiliter ostendo.

et docet cœnobium emendat

27 Hæc dicens, ostendit calculum, quem manu tenebat, & ostendens cicatricem vulneris, omnia, quæ per sanctum Benedictum circa ipsum gesta erant, cunctis audientibus, ex ordine referebat. At illi videntes & audientes mirabilia Dei, & plus quam credi potest, admirati sunt; & benedicentes Deo, B diuque in laudem ejus acclamantes de incolumitate Regis gavisi sunt. Rursumque Rex ad eos; Quas, inquit, gratiarum actiones, aut quæ munera tantis beneficiis condigna medico nostro Benedicto possumus rependere? At illi omnes judicaverunt, eum regia munificentia dignum esse. Rex ergo consilio Principum suorum ingentia munera in prædiis, in auro, in argento, in ornamentis plurimis ecclesiæ S. Benedicti contulit. Et valefaciens fratribus, qui eidem ecclesiæ præsidebant, a Cassino monte hilaris, & sanus discessit. Ab eo autem tempore, & deinceps, quadam speciali dilectione, & veneratione S. Benedicto, & omnibus monasticæ religionis cultoribus studuit deservire, & in amplificandis, ac protegendis rebus ecclesiasticis benignus ac devotus Pater existere. Hæc in Cassino monte scripta inveniuntur, ut & moderni magnalia Dei in memoria habeant, & apud posteros per antiquitatem temporis in oblivionem non veniant. Et, si quis scire desiderat quare gloriosissimus Imperator Heinricus claudicaverit, cum primum corpore toto sanus C fuerit hanc causam noverit.

Ad aliam visionem,

28 Cum ipse quodam tempore venisset in Apuliam, pro disponendis reipublicæ negotiis, pervenit in montem Garganum, in cujus crepidine sita est Lavitas, & in latere montis in rupe concava, est basilica non ab hominibus fabricata, neque per hominem dedicata, sed operatione divina vel virtute exstructa: mirabiliter etenim divinæ benedictione venerabiliter consecrata est. Hujus basilicæ exstat patronus Michael Archangelus. In hac etenim ecclesia, qualibet hebdomada cantus angelicus, ab his qui digni sunt, audiri perhibetur. Hunc itaque basilicam, orationis causa, cum ceteris Christi fidelibus vir Deo devotus est ingressus. Cumque laudes divinas inibi celebrassent, & vota precum suarum cum multa devotione Deo reddissent: tempus jam aderat, quo cælestis exercitus ad laudes Deo persolvendas, templum hoc sacrum fuerat ingressus. Itaque cum omnes egrederentur, & qui moram facerent, expellerentur exire; vir sanctus postulabat, ut ei intus remanendi facultas concederetur. Igitur omnibus egressis, solus ipse, sperans in misericordia Dei, inibi manere præsumpsit, & preces precibus concinuavit, & genuum flexiones iteravit: in quo D multis lacrymis divinæ se commisit clemen- EX SU- tiæ, & animam suam beato Michaeli Ar- RIO. changelo cum multa supplicatione studuit commendare.

in monte Gargano habitam,

29 Cumque pii Regis incensum c ascenderet coram Domino; Deus Israel, qui in Sanctis suis semper est mirabilis, mirabilem ei dignatus est ostendere visionem. Vidit enim angelorum multitudinem copiosam, ad instar solis splendidam, templum sanctum ingredientem; ex quibus duo principale solenniter adornabant altare. Deinde vidit alias cælestium Virtutum cohortes innumeras, in similitudinem fulguris coruscantis fulgentes, & quasi primatem suum cum gloria maxima deducentes: nec dubium hunc fuisse cælestis militiæ signiferum. Novissime vero meruit videre ipsum Regem angelorum venientem cum potestate magna & virtute. In cujus obsequio cælestis exercitus innumerabilis, & splendor ejus incomparabilis: cujus E etenim nutu reguntur omnia cælestia & terrestria. Denique chorus novæ Hierusalem in prædicta collectus basilica divinum solenniter celebravit obsequium. Quo tandem completo, unus ex præcipuis angelis, sacrum Evangelii textum cum maxima reverentia d..... detulit personæ; quo illum deosculante: innuit angelo, ut eumdem deosculandum deferret Imperatori, in angulo ..... Angelo vero jussu sibi complente, prædictus Christi famulus ad insolitam tantæ majestatis & gloriæ visionem cœpit animo pavescere, & omnibus membris contremiscere; tamquam diceret cum Propheta; Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

refertur causa claudicationis.

30 Hanc angelus ille videns; modeste femur ejus tetigit, inquiens: Ne timeas electe Dei, surge velociter, signum pacis divinitus sibi transmissum suscipiens alacriter; extemplo & statim femur ejus emarcuit; & exinde omni tempore vitæ suæ claudicavit. Similis per omnia eventus de beato Jacob legitur, cujus femur ad tactum angeli secum luctantis emarcuit. Hæc quidem, ut verum fatear, in scripturis non inveni, sed relatu veracium & venerabilium virorum, hæc vera esse, in veritate comperi. Equidem præ- F positus Cancellarius episcopi Herbipolensis, Conradus nomine, qui persecutionem passus est propter justitiam, hæc, quæ dicta sunt, se legisse, constanter affirmavit, & in Ecclesia Babenbergensi positus, multis audientibus enarravit; ex quibus unus mihi familiaris, & ipse plane vir veridicus, mihi fideliter intimavit, & volenti me silentio supprimere, obnixe rogavit, ut scriberem: tandem ego precamis instantia, & sedulitate monentis inductus, fideliter conscripsi, quatenus in progenie ulcera hæc emarcerentur. Mallem somno modo quiescere, quam ficta vel frivola de Sanctis Dei scribere, præsertim dum opus non habent falsis laudibus exaltari; qui signis & prodigiis meruere decorari. Hæc de tam glorioso miraculo dicta sufficiant. Et in evidens hujus signi testimonium ipsius S. Heinrici imago ante januam monasterii ad dextrum latus penes chorum S. Georgii ex ..... pillo uno supposito, ex op-

: A posito imaginum Adæ & Evæ lucide apEX SUBIO. paret *d*.

ANNOTATA.

a De Brunone paulo diffusius Adelboldus: correctionem vide infra miraculo primo.

b De hac & adjunctis hic aliis historiis in Commentario disceptatum est.

c Intellige orationum, quas ad Deum fundebat.

d Tota hæc claudicationis historia adjecta est ex notis Gretseri, ubi & ipse alia adjungit, de quibus satis dictum in Commentario.

CAPUT IV.

Adventus Benedicti PP. VIII. in Germaniam, facilis peregrinatio Cluniacum, ejus pro Ecclesia & imperio gesta, felicissimus obitus & de eodem intra visio.

B

INde iter faciens Romam pervenit, ubi a Benedicto Papa benigne & honorifice susInvitatus in Germaniam Benedictus PP. VIII, ceptus, quantas miserationes & beneficia per S. Benedictum ei Dominus contulerit, indicavit. Benedictus vero Papa gratias egit Deo pro omnibus beneficiis suis, & pro salute Regis, & totius populi Catholici obtulit sacrificium laudis. Eodem tempore, sicut supra dictum est, Rex sanctus Babenbergensem fundum cum omnibus pertinentiis suis beato Petro contradidit, & Apostolico Præsuli ex tunc & semper defendendum commendavit, & in commemorationem hujus pactionis, singulis annis album ambulatorem *a* cum phaleris Romano Præsuli dari a constituit. Hoc quoque humilitate & devotione apud Dominum Papam obtinuit, ut ad Alemanniam accederet, & Babenberg fundum, novam plantationem visitaret. Quod & ita factum est. Nam in proximo Aprili Alemanniam intravit, omnibusque civitatibus illius regionis peragratis, tempC pore, quo condixerat, Babenberg locum adire disposuit. Venit ergo V feria Majoris Hebdomadæ, hora sexta, sacris Pontificalibus vestimentis indutus, sicut jam ad peragenda mysteria Dei, ac solenne illius diei officium processurus erat; & suscipitur gloriosissime ab Imperatore, atque universis, qui aderant, Principibus, omnique clero, & populo, inæstimabili exultationis tripudio.

ecclesiam S. Stephani Bamberga consecrat. 32 Ut autem in adventu tam insoliti, tamque exoptati hospitis Deo nostro jocunda, decoraque laudatio exhiberetur, prudentissimus Regum quatuor in occursum ejus choros psallentium decenter ordinavit. Primum, in fluminis ripa: alium, in citeriori: tertium, ante portam civitatis: quartum, in atrio ecclesiæ; ubi primus omnium Rex ipse, data manu, Papam in domum Domini introducens, divinis hinc inde hymnis canora suavitate resonantibus, in episcopali cathedra locavit. Debitum hujus sacratissimæ diei officium cum duodenis Episcopis cooperatoribus Apostolicus Pontifex similiter & aliorum dierum sequentium summa devotione celebravit. In sancta autem D Dominica Paschæ cum in matutinali officio Aquilejensis Patriarcha lectionem primam, Archiepiscopus autem Ravennas secundam; ipseque Apostolicus recitaret tertiam; omni denique ornatu, & elegantia processionis solennia agerentur, veluti condecuit Apostolicam dignitatem, Imperialem magnificentiam in sancta solennitate solennitatum, quis non judicet tam religiosam, nostrisque inusitatam in regionibus celebritatem, merito in notitia omnium Babenbergensis ecclesiæ filiorum perpetuo haberi, & memoriale ejus in sæculum non derelinqui? Sub eisdem diebus basilicam in honore S. Stephani *b* VIII Kalend. Maji idem venerabi- b lis Papa consecrans, pretiosis muneribus, quæ adhuc ibi servantur, adornavit: ubi inter Missarum solennia, cooperatione LXXII Episcoporum, & unanimi consensu Principum, episcopatum ab omni sæculari potestate liberum esse constituit, & cuncta, E quæ pontificali dignitati, & utilitati congruerent, præsentiæ suæ auctoritate, & privilegii sui attestatione, bannique firmitate roboravit. Cujus privilegii confirmatio talis est: *primo loco in appendice reperienda.*

Quid Cluniaci egerit Sanctus; 33 Ut autem ad superiora redeamus unde paulisper digressi sumus, postquam vir sanctus Romæ positus, omnia, quæ petebat, a Domino Papa impetravit, confirmatus Apostolica benedictione, Alpes Appenninas transcendit, & dimisso exercitu in terram suam, Cluniacum *c*, eo quod multa de religione & c statu loci illius audiret, orationis causa cum paucis familiaribus perrexit. Ubi cum plurima signa religionis & sanctitatis vidisset, sancti Spiritus igne succensus, coronam auream pretiosissimis gemmis adornatam, ad Missam, quæ de cathedra sancti Petri celebrabatur, obtulit, & fraternitatem monachorum suscipiens, cum maxima humilitate & contritione cordis, orationibus eorum se commendavit, & in supplementum necessariarum rerum, in Alsatia optima prædia eidem congregationi contradidit. Inde iter faciens per Leodium & Treverim transitum fecit, & congregationes inibi Deo famulantes plurimis largiF tionibus & prædiis ditavit.

Quæ fuerit Ecclesia & imperii prosperitas. 34 Et mirum, quod homo Dei, qui circa ecclesiasticas utilitates tanto studio, ob salutem animæ suæ flagrabat; in nullo profectum regni negligebat: quin imo fine effusione sanguinis, pietate, & sapientia terminos regni sui dilatavit, & Imperialem dignitatem gloria, & honore amplificavit & ornavit. Boemiam vicit & subjugavit: Burgundiam in deditionem recepit: Pannoniam quoque Catholicæ fidei, & Romano Imperio coaduunavit: victor autem aliarum nationum, Apostolus fit Ungarorum. Cum enim omnes adhuc infideles essent, Heinricus Imperator ad fidei confessionem illos attraxit. Quod ut facilius fieret, sororem suam Giselam Stephano Regi matrimonio copulavit, secundum Apostolum dicentem, Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem; & sanctificatur mulier infidelis, per virum fidelem. Stephano itaque Rege baptizato *d*, universa Pannonia ver- d bum vitæ suscepit, & mira rerum novitate

per

Digitized by Google

A per Reges Apoſtolos ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ incorporata eſt. Quam præclara tanti apoſtolatus ſocietas; quam colenda & venerandâ utriuſque ſanctitas, per quos tot ſalvati & ſanctificati ſunt. Præfatus autem Rex Ungarorum, religioſus Deoque devotus, poſtea in executione bonorum operum permanſit; quod divina pietas poſt mortem ejus evidentibus indiciis ad ſepulcrum factis ſignorum miraculis demonſtravit.

S. Conſgundem virginem ſuis reſtituit.

35 Burgundiorum quoque non humana ſed divina fuit victoria, qui cum armis, & omnibus belli copiis eſſent inſtructi, viri ad bella doctiſſimi, armis poſitis, non hominis metu, ſed Dei nutu, rogantes ea, quæ pacis ſunt, dexteras dederunt. Quemadmodum ad celebranda beati Martini confeſſoris merita Dominus pacificum belli dedit exitum: ita & nunc ſervi ſui meritis conſimilem virtutem oſtendere dignatus eſt. Similem ergo illum fecit gloriæ Sanctorum. Et ſicut Moyſes precibus magis, quam armis triumphavit; ita glorioſiſſimus Princeps per arma juſtitiæ omnia

B bella feliciter conſummavit, ac minime funeſtam, & incruentam victoriam ſemper habuit. Denique conſummatis glorioſiſſime hujus vitæ laboribus; poſtquam bonæ opinionis odorem longe lateque redolere fecerat, locumque ſibi dilectum cum ceteris monaſteriis ditando, & ornando, & excolendo ad perfectum adduxerat, ad percipiendam immarceſſibilem coronam ab ergaſtulo carnis a Domino eſt vocatus. Qui cum cerneret immineре ſibi mortis diem, citatis ad ſe parentibus & cognatis beatiſſimæ Imperatricis Chunegundæ, non nullis etiam regni primoribus, manu eam apprehenſam illis commendavit hujuſmodi verbis memoria dignis: Hanc ecce, inquit, mihi a vobis, imo per Chriſtum conſignatam, ipſo Chriſto Domino noſtro, & vobis reconſigno virginem veſtram.

Felix Sancti obitus.

36 In ejus vero tranſitu, terra plorante, cælum exultavit, ſicut Dominus per ſuam miſericordiam revelare dignatus eſt. Sub ipſa etenim hora exitus illius cuidam ſervo Dei in ſolitudine commoranti, diabolus ſub humana ſpecie traditur apparuiſſe. Quem vir

C Dei per ſpiritum protinus agnovit, & ait: Quo vadis? Cui ille: Ad exequias, inquit, Principis pergo. At ille reſpondit; Vade, inquit, & comple negotium tuum, in quantum tibi a Domino permittitur. Verumtamen conſummato officio tuo, adjuratus per Deum vivum, ad me revertere, ut per te rei exitum cognoſcam. Poſt modicum vero reverſus coram ſervo Dei gemebundus adſtitit, & voce querula, & ingenti ululatu dixit: Heu heu! deluſi ſumus, in vanum laboravimus, quin etiam ab angelis Dei confuſi diſceſſimus. Aſſiſtentibus enim hinc & inde nobis, & ſpiritibus angelicis, merita animæ juſte in ſtatera appenſa ſunt; & faſciculis peccatorum deprimentibus, jam pene pars noſtra præponderaverat.

& de ea miraculoſe viſo.

37 Tunc ſubito adueſtus quidam ſupervenieus cum catino aureo, partis dextræ lancem oneravit, mirumque in modum parti noſtræ adeo præponderavit, ut & ipſo catino ad terram collapſo, ruina colliſionis ſignum impreſſerit. Itaque victores angeli animam nobis ereptam gaudentes in ſuum conſortium abduxerunt. Hæc vero tametſi corporaliter D geſta referantur, neceſſe tamen eſt, ut virtute ſpirituali completa intelligantur. Res etenim ſpirituales per corporales exprimuntur imagines, cumque aliud foris agitur, aut dicitur, intus aliud geri ſignificatur. Prænemoratus & ſæpe rememorandus Dei famulus calicem aureum in honorem Dei & commemorationem S. Laurentii martyris eccleſiæ Mersburgenſi contulerat, cujus ſpeciali patrocinio coram Deo adjutus, & in ipſa ſui exitus hora creditur liberatus. Omni vero veneratione, & admiratione dignum eſſe perpenditur, quod eadem hora calix in certa cuſtodia clauſus habebatur, nec minus tamen prædictæ colliſionis materiale ſignum excepit.

Aliud, reliquis notatu in ſequiſtus.

38 De eodem vero calice, quid religioſorum virorum relatione in veritate audierimus, futurorum memoriis intimare operæ pretium dignum duximus. Cum enim prædictus Chriſti confeſſor Heinricus, pro diſponendis regni negotiis Marſipolim veniſſet, accidit, ut quadam die ad altare S. Laurentii attentiſſi- E me Miſſam audiret. Qua completa, ſicut ſemper facere conſueverat, ablutionem calicis ſumere volebat, ſed intervenieute magno negotio regni, quod vir ſanctus propoſuit, tunc temporis fieri non potuit. Vocato itaque cuſtode eccleſiæ, rogavit eum, ut calicem cum ablutione in mundo loco poneret, & cum omni diligentia ſervaret: quoaduſque ipſe exoccupatus aptum tempus & locum ad ſumendam illam inveniret. Excreſcentibus autem cauſis & placitis, tota die illa turbatus, non potuit ſe expedire. Poſtera vero die, poſt matutinas, cum paucis ſecretariis ſuis, clanculo monaſterium introivit, & diutius flexis genibus, & profuſis lacrymis Deum exoravit, accerſitoque cuſtode, calicem cum ablutione ſibi afferri præcepit. Cumque allatus fuiſſet & diſcoopertus, invenerunt ablutionem illam in formam veri ſanguinis tranſmutatam. Quod factum mirabile mox univerſis, qui aderant, innotuit, & nunc & ſemper in laudem Dei, & gloriam Confeſſoris ſui omnis Eccleſia ſucceſſoribus ſuis enarrabit.

Parænetica & epilogus.

F 39 Diſcite ergo divites hujus ſæculi facere vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, ipſi vos in æterna recipiant tabernacula. Hujus vero glorioſiſſimi ac beatiſſimi Patris præconia linguam carnis reticere non convenit, in cujus tranſitu angelis triumphantibus cælum exultavit. Defuncto itaque beatiſſimo Dei famulo anno regni ſui XXIV, vitæ quinquageſimo ſecundo, Imperii vero undecimo, corpus ejus in eccleſia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Babenbergæ honorifice ſepultum eſt, ac poſtmodum multis miraculorum virtutibus a Domino glorificatum eſt.

ANNOTATA.

a *Nempe equum album, de quo plura Hofmannus in Annalibus, notans etiam addendas fuiſſe centenas marcas argenti; ſed eam penſionem a Leone PP. IX per commutationem remiſſam. In tempore adventus Papæ in Germaniam, ſolita allucinatio.*

b *Recte hic Anonymus contra Leonem Oſtienſem, qui volut templum in honorem S. Georgii a Benedicto Papa conſecratum, cum id pridem dedicatum eſſet, ut ex Commentario plenius intelliget.*

c *Cin-*

A *é Clunicum aliquando iviſſe* S. Henricum, EX SURIO. *non videtur negari poſſe, ſed quam parum apte & hæc & alia diſpoſuerit ſcriptor noſter, ſatis alibi diximus, ut plura hic obſervanda non ſuperſint.*

d Hæc etiam ad commodum ſenſum in Commentario reducta ſunt.

e De hac qualicumque viſione conſulendus Gretſerus a pag. 94: nos reliqua quæ ad ſancti felicitſſimum exitum pertinent, ſuo loco expoſuimus.

AD LIBRUM MIRACULORUM

Obſervatio prævia.

NOtavit *Gretſerus pag.* 81, *in apographo Bambergenſi Vitæ* S. Henrici *hunc ſe titulum reperiſſe:* Incipit liber primus de vita & geſtis S. Henrici Imperatoris confeſſoris, *in eodem apographo nuſquam apparere*, aut finem primi aut exordium libri ſecundi; *niſi* B *ſi forte, inquit, id ſumendum ſit a commemoratione miraculorum, quæ Deus per ſanctum Imperatorem, jam vita functum patravit. Ita prorſus cenſendum putamus; cum caput* 30 *dicatur paramiſis & epilogus: ſequens vero* 31 *a miraculis incipiat, nempe ab ea viſione, qua Bruno Auguſtanus antiſtes, Sancti frater, ab evertendo epiſcopatu Bambergenſi abſterritus eſt. Extenduntur porro miracula a dicto cap.* 31 *ad* 54, *ut numero* XXIV, *quorum prima* X *ante canonizationem contigiſſe videntur: nam capiti* 41 *præfigitur hic titulus:* Proœmium in miracula quæ in translatione S. Henrici Imp. patrata ſunt; *translatas autem ejus reliquias nemo dixerit, antequam ſacrum corpus e terra levatum fuerit, quod ſupra* § 3 *accidiſſe oſtendimus anno* 1147. *Non ignoro tranſlationem* S. Henrici *etiam accipi poſſe, ut miracula quis facta putet eo tempore quo ſacrum ejus corpus ex loco ubi mortem obierat, Bambergam referretur: verum circumſtantiæ ita loquuntur, ut reſtringenda videantur ad tranſlationem aliquam reliquiarum factam poſt Sancti canonizationem. Viſum proinde eſt, totam* C *miraculorum hiſtoriam, ad normam noſtram, ita dividere, ut decem illa priora conſtituant partem primam, reliqua partem alteram: eaque ex Surio deſcribere omiſſis Gretſerianis capitum diviſionibus. Sit itaque.*

MIRACULORUM S. HENRICI
PARS PRIMA.

Abſterretur Bruno ab evertendo epiſcopatu Bambergenſi.

ANno Dominicæ incarnationis MXXV, ab Urbe condita milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto Chunradus ex regni primoribus unus, ſed regno antea per rebellionem adverſus, Principibus pro ejus electione diſcordantibus, Aribone autem Moguntino Archiepiſcopo, & Eberhardo Babenbergenſi Præſule ſibi faventibus, octogeſimo quinto loco ab Auguſto regnum ſuſcepit, & annis XV regnavit. Sublimatus autem in regni ſede, conſilio Brunonis Auguſtenſis Epiſcopi, fratris Henrici Imperatoris, qui ſemper, ut ſupradictum eſt, felicibus ejus invidebat actibus, Babenbergenſem epiſcopatum meditabatur deſtruere. Quia idem Bruno Epiſcopus promiſit regi- D næ Giſilæ, omnia prædia hereditario jure ad ſe pertinentia, filio ejus Heinrico contradere. Locus igitur & tempus conventui ſtatuitur, ubi hæc res ad exitum perducatur. Nocte vero, quæ diem præceſſerat, in qua hæc ventilanda erant, Eberhardus epiſcopus ad tentorium prædicti Brunonis clam acceſſit, lectoque ejus aſſidens, multa ſuper hac re monendo, obſecrando, memoriam fratris animo inculcando cum eodem ſolicitus egit. Quia vero jam multa noctis hora tranſacta receſſerat, & Epiſcopum pro auditis ſolicitatum ſomnus oppreſſerat, viſus eſt ei frater ſuus Imperator Heinricus lecto ſuo aſſtare, faciemque ſuam barba ex una parte depilata turpatam objectare. Cum ſuper hac re ſtupido & admiranti, ac quis tam temerarios auſus in eum præſumeret, interroganti: Tu, ait, hæc feciſti: qui me, & Sanctos Dei, quos rebus mihi a Deo conceſſis dotavi, deſpoliare diſpoſuiſti. Cave jam E ulterius ſuper hac temeritate, ne incepta tuas magna infelicitate. Ad hæc ille expergefactus, ac de viſione non parum perterritus, membrorum quoque horrore ac timore non leviter eſt attactus. Mane autem facto, cum diu exſpectatus ad conventum procerum non veniret, regina pro filio ſolicita, nuntiis miſſis, obnixe rogabat, ut adveniens promiſſa perficeret. Ille vero affirmabat, ſe tanta infirmitate gravari, ut nec de lecto ſurgere, nec pedem poſſet quoquam movere. Cum rogaretur, ut ſe in lecto ad conventum deportari pateretur, quo vel ſic promiſſio perficeretur, omnino abdicavit, ſeque in Deum & Sanctos ejus peccaſſe, libera tandem voce proclamavit. Sic itaque divina pietas per merita famuli ſui, ne ſpe, quam in ſe poſuit, fraudaretur, omnia illa pravæ conſpirationis machinamenta repreſſit: idque, quod ab eo bene cœptum eſt, confirmando, ſemper exinde ad meliora provexit.

Contra Ruinartium ſententiam F

a Sed jam nunc ad miracula, quæ poſt felicem illius tranſitum Dominus, ad declaranda meritorum illius inſignia, circa glorioſi corporis ejus ſepulturam operatus eſt, veniamus: pauca ex his ad poſterorum notitiam transferentes; quæ aut veraci, aut indubitata majorum relatione ad nos delata ſunt, aut ipſi modernis temporibus geſta probavimus, & vidimus. Mulier quædam contracta in ipſa civitate manebat, adeo incurvata, ut ad gradiendum erigi nullatenus potuiſſet, ſed reptaret potius manibus, quam pedibus ambularet. Huic orationibus frequenter incumbenti, divinitus inſpiratum eſt, ut ad memoriam beatiſſimi viri accederet, atque omnipotentis Dei miſericordiam obnixius imploraret. Accidit autem ut dies anniverſarius præfati Patris Domini noſtri congrua obſervatione celebrari deberet. Populo ergo, more ſolito, ad eccleſiam confluente; & clero vigilias veſpertinas celebrante, mulier quoque illa incurvata & contracta advenit, & plena fide ac devotione uſque ad locum ſepulcri acceſſit, dicens cum Propheta; Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus, in atriis domus Domini. Ibidem ergo pernoctans in oratione, univerſum quod habebat,

Digitized by Google

A bebat, id est cor contritum & humiliatum, Domino obtulit, & in fide Christi lacrymis rigavit pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & unguento ungebat. Et quoniam multum valet deprecatio justi assidua, cum indefessa usque in diem talibus sacrificiis insisteret; circa horam diei tertiam inter ipsa Missarum solennia, dum in secunda Missa Alleluia canitur, Laus Dei in hominibus, ipso operis effectu adimpletur. Subito enim, cernentibus cunctis, qui aderant, mulier quasi in ecstasi facta est, ac deinde senium nervi, qui dirigebant, dissolvi, & universa corporis membra concrepantia cœperunt extendi; ac sic ordine suo tota incurvati corporis deformitas in suam pulchritudinem reformata est, ut mulier erecta, & usum ambulandi, & reliqua membrorum officia cum omni integritate reciperet. Id autem certissima fide cognitum est, referentibus boni te-
B stimonii fratribus, qui præsentes huic miraculo se interfuisse, & vidisse testati sunt.

Ædituus forte affuisse, ad frugem reducitur.

3 Neque hoc negligendum, aut silentio prætereundum videtur, quod antiquitas tradidit, & veridica relatione multorum memoriæ commendavit. Quidam ædituus in ordine laico ad custodiam ecclesiæ deputatus, furtis cœpit consuescere, & in ipsa ecclesia, quæcumque poterat, clanculo decrustabat. Sed quemadmodum bonis Dei male utendo, mali ipsa bona Dei, quantum in se est, quodammodo convertunt imo pervertunt in malum; ita e contrario summus artifex mala malorum quandoque etiam in bonum convertit ipsorum. Ut enim ad propositum redeamus, ille prædictus ecclesiasticæ custodiæ deputatus, cum jam inolita vitiorum consuetudine ipsam consuetudinem peccandi sibi quasi legem fecisset, misericorditer a Domino visitatus, atque correptus est, juxta illud; Si justitias meas profanaverint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Nocte igitur quadam, dum in ipsa ecclesia somnum caperet, servus Dei a-
C spectu terribilis illi apparuit, qui & aspere invectus in eum dixit; Species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum. Quare hoc & hoc fecisti? Scito quia rem iniquam operatus es. Hoc dicto, illum de stratu suo protraxit, & multis verberibus cæsum, cruentatum dereliquit. Hæc quidem somnians pertulit: sed expergefactus signa plagarum evidentia demonstravit, & verba verberum argumentis comprobavit. Taliter ab immani præcipitio retractus, idem ipse postmodum in suo ministerio usque ad provectiorem ætatem in ecclesia permansit, & in ejus correctione multi correcti sunt, glorificantes Deum, qui per servum suum jam coronatum in cœlis talia operatur adhuc in terris.

Mandibula dimota restituitur.

4 Quadam vice incerto casu cuidam accidit, ut dissociatis ab invicem naturalibus instrumentis, mandibula loco suo dimota, & oris impediret officium, & naturalem humani decoris compositionem deformaret. Doloris, & deformitatis accedebat molestia, quam perpendere in alio commode valebimus, & ad nostri corporis infirmitatem animo recurramus. Talibus circumventus incommodis clamavit ad Dominum, & divinæ pietatis obnoxius imploravit auxilium. Ut ergo opera Dei manifestarentur in illo, multis assistentibus, & videntibus, ad tumbam Beati accessit, & capite superimposito, tam diu precibus insistit, quousque per merita servi Dei sanitatem, quam desiderabat, accepit. Quid enim? Necessarium enim est, ut, qui Domino universæ creaturæ obediunt, illis creatura omnis certis legibus rationis per omnipotentis Dei virtutem obediat.

D Ex Synod.

Sanatur paralytici.

5 Item in alio tempore contigisse in veritate audivimus, ut quidam a paralysi usque adeo vexaretur, ut exinde usum brachii perdidisset: nutu divino admonitus est, ut ad sepulturam Sancti corporis accederet; & prostratus in oratione, Dei omnipotentis misericordiam per beatissimi viri ibidem requiescentis merita invocaret. Toto itaque corpore prostratus, orationibus incubuit. Quid ergo? Christus filius Dei, qui super terram gradiens manum aridam habentem sanavit; idem nunc sedens ad dexteram Patris, eodem invocato miraculo, per merita dilecti sui, supplicem illum liberavit. Sanus equidem ab oratione surrexit, & Deum propitiatorem in commemoratione Sancti sui glorificavit. Clamor
E ad cœlum attollitur & cum debita gratiarum actione hymnus gloriæ omnipotenti Deo ab universis assistentibus decantatur.

Cæcus,

6 Hoc quoque successoribus nostris indicare curavimus, quod in diebus Rogationum ad sepulcrum prædicti Confessoris contigisse veraciter cognovimus. Quidam enim sacerdos cum populo suæ procurationi commisso in diebus Rogationum crucem cum hymnis & canticis ad monasterium scilicet sancti Petri, & S. Georgii deferebat: cum quo quidam cæcus, alterius manu ductus, veniebat. Is cum ad sepulcrum Confessoris Christi veniisset, ex toto corde suo rogavit sanctum Hemricum, ut per ejus interventum, restitueretur ei lumen oculorum. Cumque diu precibus & lacrymis pulsaret ad ostium pii Confessoris, cunctis videntibus & in laudem Dei acclamantibus, redditus est ei visus per gratiam omnipotentis. Et mirum in modum, qui alterius manu ductus Crucem Domini secutus fuerat cæcus, modo propriis manibus Crucem ferens cum laudibus Christi, po-
F pulo domum redeunti ductum præbuit illuminatus.

Languidus,

7 Aliud quoque divinæ virtutis miraculum celebri commemoratione & certa fide cognitum est. Erat quidam languidus ipsa in civitate omnibus cognitus, cujus inferiora omnia a lumbis & infra omnino præmortua fuerunt, adeo ut nec pedibus solo niti valeret, sed instrumento cuidam sexulis quatuor compacto pendulus inhærebat, suique corporis molem manibus propriis pro possibilitate artificis volutabat. Idem loculum sanctissimi corporis frequentius visitare solebat: & per Dei misericordiam, ad celebranda servi sui merita, tantam gratiam est consecutus, ut membra præmortua vivificarentur, ac deinde baculis utroque humero suppositis, pedibus terram tangeret, & erectus incederet.

contrahitur.

8 Modernis etiam temporibus quidam contractus, quia adhuc in carne superest, in eodem loco sanatus est, & naturalem usum ambulandi recepit. Præter hæc multa alia sanctitatis argumenta, & experimenta frequenter in eodem loco visa sunt: debiles curati,

A curati, cæci illuminati; dæmones ex obsessis corporibus visibiliter fugati: multi ex diversis infirmitatibus ibidem frequentissime liberati sunt, Domino testificante, quanta Sanctorum gloria in cælis sit, quos tantis miraculorum virtutibus in tertis coruscare concedit: ne apud homines loco humili teneantur, qui apud Deum meritis excelsi esse comprobantur. *Ex Surio.*

9 Cum etenim miraculorum attestationibus sanctitatem Confessoris sui Dominus declararet, Babenbergensis Ecclesiæ Prælati crebrescentibus signis, cum mandatis & litteris Chunradi Regis ac Principum Romam abierunt, & quam magna mirabilia Deus per Confessorem suum operetur, Domino Papæ Eugenio, & Romanæ curiæ nuntiaverunt. At illi gaudentes, & pro tantæ famæ dulcedine Deum glorificantes, de canonizatione sancti Regis Heinrici cœperunt solicite ac diligenter ad invicem conferre, quatenus in Catalogo conscriberetur Sanctorum, qui vir- B tutibus & signis probaretur assumptus esse in regnum cælorum. Cui canonizationi quidam Cardinalis, Joannes nomine, cœpit vehementer obsistere, & projecto timore Dei, in quibuscumque potuit, non verecundatus est prædicto Confessori detrahere. Sed divina ultio detrahentem cælesti verbere repente coercuit, & dum famam beati viri laceraret, potestas Dei lumine oculorum eum privavit. At ille adeo percussus & humiliatus cæcitatis molestia, & reatus sui conscientia cœpit torqueri; & quomodo hanc plagam in Confessorem Christi peccando meruisset, publica voce confiteri, & mirum in modum, quem prius dentibus detractionis lacerabat, hunc modo laudibus & præconiis usque ad sidera extollebat. Conversus itaque ad pœnitentiam, celerem consecutus est indulgentiam, & per intercessionem Confessoris Christi denuo est illuminatus, ob cujus ultionem justo judicio Dei fuerat excæcatus. *Postilla Cardinalis canonizationi se opponit.*

10 Simili modo cum in loco Babenbergensi, ubi prædictus Confessor tumulatus fuerat, de canonizatione ejus celebris fama haberetur, vir quidam religiosus de signis, quæ per eum fiebant, cœpit dubitare, & de permutatione exequiarum, quæ in anniversario ejus celebriter fiebant, intra semetipsum dolere: qui mox oculorum caligine adeo est plagatus, ut postea per Confessorem Christi sanatus, quantum sanctitas ejus apud Deum posset, in curatione ipsius experiretur. Et mirandum est valde, quod de sanctitate tanti viri aliquis dubitare potuerit, cum conversationis sanctitatem, castitatis integritatem, eleemosynarum largitatem, humilitatis custodiam, & omnia opera justitiæ usque in finem vitæ suæ cum devotione summa servaverit. Sed, sicut scriptum est; Nemo Propheta acceptus est in patria sua. Vir ergo prædictus, defectu luminis gravatus, confugit ad patrocinia Sanctorum, deprecans, ut per eorum suffragia sanitas sibi restituatur oculorum. Et cum ex dolore & labore assidua venarum incurvatione fatigatus fuisset, lassatum corpus somno reparavit. Cui dormienti S. Wolffgangus, eo quod eum familiarem in orationibus suis habuerit, apparuit; & ait ei: Ora Confessorem Christi Heinricum, & liberabit te, quia, quod ejus sanctitati derogasti, idcirco hæc plaga excitatis venit super te. Post hanc D visionem expergefactus, ex conscientia delicti sui contremuit, & ad tumbam Christi Confessoris concito gradu, & devota mente properavit. Et procumbens terræ, a Confessore Christi lacrymis & precibus, suis excessibus veniam postulavit. Qui statim exauditus, & pristinæ sanitati restitutus, gratiarum actiones Deo & sancto Heinrico retulit, & magnalia Dei, quæ circa ipsum Deus fecerat, religiosis viris, qui nobis retulere, ipse narravit. Caveant igitur habitatores sæculi domesticis Dei & civibus Sanctorum detrahere: quia necesse est, eos hic & in æternum perire, qui Sanctorum bonis operibus solent obloqui & invidere. Quamvis ergo nunc tempora miraculorum non sint: signa enim debentur non fidelibus, sed infidelibus: tamen cum aliqua nobis præter solitum cursum ordinemque naturæ eveniunt, omni veneratione amplectenda sunt: quatenus & ipse, qui in Sanctis suis mirabilis est, honoretur, & tarditas nostra ad meliora quæque tantis virtutibus accendatur; præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre E & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Curatur cæcus Suevus.

C

PARS ALTERA.

Variorum miraculorum in translatione ejus.

TEmpore illo, quo venerabilis abbas Merseburgensis ecclesiæ Volcmarus, reliquias beati Heinrici Confessoris Saxonicæ terræ invexit, sexus utriusque turba, fama divulgata, obviam venit: ex quibus quosdam recuperandæ sospitatis causa, quosdam vero fervens studium, quod ab antiquo circa ejusdem Regis nomen habuerant, attraxit: eo quod terræ suæ statum frequenti paganorum incursu quassatum, illum reformasse, priorum relatione didicerant. Sed meritorum ejus præconia cœperunt in ipso itineris processu evidentibus miraculorum indiciis declarari: in quo diversis morborum generibus oppressi, saluti pristinæ [quot] fuerint restituti, referre per singula, tædium scribenti, & fastidium forsitan generaret legenti. Tamen hoc non silendum, F quod in plerisque curationum locis, in testimonium divinitus ostensæ virtutis, cumuli haud grandes, vulgi studio, congesti excrevere; ut his visis posteritas illi reverentiam exhiberet, cujus meritis tot genti suæ beneficia collata videret. Verumtamen his interim omissis, ea referenda sunt, quæ in memoria hodieque tenentur a multis.

12 Inter ægros, quorum multitudo salutem petens comitabatur, adolescens quidam irrefragabili membrorum contractu globatus, a parentibus portabatur [sella] gestatoria. Qui, nil in via consecutus, ad ecclesiæ limen usque perducitur. Procedit obviam reliquiis digno cultu chorus monachorum ac clericorum, non tam ejus loci, quam ex aliis ecclesiis confluentium. Deinde, ut moris est, concentu vulgi & cleri mixtim concrepante, regreditur. Missarum quoque solennitas ritu festiviore de ipso beato Heinrico inchoatur. At claudus ille inter agmina constipantium vix ecclesiæ illatus, juxta altare, ubi reliquiæ fuerant collocatæ, deponitur. Videres in eo illud Isaiæ compleri; Saliet sicut cervus claudus,

Digitized by Google

dus, & clara erit lingua mutorum. Cœperunt enim nervorum ejus vincula solvi, pedes, cruraque extendi; illeque in oculis omnium prosiliens, quanto potuit vocis cumine, virtutem in se factam protestari. Sicque officium gressus, quod usus ab ipso nativitatis ejus exordio negaverat, gratia Christi per merita beati Heinrici reparabat. Vox in laude Dei utriusque sexus attollitur in altum: sanatus ante altare communicaturus sistitur; sicque ad propria cum parentibus regreditur.

liberati energumeni.

13 Dæmoniaci tres, unus masculus & duæ feminæ in eodem loco curati sunt: qui nomen Heinrici blasphemando ingeminantes frequenter; tandem cum stridore horrifico, sedes, quas tenuerant, reliquerunt. Unus eorum pertinacior ceteris, dia sancti nominis invocationi renitens, cum ad se reliquias deferri cognosceret; modo, cum per se Heinricus venit, non subsistam, inquit: statimque cum clamore magno hominem possessum deseruit. Hæc ipsa die adventus reliquiarum

B infra Missam gesta sunt.

Mulieri cæca visus,

14 Erat in territorio Merseburgensi mulier diu cæca, quæ, familiaribus gressus suos regentibus, in occursum reliquiis ultra possibilitatem, spe recuperandi visus, properabat, nihilque salutis in via se recepisse, peccatorum suorum obstaculo adscribens, triduo pervigil & indefessa prece, Christi misericordiæ januam pulsavit: tandemque lucis optatæ suffragium per merita beati Heinrici obtinuit. Hæc in eadem, qua prius, villa, dia vixit: tamque clarens omni terræ illi ejusmodi miraculum fuit, ut nulli fere, maxime horum, qui tunc temporis fuere, incognitum esse possit.

alteri claudæ gressus redditor;

15 Item inter occurrantes a remotioribus terræ illius partibus, mulier quædam non solum incessu privata; sed & totius corporis miserabili specie deformis & distorta a conviatri-

* i. viæ bus * vehiculo trahebatur. Quæ, de beati Heinsociis rici patrocinio confidens, propter ubique jam vulgata virtutum ejus insignia, nomen illius assidua invocatione, cum oculorum manuumque extensione memorabat. Ideoque quod totis animi votis quæsivit, in itinere adhuc invenire meruit. Laxatis siquidem fibris, ac gibbi modo

C reflexo, toroque corpore in habilem redintegrato formam, vocem in se virtutis ostensæ præconam fudit; versisque in stuporem commeantibus, vehiculum deseri, & lætantes de Dei magnalibus, lætior ipsa præcedens ad ecclesiam venit: ac vota [quæ] pro recipienda sospitate factura veherat, jam ea potita, triduo illic morata solvebat.

tertia ademptus dolor dentium.

16 In civitate Hallensi, quæ duobus a Merseburgensi loco milliaribus distat, fuit matrona quædam non ignobilis; quæ, jugi fere dentium dolore vexabatur, adeo, ut paulatim robore dentium absumpto, spem salutis assiduitas neget doloris. Cumque noctis cujusdam initio vehementius acerbitate morbi stimularetur, cum gravi suspirio hanc prorupit in vocem: O beate Heinrice, qui omnium te quærentium necessitati succurris, me peccatricem plena fide te invocantem, ne despice; sed fac, ut vel unius noctis per tuum patrocinium perfruar quiete. His dictis, præ tædio, caput ad modicum reclinanti somnus obrepsit: statimque omnis, quo diu laboraverat, dolor funditus abscessit.

D

Vix Sa- RIO. *Ponitur monachos S. Henrico detrahentes.*

17 In Monasterio beati Petri, quod Merseburgensi civitati contiguum est, res talis accidit, cujus fere omnis congregatio meminit, ipseque frater, de quo fermo est, adhuc superstes inquisitus, cum gemitu referre consuevit. Cum festum beati Heinrici, pari voto, longe lateque, omnes terræ illius ecclesiæ, ritu festiviore colendum exciperent; eadem, quanto vicinior, tanto in laude illius prompta, pro

E suo posse, cœpit esse ornatior. Sed quia impossibile est, ut in prosperis quis, quamvis justus, quamvis sanctus, livorem effugiat, Frater quidam, invidiæ stimulis actus, ejus sanctitati non timuit derogare, & modis omnibus, ejus, quantum in ipso fuit, remiti gloriæ, in tantum, ut eo die cultum quæque, (quia tunc custodis officio fungebatur) occultaret, & signorum grandium consonantiam præpediret. Sed non diu Frater ille impune Dei, & beati Heinrici tulit offensam. Nam cœpit subito toto corpore fere quinque sensuum officio privari: deinde animi rigore laxato, patam omnibus Dei judicium in se processuri, sicque necdum ad perfectum sanatus, aliquantulum in melius reparari.

Templum fbi exstrui jubet S. Henricus.

18 Hoc, quod subjungam, ipso, de quo dicturus sum, Episcopo referente, Deo teste, cognovi. Cum Polonia jugum imperii, ut potest gens rebellis & effera, & magis saltuum & paludum inviis, quam virium robore confisa, de cervice sua niteretur excutere: ad reprimendam ejus contumaciam gloriosus Imperator Fridericus animum intendit. Cumque indicta generali expeditione, copiosus a diversis regni partibus contractus esset exercitus, Principes terræ illius, & omnis populus timore correpti, quippe qui regni vires contra se moveri; se autem impares & inexpertos peritiæ belli videbant, ad placandam regis iram legatos mittentes, iterata subjectione prioris diffidii errorem corrigere omnimodis promittebant. Ad hoc ergo reverendæ personæ, mitæque prudentiæ episcopum Plocensis ecclesiæ Wernherum elegerunt, eumque cum donis regiam magnificentiam decentibus, ad Imperatorem Aquisgrani morantem, & ossa Caroli Magni levata

F in thecis auro gemmisque confectis recondentem direxerunt. A quo diu repulsus, tandem intercentu Principum in gratiam admissus, legatione ad votum peracta, cum reliquiis S. Henrici, aliisque donis ab Imperatore perceptis redit: & in memore, quod Xurbiæ ac Poloniæ terminis interjecet, mediante jam die, tentoria figi præcepit. Cumque post refectionem fessos ex itinere artus quieti dedisset, quidam in somno, regia veste circumamictus, & dextra sceptrum gerens illi adstitit, hisque verbis eum alloquutus ait: Quid in hac vasta solitudine somno deprimeris? Quæ tecum nesciens geris? Et dum ille perterritus, quisnam esset, interrogaret: Ego sum, ait, Heinricus, Babenbergensis ecclesiæ fundator; qui in temporalis vitæ cursu, immortalitatis compendium a Domino promerui. In eo ergo, quo jaces, loco, ecclesiam nomini meo, prout tempus permittit, construe, sciens, proculdubio, processu temporis, divinum in eo servitium augmentari. Surgit igitur Episcopus, statimque

per

A per famulantium ei manus certatim ruentibus lignis, in modum habilem fecit eccleEX SURIO. siam; sed de lapidum penuria, qui ibidem audiri, non videri consueverant, dum anxius circuiret Episcopus, casu baculum, quem ferebat, in aggestum terræ cumulum figens, lapidum copiam in similitudinum quadratorum reperit; sicque altare componens, Dei & beati Heinrici, sanctique Sigismundi Regis nomini dedicavit. Ubi nunc, multis adstipulantibus, major ecclesia construitur, ac monachicæ professionis Ordo inchoatur; quodque ille prædixerat, jam impleri videtur. Hac igitur occasione nomen beati Heinrici apud illas nationes in veneratione cœpit haberi.

19 Quodam tempore cum non modica multitudo pauperum, variis languoribus oppressa, in ecclesia Merseburgensi non solum sa*Nefaria simulatio castigata* nitatem corporis; sed & stipem importune petens confluxisset: populus, qui oraticnis causa, advenerat, prout facultas permittebat, unicuique misericordiæ manum porrigebat. B Ubi rusticus quidam e proxima villa, cupiditate fordens, nervorum contractionem simulavit, & recurvato pede in medio languentium consedit. Quem, dum rei domesticæ cura regredi compulisset, jamque baculo innisus, facto gressu, extra limen ecclesiæ processisset, locum quærit opportunum, ut pede reflexo, expeditius, quo tendebat, perveniret. Sed Deo & beato Heinrico dignam ejus meritis pœnam ingerente, miseriam quam ante simulaverat, jam dolore irrefragabili pede nati cohærente, sentiebat. Quid ageret? Pudor, dolorque conflictu pari in ejus mente decertabant. Pudor propalare rem gestam prohibebat; dolor confiteri cogebat. Vicit tamen timor. Et omnes, hæc audientes, grandis apprehendit timor. Hoc itaque indicio cunctis claruit, Dei famulum non solum votis pie quærentium adesse; verum etiam talia præsumentibus districtum obesse; sicque deinceps perfidorum præsumptio talis cessavit.

20 Est ecclesia parochialis ecclesiæ B. Petri in veteri Castro contigua, juxta quam re*Curantur cæci.* sidens cæcus quidam, audivit concentum popularium in reparatione cujusdam ægri devotissime congratulantium. Erat autem hic de C terra & de gente Sclavorum: quibus simplicitas vel irrationabilitas, pravitate quadam ingenii, naturalis est adeo, ut vix vel tenuem fidei videantur habere scintillam. Quærit ergo causam talis concentus. Cui, cum pro sanatione languentis hæc fieri indicatum esset, ait: Iste Heinricus Teutonicus cum sit, solis Teutonicis gratiæ suæ præstat subsidium: mihi vero, gentique meæ hominibus nihil umquam beneficii contulit. In risum ergo, qui aderant, excitantur. Quidam vero sanioris animi, ut ecclesiam petat pro salute sua rogaturus, adhortantur. Ductus itaque, ubi reliquiæ Beati Confessoris servabantur, humi prosternitur: & paulo post pietatem Teutonici, Sclavus ipse, quam negari sibi querebatur, experitur. Cœperunt enim ab oculis ejus albedines in modum squamarum avelli, optatumque lucis suffragium in eo redintegrari. Unde gens illa, quæ ut dixi, rustica simplicitate, & fidei pusillanimitate se sperni arbitrabatur, hoc beneficio, D fiducia speque resumpta, ultra omnes beatum Heinricum studio devotiori venerabatur.

21 Hujus rei, quam dicturus sum, tot *Testes*, fere testes habentur, quot fratres, qui tunc temporis fuere, apud præfatam B. Petri ecclesiam inveniuntur; qui eam tanto fidelius, quanto verius agnoviße contigit, attestantur. In quadam eorum villa, civitati proxima, rusticus quidam, gravi tactus infirmitate, officium pedis unius amiserat, adeoque arentibus nervis ac carne præmortua emarcuerat, ut humana solertia, vel studio in eo recuperari sanitatem, tam ipsi, quam omnibus eum intuentibus, impossibile videretur. Unde, quod ab homine fieri desperabat, ab eo, cui nihil est difficile, sed solus restaurat universa, per beati Heinrici patrocinium, fide firma, spe solida, quærens; ejus misericordiæ januam fletibus assiduis, jejuniis crebris pulsavit, & tandem in formam pristini gressus restitui meruit.

22 In pago quodam, milliari uno a Mers- E burgensi castro distante, mulier surda & muta *& mulier surda & muta.* ab exordio nativitatis suæ, a propinquis & civibus, misericordiæ sinu fovebatur. A quibus, ad ecclesiam perducta, nutibus & signis, quibus erga eam uti possibile fuit, antea beati Confessoris reliquias prona sterni jubebatur. Sed illa jumento insipienti similis, pro se nil rogare noverat; vel quod essent reliquiæ, aut quid gereretur, penitus nescicbat: cui tamen fidelium pro salute ejus in commune supplicantium oratio, fideque subveniebat; & per beati Heinrici suffragia, ut ipsa postea testabatur, in utroque corporis officio reformari meruit ex integro.

23 Cum excubiæ sacræ a fidelibus circa the- *Ignis arcui sed non cuiquam.* saurum incomparabilem sine intermissione fierent, ita ut aliis recedentibus, aliis venientibus, die noctuque fores ecclesiæ non clauderentur, custos ecclesiæ inter oves, lupos, sub vellere ovium latentes, non facile agnosci considerans, auferri furtim reliquias metuebat. F Ad quod præcavendum ex quadris lapidibus facto satis habili reconditorio, eas in illo locavit. Cui etiam ostiolum ex pino, quod causa poscente, claudi & aperiri posset, imposuit. Nocte ergo quadam, insta cursum matutinum lumen incautius eidem apponens, chorum, quem studiosius aliis frequentabat, ingreditur: sed paulo post fumum sentiens, & quid acciderit, animo præsago concipiens, ad locum festinus revertitur: inveniteque ostiolum a flamma tangi & fumum dare, sed non lædi. Cujus hæc meritis, nisi ejus, cujus illic reliquiæ servabantur, possunt adscribi? Poterant quidem, absque ligni & lapidis repositione, a raptu alieno, ipso mediante, servari: sed pius confessor Dei, laborem & studium devote sibi obsequentium, noluit incassum deperire, ne vel in parvo detrimento januæ viderentur contristari, ideoque in ligno, foci usui apto, vim virtutis suæ ignem a Deo obtinuit oblivisci.

Energumena liberata: calix S. Laurentii adversus febres.

24 Mulier arreptitia de restibus connexa manus coram prædicto reconditorio, licet multum renitens, sistitur. Quæ, dæmone mugitum in aera dante seque ab Heinrico torqueri vociferante, satis ipsa torta liberatur

A tur. Viſum eſt illi, ut præſentibus referebat, quemdam capite cano, barba prolixa, veſte amictum regia, ex eodem loco proceſſiſſe, & a ſe ſpiritum nequam pugnis & minis extorſiſſe. Verum ſi cuncta ſigillatim, quæ diebus ſingulis facta ſunt miracula perſequi voluero, tempus me prius quam materia deſeret: præſertim cum numero poſſibilitatem excedente, cuſtos ipſe eccleſiæ, qui omnibus fere intererat, pauca de multis memoriæ tradere ſe potuiſſe perhibebat. Hoc ſolum hic omittendum non eſt, quod de calice aureo, ex Suede quo ſupra dictum eſt, quem ob ſpeciale RIO. devotionis ſuæ indicium idem Imperator beato Laurentio confici juſſerat, febricitantes aquæ, vel alterius liquoris hauſtu curantur: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum: Amen.

APPENDIX

Eorum quæ ad ſuperiorem Vitam, ab Anonymo ſcriptam, ad S. Henrici recentiora beneficia, mantum, crucem, aliaque ſacra cimelia; ad hodiernam ſolemnitatem, ad renovata pietatis Officia, ad templa & ſacella erecta potiſſimum ſpectant.

CAPUT I.

De diplomatibus ex data Vita huc rejectis.

Diploma Benedicti VIII qua anno ſcriptum.

HUC *rejecimus diplomata Vitæ* S. Henrici *non ſatis apte innexa variis capitibus, de quibus ſupra locuti ſumus. Primum locum hic occupant, quæ temporum ordine præcedunt, gemina Benedicti* PP. VIII *littera ad* S. Henricum, *necdum Romæ coronatum, & ad Eberhardum Bambergenſem epiſcopum primum de ejus eccleſiæ confirmatione datæ, quarum priores ſcriptæ dicuntur in menſe Junio Indict.* XI; *datæ vero* XII Kal. Februarii, pontificatus anno primo. *Non eſt ſatis pervium, reperire finem pontificatus Sergii IV, aut initium Benedicti VIII, ut recte expendit Baronius ad annum* 1012, *quidquid ipſe eo anno jam dicti Sergii obitum collegit, atque adeo Benedicti in Pontificium Sedem ingreſſum. Etenim ſi hoc diplomate recte ſignata ſunt omnia, non potuit Petri cathedram conſcendere Benedictus ante annum* 1013 *Indict.* XI, *qui iſtius anni character eſt: cum vero & ſcriptum & datum ſit diploma anno primo ejus pontificatus, neceſſe eſt, ipſum adhuc fluxiſſe menſe Januario ſeu* XII *Kalend. Februarii anni ſequentis* 1014, *de qua re hujus loci non eſt plura inveſtigare.*

C

item alterum.

2 *Inde fortaſſe non inepte quis colligat, diploma iſtud, præcedenti anno* 1013 *ſcriptum, a Papa Benedicto ſtudioſe ſervatum videri, ut ſit Imperatori ipſi, jam coronato ſeu coronando, ſub principium anni* 1014 *offerretur in ipſa urbe Roma, quamquam ſolum Regis titulum præferat. Conjectura eſt, quam redargui facile patior. Id obiter obſervo, quod ſub finem ſummus Pontifex, non jam ad* S. Henricum, *ſed ad ſolum dilectiſſimum fratrem, adeoque ad ſolum epiſcopum Eberhardum ſermonem convertat: ſed neque hæc ſcrupuloſius hic examinanda ſuſcipimus. Diploma alterum, ſoli Eberhardo inſcriptum, nullam temporis notam ſignat; at recte advertit Gretſerus ex iis quæ aſſerit Benedictus ſe præſente Bambergæ facta fuiſſe, datum eſſe poſtequam Bambergam ipſe venerat, nempe anno* 1019, *dum baſilicam S. Stephani* VIII Kal. Maji *conſecraverat, ut eſt cap.* 23, *apud nos num.* 32; *fortaſſe in ipſa urbe Bambergenſi, priuſquam in Italiam*

Julii Tomus III.

reveneret. De tribus aliis poſterioribus diplomatibus Clementis II, Leonis IX & Henrici III Caſa-forma ſcriptis, nihil eſt quod hic magnopere explicem, ſi quid lucis hinc inde deſideretur, ad marginem notatum invenies. De variis illorum S. Henrici.

3 *Unum ſupereſt, dum de diplomatibus agimus, hac opportunitate indicandum, verum non nihil eſſe formam, quæ* S. Henrici *ſigilla exhibet. Huc me adduxit diploma Henricianum, in maximo folio expanſo, ad autographi normam exaratum, atque inter ſchedas noſtras repertum*, datum VI Nonas Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis MXII, Indict. I, anno ſecundo Domni Henrici Regis I. Actum Quidilingaburc, *quod hic integrum, & quidem in æs inciſum referrem, ſi id operæ pretium eſſet: nota enim hæc pridem ſunt, & totum pridem exhibuit laudatus ſupra* F *Schannat in Annalibus ſuis Fuldenſibus ad dictum annum* 1003, *pag.* 367.

Neque de monogrammate hic mihi quæſtio eſt, neque characterem examino, cum de his alibi abunde

A *dictum ſit : in ſigillis ea occurrit diverſitas , quæ*
EX SU- *curioſorum id genus cimeliorum oculos ſubire me-*
RIO. *reatur . Eam obſervavi , prædicti apographi ſigil-*
lum conferendo cum altero Bambergenſi , pridem ad nos tranſmiſſo , quorum ectypa hic ſubjiciam . Sic exprimitur S. Henricus *in diplomate Quidlingburgenſi ; cujus ſigillum revulſum jam hic exhibitum atque alteri applicatum pridem notavit Papebrochius tom.* III *Junii pag.* 79 *, quod ex noſtro producimus .*

4 *Ab hac forma non parum diſcrepat ſigillum alterum quod anno* 1699 *nobis delineavit ſupra laudatus Joannes Franciſcus Xaverius Eppenauer, archivi Bambergenſis tum ſubſtitutus regiſtrator juratus , ad manu propria ſubſcripſit & teſtatum voluit* XVI. *Maji ejuſdem anni , hiſce verbis*: Ego infraſcriptus teſtor manu propria , quod ſigillum præſentis formæ ſecundum originale (manu propria Imperatoris S. Heinrici , & ſigillo iſthoc cereo roboratum , Calendis Novembris Frankonofurti anno Dominicæ Incarnationis
B MVII , vigore cujus , ut formalia latina ſonant, ſuæ paternæ hereditatis locum , Babenberc dictum , conſentiente atque rogante dilectiſſima conjuge ſua Chunigunda regina , in ſedem & culmen epiſcopatus ſublimando provexit) fideliter delineaverim . *Eſt autem ſigillum* S. Henrici *forma nonnihil a priori diverſa , in hunc modum effigiatum* :

C 5 *De alterutrius majori aut minori ſinceritate ex his duobus dumtaxat exemplaribus nihil tuto decerni poſſe video ; ſufficiat mihi utrumque , ne hic ſubtude pereat , exhibuiſſe , ut quibus plura ad manum ſunt , accuratiorem diſquiſitionem inſtituant. Habe modo promiſſa diplomata , ex Anonymi opere huc remiſſa , quæ ſatis erit integre reddidiſſe , ut ab Anonymo edita ſunt ; cum ſola duo prima ad S. Henrici tempora ſpectent , abunde jam explicata , præter penſionem annuam Romano Pontifici pendi ſolitam , de cujus permutatione cum territorio Benepentano vide Annales Baronii ad annum* 1053 *numero* 9 *, ut hæc facile præterire hic poſſint.*

D

Confirmatio privilegiorum eccleſiæ Bambergenſis a Benedicto VIII ſummo Pontifice . Legendæ cap. 24.

BEnedictus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo ſibi in Chriſto ſemper Domino , & ſereniſſimo Regi Heinrico a Deo coronato, ſuoque ſpiritali filio , Eberhardo quoque conſtratri & epiſcopo ſuo , ſanctæ videlicet Babenbergenſis eccleſiæ venerabili epiſcopo æternam in Domino ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem. Inter omnia quæ divinæ providentiæ conſilio diſponuntur , ad laudem reſpicit creatoris , quod & a ſummis viris, Deoque devotis, intuitu pietatis & ſpe æternæ retributionis venerabilia loca eorum ſumptibus ſublimantur, re- E ctiſſimeque ordinantur , poſſeſſionum ſuarum beneficiis cumulantur; & in meliorem ſtatum, Chriſto auxiliante , commutantur. Unde, dilectiſſime fili, in omnibus quæ te ad laudem & gloriam Redemptoris noſtri devote , & miſericorditer feciſſe, manifeſtum eſt , nihil perfectius , nihilque melius ad promerendum regnum cælorum agere potuiſti ; quam quod illum tibi feciſti heredem , a quo acceptorus es æternam hereditatem : quodque ſancta Babenbergenſis eccleſia ad epiſcopalis dignitatis faſtigium per te ſublimata ; illic tibi beatiſſimam Dei Genitricem ſemperque Virginem Mariam beatiſſimoſque Apoſtoles Petrum & Paulum, una cum ſanctis martyribus Kiliano & Georgio elegiſtis in patrocinium ; qui , Chriſto propitio, compenſata viciſſitudine , adipiſcendi regni cæleſtis perpetuum præſtabunt auxilium . *laudatur ſ. Henrici pietas ,*

7 Protanto igitur Deo ejuſque Sanctis collato ſervitio, imprimis ipſi gratias , debitaſque laudes referimus, qui tibi tam ſanctum opus faciendum inſpiravit , & ut id votum tuum perficeres , largiflua pietate adjuvare diſpoſuit. Deinde , quomodo ſancta Romana Eccleſia , quæ bene fundata eſt ſupra firmam petram , hoc ſemper veræ charitatis habuit indicium , ut de exteriorum gauderet eccleſiarum provectu : competit noſtro Apoſtolico moderamini, ut nos qui eidem , Deo auctore , deſervimus , ſancto tuo ſtudio pleniſſime congaudeamus , ſperantes tui operis habere portionem: ſi, quod tuum eſt per laborem ; noſtrum facimus per charitatem. Quapropter quoniam petiſti a nobis una cum confratre noſtro Eberhardo, ejuſdem ſanctæ Babenbergenſis eccleſiæ Deo digno epiſcopo , ut omnia , quæ privilegiorum auctoritate ſibi ſuæque eccleſiæ a prædeceſſoribus noſtris, videlicet Domino Joanne & Sergio ſummis Pontificibus collata ſunt , noſtræ quoque auctoritatis privilegio confirmaremus , conſiderantes nos quidem veſtræ devotionis affectum pieque voluntatis propoſitum, libentiſſime petitionibus veſtris aſſenſum præbere decernimus . *poſtulatam confirmationem ,* F

8 Quocirca ſtatuentes , atque promulgantes coram Deo & terribili futuro ejus examine per hujus noſtri Apoſtolici privilegii ſeriem & conſtitutionem , ſancimus, & bea- *eumdem decernit ,*

tæ

Actæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ, nec non & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, sanctorumque martyrum Kiliani & Georgii, ceterorumque omnium Sanctorum auctoritate, in quorum nomine prænominata ecclesia dedicata est, decernimus, atque obtestamur, tam Apostolicæ Sedis Pontifices, quam qui ecclesiasticas administravezunt actiones, cunctosque christianitatis titulo insignitos, ut nullus habeat licentiam de his omnibus, qui eidem ecclesiæ a prædecessoribus nostris per privilegia concessa sunt, vel a nobis data sunt; aut ab aliquibus fidelibus viris ac mulieribus præfatæ ecclesiæ tradita sunt vel in futuris temporibus contradentur, tam in familiis quam in terris, seu in aliquibus possessionibus, convellendi, destruendi, molestandi, vel alienandi.

9 Si quis vero quod non credimus, temerario ausu, contra ea, quæ hac nostra stabili & inconvulsa firmitate, pie & fideliter per hoc nostrum privilegium dispositæ sunt, contraire tentaverit, & hæc, quæ a nobis ad laudem Dei pro stabilitate præscriptæ ecclesiæ statuta sunt, refragari, aut in quoquam transgredi; sciat se auctoritate beati Petri Principis Apostolorum omnium, nostraque, cujus immeriti vicem agimus; anathematis vinculis innodatum, & cum diabolo, ejusque atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi, æterni incendii supplicio concremandum, nisi resipuerit, & eidem ecclesiæ digna emendatione satisfecerit. At vero qui devota intentione observator in omnibus exstiterit; hujus nostri Apostolici privilegii ad cultum Dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo Deo & Domino multipliciter consequatur & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Sancta Trinitas charitatem vestram illibatam custodiat, dilectissime frater. Scriptum per manum Herhardi scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Junio Indict. XI. Datum XII. Kalend. Februarii per manum Benedicti Portuensis Episcopi, & Bibliothecarii C sanctæ Romanæ Ecclesiæ, anno, Deo propitio, Pontificatus Domini nostri Benedicti summi Pontificis & universalis octavi Papæ primo, in mense supradicto.

& contra eumdem anathematis percellit.

Litteræ Benedicti Papæ ad Eberhardum primum ecclesiæ Bambergensis episcopum. Legendæ cap. 25.

Hic explicatur,

EBerhardo primo quoque Babenbergensis „ ecclesiæ episcopo idem Papa Benedictus „ scripsit epistolam de confirmatione ejusdem „ episcopii in hunc modum„. Benedictus Episcopus servus servorum Dei, dilectissimo in Domino Jesu Christo filio Eberhardo, sanctæ Babenbergensis ecclesiæ venerabili episcopo perpetuam salutem. Quandocumque nostræ Apostolicæ corroborationis pie expositur suffragium, celeri affectu est tribuendum. Et si in his exposcitur, quæ durare perpetuo videntur, literis est etiam annotandum, ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium, vel incertum. Quapropter notum esse D volumus cunctis sanctæ Ecclesiæ filiis, tam EX SIG. præsentibus quam futuris, quid de episcopatu, RIO. quem Christianissimus Heinricus Imperator ad honorem Principis Apostolorum Petri Babenbergæ devotissime perfecit, actum in eadem ecclesia nobis præsentibus sit. Sæpius enim obnixe dictus Imperator, fervens nimio amore episcopatus, quem tactus divino impulsu, perfecerat honorifice, ad confirmandum eum Apostolica auctoritate Babenbergam adire nos deprecatus est. Cujus deprecationes assiduas, & indefinentem instantiam de justo desiderio procedere cognoscentes, iniquum judicavimus, præsentiam nostram illi denegare, & inde humanam callidicatem contra venerabilem locum aliquando occasionem sumere.

quid sibi referri voverit Pontifex.

11 Venimus ergo Babenbergam, ubi ab eodem Imperatore suscepti sumus, prout poterat, & noverat melius, ecclesiam autem cum omni integritate episcopatus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui Deo auctore præsidemus, & nobis obtulit. Quod videntes, E quum consideravimus, seriem hujus nostri privilegii, & episcopatum confirmare in perpetuum, eumque tibi, dilectissime, & tuis successoribus concedere, ea videlicet ratione, hoc ordine, ut nullus unquam viventium, cujuscumque sit dignitatis vel ordinis, contra hanc nostram confirmationem episcopatus venire audeat, vel contra te, tuosque successores ob hoc agere; neque liceat ei de omnibus, quæ nunc habet, vel habiturus est præbitus episcopatus, vi, fraude, aut iniqua callidicate aliquid abradere, vel te tuosque successores de his omnibus inquietare aliquo modo, ita sane, ut singulis quibusque Indictionibus, sub nomine pensionis, equum unum album nobis, nostrisque successoribus persolvat, cum sella conveniente Romano Pontifici.

ex obtato episcopatu

12 Si forte, quod non optamus, aliquis superbus aut arrogans temerario ausu contra hanc nostræ præceptionis seriem, pie a nobis promulgatam, venire, aut agere tentaverit, F sciat se Domini nostri Jesu Christi, & Apostolorum Principis Petri, cui oblatus a dicto Imperatore episcopatus est, cum suis pertinentiis, & cujus suffragium, & judicium per nos nostrosque successores exspectat; anathematis vinculo innodatum & cum diabolo, & cum ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini & Salvatoris nostri, æterno igne concremandum. Qui vero pio intuitu curator & observator hujus nostræ salutiferæ præceptionis exiterit, benedictionis gratiam & cælestis retributionis gaudia a justissimo judice Domino consequatur. Scriptum per manus Raphonis notarii regionarii & scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Litteræ, quibus Clemens II Papa ecclesiæ Bambergensi privilegia & immunitates confirmavit. Legendæ cap. 26.

Bambergensi primum episcopo,

CLemens Episcopus servus servorum Dei, sacratissimæ nostræ Babenbergensi eccle-

Digitized by Google

A fus in filiis & filiabus ejus, clero videlicet ac
EX SURIO. populo, perpetuam in Domino salutem. Dispensatio sæculorum venit de Principe cælorum, qui antequam sæcula efficerentur, præsciit qualiter disponerentur: inde fit, ut non possit non impleri, quod ab æterno illius oculo potuit prævideri. Tanti numinis nutus te, suam charissimam filiam Babenberc, nobis in sponsam legitimam despondit, & arte regere, quantum in nobis fuit, sua propitiatione donavit. Certe nulli marito circa uxorem fides purior, & amor ardentior, quam circa te nobis. Nec unquam *vel* in mentem venit te destituere, & alii adhærere, sed nescio quo divino consilio actum est, ut matri tuæ omnisumque Ecclesiarum consociarer, & aliquantum tamen non omnino a te separarer. Ecce enim, cum illud caput mundi, illa Romana sedes hæretico morbo * laboraret, & charissimi filii nostri Domini Heinrici Imperatoris Augusti præsentia ad hoc invigilaret, ad hoc instaret, ut hujusmodi segritudinem propulsaret, explosis tribus illis * quibus idem nomen Paparus rapina dederat,

*Simoniacis cui Sedem violenter occupabant.

B inter tot agmina Sanctorum, qui aderant, Patrum dignatio cælestis gratiæ nostram indignissimam mediocritatem cunctis nitibus refragantem, voluit eligi, & altissimi Apostolorum Principis vice fungi.

* Vide Baronium an. 1046 & etiam 1044.

14 Avulsum me tunc a suo gratissimo latere, sponsa dulcissima, quis dolor apprehenderit, quis mœror confecerit, quo pacto exprimam, nescio; cum nobis omnem modum videretur transgredi. Plus honoris est, plus decoris, plus, inquam, virium matri quam filiæ, utpote cui omne genu terrestrium flectitur: pro cujus arbitrio janua cæli aperitur & claudiur; adversus quam nec portæ prævalent inferorum. Non tamen tanta dominationis cupido ostio nostræ mentis irrepsit, cordisque cervicem libenter inflexit. Satis nobis erat tecum: activam bene; contemplativam quoquo modo ducebamus vitam, præsertim cum perfectus amor nec speciem alterius unquam, nec inquireretur opulentiam.

temeritatem ejus sponsam testatur,

C Testem invocamus aciem divinam, non commentari nos apologiam; illa enim secreta cordis rimatur, cui nulla nox obtenebratur. Pro teste quoque utimur ipsa conscientia, ubi sua est solicitudo continua. Interiorem pupillam nec terrarum spaciositas, nec tot rotundunt oppositæ; quin amicam meam, sororem meam, sponsam meam, columbam meam diligentiori cura circumspiciam * & undique munitam faciam. Concessum nobis est divinitus, non ex nostris meritis, ut jam diximus, jus illud Apostolicum, quo & cælis imperatur & terris. Unde dignum duximus & accommodum decrevimus, ut de profectu nostro tu quoque proficias, & inde tibi amplius consulas, unde nobis illa potestas ampliatur.

* *forte* circumsepiam

corrige sponsa meminisse rebaram,

15 Piissimæ recordationis Dominus Heinricus Imperator Augustus te fundavit, te etiam in altum culmen erexit. Quo supplice, inexpugnabili muro & propugnaculis Apostolici munimini adversus omnes impias manus prævalentes bene circumvallata es, per prædecessores nostros, Joannem scilicet XIV * Papam, & Benedictum. Quod etiam idem nos facere cupientes, ut triplici tuitione circumcincta, per

* portas XIX

D virtutem S. Trinitatis nihil unquam patiaris læsionis, nihil unquam ab aliquo molestationis, secura semper & quieta maneas in filiis & filiabus tuis, semper Deo devote serviens, devote obediens: secura semper & quieta manens; statuimus per hoc nostri magisterii privilegium, ut de bonis illis omnibus, quæ tibi, sponsa charissima, virgo castissima, ecclesia speciosissima Babenbergh, summa liberalitas ejusdem orthodoxi Imperatoris, de summa devotione procedens, pio affectu contulit, & nomine tenus illi per concambium convenientissimum, & acceptissimum a Wirzeburgensi, & Eistettensi Episcopis canonico & rationabili judicio permutavit: vel quorumcumque post eum fidelium religiosa pietas obtulit, & oblatura est, usque in perpetuum, sive sint mobilia, sive immobilia, nullus Imperator, nullus Rex, dux, marchio, comes, vicecomes: præterea non Archiepiscopus, non episcopus, non abbas, E nec ulla hominum persona, audeat, teneat, præsumat quidquam vel violentia, vel fraude, vel furto detrahere, minuere, mutilare.

violatoribus mala,

16 Quod, si quis diabolico instinctu pulsatus, crudeli temeritate admittere non perhorruerit, & admissum citius emendare neglexerit; hujusmodi hominem, quicumque sit, de communione sacrosancti corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, & a participio totius christianitatis non solum excludibus, sed etiam propulsamus: quin etiam Apostolici anathematis acutissima lancea eum transverberamus, ut pro malefactis male perditus mortem gemat æternam, associetus in gehenna inferioris inferni, dæmonum principi, mortis inventori, & etiam Judæ sacrilego & proditori, undique circumcinctus draconibus tartareis, in ultionem sævientibus, nec in ultimo tremendi diei judicio ad vitam resurgat: sed crudelissimum corpus resumens duplici contritione conteratur, infelicissimo & miserrimo genere vivendi, mortem quærens, & non invenies.

adiutoribus omnia prosperans.

17 Qui vero pio intuitu propias manus ab hujusmodi temeritate subtraxerit, & si ita res exegerit adversum omnes insurgentes, & F quidquam auferre conantes, ea bona defenderit, ad tuum tuorumque opus, sanctissima Babenberch; illa scilicet, ut prædictum est, quæ tibi collata sunt, vel de cetero in æternum tibi conferenda sunt, talis ab illo benedicatur, qui super Cherubim sedet, & glorietur, pro eo, quod hoc nostræ Apostolicæ auctoritatis privilegium studuit observare illæsum, suoque robore solidatum: quod nimirum consilio & voluntate, nec non alacri promptoque animo charissimi filii nostri, jam superius memorati, Domini Heinrici Imperatoris Augusti, de nostra Apostolica Sede tibi transmissum eidem gratulare. Etenim ut te plantavit conditor tuus ille primus Heinricus Cæsar Augustus, sic est secundus vestigia ejus secutus, & ut pari nomine, parique dignitate, sic pari devotione te rigavit, tibi incrementum dedit, & adhuc dum usque vixerit, Deo miserante & inspirante, dabit. In quo te, dulcissima sponsa, optamus in sæcula sæculorum crescere, pollere, vigere, dicentes bene valere.

Les-

A

Leonis IX diploma de privilegiis eccleſiæ Bambergenſis, præſertim de Pallio, & quoties eo uti poſſit Epiſcopus. Legendæ cap. 17.

POſt hujus, piæ memoriæ Clementis felicem „exceſſum, cum Damaſus Papa, qui & „ Poppo Brixienſis prius Epiſcopus, ſediſſet „ triginta tantum dies, Leo IX, qui & Bru- „ no, a ſupra dicto Heinrico tertio Impera- „ tore electus, & centeſimus quinquageſi- „ mus ſecundus Papa conſtitutus, in ſignum „ benignitatis, quam erga Babenbergenſem „ locum habuit, Hartwico III Epiſcopo Pal- „ lium direxit ab Apoſtolica Sede, ſcribens „ ei epiſtolam in hæc verba „: Leo Epiſco- pus ſervus ſervorum Dei Hartwico Baben- bergenſis eccleſiæ venerabili Epiſcopo, per- petuam in Domino Jeſu Chriſto ſalutem. Si

Hartwico Bambergenſi epiſcopo

B paſtores ovium ſolem, geluque pro gregis ſui cuſtodia die ac nocte ferre contenti ſunt, & ut ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſem- per vigilantibus circumſpectant; quanto fu- dore, quantaque debemus pervigiles eſſe di- ligentia, nos, qui paſtores animarum dici- mur? Attendamus, & ſuſceptum officium exhibere erga cuſtodiam Dominicarum ovium non ceſſemus, ne in die divini examinis pro deſidia noſtra, ante ſummum paſtorem ne- gligentiæ reatus nos excruciet, unde modo honoris reverentia ſublimiores inter ceteros judicamur.

19 Ad Miſſarum itaque ſolennia celebran- da fraternitati tuæ Pallium tranſmittimus, quod anteceſſoribus tuis numquam ante con- ceſſum, modo tibi primo concedimus, roga- tu dilectiſſimi filii noſtri Imperatoris Hein- rici, & pro veneratione anteceſſoris tui, piæ memoriæ domini Papæ Clementis, & pro memoria Heinrici Imperatoris primi, præla- tæ eccleſiæ conſtructoris benigniſſimi: quo tibi ter in anno uti permittimus, ſalva au-

mittitur Pallium

C ctoritate domnæ Metropolitanæ Moguntinæ eccleſiæ, ſcilicet in die S. Reſurrectionis, & in Natalitiis Apoſtolorum Petri & Pauli, & in ſolennitate S. Dionyſii, eo quod tunc anniverſarius dies celebratur Domini Papæ Clementis ſupra memorati, hancque diem ſanctam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus ce- lebrem eſſe per totum epiſcopatum. Cujus quoniam indumenti honor modeſtia actuum in veritate ſervandus eſt, hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conveniant: qua- tenus auctore Deo, recte utrobique poſſis eſ- ſe conſpicuus. Itaque vita tua filiis tuis ſit regula. In ipſa, ſi qua tortitudo illis injecta eſt dirigatur: in eo, quod imitentur aſpi- ciant; in ipſa conſideranda ſemper profici- ant: ut tuum, poſt Deum, videatur eſſe, quod bene vixerint.

20 Cor ergo tuum neque proſpera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant: neque adverſa dejiciant, ſed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiſcretus in- veniat, miſericordem te, prout virtus patitur,

cum exhortatione ut eo digne utatur.

pauperibus exhibeto. Oppreſſis deſenſio tua D ſubveniat, opprimentibus moderata erectio EX Su- contradicat. Nullius faciem contra juſtitiam RIO. accipias, nullum querentem juſta deſpicias. Cuſtodia in te æquitatis excellat, ut nec di- vitem potentia ſua te aliquid apud extra viam ſuadeat rationis audire, neque pauperem de ſe ſua faciat humilitas deſperare, quatenus, Deo miſerante, poſſis talis exiſtere, qualem ſacra lectio præcipit, dicens: Oportet Epi- ſcopum irreprehenſibilem eſſe: ſed his omni- bus ſalubriter uti poteris, ſi magiſtram cha- ritatem habueris. Quam qui ſecutus fuerit a recto aliquando tramite non recedit. Ec- ce, frater chariſſime, inter multa alia iſta ſa- cerdotii; iſta ſunt Pallii. Quæ, ſi ſtudioſe ſervaveris, quod deforis accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem veſtram gratia ſuæ protectionis circumdet, atque ita in itineris ſui via nos dirigat, ut poſt hujus vitæ amaritudinem ad æternam dulcedinem pervenire mereamur. Data III Nonas Januarii anno Domini Leonis Papæ E IX Indictione ſexta.

Adventus Leonis IX in Germaniam. Confirmantur ab eodem eccleſiæ Bambergenſi privilegia. Legendæ cap. 18.

IDem quoque Præſul Apoſtolicus, invi- *Bamber.* „tante Heinrico Imperatore, Theutonicas *ge rai- ſons f.* „ partes adiens Ratiſponam venit, ſanctum- *Leo IX.* „ que Wolfgangum ejuſdem urbis Epiſcopum „ de tumulo levavit, inde Babenberc cum „ ipſo Imperatore populoque pronunciari man- „ davit, & ſua auctoritate illa confirmavit. „ Cujus nimirum confirmationis deſcriptio in „ hunc modum ſe habet „. Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Hartvvico Babenbergen- ſi Epiſcopo, ſibique canonice in ſede epi- ſcopatus ſucceſſori in perpetuum, æternam in Domino ſalutem. Cum exigente cura paſtorali totius ſanctæ Eccleſiæ Dei, nobis Dei providentia commiſſæ, in partes Germaniæ veniſſemus, quæ orientali Franciæ adjacent, F prece dilectiſſimi filii noſtri Heinrici ſecun- di Imperatoris, & tertii Regis, ac ſupra fa- ti dilectiſſimi confratris noſtri Epiſcopi Har- tuvici Babenberc venimus, & in die natalis beati Lucæ Euangeliſtæ inter Miſſarum ſo- lennia cum verbum Dei haberemus ad po- pulum, præſente nominato chariſſimo filio Heinrico, & Epiſcopis quam plurimis aſtan- tibus, etiam laicis, & diverſis poteſtatibus ſæculi relecta ſunt prædeceſſorum noſtrorum privilegia, quibus idem locus fundatus & corroboratus eſt, auctoritate Romana ſanctæ Sedis Apoſtolicæ; relecta eſt ibi & conſcri- ptio & confirmatio Wirtzeburgenſis Heinri- ci Epiſcopi, qua prædictam Babenbergenſem eccleſiam banno epiſcopali, & epiſcopii ter- mino, accepta placita commutatione firma- vit; quæ ſic acta eſt.

narrata permuta- tione cum Hartvico epiſc. Herbipo- lenſi facta.

23 Dum Heinricus in Imperio primus, in regno ſecundus, divini ignis amore ſuccen- ſus, de prædiis, quæ Dei gratia, hereditario jure in ſuæ poſſeſſionis dominium per- venerant, Dei ſervitium augere, conſtruendo epi-

Digitized by Google

ex Su- episcopatum, atque ordinando desideraret,
pra 10. quo id legitime rationabiliterque fieri posset, Heinricum venerabilem Wirzeburgensis ecclesiæ provisorem, quatenus prædictum locum, Babenberc nuncupatum, cum pago Ratenzgave qui dicitur: qui ad suæ diœcesios statum pertinere videbatur, de suo jure in ejus, ad id perficiendum, transfunderet, studiose cœpit flagitare. Qui, quoniam justa, & rationabiles causæ videbantur, ejusdem invictissimi Regis petitionibus acquiescens, cum communi cleri sui atque militum, nec non totius populi consilio & consensu, præfatum locum cum prædicto pago, tribus parochialis ecclesiis cum suis adjacentiis exceptis, quarum nomina sunt hæc; Wachenrode, Lonerstat, Mulhusen, omni postmodum remota contradictione, suæ potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volcvelt nominatur, in quo præfatus locus situs est, partem eidem Regi concessit, quantum est de Babenbere usque ad flumen Vraha, de Vraha in Ratenzam flumen, & sic juxta decursum ejusdem fluminis in Moin, & inde ad rivulum Wichibach: deinde ad caput ejusdem rivuli, sicque qua citissime, ac proxime perveniri potest ad Vraha. Et ut hæc traditio firma, & inconvulsa permaneret, ipse prædictus Præsul Heinricus cum canonicis suis corroboravit & subscripsit.

23 Qua subscriptione relecta, cum juxta votum omnium quia semper justis operibus favorem debemus, & nos prædictum venerabilem locum Apostolica auctoritate vellemus corroborare, ipse prænominatus ejusdem loci episcopus Hartwicus proclamationem suam fecit; quia locus suus a clericis Adelberonis Wirzeburgensis episcopi temeraria præsumptione invasus esset. Quod nos, quia Episcopi præsentes aderant, inter quos causa stabat, ibidem volentes discutere, Adelberoni episcopo, a quo injuria illata erat, deliberationem fecimus, ut objectionem hanc, si posset, refelleret; si non, justitiæ satis faceret. Tum ille, inito cum suis omnibus, qui aderant, clericis & laicis consilio, regrediens ad ambonem, de illata injuria se cum satisfactione excusavit, & de omnibus, quæ ad bannum, & episcopalem justitiam, & potestatem Bambergensis ecclesiæ Christi pertinerent, ex tunc & deinceps renunciavit, exceptis his causis, quas de bonis utriusque episcopii, ipsi inter se Episcopi possent legaliter definire.

sæpiusque postmodum secuti, & fecerunt,

24 Verum nos, sicut semper de profectu gaudemus fidelium, & justis operibus debemus augmentum, eumdem Babenbecc locum, ab antecessoribus nostris corroboratum, Apostolica authoritate viva voce corroboravimus: & eamdem corroborationem nunc etiam litteris signavimus, ut eumdem locum, & omnia, quæ ibidem Deo sanctoque Petro a felicis memoriæ Heinrico secundo rege, & primo Imperatore tradita sunt, & quæ in posterum jure acquiri possunt; vel juste acquisita sunt, prædia, mancipia, aurum, argentum, pallia, vasa, ornamenta, & alia utensilia nemo audeat in perpetuum surripere, auferre, aut commutare, nisi ad utilitatem ejusdem ecclesiæ. Sed episcopus ejusdem loci, vel qui in perpetuum ejusdem fuerint successores, secura eas possideant tranquillitate, ac libe-

vetera omnia privilegia denuo confirmat

ram habeant potestatem, aut dominationem, omnes res & proprietates ejus loci ordinare atque componere vel augmentare: dissipare vero atque confundere, nullam habeant inde potestatem aut dominationem. Insuper pro nostra auctoritate sancimus, ut terminis ejusdem ecclesiæ nulla sit infestatio tyrannorum, vel aliorum quorumlibet hominum pravorum, sive sint in civitate ipsa Babenberc, sive in castellis, villis, servis, ancillis, tributariis, decimis, foreftis, silvis, venationibus, piscationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, agris cultis & incultis, aut quidquid modo illuc pertinet, aut in futurum juste acquiri poterit, per nostræ Apostolicæ auctoritatis privilegium corroboratum, in secura permaneat quiete. Nullus ibi comes aut judex placitum seu districtionem aliquam facere, vel tenere audeat, nisi quam per concessionem gloriosissimi Imperatoris secundi Heinrici, vel successorum ejus episcopus ejusdem loci deliberaverit; nulla in aliqua dignitate posita, magna parvaque persona, per violentiam irruat.

nonisque aliis

25 Sit ille episcopatus liber, Romano tantum Mundeburdio subditus: quatenus Episcopus liberius & delectabilius cum clericis suis servitio Dei possit insistere, & Heinrici primi Imperatoris, ejusdem loci venerabilis fundatoris, nostrique, ac successorum nostrorum, Heinrici quoque charissimi filii nostri, secundi Imperatoris, atque omnium, quibus debitores sunt, memoriam jugiter habere; Sed tamen idem Episcopus suo Metropolitano Episcopo Moguntino in canonicis causis tantummodo sit subjectus, & obediens. Deliberatis igitur, sanctis, ac corroboratis omnibus supra dictis rebus, eidem sancto loco placuit addendum insigne honoris ecclesiastici a nostra Apostolica auctoritate, ducti amore & reverentia Clementis, piæ memoriæ, prædecessoris nostri, quem Deus miro dispensationis * ordine, a prælatione hujus loci ad sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ apicem dignatus est avertere, & mirabilius e Romanis finibus defunctum corpus ejus reducere: volens hanc ecclesiam, ut æstimamus, quasi novam, tanto decoratam esse patrono, & Romanam contentam, & sufficienter præteritis & futuris patribus manere ornatam: quia etiam amore, & desiderio fratrum, qui nos in suis recepere ecclesiasticis stipendiis & quotidianis, unum nostra vicissitudine * regere fratrem, mitras gestare concedimus licentiam, ea scilicet ratione, ut ab Episcopo provideantur digniores, & honestiores presbyteri, & diaconi, qui bonis moribus, vel maturis ætatibus, vel etiam prælationibus ipsius loci emineant, his videlicet diebus; in Natali Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, & in cœna Domini, & in sabbatho sancto, & in die gloriosæ Resurrectionis ejusdem, & sancta Pentecoste, & in die S. Georgii, & in die SS. Petri & Pauli, & Assumptionis beatissimæ Mariæ, & S. Dionysii, pro reverentia nostri prælibati prædecessoris Domini Clementis Papæ, cujus anniversarius dies tunc ab eisdem fratribus agitur: & in anniversario die Domini Heinrici Imperatoris, ejusdem loci venerabilis constructoris.

** alii dispositionis*

** nostra vice*

26 His vero concedimus hanc dignitatem, qui

A qui tantum ſpecialiter excubant, vel deſer-
mirifice exornat viunt apud prædicti prædeceſſoris noſtri ſe-
pulchrum. Contentos tamen his ſancimus die-
bus fore, nec ultra a quoquam temere uſur-
pari, ne honor proprius Apoſtolicæ Sedis vi-
leſcat. Hæc vero omnia ſupradicta obſervari,
& cuſtodiri in perpetuum noſtra Apoſtolica
auctoritate decernimus, confirmamus, & ro-
boramus. Qui vero quod abſit, hujus noſtri
privilegii temerarius tranſgreſſor extiterit,
Dei & beatiſſimæ Mariæ, & beatorum Petri
& Pauli, omniumque Sanctorum [& noſtra]
æterna maledictione maledicatur, & perpetui
anathematis vinculis innodetur, niſi digna ſa-
tisfactione reſipuerit, & canonice ſatisfecerit.
Qui vero pio corde hujus obſervator privi-
legii exſtiterit, Dei omnipotentis & almæ
Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri &
Pauli benedictione ditatus, æterni regni par-
ticeps fieri mereatur. Data per manus Fride-
rici diaconi Bibliothecarii & Cancellarii ſan-
B ctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccle-
ſiæ, anno Dominicæ Incarnationis MLII;
anno vero pontificatus Domini Leonis noni
Papæ IV.

Henrici Imperatoris II, Regis III conſtitutio, qua eccleſiæ Bambergenſis privilegia confirmantur. Legenda cap. 19.

Hic omittuntur ſequentia

NEc minus ipſe Rex præfatus Heinricus
„ III, Chunradi Imperatoris filius, du-
„ dum, Patre vivente, Rex conſtitutus, or-
„ dinationis ſuæ anno XII, regni autem pri-
„ mo ad confirmandum Babenbergenſe epiſ-
„ copium, privilegium, quod ſubjunctum
„ eſt, ſcribi juſſit, ſuperſtite adhuc Eber-
„ hardo primo ejuſdem ſedis Epiſcopo „ Hein-
ricus, Dei favente clementia, Rex. In exa-
mine Dei cuncta conſpicientis æquale meri-
tum credimus fore dantis & corroborantis.
Credimus etiam ad regalem noſtram majeſta-
C tem pertinere totius regni curas, præcipue-
que omnium ſanctarum Dei eccleſiarum com-
moda conſiderare, & omnia eis adverſantia
ſub omni feſtinatione abolere, ne vel gravi
incommoditate vileſcant, vel qualibet, pro
noſtra culpa, orta occaſione, a priſtino cul-
tu & religione recedant: quatenus dum hæc
pro amore pariterque timore Dei fideliter per-
agimus, illorum, qui hæc pio affectu Deo
contulerunt, meritis & gloria communice-
mus. Proinde omnibus in Chriſto fidelibus ſcili-
cet tam futuris, quam præſentibus notum eſ-
ſe volumus, qualiter ob hanc ſpem per inter-
ventum dilectiſſimæ matris noſtræ Giſilæ Im-
peratricis Auguſtæ, pro amore etiam dilecti,
fideliſque noſtri Eberhardi, primi ſanctæ Ba-
benbergenſis Eccleſiæ epiſcopi, eumdem lo-
cum a divo Imperatore Heinrico ſecundo,
pro ſua ſuorumque anima in epiſcopatum, di-
vina inſpirante clementia, perfectæ fidei cha-
ritatiſque devotione, in honore Principis A-
poſtolorum Petri, & S. Georgii martyris ſub-
limatum, conſenſu fidelium noſtrorum ſan-
cimus, & omni contradictione remota, re-
galis noſtræ majeſtatis auctoritate corrobora-
mus, omnes etiam res mobiles & immobiles EX SU-
ejuſdem ſanctæ Dei eccleſiæ, quas ipſe divus RIO.
Imperator pro ardore cæleſtis patriæ ibidem
larga manu contulit, ea ratione confirma-
mus, ut fidelis noſter Eberhardus ejuſdem
loci primus Epiſcopus, ejuſque in perpetu-
um ſucceſſores ſecura eas tranquillitate poſ-
ſideant, & liberam poteſtatem habeant, &
res, & proprietates ejuſdem eccleſiæ cum
conſenſu cleri & populi ordinare, componere,
& augmentare.

28 Noſtra quoque auctoritate ſancimus, *diploma Caſarum.*
ut in abbatiis, monaſteriis, comitatibus, fo-
ris, mercatibus, monetis, naulis, teloniis
caſtellis, villis, vicis, areis, ſervis, ancillis,
tributariis, decimis, foreſtibus, ſilvis, ve-
nationibus, piſcationibus, molendinis, aquis,
aquarumve decurſibus, campis, pratis, pi-
ſcinis, terris cultis & incultis, libris, argen-
to & auro, gemmis, veſtis, ornamentis, vel
aliquibus utenſilibus in cultum & religionem
Dei ibidem collatis, & in omnibus terminis
rebuſque ejuſdem eccleſiæ, aut quidquid ad
præſens illud pertinet, vel ex his amplifica-
ri poteſt: nulla ſit infeſtatio tyrannorum, E
nulla poteſtas irruat ibi per violentiam, nul-
lus ibi comes, aut judex legem facere præ-
ſumat, præter Epiſcopum ejuſdem loci, o-
mniſque poſſeſſio Deo famulantium ibi pro
emunitate habeatur. Sit ille Epiſcopatus li-
ber, & ab omni extranea, & iniqua ſecu-
rus poteſtate: quatenus ibidem Deo famu-
lantes & primi conſtructoris memoriam di-
gne celebrare, noſque fautores & corrobo-
ratores poſſint & velint Deo precibus ſuis
commendare. Et ut hæc noſtræ auctoritatis
traditio firma & inconvulſa permaneat, hoc
privilegium inde conſcriptum, manu propria
corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſi-
mus inſigniri.

CAPUT II.

De recentiori per S. Henricum Eccleſiæ Bambergenſis patrocinio. F

*PRæmiſit antiquioribus ſancti Imperatoris mi-
raculis hanc appendicem ſubjunge, quam totam
accurate collegit, digeſſitque laudatus ſupra toties
R. P. Nicolaus Pottu collegii noſtri Bambergenſis
dignissimus Rector, in ſanctiſſimorum Conjugum,
eccleſiæ Bambergenſis fundatorum, gloriam, ac di-
vorum inſignioſſimorum Præſulum, ipſorumque clerorum,
meritam commendationem. Virum interrogaveram,
nullamne Bambergenſes miraculorum, poſtremis hi-
ſce ſeculis per Sanctos patratorum rationem habuiſ-
ſent, quorum elenchus hic etiam adnecti poſſet? Voce muta, ut ita loquar, reſpondit, prædictam
appendicem ſeu tractatum ſubmittendo, quem licet
arbitrio meo plane reliquerit, intactum ego & in-
tegrum reddendum cenſui, utpote ex iis monumen-
tis concinnatum, quibus nec addendum quidquam
nec demendum exiſtimaverim: & quamvis Henrici-
ani favores, ſeorſim a ceteris in pauciora contrahi po-
tuiſſent, tam præclara nihilominus viſa ſunt virtu-
tum exempla, a binis Bambergenſis eccleſiæ Epiſco-
pis, S. Henrico potiſſimum opitulante, orbi Catholico
exhi-*

EX VARIIS *exhibita, ut hic locum habere mereantur. Ex ipsa narratione, a Pottavio recte concinnata, intelligitur totius rei œconomia, cui hic titulus præfixus est.*

Favores a S. Henrico cælitus præstiti duobus Episcopis Bambergensibus.

POstremis hisce sæculis, quibus hæreses in Germania grassatæ sunt, atque etiam Franconiam magna ex parte infecerunt, S. Henricus cum virginea sua conjuge specialem ecclesiæ Bambergensis a se olim fundatæ curam gerere visus est; dum aliquot Episcopos Bambergenses, duos præsertim, sibi singulariter devotos, nimirum Nythardum episcopum XLVI, & Joannem Godefridum episcopum XLVIII extraordinariis quibusdam favoribus prosecutus est, atque eadem opera ecclesiam Bambergensem, mediante zelo horum duorum Præsulum, ab infelicissima hæ-

Favent Bamberg. suffraganeo,

B reseos & flagitiorum servitute vindicavit. Quæ hic narrantur desumpta sunt potissimum ex Friderico Fornero, scriptore Episcopis illis coævo & familiari: cujus viri aliqualem notitiam præbet inscriptio sepulchri ejus Bambergæ in templo parochiali S. Martini, quæ talis est: „ Reverendissimus in Christo Pa„ ter ac Dominus Fridericus Fornerus sac. „ Theologiæ Doctor, episcopus Hebronensis, „ suffraganeus Bambergensis, ac ibidem in „ spiritualibus Vicarius Generalis, sacræ Cæ„ sareæ Majestati, ac Serenissimo Bavariæ „ Duci a consiliis, integritate vitæ, zelo re„ ligionis, legationibus obitis, consilii pru„ dentia, ac vivo verbi Dei eloquio libriſque „ editis orbi notus, pie in Domino obiit an„ no MDCXXX, v Decemb.

31 Huic elogio consonat historia manuscripta collegii Soc. Jesu Bambergæ eodem anno MDCXXX, ubi inter cetera de illo dicitur: „ Vir erat boni communis amans, & „ a virtute, litterisque plurimum commen„ datus. . . . sub infula vitam duxit religio„ sam „ Hic igitur Suffraganeus edidit opusculum, cui titulum fecit: Duo specula Principis ecclesiastici, e ducum laudatissimo-

duorum Præsulum gloriam S. Henrico tribuit.

C rum Præsulum ac Principum, Joannis Godefridi anno MDCXXII, XXIX Decemb. & Nythardi anno MDXCVIII, XXVI Decemb. piissime defunctorum rebus præclare gestis, heroicisque virtutibus potissimum constata atque concinnata, & quatuor concionibus funebribus ad eorumdem sepulturas & exequias, in ecclesia cathedrali Bambergensi, lingua vernacula habitis, latina scriptis, publicæ luci & imitationi data & evulgata a Friderico Fernero &c. Ingolstadii typis Gregorii Hœnlin anno Christi MDCXXIII. Ex hoc auctore pleraque, quæ hic adducuntur, deprompta sunt. Quæ ex aliis fontibus hausta fuerunt, suis locis indicantur. Ordimur a Nythardo, qui ætate prior est.

Nythardus suspendo me de eadem 1591,

32 Nythardus ex nobili Franconiæ prosapia de Thungen cum in ecclesia cathedrali Herbipoli jam fuisset perfunctus officio decani, & modo ageret ejusdem ecclesiæ Præpositum, divino consilio, intercedentibus utique SS. Henrico & Cunegunde, quibus erat specialiter addictus, amplissimæ præposituræ suæ residentia in postremis habita, & valedicta, translato domicilio, Bambergam commigravit, ibique primam junioris instar canonici residentiam auspicatus, uno propemodum eodemque anno, decurso residentiæ, quod vocant, tirocinio, capitulo annumeratus, cathedralis ecclesiæ decanus electus, vita functo Ernesto Præsule, unanimi concapitularium dominorum consensu, sine scrutinio, per Spiritus S. inspirationem, omni populo a summo usque ad minimum jubilante, episcopus electus fuit XIV Novemb. anno MDXCI. D

33 Et, quod mirum visu atque auditu, ad hoc summum animarum regimen ut se rite disponeret, quamprimum Bambergam accessit, mutato veteri canonicorum minus decente habitu, & omni pristina conversatione penitus abdicata, sic a se ipso distare cœpit, ut omnium censura & judicio, in alium hominem, qui secundum Deum creatus, translatus esse, ideoque cælestium donorum, quæ descendunt a Patre luminum, E capacissimus effectus esse crederetur. Rara hæc mutatio in vestibus, *in moribus*, in familitiis, *in domestico splendore*, in quotidiana conversatione, in omni negotiorum tractatione, omnibus, qui eum pridem noverant, prodigio similis habebatur. Exinde innotuit efficacia patrocinii SS. Henrici & Cunegundis, quorum cultui & imitationi totum se dabat. Vitas ipsorum non solum assidue lectitabat, sed etiam ambas ex antiquo codice Ms. ipsemet apographi functus officio, manu sua descripsit.

Ipsorum aliam SanctI ope mutatus,

34 Horum patronorum exemplis incitatus, & divino fretus auxilio, opus prorsus arduum, & in illis rerum temporumque circumstantiis, ut summi etiam viri judicabant, facto impossibile aggressus fuit, scilicet reformationem ecclesiæ Bambergensis, quam hæresis ferme totam occupaverat, & fœde contaminaverat. Nam in primis in ipsa urbe Bambergensi, totus senatus civicus, exceptis duobus, Lutheranam sectam non solum pertinacissime tuebatur, sed & præcipui ditiorum optimatum totius communitatis civium, numero citciter quinquaginta conjuraverant, F velle se potius cum bonis omnibus, domicilium alio transferre, quam manus dare. In aliis plerisque diœceseos civitatibus & oppidis ne unicus quidem Catholicus civis reperiebatur. Nihilominus ut Imperialem hanc ecclesiam, sanctorum Henrici & Cunegundis nobilem filiam, e luporum faucibus eriperet, pastor hic non minus prudens quam fortis nihil intentatum reliquit.

reformationem eccl. suæ aggressus est,

35 Re prius communicata cum Matthia Romanorum Imperatore, cum Wilhelmo Duce Bavariæ, & cum nonnullis aliis orthodoxis Principibus, ac suo cathedrali capitulo, primo omnium ministros Prædicantes, qui, nescio quorum conniventia, complures Bambergensis ditionis parochias occupaverant, ejecit. Deinde potestatem exercuit contra ludimoderatores, qui uti in plerisque civitatibus & oppidis hæresi erant infecti, ita & hæreses pueris instillabant, qua Lutheri catechismum illis inculcando, qua cantiunculis ab ecclesia Catholica rejectis, eos depravando, & aliis mille modis perversa dogmata inserendo. Hos igitur tamquam exi-

explosis primum hæreticis,

tiales

A tiales floridæ juventutis corruptores amovit, iisque Catholicos subrogavit. Ulterius deinde progressus, præfectos omnes, quæstores omnes, judices locorum omnes, sculteros omnes, consules & civicos senatores omnes, qui Catholicæ religioni manus dare, & eam profiteri abnuerent, loco movit, & alios eorum vice substituit.

exemplum se exemplum præbens,

36 Hoc veluti præludio totius dramatis præmisso, conversionem ipsam subditorum provide auspicatus fuit, & inter innumeras libertinorum querelas, contradictiones, turbas, seditiones, acatholicorum principum comminationes & persecutiones, per plures annos fortiter prosecutus fuit. Et cum ad grande hoc molimen magni sumptus requirerentur, ne nervus rei bene gerendæ deesset, impensas circa suam personam, raro exemplo, ubicumque poterat, constrinxit. Aulicorum famulorum numerum ad tantam redegit paucitatem, ut vix Imperii Principis dignitatem tueri videretur. Fastum omnem
B & pompam respuebat, & victitabat tanta frugalitate, privatim præcipue cum prandere et aut cœnaret, ut tribus ad summum ferculis vulgaribus contentus, religiosum potius in claustro, quam Episcopum & Principem in palatio repræsentaret.

mores & cultum divinum restituit,

37 Econtra ubi divinus cultus, aut animarum reductio agebatur, nullis parcebat impensis. Sic ad excitandum & promovendum in juventute ardorem addiscendæ doctrinæ Christianæ, in sola munuscula catechetica, scilicet catechismum Canisii, & ejusdem libellos de præparatione ad confessionem & communionem, precationum formulas, rosaria, imagines, & alia ejusmodi commenda ingentem pecuniæ vim ex proprio peculio profudit. Sum oculatus testis, imo & cooperator extiti, quando una vice tria florenorum millia in hunc finem Augustam destinavit, ut aliud nihil quam sacra ejusmodi amuleta, & excitatoria puerorum apophoreta comparentur. Quæ cum appulissent, omnia intra unius hebdomadæ spatium, per omnes hujus ecclesiæ parochias, admonitoriis adjunctis litteris, liberalissime dispersit.

nullis id. circa
C *familiis parcens.*

38 Non deerant e pecuniæ fœneratoribus, qui ogganirent, immodicas nimium expensas in reformationem dioecesios erogari, quando cum tempore magis opportuno, omnia minore sumptu perficienda venirem, quibus ille dedit responsum Principe ecclesiastico dignum: „ Ecclesiæ meæ bona temporalia, „ inquiebat, utilius numquam dispensabun„ tur, quam si ad ampliandam Dei gloriam, „ & animarum salutem promovendam atque „ propagandam insumantur. Quem enim a„ lium in finem S. Heinricus ecclesiam suam „ tantopere locupletavit „ ? Pastorali hac vigilantia & liberalitate, nec non laborum & contradictionum invicta tolerantia, laudatissimus hic Præsul tantum effecit, ut intra septennium, hæretica lues ex tota ferme dioecesi fuerit profligata, & orthodoxa fides in eam reducta; & sic multa millia hominum non solum tunc viventium, sed etiam posterorum ab interitu vindicata sint.

Ex apparitione SS. conjugum,

39 Qui Præsulis zelus quam acceptus fuerit S. Heinrico, & quanti apud Deum meriti, colligi ex eo potest, quod cælestis Pater familias fidelem hunc in vinea Domini D
operarium, sub vitæ vesperam, per ipsum- EX VA-
met S. Imperatorem, ejusque sanctissimam RIIS.
conjugem, ad mercedem æternam tam egregii laboris recipiendam, favore extraordinario vocare dignatus fuerit. Rem istam memorabilem Fornerus pag. 110, verbis sequentibus refert: Rem prorsus stupendam, inquit, verissimam tamen vobis referam; unde liquebit, quis ei imminentem ex hac vita transitum vaticinando significarit. Anno MDXCVIII, qui ei fatalis fuit, cum in festivitate S. Heinrici Imperatoris, mane pontificali ritu sacris operatus esset, a prandio vitam ejusdem Sancti, sedens in oratorio suo, lectitabat, fenestras e regione cathedralem ecclesiam spectantes, auræ captandæ causa, apertas habens. Contigit inter legendum, ut adversum campanile, ubi grandiores S. Heinrici & S. Cunegundis campanæ pendent, pertspiceret, ibique superioribus e fenestris, S. Heinrici & S. Cunegundis imperiali habitu E
atque corona, uti pinguntur, simulacra immensa luce coruscantia, & sanctum quidem Heinricum manu sibi annuentem cerneret.

mortem sibi imminere e- dixit,

40 Visio ista horrorem primo incussit maximum; quem tamen, ubi se paululum collegisset, & sanctis illis Patronis obnixius commendasset, superveniens interius menti affusa consolatio sine mora expulit & abstersit. Ut autem rei veritatem penitus indagaret, ac certius cognosceret, una cum ædituo cubicularium unum, post alterum eo submisit, ut quisnam in turri esset, & ipsi cognoscerent. At illi quidem neminem penitus ibi se vidisse renuntiarunt, cum omnia perlustrassent; visio tamen illa permansit, illis præsentibus, tametsi nihil usquam præter horrorem querendam insolitum persentiscerent; nec quid sibi episcopus vellet, intelligerent. Et cum se tertio ostendisset eadem apparitio, tandem omnino disparuit. Contigit vesperi, ut cum ipso, de more, per hortum ambulando, matutinas cum laudibus preces, ante cœnam persolverem; quibus ad finem decursis, verbis hisce me allocutus est: Quæstio est ad Te, doctor Fornere, si Sancti cuipiam appareant, F
& manibus quasi annuendo ad se vocent, quid significare existimas? Optimum omen, inquiebam, esse deco: signum est, Sanctos eum, quem vocant, in suum consortium brevi adoptaturos. Et id colligere est ex variis apparitionibus Sanctorum, quas refert S. Gregorius Magnus in libris Dialogorum. Sic Ursino presbytero apparuerunt SS. Apostoli Petrus & Paulus, & cum ad cælestia evocarunt.

eum diis- serit præ-

41 Sic Probo episcopo Reatino S. Juvenalis, & S. Eleutherius Martyres obitus diem *dixit:*
prænuntiarunt. Sic Arnulpho Suessionensi episcopo S. Michael Archangelus obitus diem prædixit. Sic Aredium, referente S. Gregorio Turonensi, S. Martinus & alii apparentes ad gaudia Beatorum invitarunt. Hæc tum temporis historiæ mihi occurrebant. Ad quæ ille: Recte judicasti. Dicam tibi, quid ante aliquot horas, hodierno etiamnum die, mihi contigerit: Et rem omnem, uti jam recensuimus, per ordinem exponebat. Et interpretatione visionis de instanti morte sua luculenter explicata, tandem ipsemet subjungebat:

Digitized by Google

AGebat: Audio similem visionem oblatam antecessori quondam meo, Wigando Redwitio (fuit is Episcopus Bambergensis quadragesimus, eo tempore, quo hæreses totam Germaniam populabantur, qui Luthero & ejus affectis, si quis alius, strenuissime restitit & ejus paradoxa ab ecclesiæ hujus ovili, quibuscumque poterat, remediis profligavit) Is porro eodem anno e vivis esse desiit. Videbis, inquiebat, idem & mihi eventurum. Nam in hujus anni finem non ero superviturus. Dixit, & verbo respondit eventus paulo ante finem ejusdem anni MDXCXIII.

EXVARIIS

42 Interea temporis summa & unica ejus cura fuit, se sanctorum Patronorum consortio, ad quod ab ipsismet gratiosissime invitatus fuerat, dignum reddere. Restabant tunc temporis aliquot adhuc oppida, ut Hochstadiense, Hertzogenauracense, Oberscheinfeldense, Burckunstadiense cum nonnullis pagis, in quibus reformatio quidem, & errantium ad Ecclesiæ unitatem reductio jam inchoata, necdum tamen ad optatum finem perducta erat. Arbitratur igitur, se sanctis Fundatoribus acceptissimum venturum, si ecclesiam ab ipsis fundatam, sine macula hæresis præsentare illorum conspectui posset, tota virium contentione in id perficiendum incubuit: Et quod in votis habebat, est assecutus, Domino fidelissimi sui servi conatibus favente, & evidentibus gratiæ divinæ subsidiis cooperante.

Interim modis omnibus laborans,

43 Præterea cum sibi a S. Heinrico esurti, manu annuente, denuntiari crederet illud Regum 4. cap. 20; Præcipe domui tuæ; morieris enim tu & non vives; cœpit omnia rite ordinare, tam quoad temporalia, quam quoad statum animæ suæ. Peccata sua eleemosynis redimere cupiens, in omnia templa, & monasteria pauperum religiosorum, in hospitalia & nosocomia largissimas eleemosynas destinavit: aliis quoque Christi pauperibus pecunias sine numero dispertiri curavit. Et postquam Herbipoli (quo propter negotia tamquam Præpositus illius ecclesiæ concesserat) in morbum incidisset, tam mihi, quam aliis, toto morbi tempore ipsi adstantibus, liberam de omnibus bonis suis in horreis, in penuariis, in ære præsenti, quascumque vellemus, eleemosynas ad libitum nostrum pro anima sua, pauperibus, & locis piis dispertiendi facultatem concessit, hæc sæpe iterans verba: Quidquid pro anima mea eleemosynarum erogaveritis, ego ratum habebo.

ex Sanctorum patrocinio,

44 Idque præsentibus etiam ecclesiæ imperialis Bambergensis duobus Prælatis, qui Herbipolim ideo descenderant, ut eum in morbo suo inviserent & consolarentur, pluries iteravit, addens non semel: Peccata mea gravissima sunt, & numero propemodum infinita: multis proinde & magnis eleemosynis diluenda. Ultimam suam voluntatem exposuit, ut sequitur: Omnia mea bona, inquit, de quibus ut peculio proprio, majori ex parte hereditario, disponere possum, in tres partes dividi volo. Prima detur Ecclesiæ; altera pauperum usibus impendatur; tertia cognatis meis cedat, quos inter præcipuos esse volo eos, qui in studiis adhuc versantur; & fratris filios minorennes, ut in Catholica religione valeant educari. Nollem autem, de bonis Ecclesiæ, mihi sanguine junctis quidquam elargiri, nisi ex patrimonio meo supperetet, ut ejs benefacere possem: scio enim, ecclesiastica bona illis non deberi. Addidit in fine, sepeliri se velle in ecclesia cathedrali Bambergensi, sine pompa, ut quam minimo fieri posset sumptu.

digne se ad eam parasse,

45 Ceterum quam exacte se ad beatam mortem præparaverit, & quam pie illam oppetierit, Fornerus pluribus paginis exequitur. Demum concludit: Candide fateor, & quod res est, edico. Plurimis, qui pie admodum ex hac vita emigrare credebantur, adfui in extremis: sed neminem adhuc vidi in hodiernam diem; imo & vix audivi similem hominis jam morituri pietatem, qua ille diem suum clausit extremum. Tantum momenti & efficaciæ ad bene moriendum habuit patrocinium SS. Heinrici & Cunegundis, & eorumdem gratiosa apparitio, devotum sibi clientem ad beatam æternitatem invitantium. Videtur etiam hoc loco commemoranda alia visio Præsulis hujus aliquot ante mortem horis oblata, qua certior factus fuit de futuro quondam successore suo, qui ea, quæ ipse pro bono ecclesiæ Bambergensis recte cœperat, strenue erat prosecuturus. Refert varicinium illud sæpius laudatus Fridericus Fornerus in citato tractatu. Duo specula Principis ecclesiastici, & in concione secunda funebri de Joanne Godefrido ab Aschausen pag. 60, ubi sic scribit:

quam pientissime obiit, 1598.

46 Cum Illustrissimus & Reverendissimus Bambergensis episcopus Nythardus, laudatissimæ memoriæ, anno MDXCVIII in ipsa S. Stephani festivitate, qua in vivis esse desiit, mane sacrificio interfuisset, ego, qui ei semper aderam, nostrum Joannem Godefridum, qui nudiustertius ex Galliis domum redierat, ad eum in lecto decumbentem, multis præsentibus, introduxi: quem cum ingredientem conspexisset, ad me conversus: Qualemnam, inquiens, episcopum mihi adducis? Ego illi: Illustrissime Domine, est juvenis Canonicus Joannes Godefridus ab Aschausen, paucos ante dies, ex Gallia domum redux. Ejus itaque manu apprehensa: Iste, inquit, post paucos annos condecorabit sedem episcopalem S. Ottonis. Et post hæc verba conticuit meditabundus aliquantisper: ac demum de reditu ei est congratulatus. Recordabatur ejusmodi verborum non raro Illustrissimus noster Joannes Godefridus, pie memoriæ; vetabat tamen, aliis evulgari.

eam fere vota sua,

de Joanne Godefrido,

47 Hucusque verba Forneri pag. 60. qui supra pag. 11 retulerat, piissimam ejus matrem Brigittam de Zobel, dum filiolus ejus adhuc in cunis vagiret, nocte quadam, cum pridie sacram Eucharistiam sumpsisset, & filium suum Christo, & Matri ejus devotius commendasset, mitra & habitu pontificali ornatum, ac miro fulgore coruscum ante se stantem conspexisse. Erat laudatus juvenis, qui tunc agebat annum ætatis vigesimum quartum, S. Heinrico specialiter devotus; & eidem Sancto, ut merito creditur, apprime charus, non solum ob devotionis teneritudinem, sed vel maxime ob similitudinem castimoniæ, qua juvenis supra communem modum effulgebat, & non ita pridem Herbipoli, ubi studiis vacabat, ejusce virtutis specimen dederat immortali memoria dignum.

For-

Digitized by Google

A Fornerus in concione prima funebri pag. 26, illud ita refert:

qui ob ovis elegantiam periclitatus,

48 Rem admirandam, verissimam tamen vobis memorabo. Joannes Godefridus ab Aschausen in adolescentia sua, ut nemo non novit, formosissimus erat, & venustissimus; pereleganti quoque corporis constitutione: qua occasione humani generis hostis hereditarius arrepta, ejus virginem puritati hoc stratagemate insidias struxit, & pedicas objecit. Feminæ quædam ex gyneceo magni nominis, & illustris conditionis, instigante cacodæmone, insigni ejus forma & pulchritudine captæ, bonoris specie ad convivium invitarunt: ubi cum eum, qui curam ex officio gerere debebat, nil mali suspicantem ex industria inebriassent, cubitumque ductari jussissent: ea nocte adolescentem quoque apud se retinere voluerunt, quia nec ipse mali quidpiam subesse ratus, cum dormitum jam concessisset, libidinosa illa diaboli orga-
B na clam taciteque lectum ejus accesserunt, & verbis pariter lascivis, & quibuscumque poterant titillationibus ad res nefarias eum solicitare cœperunt. Quid pudicissimus adolescens? Horrendum vociferans, e lecto, ut erat, lineis caligis & indusio vestitus prosiliit, e manibus illarum erupit, ostium domus festinanter petiit, & relictis omnibus post se vestimentis, ad domum cujusdam amici venit, ibique quod reliquum erat noctis, Deo gratias agens pro obtenta castitatis palma, quiete pergit....

tum clero adscribitur,

49 Clericus tandem initiatus, majore solertia, corporis & mentis castimoniæ sibi invigilandum existimavit; idque tanto diligentius quanto majores tum temporis corruptelæ passim vigebant ..... Vix ævo nostro inventus est similis illi, qui tanto virginem puritatis zelo conservaret legem Excelsi. Hujus igitur castimoniæ, aliarumque, quibus illa stipari solet, virtutum fragrantia delectatus S. Heinricus videtur Joannem Godefridum selegisse, & a Deo obtinuisse pro sua ecclesia Episcopum, seu instrumentum maxime idoneum ad restituendum pudorem, qui non tantum in populo,
C sed etiam in clero, miserandum in modum collapsus fuerat. Unde cum anno MDCIX, XLVII Episcopus in extremis ageret, virginei conjuges S. Heinricus & Cunegundis, in turri ecclesiæ cathedralis, denuo se conspiciendos, & pro eligendo novo Præsule solicitos exhibuerunt.

anno SS. Conjugum apparitione

50 Id quod in opusculo, cui titulus: Lustus publicus Franconiæ ob immaturum e vita abitum Joannis Godefridi, editus a collegio Societatis Jesu Herbipoli anno MDCXXIII, pag. 3, hisce verbis refertur: SS. Heinricus & Cunegundis paulo ante ejus electionem visi urbem e turri circumspicere. Quam apparitionem poeta sic exprimit:

Quem patriæ Pater
E censu Superum gravi
Heinricus, lateri virgine conjuge
Adfixa, venerabiles
Aequisisse viros inter, Episcopum
Fama diditur integra:
Urbem dum propriam, turrigera e domo,
Circumfundere lumina
Visus, quando abitum fata superstitis
Urgebant sera Præsulis.

51 Nemini tunc in mentem veniebat, in D
electione episcopali ex urna proditurum Joan- EX VA-
nem Godefridum, tum quia is erat ex junio- RIIS
ribus capitularibus, tum quia suffragia collimabant in Joannem Christophorum Neustetter dictum Sturmer, ecclesiæ Imperialis Decanum. Sed suffragium S. Heinrici pro cliente suo Joanne Godefrido apud Deum demum prævaluit. Hinc etiamsi memoratus Decanus primo statim scrutinio in Episcopum electus fuisset, noluit tamen dignitatem admittere. Et licet a toto capitulo instanter rogaretur, & urgeretur ad consentiendum, non tantum secundo & tertio, sed etiam quarto recusavit. Cumque hanc luctam diu teneret, demum ipsomet Decano præeunte, ex inspiratione Spiritus S. & unanimi consensu dominorum capitularium Joannes Godefridus ad Aschausen salutatus fuit episcopus Bambergensis XXI Julii, anno E
MDCIX. Electionem hanc, speciali Numinis providentia, in bonum ecclesiæ Bambergensis, opis admodum indigæ dispositam ac ordinatam fuisse, communis erat peritorum persuasio.

divulgatur electus creditur 1609.

Gratulatoria Bellarmini,

52 Eminentissimus Cardinalis Bellarminus in prima epistola ad Joannem Godefridum episcopum Bambergensem nuper electum data IV Novemb. MDCIX, ita scribit: Illustrissime ac Reverendissime Domine, a Domino factum est istud; & est mirabile in oculis nostris. Nuntius de electione Illustrissimæ & Reverendissimæ Dom. vestræ lætificat universam civitatem Dei. Dolebamus oppressionem nobilis ecclesiæ Bambergensis: & cum non succurreret aptum remedium, a Domino auxilium precabamur. Sed plus Dominus fecit superabundantius, quam petere, aut intelligere poteramus. Superest nunc, ut qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiat; & per vos ecclesia Bambergensis gloriam suam in præsenti recipiat, ut & vos in die Domini immortalem gloriæ coronam a Principe pastorum recipiatis.

ejusque & aliorum de ipso testimonia.

53 Idem Cardinalis eodem die & anno scribens Serenissimo Bavariæ Duci Maximiliano, inter alia hæc habet: De electo vero Bambergensi quid dicam? Sensi profecto incredibilem animi voluptatem, & tam manifestæ gratiæ Dei humillimas gratias egi. Ita ille. Historia inscripta collegii Soc. Jesu Herbipoli, illo ipso anno MDCIX, de episcopo Bambergensi recens electo ita loquitur: Ex partheniorum Sodalium numero ecclesiæ Bambergensi præsul divinitus datus est Joannes Godefridus ab Aschausen, homo Philosophiam, & leges humanas divinasque doctus, in quo nihil fastus, aut fuci; mores ad humanitatem compositi; ætas florens; &, quod mireris, adolescentiæ vicinior; priscæ probitatis, & sanctitatis severioris imago &c.

Alia Bellarmini ad ipsum

54 Quemadmodum autem præclarus adeo episcopus ecclesiæ Bambergensi, tempore periculosissimo, satagente S. Heinrico donatus fuit, ita idem Episcopus eodem sancto Imperatore patrocinante, simul ac pastoralem curam suscepit, res magnas pro Deo & Ecclesia, tam in restituendo cultu divino, quam in emendandis cleri & populi moribus, aggressus fuit; atque ipsa magnitudine operum, quæ peregit, palam omnibus fecit, se

non

Digitized by Google

A non tam hominum, quam cælitus ſuffragiis ad epiſcopatum, pro bono Eccleſiæ aſſumptum. Quæ egregia facta cum Romam latere non poſſent, Eminentiſſimus Bellarminus denuo ad Joannem Godefridum anno MDCX ita ſcribit: Quod egi in cauſa .... quamvis magna voluntate egerim, non tanti momenti fuit, ut opus eſſet fatigari in ſcribendo tantum Epiſcopum, & in rebus gravioribus occupatum. Quia tamen ſcribere libuit, mihi quoque reſpondere jucundiſſimum eſt ei viro, quem quaſi de cælo miſſum ſuſpicio. Non novi de facie Epiſcopum & Principem Bambergenſem Godefridum, ſed ex operibus egregiis notiſſimum vehementer diligo, & veneror; & precor aſſiduo Deum, ut quem, tam opportuno tempori, labenti eccleſiæ Bambergenſi præficere dignatus eſt, eum longo tempore incolumem ſervare, dirigere, & protegere, & tandem etiam plenum dierum & meritorum glorioſe coronare dignetur.

EX VARIIS

55 Idem Cardinalis anno MDCXII, XII Februarii ad Fridericum Fornerum ſuffraganeum Bambergenſem ſcribens, addit ſequentia: Sed his omiſſis, gratias ingentes habeo pro iis, quæ ad me ſcripſiſti de inſigni progreſſu optimi Principis & Epiſcopi veſtri, quem non hominum vota aut ſtudia, ſed Deus ipſe, pro ſua infinita pietate, Eccleſiæ ſuæ donavit. Ego certe ita illi germana charitate afficior, ut ſi pennas columbæ aſſumere poſſem nihil me detineret, quin ſtatim ad ejus complexum volarem. Utinam multos ei ſimiles non ſolum in Germania, ſed etiam in Italia, & in reliquo orbe Chriſtiano haberemus! Videremus enim, continuo vineam Domini tam bonis agricolis commiſſam mirifice reflorescere. Precor illi ex corde longitudinem dierum, quanta neceſſaria eſt ad Eccleſiæ reformationem &c.

B

& ad Fornerum litera,

Godefridi laudibus plena

56 Plura ejuſmodi in epiſtolis ſuis habet laudatus Cardinalis, ſignanter extollens magnitudinem beneficii, quod divina bonitas præſtitit labenti eccleſiæ Bambergenſi, illi providendo de epiſcopo, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum: qui curavit gentem ſuam, & liberavit eam a perditione. Eccli. 50 Quod meritis & interceſſioni SS. Heinrici & Cunegundis in acceptis ferendum eſſe, probat pervigil eorum ſtudium circa electionem hujus Epiſcopi exhibitum, ut ſupra relatum fuit; nec non ſingularis Epiſcopi devotio & fiducia erga Sanctos fundatores: Cujus devotionis ac fiducia ſpecimen aliquod hic ſubjungitur.

C

Gladio S. Henrici donatus,

57 Ut primum Joannes Godefridus onus epiſcopale ſuſcepit, colluctatio illi fuit non tantum adverſus ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, videlicet adverſus hæreſim, magiam, veneficia, dæmoniacam idolomaniam, fœdiſſimas carnis corruptiones, & innumera flagitiorum monſtra; ſed etiam contra formidabiles principum hæreticorum exercitus, Franconiæ perpetuo imminentes. Contra quos cæleſti præſidio ſibi opus eſſe intelligens, ad S. Heinrici patrocinium confugit. Et ut haberet adjutorii ipſius arrham, obtinuit ab Eberhardo Auguſtano Epiſcopo conſecratore ſuo gladium, quo S. Imperator quondam in præliis ad edomandos Eccleſiæ hoſtes uſus fuerat: quem ſanctum gladium accepit tamquam munus a Deo miſſum, cujus virtute arceret adverſarios populi ſui, qui erant multi & potentes. Imprimis Fridericus V Comes Palatinus Rheni, invaſor coronæ Bohemicæ; Manſfeldius; marchio Durlacenſis, Dux Anhaltinus, Chriſtianus Brunſwicenſis ſeu Halberſtadienſis, eorumque ſocii, qui diœceſim Bambergenſem, uti & Herbipolenſem, foliis palam impreſſis, ſibi in prædam deſtinaverant, & ſpe jam devoraverant.

D

grandia agit periculoſiſſimis temporc.

58 Quamvis autem in utramque diœceſin pluries irruptionem tentaverint, Joannes Godefridus tamen (qui interea etiam Herbipolenſis Epiſcopus creatus fuerat) hoſtiles conatus partim eluſit conſilio, partim fregit fortitudine, opponendo hoſtibus copias ſuas, quas conſcripſerat, una cum copiis auxiliaribus Sereniſſimi Ducis Bavariæ. Et dum milites pugnarent in patriæ confiniis, ipſe interdiu, noctuque, projecta in terram facie, velut alter Moyſes, pro populo ſuo, orationes ad Deum fundebat. Et quod de die interdum ob legatorum, ac militiæ præfectorum, euntium ac redeuntium interpellationes præſtare non poterat, media ſurgens nocte, ſomno antelucanis excubiis majorem in modum coarctato, integris horis cum Deo colloquendo compenſabat. Hiſce armis devotus S. Heinrici clicus eccleſiam ſuam, toto regiminis ſui tempore, ab hoſtium irruptionibus, depræda tionibus & incendiis (quin & a peſte, quæ antea ſingulis annis Bambergæ ſæviebat) ſervavit immunem.

E

Supremum SS. conjugum favor,

59 Supremum a S. Heinrico favorem Joannes Godefridus expertus fuit ante mortem ſuam, quam ei ſanctus Imperator una cum virginea conjuge apparens pronuntiavit, ut refertur in Vita manuſcripta hujus Principis. Ab eo tempore non omiſit, ſe quam accuratiſſime ad felicem ex hac vita tranſitum comparare. Tota quidem vita ejus, præſertim quam in epiſcopatu duxit, fuit perpetua ad beatam mortem præparatio: habito tamen cæleſti de ea indicio, curas ſuas ad ſupremum illud negotium magis intendit. Cum illo ipſo anno, quo obiit, ex præſcripto medicorum, in arce Waldaſchacenſi, inſtaurandæ valetudini vacaret, toto eo tempore, ſive publice, ſive privatim prandcret, aut cœnaret, ejus juſſu ſemper aliquis e cubiculariis libellum Jeremiæ Drexelii S. J. de æternitate prælegebat, quem tempore illo totum tertio percurrit. Interea vero dum aut balneis uteretur, aut ſudoribus eliciendis vacaret, aliis piis libellis, potiſſimum hiſtoriis de rebus geſtis Sanctorum legendis, animum relaxabat.

F

quo mortem vicinam intelligit,

60 Memini fuiſſe, qui in mea præſentia ei ſuaderet, res potius jucundas, quam tetricas & melancholicas de morte, de inferno, de æternis damnatorum pœnis, illi tempori convenire, quo valetudo curatur: reſpondit: Scio me brevi moriturum. Sco ante januam æternitatis &c. Illo ipſo tempore ſæpius de morte ſua, quam vicinam aliquoties dicitabat, & de diſpoſitione ultimæ voluntatis mecum agebat. Similia & prænuper Lanckhemium ad benedictionem domini abbatis

Digitized by Google

batis eundo & redeundo ſoli ſecum in curru ſedenti, ultro inſinuabat, certum afferens, non diu ſe victurum; & ni maturandum eſſet iter Ratisbonenſe, nihil aliud diebus aliquot factitaturum, quam domui ſuæ diſpoſiturum, tamquam brevi moriturum. Veſperi ante abitum Ratisbonam verſus, quo eum ad comitia Cæſaris obedientia, & ſingularis amor atque obſervantia vocabat, ſummo mane itineri ſe daturus, mihi valedicens dicebat: Videbimus nos mutuo; ſi non hic, Deo tamendante, in cælis.

& tempus prafigna-vit;

61 Ex his colligi poteſt, Joannem Godefridum de imminente ſua morte bis fuiſſe cælitus admonitum: ſemel ante ſuſceptum iter Ratisbonenſe, quando ſolum intellexit, mortem ſuam eſſe vicinam abſque certa temporis determinatione: altera vice Ratisbonæ, ubi inſuper cognovit, ſe moriturum ante novi anni initium: id quod multis ante diebus apud diverſos ſæpius affirmavit; juſſitque proterea teſtamentum ſuum Bamberga Ratisbonam afferri.

B

quod ob judicium ſuam promeritus ſit.

62 Porro hanc denuntiationem illi factam eſſe Ratisbonæ a SS. Heinrico & Cunigunde, habetur in Vita ipſius manuſcripta. Neque mirum cuiquam videri debet, quod Sancti hi Patroni tam exquiſitam curam geſſerint de clientis ſui felici ex hac vita tranſitu; quia ille ſpecialem illorum favorem ſpeciali ſtudio virginalis caſtimoniæ, tantopere ab illis adamatæ, promeritus fuit. Hanc enim non ſolum in ſua adoleſcentia, ut ſupra relatum fuit, ſed etiam in totius vitæ ſuæ decurſu contra quaſvis carnis & ſathanæ tentationes invicte turatus eſt. Quin & illuſtribus caſtiſſimæ vitæ ſuæ exemplis, quibuſdam e Lutheri ſecta perſuaſit, fide dignum eſſe, quod SS. Heinricus & Cunegundis in conjugio pari conſenſu virginalem continentiam ſervaverint, id quod homines ultra carnem nil ſapientes tamquam fabuloſum rejiciebant, adſcribentes naturæ ſterilitati & impotentiæ, quod virtuti & gratiæ tribuendum erat. Jactabant inſuper, ne quidem ſacerdotes, multo minus conjuges poſſe eſſe continentes.

C

Quid de ſervanda caſtimonia ſenſit,

63 In hanc rem memorabile quid refert Joannes Seller Soc. Jeſu concionator cathedralis Ratisbonæ, in concione funebri, quam ibidem habuit de Joanne Godefrido tempore comitiorum XII Januar. anno MDCXXIII. Cum Princeps quidam acatholicus cerneret, quod Joannes Godefridus abominabilem clericorum concubinatum, libidinoſæque vitæ licentiam in ſua diœceſi implacabiliter infectaretur, & incorrigibiles parochiis & beneficiis privaret, & e diœceſi dimitteret, in familiari cum Epiſcopo congreſſu contendebat, ſacerdotibus permittendum eſſe conjugium, eo quod illis impoſſibile eſſet ſervare continentiam. Epiſcopus econtra firmis rationibus oſtendebat, cum divina gratia id eſſe poſſibile. Sed cum princeps acatholicus nullo id ſibi argumento perſuaderi ſineret, dicebat Epiſcopus: non ſoleo quidem dicta mea juramento firmare; hac tamen vice, ſacerdotali mea fide, & dignitate aſſevero, poſſibile eſſe, per Dei gratiam, caſte vivere: quippe ipſemet ego, per omnem vitam meam, numquam feminam attigi; neque ad id ſtimulum ſenſi. Princeps acatholicus percontans ajebat: An vere ita ſe habet, quod dilectio veſtra de ſe affirmat? Vere ita ſe habet, repoſuit Epiſcopus; idque denuo mea epiſcopali fide ſancte aſſevero. Commotus intime hoc ſermone princeps acatholicus, Joannis Godefridi virgineas manus reverenter deoſculatus fuit, una conteſtans, haſce manus dignas eſſe, quæ ſacrificium offerant.

D

EX VARIIS.

ſummque inviolatam eam cuſtodivit.

64 Demum virginalem caſtimoniam, quam Joannes Godefridus ſub clientela SS. Heinrici & Cunegundis, in adoleſcentiæ & reliquæ vitæ periculis, velut in medio fornacis Babylonicæ illæſam, ac fine ignis odore conſervavit, eamdem ſub eorumdem Sanctorum patrocinio, feliciter æternitati intulit. Vos ipſos, inquit Fornerus in concione funebri Bambergæ habita, quotquot hic adeſtis, teſtes invoco, an non omnis ejus vita eximium caſtitatis ſacerdotalis ſpeculum poſſit appellari? Non dubitate, eumdem hunc caſtiſſimum Præſulem illibatum virginitatis florem, id quod mihi in ultimo adhuc itinere, quod cum ipſo peregi, ut alias ſæpius, concredidit, ſecum ex hac vita in alteram illam ad Chriſti æterni judicis tribunal haud dubie abſportaſſe . . . Pugnavit animoſe nobilis Chriſti athleta & heros Joannes Godefridus, & glorioſe triumphavit, & virginitatis aureolam, integra carne & membris, ut loquitur S. Hieronymus, reportavit.

E

Inſignis in SS. Conjuges veneratio.

65 Obiit laudatiſſimus Princeps Ratisbonę XXIX Decemb. anno MDCXXII, qui uti a SS. Imperatoribus Heinrico & Cunegunde, extraordinariis favoribus, in vita & morte ornatus fuit; ita veneratione, tempore vitæ, ſanctis patronis exhibita non contentus, voluit etiam funus ſuum extare ſuæ erga illos reverentiæ monumentum. Nam humillimus Princeps æſtimans ſe indignum communi cum Sanctis illis ſepultura, juſſit quidem corpus ſuum humari in cathedrali Bambergenſi, non tamen in ipſa eccleſia, ubi Sancti quieſcebant, ſed ſubtus eam in obſcura crypta, quæ eſt ſub choro S. Georgii martyris, ad quem deinde anno MDCLVIII, Sanctorum illorum oſſa tranſlata fuerunt. Sed Deus humilem ſervum ſuum viciſſim in exanimi ejus corpore honorare dignatus eſt.

F

Facies poſt mortem vivida fuit.

66 Nam cum illud XV diebus poſt mortem, nimirum XII Januarii anni MDCXXIII (quo die ſolennes illius exequiæ, in præſentia procerum Imperii, Ratisbonæ in capella Cæſarea celebratæ ſunt) habitu epiſcopali indutum, in tumba elevata, omnium conſpectui exponeretur, facies ejus tota vivida & rubicunda apparuit, non ſecus ac ſi adhuc tum viveret. Ita teſtatur protocollum hiſtoricum urbis Ratisbonenſis de anno MDCXXII & MDCXXIII. Et cum deinde ſex alii dies inſumerentur corpori ejus Bambergam devehendo, ubi demum die XIX Januarii, terræ mandatum fuit, retinuit eamdem gratiam, uti Fridericus Fornerus oculatus teſtis pag. LIX aſſeverat dicens: Non mortuo ſimilis, ſed dormienti, jucundam ſemper & vivaciſſimam faciem poſt tot dierum itinera retinens uſque ad horam ſepulturæ.

67 Talem venuſtatem contulit Deus corpori exanimi Joannis Godefridi, quod ille in vivis, tot aſperitatibus, tot vigiliis, tot jejuniis in pane & aqua etiam inter principales epulas, tot flagellis, ciliciis, genu-

Digitized by Google

EX VARIIS. flexionibus, humicubationibus castigaverat: & insuper post obitum, ad majorem sui contemptum, & ad majorem sanctorum Heinrici & Cunegundis exaltationem, in profunda & obscura crypta, quo pauci homines intrare solent, tumulari jussit. Sed ut ille se suaque contempserit, & occultaverit, splendor tamen virtutum ejus ita tegi non potuit, quin multi cognoscerent, & æstimarent. Litteræ annuæ collegii Societatis Jesu Ratisbonæ anno MDCXXII referunt, Ferdinandum II Romanorum Imperatorem mortem hujus Episcopi graviter tulisse atque inter cetera dixisse: Fidum nos amicum, uterque episcopatus bonum Pastorem, subditi Patrem in hoc Principe amiserunt.

Nuntii Caraffæ de re sententia.

68 Illustrissimus Dominus Carolus Caraffa episcopus Aversanus, Nuntius Apostolicus, Ratisbonæ tunc præsens, in libro, cui titulum fecit: Germania sacra restaurata (ubi inter reliqua describit, quid fuerit actum Ratisbonæ in conventu Electorum & Principum Imperii a Ferdinando II Ratisbonæ celebrato anno MDCXXIII, ubi disceptabatur de Maximiliano Bavaro substituendo rebelli Friderico V Electori Palatino) de nostro Joanne Godefrido hæc habet: Hujus aliquando mentis fuerat Joannes Godefridus Princeps & Episcopus Herbipolensis, quo magis Dei zelo percitum Principem non vidit Germania. Is militum pater, sacerdotum exemplum, Principum decus, Catholicorum tutor, sui ipsius contemptor, Ecclesiæ Romanæ, ac Cæsareæ majestatis cultor acerrimus & prudentissimus, nihil nisi ad Electorem Catholicum suspirabat; inter quæ suspiria, summo nostro omnium dolore ex hac vita discessit.

& Bambergensi oratoris elogium.

69 Concludimus hanc narrationem elogio, quod Joanni Godefrido tribuit orator e Societate Jesu, præses, ut videtur, sodalitatis Marianæ, in oratione funebri habita in templo Patrum Societatis Jesu Bambergæ XVIII Jan. anno MDCXXIII, ubi circa finem sic loquitur: Nihil præclarum animo fingi potest, cujus non eximia aliqua portio Joanni Godefrido nostro divinitus obtigerit. Exemplar virtutum fuit, in quod Episcopi omnes, Antistites omnes, Principes omnes intueri possint. Exemplar perfectionis, ad quod, tamquam ad relucens & terssissimum speculum, mores suos, vitamque componere ecclesiastici viri debeant. Exemplar numeris omnibus absolutum ostendere mundo Deus voluit, quid exacta virtus, in uno eodemque Episcopo ac Duce, cum maximo honore ac dignitate conjuncta possit..... Felicitatem tuam tibi gratulor. Scio, te non in Franconia tantum tua, sed toto universitatis hujus ambitu, gentium omnium linguis, ac litteris celebrandum. Intuebuntur in te omnia sæcula; repetet te omnis memoria; omnis posteritas venerabitur &c.

Quæ omnia ad S. Henrici gloriam referuntur.

70 Quæ de præclaris gestis & virtutibus duorum Episcoporum Bambergensium hactenus allata sunt, non tantum ad illorum laudem, sed & ad quam maximam SS. Heinrici & Cunegundis gloriam pertinent. Inde siquidem clarius nobis innotescit, quanti illorum intercessio apud Deum sit ponderis, & quanta sit eorum erga ecclesiam Bambergensem solicitudo, charitas & beneficentia. Quod e- D nim duo isti Viri, periculosissimo tempore, mirabili Dei providentia ad episcopatum assumpti fuerint; quod induti virtute ex alto, posthabito omni terreno emolumento, contemptisque omnibus difficultatibus, tam magna pro Deo & subditis operati sint, & quod patriam Bambergensem, quæ ferme tota in hæresim & flagitia fœde prolapsa fuerat, tanta fortitudine simul ac prudentia, ab interitu vindicaverint, & ad viam salutis reduxerint, id Sanctorum istorum favore, patrocinio & auxilio effectum est, uti nos extraordinaria illorum erga hos duos Episcopos vigilantia & solicitudo non finit ambigere. Multum quidem debet Bamberga suis Sanctis, quod illorum pietate ac munificentia, sede episcopali, & ecclesia Imperiali fuerit decorata, plus tamen se iisdem debere certissime sibi persuadeat, quod postquam patria ferme tota hæresis jugo se improvide subdidisset, in infelicissimo illo statu non fuerit derelicta, E uti multis aliis diœcesibus in vicina nobis Saxonia, & aliis terris septemtrionalibus contigit) sed SS. Heinrici & Cunegundis solicitudine, patrocinio ac protectione, a perniciosissimo hæresis malo, inter innumeras licet difficultates, hostiliumque copiarum insidias & impugnationes, fuerit liberata, ac deinceps in Ecclesiæ Catholicæ gremio conservata.

CAPUT III.

De S. Henrici Manto, ut vocant, Bambergæ in ecclesia Imperiali asservato.

Celebre S. Henrici Mantum PRæter sacra cimelia de quibus supra in Commentario § 4 actum est, supersse diximus monumenta id genus alia, sed præcipua duo, Crucem nempe pretiosissimam in celebri cœnobio Benedictino Montis S. Michaelis, de quo ad Acta S. Ottonis locuti sumus, certis solennioribus festis adhiberi solitam, & Mantele, seu Mantum, ut vocant Bambergenses, puta togam vel pallium latissimum, uti hic vides, ad modum vestis cæsulæ, lateralibus aperturis carentis, in thesauro Imperialis ecclesiæ reconditum, quod ab Ismaele, F de quo Anonymi Legenda meminit, confectum volunt, sancto Imperatori datum, ab eoque Cæsarei instar paludamenti in celebrioribus cæremoniis adhibitum, pluribus gemmis pretiosis, opere Phrygio intextis ornatum, variisque inscriptionibus, satis mirabili sacrorum profanorumque commixtione distinctum, quibus in rectum sensum ordinandis aut explicandis curiosa ingenia incassum hactenus desudasse dicuntur. Quod certe experiri mihi licuit in eruditissimi Viri observationibus, infra dandis, quas probare hactenus non potui. Mysteriosum, si ita loqui licet, videtur utrumque monumentum, quorum primum, Crux videlicet, cum jam excussum sit, omniumque oculis pateat, apud citatum alibi Ludwigium, criticis excutiendum relinqui poterat, sed a nobis etiam dabitur. Hic primo Mantum exhibemus, cum Clar. Eppenaueri nonnullis expositionibus, quibus cuique liberum erit, pro captu & eruditione alias substituere.

72 Le-

Digitized by Google

Tom. III. Tabl. Pag. 502.

Digitized by Google

Digitized by Google

Tom. III. Julii Pag. 983.

A *tot figuris anigmaticis onustum eſt*,

72 *Lubens fateor, poſſe non levem nec perfunctoriam totius operis, ut, me regente delineatum fuit, contemplationem ac ſingularum partium conſiderationem, nullo me pacto aſſequi poſſe, quid demum indicare, quid tam diſparatorum compoſitione ſignificare voluerit Mantelis. Mantiſen togæ iſtius inventor aut artifex, niſi forteſſe rei ad profanos uſus primum deſtinatæ, ſacra aliqua poſtmodum adjecerit, quo facilius ſanctiſſimi Imperatoris, aut ſaltem eccleſiaſticis uſibus transiberetur. Conjecturis equidem ſupersedeo; Viri Clar. deſcriptione contentus. Ait ipſe, Mantum ſericum eſſe, coloris cærulei, cujus minutiſſimi characteres, ſeu veri ſeu vitioſi, ad prototypi formam fideliter ſint expreſſi.* Longum eſt, *inquit*, pedibus quatuor cum dimidio & duobus pollicibus, quod ordinavit Iſmael, S. Heinrici affinis, Bambergæ ſepultus, qui fuit nepos ejus ex ſorore, in ducem Apuliæ quondam per S. Heinricum elevatus, uti ex litteris Mantelis infra, immediate ſupra fimbriam ex ſerico rubro, filo
B aureo intertexto, ceu gratiarum actione Henriciana patet; videlicet PAX ISMAHELI QUI HOC ORDINAVIT. *Ecquis in formula iſta*, Pax Iſmahelі *Judaici aliquid in artifice ſubodoretur? Potius ſtudioſe aliqua involviſſe atque affectata ſeu vera ignorantia, ænigmaticis locutionibus implicuiſſe videtur.*

ut ad ea noſtra ſolvenda

73 *Quid ibi velint ſtatunculi inter voces* Sol & Luna, *quid alii in lamella altera, nemo ſatis divinaverit. Subjectum ſolt & lunæ quadratum repræſentat, ut faller, quatuor Evangeliſtarum ſymbola, circumdata icunculæ cui aptatur epigraphe*, Superne uſque ſit gratum hoc Cæſaris donum. *Ecquid religioſus poſuiſſet, Sempiternæ ac individuæ* Trinitatis, *aut ſaltem æterno Verbo incarnato? Quid enim eſt icuncula niſi ſuprema eſſentia metaphyſice conceptu expreſſa? Cur* ſancta Maria ſtella maris inclita, *non appellatur* Mater Dei? *Quem* S. Joannem *indicat*, qui *ſit* & gratia Dei? *Pergimus cum ductore noſtro, qui figurat omnes mere aureas aſſerit, opere Phrygio contextas. Satis patent ſigna Zodiaci & conſtellationes aliæ, ad modum, ut ipſe exiſtimat, iſtius temporis.* Conſtat enim, *inquit*, proximum S.
C Heinrici in imperio antecеſſorem Ottonem III ſimile Mantum, quo tegebatur coronatus, cum inſcripta Apocalypſi habuiſſe. Probabiliter fuit hoc Mantele illud, quo in ipſa coronatione imperatoria fuit veſtitus S. Heinricus. *Ignoſcat vir amicus ſi tam promptus aſſentiri renuam: non incongrue pallio Ottonis applici potuere ſigna apocalyptica; at S. Heinricum paludamento, de quo agimus, in coronatione indutum fuiſſe, nec dum ut credam induci hactenus potui. Ea pariter alias litterarum utcumque rudiarum, laudati viri explicatione.*

nemo OEdipus ſolvendis ſufficiat.

74 *OEdipum certe hic agere oportet in eruendo contorto ſenſu AQVILA PPTVE IOCITAE POIATVS IER ASTRA; quem ſic reſolvit:* Aquila perpetuo per volatus ſuos ſe locans in aſtra, *ob exſultationem aquilæ expanſis alis volantis. Iſmael enim, ait, aſtrologiæ addictus fuiſſe videtur, quia ejus ordinationem prope Mantelis humerum dextrum hæc legatur verba*; Aſtrologus hic ſit cautus. *Eſt & alia in altera Manti parte, ubi ſic legitur: VIRGINITAS P APBATE MIREME RE. Sonant hæc ipſi*; Virginitas approbate mirentur terram, *ſublata autem vitioſa metathesi, videtur eſſe alluſio Iſmaelis ad teſtimonium* S. Heinrici, *in hunc forte ſenſum*: Virginitatem in terris ap-

D probatam miremur. *Capio plane eruditiſſ. Viro ſubſcribere; verum ſi eo Manto, ut ſuperrime dicebat*, S. Heinricum *in coronatione Romana uſum ſibi perſuadeat, neceſſe eſt, fateatur, cognitam ante id tempus fuiſſe Iſmaeli iſti ſanctiſſimorum Conjugum virginalem continentiam, quam ut ſupra vindicandam ſuſceperim, at nemini ante extremum Sancti morbum innotuiſſe, exiſtimo eſſe certiſſimum. De cetero, an* manus Orionis *podat* Taurum; *an is* imitator juris fuerit, an Serpentarius Æſculapius medicus *dicatur*; *an his aſſeratur* Pegaſus equus muſicæ eſſe ſacratus, *atque id genus alia, ab obſcuriori iſto vel forte portaſtro artifice repetenda non cenſeo: modus præcipuus ſupereſt, utrum infimæ inſcriptionis confuſos characteres eruditus interpres felicius combinaverit. Verba ejus ad apicem deſcribam:*

Fimbriæ involutæ characteres, 75 Fimbria vero hujus Mantelis condecorata eſt litteris ſingulari artificis diligentia E litteris ſingulis particulariter ſive ſeorſim auratо filo confectis, ac dein mediante filo ſerico, in deſtinato ſuo loco firmatis & affabre confectis opere phrygio, cum permultis intortis aureis cimeliis, obſcuritatem lectionis inducentibus; ſuntque ex litteræ magnæ longitudinis; ita invicem appoſitæ, ut lector maxime dubius hæreat, ubi lectio in circulari chaos ſit inchoanda. Inſuper omni carent interpunctione, hinc que in hodiernum uſque diem, multis lectionem fruſtra tentantibus, uti inaudio (præſertim propter plures alias parvas obfuſcataſque inſcriptiones) incognitæ manſerunt. *Pergit deinde ad explicationem, quam nemo hactenus propius aſſecutus eſt.* Verba fimbriæ ad litteram hæc ſunt cum metathesi vitioſa:

O Decus Eeropiæ Ceſar Heinrice beate
Angeat impreium ibmi Rexque rema bene.

Peripheria hæc Manti infima adæquat longitudinem ſedecim pedum & duorum pollicum.

non omnes divinavit Interpres

76 Ubi notandum quod Iſmael per litteram X in verbo Rex ſingulare quid ſignificare voluerit, quia hæc una & ſola inter omnes magnitudine artificiali eminet, & nonnihil a littera E ante, & Q poſt eſt ſeparata; hinc non immerito concludo, eum, ut propter verborum excurrentem copiam, ligatam orationem ſalvaret, gratulationem hanc pro S. Heinrico ordinare in hunc ſenſum quaſi voluiſſe: Rexque millies ibi regna bene; quia X Græcis, ut conſtat, eſt numerus millenarius: ſalvo tamen, ut dixi, per omnia aliorum judicio meliori, acumina enim hæc
F antiquis erant frequentia. *Movet deinde notandum*, quod in carminibus fimbriæ Mantelis deſint; apud verbum REGNA littera G (nam littera A eſt abſcondita in N, *quia* N *ut hic efformatum eſt*, denotat litteram N & A ſimul apud antiquos) & littera E apud verbum WENE ſive ZENE. E contra poſt verbum Imperium eſt ſupervacanea littera M, forte loco litteræ M ſive γγ in animo ſubſtituenda, aut plane omittenda illo tempore; apud quam tres IBI ſpectant poſt litteram Q. Item in verbo ANGEAT, littera V eſt inverſa, hinc ut N apparet.

non ſatis explicavit

77 *Hactenus Clar. amicus, qui ſubdit, quatuor alia ſerica Manta, cærulei item coloris, ibidem aſſervari, de quorum uſibus hic differre mihi ad ſtinet: datam jam prioris explicationem tentaſſe ſuperabunt. Quatuor prima vocabula diſtincte in*

Digitized by Google

A *fimbria expreſſa conſpicio*, D decus Eeropae
EX VARIIS. Ceſar Heinrice; *non tam facile eſt invenire* TÈ
BEARE *cum pro* R *legatur* B: *neque* ANGEAT *educi poteſt, quandoquidem littera ultima non ſit* T *ſed potius* Y. Impreium *integre non reperitur, quod ultima littera videatur duplex, ſuque* E & A *Graecum; in quo non ſatis aperte argui poſſe videtur, quod poſt* Imperium *ſupervacanea ſit littera* M, *ubi ego fateri cogor, nec ſupervacaneum* M, *imo nec neceſſarium reperiri, quo* TÈ Imperium *vel* Impreium *effermari queat. Neque tres* IBI *uſque adeo clare apparent; nec eſt, unde colligatur* N *inverſum eſſe, unde exurgere veroſimiliter poſſit* AUGEAT. IBMI *nullum ſenſum reddit.* REXQUE *vel* REX QUI *habetur; ſed reliqua pleraque* OEdipo *indigent, neque ex iis perfectam conſtructionem quis facile extruxerit. Haec eo ſolum dicta ſint, ut intelligat lector, nihil a nobis negligentium, & amiciſſimus adjutor obſervet, aenigma his litteris involutum, necdum ex omni parte ſolutum eſſe. Melius, inquies, aliquid ſubſtituas: malim vero candide fateri ignorantiam, quam iis diſquirendis oleum & operam perdere: non gravaber*
B *tamen, nullo meo periculo, viri alterius eruditiſſimi cogitationes in medium proferre, prout mecum communicata ſunt.*

Quid alius vir eruditus de iis ſentiat.

78 *Abeſt is, ut primum dicam, a Bambergenſium opinione, quod praefatum Mantuam ad* S. Heinrici *tempora revocari poſſit, negatque Sancti iſtius aetate in uſu fuiſſe* Ceſaris *appellationem. Putat itaque opus eſſe ſaeculi* XIV, *Implexiſque illis vocabulis indicari Henricum, iſtius nominis Imperatorem* VII *Luxemburgicum, qui poſt necem Alberti Auſtriaci Romanorum regis, anno* 1308 *patratam,* VI *Januarii* 1309 *Aquiſgrani coronatus eſt; atque ad hunc dirigi contendit ſimbriae allocutionem, cujus ordinem exorditur a* CESAR HENRICE, *et connectens* REA: B *vero ſequens &* E *ſumit pro Bambergenſis Eccleſiae, ex litteris proximis faciens* ANGELV, *ſignato: tum ſic pergit, ex litteris verba ferme reddens;* IMPerium REgere Iniuſte Volens, EA *(lambda graece pro* L *latino) unde* EAeſus Involutis, *vel* Inimicis Bambergenſibus, Miſerabiliter Interiit REX *Qui; demum ex* RE *& contractis aliis conficit* REGNAVIT, *atque ex characteve ſequente, non minus hieroglyphico formet* ANTETE,
C o DECUS EERORAE. *Ita ille, cui alius fugit accenſere, dum tam implexa ſunt & ſigna & vocabula, ut in diverſa rapiant ſpectatores ſingulos. Fateor, opinor, Bambergenſes omnes aeque ac me tam procul accerſita expoſitio, in quam argui poteſt formatio vocis* ANGELU *pro* angelum, *cum littera penultima non ſit* L, *ſed* A, *uti in Ceſ Ar & be A: ultima vero* Y *potius vel* V *quam* V *ſignatum. At fruſtra hic frontem fricamus; ſatis ſit, curioſis indagatoribus ulterius explorandi materiam ſuggeſſiſſe; ac de* S. Henrico *ejuſque monumentis, quod maxime intendimus, nihil praeteriiſſe.*

CAPUT IV.

De celebertima Cruce, aliiſque S. Henrici apud Bambergenſes ſacris cimeliis.

Crux magnae gravitatis operis;

DE *Henriciana hac pretioſiſſima Cruce curſim locutus eſt* Henſchenius, *dum Acta S. Cunegundis ad diem* III *Martii illuſtravit. Ejuſdem delineationem ad Papebrochium miſit anno* 1695 *R.P. Joannes Riſſe, collegii noſtri Bambergenſis eo tempore Rector; poſtmodum vero aliam in ejus vicem vulgavit Joannes Petrus Ludewig, inſeritque volumini ſuo de Scriptoribus rerum epiſcopatus Bambergenſis. Excuſum hoc exemplar poſtquam cum Riſſiana delineatione contuliſſem, facile adverti, tantum inter ſe differre, ut neutra imago ſatis exacte prototypon redderet: quocirca Bambergam recurrendum fuit, ut defectus in iis occurrentes apte corrigerentur. Novam itaque delineationem de integro aggreſſus eſt laudatus mihi ſaepe Otto Schugentius, expreſſis etiam tum pretioſorum lapidum, tum ceterorum ornamentorum coloribus; ſic ut in ea nihil deſiderari poſſit oculatiſſimi inſpectores, toties etiam allegati Clar. Eppenauer & R. P. Nicolaus Pottu, de cujus meritis ſatis dici non poteſt. Porro colores, quoadusque ars ejus tulit, ſcalptor referre conatus eſt. Qui Ludewigianam imaginem cum noſtro exemplo conferent, non unam diverſitatem facile obſervabunt. Itaque iconiſmum praedictae Crucis hic primum exhibendum cenſui, cui cimelia alia adjecta ſunt, ſuo etiam ordine recenſenda.*

80 *Henſchenii verba hic praemittenda ſunt,* E *quibus ſacra S. Cunegundis monumenta, a ſeorſum ſpectata, enumerans, ita loquitur Commentarii ſui* § 4, *num.* 25: Addere placet, *inquit, quae ipſi Bambergae vidimus in monte S. Michaelis, in templo abbatiali ſcilicet dotem ſeu morghengabam, a S. Henrico Cunegundi datam; crucem auream operis Graeci antiquiſſimi, uti ex inſcriptionibus atque imaginibus erat cognoſcere. Haec nimirum eſt receptiſſima apud Bambergenſes traditio, celeberrimam Crucem, multis aureorum millibus aeſtimatam, donum iſtud fuiſſe, quod ſponſa Sanctae, ſanctus & ipſe Sponſus dederit poſtridie nuptiarum, inde apud Germanos appellatur* MORGHENGABAM, *quod latine reddendum eſt* donum matutinum *(de quo in gloſſariis Speimanni, Cangii & aliorum plura invenies) Ipſa vero ſanctiſſima Imperatrix connubio, a ſe cum piiſſimo conjuge condito, reliquerit, perpetuum munificentiae ſuae monumentum, uſque hodie in feſtis ſolemnioribus quandoque circumferri ſolitum, in argento obducto manubrio, ad quinque pedes Noribergenſes extenſo, quod in imagine apparere voluimus. A Graeco vel ſaltem graecizante elaboratam primum fuiſſe Crucem ipſam, ſatis opinor apparet; ac circumductam poſtmodum cenſuerim inſcriptionem latinam, in qua cur verbum in futuro inflexum ſit, candide fateor me divinare non poſſe; niſi, ipſo vivo, ſi* F *dei commiſſum fuerit.*

a Sancto in morgengabam S. Conjugi oblata.

81 *Multa alia iſtic contemplaris in quibus claritatem merito deſideres, multa artificis ingenio & arbitrio figurata, alia quaſi ſtudioſe involuta, quae nemo hactenus explicare noverit, uſque adeo ut me nonnumquam cogitatio ſubierit, monumentum quantumvis praeclarum, praetermittere potius quam partes ejus aliquas intactas & inobſervatas relinquere. Viros doctiſſimos conſului, quorum alii graviori cenſura, alii paulo mitiori ipſum perſtrinxerunt, ſic tamen ut nullius ea recte ſolverit, quae mihi diſplicere, vel ipſi Bambergenſibus rotunde profeſſus ſum. Repoſitum eſt, non exigi ab hiſtorico, ut in antiquis hujuſmodi monumentis quae recenſet, poſſit ſingula minutatim exponere, aut determinare quod ſigillatim ſignificent; videri namque ſufficere, ſi, ut philoſophi loquuntur, determinet an res ſit, non item ſemper, quid qualiſve ſit, praeſertim ubi nonnulla quaſi aenigmatice intricata videntur. Rem exiſtere, certiſſimum eſt, aetatem ejus, artificem, fabricandi cauſam & intentum, adjunctaque cetera enucleare hoc opus hic*

multis difficultatibus obnoxia eſt.

& quod rei caput eſt, hicque maxime quæritur, Chriſtianum, qui ſub ſpecioſa vestigiorum
nihil

[illegible] juvenis Petrus Ludewig inserui- [illegible] tentum, adjunctaque cetera enucleare hoc opus hic

Digitized by Google

A *hic labor, hæ sunt difficultates quas a nemine hactenus tactas, nedum solutas inveni. Citatus jam Ludewig satis habuit & Crucem & nonnulla alia excusa referre, quorum explicationem aliis investigandam commisit. Tentare aliquid juverit, eo saltem operæ pretio, ut id genus monumentorum peritiores conatum nostrum promoveant.*

quibus ipsum repræsentantibus etc. memor.

82 *De crucibus antiquis tum nudis, ut ita loquar, tum humanam Christi effigiem affixam repræsentantibus, fuse disputavit noster Janningus p. m., de Basilica Vaticana tractans tomo VII Junii a pag. 141, unam inter alias referens nostræ huic satis conformem, saltem quod crucem ipsam Christique imaginis efformationem attinet, cui pares alias assignat; eidemque non multum absimiles habet Lambecius in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi lib. 2, pag. 482 & alibi, ut necesse non sit de ea re hic pluribus disceptare. Ætatem potissimum quærimus qua Henriciana hæc nostra*

B *fabricata censeri possit, id quod saltem sæculo X factum oportet, si eam sanctus Imperator in* morgengabam *sanctæ Conjugi obtulit, sub ipsum sæculi insequentis principium, qua sola ratione cum Henriciana vitæ serie componi potest Bambergensis traditio, quidquid eruditi critici adversentur, contendantque, litterarum græcarum latinarumque mixturam ipsam posteriora sæcula sapere, additamentis solidis, nummis & aliis, recentioris ævi esse passim censeantur, quemadmodum & versus Leonini, quos sæculo X in usu fuisse, aliunde demonstrari postulant.*

Quæ pars tota græca est ad sæc. X referri potest;

83 *Liceat mihi hic opinionem meam seu conjecturam candide proferre. Nihil tantopere videre quod credere nos vetet, Crucem ipsam, quousque tota græca est, ad sæculum X referre, sive ea in veteri Græcia, sive in Magna Italiæ, seu Apulia, sive a Græcis artificibus in ipsa Germania fabricata fuerit, quæ in S. Henrici manus pervenerit, tamquam sacrum pretiosumque cimelium, antequam ad thronum eveheretur: dederit ipsum ipse sanctissimæ Conjugi; hæc vero, vel testamento vel alia donatione, apud monachos suos Michaelitas servari voluerit; Græcam eatenus, nec forte sacris*

C *adhuc usibus deputatam. Fuerit subinde abbas aliquis qui pretiosissimum monumentum ritu Catholico in processionibus circumferri posse censuerit, aptaveritque proinde manubrium seu perticam argenteam, cui id imponeretur, atque ad renovandam itentidem sanctissimorum fundatorum memoriam, latinos ipsos versus circumduxerit:* Jesu Christe bonum clemens Crucis accipe donum, quod dabit Heinricus pius Cæsar atque secundus, *in quibus id solum displicet, quod pro* dabit, *potius non scripserit* dedit, *uti certe dicere debuit, si id tum scribi justit dum Crucem acceperat. Hoc pacto evitantur difficultates, quas tamen aliter etiam solvere se posse Bambergenses existimant.*

neque ea-ſi litterarum mixtura,

84 *Neque vero usque adeo abhorrendum est ab ea græcarum latinarumque litterarum commixtione, cum vel eo usque pruritus ille græcizandi obscuris sæculis invaluerit, ut recepta a Latinis nomina litteris ipsis exprimere, nescio quid eruditionis præ se ferre videretur, ut habes in segmento sub littera* D, *quo repræsentatur operculum, compactura seu theca extima prægrandis voluminis membranacei continentis scripta Evangelia, per totum annum, uti loquimur, currentia; cujus thecæ ornatus non minus admirandus est quam pretiosus, & quod vel caput est, hicque maxime quæritur,*

ornatui totius Crucis persimilis, ubi græca & la- D
tina commixta intueris, quasi si sanctorum Apo- EX VA-
stolorum nomina latinis litteris efferre, piaculum RIIS
censeri posset. Quadrum in medio eburneum est, in quo mysteria Christi sepulti & resurgentis elegantur excisa visuntur. Porro ornatus reliquus limbis latioribus, quadro circumdatis, & materia & artificio ipsi quadro ad amussim respondet. Limbi ipsi auro seu lamellis aureis, encausticæ & musivo opere elaboratis constant, insertis illic etiam pretiosis lapidibus. Effigies omnes, e quibus unam solam reddimus, sive materiam, sive formam, sive characteres species, iis simillimæ sunt quæ in Cruce referuntur, ut eumdem, seu ætate proximum artificem omnino sapere videantur. Porro librum istum Evangeliorum* S. Henrici *tempore exstitisse, haud obscure evincunt versus in prima facie aureo charactere majori (qualis est* GRAMMATA QUI SOPHIÆ *) in hunc modum descripti:*

Rex Heinricus ovans, fidei splendore coruscans,
Maximus imperio fruitur quo prosper avito;
Inter opum varias prono de pectore gazas,
Obtulit hunc librum divina lege refertum:
Plenus amore Dei, pius in donaria templi,
Ut sit perpetuum decus illic omne per ævum.
Princeps Ecclesiæ, cælestis claviger aulæ,
O Petre, cum Paulo gentis doctore benigno,
Hunc tibi devotum prece fac super astra beatum,
Cum Cunigunda sibi conregnante serena.
Hoc Pater, hoc Natus, necnon & Spiritus almus
Annuat æternis semper Deus omnibus unus.

non magis quam alii vivo S. Henrico fabricati.

85 *Expende hos versus quantum libuerit, nihil ex ipsis extundi posse videtur, quod non* S. Henricum *virentem adhuc & superstitem redoleat; ut inde satis recte arguant Bambergenses, nihil esse in Cruce græca, quo ad posterius sæculum retrahi compellatur, quando paria omnia in theca Evangeliorum reperiuntur. Ad id autem quod critici clamitant, nomen* Cæsaris *ex additamentum* secundi *aut pii Henriciano sæculo non obtinuisse in nummis, aut saltem nummos tales non inveniri: respondent Crucis vindices, & recte; sufficere quod ea appellationes in diplomatibus diserte exprimantur, ut artifici vel additori vitio vertendum non sit, quod his titulis* S. Henricum *ornaverit, tametsi non proprie secundus istius nominis* Imperator *sed primus dici debuerit. Sic & pii agnomen S. Imperatoris vivo inditum probat Clar. Eppenauer ex diplomatibus seu privilegiis eo tempore concessis, in quorum uno anni 1017 expressos eos terminos recitat,* sub patrimonio piissimi Imperatoris Henrici *&c. Et hæc quidem ad*

Quod bina extremitates vix intelligi possint,

superabundantiam: cum tota græca Crucis vetustas salvetur, tametsi latina inscriptio adjectitia esse supponatur. De adversa Crucis parte id monere sufficiat, repræsentari istic sub Agno Dei, cui insistit statua sub littera F, S. Henricum *stantem cum titulo* Imperatoris Augusti *inter symbola quatuor Evangelistarum: quæ posterius superaddita esse, Bambergenses ipsi, nisi vehementer fallor, facile concesserint.*

86 *Suspicatur non nemo, Crucis istius artificem & imperitum fuisse in græcis recte exprimendis, dum pro* TIOC, *scribit* TOC, *pro* NIKOΛAOC *ponit* NIKOΛAOC, *& forte non satis Christianum, qui sub speciosa religionis larva, non*

Digitized by Google

A *nihil imple involvere voluerit, Sanctorum effigies*
EX VA- *referens absque praevia tritissima formula* ὁ ΑΓ,
RIIS *quod Graecis Christianis insolitum esse contendit. Magis ei displicet icuncula in dextro Crucis latere, cujus inscriptio accurate redditur in Schengeniana delineatione* Ο θω̃ ΛΙΓΟC, (*expresso* L *pro* Γ *& ferme* u *pro* C) *quod explicatu difficillimum est, sive* θω̃ *conjungas cum* ΛΙΓΟC, *sive diversas voces effarmandas censeas. Si conjunxeris, nihil significabit; si diviseris, poterit* ΛΙΓΟC *accipi pro* ΛΟΙΓΟC, *quę pronuntiatione conveniunt, tumque insignem blasphemiam involvet, quam hic exponere supersedeo, cum in artificis mentem unquam incidisse existimem: malim ipsum imperitiae quam enormis malitiae arguere. Quidni ipse agnoscatur S. Joannes Evangelista* θω̃ ΛΟΓΟC, *jam senex, tametsi ut junior in medio repraesentetur? Certe verosimile id reddit icuncula similis ejusdem Sancti ex theca Evangeliorum, ubi eadem ferme habetur epigraphe, quemadmodum hic satis clare perspicis in grandioris imaginis assumento sub litteră E. Demus aliquid, obsecro, saeculi istius vanitati, fatemurque, orthographiam graecam non adeo cal-*
B *luisse artificem, ut non hinc inde aut excessu aut defectu cespitaverit; ut habes in ipsa jam citata icuncula, in qua difficile est syllabas recte connectere. Ceterum ubique eundem Sanctum, eumque radiato capite exhiberi; si non omnino certum, saltem verosimillimum est.*

87 *Icuncula in alia Crucis seu sinistra extremitate collocata, neque in delineatione Rissii, neque apud Ludewig vere redditur, nec appositae litterae seu potius abbreviationes recte effigiatae sunt* Imperitiae artificis potius quam malitiae adscribendum. *per* ΟΑΡ & Hι, *sed ea felicius restituit Schengenius, angelum exhibens, expansas alas sursum protendentem, quasi in signum admirationis, ob filium Dei progenere humano in Cruce patientem, cui adscriptae litterae indicent per* Ο ΑΡ *archangelum, per* Mι *Michaelem, militiae caelestis archistrategum, Ecclesiaeque defensorem. Graeca reliqua, licet & ipsa parum exacta, satis manifesta existimo, cum appositi ad utrumque imaginis Christi latus & icunculi beatissimae Virginis & S. Joannis Evangelistae, abunde insinuent verba ad utrumque referri;* Ecce filius tuus, ecce mater tua. *Cur autem infimus cranii locus tam expresse istic indicetur, explicabunt ii qui plura id genus monumenta alibi repererint; similia alia longe accersere, mihi nec libet nec vacat. Neque hic ventilanda quaestio de Servatoris corpore tribus vel quatuor clavis*
C *affixo, de quibus alibi saepe disputatum est: consulantur Angelus Rocca, Cornelius Curtius & Responsiones Papebrochii ad Exhibitionem praetensorum errorum, ad articulum xx a num. 2.*

Ex pretio contra aetatem manis arguitur. 88 *Siquis interim ex me quaerat, quid demum tali rerum collectione & connexione, proprie intenderit artifex, fatebor lubens, id me ignorare, non aegre laturus, si aliunde edoceri possim, cur in summitate S. Nicolaus potius quam quilibet alius Sanctus effictus sit; cur in extremis orbibus S. Evangelista Joannes, aut forte alius, & S. Michael archangelus; quid magis ad rem spectaverit locus infimus, hodie vacuus, qui in Rissii delineatione repletus apparet. Haec dubia omnia fateor et nil me terret enorme pretium ipsius Crucis ex auro, uti volunt, puro, quidquid arguant critici, aurum* Henrici *saeculo verissimum fuisse. Respondebunt enim Bambergenses, non adeo rara fuisse istius & praegressorum saeculorum pretiosa donaria Dei ecclesiis facta, eoque adducent Imperatoris Constantini crucem auream librarum centum quin-*
D *ginta, innumeraque hujusmodi alia quibus plena est Anastasii Bibliothecarii de Romanis Pontificibus historia; in qua soli articuli ad laudatum Constantinum & Carolum magnum spectantes curiosis facient satis. Quidni igitur istius temporis sanctus juxta ac munificus Imperator Crucem istam comparare potuerit, ubi tot alia pretiosissima dona, quorum non pauca oculis subjecimus, in ecclesia sua Bambergensi, ut alias plurimas praetereamus, Deo consecrata recondidit.*

ubi tam multa alia pretiosa exhibentur 89 *Quae hic praeterea exhibentur sacrorum cimeliorum imagines sub litteris* A, B & C, *additae sunt in similium aliorum specimina, quae in Bambergensi sacrario, ad sanctissimi Patroni ac Fundatoris memoriam, pie non minus quam solicite asservantur, sive ipsa vivo adhuc Sancto, sive paulo post, ex veliectis in eum finem necessariis subsidiis efformata voluerit, ut sunt plures alii libri sacri arte, vetustate & pretio aestimatissimi. Segmenta duo superiora, sub litteris* A & B, *uno eodemque folio expansa sunt, atque in dicto libro Evangeliorum citatis supra verbis subjunguntur. Su-*
E *perior pars* A *satis aperte aequissimi Imperatoris justitiam denotat, in qua administranda quantum excelluerit, melius est, quam ut hic denuo explicare oporteat. Pars inferior, seu* B, *per se loquitur, dum universa Bambergensis ditis optimo Principi subditam se profitetur: quibus nihil video magnopere objici posse, cum picturae ejusmodi, vel justitiae & aequitatis symbola non videantur repugnare* S. Heinrici *adhuc viventis modestiae. In alia vero sub segmento* C, *ubi 55. Udalricus & Emmeramus hastam & glandium* S. Henrico *quodammodo porrigunt, sic aliqua exornantur, ut ad sanctitatis indicia proxime accedant. Haec autem, Sancto adhuc superstite, effigiata fuisse, erunt fortasse qui non tam facile sint admissuri: sic tamen ut talia fraudi esse non possint iis, quae de antiquitate Crucis & thecae librique Evangeliorum disputata sunt.*

&, quae ad pericopen explicantur. 90 *Segmentum praedictum* C, *ex Missali, etiam pretiosissimo, acceptum, longa expositione non indiget, cum versus omnes, quantumvis rudes, commode per se intelligantur: unus est, qui lectores morari possit, nempe supremus ad sinistrem, quo ad Sancti ensem alluditur, quique, si recte verba discrimine, ita legendus videtur:* Apeat & hic enfem, qui (*pro cuivis seu cuicumque*) praefignando timorem. *Bini versus sub Sancti brachiis, ad cruciatum inferiorem juxta pedem dextrum in-*
F *choandi sunt:* Ecce coronatur divinitus atque beatur, Rex pius Henricus proavorum stirpe polosus. *Alludit, opinor, ad proaviam Mathildem reginam aliosque familiae ejus, tum viros tum feminas, sanctitate illustres, quos nimirum polos seu beatos appellat; de quibus videsis Acta nostra ad* XIV *Martii tomo* 2 *pag.* 356. *Reliqua curiosis dispiciendo expendendaque relinquimus, finem hic posituri ambiguae disquisitioni, qua Bambergensium desiderio factum satis, sperare audemus: a nobis id semper desiderabitur, ut rei totius anima, Acta nempe ab Adelboldo scripta, aliunde tandem in lucem producantur, quae in totius mensis appendice seu Supplemento vulgari possint, & de integro illustrari.*

CA-

Digitized by Google

A

CAPUT V.

De S. Henrici hodierna gloria in annua Bambergenſi ſolennitate, per totum octiduum, Catholico more, feſtive produci ſolita; in Officio pietatis, templiſque & ſacellis Sancto erectis.

QUam indefeſſo zelo, qua cura & ſolicitudine laboraverit totius laudatus R. P. Rector Bambergenſis Nicolaus Pottu, ne quid praeteriretur quod ad S. Henrici *gloriam conducere exiſtimaret, puto ex ante dictis eſſe quam teſtatiſſimum. Coronidem hanc idem ipſe impoſuit, ea accuratiſſime colligendo quae ad modernam ſanctiſſimi Patroni feſtivitatem potiſſimum pertinent, quibuſque hic etiam locum dare viſum eſt, tum ad meritam Bambergenſium laudem, tum ad Catholicae religionis incrementum, tum vero ad exemplum quod ceterae eccleſiae imitentur in celebrandis Sanctorum ſuorum ſolennitatibus. Eam vetuſtiſſimam, aptior perpetuam, Bambergae fuiſſe, demonſtrat antiquior anni* 1379 *celebritatis & proceſſionis annuae deſcriptio, quam etiam nuper adjunxit ſtrenuiſſimus collaborator. Verum ne hic eadem aut ſaltem conſimilia, non ſine lectorum faſtidio, repetenda ſint, ſatis erit hodiernam, quam dicimus, ob oculos ponere, cui accedet noviſſimus cumulus, ſtudioſa ejuſdem Pottuvii pietate hoc anno ſuperadditus, ac demum Officium de Sancto proprium eadem occaſione recuſum; templa denique in ejus honorem condita. En igitur Bambergenſium in Tutelarem ſuum illuſtris venerationis argumenta, ipſis Pottuvii verbis in hunc modum delineata.*

§ I. *Praevius ad feſtivitatem apparatus.*

C PRopridie ara, ſepulcro ſanctorum Henrici & Cunegundis ſuperimpoſita, cultu & ornatu ſolenniſſimo inſtruitur, ac praeſertim reliquiis inſignibus ſane, & copioſis, quae, cum pretioſiſſimae ſint, & quod res eſt, potiſſima ex parte ab ipſo S. Henrico, cura ſolicita, & Imperatoria auctoritate comparatae, ac eccleſiae, a ſe recens fundatae, liberaliter donatae; non incongrue hoc loco diſtinctius, una cum ornatu altaris reliquo, deſcribi merentur; praecipue cum facta de iis mentione in Vita S. Cunegundis ad tertium Martii in Commentario praevio, deſcriptio accuratior huc in locum rejiciatur, ut ibi videri poteſt.

Ara ſeu ſepulcrum SS. Conjugum.

93 Ara itaque memorata, quae per modum mauſolei cujuſdam veluti in pyramidem deſinentis, ſupra ſepulcrum ipſum erigitur; ita ut per illius medium, excavato fornice, conſpicuus pateat e loco ſublimiori marmoreus Sanctorum tumulus; ara haec, inquam, cum ipſa, cum ejus latera, pretiosa trecentarum ulnarum tela Damaſcena rubra inveſtiuntur. In arae ſupremo vertice poſita conſpicitur, ſex circiter pedum adaequans altitudinem, crux pretioſiſſima, ex argento puro affabre elaborata, ornataque gemmis & unionibus minime parcis; in qua incluſa, & per cryſtallum lucidam anterius conſpicua, ſervatur inſignis & praeclara, ſpithamam ferme excedens, ſacrae ſalvificaeque Crucis particula; de cujus veritate extat in archivio cathedrali Bulla authentica Benedicti II Pont. M. in qua perhibetur, & dicta S. particula una cum genuino clavo ferreo ſancti Crucifixi (de quo infra) S. Henrico a duce Burgundiae & rege Rudolpho dono data fuiſſe; atque Pontificio ſuffragio pro vera agnoſcitur & declaratur. D

ex variis.

94 Infra hanc directe collocata apparet ſtatua S. Georgii, Patroni ſecundarii eccleſiae, equo inſidentis, ſtatura hominis ordinaria aliquanto minore, ex argento itidem artificioſe fabrefacta. Paulo inferius viſuntur hinc atque hinc, ex utroque latere poſitae ſtatuae duae inſignes, ex argento item inaurato, humani corporis partem dimidiam repraeſentantes; altera quidem S. Cunegundis, ignitum manu vomerem praeferentis; altera vero S. Henrici, magnitudine & materia pari: appoſita, ex utraque parte, ſua cuique ſtatuae corona Imperatoria, illa ipſa, qua Sancti olim conjuges in terris fuerant coronati. Hanc inter utramque memoratam ſtatuam eminet in medio magnitudinis ejuſdem, dimidiato itidem corpore, & ex argento inaurato, elegantes elaborata ſtatua B. Virginis, divinum ulnis Infantem complexae. Illuſtrantur hae ſtatuae compluribus interpoſitis candelabris argenteis, cereiſque ardentibus. B

undique eas quae refulgent,

95 Sequuntur dein poſitae circa partem aree mediam diverſae Sanctorum diverſorum reliquiae: Scilicet duo hinc atque hinc cuſſini, quorum unus partem cranii S. Dionyſii Areopagitae, alter caput D. Margaritae integrum ſuſtentat. Locum deinde parte ex utraque obtinent ſarcula ſive ſarcophagi minores aut capſae inauratae numero octo, continentes corpora Sanctorum aut partem eorum praecipuam: ſcilicet primo corpus S. Joannis M. 2, S. Iſaaci Mon. 3, SS. Dulciſſimi & Charitſimi diſcipulorum S. Petri. 4, SS. Caii & Pii Rom. Pont. 5, S. Hermetis Mart 6, SS. Herculeani Epiſcop. & Mart. & Remacli Epiſc. 7, S. Theodori Mart. 8, S. Briccii Conf.

pluriſimique Sanctorum reliquiis, F

96 Aſſurgunt inter haec pyramides quatuor inſignes argenteae, reliquiis ſane pretioſis & praecipuorum Sanctorum ditatae, nimirum reliquiis aut oſſibus S. Joannis Baptiſtae. SS. Pauli & Bartholomaei Apoſtolorum. SS. Stephani Protomart. S. Laurentii Mart. S. Pantaleonis Mart. S. Achatii Mart. &c. S. Mariae Magdalenae. S. Caeciliae Virg. & Mart. &c. Exponitur ibidem inter cetera altare (ut vocant) portatile, quo uſus dicitur militiae S. Henricus, ad inſtruendam aram pro ſacrificio Miſſae: incluſum eſt hoc portatile thecae pretioſae, gemmis & unionibus inſignitae, quae praeter particulam S. Crucis continet reliquias SS. Georgii & Stephani Protomart. Chriſtophori, Pancratii, Sebaſtiani, Laurentii, & de craticula ejus.

ea tempore reſplendet.

97 Proſtant praeterea conſpicui, ex utraque parte, libri Euangeliorum quatuor, codices pretioſi, in thecis ſericis auro gemmiſque liberaliter diſtinctis compacti, & ſua ſe antiquitate commendantes, utpote ab ipſo S.

praeter ſcrinalia eximia,

Henri-

EX VARIIS

A Henrico eccleſiæ cathedrali in donum, tanto tamque pio condignum Imperatore oblatum. Tam magnifico deſuper ornatu veluti coronatus, in ipſo aræ medio per excavatum, ut dictum eſt, fornicem apparet marmoreus ſanctorum Conjugum tumulus, tapete nigro ſerico, unionibus copioſiſſimis, auroque, opere Phrygio, intertextis pretioſiſſimo inſtratus: qui ardentibus per circuitum ex cera virgine candelis omnino quadraginta, magnifice illuſtratur; cui lucem adjiciunt ex utroque fornicis latere lampades ex argento deaurato ſedecim, una cum candelabris penſilibus argenteis quatuor, quæ binis ſingula collucent cereis, & ſimul omnia ad illuſtrandam Sanctorum gloriam egregie conferunt.

Quæ hunc etiam exponunt.

98 Accedunt his in parte aræ infima, reliquiæ aliæ ſupra recenſitis haud inferiores: ſcilicet clavus ferreus, quo Chriſtus Salvator manibus cruci hæſit affixus, de cujus veritate bulla authentica ſupra allegata: item, B ſpina de corona ejuſdem Salvatoris N., crux inſuper argentea inaurata, continens particulam S. crucis & digitum S. Gertrudis: qua cruce fertur S. Henricus virgineam ſibi ſponſam Cunegundam ſubarrhaſſe. Ornant præterea & illuſtrant hanc aræ partem Candelabra ſex argentea, cum intermedio crucifixo argenteo: collocatis ad pedum altaris candelabris aliis argenteis duobus, altitudinis podum 7. Atque hæc de ſepulcri & aræ ornatu magnifico. Quæ ſequuntur, Feſti ipſius, & Octavæ ſubſequentis ſolennitatem concernunt.

§ II. *Ejuſdem inſtitutio & continuatio.*

Solemniſſimæ pridie Veſperæ,

PRidie in ipſo pervigilio Feſti, hora prima C terretur ad primas Veſperas, magnarum (de quibus ſupra) compulſatione ſolenni campanarum. Feſtum dicitur epiſcopale & Pallii, in quo Officians eſt Epiſcopus. Veſperæ inchoantur hora tertia, ritu ſolenniſſimo, juxta cæremoniale Romanum; & (uti etiam per totam Octavam Officium divinum reliquum) non in choro ordinario, ſed in navi eccleſiæ ante ſepulcrum SS. Henrici & Cunegundis celebrantur, quibus finitis ſuccedit Completorium: interſunt canonici trium eccleſiarum collegiatarum.

& ipſo die ejuſdem vitur omnia,

100 Mane altero diei ſequentis divinum Officium incipit hora ſexta, prævia rurſus campanarum compulſatione. Decantatis ſolenniter Matutino, Laudibus & Prima, ſequitur hora octava concio panegyrica de Sancto, qua abſoluta, decantantur hora Nona, Tertia & Sexta. Quando eccleſiam ingreditur Epiſcopus excipitur a quodam ex dominis canonicis cathedralibus, præſtolante cum cruce quaſi archiepiſcopali (in ſignum prærogativæ epiſcopatus Bambergenſis gaudentis Pallio, & Romano immediate Pontifici ſubjecti.) Tum ad ſacriſtiam deductus Epiſcopus, pontificalibus pro ſummo Sacro celebrando paramentis ibidem induitur; & Sexta ſubinde finita, e ſacriſtia progreditur ordine ſequenti.

101 1° Præcedit æduus in ſuperpelliceo, ſceptrum præferens argenteum. 2° Sequuntur hunc acolythi quatuor cum thuribulis duobus & naviculis totidem. 3° Acolythi quatuor alii candelabra deferentes cum cereis accenſis, unaque deducentes in medio canonicum cathedralem, pluviali indutum, crucemque præferentem. Succedunt canonici duo eccleſiæ cathedralis in habitu diaconali, Epiſcopo aſſiſtentes; poſt quos procedit ſubdiaconus cantaturus Epiſtolam; tum diaconus, uterque ex dominis canonicis cathed. quorum ultimus incedit ad ſiniſtram presbyteri aſſiſtentis & pluviali induti. Sequitur Epiſcopus in pontificalibus cum Pallio & baculo paſtorali, ſubſequitur cum aliis ſacellanis aulicis cæremoniarius; quem excipiunt canonici duo ex collegiatis, induti pluvialibus ad mitram & baculum paſtoralem inſervientes. D

& Miſſa ab Epiſcopo celebrata

102 Finito hac ratione Officio divino antemeridiano, hora poſt meridiem prima ſodalitas juniorum opificum, ſub titulo B. Virginis ſine macula conceptæ, ſolenni proceſſione ex oratorio ſuo ad eccleſiam cathedralem deducitur; ubi habita denuo de Sancti meritis concione panegyrica, incipiunt hora tertia Veſperæ. His una cum Completorio finitis, decantato ad extremum hymno Ambr. Te Deum &c. & data cum venerabili Sacramento benedictione ſolenni, ejus diei feſtivitas concluditur. Die poſtera aliiſque per totam Octavam ſubſequentibus, ſummum Sacrum tum a Reverendiſſimo D. ſuffraganeo tum a canonicis cathedralibus, cum decanis eccleſiarum collegiat. ſolenniter celebratur. E

Reliqui dies & per totam Octavam eodem.

Octavo die nova celebritas;

103 Pridie diei octavæ, dato, ut ſupra, ad horam primam campanis majoribus ſigno, hora tertia Veſperæ a Reverendiſſimo D. decano eccleſiæ cathedralis, præſente Epiſcopo & Reverendiſſimo capitulo cathedrali univerſo, juxta ritum Romanum cum ſolennitate præſcripta celebrantur, ſubſequente Completorio: poſt quod hora ſexta veſpertina, eodem Reverendiſſimo D. decano officiatore, Matutinum cum Laudibus anticipatur. Mane altero, medio ſextæ, decantantur horæ reliquæ uſque ad Nonam incluſive: hora ſexta concio panegyrica: hora prima ordinatur proceſſio per urbem ſolenniſſima, cujus hic ſibi locum deſcriptio videtur vendicare: eſt autem hujuſmodi: F

inſtituto inſigni præſſertim,

104 Initium dat unus e ſummi templi æduis, ſuperpelliceo indutus, ſceptrum præferens argenteum. Sequuntur vexilla quatuor: inter quæ indutus pluviali ſacerdos incedit, dans aſperſorium. Poſt hunc bini & bini procedunt ſummi templi ſcholares: item duæ tribus mechanicæ lanionum & piſcatorum, cum cereis magnis, quos excipit chorus vocalis muſicorum cantantium. Succedunt Ordines religioſi, ſuis diſtincti crucibus; & primi quidem PP. Cappucini: tum PP. Carmelitæ, deinde PP. Franciſcani: poſt PP. Dominicani: ultimo PP. Benedictini de monte S. Michaelis, quibus, in ſignum imperatoriæ a S. Henrico factæ fundationis, ſceptrum præfertur argenteum cum crucibus duabus argenteis.

quam ſubſequuntur omnes,

105 Sequitur hos denuo æduus eccleſiæ cathedralis in ſuperpelliceo cum ſceptro argenteo; deinde vexilla duo candida; poſt quæ cruces duæ argenteæ, deportatæ a duobus canonicis domicellaribus, primo reſidentibus

Digitized by Google

A tibus in cappis: tum duodecim in palliis cæruleis fratres, ut vocantur, ſedium, & quatuor fratres equitum (laici ſunt præbendis laicalibus gaudentes) hos excipiunt DD. vicarii eccleſiæ cathed. nec non canonici trium eccleſiarum collegiatarum: ſcilicet ad S. Jacobum, ad S. Gangolphum, ad S. Stephanum. Succedit Reverendiſſimum capitulum cathedrale. Sequuntur ſtatuæ in ferectris deportatæ a diverſorum Ordinum Religioſis in Dalmaticis; primo crux pretioſa, de qua ſupra, a quatuor ex Ordine PP. Cappuc. 2. Statua S. Georgii a quatuor ex Ordine PP. Carmelit. 3. Statua S. Cunegundis a quatuor ex Ordine PP. Franciſ. 4. Statua S. Henrici a quatuor ex Ordine PP. Prædicator. 5. Statua B. Virginis a quatuor ex Ord. PP. Benedict. Intercedit chorus muſicalis inſtrumentalis, tum chorus alius juvenum ſeenice veſtitorum, referentium angelos cum cymbalis.

omnes ſerme ordines.

B 106 Sequuntur deinde duo presbyteri in pluvialibus, portantes librum Euangeliorum & ſtolam pro cantandis in deſignatis ſtationibus, Euangeliis: tum acolyti duo portantes candelabra cum cereis accenſis. Succedunt quatuor in dalmaticis, cum naviculis & thuribulis, Sanctiſſimum continuo incenſantes. Poſt quos ſubdiaconus & diaconus, ac tandem ſub baldachino Reverendiſſimus eccleſiæ cathedralis decanus portans Venerabile Sacramentum, cujus utrimque latus ſtipant Epiſcopus & Præpoſitus ejuſdem eccleſiæ cathed. candidis facibus inſtructi. Cingunt baldachinum octoni juvenes, faces itidem præferentes, nec non tribus machanica piſtorum cum ſuis candelis majoribus. Sequuntur deinde domini ſtatus ſæcularis, nobilitas aulica, tum DD. conſiliarii Celſiſſimi, & reliqui ex diverſis dicaſteriis ſuo ordine officiales, populo ac plebe cetera agmen claudente.

tota propè civitas piiſſimo comitatur.

C 107 Subſiſtit proceſſio in ſtationibus quatuor; quarum prima habetur prope eccleſiam PP. Cappucinorum, altera in eccleſia parochiali S. Martini, tertia in foro prope eccleſiam PP. Societatis, ubi cives in armis comparentes, atque in cohortes quatuor diſtinctas partiti, proceſſionem excipiunt, quæ ad eccleſiam cathedralem reverteus, ſtationem quartam & ultimam agit in area patente ante aulam Principis, ubi denuo duę cohortes civium alię conſiſtunt, cum quibus ſeſe quatuor illę conjungunt, ut poſtea feſtiva bombardarum exploſione, ad Euangelium & elevationem repetita, ſummi Sacri augeant ſolennitatem; quod idem Reverendiſſimus D. decanus celebrat, & data ſub finem benedictione ſolenni cum Venerabili, feſtivitatem antemeridianam concludit.

§ III. Incrementum anni hujus MDCCXXIII.

Sodalitates gymnaſii Societatis Jeſu,

H*actenus ſtabilita & conſtantiſſima in ſanctiſſimum Patronum Ordinum omnium Bambergenſium, utpote plentiſſimorum clientum, veneratio, eui cumulum novum hoc ipſo anno acceſſiſſe intelliges ex adjunctis Pertuvii litteris, quas hic etiam deſcribo. Sic habet:* Hic cultus S. Henrici hactenus uſitatus & ordinarius fuit. Hoc anno MDCCXXIII Congregationes, quę in Academia Bambergenſi, ſub directione Patrum Societatis Jeſu inſtitutæ ſunt, accenſæ deſiderio venerationem erga ſanctum Imperatorem, de hac patria adeo præclare meriti, aliquatenus augendi; & potentem interceſſionem hujus Sanctis, cujus ſacratiſſimum corpus penes ſe habent, ſpeciali aliqua devotione promerendi, delegerunt ſibi aliquot dies infra Octavam, quibus ſacrum ſepulcrum, ritu ſupplicantium aditent, & Sancti patrocinium, junctis animis, ac vocibus implorarent. Die uno prodiit ſodalitas Angelica, quæ tres Grammaticæ claſſes complectitur. Altero ſodalitas Media, quam Poetæ & Rhetores conſtituunt. Tertio Major, quæ & Academica dicitur, in qua Philoſophi & Theologi locum habent.

ſanctum Imperatorem

D RX SUSANNO.

diverſis processionibus ſolennitatem augent,

E

109 Quolibet ex his die conſtituto, ſine lectionum diſpendio, tempore ordinariæ ſuæ Miſſæ, proceſſit e gymnaſio, ac ordine compoſito, ſecuta ſuum vexillum, inter devotum litaniarum concentum, ad eccleſiam cathedralem progreſſa fuit: ubi compulſatione campanarum, & ad introitum portæ, aſperſione aquæ luſtralis, ab admodum reverendo domino ſubcuſtode excepta fuit. Inde ad aram & ſacram Tumbam proſtrati, accepta benedictione ſanctiſſimi Sacramenti, audiverunt Miſſam; ſub qua Officium de S. Henrico, alternis verſibus, præeunte præſide, alta voce recitarunt. Poſt conſecrationem, perantiquum ac devotum hymnum de eodem Sancto: Laudet omnis ſpiritus Chriſtum, qui divinitus &c. interſonante organo, decantarunt, ac denum devotionem ſuam, iterata Chriſti euchariſtici ſibi bene precantis adoratione concluſerunt.

parentes exemplum parentes ipſi imitantur.

110 Parentes hac liberorum, erga Sanctum Imperatorem, pietate delectati, egerunt, ut ſodalitas civica ſimile venerationis obſequium memorato ſancto Patrono exhiberet; quo & inſigniter præſtitit Dominica infra Octavam, numeroſiſſimo dominorum ac civium comitatu. Excellentiſſimus dominus decanus, perſpecta hac Bambergenſium in cultum S. Henrici propenſione, ſapienter illa uſus fuit, ad feſtivitatem Octavæ ſancti Imperatoris etiam poſt meridiem ea, qua par eſt, devotione celebrandam, atque optimo fine concludendam. Conſueverant hactenus Bambergenſes, poſt exantlatos mane in adornanda & peragenda proceſſione labores, tempus pomeridianum dare animorum relaxationi, invi-

F

ſendo amicos, vel exſpatiando in hortos, & viridaria.

Tum & pueri inde invitantur.

111 Ne igitur particula hujus bonæ diei abſque ſpirituali fructu, & publica veneratione ſancti Patroni præteriret, laudatus Excellentiſſimus operam dedit, ut laus Sancti noſtri a juventute, ex omnibus catechiſmis & ſcholis trivialibus totius urbis collecta, demum perficeretur. Itaque, prævia invitatione, numeroſiſſima juventus, una cum ſcholarum præſidibus, a meridie congregata fuit in templo Patrum Societatis Jeſu, ibique adornata proceſſio, quę longa ſerie, pulchroque ordine, inter pios cantus pervenit ad eccleſiam cathedralem ſub finem Veſperarum. Et quia juſſu ejuſdem Excellentiſſimi Domini, e cathedra promulgatum fuerat, poſt Veſperas non ſolum illuc ducendam proceſſionem par-

Digitized by Google

A parvulorum, ſed etiam ibidem habendam concionem panegyricam de S. Henrico eccleſiæ jam erat hominibus ex omni ſtatu graduque ita referta, ut proceſſio locum ibi non reperiret.

EX VARIIS.

Officium diem ſic emolitione concludunt.

114 Aperta tamen fuit illi tranſitus coram ſacra Tumba, ut quivis parvulus, ſaltem devota reverentia, ſanctum ſuum Patronum venerari poterit. Dicta ſubinde fuit panegyri, in qua eccleſiaſtes, & occaſione plurium ſupplicationum, quas Bambergenſes, per hujus Octavæ decurſum, ad ſepulcrum ſancti Henrici inſtituerunt, & nunc pueri ultimo compleverunt, gratioſe adduxit proceſſionem illam memorabilem, in qua itidem pueri olim in Apulia, ex urbe Troja arctiſſime obſeſſa, ſupplicabundi progreſſi ſunt ad caſtra irati Imperatoris, eumque ad miſericordiam, ut urbi jam ad extrema dedictæ parceret, inflexerunt &c. Tota feſtivitas decantatione hymni Ambroſiani & ſolenni benedictione ſanctiſſimi Sacramenti concluſa fuit cum magna conſolatione totius urbis, exultantis ob notabile incrementum cultus ſui ſancti Patroni.

B

§ IV. *Innotuerunt de S. Henrico pietatis Officium, pro honore & amore ſancti Henrici Romanorum Imperatoris, Hungarorum Apoſtoli, Imperialis epiſcopatus Bambergenſis Fundatoris & Patroni, anno* MDCLXXIII *permiſſu Superiorum Bamberga editum: nunc ad renovandam devotionem ad eumdem Sanctum, ibidem recuſum. Typis Georgii Andreæ Gertner, Reverendiſſimi Capituli Typographi* MDCCXXIII.

AD MATUTINUM.

Pater noſter, Ave Maria.

DOmine, labia mea aperies,
℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.
℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me feſtina.
Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Hymnus.

C Virum, canamus, gloria
Rectéque factis inclytum,
Bellique pacique artibus,
In ſanctitate æditum.
Henricus es, virtutibus
Mundi rebellem cardinat,
Auguſtiorque ſiderum
Premens ſuperbos ordines.
Tibi ſenatus cælitum
Decernit orbis purpuram,
Tantum a Beatis mentibus
Princeps inifti gratiam.
Te ſepe Regem nuncupat
Præceptor, & recondidis,
Wolffgangus idem ſyllabis,
(Post Sex.) futurum nuntiat.

Antiph. Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo. *Pſalm.* 20.
℣. Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei:
℟. Et voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum. *Pſalm.* 20.

ORATIO.

D

Deus, integritatis amator, qui ad commendandam omni hominum generi caſtimoniæ amabilitatem, illam etiam in Auguſto B. Henrici conjugio eminere ſpectabilem voluiſti: præſta quæſumus; ita nos ejus precibus cæleſtium delitiarum antidoro præmuniri: ut omnia prorſus terrenæ corruptionis vulnera neſciamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

AD LAUDES.

℣. Deus in adjutorium &c. *ut ſupra.*

Hymnus.

114 Supremæ curarum, Tibi,
Virtutis ardor, Imperi
Frenum capeſſenti fuit:
Henrici, Bojorum decus.
Agnata, Te, devotio
Ad vota finxit cælitum,
Virum ſecundum cor Dei,
Ejuſque factum nutibus.
Hoc nomen indeptum Pili:
Hoc templa mille condita:
Hoc ipſe ſignis militans
Teſtatur, æther, ſub tuis.
Noſtras protervas Numinis
Subeſſe mentes imperas.
Devotionis vinculis
Tuos clientes mancipa.

B

Antiph. Quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in domo Dei, & quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, & quaſi thus redolens in diebus æſtatis. *Eccleſ.*
℣. Inveni David filium Jeſſe, virum ſecundum cor meum.
℟. Qui faciet omnes voluntates meas. *Act.* 13.

F

ORATIO. *ut ſupra.*

AD PRIMAM.

℣. Deus in adjutorium &c.

Hymnus.

115 Firmare progreſſus throno,
Jubere cum primis Tibi,
Et imperare geſtient,
Clementiam ducem legis.
O! Chriſtianum principem!
Cujus ſitivit hoſtium
Numquam cruorem ſobria,
Rectique ſervans purpura.
Victus manus infantiæ
Patrum premunt nexus,
Promptuſque mites, cladibus
Dare æmulorum, lacrymas.
Te deprecamur; ultimæ
Nobis potentem vindicis
Flammas, ſaique comparem
Irreque manſuetudinem.

An-

Digitized by Google

A *Antiph.* In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. *Eccleſ.* 45.

℣. Memento Domine David,

℟. Et omnis manſuetudinis ejus. *Pſal.* 131.

ORATIO. *ut ſupra.*

AD TERTIAM.

℣. Deus in adjutorium &c.

Hymnus.

116 Pium perinde pauperes,
Reique, natum, publicæ
Plebs ſenſit imbecillior:
Sibique de cælo datum.
Orbæ patronum dictitant,
Patrem pupilli: te duce
Se cæcus ire clamitat,
Claudusque Te niti pede.
Oliva nullis dexteris
Non carpta, non large ferens
Opem fuiſti; ditior,
Cum pauper aufers omnia.

A Quanto poli, beatior,
Jam gaudiis perfunderis.
Tanto tuis profuſior
Indulgeas Te ſubditis.

Antiph. Oculus fui cæco & pes claudo, pater eram pauperum: cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. *Job.* 29.

℣. Stabilita ſunt bona illius in domino,

℟. Et eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum. *Eccl.* 31.

ORATIO. *ut ſupra.*

AD SEXTAM.

℣. Deus in adjutorium &c.

Hymnus.

117 Auguſtus eſſe non minus,
Henrice, quam vis dicier:
Clerus coronam gloriæ,
Civiſque neſtit hanc tibi.
Dum Conjugem das Hungaro
Regi, ſororem Giſelam,
Regni nova propagine
Matrem, beas, Eccleſiam.
Auguſtus atque Apoſtolus,

C Quam rara jungis nomina:
Faſces & Euangelica,
Virtutis alcæ ſtemmata.
Adaugeat noſtris fidem,
Ut Chriſtus author, cordibus,
Et infideles Pannonum
Propulſet, ora, finibus.

Antiph. Beatus iſte Sanctus, qui confiſus eſt in Domino, prædicavit præceptum Domini, conſtitutus eſt in monte ſancto ejus.

℣. Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem.

℟. Euangelizantium bona. *Rom.* 10.

ORATIO. *ut ſupra.*

AD NONAM.

℣. Deus in adjutorium &c.

Hymnus.

113 Jam Te caducis eminens
Commendat aſtris Spiritus:
Liberque, ferre compedes
Opum profanas neſcius.
Nam cenſus omnes imperi
In Numinis profunditur,
Divumque cultum vertitur,
Chriſtique cedit uſibus.
Hic unus heres ſcribitur
Ex aſſe: cælo conditur,
Ubi voluntas figitur,
Omnis facultas regia.
Quo tranſtuliſti munera,
Henrice, nos potiſſimos,
Tuos clientes, ſubſequi
Bonis, roga, ſubſtantiæ.

D *Antiph.* Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans: divitias cælo condidit ore, manu.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei. *Sap.* 10.

ORATIO. *ut ſupra.*

AD VESPERAS.

℣. Deus in adjutorium &c.

Hymnus.

119 Quid, quod lætis omnibus
Rebus, polo, fluentibus,
Luctatur ipſis egredi,
Mens alta, terræ finibus?
Calcare faſtum ſæculi
Henricus ardet, jam ſatur
Luxiſſe, lumen condere
Lucerna Chriſti queritat.
Mutare pannis purpuram,
Clauſtriſque ſacris curiam:
Ni ſidus orbi ſubtrahi
Vetet Creator ſideris.
Hos mentis altæ Spiritus
Tentare da præcordia,
Deuſque mentem gratiæ
Vigore in aſtra ſublevet.

Antiph. Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. *Philipp.* 3.

℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi,

℟. Et pervenit ad gaudia regni.

ORATIO. *ut ſupra.*

COMPLETORIUM.

℣. Converte nos Deus ſalutaris noſter.

℟. Et averte iram tuam a nobis.

℣. Deus in adjutorium &c.

Hymnus.

120 Mirare tandem Cæſaris, E
Ad uſque lethi limina
(Quod integrarum mentium
Cæli, obſtupeſcant, agmina.)
In vaſe carnis fictili
Intaminatum ſpiritum
A conjugali vinculo
Corruptionis neſcium.
Raro fidem miraculo
Suprema vox ægri facit:
Habete vobis Virginem,
Quam mi dediſtis Conjugem.
Virtutis exempli, Deus,
Tantæ trahi fragrantia,
Jungique, præſta, liliis
In ſempiterna gloria.

Antiph. Hic eſt, qui neſcivit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. *ex Sap.* 3.

℣. Juſtus germinabit, ſicut lilium.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

ORATIO. *ut ſupra.*

COMMENDATIO.

121 Supreme regnorum Parens,
Per quem potentes imperant:
Da, quod precamur ſubditi
Sui per acta Principis.

Ut

Digitized by Google

EX VARIIS.

Ut quasin illo calice
Virtutis excellentias
Verentur, addant tangere,
Vel æmulando fimbrias.
Cum flamma nos cupidinis
Telo sagittat igneo;
Cum noxiæ libidinis
Videbis æstro percitos;
Ubi pudici Principis
Sonare nomen audies
Pie vocatum, mentibus
Exesse flammas imperes.
Sit sæculorum gloria
Tibi Pater cum Filio,
Et Spiritu, qui virginum
Est castus hospes mentium

Hic notulæ inseruntur ad explicanda nonnulla quæ in præcedentibus obscuriora videri possent: at nos eas prætermisimus, cum omnia superius satis explanata sint. Sequuntur libelli reliqua ad S. Henricum *spectantia.*

HYMNUS ANTIQUUS DE S. HENRICO.

Ex Missali Bambergensi.

B 122 Laudet omnis spiritus
Christum, qui divinitus
Coronavit gloria
Glorioſum Confessorem,
Quem Patronum & Auctorem
Hæc colit Ecclesia.
Homo vetus in peccatis
Primam stolam novitatis
Recipit cum annulo,
Quisquis mente puriore
Plaudit manu, psallit ore
Digne Dei famulo.
(Post Sex) legens dubitat
Rex, quem sensum teneat
Oratio truncata:
Sextus annus volvitur,
Et problema solvitur
Corona duplicata.
Purgatura criminis
Notam, Virgo Virginis
C Vendicat pudorem:
Purgat adulterium,
Ignitorum vomerum
Non sentiens calorem.
In Casſino monte curam
Benedicti, post pressuram
Longam sentit calculi,
Quem, dum nusquam sit contactum
Corpus, tamen inde tractum
Admirantur singuli.
Angelus fortis militat in castris
Victor victorem gloria coronans,
Hoste fugato.
Precibus crebris instat alienis
Curis vacuus, Deo vacans sæpius
Orbe pacato.
Dum migraret, ex hac vita;
Finem rei eremita
Didicit ex dæmone:
Nil inventum morte dignum,
Neque fœnum, neque lignum,
Nhil hominis in homine.
Talis Christo deservivit,
Talis Christo vivens vivit,
In æterna patria.
Servus tuus & Amicus
Tuus, Deus, nos Henricus
Consoletur gratia. D
℣. Ora pro nobis sancte Henrice,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Ex Breviario Romano.

Deus qui hodierna die beatum Henricum &c.

ORATIO.

Ex proprio Bambergensi.

123 Deus qui beatum Henricum post terrenum imperium insignitum æthereis sedibus collocasti: tribue, quæsumus: ut quem signis miraculorum clarere cernimus, eumdem intercessorem in angustiis sentiamus. Per Dominum &c.

DE SANCTO HENRICO.

Ex Annalibus Bambergensibus apud Gretserum pag. 426.

124 Eia germen Saxonum; culmen Bavarorum; Palatinorum Rheni honor; Decus Germaniæ; Imperii gloria; Ecclesiæ singulare ornamentum; & totius orbis stupendum E miraculum: Sacratissime Imperator Heinrice; te diligentes invere; & fac tuis meritis & precibus; ut tui cultores fieri mereamur virtutum tuarum pro posse imitatores: quatenus vestigiis tuis inhærentes, gaudeamus hic tuo semper patrocinio, & tandem beato in cœlestibus tuo consortio. Amen.

VERSUS GODEFRIDI VITERBIENSIS De S. HENRICO, DICTO CLAUDO.

125 Henrici Claudi meritum solenniter audi,
Cui decet applaudi, cujus metra porrigo laudi:
Sumptus ab arce soli, regnat in arce poli
Conjuge Virginea Virgo permansit & ille
Catholicas dedit ecclesias numero quasi mille;
Pauperibus, viduis, spes, via, vita fuit,
Nunc & in altari sua cernimus ossa sacrari,
More salutari solennia digna parari;
Corpora debilium plurima sana dari.

126 *De hac Viterbiensis metrica encomio, præcipuas* S. Henrici *virtutes complexo, meminimus* F *supra in Commentario prævio num. 76, ubi de* S. Heinrici *virginali castitate in matrimonio servata egimus, huc lectorem remittentes ad ipsa auctoris verba, quibus etiam singulare illud sanctissimi Imperatoris decus vindicavimus. Suggesta quidem fuere nonnulla spectantia ad ostensionem reliquiarum Bambergensium, quæ septennis celebrari solitam; verum cum hæc alibi satis communia sint, nec magis ad sanctos Conjuges, quam ad alios Sanctos pertinere videantur, non fuit operæ pretium de eo re pluribus differere: malui toti tractationi coronidem imponere, paucis enumerando templa & sacella, in sanctissimorum Conjugum honorem erecta, quæ Pettovius in hunc modum recensuit.*

§ V. *Templa & sacella in honorem S. Henrici & S. Cunegundis erecta, præter illud de quo superius num. 18 inter miracula.*

PRagæ visitur insignis ecclesia S. Henrici, quam in honorem hujus Sancti Carolus

Digitized by Google

A rolus IV Imperator & Bohemorum Rex anno MCCCXXXIII, cum adhuc esset marchio Moraviæ, & Bohemiæ gubernator, ædificavit, & in parochialem erexit, quæ hodiedum est ex primariis Neo-Pragæ basilicis curatis, compluribus instructa fundationibus, præsertim pro alendis musicis servitio templi deputatis.

Burkunstadii 128 Ecclesia parochialis Burckunstadii, quæ est urbs diœcesis Bambergensis, jam ante aliquot sæcula est dedicata S. Henrico Imperatori, cujus patrocinium quotannis solenniter celebratur.

Bambergæ 129 Bambergæ anno MDCLIV ecclesia Reverendorum Patrum Capucinorum ædificata est in honorem SS. Henrici & Cunegundis, quum eodem anno Reverendissimus Dominus Joannes Melchior episcopus Domitiopolitanus & suffraganeus Herbipolensis, XXVIII Junii, solenni ritu, sub eorumdem Sanctorum patrocinio dedicavit.

Bottenstein 130 Bottensteinium, quæ est urbs diœcesis Bambergensis, sita in montanis versus Voitlandiam, habet extra muros sacellum S. Cunegundi virgini, ejusque sancto Conjugi
B dicatum; in quo, ut constans sermo a majoribus acceptus testatur, contigit res memorabilis, hic non reticenda. Cum enim Hussitæ anno MCDXXX, vastata Voitlandia; captis quoque & incensis Culmbachio & Baruthe, in montanam diœcesis Bambergensis regionem, partitis agminibus, se infunderent, & inobservati Bottensteinio imminerent, subito in sacello SS. Cunegundis & Henrici editur insuetus campanarum sonitus, quo excitі incolæ ad sacellum convolant; fores clausas, nullumque vestigium hominis ullius, qui campanas compulsare potuisset, reperiunt. At simul hostilem turmam prope adventantem conspiciunt: moram perbrevem quidem, sed admodum opportunam prospiciendi rebus suis nacti, propere se tam in urbe, quam in adsito fortalitio, ad vim hostilem propulsandam comparant: atque ita funestum excidium, quo complures finitimæ urbes, oppida & pagi misere tunc perierunt, ope suorum Patronorum tutelarium feliciter evaserunt. In cujus beneficii perennem gratamque memoriam, quotannis, e templo parochiali ad dictum sacellum supplicatio instituitur.

in Stiria 131 In Stiria ad radices Piri montis visitur sacellum in honorem S. Henrici Imperatoris, a
E Friderico ab Hussites episcopo Bambergensi constructum circa annum MCCCCXXXVI.

132 *Reddo fideliter accepta, quibus quod modo addam, nil superest: confidere ausim, ex dictis perspicua esse omnia quæ faciunt ad sanctissimi Imperatoris ejusque pientissimorum clientum commendationem. Videatur Vita Dilingana cap.* 34, *pag.* 161.

D EX VARIIS

DE B. HROSNATA MARTYRE ORDINIS PRÆMONSTRAT.

IN COENOBIO TEPLENSI IN BOHEMIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§. I. Cœnobii Teplensis conspectus; Beati nomen; cognatio; cultus; testamentum.

ANNO MCCXV II. C *Loci situs nomen etc.* PRaga, *Bohemiæ metropolis, ad milliarium Germanicorum communium duodecim cum dimidio distantiam Occidentem versus habet fluvium Teplam*, vulgo Dupel, *qui uno milliari extra cœnobium Præmonstratense ejusdem nominis, scaturiens, rectα illud subintrat ante oppidum Teplam (vernacule* Cuplitz, Dubel, *aut* Cuppel) *quarta circiter hora parte inde distans; inter silvas & altos montes inde pergens in Petschan; hinc vero variis tortuosis anfractibus ad Thermas Carolinas serpit; donec tandem in fluvium Egram se exonerat. Nomen itaque Tepla commune est fluvio, oppido, &, quod conspiciendum damus, cœnobio; quod, ut tradit le Paige Bibliotheca Præmonstratensis pag.* 393, filia est Montis Sion (*monasterii Strahovitensis ejusdem Ordinis Pragæ*) *ac* Pragensis *etiam* diœcesis. *Porro de inventis in ipsius fundo fodinis argenti, ingenti fossorum frequentia excultis tempore Abbatis Sigismundi, agit Balbinus noster Miscellaneorum historicorum regni Bohemiæ lib.* I, *cap.* 18, *pag.* 50; ex *quo* argento confectæ sunt statuæ plurium Divorum, Cruces, aliaque hujusmodi argentea cimelia, quæ etiamnum spectantur in ecclesia Teplensi .. donec denique hæresis, & bella ex hæresi nata terram ipsam clauderent; *sicut ibidem narrat. Quatenus autem Tepla oppidum denotat, cavendum illud confundas cum* Teplicio, *æquali fere spatio ad Septemtrionem Praga distante, in territorio Litomericensi; de quo Teplicio frequens recurrit mentio apud laudatum Balbinum Decadis* I, *lib.* 5, *Unde orta sit utriusque loci confusio, non divino: hoc scio, a nonnullis parum aliquando ea inter se distincta fuisse, teste Meriano Topographia Bohemiæ pag.* 28. *Tepla etymon derivat Balbinus lib.* I, *cap.* 25, *pag.* 62 *ab aquarum calore*; Tepla enim, *inquit*, & teply calidum Bohemis significat. *Et in Syntagmate historico cap.* 9, *pag.* 19: Monasterium .. appellationem traxit a Tepla, castro vicino, vel a Tepla fluvio, quasi dicas CALIDO, quod multis thermarum seu calidarum aquarum scaturiginibus intepescat. *Determinatius id dicit auctor Vitæ num.* 8, nomen cœnobio (*a Beato*) inditum *asserens* Tepla, a civitate vicina, quæ ab incolis vulgariter Tepla vocatur. *Præmiserat Balbinus*: Teplicium Slavica voce quasi dicas caldarium. *Hæc de cœnobio Teplensi: nunc de Beati nomine.*
F

Digitized by Google

AUCT. J. P. *nominis Hrosnatæ usus & origo*

A *a Balbino anno* MDCLXIII *Pragæ edidit* Syntagma historicum, quo Illustrissimæ & pervetustæ stirpis Comitum de Guttenstein origines & memoriæ continentur, una cum Vita B. Hrosnatæ, ex eadem familia Comitis..ex manuscriptis codicibus, aliisque veteribus monumentis collectum & conscriptum. *In quo pag.* 81 *de nomine Beati ista habet:* Hoc nomen non tam hominis, quam totius familiæ proprium nomen fuit: iis enim rudibus adhuc Majorum sæculis uno fere nomine indicabatur utrumque; ut diplomata Principum nostrorum curiosis ostendunt. Hoc exemplo in antiquitate Bohemæ Vitkones vel Vitigones (iidem, qui de Novadomo) Borzitæ (Martinicii) Howoræ (Berœ) Bozkones (postea Cunstadæi) Theobaldicii (SSwihowii) Wilhelmi (Kaunicii) Plichtæ (Zierotinii) Sezimæ (de Austi) Leones (de Rozmital) & plures alii nominantur. Proprioribus ad nos sæculis cognominibus loco nominum, familiæ plurimæ sunt usæ. Slavatas, Slavatas, nomine proprio; Benedas, Benedas; Malowecz, Malowecz; Hovoras, Hovoras geminate vocatos invenio. Eodem vero sæculo erat alius quidam Hrosnata, ac fortasse hujus B. Hrosnatæ avus (*de quo videbitur infra*) illustrissimus inter proceres ex familia Comitum de Mielnik, quem obiisse anno MCLII Cosmas in historia Bohemiæ, & ex eo Weleslavinus testatur. *De nominis origine ista tradit:* Hrosnietin in ditione fuit veterum Hrosnatarum, quem B. Hrosnata cœnobio Teplensi addixit. Ridiculum fortasse cuiquam videbitur, quod modo adferam, mihique ipsi res jocularis videbatur; sed cuidam visa est non aspernabilis conjectura; cur Comitibus de Mielnik Hrosnatarum nomen adhæserit. Ajunt primam in Bohemia vineam Mielnicii esse plantatam: nam vinum ex Moravia in Bohemiam primum allatum est anno DCCCXCII; quod protinus idolo suo Crosynæ Ludmilla Comitissa Mielnicensis, adhuc ethnicorum superstitionibus dedita, consecravit; ut refert Hagecius: quin adeo vinea quædam Mielnicii ostenditur, quam D. Wenceslaum in usum sacrosancti Missæ sacrificii excoluisse tradunt; quid igitur prohibet Dominos de Mielnick, Hrosnatas appellatos, qui Mielnicii vineas primi habuissent, & coluissent? Hrozen enim Bohemis botrum, & Hrosnata, unde id nomen deduci potest, botrorum aut vinearum divitem significat. Sed mihi, *inquit*, levior conjectura videtur, quam ut eam defendendam existimem; *rem pro merito æstimans.* Eam vero Hrosnatæ *nomen accepit venerationem, ut imponi illud soleat in nostro Belgio, &, uti arbitror, etiam alibi Canonicis Præmonstratensibus tamquam sacrum, abolito illo, quod in sæculo habuerant.*

B tas, Slavatas, nomine proprio; Benedas, Benedas; Malowecz, Malowecz; Hovoras, Hovoras geminate vocatos invenio. Eodem vero sæculo erat alius quidam Hrosnata, ac fortasse hujus B. Hrosnatæ avus (*de quo videbitur infra*) illustrissimus inter proceres ex familia Comitum de Mielnik, quem obiisse anno MCLII Cosmas in historia Bohemiæ, & ex eo Weleslavinus testatur. *De nominis origine ista tradit:* Hrosnietin in ditione fuit veterum Hrosnatarum, quem B. Hrosnata cœnobio Teplensi addixit. Ridiculum fortasse cuiquam videbitur, quod modo adferam, mihique ipsi res jocularis videbatur; sed cuidam visa est non aspernabilis conjectura; cur Comitibus de Mielnik Hrosnatarum nomen adhæserit. Ajunt primam in Bohemia vineam Mielnicii esse plantatam: nam vinum ex Moravia in Bohemiam primum allatum est anno DCCCXCII; quod protinus idolo suo Crosynæ Ludmilla Comitissa Mielnicensis, adhuc ethnicorum superstitionibus dedita, consecravit; ut refert Hagecius: quin adeo vinea quædam Mielnicii ostenditur, quam D. Wenceslaum in usum sacrosancti Missæ sacrificii excoluisse tradunt; quid igitur prohibet Dominos de Mielnick, Hrosnatas appellatos, qui Mielnicii vineas primi habuissent, & coluissent? Hrozen enim Bohemis botrum, & Hrosnata, unde id nomen deduci potest, botrorum aut vinearum divitem significat. Sed mihi, *inquit*, levior conjectura videtur, quam ut eam defendendam existimem; *rem pro merito æstimans.* Eam vero Hrosnatæ *nomen accepit venerationem, ut imponi illud soleat in nostro Belgio, &, uti arbitror, etiam alibi Canonicis Præmonstratensibus tamquam sacrum, abolito illo, quod in sæculo habuerant.*

An Beatus & Comites Guttensteinii fuerint ex eodem stemmate?

3 *Capite* 2 *agit de vetustate Gentis Guttensteinianæ, & unde ita fuit appellati Comites isti, inquirit.* B. Hrosnatam *ex eadem familia genus ducere, probat ibidem a pag.* 3: Jam vero Comites Guttensteinios a Comitibus Mielnicensibus originem trahere, R. P. Chanowski S. J., & manuscripta, historiæque omnes, & fundationes eorum quas adferam postea, & traditio in nobilitate perpetua testantur. R. P. Chanowski in Vestigio Bohemiæ: Beatus Hrosnata, *inquit*, ex stemmate Dominorum de Guttenstein, qui originem suam habent a stirpe (*in textu pag.* 64 *lege*, qui originem referunt ad stirpem) S. Ludmillæ, S. Wenceslai aviæ. Idem habet R. P. Crugerius S. J. in Ms. Paprocius de iis sic loquitur. Majores istorum fuere excellentes isti Comites de Mielnick. *Tum adfert verba* Hrosnatæ, *equobili Teplensis fundatoris, in instrumento fundationis suæ*: Ego Hrosnata Dei gratia, de Primatum Bohemiæ clariori stemmate descendens. *Verum id quod hic agitur ex his verbis ultimis non magis infertur, quam apud philosophos species ex genere. Tantumdem elicies ex sequentibus*: Ego Henricus Dei gratia Dux & Episcopus Bohemorum. Notum sit universis Ecclesiæ filiis, quod illustris Comes, & amicus noster Hrosnata, militum sanctæ Crucis viciniora sequens exempla &c. *Utrumque hoc instrumentum dabitur infra. Sequuntur Balbinum*: Hæc respexisse videntur RR. DD. Præmonstratenses, qui imagini B. Hrosnatæ hæc ipsa verba subscribi fecerunt: beatus Hrosnata, Comes de Guttenstein e prosapia Bohemiæ Principum ... martyr obiit anno MCCXVII, XIV Julii. *Hæc abiter; de quibus viderint genealogistæ; uti etiam de iis, quæ dicit de insignibus S. Ludmillæ & Comitum Guttensteinianorum, 'colore, sive ac figura prorsus utrimque convenientibus. Nunc de cultu publico dicamus.*

Stabilitur ejusdem cultus non ex testimoniis,

4 *Balbinus cap.* 10, *pag.* 34, *ita de illo disserit*: Hrosnatam ... beatorum confessorum & martyrum numero omnis retro antiquitas adscripsit. Vidimus ejus effigiem capite radiato (*addit Chanowskius* cum titulo beati Martyris) ab ejus instituti reverendis Patribus editam, & sparsam in vulgus. *Eadem refert in Miscellaneis Bohemicis lib.* 4, *part.* 1, *§* 37, *ubi etiam citat Natales Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, a Joanne Chrysostomo vander Sterre editos; qui die* XIII *Junii (non vero* XIV *Julii, ut male notavit ibidem, & pag.* 34, *supra citatus Balbinus) illum ita annuntiant:* In Bohemia natalis B. Hrosnatæ, ex nobilissimo regni primate fundatoris cœnobiorum Teplensis & Chotiessovicnsis, Canonici Ordinis Præmonstratensis: qui pro tuendis ecclesiæ suæ juribus contra impiorum conatus ad mortem usque agonizans, fame, sitique, aliisque teterrimi carceris exhaustus injuriis, inter diuturna vincula Deo dignam animam suam martyrii laurea illustrem exhalavit, variis in vita, & post obitum nobilitatus miraculis. *Rursum Balbinus eodem loco in Miscell. Bohem. hæc addit*: Meminere senes adhuc anno Christi MDCXLII in ecclesia Teplensi in altari quodam effigiem Hrosnatæ cum Beati & Martyris titulo stetisse; unde intelligi dator, ejus cultum ab immemorabili tempore viguisse: quem subtracta imagine aliquis nimium anxie religiosus abolevit: *forte ne metu ne publice exposita Beati effigies, de cujus cultus immemorabilitate conformiter ad decretum Urbani VIII, ei qui illam fuduit, fortasse non satis constabat, moras injicerent honoribus sacris Romæ felicitatis, at non impetratis; de qua re Rosmundus Abbas Teplensis modernus, in litteris non ita pridem datis ad P. Petrum Fratin nostrum, Pragæ vacantem studiis Theologicis anno proxime elapso* 1722 *sic scribit*: Negotium canonizationis beati fundatoris nostri dudum actitatum, nullum evicit effectum.

tum ex additis miraculis

5 *His, quæ de Beati effigie retulimus, adjungi possunt, quæ narrat de ejusdem imagine Balbinus in Syntagmate pag.* 80: Mirum est, quod in ... Vesti-

Digitized by Google

A Vestigio Bohemiæ *piæ* (*pag.* 64) refertur; idque memoria nostra accidit. Cum Illustrissima Domina Anna de Sternbergh, Illustrissimi Domini Francisci de Sternaeberg soror, de B. Hrosnata, velut inter Cælites recepto, a nescio quo audisset; reversa ad cubiculum, irridere apud se velut ignotum sibi hactenus Sanctum, mirari, ac denique vix credere, & de rei veritate dubitare cœpit. Prima hæc & innoxia, ut fit, & temere nata cogitatio fuit. Erat forte orandi tempus; aperto precatorio suo libro, quem manu tenebat, videt in primo folio imaginem B. Hrosnatæ cum radiis eleganter depictam, addito etiam brevi elogio: cum numquam in libello ejusmodi imaginem habuisset, nec umquam vidisset: (& adverteret, iconem illam a nullo homine potuisse libello illi tam cito inseri, *uti additur in Vestigiis Bohemiæ piæ.*) Itaque
B provoluta in genua, deprecata B. Hrosnatam, eum se ut Sanctum imposterum colere velle promisit, & rem, ut gesta erat, pluribus ipsa narravit. *Rem brevius aliquantulum loco a se citato expositam, nonnihil adornat Balbinus.*

qui alibi prædicatur; uti etiam ex scripto Vitæ.

6 *Cum titulo* beati *signatur in folio expanso* de Viris sanctitatis opinione illustribus ex Ordine Præmonstratensi, *Antverpiæ excuso, atque Abbati ibidem ejusdem instituti cœnobii S. Michaelis anno* MDCXIII, *die* XIV *Aprilis a Miræo dedicato: quem tamen idem auctor in dicti Ordinis Chronico ac titulo Vitæ, a se vulgatæ, vocat dumtaxat* venerabilem, *secutus haud dubie exemplar, e quo eam edidit; qualis etiam indigitatur in nostro, quod prælo subjicimus. In libello autem singulari de rebus Bohemicis* beatum *nuncupat; sicut & Crugerius in sacris Pulveribus regni Bohemiæ cum insigni ipsius elogio. Pontanus autem lib.* 4 *Bohemiæ piæ jam pridem Bohemiæ patronis eum annumerarat: at quid verbis opus est? quando ex Vita, a synchrono conscripta, publicus, antiquus, & immemorabilis cultus non leviter stabiliri videtur. Prologus agit* de vitæ meritis, nec non palma martyrii, cum qua
C feliciter migravit ad Dominum. *Ejusdem Vitæ clausula, a Paigio vel non habita, vel prætermissa, ita loquitur*: Hujus igitur venerabilis Patris, fratres, sic annuam recolamus memoriam, ut fiat nobis ejus imitatione continua. Sic ejus meritis gratulemur; ut in præsenti sæculo necessariis non destituamur auxiliis, & in futuro sempiternis perfruamur gaudiis. *Jam vero apparitio & miraculum ibidem a num.* 25 *expositum claudit hoc epiphonemate*: Talia quidem plurima, fide non refragante, narrari & commemorari possent; ut vivere credatur in cœlis, qui tot miraculorum insigniis coruscat in terris. *Quid dicam de loco sepulturæ? ubi* in perpetua beati corporis veneratione quiescere *narratur num.* 24. *Hæc de cultu; quæ plura spectant, quæ hic sequuntur.*

Datur occasio hoc die a nobis petatur.

7 *Juvat nunc referre, cur Beatus noster hoc potius die a nobis detur, quam alio. Jam cœperant prælo aptari ejus Acta ad diem* XXI *Junii; quo notatur a laudato Stevrio & Paigio, ut videsis in Prætermissis ad ipsum diem. Sed postea ob meliores notitias visum est eum huc retrahere cum Crugerio & Balbino, affirmantibus ipsum hoc die obiisse; quamquam Petrus de Waghenare in suo S. Norberto metrico pag.* 405, *& soluto pag.* 179; (*in quorum postremo opusculo elogium Beati ha-*

D *bet a pag.* 178) *dicat e vita migrasse* XII *Junii. Eorum enim, ac Balbini imprimis judicio* AUCT. *standum existimo tum indeterminatione diei Beati obitualis, tum in pluribus aliis, per decursum occurrentibus; in monumentis Bohemicis evolvendis excutiendisque egregie versati, uti liquet ex pragrandi opere in ista materia vulgato. Supervacaneum merito aliquibus videbitur, huc transcribere elogium, quod in honorem B. Hrosnatæ idem auctor* rogatu, *ut dicit eodem paragrapho* 37, *pag.* 56, Josephi Schmid, Ordinis Præmonstratensis Teplæ, &.. in rethoricis (*ut quondam*) discipuli, pridem confecit; *quodque Crugerius sub initium sui tomi* 1 *edidit, tamquam a canonicis* FF. Teplensibus suo fundatori concinnatum; *supervacaneum, inquam, id merito videbitur; cum nihil aliud sit, quam contextus præcipuorum gestorum Vitæ, quæsita & affectata*
E *flosculorum & phraseon elegantia immodice adornatus: qui legi illic ab iis poterit, quibus autem isti ejusmodi sales insipidi sunt.*

8 *De B. Hrosnatæ tumba agit Echo S. Norberti, a Sterrio edita: ubi pag.* 138 *narrat,* Tumba
duobus Præmonstratensibus ex abbatia S. Michaelis Antverpiæ anno 1627 *Pragam ablegatis occasione translationis S. Norberti,* licuisse tumbæ (*nostri Beati*) coram adgeniculari, quam in ædis sacræ choro elevatam habet, stragulo subeus candido, superius violaceo decenter coopertam; *additque,* memorabilia esse, quæ de ejusdem Divi pro Teplensi sua ecclesia pia solicitudine variis etiam nuper ejus apparitionibus, cum grassante ibidem notho Mansfeldico cum turmis suis, ipsis excubitoribus terrorem incutere, ac cœnobii tutorem agere visus est, referuntur. *Balbinus cap.* 3, *pag.* 7 *dicit,* antiquissimum vexillum in ecclesia Teplensi supra B. Hrosnatæ sepulcrum pendere.

itinerii Hierosolymitani, a Hrosnata conscripti.

9 *Peregrinationi Hierosolymitanæ, in Vita num.* 6 *relatæ, Beatus præmisit sequens testamentum, quod habet Crugerius in hæc verba*: In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis: Ego Hrosnata Dei gratia de Primatum Bohemiæ claro stemmate descedens, universis Christi fidelibus tam futuri quam moderni temporis. Quoniam ea, quæ a prudentibus, Deo insinuante statuuntur, si scripto commissa fuerint, tenacius memoriæ commendantur, & gestorum seriem exclusa falsitate protestantur, ideo ego Dei nutu signatorum sanctæ Crucis vestigia sequens, & sepulcrum Domini Salvatoris invisere cupiens, notum fieri volo omnibus tam futuris quam præsentibus, quod usibus fratrum, qui Deo & B. Mariæ in Tepla servituri sunt, locum eumdem cum omnibus appendiciis, quæ ibi sunt, sive revertar, sive non, perpetualiter contradidi. Si autem in hac via, quam ingredior, fati munus implevero, prædia mea omnia atque possessiones cum omnibus animalibus eidem ecclesiæ perenniter deputavi. Quod si rediero, ipsa prædia debito jure, præter Teplam, & ipsius attinentia, in meam ditionem redigentur. Cognatis meis, ut præfato loco fideliter assisterent, hæc dedi: Blehavv, Blehom; Zdeslao, & fratribus ejus duobus circuitum Svolenecz, Hyrdiborem, Smilkovvicz: ita dico, si non revertar. Holoferni, capellano meo Malesseu, Martino Skalice, Nezech filio Petri. His tribus dedi, sive revertar, sive non. Milites mei, qui a me prædia

F

A mea tenent, ne aliquid contrarietatis Deo,
AUCT. & abbatiæ, quam fundavi, moliantur. Qui
J. P. aratrum habet, Abbas Teplenſis duas mar-
cas ei perſolvat, ut aratrum recipiat: qui
vero integram villam tenet, quinque marcas
ab Abbate percipiat, ut, cui voluerit, ſer-
viat. De villis autem, quas in ſilvis tenue-
runt, nihil ſolvat eccleſiæ. Famulos meos,
& ancillas eidem eccleſiæ confero. D. Ab-
bati Teplenſi ad præſens omnia bona mea ad
regendum committo. Beneſſoni vero ipſum
Abbatem, & meos fideles ſubtutela commenda-
do. Abbas autem de bonis meis debita cre-
ditoribus perſolvat.

præmiſſum teſtamentum,

10 Soror mea, quæ eſt in Polonia, ſi ma-
rito ſuperſtes natale ſolum reviſere voluerit,
quamdiu in viduitate permanſerit, Chotieſſo-
wicz cum omnibus appendiciis poſſideat: ſi
vero alteri nupſerit, vel in viduitate obie-
rit, eadem bona eccleſiæ recipiat. Judithæ,
alteri ſorori uſque ad finem vitæ ſuæ de his
B bonis, quæ eccleſiæ contuli, Abbas Tepien-
ſis neceſſaria decenter provideat. Si quis ve-
ro de morte mea falſum rumorem vulgave-
rit, nulli credatur, niſi a D. Abbate certum
ſignum, quod ei ſoli dedi, manifeſtum fue-
rit. Quid ſi cognati mei de bonis, quæ Deo
contuli, abbatiam infeſtare voluerint; præ-
ter offenſam, quam ab Omnipotente mere-
bantur, ecce coram Bohemis dico, ut ea bo-
na, quæ ipſis contuleram, ad uſus eccleſiæ
perpetuo revertantur. Ut autem ea apud po-
ſteros firma radice perſeverent, placuit factum
ſcripto commendari, & eccleſiæ Pragenſis,
ipſiuſque Ducis, & noſtro ſigillo confirma-
ri; eorum etiam, qui affuerunt, nomina
ſubnotari. Hæc ſunt nomina teſtium. Hen-
ricus Dux & Epiſcopus Bohemiæ. Wladiſ-
laus, frater ejus. Engelbertus, Moravienſis
Epiſcopus. Spitineus, Ladimir. Florianus,
Præpoſitus & Cancellarius. Hrabiſſa, came-
rarius, & Slawco, frater ejus. Georgius de
Milewicz. Joannes judex, & Juda, frater e-
jus. Jaroſlaus. Budiwoy, & Ben, frater ejus.
Benes, Hermanni filius. Bertholdus & Ze-
rema, filius ejus. Vites, filius Viconis. Pred-
C bor, Ctibor, Nasepulc. Matthæus. De cete-
ro, ſi quis hæc præſcripta bona ſibi uſurpa-
re vel diripere præſumpſerit, anathematis
vinculo ſe innodatum noverit. Acta ſunt hæc
anno Verbi Incarnati MCXCVII, Indictione
XV, Epacta nulla concurrente Y.

Annus & Indictio conveniunt. At quid ſi-
hic vult littera Y? Sciendum, tam vel Græca vel
Latina (utralibet quippe fere convenit) apponi
conſuevisſe antiquis diplomatibus, quæ vim habue-
rit teſſeræ idiographicæ vel ſigilli, aut æquivalue-
rit particulis, ita eſt; hæc rata ſunto, aut ſimili-
bus. Videri interim poteſt Mabillonius de Re diplo-
matica lib. 2, cap. 10, num. 13; ubi varias pro-
fert conjecturas de uſu litteræ Y Græcæ in diplo-
matibus. Ipſum præterea conſule lib. 2, cap. 21,
num. 5, & cap. 22, num. 7: certe, quid an-
tiquos moverit ad adhibendam dictam litteram,
pluribus divinare non libet. Nobis ad præſens ar-
gumentum ſufficiat, illam inſtrumentis publicis an-
tiquitus appoſitam fuiſſe; nec in illis, uti nec in
teſtamento ſuperiore, fruſtra adhibitam: ne aliu-
quin pura ſuerit littera ſine ve; quod dici non
poteſt.

hic produ-
citur.

D

§ II. Teſtamentum confirmatum; privile-
gium impetratum; munus in Ordine;
Fundationes; Parentes ac ſorores; Hroſ-
nata hic ab alio diſtinguendus; an Otto-
cari frater?

Teſtamentum proxime prædictum confirmavit
& novis acceſſionibus ditavit Henricus Pra-
genſium Epiſcopus. Rei geſtæ compendium ſic legi-
tur apud Cruegerium tomo 1 citato ſub initium:
Approbat imprimis, confirmat & explicat te-
ſtamentum illuſtris comitis & amici ſui Hroſ-
natæ, eaque, quæ is eccleſiæ Teplenſi per
idem teſtamentum donarat. Deinde ipſe ea-
jam Dux & Epiſcopus terram, quæ eſt inter
Saadau, & ſilvam Bohemiæ, loco eidem con-
E ferre. Collectam quoque denariorum, quæ
per Bohemiam colligi ſolet, fratribus præ-
fatis de omnibus hominibus eorum perpetuo
indulget. Et ut hæc firma radice perſeve-
rent, ſcripto hæc commendari, & auctori-
tate venerabilis Cardinalis Petri, qui præſens
aderat, ipſiuſque ac ſuo ſigillo roborari, ac
nomina teſtium ſubnotari curat; qui fuere i-
ſti: Henricus, Dux & Epiſcopus Bohemo-
rum. Engelbertus Moraviensis Epiſcopus.
Petrus Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis lega-
tus. Florianus, Præpoſitus & Cancellarius.
Zdiſlaus, Decanus. Phaleo, Archidiaconus.
Alexander Magr. Chriſtophorus Præpoſitus in
Boleſlaw. Hrabiſſa, Camerarius Ducis Zlau-
co frater ejus. Et Grabiſſa, filius ejus. Her-
mannus, filius Marquardi, & filius ejus Be-
nes, & Marquardus. Georgius de Mela-
wicz. Jaroſlaus, Odolen, Mutinzmil. Zaviſſe
Boruthæ. Budivoy, & frater ejus Ben. Bert-
holdus, & filii ejus Zezema, & Hermanno.
Blego, & frater ejus Zdiſlaus. Bun.
Miletæ. Hawel. Albertus. Uta. *Poſt hæc*
anathemate ferit bona ille alienare præſumentes.
Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnatio-
F nis MCXCVII. Indictione XV, Epacta nulla
concurrente Y. *De Henrico Pragenſium Epi-*
ſcopo agit Pontanus in libello ſingulari de iſtis E-
piſcopis, ejus obitum inſtituens anno jam dicto
1197, epiſcopatus autem exordium 1183.

Henricus
Prag. Ep.
prædi-
ctum con-
firmat &
auget te-
ſtamen-
tum;

13 *Refert Vita num. 12, Beatum noſtrum,*
ædificatis ac dotatis clauſtris (*Teplenſi, &*
Chotieſſowienſi) Romam reverſum iterato, *habi-*
toque cum ſummo Pontifice colloquio, expoſuiſſe
reverenter de prædictorum clauſtrorum ædi-
ficatione & proviſione, petens humiliter &
devote recipi eadem cum ſuis pertinentiis in
protectionem Sedis Apoſtolicæ ſpecialem; &
poſtulaſſe etiam, ut de confueta Sedis Apo-
ſtolicæ gratia, uſus Pontificalis infulæ abba-
tibus loci pro tempore ſuccedentibus conce-
datur. *Sub quo Pontifice hæc contigerit, notat pri-*
vilegium, a laudato Cruegerio editum hoc titulo:
Cœleſtini III, Romani Pontificis, in favo-
rem B. Hroſnatæ, Romæ commorantis confeſſum,
cujus hæc eſt ſumma: Perſonas (*monaſterii Te-*
plenſis) & eccleſiam cum omnibus bonis tam
præſentibus cum futuris ſub B. Petri, & ſuam
protectionem ſuſcipit; ſpecialiter autem vil-
lam, quæ dicitur Tepla, cum theoniis, & o-
mnibus

cui acce-
dant nu-
favori,
Rome a
Celeſtino
impe-
trati.

Digitized by Google

A muibus appendiciis. Libertatem etiam hominum ſuper collectas & terram, quæ eſt inter Sandaw, & terminum Bohemiæ, auctoritate Apoſtolica confirmat, & præſentis ſcripti patrocinio communit, ſtatuens, ut ſi illi ſe præſenſerint aggravari, liberis illis liceat Sedem Apoſtolicam appellare ... Datum Laterani VII Idus Auguſti; Pontificatus anno VII (*Chriſti* 1197.) *Idem Pontifex ſub eadem data dicitur conceſſiſſe Abbati Teplenſi uſum Pontificalium, & indulgentias pro futura dedicatione; prout ibidem additur. Conſule, quæ annotamus in caput 2 Vitæ, litt. c. Supradictæ monaſterii Teplenſis ædificationi addi poteſt ex Pontano Bohemiæ pia lib. 4 ſub finem, quod*, dum conſtrueretur, propoſita fuit parva patina, ut laboratores, & mercenarii diurnum ſtipendium tres parvos obolos ipſimet ex ea, nemine præſidente, depromerent. *Unde colligit*, inexplicabilem affectum & promptitudinem ad domos Dei conſtruendas, vel in dando pecuniam, vel adjuvando laborem, vel voluntarie & fideliter agendo. *Factum hoc non ſuperat fidem; quamvis laudatus auctor nominem citet. Cœnobii hujuſce divitias commendat Balbinus, pag. 29 ex Miſc.*: Inter dicta.. computatum ſemper fuiſſe, colligere licet ex annuo tributo, quod monaſteria ſingula cameræ Regis pendebant .. Pendebat autem ex ſexagenas Bohemicorum groſſorum, quę non parva eo tempore ſumma fuit, nondum apertis..Indiis; ita ut inter triginta & plura Bohemię monaſteria Religioſorum non mendicantium, Teplenſe in divitiis duodecimum numeraretur. *De tutela Comitum Gutenſtenſium ergo hunc locum ibidem agit laudatus auctor.*

Perperam aſſeris Pontanum Hroſnatam fuiſſe abbatem.

C 14 *Pontanus eodem lib. 4, pag. 51 tradit*, B. Hroſnatam *clauſtri* Teoplicenſis (*Teplenſis*) *Abbatem extitiſſe*; *ſed perperam*: *nam ſcriptor Vitæ habet num. 15*: Joanne Teplenſi Abbate in virtute ſanctę obedientię licet invitum & renitentem prędictorum clauſtrorum *Teplenſis & Chotieſſowienſis* prępoſitum & adminiſtratorem effectum, in ſuo ſtrenue officio invigilaſſe. *Tunc ergo necdum erat Abbas*; *imo Abbas poſtea numquam fuiſſe, evincitur ex fine Vitæ: ubi narratur* benedictione ab abbate Teplenſi, & conventu accepta, profectus in Hroſnetin ad bona eccleſię viſitanda. *Denique in captivitatem abductus eſt*, & Abbas, *ſicut habes num. 22*, & fratres clauſtri Teplenſis conſolatione patris, & patroni ſui orbati, inter ſuſpiria, lacrymas, & dolores *ipſum redimere erant parati*; *ſed* Abbatem & fratres in virtute Dei conteſtatur, & prohibet, ne pro vita ipſius redimenda etiam denarius unus detur. *Male itaque Beatus nominatur Abbas a dicto auctore, & a Miræo in libello ſingulari de Rebus Bohemicis*; *qui in Chronico Præmonſtratenſi dumtaxat eum vocarat pluries laudatorum monaſteriorum in Bohemia fundatorem.*

& ab ejus ſorore Woyslava fundatum monaſterium Chotieſſowienſe

15 *Talem quidem ipſum extitiſſe affirmat Vita num. 11, dicens*, beatum Virum clauſtrum Chotieſſow in laudem Dei, & honorem S. Wenceslai Ducis & Martyris, ac patroni Bohemię fundaſſe, & dotaſſe abunde, rebuſque utenſilibus adornaſſe, & conventum ſanctimonialium ſub eadem regula Domino famulantium inſtituiſſe: in quo etiam Woyslava, ſoror ſua germana .. ſub obſervantia caſtimonię viduitatis .. perſeverans .. annis pluribus ſupervixit, ad extremum in pace Chriſti quievit: cujus corpus ibidem in medio monaſterio eſt honorifice tumulatum. *Quorſum ergo Pontanus aſſeris a dicta Woyslava ædificatum fuiſſe ipſum monaſterium? Cui rurſum ſuffragatur Miræus in memorato libello, & Chunowskius pag. 65. Vacillaſſe videri poſſit Palgius pag. 526*; *a quo in titulo compendioli Vitæ dicitur illa ſimpliciter* fundatrix; *at in ipſo textu* cum fratre ſuo fundatrix: *ſed utrumque haud ſatis vellet*; *ut dicidit auctor Vitæ*; *cujus verbis adjungas licet, quæ habet Balbinus in Vita Woyslavæ Miſc. Bohem. lib. 4, parte 1, paragr. 38, contra anonymum, ſtatuentem Chotieſſowienſe cœnobium exemplo fratris ab ea fundatum*; *quam* ſententiam, *uti addit*, non modo vetera cœnobii monumenta, ſed etiam hiſtorici omnes, atque lapis ſepulcri refellit; *ubi aperte legi tradit*: Anno Domini MCCXXVII hic ſepulta eſt Domina Domina Woyslava, illuſtris Comitis DD. Hroſnatę, templi, & monaſterii hujus fundatoris ſoror. *Hoc epitaphium legiſſe ſe teſtatur ac deſcripſiſſe in partheone ſacro jam dicto, lapidi a terra alte elevato inciſum, ſicut refert in Syntagmate, pag. 25: ubi tamen omittitur pronomen hujus. Pagina autem 30 dicit ita de opibus ejus*: Olim primum omnium divitiis inter monaſteria a Camera Regia computabatur: nam cccxxx ſexagenas Camerę, tantum nomine ſubſidii (quantam ſummam nullum aliud in Bohemia) pendebat; uno excepto B. Virginis ad Pontem Pragenſem, ſeu Strakonicenſi Melitenſium. *Quæ proſequitur idem auctor de extemporali quodammodo plurium millium armatorum adverſus hoſtes a Sulcone Chotieſſowienſium præpoſito objectorum præſidio, ac reportato poſtea triumpho; uti etiam de monaſterii incendio anno 1421, ſub Ziska; non commemoro.*

quæ illud dicavit a non fundatis.

16 *Pagina vero 31, nonnullorum hiſtoricorum & anonymi laudati, hanc fundationem Woyslavæ attribuentium, refellit opinionem non tantum ex* epitaphio *citato, ſed* multo etiam magis *e* Vita B. Hroſnatę, ab ęquali eorum temporum ſcripta. *Secum* præterea *tenere teſtatur Paulum Stransky in Rep. Boh. cap. 2 § 11*, accuratiſſimum patrię hiſtoricum. Non dubito tamen, *inquit Balbinus in Vita Woislavæ*, auxiſſe eam fratris fundationem auro, cimeliis, & muliebribus divitiis Woyslavam ex principali ſuo conjugio; id enim perpetua parthenones ſacros ingredientium conſuetudo perſuadet, Woyſlavæque ſanctitas, & memoriæ Doxanenſes ſignificant; cum eam fundatricem eccleſiæ Chotieſſovienſis appellant. *Ex dictis conſequitur, Woyslavam proprie dicti monaſterii fundatricem nec fuiſſe, nec dici poſſe, quaſi illud a primordiis erexerit*; *ſed improprie tantum, quatenus fundationem ſui fratris nova munificentiæ acceſſione amplificavit. Qui per ſe tamen omnia affatim ſuppeditare poterat*; cum, *ut dicit Vita num. 7*, divitiarum affluentia Bohemos præcelleret univerſos. *Porro hoc monaſterium ſitum eſt in diœceſi Pragenſi, eſque filia monaſterii Teplenſis. Nec mihi dubium, quin idem illud ſit, de quo Merianus Topographiæ pagina 19, ſub nominibus* Chetiſchau, Chutiſſau, Chutiſchau, *collocans illud prope Pilſenum. Miræus in Indice ad Chron. Præmonſtrat. præter hoc monaſterium a B. Hroſnata fundatum, mox ſubnectit* Gotteſchauenſem propoſiturarum Virginum, ab eodem etiam fundatam; *de qua fundatione tamquam a priore diſtincta nondum hactenus quidquam comperi. Cenſeo ex una ipſum duas*

A *confeſſe, orto fortaſſis errore ex modo natus ejuſ-*
AUCT. *demque loci ſcribendi aliquantulum diverſo. Enu-*
J. P. *mens an diverſum a monaſterio Chotieſſovienſi locum indicare voluit Bucelinus Germaniæ ſacræ parte altera, pag.* 161? *quando monaſterium* Chotiſchavenſe, *ut vocat, breviſſime deſignaturus, dicit illud* vulgo *vocari* Chotiſchaw, Chotieſchauw & Chotieſcheze? *Nam ſatis conveniunt nomina, ut patet; uti & locus; cum in Bohemia illud conſtituat; quamvis non cohæreat vitæ inſtitutum, dicatque illud eſſe* Ordinis Benedictini (*virorumne an mulierum?*) *cœnobium, & illuſtre quidem.*

17 *De loco* Hroſnetin *modo egimus; at agenda quædam ſuperſunt, quibus illuſtrari queat Vita n.* 21; *ubi de eo ſit mentio. Balbinus in Voluminibus erectionum ſeu fundationum pag.* 192 *ſuggerit hæc:* Erectio altaris ſeu capellaniæ perpetuæ, ac Miſſæ matutinæ in eccleſia beatæ Virginis parochiali in Hroſnietin, alias in Lichtenſtat, Pragenſis diœceſis, 9 ſex groſſ. cenſus cum libris, calicibus, & ornamentis de conſenſu
B Reverendiſſimi Domini Bohuſſii, abbatis monaſterii Teplenſis, temporalis Domini noſtri gratioſi. Onera altariſtæ. Supplicant fundatores cives & jurati oppidi Hroſnatin, ut Conradus Archiepiſcopus confirmet MCCCCXIII, VIII Septembris. Quod facit Gutein MCCCCXIV, XIX Aprilis. *Ita ibi; notaturque præterea* huc uſque Teplenſes, retinuiſſe ditionem, ſibi a fundatore Hroſnata relictam Hroſnietin; *quæ*, *ut additur*, poſtea ad profanas manus devenit. *Alias ejuſdem abbatiæ Teplenſis fundationes ſummatim complexus Miræus in Indice ad Chronicon Præmonſtratenſe, dicit ab ea dependere pagos omnino ſeptemdecim, & aliquot oppida*, in quæ ſummum jus Abbas hodie habet. *Unum haud dubie ex illis eſt apud Balbinum loco mox citato pag.* 306: Sex groſſi Prag. cenſus pro erectione novi altaris S. Nicolai in eccleſia S. Joanni Bapt. in Novo foro a civibus ibidem cum licentia Joannis dicti Czeniek Abbatis, Wenceslai Prioris &c. totius Conventus monaſterii Teplenſis, Ordinis Præmonſtratenſis, Dominorum totius oppidi.

De loco Hroſnetin aliiſque ad Teplenſe cœnobium ſpectantibus.

C 18 *Parentum* B. Hroſnatæ *nomina uſquam exprimit Vita. Wagnerius pag.* 378 *dicit* filium *fuiſſe* Comitis Zezemani, & Debroſlavæ de Guttenſtein. *Balbinus in Syntagm. pag.* 80 *patrem ejus vocatum fuiſſe refert* Zezymau, *matrem vero Debroslawam; unde natum putat, ut complures in Bohemia familiæ* Sezyme *nomine gaudeant; quadque a Zezemanno imminutum, & compendio contractum eſſe, non male liceat ſuſpicari.* Debroſlawam *eadem eſſe dicit, quæ bona gloria; Et quia* ad gloriam, majores noſtri, *inquit*, referebant omnia; *eo reducit etymologiam plurium nominum, in* ſlava, *ſeu* gloriam *deſinentium: qualia ſunt* Wenceslaus, Jaroſlaus, Bohuslaus, Zdeslaus, Brzezislaus &c. *Libro autem 4. qui eſt hagiographicus, Miſcellaneorum hiſtoricorum regni Bohemiæ pag.* 56, *ita pluribus ad præſens propoſitum loquitur:* Sezyme vero pater..., ut in veruſto codice parthenonis Chotieſſovienſis lego, XXXI Januarii obiit: annus non additur. Debroſlava mater... ſtirpe Czerninisca fuit; ſic enim in Ms. Chotieſſovienſi, ſed anno non addito: XI Kalendas Septembris, id eſt XXIX Auguſti, G D. Henricus Czernin de Chudenicz, ayuncu-
lus fundatoris. Avia fundatoris Bohuſlawa dicebatur, obiitque XII Octobris: ſed incurioſa antiquitas & annum & genus ejus conſignare D omiſit. *De Beati ſororibus tractat pag.* 25 *nimirum de* B. Woyslava, vidua ſanctiſſima, & Bozena ſeu Beatrice, Bohuslava & Judith, virginibus, quæ in Chotieſſowienſi monaſterio Chriſto ſponſo vitam dedicarint ſuam. *Et pag.* 31 *ſatis probabile putat, earum* ſororum aliquam cœnobium hoc rexiſſe; *narratque* jam pridem has ſorores in monaſterium Doxanenſe ejuſdem Ordinis ſub Agnete III Prioriſſa ingreſſas fuiſſe; ſed cum Chotieſſovienſe conditum eſſet, cum aliis ſacris virginibus e Doxanenſi in iſtud coloniam duxiſſe, & ad fratrem Hroſnatam, & ſororem B. Woislavam libenter veniſſe. *Notat etiam dictus auctor*, Woyslavam *ab aliquibus* Swoyslavam *nominatam reperiri, ortu cauſa ex eo, (quam etiam aſſignat Chanowitius) quod in veteribus monumentis S., id eſt* ſancta, *vel* S. Woyslava *legeretur; ubi poſteri, non animadverſo ſanctitatis titulo, conjunxerint literas, & pro* S. Woyslava, Swoyslavam *appellarint; quam tradi alt tanta animi mœſtitia fuiſſe, ut licet* E *eſſet Ducis olim conjux, & fundatoris ſoror ac propefundatrix, non inter ſanctimoniales, ſed inter converſas, ut vocant, vitam exegerit. Id quod Vita* Hroſnatæ *diſerte non affirmat. Dicit tamen num.* 11, *eam* in competenti ſibi habitu, quem viduæ hujuſmodi conſueverunt deferre, in congregatione ſororum advocatæ geſſiſſe ſuæ patronæ officium, & *num.* 20, in habitu viduali jugiter Domino ſervientem diutius permanſiſſe: *quam cum titulo Beatæ habet Wagenarius pag.* 179. *Ad illud quod eodem num.* 12 vir *ejus*, Cracovienſis urbis præfectus *nuncupatur*, *obſervat Balbinus*, improprie hoc loco præfectum urbis dici; alia monumenta omnia Ducem Cracovienſem appellare, Othonem nomine (*qualem etiam ipſum vocat Chanowitius*) *fateturque ſe* deficui hoc tempore & loco Polonorum hiſtoriis; nec quis ille Otho fuerit; qua familia, quove jure Cracoviam tenuerit, dicere poſſe. *Aſſerere cum Balbino*, probabile eſſe, Mieſcislai, Poloniæ Principis filiam fuiſſe, quem Cromerus in Polonorum Hiſtoria (*lib.* 6, *pag.* 151, *ſub iis, quæ refert ad annum* 1158) nominavit, *eſt in tenebris palpare. Adde jam dictis ex eodem Balbino pag.* 34, *viduam ſupradictam* non modo beatam, ſed etiam ſanctam ab antiquitate appellatam; tres vero alias ejus ſorores, Beatricem, Bohuslavam & Juditham virgines, eas quidem eam appellationem habere, *ſanctiſſimæ* tamen vixiſſe & obiiſſe, legi.

19 *Wenceslaus Hagecius in Chronicis Bohemicis pag.* 245 *ad annum* 1152 *ſcribit*, Hroſnatam *quendam, inſignis inter Bohemos proceres nominis, peregrinationem inſtituiſſe in Terram ſanctam, ſecumque tuliſſe cappam choralem, auro, gemmis ac lapidibus pretioſis textam, pretio, ut fama erat, aſcendente ad duo millia aureorum, ab Henrico Pragenſi Epiſcopo confici juſſum, dictaque Hroſnatæ in manus traditam, ut eam Hieroſolymam delatam Chriſti Domini ſepulcro ſuperimponeret; peregrinatione perfunctum rediiſſe in Bohemiam eodem anno* 1152, *menſe Martio, eodemque anno obiiſſe die* XVI *Octobris; ex Kal. Hiſt. eodem die* XVI *Octobris. Hroſnatam iſtum male ab aliquibus confundi cum noſtro, auctor eſt Balbinus pag.* 24; *cum certe* repugnet annus, repugnet illius Hroſnatæ mors a Welaslavino anno MCLIX ſignata. Ergo ad Przemyſlaum

Hroſnatæ alius, a nonnullis cum noſtro confuſus.

Otto-

A Ottocarum vivendo pervenire prior ille Hrosnata non potuit. Denique repugnat etiam .. ipsa peregrinatio: nam prior Hrosnata peregrinationem transmarinam absolvit, & obiit; B. Hrosnata vero maris periculis territus Romam Hierosolymæ loco adiit. *Annus* 1159 *hic male signatur pro* 1152, *ut patet ex dictis.*

qui perpetuum adfinitur fuisse frater Ottocari a Miræo.

20 *An, & quot fratres* Hrosnata *habuerit, non memini me legere. In testamento superiore bis mentio habetur* cognatorum; *duarum item sororum nominatim, fratrum vero nulla. Unde colligo, ipsum fratres vel numquam habuisse; vel si habuerit, superstites tunc non amplius fuisse, saltem illorum non minus quam cognatorum & sororum memoriam, si vixissent. Ex quo corrige Miræum, qui in Indice ad Chronicon Præmonstratense Beatum* Hrosnatam *nominat* fratrem Ottogari Bohemiæ Regis: *cui commento tacite reclamat Vitæ num.* 2, *quando narrat* Principum claro genere oriundum, *non autem fratrem Regis Ottocari ipsum appellat, sed solummodo dicit,* in aula Regis primum locum post regalem magnificentiam obtinuisse. *Numero autem* 14 *talia sunt adjuncta rerum, ut videatur non potuisse Rex Premislaus Ottocarus prætermittere mentionem fraterni* B *sanguinis, siquidem* Hrosnatam *fratrem habuisset. Fortasse Miræum in errorem induxerit, quod* Przemisl ex innatæ generositatis mansuetudine surgit de solio suo; fratremque Hrosnatam ad osculum recipit. *Et pluries in decursu vocatur* frater; *quia ex sæculari homine religiosus*, ex milite frater factus, *prout infra in Vita habetur numero* 13. *Cautior fuit Petrus Wagbenarius, dum in suo S. Norberto metrico præcitato asserit, eum fuisse ex* primo post Regem Bohemiæ Principe fundatorem & canonicum monasterii Teplensis.

§. III. Vitæ scriptores; in nostram, quam damus, observationes; ejusdem auctor; B. Hrosnatæ interfectores.

C *Vitæ Beati a variis edita.*

Vitam, quam hic damus, vulgavit Sigismundus Kabel typis Lucensibus prope Znoimam ad fluvium Dia anno 1608. *Eamdem edidit Miræus ad calcem Chronici Præmonstratensis anno* 1613; *quam Pelzius anno* 1633, *meliori ordine digestit ex eodem fonte; cum indicet, se illam desumpsisse* ex ea, quæ est in vetustissimis Mss. Teplensis ecclesiæ, & Ordinis documentis, a Miræo in Chronico præmonstratensis Ordinis, & abbate vander Sterre prolatam. *Balbinus eam inserit suo Spicilegii a pag.* 66, *ita loquens:* Quam nunc adfero Vitam, eam ex celeberrimo monasterio Teplensi .. a Reverendissimo ac Amplissimo cœnobii illius abbate Raymundo .. mihi missam accepi. Descripta est ex vetustissimo Ms. codice cœnobii, atque, ut traditio habet, ab ipso, qui B. Hrosnatæ viventi servivit, & morienti in carcere adfuit; post vero in sacrum Ordinem cooptatus, abbas evasit, concinnata: descripsit vero & cum autographo diligenter contulit R. P. Aloysius Hackenschmidt, ejusdem instituti religiosus Teplæ. *Convenit hæc cum nostra tam quoad substantiam, quam verba, si pauca excipias; quorum ratio habebitur aliqua ad marginem textus Vitæ, & in ejusdem Annotatis*

Ad hæc Bartholdus, ad D. Viti (*quæ ab metropolitana Pragensi*) Præpositus, heroo versu ejusdem Vitam, & miracula in venerabili senio, sed vena non senili decantavit, *teste Crugerio. Laudatus Wagbenarius Beati etiam gesta vulgavit elegiaco carmine Leonino, ut vocant, a pag.* 405, *superius citata. At qui unam Vitam novit, omnes novit, ex eodem, prout eruitur ex dictis, fonte desumptas.* D AUCT. J. P.

Deficientibus nonis notitiis Teplensis, Vitæ quam edimus.

22 *Quo plura in promptu forent ad præsens argumentum documenta, litteris insinuare placuit die* XXX *Julii, anni proxime elapsi* 1722, *Petrum Fratrinum nostrum supra laudatum; qui super hac re ad abbatem Teplensem scripsit, nullo spernæ pretio; ut constat ex ejusdem ad ipsum responso:* Tanto libentius quidquid præ manibus foret, communicarem, quanto zelosius beati fundatoris domus meæ Actis illustrandis PP. Hagiographos Antverpienses S. J. occupari audio. Verum præter ea, quæ per citatos in litteris mihi inscriptis auctores, pro gloria & honore B. Hrosnatæ nostri solerter compilata sunt, communicandum singulare nihil invenio. In aliis, quæ reverenda paternitas vestra justa est indagare, nullum Tepla sumpsit initium.. Nec Majores & prædecessores nostros, & maxime miraculosæ antiquitatis vel historiarum inimicos arguere nolo. Ast quia per temporum injurias ac Vulcani flammas consumpta permulta usque modo deplorare habet Tepla; quid superest? quam ut Superis commendet, qui Sanctorum suorum gloriam juxta ac splendorem etiam e cineribus resuscitare noverint. *Acquiescendum itaque nobis est documentis nostris, ac supersedendum novis, Teplæ spretis, at non acceptis: inter quæ Vitæ Kebeliana ac Balbiniana, utrimque a nobis collata, aliqua habent, quæ observari merentur. Balbiniana quippe Prologum præmittit plane diversum ab eo, quem ex Kebelo typis subjicimus; Balbinianus iste sic habet:* Ut gemmæ pretiosæ nitorem ad aspectum proferamus humanum, & non solum ad illaminationem, sed & exemplum Deo militantium, qui in domo Dei ambulant cum consensu, lucernam super candelabrum collocemus; bonus odor virtutis Hrosnatæ Reverendissimi patris, cujus memoria in benedictione est, Teplensis & Chotiessoviensis monasteriorum egregii fundatoris spirans mirifice, etiam ad exteras nationes, meam insufficientiam animavit, ut divino fretus auxilio, de conversationis ipsius insignibus, & vitæ meritis, nec non palma martyrii, cum qua feliciter migravit ad Dominum, quamquam stylo humili, ad eruditionem præsentium, & memoriam transferam posterorum, super imperfectione veniam postulans a lectore. E

tillato cum eo quam vulgavit Balbinus

23 *Post Prologum hunc sequuntur paragraphi decem, loco capitum tredecim apud Kebelium. Pervero tituli utrobique conveniunt usque ad paragraphum* 9 *inclusive; nisi quod septimi tituli apud Balbinum sit* de confirmatione regulari, *qui Kebelo inscribitur*, de confirmatione regali. *Balbinus autem sub titulo paragraphi noni*, de fundatione Chotiessow & prælagio, *habet omnia, quæ Kebelus & sub hoc eodem, & sub alio, apud Balbinum defiderato, capitis decimi tituli*, de itinere ad summum Pontificem, & habitu ab eodem suscepto. *Præterea Balbinus sub solo titulo decimo*, de reditu ad propria, *refert omnia, quæ sequuntur, omissis titulis; qui apud Kebelum capitibus* XI, XII & XIII *præsignantur*; quos

Bal-

Digitized by Google

A AUCT. J. P. *Balbinus quidem non omisit, sed in exemplari suo omissos invenit; sicut ipsemet declarat in Syntagmate pag.* 86: Notandum hic venit, titulum paragraphi (*suum*) quæ promisit, non implere: cum nihil toto hoc paragrapho scriptor de præfagio dicat. Suspicor etiam in sequentibus titulos deesse cum unus ille „ de relitu ad propria „ miracula, & alia, quæ de eo narrantur, non comprehendat. *Et de Vita quidem hactenus; nunc de Vitæ auctore ipsa accipe.*

Auctor illius quando vixerit.

24 *Numero* 17 *characterismum prodit, ex quo de ætate ejus statuas*; Woyslava, *inquit*,.. adhuc vivente, & referente, aliisque fide dignis afferentibus, talia sunt audita, quæ assertione veridica in medium proferemus. *Jam vero cum* Hrosnatæ *obitus affigatur anno* 1217 *Woyslavæ autem* 1227, *satis indicat, se cum ipsa vixisse, sub hujus vero tempora scripsisse, aut certo non multo post, utrique certe ætate proximum vel etiam æqualem, fuisseque adulto aliquantulum sæculo* XIII. *Adde, quod num.* 9 *cœtum religiosum Te-*

B *plensem vocet* plantationem novellam. *Fuerunt præterea illa, quæ recenset num.* 10: Nobis admirandum, & posteris apprime recolendum signum (*stella prodigiosa tempore dedicationis ecclesiæ Teplensis*) divinitus est ostensum; *quod contigit anno* 1232, *ut dicitur infra, num.* 25 *ac num.* 35; *atque adeo poterat hoc miraculum his, qui tum vivebant, designatos per pronomen* nobis, *proponere* admirandum, *& quasi intuendum*; posteris *autem, ad quos nimirum non ipsa res, sed vel fama erat perventura*, recolendum; *visus synchronum se indicare voluisse, & a posteris distinctum. Quo autem tempore sua continuabat, vel ætate vel loco se a Beato, de quo scribebat, fuisse disjunctum, colligimus ex num.* 25: Placuit non incongrue de venerabilis hujus Patris virtutum miraculis, quæ veridica Majorum nostrorum relatione sunt prodita, succincta narratione perstringere.

ejus institutum, nomen &c

25 *Videtur dictus auctor instituti Præmonstratensis religiosus extitisse, sicut erui opinamur ex capite* 10, *ubi ipsa habet:* Ita fratres, qui aures intenditis ad librum, & corda sursum habetis

C ad Deum; quos Mater misericordiæ in ministros, imo potius sibi in filios adoptavit; audite audientes me, & collaudate vestram unanimiter advocatam. *Et, relata prodigiosa stella, illos iterum compellat* fratres. *Et mox sequentia subjungit*: Vos, inquam, speciales servos sunt qui in claustro Teplensi, ubi illa stella apparuit, spiritalem sub regulari disciplina militiam exercetis. Perseverate igitur viriliter dimicantes, & invenietis regnum æternum. *Quisnam iste sermo? nisi fratris ad fratres, eamdem videndi regulam professos. Balbino superius asserenti ipsum Beati servum ac deinde abbatem Teplensem fuisse, non assentior; cum traditionem, quam memorat, nullo antiquo testimonio stabiliat; claveque contradicat Vitæ auctor numero mox allato dicens, se ea scribere*, quæ veridica Majorum relatione sunt prodita; *& tacite insinuans, se* Beato viventi *non* serviviſſe, & morienti in carcere non adfuisse, *quod tamen volebat Balbinus. Si enim talis fuisset, jam ista scripsisset, ut oculatus testis, non vero ut auritus dumtaxat. Porro de ipsius nomine non constat; quidquid Crugerius* coævum quemdam Joannem, *Balbinus autem in Vita B. Woyslavæ* Joannem abbatem *ipsum nominet. At quo teste? Nomen sane ipsius Balbinus in Syntagmate pag.* 79, *non exprimit, candide professus*, is, quo nomine dictus sit, (*se*) ignorare. *Et pag.* D *86 agens de Joanne I Teplensium abbate, asserit, eum*, ut apparet, hanc Vitam non scripsisse. *Et recte mea quidem sententia. Esto enim Joannes aliquis illam scripserit, non hunc, at alium aliquem invenire necesse erit, cum ordine temporis & Vitæ textu magis convenientem. Crugerius enimvero de dicto Joanne I, e serie id loci abbatum, & ex Ms. cœnobii Teplensis sic memorat ad diem* XXI *Augusti:* Vocatus est e Strahoviensi MCXCVII.. Vivente Hrosnata Ordinis solum & monasterii disciplinam administravit: quo sancte mortuo, temporalium quoque curam suscepit.. Sub hoc Joanne anno Christi MCCXXXII consecrata est ecclesia Teplensis: cui solennitati interfuit rex Wenceslaus, Joannes Pragensis Episcopus, Peregrinus, ibidem quondam antistes, Arnoldus Wissehradensis Præpositus & regni cancellarius, præfati Regis linea feminea nepos, minimum cognatus, plures Principes & Alemaniæ legati. *Itaque Joannes iste monasterio Teplensi fundato primus præfuit, diuque post obitum Beati ipsius fundatoris, in eodem supervixit, nemiquam scripturus, si Vitæ ejus fuisset auctor, ea se*, quæ veridica Majorum suorum relatione sunt prodita, succincta relatione perstringere; *sed relaturus ea, quæ vivente, præsente, ac vidente se, nec non cœtui ipsi monastico præsidente contigerant.*

quorum mirum est non scripsisse apparitionem, quam habet Balbinus.

26 *Ipsa etiam verba Vitæ num.* 16 *arguunt, ut opinor, sufficienter auctorem a Joanne prædicto diversum:* Tandem inimico humani generis.. discordiam seminante, a prædicto abbate (*Joanne* I.) afficitur injuriis, & contumeliis lacessitur.. donec amicorum copia, & cognatorum suorum potentia, abbatis prædicti tumida compesceretur præsumptio. *Maneat itaque, de nomine auctoris Vitæ haud satis constare, non secus ac de officio, quod apud suos obivit. Quæ utcumque se habeant*; *miror, ipsum ne verbo quidem meminisse sequentis apparitionis*, B. Hrosnatæ *factæ, & a Balbino expositæ lib.* 4 *Miscell. Bohemiæ sanctæ, part.* 1, *pag.* 55 *in hæc verba*: Legi in pervetustis sacri hujus Ordinis Annalibus (*citato ad marginem manuscripto de Origine Ordinis Præmonstratensis*) cum F cœnobii fabricam complesset B. Hrosnata, Christum dominum eidem apparuisse per quietem, ac dixisse: Hrosnata, audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Quo oraculo percepto lætus vir beatus, pronus in terram corruens, Dominum adorarit, illa repetens identidem: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus.

Ac Brognatis

27 *Quæ obscure in Vita narrantur de Beati* E *interfectoribus, illustranda censuit Balbinus in Syntagm. a pag.* 86, *ita differens:* Certum est ex scriptore nostro, primo, occisores fuisse de provincia Egrensi. Secundo æmulos fuisse, quos paulo ante hostes, & inimicos appellarat. Tertio causam fuisse, quod contra ipsorum impetus prædia claustrorum suorum viriliter defendebat. Quarto captum B. Hrosnatam esse, & tractum in Teutoniam. Quinto pro extorquenda pecunia fuisse cruciatum. *Atque ex his deducit* 1, Beatum Hrosnatam ab amicis & cognatis captum non esse; quod quidam sunt suspicati: diserte enim scriptor Vitæ vocat æmulos, hostes, inimicos ex provincia Egrensi, a quibus tractus sit in Teutoniam; ubi amici non erant, sed in Bohemia. Et cur, amabo, si a cognatis necatus esset,

Digitized by Google

A effet, ſcriptor diſſimulaſſet? Deinde Egra tum ad Bohemiæ reges non ſpectabat, adeoque ab Egrenſibus facta nullo modo cuiquam Bohemorum imputari poſſunt. *Deinde ex Bruſchii hiſtoria Egrenſi, item e Centuria prima de monaſteriis Germaniæ in Waldſaſſia, atque ex Munſteri Coſmographia affirmat*: Egram, totamque illam viciniam hereditario jure ad marchiones Vohburgenſes ſpectaſſe; a quibus etiam Egra civitas fuerit condita. Anno demum MCLXXXIX Theobaldum marchionem (Vohburgenſem, cum filiam ſuam Mechtildem (Bruſchius vocat Adelheidim) Friderico I Cæſari deſpondiſſet, & Egræ nuptias celebraſſet, pro dote filiæ ipſam hanc civitatem una cum adjacenti regione Cæſari ceſſit, ita hæc civitas, ait Munſterus, imperialis facta eſt, atque in eo ſtatu permanſit uſque ad annum MCCCXV, quo anno Egræ velut imperiali urbe Ludovicus Bavarus ab Electoribus nominatus eſt Imperator; ſed eodem anno vendita eſt a Ludovico Joanni regi Bohemiæ pro

B quadraginta millibus marcarum argenti. Nihilominus ante Egra ad aliquod tempus Bohemiam reſpiciebat: nam anno MCCLXXXV Rudolfus I Imperator Auſtriacus Egram pro dote filiæ ſuæ Guttæ Wenceſlao II Bohemiæ regi aſſignavit, ut habet Chronicon Aulæ regiæ & Dubravius; ſed videtur brevi per tranſactionem aliquam ad Imperatores rediiſſe.

an ab aliis ſuevis interfectus?

38 *Diximus iſta civitatis Egrenſis ſub variis dominis viciſſitudo, adeo explicata a Balbino recenſita, ut ſpectat, ut Beati eadem ab amicis & cognatis amolitur; quod inde neutiquam extundes; niſi dices concludere: Beatus habuit amicos & cognatos in ditione Bohemica: ergo extra illam amicos & cognatos non habuit. Quid enim obſtat, quo minus utrobique eos habuerit in tam propinqua potiſſimum locorum diſtantia? Nec vero fortius urget, quod Beatus* tractus *ſit* in Teutoniam; *nam præterquam quod* in Teutoniam *abſit ab exemplari Kobellano; quid vetat, cur amici & cognati, tametſi eos tantiſper domus Balbino in Bohemia habitaſſe*, in Teutoniam *Beatum pertraxerint, tanto ſecurius, quanto a patria ſua remotiores ipſum interfecturi? Silentium auctoris aliquid probat contra interfectores in hoc caſu. Verba*

C *vero iſta teſtamento inſerta*, quod ſi cognati mei de bonis, quæ Deo contuli, abbatiam infeſtare voluerint, *præſens factum nec affirmant, nec negant; tametſi ſieri potuiſſe tacite inſinuent, & Cruegerus eadem eis imputet, quando in Beati elogio refert, ipſum* odium incurriſſe haud dubie apud eos, qui ditionibus ejuſmodi tamquam facile ad ſe devolvendis inhiabant. *Verum, ut recte animadvertit Balbinus*, tantum abeſt, ut cognati B. Hroſnatæ vim aliquam intulerint, ut etiam cum ab abbate ſuo Beatus vir affligeretur, a COGNATIS ſit adjutus, & ab iis abbas ſit repreſſus, ut videre eſt in Vita § 10; *apud nos vero num. 16, in fine. Interim cum eodem* colligere licet, B. Hroſnatam non eſſe captum publico Egrenſium conſilio; tum quia credi non poteſt, tantam in Imperiali & Catholica civitate barbariem fuiſſe: tum quia regis Przemiſlai (cui notiſſimus B. Hroſnata, proximus ad regalem magnificentiam ſedebat) ultionem & arma timere debuiſſent. *Denique hanc controverſiam concludit, colligens ex iis, quæ diſſerunt*, Bea-

tum virum a prædonibus ex provincia Egrenſi captum, & ad aliquam arcem (quales multæ id temporis erant latronum pleniſſimæ) tractum; qui eum pro extorquenda pecunia torſerunt. Qui aliud dixerint, multis ſe difficultatibus involvent. Videntur ſcriptum quoddam meum de eade B. Hroſnata, quod nuper rogatus confeci; *edituros an non? Certe in Bibliotheca ſcriptorum Societatis inter alia ab ipſo edita, illud non reperio: forte quia ob brevitatem ejus, ſcriptis ejus acenſeri non meruerit.*

D AUCT. J. P.

§ IV. Vita ad calculos chronologicos exacta; dedicatio eccleſiæ Tepenſis: rex Premiſlaus.

Natalis B. Hroſnatæ aſſignatur anno circiter 1170.

E *Auctor Vitæ plurima confundit, negligit ordine temporis; non tam ordinaſſe viſus ſeriem hiſtoricam, quam rerum præcipuarum ſimplicem, ſui deque habens, quæ quibus ordine temporis anteponeret, debitis calculis hic reſtituenda. Poſt prologum mox ſpecimen dat: nam ubi agendum erat de Beati natalibus aut pueritia, ſtatim exhibet maturiorem ipſius ætatem*: Rege Premiſl, qui & Ottocarus cognominatus fuit, regnum Bohemiæ feliciter gubernante, inter alios regni Magnates Hroſnata in aula Regis primum locum poſt regalem magnificentiam obtinebat. *Apud Dubravium Hiſt. Bohem. lib. 15 ſub initium ponitur Premiſlaus a Philippo Suevo, cujus partes ipſe contra Othonem Saxoniæ Ducem pro imperio dimicantis tunc ſectabatur, Rex Bohemiæ coronatus in civitate Moguntina; atque exinde finitum in Bohemia interregnum, aliis ſucceſſive Regibus Bohemiæ ab iſto Premiſlao deinceps ſuccedentibus ab anno 1199. Idem annus initii a Premiſlao regni ſignatur a Balbino Rerum Bohemicarum lib. 3, cap. 12, pag. 248, addito ipſo* die S. Nicolai: *comitia autem imperii Moguntiæ, in quibus a Philippo coronam accepit, obſignat anno* MCXCIX, *aliis* MCC. *His præmiſſis Beati natalem affigo anno circiter* MCLXX *una cum miraculo, præpoſtere dilato in Vita ac relato num. 17; quo abortivus & exanimis in lucem a matre editus, ſed precibus ad Chriſtum ejuſque ſanctiſſimam Matrem vitæ redditus dicitur. Aliud miraculum, iterum loco non ſuo narratum num. 18, quo infans in materno ſinu geſtatus, ſed ſoruri Woyſlavæ portandus traditus, atque de ejus manu in terram delapſus ex curru, inevitabilem rotarum obtritionem evaſit, contigerit biennio poſt, ætatis ſecundo, Chriſti* MCLXXII.

F

iter Cracovienſe ac Romanum & e. quando contigerint

30 *Iſtis verbis num. 3*, a primæva ætate in timore pariter & amore, Deo inſervivens, tandem annos attigit juventutis, & accepit uxorem, *præmitte ea, quæ refert num. 19*: factus jam bonæ indolis adoleſcens *Cracoviam ivit cum dicta Woyſlava; ubi* cum ſuis coætaneis ſuper fluvium Viſtulam ludens, abſorptus ab unda, ab hora diei tertia, donec adveſperaſceret, jam quaſi mortuus occultatus, *ſed mirabiliter ſoſpitatus ſuis, anno, ut putamus, ætatis circiter decimo quinto, Chriſti* MCLXXXV. *Nunc reſumus numerum 3; & uxorem duxerit quatuor circiter poſt annis, ætatis decimo nono, Chriſti* MCLXXXIX; cum qua, ſpe prolis procreandæ aliquot annos permanſerit, *puta uſque ad annum* MCXCV, *ſuſcepto ex conjuge filio*; quo brevi tempore, *ſicut & ipſa matre*

A matre non dudum poſt, deflente nimirum & ejulante mortem nati, *extinctis, ſanctiorem meditatus* vitam Hroſnata, *animo conceperit iter Terræ ſanctæ anno* MCXCVI, *de quo num.* 4 & 5. *Anno autem* MCXCVII *condidit teſtamentum ſupra exhibitum: quo confirmato ab Henrico Duce & Epiſcopo, tempore interregni Bohemiam adminiſtrante, è patria* ad littus maris perductus, pelagi latitudine, fluctuumque commotione, & tranſitus difficultate *perterritus*, mutato conſilio, *ſicut dicitur num.* 6, profectus exinde celeritate matura.. pervenit ad urbem (*Romam*) ubi a Cæleſtino PP. III, qui tunc temporis navem ſanctæ Eccleſiæ gubernabat, honorifice ſuſceptus, *obtinuit diſpenſationem in voto peregrinationis prædictæ; ea tamen lege*, ut ad honorem glorioſæ Virginis Matris Chriſti fundaret clauſtrum *&c., quæ narrantur num.* 6.

Reſtituuntur temporibus ſuis facta diverſa,

31 *Meram confuſionem ſapiunt facta diverſa ab Auctore relata a num.* 8: *qualia ſunt reditus Beati in Bohemiam, ædificatio monaſterii Teplenſis, dedicatio eccleſiæ, fundatio parthenonis Chotieſſowienſis; ſecundum iter Romanum, privilegia ibidem impetrata, habitus Præmonſtratenſis ab eodem indutus &c. ſuis quæque temporibus, quoad* B *poterunt, innectenda. Beatus igitur, impetrato Romæ privilegio,* (dato Laterani VIII Idus Auguſti, Pontificatus Cæleſtini III, anno VII; *quo Teplenſes in ſuam protectionem ſuſcipit*) *mox in Bohemiam redux dicto anno* MCLXXXXVII, locum amœnum quærit & aptum, in quo.. fundamenta, clauſtri primordia jaciantur.. &.. ligone arrepto, profundius terram ſulcat, & aliquot cophinos terræ onuſtos, de fundamento in humeris ſuis portat, *num.* 8. *Balbinius pag.* 84. *rectè obſervat*, B. Hroſnatam ante profectionem ſuam in Terram ſanctam, Teplenſe cœnobium inſtituiſſe; ut ex (*producto*) teſtamento, quod ante iter anno (*ut vidimus*) MCXCVII ſcripſit, clare poteſt probari; nec dubium eſſe, eo jam anno Præmonſtratenſes Teplæ ſub Abbate vixiſſe; (*puta ſub Joanne* I, *illuc tunc accito, ſicut jam ex Crugerio diximus.*) Itaque neceſſario dicendum videri, Pontificem Romanum Hieroſolymitani itineris loco acceptaviſſe fundationem cœnobii, prius a B. Hroſnata factam; ideoque beatiſſimum Hroſnatam non contentum donaſſe quædam bona cœnobio; (*poſt reditum*) fundationem auxiſſe magnifice, ac demum ſe ipſum cœnobio, & chariſſimis fratribus donaſſe. *Nam quoniam, ſicut conſtat ex teſtamento*, uſibus Fratrum.. in Tepla.. locum eumdem cum omnibus appendiciis, quæ ibi ſunt, ſive, *ut adjungit teſtator*, revertat, ſive non, perpetualiter contradidit, (*nulla appoſita conditione*) prædia vero omnia, atque poſſeſſiones cum omnibus animalibus eidem eccleſiæ perenniter deputavit *(ſub conditione* ſi in hac via, quam aggreditur, fati munus impleverit: quod ſi redierit, ipſa prædia debito jure, præter Teplam, & ipſius attinentia, in (*ſuam*) ditionem redigentur; *jam rectè intelligi poteſt priori fundationi poſtea Romæ addidiſſe ea prædia, quæ in teſtamento ſibi reſtituenda reſervarat, ſi & quando in Bohemiam rediret; abdicaverat autem, ſi in itinere mori ipſum contingeret.*

ab auctore Vitæ confuſe,

32 *Porro ut ad prædictam eccleſiam revertamur; triginta & amplius annis extra ordinem temporis erravit auctor, quando præſentia & futura commiſcere conſuetus, ejuſdem ædificationem cum dedicatione conjungit, annis quindecim poſt Beati obitum peractæ, ſicut mox probabitur.* Eo- D dem *itaque* temporis articulo, *quatenus illud reſpicit ædificationem iſtius eccleſiæ, non vero quatenus reſpicit ejus dedicationem*, clauſtrum Chotieſſow.. fundavit, & dotavit abunde, rebuſque utenſilibus adornavit, *prout habes num.* 11. *Non admittimus tamquam verum, quod habet Crugerius ad* XV *Kalendas Februarii, parthenonem hunc* initia ſua adſcribere anno MCXCIII; *nam tum temporis nondum de Teplenſi fundatione, nedum de Chotiſſowienſi a beato fundatore cogitatum fuiſſe, putamus, & deducimus ex dictis.* Ædificatis & dotatis clauſtris prædictis, Romam reverſus iterato *traditur num.* 12: *qui* deinde expetens colloquium ſummi Pontificis, exponit reverenter eidem de prædictorum clauſtrorum ædificatione & proviſione, petens humiliter & devote recipi eadem cum ſuis pertinentiis in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſpecialem. *Implorationem protectionis, de qua hic, ſupra allegavimus anno* MCXCVII, *in compendio privilegii ſignato per annum* ſeptimum Cæleſtini III, *ibidem diſerte appoſitum: nec videre* E *quo tempore melius, quam* ſub eodem dato idem Pontifex conceſſerit Abbati Teplenſi uſum pontificalium & indulgentias pro futura dedicatione, *ut fertur in iſto inſtrumento* dici. *Et vero cum toties & tam inepte rerum ordinem invertat Vitæ auctor, quis vitio nobis vertat, ſi quæ ille hic acta memorat in itinere ſecundo Romano Beati, retrahemus ad primum? In ſecundo autem puto* habitum Præmonſtratenſis Ordinis de manu Pontificis dari ſibi petiiſſe, quem etiam ibidem aſſumpſit. *Quæ tranſacta arbitror ſub Innocentio III, Cæleſtini III ſucceſſore verſus annum* MCXCIX, *ut inter duplex iter Romanum ac vix inſuper tot & tam graves ſpatium aliquod temporis interponatur, non nimis anguſtum, quam ut commode pertractari potuerint.*

uſque ad obitum B. ti,

33 In Bohemiam *vero iterum* ſe receperit *anno* MCC; percunctatus in qua parte terræ Przemiſl inclytus Rex maneret.. ejus aſpectui ſe in novo habitu præſentavit.. Regiæ clementiæ preces offert, ut ea quæ.. auctoritate Sedis Apoſtolicæ.. ſunt conſummata, Regalis auctoritas ratificare dignetur, & eadem ſuis privilegiis confirmare.. Annuit Regalis munificentia.. & ea ſublimitatis privilegiis roboravit. *Quæ dicto anno* MCC *inita, recte cohærent cum regni Premiſlai exordio, anno* MCXCIX *aut* MCC: *deinde cum interregno ante iſtum annum; quo teſtamentum* Hroſ- F

Digitized by Google

A in habitu viduali jugiter Domino ſerviens diutius permanſiſſet, (*puta annos circiter* XII) contigit fratrem ſuum Hroſnatam ibidem gravi decumbere infirmitate (*circa annum* MCCXVI) *vicinitatem imminere ſibi captivitatem, ſicut indicatur num.* 20; nam non multo poſt decurſo tempore, redditus ſanitati .. proficiſcitur in Hroſnetin .. capitur .. carceri mancipatur .. cruciatur .. ad mortem ingreditur cum palma martyrii, in cœli aula cum Chriſto perenniter regnaturus, *prout habetur num.* 22; *ſuppreſſo die & anno mortis, a Balbino & Crugerio ſignatis* XIV *Julii, anno* MCCXVII; *ſatis convenienter ad annum, quo ſupra determinavimus ex epitaphio obitum ejuſdem Wenceslavæ,* MCCXXVII. *Sic enim intelligitur, quomodo ibidem* pluribus annis ſupervixerit, *uti eſt in Vita hic num.* 11, *videlicet ſecundum calculum noſtrum* XXIII *circiter universe; poſt obitum vero ſui fratris* X. *Atque hæc verisimili ordinatione ſuis temporibus diſtributa medicari poterunt auctoris confuſioni rerum, quas locis non ſuis non ſemel recenſet. Liquet ex dictis, valde hallucinatum eſſe Waghenerium, inordinata dedicationis ſæpius dictæ narratione fortaſſis deceptum, quando obitum Henrici diffulit ad annum circiter* 1244; *quem poſtmodum in ſuo Norberto præſcito pag.* 179 *retraxit ad* 1213; *ibi præmaturus, illic præpoſterus.*

ejuſque ſoror Wenceslaus

B

25 *Hinc etiam ſpectat dedicatio eccleſiæ Teplenſis; quæ quia ædificata a fundamentis a* B. Hroſnata *tum vivente & collaborante monaſterii Teplenſis narrationi mox ſubnectitur, facile quemlibet inducat in errorem, quaſi illa duo facta vix diſſent tempore, quæ ordine adeo proximo conjuncta ſunt.* Numero itaque 18 *dicitur eccleſia Teplenſis* a venerabili patre, Domino Joanne, felicis recordationis ſanctæ Pragenſis eccleſiæ epiſcopo, menſe Auguſto dedicata. *Quærenti mihi Joannem II temporis epiſcopum Pragenſem, haud occurrit alius quam Joannes, hujus nominis ſecundus, aſſumptus anno* MCCXXVIII, *e vitis ereptus* MCCXXXVI, *teſte Pontano de Epiſcopis Pragenſibus; quem tamen Balbinus part.* 2, *lib.* 2 *Miſcellaneorum, titulo* 36, *agens de tribus epiſcopis hujuſmodi ſynonymis, cenſet ad cathedram admotum in fine anni* MCCXXVII. *Dedicari itaque ita eccleſia non potuit ante annum prædictum* MCCXXVII, *aut proxime ſequentem; cum ante id tempus nullum inveniamus Joannem epiſcopum Pragenſem, qui eam citius dedicare potuerit. Solertur id etiam obſervarat Balbinus pag.* 85; *mirum, quæ hoc loco (apud ſe paragraphe* 8 *Vitæ*, narrantur, longe poſt tempora B. Hroſnatæ accidiſſe; ſcilicet inter annum MCCXXVII, & MCCXXXVI eccleſiam Teplenſem conſecratam. *Epitomes autem Rerum Bohemicarum lib.* 3, *cap.* 14, *pag.* 263 *diſtincte annum determinat; diverſum etiam ab eo, quem ſignat auctor Vitæ, menſem exprimens, his verbis:*

C

Annus ac menſis dedicationis eccleſiæ Teplenſis,

in Balbino.

36 Anno MCCXXVII celebrata dedicatio eſt eccleſiæ beatæ Virginis Mariæ (in qua B. Hroſnata ſicut eſt) in cœnobio Teplenſi candidiſſimi Ordinis Præmonſtratenſis. Conſecravit Joannes epiſcopus Pragenſis, menſe Junio. Celebritati interfuere Peregrinus exepiſc. Prag. Arnoldus Wiſſehrad, Præpoſitus & ſummus regni Cancellarius, Hippolytus majoris eccleſiæ Pragenſis archidiaconus, pluriſque alii. *Fidem dictis tum modo hic tum alibi per decurſum cumulant, quæ addit: Origines, memoranda omnia Abbatum nomina, & ſingulorum elogia, tum ipſa Ducum, Regum ac Pontificum privilegia, & quid-quid prope ab antiquitate relictum eſt, ſecum communicari juſſiſſe referens cœnobii abbatem Raymundum ſupra a ſe laudatum. Uter autem veritati menſem expreſſerit, quæ dicta dedicatio peracta fuerit, an auctor Vitæ, an Balbinus, cum aliunde nullum antiquum monumentum in promptu ſit, unde illud diſſolvam, cenſeo ſpondam auctore Vita, donec in hoc convincatur erroris; aut quiſpiam aliunde meliora ſuggerat.*

D

AUCT. J. P.

37 *Pluſculum antiſtia ſubjiciamus de dicto Przemyslao, Przemisl, ſeu Premislao, cognomento* Ottocaro. *Annales Stirenſis, editi a Canſio tomo* 1 *Antiquarum lectionum ad annum* 1194 *hæc habent:* Ottacher Dux Bohemiæ ab Henrico Imperatore ducatu ſuo privatur: *qui demum una* cum gratia Cæſaris impetratus *ibidem dicitur anno* 1196. *Coronationem regalem, ſupra aptatam anno* 1199 *aut* 1200, *idem auctor ſerius contigiſſe refert, ad annos* 1205 & 1206 *ſic inquens:* Otacher Dux Bohemiæ, conſilio Ludwici Ducis reliquit Ottonem, & adhæſit Philippo; qui.. impoſuit ei diadema, faciens eum & ſucceſſores ſuos Reges: tradiditque filiam ſuam Wenzelao filio ſuo. Ex hinc Reges Bohemorum. *Graviſſime hallucinatur Cranzius in Wandalia lib.* 7, *cap.* 31; *quando ipſum occubuiſſe ſcripſit in prælio adverſus Rudolfum Habsburgicum, annum, ut opinor, pro more, ætate ac tempore diſtinctiſſimum:* qui, inquit, ſi idem fuerit, qui Philippo Regi conflictavit, jam ſupra nonagenarium erat. *Sed conditio ipſa ex dictis corruit.* Cognomentum id *accepit, ſicut tradit Balbinus in Epitome Rerum Bohemicarum lib.* 3, *cap.* 13, *pag.* 250, quia Ottoni tanto ſtudio ſe ſe dedidit, ut Othonianus totus (Ottiſchar) vel Othonicarus (Ottogarus) appellaretur. *Dubravius lib.* 15, *paulo poſt initium ita ſcribit:* Cum Saxones Premyslaum laudantes, identidem ſua voce repeterent Ottiſchar; hoc eſt, Ottoni totus deditus: quod Bohemi non intelligentes, putabant novum Premisloo a Germanis indi vocabulum; vocarique Ottogarum: nec aliter poſthac, quam Ottogarum cognominabant. *Quæ eadem modo Germanice tranſcribit Martinus Borgk Vratislavienſis in ſuis Chronicis Bohemicis parte* 1, *pag.* 196. *Res ab ipſo geſtas deſcribit Balbinus loco citato cap.* 13, *a pag.* 248; *mortem ejus innectens pag.* 262, *anno* 1230, XV *Decembris: quem annum etiam ſignat in tabula genealogica prima ad calcem ſæpe dicti Syntagmatis appoſita: qui in Epitome cap.* 14, *pag.* 262 *affirmat vocatum præterea ipſum fuiſſe victoriosum, item aurenm. En tibi jam Vitam, cum antiqua capitum diviſione, appoſitis in contextu per numeros Romanos ad oras marginales ejuſdem diviſionis notis.*

Illuſtratur ea, quæ ad Premiſlaum ſpectant.

E

F

VITA

A EX IMPRESS.

VITA

Ab auctore synchrono, Religioso, ut videtur, Teplensi scripta; a Sigismundo Rabel, deinde ab Auberto Miræo edita ad Chronicum Præmonstratense a pag. 271, collata cum ea, quam vulgavit Balbinus in Syntagmate hist. a pag. 66.

PROLOGUS.

B *Vitæ ad imitationem proposita.*

MAximam vim ineſſe exemplis virorum illuſtrium, ad vitam pie ſanctèque inſtituendam, quotidiana docuit experientia, quorum accurata conſideratione, animi ad pietatem, religionem, & omne virtutum genus rapiuntur, & quaſi ſigno dato, vitiis bellum perpetuum indicunt. Quocirca cum non poſtremum virtutis, & vitæ ſanctitatis exemplar in venerabili Hroznata (cujus memoria in benedictione eſt) Teplenſis & Chotieſſovienſis monaſteriorum fundatore, eluceſcat, de converſationis ipſius inſignibus, & vitæ meritis, necnon palma martyrii, cum qua feliciter migravit ad Dominum, quædam trademus, ut, tamquam gemmæ pretioſæ nitorem, ad aſpectum mentis humanæ proferamus, & non ſolum ad illuminationem ſed & exemplum Deo militantium, qui in domo Dei ambulant, cum ardore flagranti lucernam ſuper candelabrum collocemus.

ANTIQUA CAPITUM DIVISIO.

C De nobilitate & induſtria ejuſdem fundatoris caput I.
De conjugio caput II.
De propoſito caſtitatis caput III.
De voto Crucis, & itinere verſus Romam caput IV.
De Apoſtolorum liminum viſitatione cap. V.
De donariis datis Papæ & Cardinalibus, & reditu in Bohemiam caput VI.
De confirmatione regali caput VII.
De dedicatione ejuſdem caput VIII.
De fundatione Chotieſſow, & præſagio caput IX.
De itinere ad ſummum Pontificem, & habitu ab eodem ſuſcepto caput X.
Qualia miracula in vita & morte Hroſnatæ contigerunt cap. XII.
De præſagio & morte Hroſnatæ cap. XIII.

D

CAPUT I.

Genus; propoſitum perfectioris vitæ; votum adeundi Hieroſolymam; iter Romanum; fundatio monaſterii Teplenſis; templi dedicatio.

REge Przemisl, qui & Ottocarus cognominatus fuit *a*, regnum Bohemiæ feliciter gubernante, inter alios regni magnates, Hroznata *b* de Principum claro genere oriundus *c*, in aula Regis primum locum poſt regalem magnificentiam obtinebat. Qui generis prærogativam, virtutum & morum honeſtate perornans, conſilio & naturæ generoſitate præſtantior, magno ab omnibus venerabatur affectu. Sed & rerum affluentia, & litterarum ſcientia præditus, provida largitate proximorum & egentium inopiam, ſuis facultatibus ſublevabat. Erat enim pius mœrentium conſolator, orphanorum pater, laborantium ſuſtentator, & ſub chlamyde militari, propoſitum religionis abſcondens; Deo, quæ Dei, devotionis ſtudio; Regi, quæ Regis, fide, & obſequio; & unicuique, quæ ſua ſunt, ordinata caritate reddebat. 1 *Hroſnata de Principum genere oriundus, genus ſummopere illuſtrabit in ſequentibus.* *a* *b* *c*

2 Hic a primæva ætate, in timore pariter, & amore Deo inſerviens, tandem annos attigit juventutis, & accepit uxorem *d* nobilibus exortam natalibus, cum qua ſpe prolis procreandæ, aliquot annis permanſit, & poſtea, Deo propitio, filium elegantis formæ de conjugo ſuſcepit. Sicque optato potitus deſiderio, ſperabat poſſeſſionum ſuarum ſe adeptum heredem. Sed non ſic Chriſtus præordinaverat, qui Hroznatæ ſolus heres eſſe volebat; quod & factum eſt, prout in ſequentibus plene patebit; nam puer ille brevi tempore defunctus eſt; mater vero, cui idem junctus erat filius, unigeniti ſui orbata ſolatio, deflens & ejulans mortem nati, & ipſa in pace Chriſti quievit. II *Filio, & uxore mortuis,* *d* F

3 Nec longo poſt temporis intervallo Hroznata, vir fortis animi & conſtantis, ob mortem uxoris, & filii luctum, & mœrorem habitum depoſuit: ſummoque jactans in Dominum cogitatum, ſagaciter diſquirebat, qualiter de tantis rebus ſibi a Deo collatis, tam rationabiliter ordinaret, ut conſpectui divino placeret. Hæc apud ſe ſolicite cogitans, dictum Apoſtoli mente revolvit: Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Sicque in caſtitatis propoſito confirmatus, labentis mundi ſtatum, & brevitatem vitæ humanæ, ad cordis oculos reducebat, moxque mutatur * in virum perfectum, ex intimis cordis penetralibus *, ſpem omnem, quam habebat in ſæculo, dereliquit: jam non uxorem, non honores, non divitias mundi quærens; ſoli Deo placere ſtudebat; ex illo grege fieri cupiens, quem Dominus in Evangelio alloquitur, ita dicens: Nolite timere puſillus grex, quoniam placuit patri veſtro, tradere vobis regnum; & quia neſcit tarda molimina III *mundi tumultuosa conſideratio; ſtabilitatem & religionem meditatur.* * *al.* mutatus * *al.* modulis

Digitized by Google

A limina ſancti Spiritus gratia, quod corde, Domino inſpirante concepit, id, eodem cooperante, opere ipſo intrepide adimplevit.

IV *Adventi nationem ſuæ accingit, Hieroſolymam verſus;*

5 Felix igitur Hrozonata, ſicut in temporalibus rebus gerendis incomparabiliter exiterat ſtrenuus; ita poſt Excelſi dexteræ mutationem, ſupra humanam æſtimationem, factus eſt Deo devotus. Recolens enim veritatem Evangelicæ lectionis, dicentis: Niſi quis renunciaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: & alibi: Qui non acceperit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt [me] dignus. Crucis dominicæ ſignaculo inſignitus *e*, & æſtuans interius amore Dominicæ Paſſionis, ad terram ſanctam Hieruſalem proficiſci anhelat *f*, ut impleat Pſalmiſtæ verba dicentis: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. In quo propoſito conſtanter perſeverans, cumulatis expenſis, ſuiſque ſequacibus comitatus, dulce ſolum patriæ deſerens, deſtinatum arripit iter *. Verum ad littus maris perductus, pelagi latitudinem, fluctuumque commotionem, & tranſitus difficultatem anxius ſuſpicatur, & quidquid ſuperſit agendum, pavidus meditatur.

e

f

* *al* propoſitum carpit iter.

B

6 Tandem animi deliberatione detentus & timore, qui poterat cadere in conſtantem, *g* perculſus, divina providentia ſic diſponente, mare deſeruit, voti tamen peregrinationis conſcius, & arbitrio diſcretionis cautus penitus & inſtructus, quod nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei, Romam diſpoſuit proficiſci, Apoſtolorum limina ſitibundo pectore deſiderans viſitare, & Summi Pontificis conſilium ſuper ſui ſtatus & propoſiti qualitate anhelans devotus audire. Profectus exinde, celeritate matura, pacis ipſum Angelo præcedente, promptus & alacer pervenit ad Urbem, ubi a Papa Cæleſtino *h*, qui tunc temporis navem ſanctæ Eccleſiæ in tempeſtuoſis mundi fluctibus gubernabat, honorifice eſt ſuſceptus. Cui adventus ſui cauſa expoſita, ſeriatim ſummi Pontificis inſtruitur conſiliis, & conſolationibus roboratur ore ſuæ Beatitudinis, dicentis: Non eſt voti dicendus tranſgreſſor, qui, quod vovit, auctoritate Sedis Apoſtolicæ diſtulerit adimplere. Nec fracti voti aliquatenus reus habetur, qui temporale obſequium, ad divinum cultum perpetuum noſcitur commutare. Unde, cum univerſis ſit liberum arbitrium in vovendo, uſque adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votum, ut ſine propriæ ſalutis diſpendio aliter non liceat, niſi ex ſuperioris diſpenſatione provida, reſilire. Ex cauſa enim probabili decrevimus, quod recompenſatio voti ſit melior, quam peregrinatio in hac parte, & Deo magis accepta. De plenitudine itaque poteſtatis, pro voto Hieroſolymitano, ſub forma tecum, fili cariſſime, diſpenſamus, ut ad honorem glorioſæ Virginis Matris Chriſti, fundes clauſtrum *i* ſub obſervantia Præmonſtratenſis Ordinis regulari, & dotes abunde, quod plurimis idoneis laudis divinæ præconibus, & miniſtris ſibi congruentibus adornatum, mœrentium & plangentium, propter Crucis Chriſti meritum ſit remedium ſingulare.

v. ſed periculo tertius, pedem revocabit, ac Romæ vota ſolvit.

g

h

i

7 Hrozonata vir inclitus, alacri animo & conſtanti, Summi Pontificis verba ingenti maturitate prolata, pectore hauriens ſitibundo, ad pedes Præſidentis humi proſternitur, & lacrymans devotione ſincera & humili gratias agit, quod fluctuantis animus manſuetudine reſponſionis paternæ refectus, conſcientiæ ſecuritate lætetur. Et tanto ferventius propoſito ſibi conſilio ſalutari annuit gratulando, quanto copioſius illud idem poterat & ſperabat ſe poſſe perducere ad effectum, maxime cum illis temporibus nobilitate generis, divitiarum affluentia, Bohemos præcelleret univerſos. Datis itaque opibus Summo Pontifici, & remuneratis Dominis Cardinalibus larga manu, benedictione accepta, urbem reliquit, & voti commutatione k ſalutifera recreatus, in Bohemiam proficiſcitur hilaris & jocundus.

EX IMPRESS. VI *Obtinuit domui dominum reverſus;*

k

7 Proſperatus in itinere, venit in Bohemiam, patriam *l* ſuæ nativitatis optatam; ubi corpori, laboribus in itinere fatigato, aliquantula quiete indulta, locum amœnum quærit & aptum, in quo ad laudem Dei & honorem Virginis glorioſæ, fundamenta, clauſtri primordia, jaciantur: & invento loco, in quo nunc monaſterii altitudo conſurgit, corruens in terram, ſic ait: Qui de Virgine naſci dignatus es, præpara in hoc loco habitationem ſervitiis tuis aptam. Et ſurgens ab oratione, ligone arrepto, profundius terram ſulcat, & aliquot cophinos terra onuſtos, de fundamento primus in humeris ſuis m portat, nomenque cœnobio indidit Tepla *n*, a civitate vicina *o*, quæ ab incolis vulgariter Tepla vocatur. Eſt autem clauſtrum fundatum in optimo ſolo terræ; nam ſitus loci aliquantulum eſt ſublimis, ab uno latere cinctus ſilvis & pratis, varietate florum undique purpuratus, fluentibus in medio aquis irriguis & piſcoſis, agentibuſque * circulares ambitus molendinorum commoditate opportunus *, ſanus præterea & religioni admodum conveniens.

VII *monaſterii Teplenſis fundamenta molitur manibus Hrozonatæ*

l

m

n

o

* *al* pellentibus

* *al* humanis habitationibus opportunus

9 Locus, inquam, gratia divina perfuſus, in quo Domino militantes, de bonis fiunt meliores, & de melioribus optimi, de virtute in virtutem gradatim proficientes, prout per effectum clarius luce liquet. Nam religione creſcente, licet plantatio ſit novella, inter alias tamen profeſſiones religionis ejuſdem, in ædificiorum ſtructuris, prædiis & redditibus, Deo incrementum præſtante, proſperatur & creſcit: ut taceam de monaſterio S. Mariæ Virginis, Matris Chriſti, Patronæ ipſius; quod in altum erectum, quam inexpugnabili *p* opere ſtructuræ moris etiam validis & excelſis, columnis ſublimibus, teſtudinis firmitudine & pulcritudine ſulciatur, ornatu interius rutilans, campanarum ſonore * præcelleus, ut nihil ſupra per omnem regionem illam, vel fuiſſe, vel futurum eſſe celebri ſermone feratur. Et quia hactenus ſummo omnium rerum Auctori minime placuit, ut adhuc amplius & dignius reſplenderet, quam plurimis *q* tamen Deo pſallentibus præconibus, & miniſtris ſibi competentibus, ſub regula S. Auguſtini, Ordinis Præmonſtratenſis, laudabiliter converſantibus adornatum perpetuo claret *.

Virginis d. ornatum

p

* *al* ſonoritate

q

* *al* adornatum eſt.

10 Ejs fratres, qui antea intentas ad li-

EX IMPRESS. VII *apparuta stella in ejus dedicatione.*

A brum, & corda ſurſum habetis ad Deum, quos Mater miſericordiæ, in miniſtros, imo potius ſibi in filios adoptavit: audite, audientes me, & collaudate veſtram unanimiter Advocatam. Etenim quando Teplenſis eccleſia a venerabili Patre, Domino Joanne [r] felicis recordationis ſanctæ Pragenſis Eccleſiæ epiſcopo menſe Auguſto [s] dedicabatur, nobis admirandum, & poſteris apprime *recolendum ſignum in cælo divinitus eſt oſtenſum. Nam ſuper ipſum monaſterium Matris Chriſti, ſtella lucidiſſima [t] fixa ſteti, videntibus & admirantibus, qui aderant, univerſis; eo præcipue tempore, quo ſol ferventior, & aer ſerenior eſſe ſolet, quæ tam diu lucis ſuæ radios miniſtravit, non ſolum ad conſummationem dedicationis eccleſiæ, verum etiam dedicatione completa, per totam diem humanis obtutibus viſibilem ſe oſtendit, donec nocte ſecuta inter alia cæleſtia radiaret *al inter alias ſtellas lucis ſuæ radios miniſtravit lumina *. Quid, inquam, Fratres? Quid per ſtellam ſignificari credimus, niſi divinam gratiam, quæ ſuæ Genitricis precibus nos prævenit, & ſequitur. Poſſumus etiam per ſtellam intelligere Matrem Domini, quæ ſervos ſuos, in hujus maris amaritudine laborantes, in viam pacis dirigit & deducit B ad portum; vos, inquam, ſpeciales ſervos ſuos, qui in clauſtro Teplenſi, ubi illa ſtella apparuit, ſpiritualem ſub regulari diſciplina militiam exercetis; perſeverate igitur viriliter dimicantes, & accipietis regnum æternum [u].

ANNOTATA.

a *De Przemiſlao, ejuſque cognomento dictum in Commentario prævio.*

b *Pluribus jam de hoc nomine egimus.*

c *De origine* B. Hroſnatæ *ſupra.*

d *Hic & alibi præpoſterus eſt Biographus: de quibus vide chronotaxim.*

e *Ita reſtitui hunc locum, pro eo, quod hic & apud Balbinum legitur:* Non eſt dignus crucis Dominicæ ſignaculo, inſignitus & æſtuans, *&c. Correctio noſtra videtur probari ex antiquo titulo paragraphi:* De voto crucis, & itinere verſus Romam. *Pro quo opinor legendum:* De voto crucis, & itinere verſus Hieroſolymam: *nam toto hoc paragrapho nec nominatur* Roma *vel* Romanum iter; *ſed ſequenti tantum. Clariſſime ſe explicat* Hroſnata *in teſtamento, quod condidit ante iter Hieroſolymitanum, ſupra num.* 7: Ego Dei nutu ſignatorum ſanctæ crucis veſtigia ſequens, & ſepulcrum Domini Salvatoris in- C viſere cupiens, *&c. Notiſſima Cruce ſignatorum per iſta tempora expeditionis. Hagecius Wladislaum Bohemiæ Ducem, ac dein Regem refert cruce aſſumpta & collectis bellatoribus in Bohemia, anno* 1149 *Hieroſolymam profectum eſſe, & ſtrenuiſſime prœliatum, fuſo Rege Babyloniæ.*

f *Summis votis ad hanc peregrinationem anhelatum præſertim poſt recuperatam a Godefrido Bullonio Urbem ſanctam in fine ſeculi* 11: *quin addit Balbinus Syntagm. pag.* 82, ex Bohemia Hieroſolymam ſæpe itum; ſed publice, & armatos omnes ter eo proceſſiſſe, annis 1149, 1152, & 1163: *eaque* Majorum pietatem fuiſſe progreſſam, ut ipſam terram, quam ſanguis pro nobis effuſus, & divina Chriſti Servatoris noſtri veſtigia ſignaſſent, rapere, & in Bohemiam ſuam plenis corbibus refer- D re gauderent. Hac terra ſancta magnum illud cœmeterium ad Sedlez impletum eſt. Idem factum in campo, quem ob eam rem Sanctum dixere: idem etiam Pragæ in parvo illo cœmeterio ad S. Vitum e regione ſepulchri S. Adalberti; qui locus ob ſanctitatem muris quibuſdam concluſus eſt.

g *Balbinus pag.* 83: Plato moriens doluiſſe inter alia dicitur, quod mari vectus eſſet eo, quo terra pervenire licuerat. *Maris horrorem expreſſit Horatius lib.* 1 *Odarum, Ode* 3; *& Terentius Hecyr. Act.* 3, *ſc.* 4. *Loco* tandem animi *uſque ad* mare deſeruit, *incluſive, Balbinus habet*: tandem animi puſillanimitate devictus, & timore, qui poterat cadere in conſtantem virum perculſus; ut ita dixerim, mare vidit & fugit.

i *Iis, quæ jam de fundatione hac præmiſimus, adjungi poſſunt ex Balbino fundata varia Præmonſtratenſibus eodem ſæculo* 12 *cœnobia; quæ ipſe recenſet pag.* 83.

k *Hoditedum, & forte etiam jam tum vota tranſmarina commutanda reſervabantur ſummo Pontifici.* E

l *Quo determinato loco in Bohemia ſit natus.* B. Hroſnata, *nondum memini me apud antiquos legere.*

m *Præiverat Beatum Conſtantinus Magnus, qui, ut tradit Baronius ad an.* 324, ablato diademate capitis, exuens ſe chlamyde & accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamenta Baſilicæ (*Vaticanæ*) conſtruendæ: dehinc ob numerum XII Apoſtolorum, duodecim cophinos terra plenos ſuppoſitis humeris bajulans aſportavit. *Factum hoc etiam narratur in horis Canonicis die* 18 *Novembris. Adjungit Balbinus pag.* 84, *quod* Rex Bohemiæ Wratislaus, cum S. Petro, Apoſtolorum Principi, templum magnificum ac regium in Wiſſehrad, quod poſtea hæreticorum manibus diutum eſt, fundaret, non modo 12 cophinos ruderum extulerit, ſed præterea fundamentalem lapidem ſuis humeris attulerit, & in fundamentis compoſuerit. *Apud Hagecium, quem citat, anno* 1088 *in Hiſt. Bohemiæ, ex Bohemico in Germanicum verſa a Joanne Sandel, de allato a Rege ſuis humeris lapide fundamentali* F *nihil lego.*

n *De ſitu loci ac etymo vocis hujus ſat dictum.*

o *Balbinus:* Nomenque indidit Tepla: a vicino burgo, qui *&c.*

p *Balbinus*: inexplicabili.

q *In aula regia ſeu Zbraslavienſi monaſterio* 300 *religioſos aliquando, in Sedlecenſi etiam* 500 *numeratos, ex hiſtoriis refert Balbinus hic.*

r *De iſto Joanne jam ſatis.*

s *Alium ex Balbino menſem produximus. Res geſtæ ordine hic non cohæret ex dictis, cum din poſt mortem Beati contigerit.*

t *Simile exemplum de monaſterio virginum Strahovienſi in Sileſia memorat Balbinus pag.* 85, *circa hæc ipſa tempora contigiſſe, citans Hiſtoriam B. Virginis in S. Monte; quæ abſque dubio erit* Diva Montis ſancti, ſive Origines, & miracula magnæ Dei hominumque Matris Mariæ, quæ in Monte ſancto regni Bohemiæ colitur, *ab ipſo edita Pragæ* 1665, *ut notatur in Bibliotheca Societatis noſtræ.*

u *Hinc & aliunde probavimus, Biographum fuiſſe Præmonſtratenſis Ordinis, & monaſterii quidem Teplenſis religioſum.*

CA-

A

CAPUT II.

Fundat monasterium Chotiessowiense : Romam redit, ubi privilegia impetrat; Institutum Præmonstratense; Regis Bohemiæ favores; miraculose a Deo servatur.

a EOdem temporis curriculo *a*, claustrum Cho-
b tiessow *b* in laudem Dei, & honorem S.
11 Wenceslai Ducis & Martyris, ac Patroni Bo-
Ad honorem S. Wenceslai fundat Chotiessow; ubi soror ejus vitæ
B
c
* *al.* sublato de medio
d
hemiæ fundavit, & dotavit abunde, rebusque utensilibus adornavit, & conventum sanctimonialium *c*, sub eadem regula Domino famulantium instituit, in quo etiam domina Woyzlava, soror sua germana, viro suo Cracoviensis urbis Præfecto orbata *, sub observantia castimoniæ viduitatis in sanctæ conversationis studio perseverans, in competenti sibi habitu, quem viduæ hujusmodi consueverunt deferre, in congregatione sororum advocatæ gerens seu patronæ officium, annis pluribus supervixit, ad extremum in pace Christi quievit; cujus corpus ibidem in medio monasterio est honorifice tumulatum *d*.

12 Ædificatis & dotatis claustris prædictis, Romam revertitur iterato. Deinde expetens colloquium Summi Pontificis, exponit reverenter eidem de prædictorum claustrorum ædificatione & provisione, petens humiliter & devote recipi eadem cum suis pertinentiis in protectionem Sedis Apostolicæ specialem; postulat etiam ut de consueta Sedis Apostolicæ gratia, usus pontificalis insulæ *e* Abbatibus loci ejusdem pro tempore succedentibus concedatur. Verum Summus Pontifex fiduciam postulantis, ipsiusque attendens constantiam, considerans etiam devotionis ipsius ipsius favorem *, in duorum claustrorum immensæ liberalitatis munificentia declaratum, preces interpellantis admittit, & tribuit postulata, receptis omnibus supradictis in protectionem Sedis Apostolicæ specialem, & *ut in Bohemia cunctis ejusdem Ordinis ecclesiis celsior videretur Teplensis ecclesia, privilegiis Apostolicis munivit eamdem, militis mores & industriam laudibus attollendo.

x *Romam profectus promovet monasterio Teplensi privilegia:*
e
C
* *al.* servorem
* *al. additur* perque insignia

13 Nec mora, vir strenuus Hroznata, tanta favoris gratia a Sede Apostolica sentiens se præventum, ut Deo se bene meritum exhiberet, & ut non in parte, sed in toto divino conspectui hostiam se offerret, habitum Præmonstratensis Ordinis de manu Pontificis dari sibi petiit, quem etiam ibidem assumpsit. Igitur vestibus professionis indutus, & benedictionibus Apostolici culminis jocundatus, pedes Domini Papæ deosculans & amplectens, agit gratias pro beneficiis universis, & licentiatus ibidem exit ad suos proceres, de milite frater factus, quem proceres præ foribus expectabant*. Milites mutatum habitum Domini, gravi animo intuentes, & adeo repentinam mutationem ipsius stupentes, lacrymas multiplicant & dolores. Vox una plangentium: Cur nos Pater deseris? Cur nobis vitam adimis? Num vive-

Habitum Præmonstratensem indutus, & benedictus.
* *al.* præcedit: Proceres ipsum præ foribus exspectantes

re amodo poterimus, unico post Deum solatio destituti? Certe melius fuisset in tali patria peremptis gladio, quam in terra aliena orbari patrono. Ut quid de domibus parentum eductos orphanos reliquisti? Ac ille inter plangentes, amictum, & vultum angelicum repræsentans, conversus ad suos, sic ait: Desistite torrentem fundere lacrymarum, quasi hæc mutatio a divina non prodeat voluntate: cum scriptum sit: Sine me nihil potestis facere; sed potius Dominum in suis operibus magnificate, qui vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt. Inter verba hujusmodi ad hospitium, in quo morabantur, pariter pervenerunt, ubi omnibus caritatem fratris Hroznatæ volentibus experiri, cibi & potus abundantia hilariter administrabatur: adeo quod ex eo fama hospitalitatis ipsius quotidie augebatur.

D
EX IMPRESS.

14 Prospere itaque secundum vota rebus omnibus succedentibus * novus tiro militantis Ecclesiæ, ab Urbe rediens, ad propria remeavit. Itaque cum se in Bohemiam recepisset, percunctatus in qua parte terræ Przemisl inclitus Rex maneret, iter suum ad ipsum divertit, & ejus aspectui se in novo habitu præsentavit. Rex vero Przemisl ex innatæ generositatis mansuetudine, surgit de solio suo, fratremque Hroznatam, ad osculum recipit, ipsoque a dextris suis locato, de rumoribus & modo conversionis suæ diligenter inquirit. Porro frater Hroznata, post diversos hinc inde tractatus habitos, flexis genibus coram Rege, regiæ clementiæ preces offert, ut ea, quæ Domino inspirante, auctoritate Sedis Apostolicæ, cura voventis sunt consummata, regalis auctoritas ratificare dignetur, & eadem suis privilegiis confirmare. Surgunt ad hæc præsentes universi regni Magnates, & una cum fratre Hroznata, ad pedes regalis magnificentiæ procidentes, pro ipso supplicant, cum ipso acclamantes, hoc pium Regem facturum, quod suadet pietas, & dictat honestas. Annuit regalis munificentia petentibus, & petitis, & universis bonis prædictorum piorum locorum in spiritualem protectionem receptis, ea suæ sublimitatis privilegiis roboravit. Agunt omnes ingentes gratiarum actiones Regi * & F. Hroznatam magno venerantur affectu; bonorum omnium auctorem Deum, unanimiter glorificantes, qui servos suos & in terra mirificat, & in cælo gloriose coronat.

* *al.* Prosperos itaque ad vota successus
F
* *al.* Attollunt omnes dignis gratiarum actionibus regiam liberalitatem

15 Vir Deo devotus, frater Hroznata voti compos, gratia regali præventus, inde venia petita * abscedit, conducentibus ipsum Majoribus regni, ad locum, in quo eum turba suorum equitum expectabat, ac optantibus sibi prosperum rerum omnium successum; quibus gratiam referens *, equum ascendit, & itinerando processit. Deinde paululum progrediens, manus ad cælum extendit, laudans clementiam Salvatoris, quod in omnibus suis actibus misericorditer sibi dignatus est adesse: proinde oravit diutius cum lacrymis, ut Deus, qui bonum opus incepit, perducere ad finem dignetur. Et ita ad suum patrimonium se recepit, excipientibus eum cognatis, & amicis, & habitum suum mirantibus, omnibusque præ gaudio flentibus, quod receperant eum sanum. Itaque in clau-

xi *Ad suos reversus, & hospitaliter receptus, creatur Præpositus:*
* *al.* licentiatus
* *al.* regratificans immensum.

Digitized by Google

EX IMPRESS.

A stro suo Teplensi cum jocunditate receptus, in eodem Deo obsequebatur & Prælato sub obedientia regulari. Præter hæc & alia opera, Deo placentia, quia nefoit tarda molimina S. Spiritus gratia, imperante Joanne Teplensi abbate, in virtute sanctæ obedientiæ, licet invitus & renitens, prædictorum claustrorum Præpositus & administrator effectus, in suo strenue officio invigilabat, humilitatis exemplo, obedientiæ promptitudine, patientiæ studio, intuentibus admirabilem, & imitabilem se præbendo.

contumeliis afficitur, claustrum deserit.

16 Tandem inimico humani generis, qui bonis actibus invidet, discordiam seminante, a prædicto Abbate afficitur injuriis, & contumeliis lacessitur; adeo, quod persecutioni patientiæ scutum opponens, priusquam contra bonum obedientiæ aliquid attentaret, maluerit ad tempus iræ cedere, & claustri mœnia declinare (habitum nihilominus reti-

B nens, & a regulari non exorbitans disciplina) donec amicorum copia & cognatorum

* *al.* addit*ur* adventi desiderabilis

suorum potentia, Abbatis prædicti tumida compesceretur præsumptio. Postea ad claustrum honorifice revocatus est, & receptus a Fratribus cum jubilo *.

Inter alia prodigia narratur in lucem exanimis editus,

17 Nunc ad hujus sortis athletæ victoriam, vitæ cursum, & finem, simulque miracula, quæ Deus magnifice est operatus in vita, & in morte per ipsum, stylum vertamus, ut nihil nostræ desit narrationi, per quod & Dei magnalia prædicentur, & sui electi Hroznatæ merita, congruis laudibus extollantur. Domina Woyzlava, de qua superius tractavimus, adhuc vivente & referente *f*, aliisque fide dignis asserentibus talia sunt audita, quæ assertione veridica in medium proferemus. Et primo quidem, de hujus egressu ex utero matris

f

sum, qui abortivus & exanimis in lucem editus fuit g. Unde genitrice sua partum mortuum abhorrente, & ut a facie ipsius quantocius sepeliendus portaretur, prout præ debilitate poterat, innuente, obstetrix, quæ Dominæ parturienti obsequebatur, infantem mortuum tenendo in brachiis, ad Dominam suam vocem extollit, iterum & iterum acclamando: Accipe, Domina, infantem ad manus, & offer eum B. Mariæ, Matri Christi; per

g

C cujus partum illuminatus & vivificatus est mundus. Et cum mulier fide plena, hæc, & his similia suæ Dominæ sæpius replicasset, tandem illa studio interpellantis quasi coacta, corpus pueri exanime, tremens ac stupens, accipit inter manus, flexisque genibus & ad lacrymas resoluta, oculis & manibus ad cælum erectis, devoto cordis affectu oravit, dicens: Domine Jesu Christe, qui pro salute generis humani de Virgine carnem assumere & mori dignatus es, ut mundum æterna morte damnatum vivificares, vivifica, quæso, hunc infantem exanimem, ad honorem gloriosæ Virginis Matris tuæ, cui ipsum offero, & ad laudem majestatis tuæ, qui es benedictus in sæcula.

Deipara ejulavit, utrumvi-vescit.

17 Mirus res, & stupenda *, ad hanc vocem corpusculum, paulo ante frigidum & rigidum, calidum & molle paulatim efficitur & consequenter ibidem anima infusa divinitus, puer oculos aperit, & more infantium vagientium vocem emittit. Ad vocem pueri mater stupet, & gaudet, & mutationem Ex-

* *al.* mirisque attollenda laus divina

celsi dexteræ admiratur, porrigensque pue- D
rum obstetrici, humi prostrata cum lacrymis & intimis suspiriis, humiliter gratias agit Deo, Matremque misericordiæ dignis laudum præconiis benedicit, quæ non deserit in se sperantes, & cujus filius est vita & resurrectio mortuorum.

Rota ejus solvitur, illæsus permanet.

18 Grande & aliud miraculum libet huic operi inserere, cui & pietas consentire, & veritas suadet firmiter credere. Etenim quodam tempore mater Hroznatæ cum filia sua Woyzlava ferebatur in curru, filium fovens in sinu; quem cum Woyzlavæ sorori porrigeret tenendum *b*, incauta manus puellæ *b*
puerum cadere permisit in terram, ubi rotis in tenera ipsius carne se volventibus, extanto periculo salvus tamen & illæsus evasit, matre & sorore sua una cum præsentibus laudem liberatori Christo Domino conclamantibus *i*. *i*

Rotæ solvuntur, illæsus permanet.

19 Inter alia virtutum & miraculorum insignia, accidit & hoc ingens signum. Nam Cracoviæ, ubi S. Stanislaus Martyr & Episcopus *k*, signis & miraculis nostris temporibus coruscat insignis, soror Hroznatæ, urbisejusdem præfecto quondam matrimoniali copula juncta fuit, ubi Hroznata sororem secutus, factus jam bonæ indolis adolescens, cum suis coætaneis super fluvium Vistulam lodens absorbetur ab unda, in quo ab hora diei tertia, donec advesperasceret, jam quasi mortuus occultatur. Tandem ubi ad sororem ipsius hujusmodi fama perlata est, ea tamquam extra se rapta, & subito cursu sola contenta tunica, de Fratris vita anxia, cucurrit ad flumen, & loco ubi mersus fuerat adolescens, sibi ostenso, diversis piscantium instrumentis, ut saltem extrahatur mortuus, præcipit attentari. Quibus incassum laborantibus, juvenes aderant, peritiam natandi habentes: hi vestibus a se rejectis, ad ima gurgitis natando descendunt, & ecce unus ex illis, Hroznatam capillo capitis secum trahens de aqua, ante Dominam, rei eventum spectantem, posuit super ripam. Quantum tripudium soror de fratre unico redivivo habuerit illa vice, ille discutiat, cuicasus similis accidisset. Scisciante autem Domina, post luctus depositionem de casu, & quomodo tanto tempore sub aqua vixisset, respondit: Quod videbatur ei, qualiter quædam Domina miræ pulcritudinis, forma prædita virginali, F
manus super verticem ipsius, interim quam diu erat in aqua, continuo tenuisset, quæ non sinebat ipsum undis involvi, sicut ei videbatur, Matrem gratiæ, & Reginam misericordiæ, mediatricem Dei & hominum esse credebat. Hinc ad honorem Virginis, carmina jocunditatis & lætitiæ personabatur, & exinde Hroznata concepit in animo, beatæ Virgini, liberatrici suæ, præstare obsequium, quod postea se & sua omnia eidem tradens, devotus implevit *l*. *l*

Rotæ solvuntur, illæsus permanet.

ANNOTATA.

a *Non erat combinanda hæc fundatio cum prioribus et progressa dedicatione; sunt prænuntiatæ.*

b *Balbinus dicta pag.* 85, *spectata origine vocis Bohemicæ censet scribendum* Chotiessowiense: Chotiessow enim .. domicilium sponsarum uno verbo Græce diceres παρθενῶνα, aut potius

A tivs μνήσεσθαι (nam chotie', *inquit pag.* 31, apud nos ſponſam recentem ſonat) *locum illum, in quo nunc Virginum cœnobium conſiſtit*, Dworziſſkie *appellatum fuiſſe in veteribus manuſcriptis inveniſſe ſe aſſerit*.

c *Balbinus*: Dominarum: *additque conjecturam videri forſan ſcriptorem velle inſinuare vi primæ fundationis non modo virgines, ſed etiam viduas in cœnobio hoc recipi poſſe. Verum cum alia iſti ſo habeantur in noſtro textu; neque ſatis conſtet, quanam ſit melior; hinc aliquid conjicere, eſt divinare.*

d *Obſervat Balbinus hic*, corpus (*illud*) nunc in templi Chotieſſowienſis medio, elevato alte e terra lapide, ut Sanctorum apud nos corpora ſepeliri conſueverunt, ſpectari. *Unde arguas vel corpus hoc ex prima ſepultura translatum, vel aliam hujus monaſterii diſpoſitionem fuiſſe quam poſt fuerit*.

e *Infulas antiquitus non omnibus abbatibus promiſcue fuiſſe conceſſas, ſed aliquibus ex ſingulari* B *privilegio; colligitur ex cap.* ut Apoſtolicæ, *de Privileg.*; *in 6. Hoc etiam tempore dari Prælatos non infulatos, cuilibet notum*.

f *Hinc ſynchronum fuiſſe Biographum; quo tempore autem ſcribebat, ætate diximus proximum*.

g *Balbinus legit*: Et primum quidem de hujus progreſſu ex utero matris ſuæ, qui abortivus & exanimis ab exordio, ſi dici poteſt, nativitatis proceſſit in mundum.

h *Hinc liquet Wenceslaum majorem natu fuiſſe quam* Hroſnatam.

i *Miratur in ſuo exemplari detegit Balbinus*: Cum enim, *ait*, *pag.* 86 narraſſet Auctor, B. Hroſnatam in rocas incidiſſe, non explicata evolutione & liberatione; ſtatim Chriſto liberatori laudem eſſe conclamatam dicit. *Textus noſter ſat clarus. Textus ipſius ſic habet*: ſubito rotarum vertigine ſe volvente, caro tenera ſubrogatur, & laus liberatori Chriſto Domino conclamatur.

k *De ipſo actum die 7 Maji, non occiſo, ut ibidem dicitur, ante annum* 1079.

l *Miracula hic inſerta, ordine temporis nec cum antecedentibus nec cum conſequentibus cohærent; ſicut obſervatum ſupra*.

C

CAPUT III.

Mortis præſagium; captivitatis arumna; mors, ſepultura, apparitio, miracula, annua memoria.

XIII. *Chotieſſowii degunt in ædes poſitus.* * *al.* recapitulatum eſt

PRocedente tempore, defuncto marito Woyslava, ipſa in viduitate permanſit, & ſicut in præcedentibus dictum eſt *, ad bona fraterna in Chotieſſow ſe recepit, revolvens in animo, quot, & quanta mirabilia in fratre ſuo Hroznata divina ſit gratia operata, cupiens ſibi jungi præſentia corporali omni tempore vitæ & mortis. Quæ, dum in Chotieſſow, in habitu viduali jugiter Domino ſerviens diutius permanſiſſet, contigit fratrem ſuum Hroznatam ibidem gravi decumbere infirmitate; ubi cum Woyslavæ, & ſororum ſuarum inibi manentium conſolaretur præſentia & affatu, res digna miraculo accidit, quæ fuit præſagium futurorum. Nam

idem quaſi poſitus in extaſi, aka voce clamavit: En capior, & ab hoſtibus ducor; ſororibus ad hæc verba ſtupentibus, & reſpondentibus; nulli ipſum captivitati eſſe obnoxium, ſed in domo ſua, divina voluntate, infirmitate jacere depreſſum, accidit quod dixerat in ſpiritu prophetiæ. D EX IMPRESS.

a1 Nam non multo poſt decurſo tempore, redditus ſanitati, ipſo die aſcenſionis Dominicæ, pure confeſſus & vere contritus, Fratres ſolicitat, ut cantent fortiter, & ut orent pro ipſo, & ſic cum devotionis & humilitatis ſtudio, de ſacro altari Corpus & Sanguinem Domini profuſis lachrimis ſumit reverenter, in tantum gratiæ compunctionis præventus, quaſi jam deberet ſpiritum exhalare, & benedictione ab Abbate, & Conventu accepta, proficiſcitur in Hroznetin *a*, ad bona eccleſiæ viſitanda. Hic a quibuſdam ſuis æmulis, de Egreuſi provincia, (quos ideo quia contra ipſorum impetus, prædia clauſtrorum ſuorum viriliter defendebat, inimicos habebat) ipſum explorantibus ibi eſſe, capitur, & tractus carceri mancipatur *b*, fame, ſiti, frigore, & diverſis pœnarum aſperitatibus, extorquendæ ab ipſo pecuniæ cauſa cruciatur. At ille omnia pro nomine Domini ſuſtinens patienter, inter tormenta ſecurus, ſine intermiſſione orabat, quatenus ipſum ad ſe vocare cum palma martyrii dignaretur. *morum præfegit in carcere dire vexatum* a b

a2 Porro Abbas, & Fratres clauſtri Teplenſis, conſolatione Patris & ſui Patroni orbati, inter ſuſpiria, lachrimas, & dolores, pecunia pro facultatibus ſuis congregata *, eamdem pro redemptione ſua effundere ſunt parati. At ille ſitiens pro dulciſſimo Jeſu fundere dulcem vitam, potius elegit morte conſumi, quam cum novellarum plantationum redimi detrimento. Unde Abbatem & fratres, in virtute Dei conteſtatur, & prohibet, ne pro vita ipſius redimenda etiam denarius unus detur; quin imo cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, rogat ne martyrium ipſius impediatur; & ſic bene meritus miles, pro rege ſuo *c* agonizans, ad mortem ingreditur, cum palma martyrii, in cœli aula cum Chriſto perenniter regnaturus. *redimi abnuens patiur, quam non mori in carcere.* * *al.* immenſa pecunia congregata c F

a3 Peremptо itaque fortiſſimo Chriſti milite, & Confeſſore * Hroznata, o quantus luctus hominum, quanta præcipue lamenta Teplenſium! filiis patrem, fratribus fratrem, monaſteriis deflentibus fundatorem, cum ſingultibus & ſuſpiriis dicentibus univerſis: O pie Pater Hroznata, quis humilior? Quis te religioſior? Quis obedientior? Nonne tu quandoque ab abbate Joanne, quem nobis præfeceras *d*, contradictionem & perſecutionem patienter tuliſti? Nonne affectus injuriis & contumeliis ab eodem fuiſti, & numquam tamen patientiam perdidiſti? Quis umquam iſta audit *? Quis vidit talia? Fundator & clauſtrorum dotator, heres, dominus & patronus, tantum nobis exemplum patientiæ reliquiſti? Beata anima, quæ agonem certaminis glorioſi uſque ad cumulum victoriæ perduxiſti? Nam cum vita ſit omnium rerum chariſſima & pretioſiſſima *, majorem charitatem habere non potuiſti, quam ut animam tuam pro Chriſto, Fratribus, & amicis poneres. In patientia tua, tuam animam poſſedi- *magno ſuorum luctu.* * *al.* & profeſſione Ordinis confeſſore d * *al.* audivit? * *al.* nam cum mors ſit omnia linea rerum

Digitized by Google

A sediſti. Et certe ſine effuſione ſanguinis, adverſa fortiter tolerando, Martyr fieri potuiſti, ſed ne aliquid tibi ad aſſequendam gloriolam coronam deeſſet, bonus Paſtor animam tuam pro ovibus poſuiſti.

EX IMPRESS.

24 His & aliis modis intrinſecos cordis & doloris aculeos geſtibus extrinſecus oſtendentes, unanimi voce dicunt: Feſtinemus ad ſinum matris deferre corpus chariſſimi & beatiſſimi Patris noſtri, ſicque dato pro *ipſius* corpore certo pretio *, qui vivus redimi noluit, mortuus eſt redemptus. Extractum de ſqualore carceris exanime corpus ad lucem, circumſpicitur diligenter, & invenitur in omnibus artubus incorruptum, veſtitum habitu profeſſionis aſſumptæ, tamquam ſi viveret, & zona præcinctum ad lumbos, quod poſitum in feretro, ad clauſtrum Teplenſe cum reverentia eſt delatum: Ubi ſuſceptum honorifice, funeris de more celebratis exequiis, ante majus altare ſepultum, in perpetua beati corporis veneratione quieſcit.

Corpus pretio redemptum, ac Teplæ ante majus altare ſepultum.

* *al.* immenſa pecuniæ quantitate.

B

25 Placuit non incongrue de venerabilis hujus Patris virtutum miraculis, quæ majorum noſtrorum veridica relatione memoriæ ſunt prodita, ſuccincta narratione perſtringere. Nam eadem nocte, qua Domino ipſum ad ſe vocante, deceſſit, famulo ſuo qui vinctus catenis ferreis in carcere tenebatur, in amictu adeo candido apparuit, ut carcer ex eo immenſo lumine reſplenduerit vincto ſtupente, & ſuper claritate vultus ſui, admirante. Ad quem vir Dei: Surge velociter, & vade ad Fratres meos Teplenſes, & annuntia eis, ne amodo ſint ſolliciti de mea redemptione, quia jam de hac vita in confeſſione Chriſti migravi, & ut corpus meum hinc ad clauſtrum delatum, ibidem mandent eccleſiaſticæ ſepulturæ. Hæc & his ſimilia viro Dei dicente, vincula omnia famuli, quaſi manu artificis, illico ſunt ſoluta. Qui ſurgens, & ſtans ſuper pedes ſuos, ad Dominum ſuum dixit: Ecce faciam, ſicut præcepiſti mihi. Sed quomodo carcerem clauſum egrediar, adhibitis undique cuſtodibus, & vigilibus cuſtodias noctis ſuper muros clauſtri obſervantibus? At ille: Qui B. Petrum a vinculis ſolutum abire fecit illæſum, ille te in viam pacis ad clauſtrum ducet. Et his dictis diſparuit homo Dei. Porro famulus ſtimans ſe viſum videre, revolvebat in mente, quidnam eſſet facturus. Et tandem ad ſe reverſus, impreſſo ſibi ſignaculo ſanctæ Crucis, de altiſſima turri per feneſtram ſe ſubmiſit ad ima, qui in ipſo caſu, quaſi portantium vectus manibus, illæſus evaſit, gratias agens Deo, qui eumdem eripuit de tribulationibus & cuſtodivit illæſum. A carceris itaque dira cuſtodia famulus ſic ereptus, furgit ocius, & arrepto itinere, feſtinanter venit ad clauſtrum, ubi Abbati & fratribus in unum convenientibus, narravit per ordinem univerſa, quæ acciderant, & qualiter apparitione Fratris Hrosnatæ in carcere, a vinculis fuerat abſolutus.

Famulo ſuo apparet carceri illæſo quem liberat.

D

26 Fecit & aliud ſignum inſigne vir Dei, jam in tumulo requieſcens. Etenim lampades vitreæ, inter majus altare, & ſepulcrum ipſius eminus plenæ oleo dependentes, ceciderunt in terram, & ad pavimentum lapide ſtratum alliſæ, abſque fractionis detrimento integræ remanſerunt e. Talia quidem plurima, fide non refragante narrari & commemorari poſſent, ſi promiſſi compendii ſtudia non arcerent, ut vivere credatur in cœlis, qui tot miraculorum inſignibus coruſcat in terris.

Lampades vitreæ ſuperſtites in loco illæſo.

e

F

27 Hujus igitur venerabilis Patris, Fratres, ſic annuam recolamus memoriam f, ut fiat nobis ejus imitatione continua. Sic ejus meritis gratulemur, ut in præſenti ſeculo neceſſariis non deſtituamur auxiliis, & in futuro ſempiternis perfruamur gaudiis, & per opem & gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Annæ ejus memoria.

f

ANNOTATA.

a *Ipſius loci habita fuit ratio.*

b *Balbinus legit:* tractus in Teutoniam, cæteri *&c. De occiſoribus jam dictum.*

c *Balbinus*: pro grege ſuo.

d *Plura de hoc Joanne in Comm. prævio. Videtur autem ideo dici hoc loco Teplenſibus* Hroſnata *cum præfeciſſe, quia fortaſſe tamquam fundator loci e monaſterio Strahovienſi ipſum accivi curaverat.*

e *Simile quid habes in Vita S. Joannis Gualberti ſupra pag.* 364, *num.* 127.

f *Hinc partim probavimus antiquiſſimum Beati cultum.*

Digitized by Google

A D

DE S. BONAVENTURA S. R. E. CARDINALE

EPISCOPO ALBANENSI, ECCLESIÆ DOCTORE, ORDINIS S. FRANCISCI,

LUGDUNI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

I. B. E.

§. I. Sancti nomen, cultus, reliquiæ, ætas, annus & dies obitus.

ANNO MCCLXXIV.

B

Lugdunum sacro deposito spoliatum 1562.

LUgdunum Galliæ civitas longe celeberrima, innumeris tum insignium Martyrum, tum aliorum Sanctorum sacris exuviis ditissima, atque idcirco in Actis hisce nostris toties descripta & laudata, eo etiam titulo illustris fuit, quod sanctissimum Ecclesiæ Doctorem Bonaventuram apud se per tria ferme sæcula depositum habuerit, donec anno sexagesimo secundo supra millesimum quingentesimum (alii notant 1561) a viris Belial, organis satanæ, qui maniç suæ speciosum reformatæ fidei nomen obtendebant, sacræ istæ reliquiæ (capite dumtaxat barbariei subducto, quod seorsim asservabatur) igne in publico succensæ sunt, jactatis in profluentem Rhodanum cineribus, ut habet Commentarius de rebus cœnobii S. Bonaventuræ apud Raynaudum in Indiculo pag. 202; vel in Ararim, ut scripsit Possevinus, immanis tragediæ oculatus testis, in suo Apparatu, verbo Bonaventura; certe non in

C

Danubium, quod perperam scripsit Petrus Rodulphus, pluribus infra conveniendus. Utut fuerit, id certum est, privatos ex eo tempore Lugdunenses venerandis illis pignoribus Sancti in paucis inclyti, cujus hic gesta illustranda suscipimus, ducto a nomine exordio, in quo satis mira est scriptorum varietas.

Quam varie referatur nomen;

2 Non displicet Raynaudi sententia, sic elogium suum ordientis: S. Bonaventura, cognominatus a felici S. Francisci de ea prædictione (nisi malimus dicere, a felici per ejus intercessionem convalescentia) Joannis nomen in sacro lavacro tulerat, ut docent veteres codices, in quibus JOANNEM nominari testatur Galesinius. (poterat antiquiores adducere.) Et fortassis, pro multorum usu in nominibus nectendis dictus est Petrus Joannes, vel Joannes Petrus. Nam auctores Mallei maleficarum, qui Sancti viri ævum propius attigerunt, scribunt verum nomen ejus fuisse, Petrus de Bonaventura. Hallucinati autem sunt Gerso atque Trithemius, cum dixerunt, nomen ejus proprium fuisse Eustathium, ex quorum auctoritate ea nomenclatio in quosdam sacri hujus Doctoris tractatus, seorsim editos, irrepsit: aptius dixissent nominatum fuisse Eutychium: sic enim a Græcis, idiomate suo vulgatam Bonaventuræ appellationem exprimentibus, nominatus reperitur in œcumenico concilio Lugdunensi. Sed de nomine satis. Cognomen ei fuit Fidanza: patria Balneoregium in Tuscia; ibi enim patre Joanne, matre Rittella natus est, annis ante S. Francisci obitum quinque; ut infra suo loco fusius.

E

quam fuerit elevatus & canonizatus;

3 Sancti hujus Seraphici Doctoris quam admirabilis fuit vita & sublimis doctrinæ præstantia, quam insignes pro Ecclesia labores, præsertim in congregato œcumenico concilio, præsente Gregorio PP. X, ad reducendos Græcos suscepti, quam pretiosus denique in conspectu Domini obitus; tam insolita multis visa est dilatio honorum cælestium, tot titulis tanto viro debitorum; utpote qui post ducentos & amplius annos ei primum decreti sunt a Sixto IV Pontifice maximo anno 1482, præmissis de more operosis & accuratis disquisitionibus, nec non numerosa oratione, ab Octaviano de Martinis Sinuessano, juris utriusque doctore, habita coram prædicto Pontifice ac cœtu Cardinalium, quam demum secuta est solennis canonizatio XVIII Kal. Maji, diu postquam facta esset sacri corporis translatio, quæ annis post obitum centum & sexaginta contigerat, nempe an. 1434, Martii die XIV, qua hodiedum in Ordine anniversaria celebritate recolitur. Hæc paucis præmonere visum est, ne cui mirum videatur, in tam paucis,

F

iisque recentioribus Martyrologiis tam illustris Sancti memoriam annuntiari; ut illud taceamus, a diversis, quasi studio, diversos dies selectos, aliis scriptoribus XIII, aliis XIV, aliis denique XV Julii signantibus; quam controversiam sub finem hujus paragraphi expediemus.

unde & varior in Martyrologiis memoria.

5 Et primo quidem pauci codices Usuardini, in novissima nostra editione citati, qui de ipso meminerunt, servant diem XIII, nimirum Strozzianus & Grevenianus, in quorum primo refertur in hunc modum: Lugduni, depositio S. Bonaventuræ Card. episcopi Albanensis, Ordinis Minorum, quæ verba a Maurolyco eodem die XIII descripta sunt. Paulo uberius est Greveni elogium: Lugduni Galliæ, depositio S. Bonaventuræ episcopi Albanensis, S. R. E. presbyteri Cardinalis, Ordinis Minorum: qui vita, ingenio & scriptis (dum in his ita studet illuminationi intellectus, ut totum referat ad religiositatem & pietatem affectus) plurimum Christianam religionem illustravit, Seraphicique non immerito sortitus est nomen. Hujus festum servatur Dominica secunda mensis Julii. Et hæc quidem vere, nam usque ad Sixti V tempora certo mensis Julii diei affixa non fuit S. Bonaventuræ festivitas, ut in confesso esse existimo, quidquid nobis oggerat Vinea S. Francisci, in Vita S. Bonaventuræ fol. 194 Ju-

Digitized by Google

A *Julium PP. II diem iſtum* XIV *Julii determinaſſe, quod verum non eſſe, ex ipſo Sixti V diplomate n.* AUCT. *15 clarius intelliges, ubi plura ad Sancti cultus ſo-* J. B. S. *lennitatem adjecta invenies, atque inter alia quod Sixtus Idem Pontifex Balneoregienſes hortetur, ut eo die a ſervilibus abſtineant; univerſis autem Chriſti fidelibus varias Indulgentias elargiatur, quæ in præfato decretali videri poſſunt, a ſucceſſoribus non parum ampliata.*

3 *Pro* XIV *Julii nullum codicem Uſuardinum reperio præter unum Danicum, ad uſum PP. Minorum concinnatum, cui annuntiatio ad margi-* Errores *nem eo die recenti manu adſcripta eſt, haud* Legendiſtæ Gallii *dubie poſt Sixti V determinationem. Felicius utroque die Sanctum refert, ſed* XIV *cum brevi elogio, quo Geleſinio viſum eſt, ipſum* Euſtachium Bonaventuram *appellare, cujus reliquum phraſim deſcribere opus non eſt, cum nihil præter vulgaria contineat. De ſcriptoribus, qui Sanctum* XV *obiiſſe velle aſſerunt, paulo inferius ſermo recurret. Hic obiter notatum velim, erraſſe nuperum Le-*
B *gendiſtam Gallicum, dum rotunde aſſerit, factam a Sixto IV Sancti canonizationem anno* 1482, in hebdomada paſchali, die ſabbati incidente in XXIX Aprilis: *id enim diploma ipſum manifeſte falſitatis revincit, dum diſerte ſignat* XVIII *Kal. Maji (ut infra demonſtrat ipſum inſtrumentum) qui eſt Aprilis* XIV, *quique concurrit non cum ſabbato ſed cum Dominica in Albis, Paſchate ipſo cadente in* VII *Aprilis. Quod autem ſubdit, feſtum ipſum Canonizationis a PP. Franciſcanis annua ſolennitate* XXIX *Aprilis celebrari, non video ubi reperierit, Acta enim noſtra in marginem perpetuam allegantur. Sed nos ad cultum ſpectantia proſequamur.*

6 *Deſcribendis elogiis tempus ſumendum non eſt,* & Sauſſaye in Martilio Gallicano: *in omnium manibus verſatur Arturi Martyrologium, in quo tam longa ſcriptorum ſeries texitur, ut pene faſtidium legenti pariat. A Sauſſayo nonnulla mutuare decreveram, aſt is vel in principio ſtudioſe aberrat, dum ſic incipit:* Tranſitus glorioſus S. Euſtachii, cognomento Bonaventuræ, *quem alii verius* Joannem *a patris nomine conſtantiſſime appellatum teſtantur;* Bonaventuram *vero, conſimili vocabulo per* Eutychium *Græcos reddidiſſe, ut jam nunc obſervatum eſt. Non magis ad veritatem*
C *accedunt ea quæ ſubjungit,* pene puerum in Ordinem Fratrum Minorum beati Franciſci adſcriptum, *niſi matris qualecumque votum perperam velis intelligi pro ſuſceptione religioſi habitus, quem anno primum ætatis ſecundo & vigeſimo induiſſe, ſcriptores omnes unanimiter tradunt. Hujuſmodi quoque eſt quod ſequitur, Græcos* cum ſuo Imperatore veniſſe *ad concilium Lugdunenſe. Cetera non percurro, neque aliunde* S. Bonaventuræ *encomia conquirenda cenſeo, quam ex oratione Octaviani jam laudati, & ipſis ſumm. Pontificum diplomatibus, infra ſuo loco ſubjiciendis: neque aliunde magis probandum cenſeo celeberrimum hodie & receptiſſimum in tota Eccleſia ſanctiſſimi Doctoris cultum.*

7 *Aſt illud prætermittere non valeo, quod ipſi alienis verbis appoſite concinnavit laudatus etiam* optime apud Raynaudum elogium. *ſupra Raynaudus pag.* 203 *his verbis:* Ego idem illi elogium lubens panxerim, quod Baſilio Magno S. Ephrem: in eum enim perbelle cadit, ſi ſolum Bonaventuræ nomen appingas: Bonaventura vere greſſus eſt virtutum, liber laudum, vita miraculorum; qui in carne gradiens, ſpiritu incedebat, communemque cum aliis in terra vitam degens, ſuperna contemplatione: beryllium plectrum myſticæ citharæ, regionem ſanctorum angelo- D
rum oblectans: certus agnus matricis vitæ, Spiritu ſancti agrum ac hortum illuſtrans, deſiderio atque amore exultans, ac florem ex ima radice pretioſiſſimæ crucis decerpens: præſepe ſacrorum dogmatum, lingua verborum, præmium rectarum atque utilium cogitationum, demergens ſeipſum in profundum Scripturarum, & præclaram inde margaritam exhauriens, racemus ornatus divinę vitis, cęlitus divinam dulcedinem enuntians, membrana pulchra divinæ ſapientiæ, quæ de cælo divinas elementorum impreſſiones accepit; optimus regni ſupremi campus, qui Deo fructus producit juſtitiæ, collis variis ornatus floribus myſtici roſeti, cujus odor in ipſum cælum redolet ac ſpirat, qui clamat in Domino grata cantica, & accipit in cælis coronas. *Hactenus Ephrem apud Raynaudum.*

8 *Sacras porro* S. Bonaventuræ *reliquias jam* Superſti- *ab iconoclaſtis noſtris ſacrilege temeratas, combuſtas* tes reli- *& diſſipatas diximus, ſic tamen,* Poſſevini *verbis* quiæ ejus *uter, ut caput ſive cranium ſervatum ſit, opera* E *pii religioſi ejuſdem Ordinis, quem & hæretici miris cruciatibus affecerunt, ut ejus eccleſiæ theſauros, hoc eſt vaſa ſacra proderet, id quod conſtanter tacuit: quæ eadem ab aliis etiam aſſeruntur, ut proinde nullæ Sancti reliquiæ aliæ per orbem Catholicum venerationi expoſitæ ſint, niſi quæ ante annum illum* 1562 *ab ſacro corpore fuerant avulſæ poſt annum* 1434, *quo facta eſt elevatio & ad novum templum tranſlatio. Recte igitur notavit Waddingus ex Rodulpho ad annum* 1274 *num.* 22, ante *jam dictum* ſacrilegium, Franciſcum Samſonem, Miniſtrum generalem, *tunc cum fieret canonizatio*, S. Bonaventuræ cultorem præcipuum, detuliſſe in Italiam brachium ejus, quod hodie quoque conſpicitur in cathedrali eccleſia Balneoregii. *Subdit vero*, a Carolo Francorum rege excerptam eſſe unam ex maxillis, *quæ hodiedum Pariſiis, vel potius ad Fontainebleau honeratur: at quis iſte Carolus fuerit, nobis divinandum reliquit.* Venetiis, *ita pergit ex eodem Rodulpho*, haberi in veneratione mediocre os corporis ejus, teſtatur Michael Linder, Teutonicus cælator, qui cum Rege, reliquias extrahente, aderat. *Qui iſtum Linderum noverit, ſciet a* F *quo Carolo prædictæ reliquiæ acceptæ fuerint: Octavum ego iſtius nominis fuiſſe crediderim, utpote cujus temporibus facta fuerat earum exaltatio. Sed jam reliqua expediamus.*

9 *De Sancti ætate mirum eſt controverſiam* quam ætatem ſe- *ſupereſſe poſſe, poſtquam res ea toties diſcuſſa eſt;* cutus ſim *idque adeo mirandum magis, nuperum Ordinis* an. 1221 *Legendiſtam Belgicum, eodem in opere tam oppoſita tradidiſſe, ut* XIV *Martii aſſerat*, S. Bonaventuram *obiiſſe* XIII Julii, *an.* 1274, *ætatis* 53: *ad* XIV *Julii autem obitum conſignet* XV Julii, ætatis 51. *Ne hic in refutandis ſingulis longius evagemur, conſtantem video ſcriptorum omnium opinionem, natum eſſe Sanctum anno* 1221; *quinquennio ante ſalicem exitum Seraphici Patris Franciſci: nec minus conſtans eſt eorumdem omnium conſenſus, vitam finiviſſe medios inter labores, quos in concilio Lugdunenſi ſuſceperat, idque ante ipſius ſynodi finem, cum ipſa adhuc duraret, ſolemniſſimo funere elatus ſit. Atqui dubium prorſus non eſt, quin ſynodus illa habita & concluſa ſit anno* 1274, *quid igitur diſceptandum ſupereſt de anno ejus obitus, aut quomodo Bzovio & tot aliis, a Waddingo citatis, incidere potuit, mortem*

A *tum Sanctii differre ad an.* 1275? *Jam verorum proximus demonstrasse videmur, necesse fuisse Sanctii XV praedictum obitum omnino tamquam fabulosum esse, plane sequitur, S. Bonaventuram, si natus est anno* 1221 *ante XV Julii, vixisse annos* 53 *integros, ac diuque mortuum anno aetatis* 54; *si vero eo anno* 1221 *in lucem prodiit, annos ipsum non complevisse sed adhuc fluxisse annum* 53. *Paulo aliter totius ratiocinationem subduxit Waddingus ad annum* 1243 *n.* 2, *sed nec ipse certior basis, quam quae a nobis subjecta est.*

10 *Per occurrit scriptorum diversitas circa diem quo Sanctus vere fato functus sit. Plures recitat Waddingus cum Chronicis & Breviario Ordinis, Ossuviano, Mauriquez & aliis, distincte nominantes* XIII *Julii. Ribadeneira & recentiores alii Romanum Kalendarium secuti, non possunt non figere hunc, quo bodie colitur, diem* XIV. *At melius alii cum Rodolpho & Galesinio historia Lugdunensis concilii pressius inhaesunt: scribit enim ille qui rebus omnibus interfuit, & concilii ipsius historiam texuit, in hac plane verba apud Waddingum ad annum* 1274 *pag.* 392: Eodem anno (1274) & mense (*Julio*) die Dominica, decima quinta ejusdem, hora matutinali, obiit clarae memoriae F. Bonaventura Albanensis episcopus .... qui sepultus est in ipso die Dominico, in loco Fratrum Minorum Lugduni. *Equidem non video, qui, & a quo clarius & certius exprimi potuerit dies de quo quaeritur, quem alii signant per ejusdem mensis Idus, quae & ipsae omnino incidunt in diem* XV. *Rursus si ad computum certum res revocatur; cum eo anno* 1274, *littera Dominicalis fuerit* G. *atque eadem initialis mensis, juxta canonem Gratia Christicolae &c. patet evidenter, primum Julii diem fuisse Dominicum, & consequenter Idus ipsas seu* XV. *Si igitur, teste Concilii historico,* S. Bonaventura *obiit in Dominica, obiit certissime die* XV, *quod & ipsemet diserte enuntiat.*

mortuum 15 Julii 1274;

11 *Praetera hic modo quaeseris, cur igitur annua Sancti festivitas, dum ad certum diem a Sixto V revocata est, quae ante secundam Julii Dominica ex Sixti IV praescripto celebrabatur, vero ipsi obitus dies affixa non fuerit, qui nullo alio Officio tunc impediebatur? Cum verissimum sit, Sanctorum festa, quae transferuntur, anticipari, quod ferme in solo S. Dominico accidit; qui ob occurentem v Augusti, qua die mortuus est, Beatissimae Virginis solemnitatem, ad* XV *ejusdem mensis retractus est. Id adeo magis etiam urgere potuit, quod inde orta sit ea turbatio, ut Sancti duo propriis diebus depulsi sint; nam ob festum duplex* S. Bonaventurae XIV *Julii, in sequentem, seu diem* XV *differri debuit Officium S. Henrici Imperatoris, quem constat, alicubi saltem, cultum* XIV *Julii, licet jam supra ostenderimus vere obiisse* XIII *Julii. Frustra, inquam, haec modo quaeseris, quandoquidem tam variantes tum fuerint circa determinatum* S. Bonaventurae *obitus diem sententiae; his vero jam ita stabilitis, cum antiquior fuerit universalis in Ecclesia* S. Bonaventurae *quam S. Henrici cultus, non facile absque gravi incommodo mutatio induci posset. Sed de his satis dictum est, paulo gratior erit brevi secutura* S. Bonaventurae *gestorum series in annos suos distributa, quam satis neglectam invenio, praecipuis scriptoribus unice firme intentis ad colligenda doctrinae virtutumque praeconia. Et de virtutibus quidem satis multa tuferius suggerentur, habe hic paucis doctrinae elogia.*

quidquid alio die celatur.

B

C

D

ADCR. I. B. S.

§. II. Judicia variorum scriptorum de S. Bonaventurae doctrina.

Nec parum exorbitant recentiores aliqui eruditi, *dum summorum Pontificum Sixti IV & Valiorumque probatorum scriptorum plurimis, de Sancti doctrina minime constent, nihil ab iis scriptum volunt, quod ex Christi Servatoris sacratissimis voluminibus hausum non sit, quasi in Sanctis nihil mediocre, nihil humanum reperiatur, sed miraculosa, prodigiosa, portentosa omnia; quae, ut a cachinnatoribus gravi patiuntur, sic ab historica fidei ritate omnino abesse velimus. Mirantur sane quae coaevis dictum scriptorum ipsum Belgam, audierim Lugduni alicujus Franciscanae vernaculae, cui titulum fecit* Vinea S. Francisci, *de qua plurimis agam ad initium hujus commentarii paragrapho. Clamat denique* S. Bonaventuram *semper sub Crucis arbore fluduisse, nihil mandasse litteris quod inde revolatum non sit, aut ex sacris Christi plagis non fluxerit, adeo ut fol.* 187 *verso, col.* 2 *commiserit non dubitet, ipsum Romae in augusto summi Pontificis & Cardinalium consessu a S. Thoma* Bonaventuram, *priusquam de propositis sententiam diceret, cingulo aut cinctorio sane venis sacris ipsis vulneribus immersum, unde dulcissimum sanctum eumdem plenis hausibus depromeret. Ibidem ait, S. Thomam, quoties ad* S. Bonaventuram *accederet, totus ipsum per extasim coelitus vinum vidisse vultu, ex ejusdem crucifixi plagis immissis, sic illustratum, ut omnia scribenda inde in ejus calamum quodammodo defluerent; atque id genus alia, quae ego ut pie potius cogitata considero, quam ad fucrum veritatem exacta.*

Omissis elogiis exorbitantibus,

12 *Et vero vel summorum Pontificum Sixti IV & V de* Sancti Bonaventura *scriptis & pie dictis testimonia, in ipsorum diplomatibus insertis revocanda, accommodate sensu accipienda esse, minime dubium videtur, ne alioquin communicata (ut vocant nota) & sacris ipsis divinis eloquiis equiparata intelligamus Sancti ipsius dicta & asserta singula, quod nemini hactenus, saltem sensato, in mentem venisse existimo. Summa auctoritatis pondus aliquod accessisse ex relatione ejus inter eximios & praecipuos Ecclesiae Doctores, quales agnoscimus Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium & alios, haud quidem inficior, quidquid haereticl obloquantur; est immensus illum praegravum superjectionis, nemo aegre ferat, optaverim, si hic adoptandas non censeam. Optimorum scriptorum, praesertim Gersonis, encomia aliquot collegit Galesinius, suo loco referenda, sed sparsim ac truncatis hinc inde ventibus, quae paulo integriores reddidit Henricus Sedulius, in historia sua Seraphica, praecipuos Ordinis Sanctos, eosque inter quinto post S. Franciscum loco, Bonaventuram nostrum illustrans, ex quo ea decerpam, quae ad veram Sancti Doctoris ejusque doctrinae aestimationem sufficiant.*

Sixti IV & Venetiis i

E

14 *Sanctis ipse exorditur ab Hartmanno Schedel, historico Norimbergensi, in sexta aetate mundi Vitae* S. Bonaventurae *compendium adducente, quod ego tanti esse non video, ut quae habet, non melius ab aliis explicentur. Neque S. Francisci testimonio utar, quod ipse ex contubernalem Philberto de Temesvar descripsit, quasi is Spiritu sancto inspiratus, de ipso Bonaventura prophetaverit, quod futurus esset magnus vir in Ecclesia*

& quae ex variis scriptoribus,

F

A fis Dei, & quod per ipsum religio sua magna
AUCT. sanctitate crescceret: *neque enim ea hactenus, ut*
J. B. S. *paragrapho sequenti dicam, tam indubitata reperi, ut in controversiam vocari non possint. Magis placent Sedulii ipsius ad benevolum lectorem verba:* Audit, *inquit*, Doctor Seraphicus; quia is ex Ordine Seraphico, tum etiam quod incendi voluit, & igne divino fervere, aliosque deinceps inflammare. Auribus non studuit aut famæ, sed moribus componendis & vitæ; ardere prius illi decretum est, & ignem esse, uti propius accederet ad Deum, & conformior illi qui ignis est, non lucere tantum. Verum ut lux ignem comitatur, ita fuit etiam luceras lucens in domo Dei. Dilaudatur hoc nomine: Quidquid intellectus lumine potuit capere, igni & amori divinæ caritatis applicuisse.

15 *Sequitur in ipso Sedulio Alexander de Hales,* collegit Sedulius B *primus* S. Bonaventuræ *in altioribus disciplinis magister, cujus laudatio, ad mores magis quam ad doctrinam pertinens, adeo huc non spectat, ut magis prætermitti non debeat, præsertim cum utilis in aliis instrumentis, infra referendis, producatur, etiam a S. Antonino Archiepiscopo Florentino, cujus locum ibi citat Sedulius in hæc verba:* S. Bonaventura, sicut in luminibus scientiarum, & maxime in Scripturis sanctis, videbatur mira capacitate; ita & in devotionis gratia continuum sumebat incrementum: siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis & laudationis divinæ reducens, continuo ruminabat affectu. *Atque ad eam utriusque potentiæ, intellectus nimirum & voluntatis informationem potissimum collimant quæcumque de Sancto celebrant, tum dicta sæpius oratio Octaviani Sinuessani, tum summorum Pontificum Sixti IV & V diplomata, tum denique Petri Galesinii Vita, non semel, uti supra dicebam, Gersonem Parisiensis Universitatis famosissimum Cancellarium allegans, cujus primum verba recitantur ex libro de Examinatione doctrinarum, apud eumdem Sedulium:*

16 Si quæratur, *inquit*, a me, quis inter ceteros Doctores plus videatur idoneus; re- *præsertim Joan. Gerjonis* C spondeo sine præjudicio, quod Dominus Bonaventura: quoniam in dicendo solidus est & securus, pius & justus & devotus. Præterea recedit a curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas sæculares, dialecticas aut physicas, terminis theologicis obumbratas, more multorum: sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem & religiositatem affectus. Unde factum est, ut ab indevotis scholasticis, quorum, pro dolor! major est numerus, ipse minus exstiterit frequentatus; cum tamen nulla sublimior, nulla divinior, nulla salubrior atque suavior pro theologis sit doctrina; de quo vere dicitur illud Christi de Johanne, erat lucerna ardens & lucens. *Rursus ubi libros legendos examinat idem Gerson, præcipuum suum numerat* S. Bonaventuram, ille enim, *verba ejus sunt*, singulariter inter omnes Doctores Catholicos, pace omnium salva, videtur idoneus & securissimus ad illuminandum intellectum & inflammandum affectum.

17 *Tertium adjungo testimonium ex Gersonis* summi S. Bonaventuræ admiratoris *epistola de laudibus doctrinæ* S. Bonaventuræ, *apud eumdem Sedulium*. Ignem veni mittere in terram, dicebat Christus, & quid volo, nisi ut ardeat? In dextra nempe Dei est ignea D lex, cujus eloquium ignitum est vehementer, cujus oculi sunt sicut flamma ignis; cujus præco Joannes dictus est, lucerna ardens instar Eliæ. Considerans ista noster Eustachius, Dominus Bonaventura voluit esse Doctor ardens: sciens, quoniam lucere parum est, & sæpe vanum, sæpe noxium; quoniam scientia inflat, & dæmonium facit; quid enim dæmon interpretatur, nisi sciens? sed absque caritate. Sortitus est ideireo, secundum laudem vitæ suæ pariter & doctrinæ, nomen ipse Bonaventura, ut antonomastice Doctor Seraphicus nominetur. Sint alii Doctores qui dicantur Cherubici; Bonaventura verissimo nomine Seraphicus simul & Cherubicus est; quia inflammat affectum, & erudit intellectum; reducit & unit ad Deum per amorem excitativum, dum alii multi divaricant & dispergunt intellectum. *Atque hac satis ostendunt, quanto apud Gersonem in pretio fuerit* S. Bonaventuræ *doctrina.*

E

18 *Quæ ibidem adfert Sedulius ex Marco Antonio Sabellico* Coccio *Sabellico, id solum probant, Clementem* & Bzo- PP. *IV ingenio, doctrinæ, addemus & morum sanctitati detulisse plurimum, cujus existimationis luculentius argumentum præbere non potuit, quam dum vacante in Anglia sede Eboracensi, electione autem ad jus Pontificium devoluta, nullum invenerit* S. Bonaventura *digniorem, quem ecclesiæ ipsi præficeret; qua de nominatione ejusque tempore in sequentibus agendum erit. Petro Thomæ Bzovii testimonia in libro De signis Ecclesiæ, non tam Sancti Seraphicam doctrinam, quam illustria gesta & miracula respiciunt, illud imprimis, quod auctor fuerit instituendarum congregationum seu sodalitatum inter viros laicos, qui ad opera pia convenirent, preces certas quotidie recitarent, suosque præfectos haberent perpetuo successionis tenere diligendos, quorum initium Romæ fuerit celeberrima archiconfraternitas, quæ vulgo Consalonis appellatur. Quod autem addit*, in provincia Lugdunensi maxime invocari solere *Sancti* auxilium ab iis mulieribus, quæ gestant uterum, *ad miracula spectare diximus, de quibus abunde inquirit Octavianus, ut proinde solum superfit abbatis Trithemii de* F *doctrina elogium hujusmodi:*

19 Eustachius, qui & Bonaventura, de *tium Tri-themii* Balneoregio natus, Ordinis FF. Minorum generalis Minister, ac deinde Episcopus Albanensis & sacrosanctæ R. E. Cardinalis, Alexandri de Ales quondam auditor & discipulus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, & in sæculari philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, vita & conversatione devotus, atque sanctissimus. Cujus ingenium, dotem naturæ & vitæ puritatem præceptor ejus Alexander contemplans, dicere solebat: In fratre Bonaventura Adam peccasse non videtur. Scripsit multa & profunda & devotissima opuscula, quibus ardentia verba proferens, non minus affectum legentis in Christi amore accendit, quam intellectum doctrinis sanctis illuminat. Omnes enim sui temporis Doctores utilitate operum facile præcellit, si spiritum divini amoris & Christianæ devotionis, in eo loquentem attendas. Profundus est, non verbosus; subtilis, non curiosus; disertus, non vanus; flammantia, non inflantia verba proferens: unde & securius legitur, utilius frequentatur, dulcius

Digitized by Google

A cius & fructuosius retinetur. Multi doctrinam proferunt, devotionem prædicant multi; pauci scribendo libros docuerunt utrumque. Bonaventura autem & multos superavit & paucos; dum ejus doctrina devotionem, devotio instruit doctrinam. Si ergo & doctus vis esse & devotus, illius opusculis esto intentus.

opera ejus enumerantis.

20 *Subnectit deinde* tristhemius S. Bonaventuræ *operum, quæ quidem ad ejus notitiam devenerant, catalogum, cui pauncula alia, ad vitæ fermè exitum spectantia pro elogii coronide adjicit, in eo a veritate aberrans, quod Sanctum sepultum velit in ecclesia cathedrali Lugdunensi, quem constat apud suos depositum esse. Sixti Senensis judicium non describo, quod is libros duntaxat aliquos enumerans, de universa ejus doctrina sententiam non ferat, nisi quæ parte asserit, sermones ejus tres & viginti* tropologicis sensibus, flagrantissimis sententiis, & abstrusis scholasticæ mysticæque theologiæ arcanis *esse* refertissimos. *Rem demum absolvit Sedulius texendo longe ampliorem elenchum* S. Bonaventuræ *operum, eo ordine quo Sixti V jussu in tomos grandiores septem distributa & edita sunt anno* 1588, *quæ hic sigillatim enumerare aut discutere, instituti nostri non est, videantur ille loco indicato, vel apud Bibliographos, vel in ipsismet vulgatis voluminibus. Quod postremo loco ex Henrico Willot a Sedulio profertur, id ex Vitæ instrumentis cumulatius intelliges: nos his ita præmissis ad seriem gestorum Chronologicam utcumque ordinandam accingimur.*

B

§ III. Gestorum Sancti chronotaxis usque ad susceptum totius Ordinis generale ministerium.

Deficiente vetusta Vitæ historia,

C Quod superius verbo insinuavimus, mirum *plerisque visum fuisse*, S. Bonaventuræ *canonizationem ad duo & amplius sæcula dilatam, id & nos mirati sumus, neque adeo minus obstupescimus, neminem unum ex tam illustri Ordine inventum, qui viri sanctitate & doctrina eminentissimi, gesta, virtutes & decora historica methodo complecteretur, præclara quæque facta cum ordine temporum aliquali salteni ratione connectendo, sic ut digna tanto Doctore Vita præ manibus esset, ubi apud Surium & in plerisque Legendis omnibus nihil fermè reperitur, præter unicam illam Octaviani Sinnessani orationem, quam coram Sixto IV habitam diximus, eamque passim mutilam, iis nempe resectis, quæ ad historiam non satis spectare existimatum est: nam quod alii Waddingus, paulo pluribus infra conveniendus, Sancti Vitam a pluribus auctoribus scriptam, id qua ratione satis apte intelligi posset, omnino non perspiciemus. Ast hic præoccupanda non sunt quæ paragrapho sexto, seu Commentarii hujus ultimo opportunius explicabuntur, id primum modo intendimus, ex monumentis quibuscumque, de* S. Bonaventura *nobis relictis, gesta præcipue in ordinem aliquem chronologicum digerere, quo fiat, ut uno quasi intuitu Auctorum ejus appareat ratio, qua quis facilt methodo Legendam seu Vitam ad historicam normam concinnare possit.*

ex recensionibus orationibus

22 *Atque ut a primis, ut aiunt, unguiculis telam exordiamur, Sancti nativitas & infantia Bagnoregii in Tuscia iis verum adjunctis a nonnullis vestiuntur, ut singula continuo non persuadeant; ea præsertim in quibus inferunt potius cum Peltero de Temesvar concinnatore, quam ut verum vel gesta historiam secutos arbitremur. Bagnoregii ortum, & a patris nomine* Joannem *nuncupatum, id utique certum videtur & explioratum: unde* Bonaventuræ *agnomen quodammodo accesserit, non ita manifestum est. Puerum adhuc gravissime ægrotasse, atque ex felicitate matris voto S. Francisco oblatum, sanitatem recuperasse, id vero testatur Sanctus ipse in præfatione ad sancti Propitiatoris Vitam his verbis*: Qui per ipsius invocationem & merita, in puerili ætate (sicut recenti memoria teneo) e mortis faucibus erutus, si præconia laudis ejus tacuero, sceleris timeo argui, ut ingratus. *Expende, obsecro, verba singula*: e mortis faucibus eruium *se fatetur*, per invocationem & merita S. *Francisci, vel, ut ex aliis ipsius verbis infra patebit, ex matris* voto *ad eumdem Sanctum emisso; vota autem ad Sanctos adhuc dum vivos dirigi, & ad talium* invocationem & merita *sanationes impetrari, an in vero Ecclesiæ Catholicæ sensu intelligi queat, docere cupio.*

E

non satis ante referuntur adjuncta varia,

23 *Adde vero* B. Bonaventuram *diserte asserere, factum id* in puerili sua ætate, sicut recenti memoria tenebat. *Requis* puerilem ætatem *cum infantia recte confuderis? Quis autem* virum *dicat* recenti memoria *accepti in infantia beneficii recordari? Atqui in confesso est, S. Franciscum mortalitatem exuisse anno* 1226, *cum S.* Bonaventura *vix quinquennem ætatem attigisset, natus anno* 1221; *viderint igitur enucleasse non satis accurati, utrum iuto asseri possit, piam S.* Bonaventuræ *matrem ad S. Franciscum, etiamnum superstitem recurrisse, a quo vivo infans sanatus sit, & ex felici eventu* Bonaventura *dictus, de quo varia vaticinatus sit, tum in Ordinis sui Seraphici splendorem, tum in universæ Ecclesiæ utilitatem exantlandæ, quarex iidem panegyricis in sacratiora etiam monumenta transferunt. Hæc ego, ut mitissime dicam, tam certis aut vetustis monumentis suffulta non invenio, ut absque ullo examine, tamquam indubitata continuo amplectenda sint. Credant, per me licet, quibus ita visum fuerit, ast ii ægre non ferant, si ad normam nostram Sanctorum Vitas expendamus, falsa a veris, dubia a certis secernendo, salvo semper melius judicio.*

F

a Marco Ulyssipon. exornata.

24 *At enim qui vem istam, omnium primus, quod sciam, sæculo* XVI *in medium attulit Marcus Ulyssiponensis, ita tum locutus est, ut satis ostenderit, non in vetustis monumentis ea se reperta fuisse, sed Fratrum suorum traditionibus circumferri solita, haud dubie ex nonnullis ferventioribus convionatoribus, quorum palato nudæ veritas sapere non adeo consuevit, tum potissimum, cum extollendis propriis Sanctis nervosius intenduntur. Narrata igitur a Marco, quemadmodum a Pisano acceperat, simplicium causa agnominis Bonaventuræ Sancto inditi; alii, inquit, aliam ipsius nominis rationem adducunt, pergitque historiam texere, quam Pelbertus iste de Temesvar apud Sedulium pag.* 291 *hoc modo exornavit*: In puericia fuit infirmatus usque ad mortem, cujus saluti anxia mater medicorum diligentiam adhibuit: quæ spe salutis frustrata, S. Francisci imploravit suffragia, devovens ipsius religioni illum, si sanum reciperet, &, ut fertur, pia mater ipsum ad beatum Patrem Franciscum, tunc viventem adduxit, & ut sua oratione sanum sibi hunc filium redderet, reverenter & humiliter, ac devotissime supplicavit. Beatus autem pater Franciscus, cum

ad

AUCT. J. B. S.

ad Deum lacrymose suspirasset, ecce subito puer sanus exsilivit. Ad quod miraculum sanctus Pater, repente infusus Spiritu sancto, exclamavit, o! Bonaventura! exinde hoc nomen Bonaventuræ fortius est.

Ceterum natus supponitur 1221;

25 *En Pelbertо totam eam historiam adeptus est* Waddingus *ad annum* 1221, *num.* 45, *verum ex solius illius fide; quem in verbis Italicis* Buona ventura *luisse, vehementer faller, si mecum non videant æqui rerum æstimatores, cum interim talis origo eo nos deduceret, ut fateri cogeremur, primum ipsum fuisse cui ea nomenclatio adhæserit, quod a vero alienum esse, certissime ibidem evinceit laudatus* Waddingus, *cujus hæc sunt verba:* Falluntur sane qui huic sancto viro Bonaventuræ nomen omnium primo inditum suspicantur: Aliorum enim historiæ meminerut hujus nominis virorum. Hoc nomen illius viri Senensis, Francisco familiaris, & Minoribus propensi, qui velut infra referemus, eisdem struxit habitaculum. Ita etiam appellatus diaconus Cardinalis S. Angeli, creatus ab
B Innocentio III, anno MCCXII, multis legationibus functus sub Honorio III, & episcopus Portuensis a Gregorio IX designatus. Similiter nuncupati plures alii, hoc nostro Bonaventura priores. *Exemplum peremptorium suggerit Mabillonius tomo* 3, *Analect. pag.* 501, *ubi Bonaventuram aliquem invenies* ministrum ejusdem Ordinis in Provincia *anno* 1233, *ad quem diploma suum dirigit Joannes archiepiscopus Arelatensis. Quid igitur, obsecro, tot circuitionibus opus est, ut invenietur origo nominis* Bonaventuræ? Illius porro vitam, *subdit* VVaddingus, virtutes & facta auspicabimur ab ejus in Ordinem Minorum ingressu: *Et nos cum illorum temporum calculos supputabimus.*

Ordinem ingressus 1243.

26 *Fixo itaque ad annum* 1221 *vitæ principio, quid a Sancto gestum sit in adolescentia, memoriæ proditum non est: sunt qui asserere velint, ut erat elegans litterarum pictor, libros conscripsisse, quos vendiderit, ut fratrum inopiæ jam tum succurreret. Satis conveniunt scriptores in assignanda*
C *ætate duorum circiter & viginti annorum, dum Ordini S. Francisci adscribi voluit, adeoque anno* 1243: *at neque hoc omnino exploratum est, neque scitur ad quod cœnobium se receperit. Satis habent aliqui indicare, quod almæ provinciæ Romanæ annumeratus sit, testatus in ipso ingressu, materno se voto obstringi, ut pluribus habes infra in Octaviani oratione num.* 5. *Religiosis institutis probe excultum esse, docuit subsecuta vitæ integerrima; at mihi quidem satis verosimile non est, quod memorat Marcus, ex quo fortasse desumpsit* VVaddingus *ad dictum annum* 1243 *num.* 10, *dum ita narrat:* Librum igitur, quem Pharetram dixit, in ipso religionis ingressu, ex operibus contexit sanctorum Doctorum Gregorii Papæ, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi, Isidori, Anselmi, Bernardi, Cassiodori, aliorumque multorum. *Factum non negaverim: at quam stupendum sit, adolescentem tironem jam tum sanctorum illorum Patrum voluminibus evolvendis incubuisse, nemo, me tacente, non intelligit: ut hic fateri cogamur, pia auxesi usos scriptores, qui in Sancto suo, ut nuper innuebam, prodigiosa omnia contemplati sunt.*

Studia sub Alens. incœpisse 1244,

27 *Ut gestorum seriem prosequamur, iis præmissis quæ ad dictum annum* 1243 *fusius recenset* VVaddingus, *nos Sanctum peractо tirocinio ad studia Parisios deduximus anno* 1244, *ea ibi daturum ingenii specimina, quæ ipsum brevi tempore ad tantum doctrinæ fastigium evehent, quantum superiori paragrapho exhibuimus. Quem autem ea ætate in severioribus illis disciplinis, & quam stupendum progressum fecerit, primum sub Alexandro Alensi, siquidem is tum temporis adhuc docuerit, aut docere potuerit, deinde sub Joanne de Rupella, abunde explicant Odavianus, Galesinius, infra producendi, aliique: nobis hic sola annorum ratio continuanda est. Obitum Alensis, cum communiori affigit Rodulfus anno* 1245, XII *Kalend. Septembris, seu* XXI *Augusti, unde consequitur non toto biennio forte nec anno integro auditorem ejus fuisse aut esse potuisse S. Bonaventuram, id quod operosius explicare conatur* VVaddingus, *contra eorum, ut putat, in hac re hallucinationes, ubi agit de adepta in Sancto, post Joannem de Rupella, cathedra theologica Parisiensi anno* 1253. *Ejus verba, ad rerum Ordinem conducentia describam, ubi cursim indicavero, satis difficile esse, S. Thomam Aquinatem Doctoris Alensis discipulis accensere, ubi receptissima utriusque Ordinis opinio, illum toto triennio*
E *S. Bonaventura juniorem admittit, utpote natum anno* 1224: *de qua re vide Echardum in Bibliotheca Ord. Præd. tomo* 1, *pag.* 276; *qui pagina sequenti alia ad nos solvenda remittit, ex scriptorum Franciscanorum receptissima sententia tantum non insolubilia. VVaddingum audiamus.*

Doctoris laurea donatur 1253;

28 *VVaddingi verba huc spectantia desumo ex ejus tomo* 2, *pag.* 55. *Ita ibi habet:* Cathedræ magistrali regendæ cessit hoc anno Joannes Rupella, vir in divinis Scripturis, ut habet Trithemius, eruditus, & in philosophia Aristotelica magnifice doctus.... Eo cedente, cura hæc, omnium consensu, & gaudentibus animis delata est ad Bonaventuram Fidantium, usque adeo tunc non sanctimoniæ solum, sed doctrinæ splendore prælucentem, ut præclare de eo ita testatus sit Gersonius: Nescio si umquam talem Doctorem, sicut Bonaventuram, habuerit studium Parisiense. Itaque ipso illo tempore vel potius die, quo magistralem cathedram S. Thomas in eadem academia assecutus est, suam etiam ascendit Bonaventura, qui priorem locum adeptus,
F S. Thomæ præ humilitate cessit in laureatu. *Recte sane, si hæc omnia ex idoneis auctoribus probarentur, apud quos de SS. Bonaventuræ & Thomæ studiorum communicatione nihil reperitur. Neque de anno quo uterque in ea facultate Doctor & magister declaratus sit, rem plane attigit* VVad. *dignus, ut docet Commentarius previus ad Doctorem Angelicum, ubi non obscure insinuatur, supremum illum in schola gradum consecutum anno* 1254, *imo insequenti* 1255, *ut aliis placet cum recentioribus bibliographis. Adi, si placet recentissimum Echardum, jam laudatum, ea quo intelliges S. Thomam, non ante an.* 1257 *magisterii lauream consecutum. Vide ipsum pag.* 279. *Melius alios refutat* VVaddingus *Ordinis Annalista, quem rem gestam stabilit pro dicto anno* 1253: *magis placiturus si testes assertorum suorum adduceret sæculo* XV *antiquiores, ad quos solos merito provocat Echardus. Sequentia illius verba audiamus:*

Gravatis creatur 1256.

29 Tempus obtentæ ejus dignitatis, atque annos quibus antea audiit vel docuit, difficulter percipies ex Galesinio, quos etiam alii confundunt. Hic ait, septennium in philosophia & theologia probe addiscendis insumpsisse, deinde septennio fere confecto, Lutetiam Parisiorum ad Alexandrum Alensem ve-

Digitized by Google

A veniſſe; paulo poſt, Alexandrum annos tres audiviſſe, poſtremo, tertio poſt anno, quam Pariſiis venit, idoneum ac dignum habitum, qui theologiæ illic interpretandæ munus publicum ſuſciperet ac ſuſtineret. Hæc ſane cohærere non poſſunt cum iis quæ ſupra ex probatis auctoribus & communi ſenſu ſcripſimus, circa Bonaventuræ ortum, & Aleneſis interitum, hujus diſcipulatum, & illius magiſterium. Natum aſſeruimus Bonaventuram anno MCCXXI, initiatum MCCXLIII, vel anteriori, circa ætatis vigeſimum ſecundum; ſi ſeptennio poſt confecto venit Lutetiam, quomodo Aleneſem, anno MCCXLV defunctum, potuit audire? Multo minus poſt monachatus illos annos elapſos, tribus aliis potuit illius eſſe diſcipulus, qui ante tres annos poſt ejus initiationem e vita deceſſit. *Sed non unicus hic eſt Galeſinii nævus, quem tanti non faceret VVaddingus, ſi ſingula ejus placita pari cenſoria virga excuſſiſſet. Sed reliqua ejus verba huic paragrapho finem imponant.*

B 30 Quare ut omnia cohæreant, ſubſiſtatque aſſertum ab omnibus Aleneſis magiſterium, ita dimetiendum tempus, ut ſtatim a tirocinio miſſus ſit Lutetiam, & triennio minus, vel trium annorum particulis Aleneſi operam dederit, deinde ſub Rupellio & aliis didiceric, uſque ad ſeptennium, & ſum ætatis vigeſimum [imo trigeſimum] vel circiter; hinc impoſita cura libros Sententiarum legendi ſuis confodalibus; demum commiſſa ei in academia cathedra magiſtralis. Ita ex aliis rationabilius percipi poteſt, & clarius dixit Piſanus auctor vetuſtus; Septimo anno poſt ingreſſum Ordinis legit Sententiis Pariſiis, in decimo anno recepit cathedram magiſtralem, in tertio decimo anno ad regimen Ordinis eſt aſſumptus. *Hæc in annos currentis tum ſæculi decimi tertii ſic diſtribue*, ut annus ſeptimus *ſit* 1250; *porro annus* decimus *connectatur cum* 1253, *demum* tertius decimus *fuerit* 1256, *a quo neceſſe eſt fluere octodecim, quibus ex ſcriptorum omnium conſenſu, generalis Miniſtri munere in Ordine perfunctus eſt; nempe uſque ad annum*

C *quo certiſſime obiit* 1274. *Quæ apud VVaddingum ſequuntur de indole, virtutibus & doctrina* S. Bonaventuræ, *hic a me commemorando non ſunt, utpote ab Octaviano & Galeſinio, ac ſuperius in elogiis abunde illuſtrata. Seriem noſtram proſequimur, ſequenti paragrapho ad uſque vitæ exitum perducendam.*

§ IV. Vitæ ſequela a ſuſcepto generalatu ad obitum.

Sub ipſum regiminis principium.

ANno *jam poſtremum ſignato* 1256, S. Bonaventuram *Pariſiis, docentem, & ab urbe Roma longe diſſitum, ibidem in generali Capitulo in totius Franciſcanæ familiæ* Miniſtrum, *ordine octavum, annos tunc ut ſummum natum* 34, *ſeu ætatis* 35 *electum fuiſſe, ex deducta hactenus ſerie aperte colligitur, traduntque ſcriptores unanimiter: utrum præſente in comitiis ipſo Alexandro PP. IV, atque ita ſuadente, an ex deſignatione ipſius deceſſoris Joannis Parmenſis, non diſquiram ſcrupuloſius: in eo certe exerrant non pauci, quod Parmenſi, jam vita functo Sanctum ſucceſſiſſe velint; cum certum ſit, virum pluribus adhuc an-*

nis ſupervixiſſe, imo, ut ſcribit VVaddingus, tutis AUCT. *triginta & amplius, id quod hoc loco examinandum non eſt. Ab ipſo* S. Bonaventura J. B. S. *non parum exaggeratum conflat, quæ omnia in Annalibus operoſus digeruntur præfato anno* 1256 *a num.* 2, *ubi præmiſſis ad tollendos abuſus conatibus, puncta accuſationum adverſus ipſum enumerantur; quibus aliiſque moleſtiis preſſus, officio demum ceſſerit; congregatis Fratribus in die Purificationis Virgineæ ad monaſterium Aracœli, inſtante Joanne ut abſolveretur ab onere, per integros duos dies hæſitatum eſt circa eumdem reaſſumendum, donec Pontifex decrevit, ut ad electionem alterius procederetur; de cujus modo, diverſimode narrato, vide Waddingum num.* 3.

5 a *Pergit ibidem Annaliſta cetera controverſa-* contra *rum capita recenſere, ab aliis ſcriptoribus paſſim* deceſ- *neglecta, quæ Vitæ* S. Bonaventuræ *præcipuam* ſorem *lucem afferrent: a quibus facile abeſſe patiar Bi-* aliſque *verii auctoritatem, quam ex Flavii Pſeudodextri* dictis *illuſtratione non magnam conſecutus eſt. Quouſque* agere con- *autem culpandi fuerint Parmenſis ſocii; quam de-* tus eſt, E *bitis elogiis extollatur ipſe, meritoque a gravi calumnia vindicetur; utpote cum ejus vindicia etiam viſionibus confirmatæ fuerint; non eſt noſtrum hic proſequi: magis ad rem faciunt ea rationum momenta, a VVaddingo expenſa num.* 16, *pag.* 166, *quibus permotus* S. Bonaventura *adverſus talem deceſſorem, virum pium & ſanctum, durius agere, compulſus ſit, unde primas eaſque non modicas difficultates colligimus, quas ſanctus Generalis, adhuc dum juvenis, explanandas effendit ſub ipſum adminiſtrationis ſuæ principium. Acta porro deinceps tribus aut quatuor primis generalatus annis, eo potiſſimum collimaſſe exiſtimo, ut quæ turbata in Ordine fuerant aut per contentiones labefactata, ſuaviter quidem ſed fortiter in priſtinum diſciplinæ vigorem & ſplendorem paternis monitis reſtitueret, quemadmodum accurate deſcribit VVaddingus ſequenti num.* 17. *Quæ vero ſubjungit de facta tum primum* PP. *Auguſtinianorum unione, ſuſceptoque ab ipſis conformi habitu, male apud ipſum lectores inveniant, quam ut hic a me referatur.*

33 *Sedatis porro ab Alexandro* PP., *urgente* tum an. *procul dubio* S. Bonaventura, *Pariſienſis Academiæ* 1257 & *diſcordias, anno proximo* 1257 *inſtitit laudatus* ſeqq. *Ordinis Annaliſta, una inſinuans, quem de-* Pariſien. *mum exitum habuerit Mendicantium per famoſum* Academi- *Guillelmum de ſancto Amore ejuſque aſſeclas oppu-* turbas *gnatio. Quanta autem vigilantia, quæque animi* componen- *fortitudine regendis Fratribus incubuerit ſanctus Ge-* tis. F *neralis, docet encyclica ejus epiſtola, eodem anno Pariſiis ad omnes Ordinis ſuperiores data* IX Kal. *Maji, ſeu in feſto* S. Georgii, *annitente interim ſummo Pontifice, ut recte ab eo ſtatuta executioni mandarentur, Piceni potiſſimum dyſcolis in ordinem redigendis intento, quæ ibi vide ſi a num.* 9. *In Gallia potiſſimum per id tempus commoratus videtur* S. Bonaventura, *Ordinis gubernacula proſpere dirigens, donec iis omnibus diligenter explorati, quæ correctionis gladio reſcindenda perſpiceret, rerum ſuarum ſatagens, anno* 1260 *convocavit in feſto Penteceſtes, quod incidit in pridie Idus Junii, præcipuos Patres Narbonam, pro celebrandis Ordinis comitiis, inquit ad eumdem annum VVaddingus num.* 11, *ubi plerique gravia & utilia ſtatuta ſunt pro univerſali regimine, per duodecim rubricas ſeu capitula diſtributa, quæ ipſe quidem diſtinctius non enumerat, ſed legi poſſunt apud Marcum Ulyſiponenſem lib.* 2, *cap.* 12, *quo etiam lectores remittendos cenſui.*

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S. In comitiis 1260 Vitam S. Francisci scribendam suscipit :

34 *Actum præterea in iisdem comitiis de cultu variorum Sanctorum; quando & accuratius separata dicuntur singula Ordinis provincia, ibidem recensita. Disputat deinceps Waddingus num. 17, de mutata in ea congregatione habitus Franciscani forma, quo spectant hæc Radulphi verba:* Fertur quoque Bonaventura instituisse habitum & caputium, quo nos utimur, a Joanne XXII Pontifice approbatum, veluti distinctivum a quibusdam Fratribus, qui a communi aliorum vita se subduxerant. *Demum* rogaverunt Patres sanctum Primicerium, ut ablata varietate multarum Legendarum; ex diversis historiarum fragmentis, quæ de S. Francisco circumferebantur, gravem & sinceram ipse concinnaret historiam. Quibus licet responderit, plures sibi superesse curas officii, quam ut ad seria studia posset attendere; tandem acquiescens in se assumpsit onus gesta sui Institutoris enarrandi. *Legendam vero ipsam compilavit anno sequenti* 1261 *Parisiis, ut ibi Waddingus prosequitur; per totos viginti & amplius numeros, de quibus jam abunde dictum existimamus.* Galliam omnem peregrinatum *ait*, Italiam etiam omnem peragrasse, causa restituendæ ubique terrarum Seraphicæ religionis, tunc sensim collabentis: *verum quo temporum ordine ea gesta sint, nec ipse discernere potuit, neque nobis hodie promptum est explorare.*

35 *Parisiis hæsisse videtur tota illa reliqua anni* 1260 *parte & sequentis principio, conscribendæ sanctissimi parentis historiæ occupatus; unde provinciarum visitationem adorsus, Galliam primum percurrit, inde in Italiam progressus, ubi ipsum anno* 1263 *interfuisse constat translationi S. Antonii Paduani, summa ibi solennitate peractæ in Octava Resurrectionis Dominicæ* VII *Idus Aprilis, ut vide in Annalista ad eum annum num.* 14, *ubi malim scribi* VI *Idus, Pascha cadente in ipsas Kalendas. Inde Pisas delatus* S. Bonaventura *novis præsidis comitiis, in ipso rursus Pentecostes festo habitis* XX *Maji, in quibus plurima fuerunt prudenter statuta, atque illud præcipue, ut peteretur in Protectorem Ordinis Joannes de Ursinis Caietanus. Deinde ut omnino dimitteretur cura sanctimonialium Damianitarum sive Clarissarum, quæ ultro præstitam humanitatem & obsequia, libere a Fratribus eisdem impensa, contendebant, hæc & majora ex debito & statuto jure sibi præstanda; atque ita conventum esse inter S. Franciscum & Claram primicerium, cujus monasterii curam in se suosque Fratres vir Sanctus assumpsit. Visum omnibus id jugum excutere, quod non usque adeo obvium fuit. Reliqua ibidem statuta prosequitur Waddingus, cujus fere verbis utor, verum ea ab Octaviano & Gelasino satis explicata sunt.*

1263 Ordinis visitationem aggreditur :

36 *Pergo cum Annalista ad hunc annum* 1264 *revocante transactionem & compositionem litis arduæ fratres inter & sorores. Obtinuit primum ab* Urbano IV S. Bonaventura *Cardinalem Caietanum in Ordinis protectorem. Tum vero petitionem aliam adjecit, ut probaretur decretum Capituli generalis, de rejicienda monialium cura, ac liberarentur fratres a tam molestis & periculosis sororum obsequiis. Annuit Pontifex, utrique instituto peculiarem Cardinalem assignans; ad quos devoluta est contentio, ambobus majus commissa sibi religionis emolumentum urgentibus. Sopita est controversia dum Ordo uterque ad Caietani commendationem redit; a quo suavius compescta est inter fratres & sorores discordia; id enim, ad*

1264 finitur discordia cum Clarissis :

conservandum inter Ordines, æque a S. Francisco B *institutos caritatis vinculum, a Sancto impetravit, ut rejectam sororum curam reassumeret, adjecta prius cautione seu declaratione Pontificia, & sua, nulla eis præstari obsequia ex debito sed ex caritate. Pio patri & summo benefactori, non potuit hoc* Bonaventura *denegare, quamvis dubitaverit ad secretum malum & occultum periculum, considerans, quam impense laboravisset S. Franciscus, ne quid esset inter sorores & fratres commercii. Urbani IV diploma ad stabiliendam concordiam datum est apud Montem Fiascone* XIV *Kal. Septembris an.* 1264, *exstatque in Regesto Pontificio apud Waddingum pag.* 96. *Porro quam cautis periculis prospexerit Sanctus generalis, habes in Annalibus ad dictum annum pag.* 272.

37 *Urbano IV per id tempus, nempe secunda* 1265 *Octobris anni* 1264 *e vivis sublato, proxime se-* resumit archiepiscopatum Eboracensem. *quenti* 1265, *successit* V *Februarii Clemens IV,* C *S. Bonaventuræ virtutum ac eruditionis æstimator præcipuus ejusque fautor eximius, adeo ut de eo ad Eboracensem in Anglia cathedram promovendo, eodem ipso anno cogitaverit, ut patet ex Brevi,* Bonaventuræ *inscripto, datoque* Perusii VIII Kalendas Decembris anno I *apud Waddingum num.* 14, *cui Panvinius vel Ciaconius in Sancti Vita compendio perperam præfixit:* Gregorius episcopus servus servorum Dei. *Etenim prædictum Breve & ad sacras insulas designationem Clementi adscribunt auctores omnes, nullus Gregorio, cujus tempore nec vacavit cathedra Eboracensis, nec proinde ad Romanum Pontificem devolvi potuit electionis prærogativa, quod plane accidit Clementis IV temporibus, per obitum Godefridi de Kinton circa festum Epiphaniæ* 1264, *vacua sede relicta usque ad mensem Octobris* 1265, *quando ejusdem mensis die* XV *confirmatus est Walterus Giffard, ut habet Episcoporum Eboracensium Catalogus: nempe postquam* S. Bonaventura *prædictas insulas deprecatus esset, victo precibus Pontifice, qui ejus animi integritatem, & dignitatum nobilem contemptum admiratus, tandem subjunxit illud Ecclesiastici:* Sta in testamento tuo, & in illo collequere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. *Errat igitur Legendista Gallicus, dum ea refert ad annum* 1266: D *cur autem scriptores Angli ea de re tacuerint, aliaque ejus adjuncta vide apud Waddingum num.* 13.

38 *Ut temporum seriem pertexamus, anno* 1266 Minister generalis Bonaventura, sub mense Aprilis convocat Lutetiam Parisiorum ad synodum generalem præcipuos Ordinis Patres, in qua cœptum est publicas haberi disputationes, *inquit Waddingus a num.* 4, *E Itumque de resistendo Ordinis nitore, & tollendis quibusdam abusibus, quæ ex multiplicata familia facilius irrepserant. Commissa est Sancto Præsidi provincia, ut per suas litteras totius Ordinis inferiores Ministros de gestis decretisque certiores redderet, quarum exemplar refert Marcus cap.* 14, *& Waddingus hic. Eodem illo tempore, singulari quoque solertia sedare sopireque conatus est Bonaventura discordias inter Minorum & Prædicatorum Ordines exortas, quibus recensendis supersedio. Atque inde in Italiam denuo reducendus est Sanctus, ubi anno* 1269 *celebrata memorant novi Assisi comitia, in quibus reipublicæ Christianæ discrimen commendavit consodalium orationibus, & in prædicanda Cruce per deputatos ministros solicitudini; parata tunc nimirum magna in Saracenos expeditione. Quæ ibidem præterea in bonorem potissimum Beatissimæ V. M. pie statuta sunt, fusius* F

In comitiis Paris. instituit publicam disput. 1256

A *fuſius enarrat Annaliſta num. 4, qui proxime ſequenti mirum ſubdit exemplum profuſiſſimæ in afflictum Fratrem Sancti pietatis & miſericordiæ: tum vero præclara ejus certamina adverſus Geraldum de Abbatis villa, cujus infelicem exitum ex Octaviano & Galeſinio intelliges, hic ſatis ſit indicaſſe, ad hunc circiter annum revocanda eſſe, quæ contra mordacem hunc Mendicantium oſorem geſta ſunt.*

39 *Ad annum* 1270 *pertinet confraternitatum ſeu ſodalitiorum, a* S. Bonaventura *primum, ut volunt, inchoatorum inſtitutio, de qua citati auctores, & nos obiter ſuperius. Atque id imprimis memoratu dignißimum, quod anno mox ſubſecuto* 1271 *accidiſſe memorant in electione S. Gregorii X, poſt diſcordiam Cardinalium, trito verſiculo notißimam, jam ad annum tertium protractam; obierat enim Clemens IV* XXIX *Novembris* 1268, *hoc tamen primum anno* 1271, *die* 1 *Septembris renuntiatus eſt Pontifex Theobaldus, Leodienſis Archidiaconus, abſens in Syria, annitente potiſſimum* S. Bonaventura, *in cujus electionis adjunctis varie plane ſunt variorum ſcriptorum ſententiæ, a Waddingo juxta receptiorem Ordinis opinionem explicatæ, quas hic diſcutiendas non ſuſcipimus: hoc ſolum monere liceat, præterire potuiſſe Petrum Galeſinium, cujus auctoritatem non magnopere revereamur. Utcumque tota ea electio & compromiſſo facta fuerit, id ſatis innuunt communiter prope omnes, agnoviſſe S. Gregorium, tunc electum, quantum* S. Bonaventuræ *obſtrictus eſſet, dum Romæ inauguratus* XXVIII *Martii* 1272, *anno immediate ſequenti* 1273, *in Urbe veteri circa ferias Pentecoſtales ipſum in Cardinalium num. coptans, non S. Crucis in Jeruſalem presbyterum, ut nugatur Vinea, ſed Albanenſem epiſcopum eſſe voluit; de qua re pluribus diſceptat Waddingus a num.* 10.

Alia uſque ad an. 1271, quo Gregorium X deſignaſſe dicitur.

40 *Supereſt poſtremus vitæ annus* 1274, *ſatis, opinor, ſtabilitus ſupra hujus Commentarii* § 1, *num.* 9, *ad quem plura reduxit Waddingus, hic non repetenda, quippe a noſtris, jam laudatis, Octaviano & Galeſinio non otioſe exornata, omiſſo tamen ab utriſque prodigio illo de ſanctiſſima Euchariſtia, ad modum Viatici, per latus vel pectus ſuſcepta, ex ſola Vinea Franciſcana fide a Waddingo aliiſque aſſerta, quam hiſtoriam, ut candide dicam, ex uniuſciuſque libri auctoritate, ut minimum pro incerta habeo, quamdiu vetuſtioribus aliis & probatioribus monumentis non confirmatur. Quod ſi cui ſcriptorem iſtum tueri lubeat, eo adducetur, ut vel aliud miraculum, de particula ſacræ hoſtiæ, ad ipſum, præ humilitate ad communionem accedere veritum, delatæ, in dubium revocare compellatur, ob miras circumſtantias, ab homine nimis facili excogitatas, de quibus nec verbum alibi reperitur: Sed de Vinea iſta operoſius agendum erit* § 6. *Hic obiter dixero, præſidem Lugdunenſis Concilii alibi appellari* S. Bonaventuram, *tametſi Gregorius Pontifex eidem interfuerit. Id quo ſenſu commode intelligi poſſit, docebit Waddingus; nos Sancti vitam ad annorum ſeriem, quantum fieri potuit, deductam exiſtimamus.*

1273 fit Cardinalis, & ſequenti moritur.

B C

D

AUCT. J. B. S.

§. V. Geſta poſt obitum S. Bonaventuræ, uſque ad Canonizationem & hæc tempora.

Ordinatum hactenus vitæ ſanctiſſimæ decurſum coronarunt honorificæ, ſi unquam, & ſolenniſſimæ exequiæ in ipſo Lugdunenſi concilio, præſente cum tota ſynodo ſancto Pontifice Gregorio X, perorante Cardinale epiſcopo Oſtienſi Petro de Tarantaſia ex Ordine Prædicatorum, poſtea Innocentio PP. V, ſumpto themate ex libro 2 *Regum cap.* 1, Doleo ſuper te frater mi Jonatha, *quemadmodum data a nobis Vitæ ſeu encomia fuſius cum Waddingo deduxerunt. Et hæc quidem vitæ ſummaque cum celebritate peracta ſunt, at vero nihil a quoquam deinceps tentatum lego, quod ad ſacri corporis exaltationem aut ipſius canonizationem promovendam, aut ad geſta, virtutes, vitæ ſanctitatem vel miracula enarranda ſpectaret, aut ad proceſſus inſtituendos conduceret. Solus, quod ſciam, Eccleſiæ jacturam deploravit B. Franciſcus Fabrianenſis, mortuus anno* 1321, *ea nenia leonina, quam inter ſchedas noſtras reperis, hoc principio:* O lugubris Eccleſiæ planctus, & plaga dura, defunctus eſt fons gratiæ frater Bonaventura! &c., *quam typis totam edidit Waddingus ad dictum annum* 1274 *n.* 14, *quo lectores denuo remittimus, ea ſola hic curſim commemorare & in ordinem digerere intendentes, quæ poſtmodum ad Sancti honorem ejuſve cultum, tum a Fratribus, tum ab aliis, lente ſane gradu, & poſtulata & pertractata ſunt.*

Poſt honorificas Sancti exequias,

E

42 *Huc itaque pertinent quæ paucis nuper inſinuavimus, ſepultam quodammodo fuiſſe cum corpore Seraphici Doctoris memoriam, ut fatetur Waddingus ad annum* 1482, *num.* 31, *his plane verbis:* Mirum profecto, quod tanti talisque viri, doctrina & virtute celeberrimi, duabus annorum centuriis dilata ſit canonizatio; quippe facta anno ducenteſimo octavo ab ejus deceſſu. Ampliſſimæ Religionis caput, Academiæ Pariensis doctor, S. R. E. Cardinalis, de Sede Apoſtolica in concilio Lugdunenſi optime meritus, adeo obſcure jacuit, ut neque ſui inſtituti profeſſores, neque conſodales magiſtri Pariſienſes, neque collegæ Cardinales, neque demum Pontifices Maximi, & præſertim ille vere maximus Gregorius X, a Bonaventura ad ſummum celſitudinis faſtigium deſignatus, & per quem viciſſim, reciproco affectu ille in tantam gloriam excrevit, & ſub quo ex hac vita deceſſit, ejus procurandæ canonizationi ſe accinxerint, quem tamen aliunde virtutum meritis & miraculorum ſignis facile judicare poterant cœleſtibus conregnare. *De pervetuſtate ſanctitatis fama ſatis teſtantur Octaviani oratio & ipſa Sixti IV decretalis; ſed moram excuſat Officium tranſlationis de quo apud Waddingum:* Quamvis autem, *ait*, canonizatio diu dilata fuerit, tamen quo tardius, eo glorioſius peracta eſt, omnibus pene Chriſtianis Principibus eam obnixe a Sixto Pontifice poſtulantibus.

videtur ſepulta memoria cum corpore

F

43 *Ita prorſus; eſt interim ſub humo delituit ſacrum corpus totis centum ſexaginta annis, in primo ſepulturæ loco diutius manſurum, niſi in novam eccleſiam, S. Franciſco ſacram, quæ poſtea ipſius ſancti Doctoris titulum conſecuta eſt & hodiedum obtinet, tranſferendum fuiſſet: uſque*

more ecclesiastico iter translato 1434.

Digitized by Google

A *adeo verum eſt, de canonizatione tum necdum*
AUCT. *cogitatum fuiſſe. Translationis autem iſtius, anno*
J. B. S. 1434 *factæ, tam obiter meminere ſcriptores, ut*
Waddingus ad dictum annum, ne verbo quidem
ipſum attigerit, iis contentus quæ alibi paucis an-
notaverat, idque ferme ſolum delibans, ut mi-
raculum tum exhibitum demonſtraret, in reperto
capite & corde integris, de quibus conſentientia non
reperio vetuſtiorum ſcriptorum teſtimonia. Eos
inter præcipuum numero laudatum alias Bartholo-
maum Piſanum, ita rem paucis narrantem pag.
89, col. 2, in fine: Hujus (*S. Bonaventuræ,*
de qua ibi loquitur) corpus dum in ſacriſtia
eſſet poſitum in ſepulcro novo, ubi nunc jacet;
corpore redacto in cinere, lingua inventa eſt
ſana & integra, acſi fuiſſet numquam ſe-
pulta. Quod fratres videntes, eam in pixi-
de eburnea ponentes, in ſepulcro ejus recon-
diderunt. *Ita Piſanus, de ſola lingua mentio-*
nem faciens.

44 *Creſcit oratio apud Marcum Ulyſſiponenſem,*
B *ſub finem cap. 7 ſcribentem, in prædicta tranſla-*
quando non nulla integra reperta dicuntur, *tione repertum caput cum crinibus, labiis, dentibus*
& ipſa lingua integris; quæ eadem omnia ſequitur
in Vinea Franciſcana; non item quod ex Chronicis
ſeſe addere teſtatur Marcus, nempe cor ipſum etiam
incorruptum inventum fuiſſe. Aliter loquitur Rodul-
phus, præteritoque capite & ceteris ejus partibus,
ſolam linguam cordi in pixide eburnea adnavit
pag. 94, his verbis: Poſt aliquamdiu Fratres vo-
lentes honorifice corpus ejus tumulo condere,
inventa eſt lingua recens & cor ejus, incine-
rato corpore) quæ in pixide eburnea condita
ſunt. *Audi modo Waddingum, omnia combinan-*
tem anno 1274. num. 22: Et vero ſilentio præter-
eundum non eſt auguſtiſſimum miraculum,
maximeque inſigne, ad ſempiternam teſtifica-
tionem ſanæ ſinceræque doctrinæ, quam &
lingua docuit, & litteris conſignatam reliquit:
centeſimo & ſexageſimo enim poſt obitum an-
no, cum corpus alio transferendum eſſet, nec
labris, nec dentibus, nec lingua, nec capillis
C quidem exeſis, integrum caput, ac pene ſpiran-
tis habitu repertum eſt .... Cor item ejus, in-
cinerato corpore, incorruptum remanſiſſe ſcri-
bunt Hertmannus Scheydel, Vincentii conti-
nuator, & Petrus Rodulphus, *cujus verba jam*
retulimus; de Scheydelii fide & auctoritate non eſt
hic diſquirendi locus.

45 *Waddingi obſervationes prætereo, quas pau-*
de quibus non ſatis recte ſtatuit Waddingus. *lo majori fundamento ſubnixas cuperem; etenim*
prima & potior Bartholomæi Piſani auctoritas,
aut nulla eſt, aut alio quam ad translationem
anni 1434, omnino referenda, cum is, juxta Wad-
dingum diu ante illud tempus obierit mortem, nem-
pe, ut ipſe vult, anno 1401: quodſi ad annum,
ut fert ejus epitaphium, 1451 ſupervixit, ſola
ejus auctoritas ceteras omnes tantum non evertit,
utpote qui rei geſtæ æqualis, maximam fidem me-
retatur. De Piſani ætate diſputat Waddingus ad
annum 1399, an ſatis recte, viderint il quorum
intereſt: certe adductum ex palmari ejus opere te-
ſtimonium de S. Bonaventuræ lingua integra
reperta, haud obſcure vincit, ipſum ad annum uſ-
que 1434, vitam protraxiſſe, aut fatendum eſt,
librum ejus de Conformitatibus ab alio fuiſſe in-
terpolatum & auctum; aut demum neceſſe erit
dicere, jam a ſæculo XIV, utique ante annum
1401, ſanctii Doctoris corpus translatum fuiſſe, &
in ſacriſtia poſitum, deinde multis poſt annis
adorandum deportatum; quo ſenſu falſum erit
dictum linguam poſt 160 annos in eo ſtatu repertam. D
Hæc & id genus alia, de quibus alibi agendum erit,
ad ſeveriorem hiſtoricam trutinam a Waddingo revo-
cari oportuit, priuſquam tam rotunde & indubitate
aſſererentur.

46 *Ceterum prædictis ſignis aliiſque miraculis* Multo
quantumvis illuſtrem Bonaventuram, *Lugduni* ſerius agi
tamdiu jacuiſſe incognitum, jam ſatis cum Annali- ceptum
ſta miratí ſumus, idque ceteris accedit, quod mi- de cano-
raculum ſane auguſtiſſimum, ipſo quo manifeſta- nizatione;
tum eſt tempore, certioribus tabulis conſignatum
non fuerit. De Bonaventura *inter Sanctos referen-*
do, per id tempus, nempe circa annum 1434, non
egiſſe operoſius PP. Franciſcanos, facilius intelliget
ferventibus tum quam maxime eccleſiaſticis diſcor-
diis inter Eugenium PP. IV & Baſilienſes, qui-
bus perſeverantibus rem talem adoriri non ſa-
tis opportunum fuiſſe, nemo eſt qui non perſpiciat,
quidquid in Florentino concilio, ſanctí auctoritatem
ad Græcorum unionem non parum contuliſſe, ſcripto-
res aliqui memorent. Nimirum paucioribus tem-
poribus reſervabatur Seraphici Doctoris exaltatio, E
& ſummus Pontifex ex Ordine aſſumpto, quo demum
ſedente, de ejus canonizatione ſerio agi cœptum eſt.
Audi Waddingum ad annum 1475 num. 4: Cœpit,
inquit, ſub hoc tempus renovari memoria S.
Bonaventuræ, ita exigentibus virtutum me-
ritis, quæ per eum Deus patrabat, volens
ut digne coloretur in terris, quem dudum
glorificavit in cœlis. Sixtus ejus doctrinæ
valde addictus, libenter opus promovebat, ne-
que ingrate Principes, pro ejus canonizatione
deprecantes audiebat: *de quibus vide infra Octa-*
vianum num. 24.

47 *At uſquam uberius de* S. Bonaventura *lo-* nempe
quitur Ordinis Annaliſta quam ad annum 1482, jam circa an.
ſæpe laudati Octaviani orationem, Sixtum Cano- 1475.
nizationis diploma, aliaque referens, quorum non-
nulla a nobis proxime illuſtrabuntur. Hic locum me-
retur Oratoris ipſius dedicatoria epiſtola, a Majori-
bus noſtris ex Ms. codice Curſendoncano deſcripta, &
uſquam, quod quidem ſciam, hactenus typis edita,
ex qua patebit, quis ad præfatam canonizationem F
potiſſimum pondus & momentum attulerit. Pateat
quidem in pauciora contrahi officioſa alicuius, ve-
rum cum auctor de Sancto uſque adeo bene meritus ſit,
putavi, verba ejus omnia integre referenda. Titulus
eſt hujuſmodi, neſcio an ab auctore, an ab alio ap-
poſitus: Præfatio in orationem Octaviani de
Martinis, de Vita S. Bonaventuræ. *Vera in-*
ſcriptio eſt: Reverendiſſimo in Chriſto Patri
ac Domino, Domino Juliano de Rovereo,
Senenſi epiſcopo, Cardinali Sabinenſi, ſancti
Petri ad Vincula nuncupato, majori Pœni-
tentiario, Ordinis Minorum meritiſſimo prote-
ctori, benefactori ſuo benigniſſimo, Octavianus
de Martinis, ejuſdem obſervantiſſimus. *Captata*
primum Patroni benevolentia, ſic orationem, ſeu po-
tius orationis præloquium exordiur:

48 Expertus manſuetudinem, & comita- Oratio-
tem animi tui, ac in me caritatem, auſus ni de
ſum has meas qualeſcumque lucubrationes ti- Martinis
bi dicare: quas annotandis vitæ curſu, & Senenſi.
miraculis Bonaventuræ, juſſu tuo curioſius
exegi: etſi ſciam non eo artificio conſtare,
aut dicendi ornatu ſplendere: ut dignas le-
ctione tua crediderim, vel ex ea dedicatione
ornamentum ullum tibi acceſſurum: ſatis ta-
men materiam per ſe ſufficere intelligo, ad
detinendum in ſui lectione oculos atque ani-
mum tuum, qui pro ſingulari religione, ac

pieta-

A pietate, qua beato Bonaventuræ astringeris : nihil libentius agitas, aut dictitas, quam quod ad illius sancti Viri celebritatem, & laudem pertinet, in quo locupletissimum mihi testem meipsum habeo : qui secutus Dignationem tuam, principes & populos occidentis ex Apostolica legatione petentem, incredibili quodam affectu ac desiderio vidi tuam reverendissimam Dignationem teneri visendi sepulcri ipsius Bonaventuræ, quoad Lugdunum pervenissemus : ubi tametsi regni præcipui Præsules, & Satrapes, etiam regio sanguine orti, qui te regio imperio solenni pompa prosequebantur, instantissime urgerent, celerius Regem adeundum, ad quod ipsi regiis litteris urgebantur : non tamen id prius extorquere potuerunt, quam in salutando Sancti sepulcro, & meritis venerationibus in ecclesia, ubi quiescit, pie persolvendis diem integram contrivisses.

B 49 Quis præterea tantum laboris protulit ad consequendam Bonaventuræ celebritatem? Quis præcipuo studio proprio etiam ære curavit ad Principes, & exteras nationes nuntios mitti ad procuranda testimonia, atque instrumenta, quibus Viri sanctitas patentius monstrari posset? Quis denique ipsi Pontifici, in hoc per se aliquando concitato, calcaria urgentiora, ut sepositis etiam aliarum magnarum rerum moliminibus, huic operi vacaret unice, ac si porro ex hoc munere honestari quempiam posse speraſſes? Nemo profecto erat cui magis id me debere intelligam, quam Amplitudini tuæ, de me optime meritæ : a qua tot ornamentis, & commendatione ipse essem honestatus. Te etiam interveniente apud summum Principem, in publico consistorio publice causas defendere & perorare, licet. Tuo in me studio factum est, ut summus Princeps voluerit evocatum me sacro affatu hortari atque efficaciter movere ; ut te ad destinatum munus legationis proficiscentem sequerer, meisque officiis, atque consiliis fide prosequerer. Præstiti rursus ut ex tam multis & claris Præsulibus, qui tuo latere illustrabantur ; nullus me officiorum claritate superaret. Tu mihi præstitisti, ut inter primos fidei, & prudentiæ secretorum tuorum maxime participes existimarer ; quem ad res arduas peragendas, ac pertractandas cum illustrissimis Principibus idoneum judicares, & destinares. Tu denique effecisti, ut novissime ex tot clarissimis collegis meis uni liceret rem tanti meriti consequi, ut in tanto conventu ; quid amplius dicere possum, insignia merita Bonaventuræ percenserem ; ubi absoluta oratione, idem clementissimus Pontifex, me ample laudato, professus, me uberrime satisfeciſſe muneribus ; Apostolicam Sedem & suam Sanctitatem minime umquam meis commodis & honestati defuturam polliceretur.

Subito orationi, infra dandæ.

C 50 Jure igitur te, quo possum officio, prosequor, a quo tantum in me favoris, & ornamenti accedit, quantum nec umquam sperare, aut porro optare fas putassem, quod si meorum commodorum in hoc ratio habenda erat ; ut omittam quantum splendoris ac nominis Amplitudo tua sit allatura huic meæ lucubrationi, quis te promovet operosius, favet benignius, ornat amplius, donat largius ? Nec tamen notam verebor, quod non magis ipsum Pontificem in hoc delegerim, quo nemo religione, vitæ cursu ac sanctimonia, litterarum disciplina, & rectissimis studiis conjunctis, & Bonaventuræ [studiosior] umquam fuit. Expavescit namque animus, virum divinum, etiam sacro nectare eloquiorum Bonaventuræ perfusum, iis meis scriptis detinere, qui tamen honestum duxisset, id accepisse officium : certe pro sua sapientia, & in te charitate, non injocundum erit suæ Sanctitati, nepotem ejus carissimum & familiæ suæ decus, a se beneficia in sui cultores præstare, eoque favore apud patruum, terrarum deum illis adesse, ut ipsi plane intelligant, quod in te præstiterint, tam grata mente, a sua Beatitudine susceptum ; quam si id sibi exhibuissent. Accipe igitur, Pater, & Domine mi benignissime, officium meum qualecumque ; sed ab animo gratissimo & tibi devotissimo profectum : Te modo, cum scripta relegeris, meminisse velim, ab illo annotata, qui fines patroni causarum excedere nesciat : quæ si ut cetera, a me in te profecta officia, ut opto, laudaveris, etiamsi minus placuerint, erit laborum solatium : si vero delectaverint ; maximi præmii loco habendum ducam.

D AUCT. J. B. S.

E

51 *Habes in supra dictis & eorum quæ post S. Bonaventuræ obitum usque ad canonizationem gesta sunt, aliqualem chronologicam seriem, ad quam & superiorem vitæ ordinem reductam exactamque vellem aliquam Sancti hiſteriam, in qua & id verbo explanaretur, quod in principio fieri opportune non potuit, quo nempe anno a furentibus Calvinistis facta sit reliquiarum Lugdunensium sacrilega dispersio, alii annum 1561, alii 1562 sequentibus. Pendet solutio a mense quo sacrilegium peractum est, & a modo annos incoandi more Romano vel Gallicano, de quo alibi non semel egimus. Determinatum mensem seu diem necdum reperi, at si res contigerit ante Paschæ anni Romani seu hodierni 1562, facile conciliantur scriptores in speciem oppositi ; nam eo anno Romano 1562, quo maxime Calviniana rabies in Galliam Lugdunensem aliasque partes sese diffudit, adhuc obtinebat modus annum ordiendi a Paschate tum in Gallia tum in Belgio, sub Carolo IX cum Romano paulo post compositum ; adeo ut si ante Paschæ accideris iconomachia Lugdunensis, adhuc fuerit Gallis & nobis annus 1561, anno 1562 in Paschate primum inchoando. Hæc indicare visum est, ne quid uspiam lectorem remoretur.*

Quo anno dispersa sint ab hæreticis reliquiæ.

F

52 *Quæ autem adulto jam ferme XVI sæculo, in eodem ordine Pontifex alter Sixtus V præstiterit, ita explicat ejus diploma, infra producendum, ut nihil hic a nobis addendum superſit. Non minus nota est operum ejus editio, cui Galesinius se allaboraſſe, haud obscure insinuat. Observari sane potuit, non postremum censeri debere* S. Bonaventuræ *miraculum, quod tam brevi vitæ religiose decursu, tot muneris & occupationibus distracto, tantam librorum copiam post se reliquerit. Reliqua sunt hinc decreta Congregationis Rituum data* XXII *Junii* 1693, & XVII *Julii* 1694; *alterum in gratiam Ordinis Minorum de Observantia, flagitante P. Francisco Diaz a S. Bonaventura, alterum ad preces P. Joannis Damasceni Bregaldi, Ordinis Minorum Conventualium, quibus indulgetur, ut PP. utriusque Ordinis recitare possint semel in mense, die festo novem lectionum non impedito, Officium S. Bonaventuræ S. R. E. Cardinalis & Doctoris*

Et quæ ad nostra tempora subsecuta sint.

præfigendum esse sequentem.

Digitized by Google

Seraphici, subtitu semiduplici, exceptis tamen Adventus & Quadragesimæ temporibus. *Superest modo ut ultimo paragrapho auctores præcipuos, qui de Sancto scripserunt, ordine recenseamus, expendamusque.*

§. VI. Scriptores qui de S. Bonaventura egerunt, & quænam hic edantur.

Quot alii Vitam scripsisse.

Superius § 3 *dicere cœpimus, mirandum prorsus, quod nemo hactenus ex tam illustri religiosa familia* S. Bonaventuræ *Vitam historica methodo digesserit; id vero magis non patebit ex eorum enumeratione, quos de Sancto egisse apud Waddingum & alios invenimus. Præcipuos adducit laudatus Annalista tomo 2, ad annum 1274 num. 19, pag.* B 395. *Sic ibi habet:* Scripserunt ejus (*Bonaventuræ*) Vitam Petrus Galesinius, sacri Palatii advocatus consistorialis, Bartholomæus Pisanus, Marcus Ulyssiponensis, Petrus Rodulphus, Anonymus apud me Ms., sed compendiosius hic, ex fide tamen. *Atque hi sunt, quorum præcipue auctoritate nituntur ea quæ ipse per diversos annos, prout opportunius videbatur, digessit, uti paragraphis præcedentibus abunde insinuavimus. Omittenda non fuit* Vinea Franciscana, *ex qua sola Waddingus prodigium refert, de suscepta in extremis, insolita prorsus ratione, sacro Viatico, cujus historiæ auctorem non propius convenimus, fidemque paulo accuratius examinabimus. Sigillatim exprimendos non censemus quos sparsim hinc inde allegat aut indicat, v. g. Marianum, auctorem Fundamenti trium Ordinum, & alios, ut his unice inhæreamus, quos ipse Sancti Vitam scripsisse jam asserit.*

Pisanum, Marianum & alios;

54 *Atque ut a postremum nominato ad alios* C *ascendam, de Ms. ipso codice quod dicam non reperio, cum paucorum fortasse oculos, præter solius Waddingi fugerit: ceteros omnes ad manum habeo, eosque, ut patet, jam supra annuntiavi. Verum, quod bona Waddingi venia dictum sit, non satis capio, quam* S. Bonaventuræ *Vitam tribuat Bartholomæo Pisano, a nobis non semel commemorato, qui toto suo opere de Conformitatibus Christi & S. Francisci, vix aliud de Sancto narrat præter pauca quæ exstant in nostra editione Bononiensi 1590 pag. 89, ubi per pauca plusquam mediam columnam, brevicula solum capita, ad Sanctum spectantia recensentur, sub titulo* Provinciæ Burgundicæ; *videlicet: Quod* juvenis, miraculo sibi facto per beatum Franciscum, de mortis faucibus liberatus, Ordinem intraverit, tantæ bonæ indolis honestate pollens, ut magister Alexander de Ales diceret aliquando de ipso, quod in eo videbatur Adam non peccasse. *Studiorum ordinem & in Generalem electionem supra ex ipsa retulimus. Quod Narbonæ in Capitulo* constitutionibus Ordinis formam dederit: quod in Capitulo Pisis provinciarum Ordinis, ut modo sunt, facta est distinctio: *quod* Legendam majorem & minorem S. Francisci *composuerit: quod* factus est Cardinalis per D. Gregorium X. *Subdit miraculum de particula hostiæ susceptæ, dum ex humilitate sacra Communione abstineret: Demum obiisse Lugduni, & Papam cum Cardinalibus exequias super corpus ejus celebrasse. Verba ejus ultima, de integritate linguæ, supra adducta sunt.*

55 *Habes Vitam scriptam a Pisano, de cujus ætate actum est paragrapho præcedenti, eft illam plurimum ampliavit Marcus Ulyssiponensis, scriptor sæculi XVI, cujus solam editionem Gallicam nancisci licuit. Excurrit ille, sed alia plane quam historica methodo, per decem capita libri sui secundi, in quo nonnulla superius decerpsimus: auctorem cognosces, ubi solos capitum titulos ordine descripserimus. Primo hic titulus præfigitur:* Quomodo S. Bonaventura Ordinem Fratrum Minorum ingressus sit. *Secundo:* De profectu S. Bonaventuræ in religione & in sacra Scriptura. *Tertio:* De regimine & zelo hujus Sancti. *Quarto:* Quod hic servus Dei renuerit admittere archiepiscopatum, ac de translatione S. Antonii Paravini & S. Claræ. *Quinto:* De libris ab hoc glorioso Sancto scriptis. *Sexto:* Testimonium datum a Joanne Gersone, celeberrimo Doctore, & Cancellario Universitatis Parisiensis, de auctoritate & utilitate doctrinæ hujus Seraphici Doctoris. *Septimo:* Qua ratione ad Cardinalatum promotus sit, de magno fructu inde in Ecclesiam redundante, & de glorioso ejus obitu. *Capitibus sequentibus 8, 9 & 10 enumerantur Sancti miracula, quæ ab Octaviano brevius recensentur. Subjungitur diploma Sixti IV; atque inde Capitula aliqua refert quibus Sanctus præsedit, ac binas epistolas encyclicas pro reformatione Ordinis ab eo scriptas. Hæc de Marco.*

Sermone ii solum capite delibarunt;

Petrum Rodulphum ornatiora quidem produxisse,

56 *Petrus Rodulphus ornatiora quidem produxit, sed & ea ipsiusmodi quæ Vitæ Sancti appellari prorsus nequeant, nisi ipsi adscribatur Octaviani oratio, quam ferme potius Vitam nominasset Waddingus, utpote quæ sola a Surio & aliis passim Legendariis descripta est, nisi fortasse mecum adverterit, totam prædictæ orationis substantiam ex Marco Ulyssiponensi ferme desumptam esse. Ut de Rodulpho cetera adjiciam; habet is imagines tres e ligno expressas, quarum prima repræsentatur vera, ut ipse existimat,* S. Bonaventuræ *effigies; altera orantis species sub titulo,* de eximia ejus humilitate & amore quo ferebatur in Deum; *tertia referuntur bina miracula, de infante mortuo ad vitam revocato, & de claudo recto, sub epigraphe,* de frequentibus miraculis divi Bonaventuræ. *Quæ ad Sancti vitam pertinent paucis & brevibus articulis expediuntur,* de summa eruditione ejus & de institutore in sacra Theologia. *Item* de insigni ejus doctrina, & de variis operibus quæ conscripsit. *Cetera æque cursim delibat, de generalatu Ordinis, de adepta dignitate Cardinalitia, de recusato episcopatu Eboracensi, de obitu & sacris ejus reliquiis quibus accedit* Octaviani Suessani oratio coram Sixto IV Pont. Max. de laudibus D. Bonaventuræ. *Satis patet, opinor, hic non apparere Sancti Vitam a Rodulpho scriptam.*

Neque Galesinii opus Vitæ dici potuit.

57 *Restat igitur solus* Galesinius, *a* Waddingo *inter Vitæ scriptores primo loco configuratus, eo solo merito, quod rem paulo fusius quam reliqui deduxerit; de cetero enim tractatus potius de Sancti virtutibus & doctrina dicendus est, quam vera vitæ historia. Præfigitur operibus, Sixti V jussu collectis, & in nova ab ipso instructa Vaticana typographia editis anno 1588 postquam Sanctus inter Ecclesiæ Doctores cooptatus esset. De auctoris sinceritate non adeo equidem dubitaverim, cum Octavianam orationem solummodo ampliasse videatur, opere in viginti capita partito, quibus perpetuo ad doctrinam & scripta delabitur, opportuno ipsi*

Digitized by Google

A *ipſi conſilio, quippe ubi chronologice res ordinandæ ſunt, ſequiorem plerumque partem amplecti ſolito: quæ autem carpenda aut veſtigandæ occurrunt ex annotatis noſtris intelliges. Et ea quidem quæ ſcriptores citati tradiderunt non ita excedunt veroſimilitudinis limites, quemadmodum alia nonnulla deſumpta ex Pelberto de Temeſwar & auctore* Vineæ Franciſcanæ, *qui antiquioribus minime contenti, Sancti ipſius gloriæ augendæ amplificandæque unice intenti, varia adjunxere, quæ notis ſuis ita inſeruit Henricus Sedulius, in hiſtoria ſua Seraphica, Antverpiæ anno 1613 excuſa, ut melius, me quidem judice, intacta reliquiſſet. Pelbertum non conſului, at quid de Vinea cenſendum ſit, ut jam ſuperius § 2, & alibi dicta non repetam, docebunt pauca alia ſpecimina ex eo libro excerpta, ex quibus de ceteris factas conjecturam. Habe primum ideam operis.*

52 *Tomus eſt ſatis ſpiſſus in parvo folio, uti loquimur, ſeu in magno quarto, ſermone Belgico ſatis rudi ſcriptus ac litteris Teutonicis excuſus anno, ut ad calcem teſtatur typographus,* MDXVIII *in civitate Antverpienſi. Titulus eſt e Belgico latine redditus:* Vinea S. Franciſci, pulchræ hiſtoriæ, Legendæ, & ſalutares doctrinæ, omnibus hominibus pernciles. *Præmittitur operis partitio, tum vero in præfationibus non ſemel repetit auctor, omnia ſe collegiſſe ex ſcriptoribus Latinis, quamvis nullum uſquam nominet; idque ſub finem operis denuo profitetur. Ex his autem haud obſcure datur intelligi, Vineam illam qualemcumque, non Latine primum ſed Belgice in eam formam digeſtam, neque aliter unquam editam, ut ſi ab aliis quam linguæ noſtræ peritis citetur, tuto dici poſſe videatur, ipſos fontem non conſuluiſſe; id quod de Waddingi loco cenſendum eſt, ubi tomo 2 ad annum 1274, num. 17, pag. 394, miraculum ſumpti in extremis a S. Bonaventura Viatici, ex hac Vinea unice acceptum paulo aliter narrat quam in ipſa habeatur, aliter vero Benignus Fremaut in ſua noviſſima ſanctorum Franciſcanorum Legenda Belgica, in duodecim tom. diviſa. Porro in tota Vinea nec veſtigium occurrit ex quo in auctoris notitiam devenias. Præmiſſa hac deſcriptione, de libri ipſius pretio ſtatue ex ſubjunctis ſpeciminibus.*

Duæ Franciſcanæ Belgicæ,

B

C

59 *Error eſt in principio, dum S. Bonaventuram in Baptiſmo* Euſtacium *appellatum memorat. Errat item, ſed non ſolus, quando Joanni Parmenſi mortuo Sanctum in generalatu ſucceſſiſſe ait. Fol. 187, fingit colloquium* B. Bonaventuræ *in Anglia cum epiſcopo Lincolnienſi, quod alii inſtitutum dicunt, cum S. Thoma Aquinate. Quæ porro inter ipſos geſta memoret eodem folio verſo, col. 1 in fine, ſupra ſatis dictum eſt. Audi vero lepidam hiſtoriam prioribus annexam. Commiſcitur S. Bonaventuram reginam Franciæ Blancam ſæpius convenire ſolitum, utpote ejus confeſſarium; unde in Regis Ludovici VIII animo zelotypia exarſerit, ob Sancti illius formæ præſtantiam; idque adeo, ut de ea re graviter conqueſtus ſit Rex S. Thomæ Aquinati confeſſario ſuo, quo fruſtra S. Bonaventuræ innocentiam conteſtante, perrexerit Rex temere ſuſpicari, donec jucunda aliqua cataſtrophe umbræ omnes evanuerint. Fabellæ ineptiam colliges ex eo quod mortuus ſit Ludovicus VIII anno 1226, dum in cunis adhuc jacerent ambo Sancti. Multa alia tribuit S. Bonaventuræ, ab aliis plane ignorata: unum pro multis; aſſerit Sanctum ſuum compoſuiſſe Officium de Venerabili, ſed quod alteri a S. Thoma concinnato poſtpoſuerit. Hiſtoriam de ſuſcepta miraculoſa*

inſignia aliquot ſpecimina.

ſacra hoſtia particula, tot circumſtantiis exornat, ut ſi ad ipſas attendamus, dubium ferme reddatur ipſum miraculum. Gregorium X fingit electioni ſuæ adfuiſſe, qui vix ſeptem poſt menſibus in Europam appulit.

D AUCT. L. B. S.

60 *Ne longior ſim, mitto cetera ad veritatis normam non magis exacta, hæc enim ſufficere exiſtimo, ut quis prudenter ſtatuat, an ut minimum incerta non ſit prodigioſa illa ſacri Viatici ſumptio, ſola iſtius ſcriptoris auctoritate ſuffulta. Eo igitur ceteriſque id genus tantiſper ſepoſitis, iis ſolummodo adhærebimus, quæ ex probatioribus monumentis collegit laudatus Sedulius, cujus editione, ne per varia ipſius Sancti operum volumina evagandum eſſet, ad hanc noſtram præcipue uſi ſumus. Exhibet is inſtrumenta quinque ad S. Bonaventuram potiſſimum facientia, quorum plerasque & nos deſcribenda cenſuimus, quamvis mutato nonnihil ordine. Primo loco refert jam dictam, a Galeſinio qualicumque modo concinnatam Vitam, cujus viginti breviora capita ad normam noſtram in hac editione contraximus. Huic ſubtexuit appellatam toties tractationem, in vitam & merita Bonaventuræ, per inſignem juris utriuſque doctorem diſertiſſimum Octavianum de Martinis Sinueſſanum, ſacri palatii Apoſtolici clarum advocatum Conſiſtorialem. Tum diploma canonizationis per Sixtum IV enuntiatæ. Deinde diploma aliud Sixti V, quo Seraphicus doctor* inter eximios egregiosque ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Doctores annumeratur. *Ultimum locum occupat* Mauritii Breſſii de S. Bonaventura a S. D. N. Sixto V Pont. Max. inter primarios Eccleſiæ Doctores annumerato, oratio.

Eorum ordo quæ hic tradantur;

E

61 *Verum hanc nos prætereundam putavimus, quæque quod ferme antedicta ſolum repetat, verbis plurimis eadem exornans, atque adeo ad rerum geſtarum hiſtoriam permodice conferens, quemadmodum Sedulius ipſe recte neglexit tractatum alium bene longum ſeu relationem R. P. Joannis Franciſci de Pavinis. Ea eſt ad S. Bonaventuræ canonizationem in duas partes & viginti articulos diſtributa diſſertatio præparatoria, quæ etiam, mutatis nonnullis, ad Sanctos alios referri poſſet. Exſtat ſubjuncta in Sancti operibus tomo ultimo* ſermo magiſtri Roberti de laudibus S. Bonaventuræ, Ordinis Minorum: *ſed neque hunc magnopere curandum cenſui, ſatis ſecurus, nihil ſolidi, aut ad vitam ſpectantis prætermiſſum eſſe in iis quæ a nobis adducuntur, tranſpoſito duntaxat, uti dicebam, ordine a Sedulio obſervato. Etenim verum ſeries exigere videtur, ut antiquiora, utpote ceteris prælucentia, recentioribus anteponantur: unde in hac noſtra editione præcipuum Vitæ inſtrumentum credidimus, ipſam illam Octaviani orationem, cui Marco, ut dictum eſt, ferme digeſtam, cui & primum locum omnino tribuimus, ſubjuncta canonizationis bulla, quæ cum prædicta oratione quodammodo connectitur. Inde ſubdimus diploma Sixti V, quod S. Bonaventuræ operum editionem præceſſiſſe oportet, quibus cum inſerta ſit Galeſinii tractatio, ea quodam jure ſua ultimum locum ſibi vendicat, quod miror Sedulium non obſervaſſe. Sequatur itaque*

quæque merito prætermiſſa ſunt.

F

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S.

OCTAVIANI A MARTINIS SINUESSANI,

U. I. DOCTORIS

De vita, & miraculis S. Bonaventuræ Oratio, qua postulatur a Sixto Quarto Summo Pontifice in Divorum referri numerum.

Capitale beneficium a laude PP. Sixti IV.

JUstitiæ suffragiorum, Beatissime Pater, ad quæ porrigenda desiderabar, hærentem me concitavit ad indicti mihi muneris provinciam, remota cunctatione, capessendam. B Neque enim me alioquin fallebat, quam arduum, quamve anceps munus obirem, postulare ex merito, Sanctum, Romanæ Sedis decreto, referri in ordinem sive catalogum cælestium, qui cum Christo regnant, Sanctorum: idque in hoc tremendo auditorio, sub aspectu sacri Reverendissimorum Patrum senatus, ac sapientum Prælatorum & virorum, quibus Tua Sanctitas cælesti Superum dono, in sua majestate sapientissime præsidet: ubi non ego modo, qui in actione caussarum forensium, nostri sæculi stylo versor; verum & alium, quamlibet exercitatum, ac denique consummatum oratorem, expavere quidem posse credendum sit. Nam, per immortalem Deum, quis tam sapiens aut disertus, quidquam adeo elimatum, aut studiosa lucubratione excogitatum hic proferat, quo majestatem loci, dicendo vel mediocriter æquare possit? Quid porro tanto studio adinventum, quod prævisum ac tritum non fuerit apud tantæ sapientiæ Patres, ac Te ante alios, sanctissime Princeps; qui cum ex multis jam annis divinarum atque humanarum rerum, ac omnis denique philosophiæ scientiam pleniſſime edidiceris, velut splendidissimum sidus in firmamento, in Dei Ecclesia ceteros illustrasti? C Quæ quidem revolventi, non levem animo tremorem incussisse poterant, atque ab hac actione, qua nulla illustrior, penitus dehortari: nisi justitia meritorum (ut præmiseram) Beati Bonaventuræ, pro quo intercedimus, animum erexisset atque confirmasset.

dignissimi Christi in terris Vicarii.

2 Accedebat præterea, quod Princeps non profanus pro religioso, aut indoctus pro literato rogandus erat: sed Tu profecto, Pater Beatissime, qui divinis obsequiis, in beati Francisci Religione, ex matris utero cælitus destinatus, in eadem omnipotenti Deo religiosius servivisti, ac demum ad ejus principatum singularibus tuis meritis vectus, illam sapienter ac salubriter gubernasti, auxisti, atque ampliasti. Qui cum divinorum mysteriorum scientiam, per traditiones Patrum sueris nactus, tum vero ex operibus ejusdem Divi Bonaventuræ, (quæ divino spirante lumine edidit) Conditoris intelligentiam certissime comparasti. Ita namque par erat Te, quem Conditoris vices oporteret gerere in terris, in illius mandatis commissum gregem erudire: neque enim illius fauste quis vices gerit, quem non penitus D novit: neque illius porro mandata recte alios edocet, quę non prius luculenter edidicit. Quare cum pro divinę sapientię patre, Ordinis Minorum Generali Ministro, Episcopo Cardinali Albanensi, intercessurus essem apud Te, Beatissime Pater, qui iisdem meritis clarus, iisdemque officiis glorioſe perfunctus; & proinde ad hoc opus Tibi, in hos usque dies divinitus, servatum, electus: nequaquam mihi verendum fuit, ne per insufficientiam Tibi negligerer, qui etiam meritus fidelium Pastor, imbecillitati nostrę clementissime compati didicisti. Jamque ego qui horrore quodam non sine titubatione occeperam, perspecto quam benigno vultu, ac clementi nutu audientiam indulgeas, erectus in spem meliorem, fidentior prosequor; tuique sacri affectus oraculo meis auribus illud propheticum insonare videtur; E Dilata os tuum, & ego impiebo illud. Et rursus; Dabo tibi sermonem bene sonantem in os tuum, ut complaceas in ore principis: ac proinde obsecro, pari clementia velis favere, dum divino numine adjutus, ac tuo benigno favore firmatus, proferam quę ad ipsius Conditoris, Bonaventuræ, ac hujus sanctę Sedis laudem perpetuam cedere possint.

In canonizatione inquirendum in vitam & miracula.

3 Exoraturo a Tua Sanctitate, Pater Beatissime, Divi Bonaventurę canonizationem, ingens mihi studium fuit, sacrarum Litterarum codices diligentius evolvere, ad dignoscendum quęnam rei, de qua agimus, convenirent. Quibus quidem curiosius perspectis, quantum colligere potui, duo potissimum inspicienda ac merito inquirenda fuisse intelligo, vitam scilicet & miracula, quæ si recitando monstraverim in hoc viro esse comperta, qualia ad canonizationem sufficiant; Tua Sanctitas, cujus arbitrio id subjicitur, benigne dignabitur votis supplicantium respondere. Et quoniam vitæ initium, quod ex Religione suscipio, miraculosum exstitit: nemo mihi vitio vertet, si vitam ante miracula relaturus, alterum cum altero recensendo permiscearn. Nec rursus F mirabitur, quod quemadmodum plerique cujuspiam memoriam commendaturi, non ego primordiis natalium ac pueritiæ Divi Bonaventuræ insistam, aut eo altius a parentum ipsius dignitate exordiar. Prohibent namque crebra & clariora viri facinora, & ab illo in statu perfectioni agitata. Nec tamen omittam, quod Bonaventura natione Tuscus, patria Balneoregius, Joanne Fidanza & Ritella, fidelibus conjugibus ortus, baptismatisque unda respersus; quæ ex Joanne medicinæ magistro, & Felice Antonii, qui & ipsi ab illis majoribus originem trahunt, atque aliis testibus Balneoregiis probe comperta sunt.

Balneoregii natus, puer adhuc gravissime ægrotat.

4 Cetcrum prætermissa longiore serie præmissorum, vita inde exordium capiet, ubi relicto mortalitatis statu, mundo moritur, ac omnipotenti Deo meritis beatissimi Francisci, victimam se perpetuam dedicavit. Glorioſus Deus in Sanctis suis, quos sibi ab æterno prædestinavit electos, & secundum necessitatem temporis, ad salutem humani generis produxit in lucem; cum beatum Bonaventuram vas electionis sibi delegisset, ac suis obsequiis

in

Digitized by Google

A in Religione ſancti Franciſci deſtinaſſet; quo tamen illius converſio poſſet aliquando a Deo diſponente profecta intelligi, & in illo ſuæ majeſtatis gloria revelari: eumdem in extrema valetudine periclitari permiſit. Cujus ſaluti, anxia ſolicitudine timens cariſſima parens, ubi Phyſicorum, quos adhibuit, diligentiam fruſtra experta eſt, & medelarum vires ad illum levandum minus valere comperit: ſolius Dei opem, quem Sancta timebat, & cui caſtos pueri mores, quos probe ut mater noverat, intelligebat acceptos; humiliter in ſalutem pueri invocavit, ac ſancti Franciſci ſuffragia reverenter implorans, illum ſi ſanum recuperaret, ipſius Religioni perpetuo devovit. Exaudita eſt pro divina clementia & ſua reverentia; & ſanitate recuperata integer puer evaſit, non ſine admiratione Phyſicorum: qui eum ſtatum corporis probe in illo deprehenderant, ut humana ope ægrum levari poſſe penitus deſperaſſent.

B *Matris voto per S. Franciſcum suscitatæ fit Minorita*

5 Idem jam adoleſcens, ac porro ætate provecta, cum Religioni maturum ſe, & illi, ex parentis voto, debitum intelligeret: memorque divini mandati per David prophetam humano generi prolati: Vovete & reddite Domino Deo veſtro: anno ſuæ ætatis circiter ſecundo & vigeſimo, habitum Religionis ſancti Franciſci devotiſſime ſuſcepit, & in profeſſionis emiſſione beneficium illius his verbis aperte teſtatus eſt; Voto pro me languente graviſſime, ad beatum Franciſcum emiſſo a matre, cum adhuc eſſem puerulus: ab ipſis ſum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis reſtitutus. Quod cum viva memoria teneam, vera nunc confeſſione profiteor: ne tantum beneficium retinens, ſceleris arguar ut ingratus, orationemque ad illum piiſſime his effundens: Accipe igitur, Pater beate, quaſcumque exiles, meritiſque tuis, ac beneficiis impares gratiarum actiones; & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras ſic orando excuſa, ut a malis præſentibus ſeruas, & ad bona ſempiterna perducas.

C *Gratia Dei & doctrina Alexandro ab Ales acquirit summam eruditionem*

6 Igitur vir ſanctus in eadem vocatione progrediens, cum omnis ipſius vita in Dei certa cognitione & contemplatione verſaretur, ad quam adſequendam, per ſacrarum Scripturarum aſſiduam perlectionem, orationes, ac contemplationes intenderet, docente illum Alexandro de Ales, ſacræ paginæ magiſtro: tantam doctrinarum perfectionem brevi adeptus eſt, ut a ſeptimo ſui ingreſſus anno, conſono magiſtrorum Ordinis judicio delectus; librum Sententiarum in Pariſienſi univerſitate clariſſime legerit, & cathedram magiſtralem receperit. Admirabilis proinde cunctis, quod tam parvo ſpatio eam ſufficientiam valuerit comparare. Sed admirentur ſane, qui res humanas ex naturali tantum curſu, non autem ex divina potentia metiuntur: quæ duos diſcipulos litterarum prorſus ignaros, Emaus oppidum contendentes, brevi itineris ſpatio comitata, divinorum ſcientiam pleniſſime docuit.

Quo doctior, eo humilior.

7 Idem Divus, dona ſancti Spiritus pro ſuis aſſiduis meritis conſecutus, magna indies doctrinæ incrementa recipiebat, quæ magis divinitus inſpirata, quam humanitus adquiſita videantur. Cumque per tres annos ſequentes, cathedram magiſtralem rexiſſet, anno ſuæ ætatis ſecundo & trigeſimo, inter primos, religione & doctrina, in Ordine habebatur. Namque illi tamquam infinitus theſaurus ſcientiæ erat, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Et quod notabilius & admirabilius erat in illo; quo magis ſcientia & auctoritate emerſerat, eo magis humilitate mentis deprimebatur. Nec, ut plerique, litterarum ſcientia inflati, vilia miniſteria domeſtica faſtidiebat: ſed vix, nec niſi per obedientiam, ægre tamen ab illorum executione coercebatur, reputantibus Prælatis indignum, ſi a talibus, non, ut egregius, ſequeſtraretur, in quo ſancti Spiritus gratia habitare perſpicue cernebatur.

Triſtes benigne ſolatur.

8 Nec tamen vir ſanctus ulla caritatis officia ob litterarias actiones prætermittebat, ſed in omnes fratres oculos intendens: ſi quem forte triſtem, aut profeſſionis pœnitentem intelligeret, tanta dulcedine in ſermone conveniebat, conſolabatur, monebat ac confirmabat: ut nullus ab eo diſcederet, quin libens cœptum Religionis iter proſequeretur. Infirmorum præterea cura ſupra quam credibile ſit, delectabatur: quove gravioribus aut contagioſis morbis gravarentur, eo magis ſe totum illorum obſequio applicabat. Quibus officiis cum majorem diei partem abſumeret, non eo minor erat in publicis lectionibus & interpretationibus Scripturarum: quas tanta claritate audientibus intelligendas reddebat, ut ipſe auctor illarum meriko videri poſſet. In Capitulis vero aut Provincialibus aut Generalibus tanta ſapientiæ ipſius reſponſa dabantur, ut jam Generalis Miniſter, perſpecta magnitudine conſiliorum illius, nihil omnino grave exſequendum putaret, in quo ſancti viri judicium non antea exploraſſet.

Deligitur in Generalem Ordinis Min. ſtrum.

9 Quibus donis & gratiis illuſtratus, cum jam in Religione eſſet omni merito clarus, defuncto a Generali Miniſtro, tredecimo ipſius ingreſſus anno, ex tam multis ſanctis viris, quibus Religio in ſua novitate florebat, unus omnium ſine contradictione extitit ſubrogatus. Hic vir Sanctus accingens ſe gravioribus actionibus, cum jam Religioſi cœpiſſent a fundatoris diſciplina paullulum declinare; & monendo, inſtando, caſtigando, ac operoſius laborando ad meliorem vitæ frugem reduxiſſet: in Capitulo Generali, quod primum Narbonæ tenuit, Regulam beati Franciſci reformavit atque expoſuit; ordinemque in Provincias & Cuſtodias taxavit b, & duas addidit, ubi ſtrenue decertans adverſus venenoſas oppugnationes temeratorum & obtrectatorum, qui in Religionem Mendicantium, ac Sanctum virum impudentius ora ſolverant, atque artificioſis calumniis velitabantur: ſola juſtitia atque innocentia tutus, permanſit invictus, tamquam qui integer vitæ, ſceleriſque purus, non eget Mauri jaculis, nec arcu, nec venenatis gravida ſagittis, Fuſce, pharetra: expertus fructum ſanctorum monitorum Magni Baſilii divini interpretis Homerici carminis, ubi Ulyſſem pro meritis ad cœlum tollit, aſſerens Poetam clara voce teſtatum; O homines! ſit vobis cura virtutis, quæ cum naufrago enatat, & ejectum in littore venerabiliorem oſtendit. Ubi etiam

a

b

A etiam libellum contra Minores pernicioſiſſimum
AUCT. a Magiſtro Giraldo de Abbatis villa (ut putant)
OCTAV. per apologiam editum, non minus eloquenter
MART. quam ſubtiliter confutavit. Qui etiam Giraldus non longe poſt, juſto Dei judicio damnatus, meritas ſui ſceleris pœnas dedit, paralyticus ac miſeranda lepra reſperſus, quibus ærumnis vitam finivit.

10 Congregato vero Generali Capiculo Piſis, eo auctore inſtitutum eſt, ut Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, uſque ad Epiphaniam continuaretur, eodem modo quo infra Octavam Nativitatis Dominicæ cantatur: & aliæ Rubricæ in Breviario reformatæ, & aliæ additæ. Idem etiam piiſſimus cultor glorioſæ Virginis matris Jeſu, inſtituit, ut fratres populum hortarentur ad ſalutandum eamdem, ſigno campanæ quod poſt Complectorium datur: quod creditum ſit, eamdem ea hora ab Angelo ſalutatam. Tunc translatum fuit venerabile corpus beati Antonii, ad prægrandem eccleſiam Paduanam: cujus lingua ſecundo & trigeſimo ſui obitus anno, recens & rubicunda reperta eſt; quam vir ſanctus in manibus devote reci-
B piens, ac largioribus lacrymarum imbribus perfundens, talibus reverenter affatus eſt? O lingua benedicta! quæ Deum ſemper benedixiſti, & alios benedicere docuiſti: nunc perſpicue cernitur, quanti meriti fueris apud Deum. Cui oſcula devote figens, illam honeſte collocari curavit. Cujus etiam fama permotus Pontifex tunc Clemens IV, ut illum in partem ſolicitudinis traheret, opulentæ Eboracenſi eccleſiæ præfecit: nec tamen adſequi potuit, ut vir ſanctus eam promotionem acceptaret: qui propoſiti conſtans maluit in Religione manere, ubi divitias & dignitates ſibi procuraret in cœlis. Cujus conſtantiam Pontifex admiratus, ad illum; Sta, inquit, in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce.

Multa pie inſtituit; ab omni digeſtate abhorrens.

11 Nunc vero ſe offert numeroſior cumulus divinorum ſcriptorum ipſius. Cum Pariſiis legiſſet primum librum Geneſis, nobile opus, quod de ſeptem Viſionibus Bonaventuræ intitulatur, editum eſt. In libros Sententiarum celebria commentaria edidit ſecun-
C dum & quartum præſertim, quos etiam metrice extitit proſecutus. Et incipiunt, O fons ſplendoris, vas dulcoris & amoris, quibus ob ſublime ingenium auctoris ibi inſperſum, Sententiæ ſententiarum Bonaventuræ, titulus inditus eſt. Super Euangeliis compendioſe, & utiliter ſcripſit, Lucæ præſertim Cancellarii piæ matris Jeſu; quam pectori impreſſam aſſidua meditatione ſemper extitit veneratus. Rurſus contemplatione ſancti Ludovici Regis Franciæ, officium de Cruce devotiſſimum edidit: quod ab Eccleſia nullo immutato receptum, in ea ſolennitate ubique legitur. Compoſuit & ſolenne Officium in honorem beati Franciſci, & de ipſius vita ſerioſo tractatu primum, & ſecundo redactorie adnotavit. Compoſuit & libellum de ſex alis Seraphim, in monte Alvernæ. Duo nobilia opuſcula edidit, piiſſimas contemplationes fragrantia: quorum alterum Itinerarium mentis in Deum, & alterum in ſeipſum, appellata ſunt. Compoſuit & libellum approbatorium Religionis Mendicantium, quod Defenſorium appellant. Compoſuit & libellum

De operibus S. Bonaventuræ.

de vita Chriſti, ſive meditationum paſſionum D
ipſius, quem arborem Crucis nominant. Compoſuit & Breviloquium. Item & Sermones dominicales, ſuper Euangeliis & Epiſtolis per totum anni circulum. Item compendium veritatis ſacræ Scripturæ. Item libellum ordinationis ſive inſtitutionis novitiorum. Item & libellum de ſtimulo amoris. Item & libellum, quem appellant Pharetram, de auctoritatibus principalibus Doctorum approbatorum, quem per Alphabetum extitit proſecutus. Et alia plura opuſcula uſque ad trecenarium numerum, qui in partibus Galliarum frequentius habentur in manibus.

12 Et cum beati Franciſci Religio, quam annis octo & decem, ſancto regimine gubernavit; ipſius monitis & exemplis, in ſolidioris ſanctitatis ſtatu eſſet; & viri claritas ob vitæ ſanctitatem, doctrinæ eminentiam, atque operum divinitatem ubique eluſceret; tum forte Romana Sedes plurimum laborabat difficultatibus, quæ in Concilio, quod Lugduni congregabatur, inextricabiles emerſerant: Gregorius tunc Papa X. & reliquus ſacer Senatus, E
illecti ſtudio viri, (quem levandis dictis difficultatibus, ac univerſalis Eccleſiæ regimini intelligebat plurimum præſtitutum, atque ob merita alioquin ſublevandum) in Cardinalem, quamvis reluctantem, promoverunt; & quod rarum, ex ipſo initio, ob viri excellentiam, Epiſcopum Albanenſem. Moxque pertractandis arduis rebus Concilii, unus omnium delectus eſt, deputatis, qui illi adſiſterent, Rhotomagenſi & Tripolitano claris Epiſcopis illius temporis, qui & ipſi de Religione ſancti Franciſci, ad Epiſcopatum, ob meritum vocati fuerant. In quo Concilio de multis, illius ſapientia ſancte conſultum atque decretum, & Græcorum compoſitæ hæreſes: qui tum præſente Paleologo e eorum Imperatore, qui in hoc Lugdunum venerant, libere ad Romanæ Sedis obedientiam redierunt; ad quorum reductionem miſſi fuerant Frater Hieronymus de Eſculo, & Frater Bonagratia Dalmata, F
Ordinis Minorum religioſi, eximii meriti. Quibus cum litteris reverſis, lætus idem Gregorius, Fratres ac Prælatos, qui in Concilio aderant, in Lugdunenſi eccleſia convocavit; ubi vir ſanctus præclaram habuit orationem, propoſito themate, quod legitur Baruch quinto, Exſurge Jeruſalem, & ſta in excelſo, & circumſpice ad Orientem; & vide colle-
ctos filios tuos ab Oriente ſole, uſque ad Occidentem.

Cardinalatus munera præclare egit in Conc. Lugdunenſi:

13 Succeſſive in ea vocatione, pari ſanctitate & operum fructu perſeverans, cum in Dei Eccleſia diutius laboraſſet; ita ut cum Apoſtolo jure dicere poſſet; Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi; anno ſalutis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, & ſuæ ætatis tertio & quinquageſimo, hora matutina diei Dominicæ, quæ menſis Julii erat tertia & decima *d*, ex humanis ſublatus eſt, & ſanctis *d*
Patribus (ut credere debemus) æternum victurus redditus. Qua die ipſius venerabile corpus ſepulchro reconditur, in eccleſia ſancti Franciſci Lugdunenſis cum multis lacrymis & conſternatione fratrum, lamentantium ſe tanti viri ſocietate deſtitui, qui parem ſibi in Dei Eccleſia relinquere non videbatur;

ubi ſummis laudibus efferur.

Gre-

Digitized by Google

A Gregorio Pontifice permaxime eum reputante; qui ibidem publice teſtatus eſt; Eccleſiam Dei, illius morte magnam incurriſſe jacturam. In cujus exſequiis primam Miſſam celebravit Frater Petrus Tarantaſienſis Epiſcopus Cardinalis Hoſtienſis *e*; & ſermonem habuit propoſito themate, Doleo ſuper te mi frater Jonatha. Ubi inter ceteras commemorationes gratiarum & donorum, quæ illi Deus dedit, etiam fuit, quod quicumque eum videbat, ſtatim ipſius amore capiebatur, ejuſque monita libenter recipiebat, Græci præſertim; quibus reducendis ipſius divina eloquia, & conſilia plurimum contulerunt. Benignus, affabilis, omnibus gratus, & nulli unquam ſcandalo; pius, prudens, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus, atque quietus: quarum virtutum actiones, & officia ſemper ſtrenue exitit exſecutus. Quod etſi nullo alio probante doceremur, ſatis ex divinis ſuis ſcriptis liquido patet: quibus tam intenſo affectu, ſingula præmiſſa proſequitur; ut niſi per aſſumptum de illis habitum, adeo ardenter illis inſiſtere non valuiſſet. Tum vero, quod Alexandri de Ales præceptoris ipſius teſtimonio, mundus ab omni vitio probatus

B eſt, qui ejus vita & moribus probe compertis, de eo dicere ſolebat; Verus Iſraelita eſt iſte, in quo Adam non peccaſſe videtur. Cujus doctoris auctoritatem tanti apud Eccleſiam valuiſſe conſtat, ut de illius dictis aut ſcriptis nefas putaverint dubitare: conſummatumque omnes teſtati ſunt divinum oraculum, per beatum Franciſcum de illo editum, futurum eum magnum virum in Eccleſia Dei, Religionemque ſuam magna per illum ſanctitatis accrementa recepturam.

14 Jam intelligis Pater Batiſſime, quod & per te planius intelligebas; quis qualiſve fuerit Bonaventura, de quo agimus: cujus vita & exemplis, beati Franciſci Religio illuſtrata, & doctrina omnis terra repleta eſt. Nunc quod ſecundo loco aggredimur, pari patientia audire digneris, dum refero, quæ memoranda omnipotens Deus in illo, & ipſius virtute, in aliis monſtrare dignatus eſt. A re miranda exordior. Bonaventura adhuc in minoribus agens, demiſſæ mentis humi-

C litate, potius quam ex injuſtitia, pluribus diebus abſtinuerat perceptione ſacratiſſimi corporis Chriſti; veritus ne ſi illud indignus ſumeret, judicium ſibi manducaret & bibe-

Miracula narrat.

Sve Comm. miracula ſeſtivum.

ret. Cumque die quadam in Miſſa devotus adeſſet; Deus reſpiciens ad illius humilitatem, particulam conſecratæ hoſtiæ, de manu celebrantis, per angelum acceptam, illius ori clementer immiſit. Reſpexit enim ad humilitatem ſervi ſui, propter quam beatus omnibus gentibus prædicatur. Rurſus cum intenſo affectu ſtuderet, contemplando & adnotando Vitam beati Franciſci, glorioſus ſanctus Thomas de Aquino, qui eadem tempeſtate meritis claruit, & Bonaventuræ magna caritate conjunctus fuit; accedens ad illius cubiculum, per foramen oſtii introſpexit, viditque illum in contemplatione raptum, & a terra mirifice ſublevatum, tum retrocedens ad ſuos; *Sinamus*, inquit, Sanctum, qui laborat pro Sancto. Simona Lugdunenſis beatum Bonaventuram viventem ſumma devotione proſequebatur, quæ ſicut Domino placuit, mortuum peperit. Ad quam evocatus vir ſanctus, expoſito cadavere ante illius pedes, & mater, quæ in lecto coram ingemiſcebat, & reliquæ mulieres quæ aderant, Sancti viri opem in ſalutem mortui deprecatæ ſunt. Tum vir ſanctus commiſeratus, manibus atque oculis erectis in cælum, devotiſſime oravit. Mox ſigno crucis ſuper puerum facto, viventem reddidit matri. AUCT. OCTAV. MART. *Infantem mortuum ſuſcitat.*

15 Tritum ac frequens apud Lugdunenſe Caſtrum villanum, ac totam provinciam, quod mulieres utero laborantes invocatus exaudit, & de periculo eximit. Joanna Lugdunenſis, octo dies continuos utero diſtenta, atque aſſiduo enixu parturiendi cruciata, deſperaverat de ſalute. Monita a mulieribus quæ laboranti aderant, ſe Sancti precibus & ſuffragiis commendavit, certum votum pro ſalute recuperanda faciens; & ſtatim incolumis incolumem peperit. Petrus filius Joannis Aiuſe Chapelier, dextra tibia notabiliter claudus, ita ut quatuor menſibus ſine baculo nec ambulare, nec in veſtigiis conſiſtere poſſet; precibus, voto, & orationibus in ſepulcro ipſius factis, ibidem novenam facere cœpit, & infra novem dies ſalutem omnimodam recuperavit. Eadem invocatione, ſimili ægritudine liberatus filius Franciſci Maſſodii, Notarii Lugdunenſis. Nobilis miles dominus locorum de Vincellis & de Gromellis, peſtilenti febre attritus & exinanitus erat; quem loquela, ſenſu, & motu deſtitutum, extra ſalutis ſpem denuntiaverat Marcus de Ferrariis nobilis phyſicus Papienſis, qui in illo omnia mortalitatis ſigna probe compererat. Ceterum Religioſus quiſpiam aderat, Frater Matolinus Biblicus, conventus ſancti Franciſci Lugdunenſis, qui commemorare cœpit, quæ mira omnipotens Deus per invocationem dicti Sancti operaretur; propterea illius opem in ſalutem morientis poſcendam perſuaſit. Tum votiva invocatione, per cognatos & dictum Religioſum, & certo voto pro illius ſalute ad beatum Bonaventuram facto, qui morituros videbatur, ſtatim ſentire, moveri, loqui, & melius habere cœpit, & brevi ſalutem omnimodam recuperavit. Simili invocatione, de graviſſimis febribus liberati ſunt Frater Joannes Benedicti, Ordinis ſancti Franciſci, ſacræ paginæ magiſter; Ludovica uxor Petri Rover, Gaſparda filia nobilis viri Petri Carionis de Chamberiaco, filius Richardi Ridani, ſoror Pinetæ uxor Claudii, Pinolus, Antonius Cathalanus, Lanzelotus Mercurius, Stephanus Gennes Chapulier, famulus Joannis Adiuſſe de quartana, & frater Philippus Laicerti.

Parturientes ſuas ſæpe ſæpius facile.

Claudus ſanatur ad ejus ſepulcrum E

Et febricitantes.

16 Franciſca luem, ſive formicam in collo patiebatur; cujus ignis ſenſim in reliquam corporis partem ſe prorogabat, & teneras puellæ carnes miſere urebat: ſuper quam dolens Gilbertus Alerii infelix pater, ad venerabile ſepulcrum S. Bonaventuræ ſe contulit, illiuſque opem & ſuffragia in ſalutem filiæ devotiſſime invocavit, ac certum votum in hoc fecit. Mox domum reverſus, extincto igne, ſanam & liberam miraculoſe invenit. Stephaneta relicta Joannis Michaelis, caſu trabis oculos percuſſa, graves dolores incurrit, & in periculum perdendi oculum deducta fuit; commendavit ſe beato Bonaventuræ

F

Et nobilis mulieris Bonaventuræ ex voto alii multi.

Digitized by Google

AUCT. OCTAV. MART.

turæ, atque ad illius ſepulcrum virgunculam filiam, cum cerea imagine oculorum, miſit, qua reverſa, doloribus liberata eſt, & brevi integram oculorum ſoſpitatem recuperavit. In quam & illud notabilius, quod cum Lugdunum perveniſſet Religioſus quiſpiam Prædicator verbi Dei, indixiſſetque populo, quod quicumque ſciret aliquid de miraculis beati Bonaventuræ, quod ſibi revelare deberet; eadem Stephaneta, quæ in oculorum ſuorum ſalutem etiam invocaverat auxilia gloriosæ Virginis Mariæ; perplexa cujus beneficio ſoſpitatem oculorum conſecuta fuerat, aliquamdiu detrectaverit quidquam Prædicatori referre. Tum in graviorem oculorum ægritudinem incidit; mittenſque etiam filiam denuo, ut antea fecerat, ad idem ſepulcrum, & facta oratione & voto, miraculose extitit liberata. Tum ſuum reatum agnoſcens, ad eumdem Prædicatorem acceſſit, & rerum ſeriem omnimodam revelavit. Simili invocatione de doloribus & periculo oculorum liberati fuerunt Dionyſius de Forreſta mercator, Claudia de Piſcaria, Claudius Poleti Corduernis, Margarita uxor Joannis Petit textoris, Joannis Adiuſſe filius.

Imago ceræ oculi formata ad ejus ſepulcrum

B

17 Joannes Adiuſſe Chapelier dira paralyſi repente percuſſus, amiſſis ſenſibus & media ſui corporis inferiori parte, hebes factus cecidit; cujus caſum dolens pater, flexis genibus commendavit illum beato Bonaventuræ: & ſtatim qui ceciderat, ſentire, loqui, & melius habere cœpit. Tunc imponentes eum lecticæ, pater, mater, & Petrus alter filius, detulerunt eumdem ad Sancti ſepulcrum, quem ibidem ſiſtentes, flexis genibus invocaverunt beatum Bonaventuram; & factis certis orationibus & voto, ſanum ac liberum reduxerunt domum. Eadem invocatione de ſimili ægritudine liberati Franciſcus Davegnier, alias Ravillon, Guilielmus de Bletena textor, Catharina de Bauline, Joanna relicta Petri Rolini; Margarita relicta Joannis de Vaulx aurigæ.

Item paralytici reſtituuntur.

C

18 Illuſtris Dux Aurelianenſis *f* a potenti magnæ Britanniæ ſive Angliæ Rege captivus detinebatur, ubi veterem quartanam paſſus, intenſos capitis & renum dolores incurrit: deſtitutus omni auxilio, opem beati Bonaventuræ devotiſſime invocavit, in illius ſuffragiis devotiſſime ſperans: ſtatim miraculose doloribus & ægritudinibus liberatus, in Gallias infra annum extitit reſtituturus. Mox Lugdunum petens, viſitavit venerabile Sancti ſepulcrum, & oblationibus factis, gratias Deo, & Sancto pro acceptis beneficiis egit; & quæ per illius invocationem fuerat conſecutus, Religioſis dicti conventus manifeſtavit. Laqueda uxor Nicolai Colineti Lugdunenſis, horrenda lepra reſperſa atque infecta, ſuis vitabilis, jam diutius detrectare non poterat, quin relicto lare, cognatis & urbe, miſerabili conſortio leproſorum ſe redderet. Quæ cum ſemper nomen beati Bonaventuræ devote coluiſſet, ad illius ſepulcrum procubuit, intenſius precata, ut miſereretur ſortis ſuæ; devoce oblatione ac voto factis, mundari atque a lepra liberari obtinuit. Michael de Chel, alias Gennes, in cujus latus dextrum, equus vehementi ictu validum calcem detorſerat atque impegerat, ita ut duabus coſtis pene attritis, cum magno anhelitus impedimento, tres menſes lan-

f A Duce Aurelianenſi febris diſcedit

Leproſa mundatur.

Equi calcis grauitas illius perſanatur.

guidus jacuerit, variiſque fomentis, delinimentis, ac cataplaſmatibus fruſtra adhibitis, deſperata ſalute commendavit ſe B. Bonaventuræ: & certo voto in illius honorem facto, de periculo exemptus, & ſaluti extitit reſtitutus. Simili invocatione, liberatus etiam de dolore coſtarum Joannes Michaelis de Cheval, ſerviens Curiæ Lugdunenſi, & eadem, Margarita Joannis Petit, quæ de celſiori edium parte delapſa deciderat.

D

19 Joannes Garboti regius ſecretarius, uxorem perpetuo languore habuit tabidam, ſive hydropicam, & nullo modico juvamine curare poterat; acceſſit ad venerabile Sancti ſepulcrum, ſalutem conjugis, imo communem, illi reverenter commendans; & facto certo voto in honorem Sancti, ſanam & liberam, domum reverſus, extitit conſecutus. Joannes Duſolier Mareſcallus Lugdunenſis, putri ac marcida tibia quatuor menſes languidus jacuit, cumque cruciabiles dolores diutius perpeti non valeret, in ſola tibiæ amputatione ſpem conjecerat. Nocte forte per quietem monitus, commendavit ſe beato Bonaventuræ; atque uxorem cum cerea imagine tibiæ, ad illius ſepulcrum devotiſſime miſit. Qua reverſa, doloribus penitus exemptus eſt, & ſalutem omnimodam brevi recuperavit. Petrus Moyer ligneum molendinum habebat in flumine Rhodano, qui affluenti aquarum colluvione elatus & auctus molendinum ipſum, valida alioquin catena retentum, violentior rapuit, & in ſe voravit. Quo conſpecto, idem Petrus, qui ſemper coluerat beatum Bonaventuram, ad illius ſepulcrum confugit; ac procumbens reverenter precatus eſt, ut a ſui devoto calamitoſam jacturam averteret. Mox egreſſus inconcuſſum molendinum ad alteram Rhodani ripam in littore ejectum, & miraculose reſtitutum conſpexit & recuperavit.

Vas il. ſi fracti morbidi varii adjuti.

E

20 Stephaneta mater prædicti Franciſci Davegnier, alias de Rovillon de Squilincia, in extremis laborabat, quæ allatum Dominicum corpus, nec agnoſcere nec recipere potuit; quod ægerrime ferens Franciſcus filius, qui probe noſcebat matrem magna devotione beatum Bonaventuram ſemper coluiſſe, ad illius venerabile ſepulcrum confugit, devotiſſime precatus, ne ſuſtineret ſui devotam, ſine ſalutis viatico vita decedere. Domum reverſus fideliſſime ſperans in B. Bonaventura, corpus Dominicum iterum aſſerre curavit; quod ſtatim agnitum mater reverenter recepit. Venerabilis Religioſus Fr. Benedictus de Lulino, Ordinis S. Antonii Viennenſis, procurator domus S. Antonii Lugdunenſis, cenſuales libros domus amiſerat, quos multa adhibita diligentia reperire non valuit, cum magno ſcandalo & detrimento domus: acceſſit ad venerabile ſepulcrum B. Bonaventuræ, & ibidem accenſis candelis commendavit ſe eidem, & demum reverſus libros meruit invenire. Pari invocatione Richardus Ridani mercator, amiſſa inſtrumenta probatoria, & alias res apothecæ valuit invenire. Itidem & frater Petrus Fabri, res ad ſui uſum deputatas amiſſas.

Res amiſſæ perditæ reſtituta.

F

21 Margarita Gruelle uxor Hugonis Franciſci Burgundi calzetarii, habitatoris Lugdunenſis, intenſo podagræ dolore cruciabatur. Quæ cum probe noſſet medicam artem

Podagra ipſius curatur.

in

Digitized by Google

A in hoc parum valere, confugit ad invocationem ſuffragiorum B. Bonaventuræ, virgunculamque filiam cum cerea pedis imagine, ad illius ſepulcrum reverenter miſit, & ſtatim podagra extitit liberata, nec illa umquam de cetero gravata fuit. Eadem invocatione liberata Catharina uxor Joannis Terroris de Hiſpania, & filius magiſtri Franciſci Maſſedi Notarii. Margarita uxor Benedicti Garrini, filium habuit in inguinibus ruptum, ac viſceribus miſere putreſcentem; qui medica manu ſectus, in deteriorem ſtatum, ac certum mortis periculum deductus fuit, quod ingemiſcens mater, quæ ſpecialius B. Bonaventuram venerabatur, ad illius ſepulcrum reverenter confugit, ibidem quam devotiſſime precata eſt, ut ſuæ orbitatis miſereretur, novennamque in illius honorem facere cœpit, & octava die ſanum ac liberum conſequi meruit. Petrus Morget dolium vino plenum in cellarium inferens, illius oneri impar, preſſus ſuccubuit, & illo ſuper eum incumbente quaſſatus fuit ac pene contritus: commendavit ſe B. Bonaventuræ, & ſalutem conſequi meruit. Simili invocatione liberata illius cognata, quæ caſu ſpatulam & brachium enormiter læſerat.

Item bonioſi,

Et alii plurimi.

22 Sunt præterea & alii innumeri, qui meritis ejusdem Sancti, de variis doloribus, ægritudinibus, ac periculis miraculoſe liberari meruerunt: quorum ſingulos ſi recenſere pergam, præſenti operi detrimento potius quam uſui aut favori indubie futurus ero. Hoc tamen loco non committam, ut ſilentio tranſeam ſtupendum ac memorabile quiddam, quod omnipotens Deus ad perhibendum certum teſtimonium ſanctitatis viri in illius venerabili corpore, pro ſua clementia monſtrare dignatus eſt. Dum idem venerabile corpus transferretur ad novam eccleſiam, ad titulum S. Franciſci, Lugduni erectam; centeſimo & ſexageſimo ſui obitus anno, reliqua corporis parte alioqui exeſa atque corroſa, caput tamen ſolidum, capillamentum hærens, labia, dentes & lingua, in nullo a vitali ſtatu, aut colore demutata reperta ſunt. Erat profecto divinæ clementiæ, illud ob putrefactione ſervare, quod ad ſalutem fidelium, atque in divinis laudibus ſemper extitit operoſum, nec dare Sanctum ſuum videre corruptionem.

Caput S. Bonaventuræ integrum anno 160 ab ejus obitu.

23 Extant præterea crebra & memorandæ beneficia, quæ frequentes concives Balneoregii, & Urbevetani, per invocationem ejusdem Sancti meruerunt obtinere: de quibus tam multis vel unum, aut porro duo recenſere non piget. Laodamia Urbevetana filiarum ſarcina oneraverat domum; ac proinde Franciſco Matthæi Nebie viro quodammodo inviſa: qui rei familiaris angustia, impar ſarcinæ, matrimonio abſtinebat, de quo non niſi feminas compererat proficiſci. Eos conjuges conſolatus venerabilis Religioſus Minorum, magiſter Franciſcus de Aquapendente, qui illis admodum cultus erat; affirmavit ſe habere documenta ex inſtituris D. Bonaventuræ, quæ ſi moniti ſuſciperent, maſculinam prolem conſequerentur. Auſcultantibus, Una mecum, inquit, votivas effundite preces ad glorioſum Bonaventuram, & pie ſperetis aſſequi quod optatis. Qui parentes monitis, pauculis diebus gignendæ proli operam indulſerunt: & uxor gravida facta eſt, & ſtatuto menſe peperit maſculum, cui nomen, ex inſtituto ejuſdem Religioſi, Bonaventura impoſuerunt, laudantes Deum & Sanctum, in cujus virtute mirabilia ſecum operatus eſt. Triennio poſt, dum ea civitas Epidemiæ morbo atque internecinio graviter affligeretur, domus omnis conjugum eo veneno reſperſa eſt; & filiabus omnibus extinctis, Bonaventura extra ſpem ſalutis conſtitutus, credebatur pari mortalitate jamjam ſorores ſecuturus. Qui etiam immundorum ſpirituum præſentanea inſtantia vexatus, nulla domus parte illorum perſecutionem effugere poterat, clamitans infelix; Succurrite gladio & fuſte, hos ſpiritus maligniores fugate. Parentibus præ talium afflictione & mœſtitia conſternatis, atque omni prorſus remedio deſtitutis, ſubiit Sancti recordatio, cujus munere filium fuerant conſecuti: mox in ſpem adducti, illum hac prece precati ſunt; Sancte glorioſiſſime, qui benignus nobis hunc filium procuraſti, eadem benignitate præſtes, ut fugatis malignis ſpiritibus, a peſte ſalvum retineamus. Et prece facta, ſpiritus extorres excluſi, febris ceſſavit: & brevi puer omnino ab ægritudine ſalvus ſurrexit, cum magna parentum & omnium civium lætitia, gaudentium quod ad ſuperandas morborum & ſpirituum malignitates, defenſoris tam validi præſidio cognoſcerent ſe munitos.

Item ab infeſtis dæmonibus defenſa, & a peſte liberatur.

Sanctitas in Deoſi illi præcipue ſpectanda, non miracula.

25 Poſſem forte ineptus videri, ſi ſtudens cœpto proſequar diem abſumere recenſendo miracula; quorum relationi nec diem nec certe dies ſufficere ſatis ſcio. Sed quid ulterius exquirimus miracula? Quaſi vero Baſilium Magnum, Hieronymum, & Auguſtinum, noſtræ fidei lucida ſidera, Thomam Aquinatem, & alios quamplures, quos in Dei Eccleſia Sanctos colimus, ob miracula, non autem ex divinitate doctrinæ miremur & veneremur: quos tamen ſanctitatis teſtimonium non ex alio certius conſecutos probe intelligimus, quam ex eorum commentariis; quæ ut divinitatis plena, non niſi per infuſam ſcientiam poterant edidiſſe; ex quibus Spiritum ſanctum in eis habitaſſe verius comprobatur. At ſi porro miracula exigimus, non tam quæ per illum in aliis, quam quæ in eo ipſo apparuerint conſideremus. Si igitur divum Bonaventuram in ſuis operibus miraculoſum jam conſtat; ſi infuſam dono ſancti Spiritus obtinuiſſe ſcientiam, divina illius commentaria profitentur; ſi caritatis officia ardentius exercitum, mundanos honores contempſiſſe, affectus terrenorum abjeciſſe, in perſecutionibus conſtantem manſiſſe in beati Franciſci ac univerſali Religione fructuoſum extitiſſe; ſi ſuperna vocatione, ut Paulum, in ſortem Domini miraculoſe converſum; ſi divino beati Franciſci præſagio Sanctum prædicatum; ſi Alexandri de Ales Doctoris irrefragabilis, ipſius præceptoris ſedula obſervatione Sanctum compertum ac dictatum; ſi Religioſorum Minorum voto, qui ſanctitate pollebant, ut ſanctior ſummus Prælatus aſſumptus; ſi Romanæ Sedis judicio, ut clarus meritis ad univerſalis Eccleſiæ regimen profuturus accitus; ſi denique communi omnium opinione fidelium, Sanctus tenetur, & nominatur, & colitur,

Peroratio.

A fi benignus ſuccurrit quotidie invocantibus
AUCT. OCTAV. MART. ſe: poterat Sanctitas tua, etiam nullo petente, Sancto quod unum deerat, publicos honores decernere; quanto magis id debet celſorum principum votis? Accedunt pientiſſimæ preces Sereniſſimorum ac Clariſſimorum Frederici Romanorum Regis ſemper Auguſti, Ludovici Francorum Chriſtianiſſimi, Ferdinandi Siciliæ, & etiam Matthiæ Hungariæ Regum Catholicorum: qui cum de Republica Chriſtiana bene mereri ſueti ſint, digni certe videri debent, qui a Sanctitate tua, tam ſanctam rem impetrent. Rogant præterea Illuſtres Duces ac populi, ac loco maximi muneris hoc petunt, Calabriæ, Venetiarum, Mediolani, Sabaudiæ, & Ducissæ Calabriæ & Borbonii, Florentini, Senenſes, Perusini, Lugdunenſes, & civitas
B Balneoregii, quæ licet humilis ſit, tamen clariſſima & Deo gratiſſima videri debet, cui contigit tantum ſidus producere. Rogat præterea iſtius Ordinis Reverendiſſimorum Patrum, Joannes de Arragonia, ejuſdem Sereniſſimi Regis Ferdinandi Illuſtriſſ. proles, quæ Sanctos, qui in Ordine claruerunt, religioſius veneratur & colit. Exigit deniqſe ſuo jure beati Franciſci ſancta Religio, cujus alumnus, vel juſta perenti deeſſe non potes. Exigit & ipſe Sanctus, ex promiſſione omnipotentis Dei nomine facta, ſtrenue militantibus: quod illorum laudes cantet Eccleſia; cui obligationi ipſius Vicarius ſatisfacias neceſſe eſt.

Catalogus Regum ac Principum perentium S. Bonav. alio Sanctorum inſcribi.

Sanctis decernere publicum honorum Pontifici Romano gloriosum

35 Tam multis igitur vinculis obligatum, nullus judex quamlibet favorabilis, niſi ſolventem ſolvere poſſet. Magnus ab infernis revocetur Tullius umbris, & Te defendat Servius uſque licet: Non potes abſolvi. Comperto, præter ea quæ dixi, ſingulari ſtudio, quod prænoſcendis vitæ & miraculis Sancti, exactiſſimum indulſerunt Reverendiſſimi Patres Julianus de Rovere, ſancti Petri ad vincula, Ordinis ejuſdem meritus protector, Stephanus Mediolanenſis, & Franciſcus de Gonſaga Mantuanus, Tuæ Sanctitatis in hoc Commiſſarii; Mediolanenſis
C præſertim, quem contra adverſam valetudinem acri inſtantia colluctantem a ſancto propoſito, nec propriæ ſalutis ratio valuit retardare: qui etiam Reverendiſſimi Patres, illecti ſtudio compertæ ſanctitatis viri, id inſtantiſſime poſcunt. Quid igitur Tua Sanctitas ulterius differt? Quid cunctatur? Quid alterius gloriæ id prorogat? Multa certe extant celebria Tua geſta, quæ Te ac Tuos illuſtrant, atque perpetuo illuſtrabunt: nil tamen ſic æque Romano Pontifici glorioſum, meo captu, contingere poſſe crediderim, quam ut Sancto pro meritis publicam celebritatem decernat. Quam & Tu, Pater beatiſſime, qui omni jure neceſſitudinis B. Bonaventuræ conjunctus es, auctoritate Omnipotentis Dei, quem Semideus mortalibus in terris refers, ſupplicantibus concedere pro Tua clementia benigne dignaris.

ANNOTATA.

a *Mortuum indicat deceſſorem, quem conſtat annis multis ſupervixiſſe, niſi quis ſenſum torquendo, velit dicere, officio, non vita defunctum.*

b *De ea taxatione & additione provinciarum alibi a nobis agitur.*

c *Imperatorem Græcorum Michaelem Cæſilio non adfuiſſe, ſatis certum eſt, licet id aliqui per errorem ſcripſerint.*

d *Lege* decima quinta, *ut alibi probavimus.*

e *Poſtea Innocentius PP. V.*

f *Non videtur alius intelligi poſſe, quam frater Regis Joannis, ab Eduardo regis Angliæ filio ad Pictavium anno* 1356 *capti, qui pro fratre cum regiis filiis obſes datus eſt, ut pluribus narrant Francorum hiſtoriæ.*

S. D. N. SIXTI PAPÆ IV

DIPLOMA,

Quo S. Bonaventura epiſcopus Cardinalis Albanenſis, in Divorum refertur numerum.

SIxtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Superna cæleſtis patria civitas Jeruſalem, cujus participatio ejus in idipſum; ita omnium electorum ſalvatione lætatur, ut quorum præſtantiora ſunt merita, copioſiora etiam ſumant gaudia præmiorum: quod in exceſſu mentis ſuæ poſitus Iſaias Propheta ſenſiſſe videtur cum diceret; Exſulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus. Exſultent igitur omnium Angelorum chori, qui de vacuarum ſedium habitatione ſoliciti, conantur de virtute in virtutem, ad beatas illas manſiones, unde ſuperbi rueront ſpiritus, humilitate perducere. Exſultent quoque omnes animæ juſtorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti; atque omnes, tam veteris quam novi Teſtamenti fideles, amici Dei: qui contemptis hujus ſæculi vanitatibus, concivium numeroſitate congaudent. Exſultet cælum laudibus, reſultet terra gaudiis, quoniam Sanctorum editio lætitiam habet plurimorum: valde enim pietas fidei exigit, ut quod pro ſalute multorum geritur, communibus ubique gaudiis celebretur, Præcipue vero exſultet Pontificum cœtus beatorum, & ſacra Doctorum concio: qui fulgent in cælo tamquam ſtellæ in perpetuas æternitates: quos inter, dum ſanctus Bonaventura tamquam novum ſidus, ex hac lacrymarum valle, ad cæleſtem, quæ ſurſum eſt Jeruſalem, vocante eum Domino, migraret, emicuit.

Gaudia magna e meritis Sanctorum.

a Nos autem, qui diſponente Altiſſimo, *qui ea nobis ad-*
ad culmen Apoſtolatus evecti, Chriſtiani gregis curam gerimus; quam pro debito paſtoralis officii, jucundo Sanctorum collegio conformare, ut debemus, intenſis deſideriis aſſectamus: Eccleſiæ militanti (pro cujus ædificatione & incremento, ipſum Bonaventuram in Catalogum Sanctorum referendum duximus) haud incongrue dicere poſſumus, Exſulta hodie, & lauda habitatio Sion, id eſt, Chriſtiana Religio: in qua tamquam in monte Sion, per veram fidem habitat verus Deus; quoniam magnus in medio tui Sanctus. Quippe in medio Eccleſiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, & ſtolam gloriæ induit eum; & coronavit ad portas paradiſi, in qua una cum Angelis gloria & felicitate lætatur. Lætemur

A temur itaque & exſultemus: quia cæleſtis illa curia ex nobis habet, cui ſit cura de nobis, qui ſuis nos protegat muniis, quos informavit exemplis, illuminavit doctrinis, & miraculis confirmavit; quem Deus dedit cunctis populis in gloriam & honorem, cujus memoria in benedictione eſt.

3 Ex namque de divinis rebus ſcripſit; ut in eo Spiritus ſanctus locutus videatur: ita pie, religioſe, & ſancte vixit; ut ſcriptis vita congrueret, & quod ſcribebat, doceret exemplo; in quo morum virtus, & ſignorum claritas, ita comperta eſt: ut congruentibus maximis meritis, & miraculis, veræ ſanctitatis teſtimonium a militante Eccleſia debeatur eidem. Nam cum in flore virente juventutis, humanis abjectis illecebris, divino ſe addixiſſet ſervitio; Religionem beati Franciſci (quæ per ardua tendit) ingreſſus, tantum ſedula lectione, & aſſidua ora-

Miracula & merita ſanctum oſtendunt.

B tione profecit; ut cum Sapiente merito dicere poſſet; Optavi & datus eſt ſenſus. Illuminatus enim ab eo, qui illuminat omnem ſenſum, qui lux, via, veritas eſt, & vita: paucorum annorum ſpatio, incredibilem eſt ſcientiam conſecutus. Nec talentum ſibi a Domino creditum ſudario inligavit, aut terræ infodit, ſed ut ſapientiſſimus diſpenſator, in communem utilitatem convertit. In celebri enim Pariſienſi gymnaſio, cathedram rexit: ubi abſcondita Scripturarum enucleans, non ſolum viva voce profuit multis, ſed etiam plurima librorum optimorum, tum in ſacris litteris, tum in majoribus ſcientiis, monumenta reliquit, quæ eſſent omni tempore poſteris profutura.

4 Magnus doctrina, non minor humilitate, & vitæ meritis: quem Alexander de Hales Doctor clariſſimus (cui ſe in diſciplinam S. Bonaventura tradiderat) tantæ innocentiæ, ac columbinæ ſimplicitatis expertus eſt eſſe, ut dicere ſolitus fuerit; Sibi videri, quod in eo Adam numquam peccaſſet. Magnus etiam in Ordine Fratrum Minorum; cui unus omnium, poſt beatum Franciſcum

S. Bonaventuræ encomium.

C plurimum profuit: ad ejus enim gubernacula vocatus, & Generalis Miniſter Domino inſpirante creatus, talem ſe ſuis præbuit ſubditis, ut in illo dominicum illud verbum videretur impletum; Qui major eſt veſtrum, ſit miniſter veſter. Nam ſapientia, & morum integritate major, prælationis officium, cum tanta exercuit charitate; ut ſponte humilis, nunc doctrina, nunc monitionibus, nunc exhortatione fraterna, nunc etiam corporali ſervitio, ſatagebat, ut bonus Chriſti miles, inferioribus miniſtrare. Nec ſolum quæ ab ipſo beato Franciſco pie & ſancte fuerant inſtituta, diligentiſſime cuſtodivit, ſed multa etiam adinventa, quæ creſcente Fratrum numero neceſſaria videbantur, adjecit. Ordinem quoque ipſum in Provincias Cuſtodiaſque diviſit.

5 Magnus etiam dignitate in Romana fuit Eccleſia. Increbreſcente enim fama innocentiæ, doctrinæ, ac prudentiæ ejus: a felicis recordationis Gregorio Papa Decimo prædeceſſore noſtro, ad Cardinalatus vocatus eſt honorem; ut ejus opera, in maximis difficillimiſque rebus (quæ temporibus illis inciderant) uteretur. In quem Gregorius ipſe, ob ingentia viri merita, novo eſt uſus exemplo. Statim enim illi Albanenſem commiſit ecclefiam, quæ nonniſi vetuſtioribus Cardinalibus ſolet commiuti. Non feſellit exſpectationem Summi Pontificis, ac ſacri Senatus optimus Deoque amiciſſimus vir: ſed in Concilio Lugdunenſi præſidens, omniaque ad Dei laudem dirigens, ſedatis diſcordiis, difficultatibuſque ſublatis; ipſi Eccleſiæ maximo uſui fuit, & ornamento. Quibus rebus aperte cognoſcitur, quod ſtatuit illi Dominus teſtamentum pacis, & principem fecit eum; ut ſit illi ſacerdotii dignitas in æternum. Quem inanis gloria non inflavit, non divitiæ ſiniſtrorſum egerunt: ſed in fide lenitateque perſeverans, pius in Deum, in pauperes miſericors, juſtus in omnes, ita hoc corruptibile corpus exuit; ut cum Apoſtolo dicere poſſet; Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.

Epiſcopus Cardinalis Albanenſis creatur, & præſes Concilii Lugdunenſis.

BULLA CANONIZ.

E

6 Qui etſi ex ſola perſeverantia poterat ſanctus credi; juxta illud; Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: ſubſecuta ſunt tamen poſt vitam multa maximaque miracula, quæ certum ſanctitatis ejus præbent indicium; & nos ad ipſius venerationem inducunt, quem Deus meritis præcedentibus venerandum oſtendit. Ipſe enim Deus omnipotens, ut ſuæ virtutis potentiam manifeſtet, & noſtræ ſalutis cauſam pandat, fideles electos ſuos, quos coronat in cælis, ſæpe etiam honorat in mundo, ad eorum memorias ſigna faciens & prodigia: quo hæretica pravitas confundatur, & fides orthodoxa ſervetur. Agimus igitur ipſi Deo, quantas poſſumus gratias: quod nos dignos duxerit, per quos hæc Canonizatio celebraretur: quæ licet divinis litterarum monumentis exſtantibus, coruſcantibuſque miraculis, jam pridem potuerit rite fieri: numquam tamen antehac vel a principibus, vel ab aliis, tanta diligentia fuit petita. Noſtro tempore, cariſſimi in Chriſto filii noſtri, Fredericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ludovicus Francorum Chriſtianiſſimus, Ferdinandus Siciliæ, & Matthias Hungariæ Reges illuſtres; dilecti quoque filii, nobiles viri Alphonſus Calabriæ, Joannes Monzenico Venetiarum, Joannes Haleam* Mediolani, & Joannes Borbon, Duces inſignes; præterea Civitates, Florentinorum, Senenſium, Lugdunenſium, Peruſium, & quæ tale jubar tulit Balneoregium, tanto ſtudio tantaque perſeverantia petierunt a nobis, ut durum & impium putaremus, eis in re tam pia reſiſtere, quam etiam Dei monito petere videbantur. Acceſſerunt aſſiduæ Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Juliani Sabinenſis, ipſius Ordinis Proteſtoris: dilectorumque quoque filiorum Franciſci Samſonis Generalis Miniſtri, & Petri de Rodolphis Procuratoris dicti Ordanis, ſacræ Theologiæ profeſſoris preces: qui nomine Generalis eorum Capituli, id tamquam juſtum & debitum repoſcebant. Legeramus ſtudioſiſſime Sancti hujus divina ſcripta, quibus (poſtquam per ætatem aliquid ſapere licuit) ſemper fuimus delectati. Audiveramus quoque ab antiquioribus piæfatæ Religionis Fratribus, & gravibus viris: qui & ipſi a majoribus natu acceperant, de ſanctimonia vitæ ejus; conſtan-

Signis & prodigiis fides confirmatur.

F

*Galeatius

BULLA CANONIZ.

rem famam esse sciebamus, de multis maximisque miraculis: nec erat præterea apud nos dubium, quin in triumphante Ecclesia triumpharet in cælo, & venerationem mereretur in terris.

Quæ adhibita fuerit pravio ad canoniz. diligentia

7 Sed memores, nos eumdem Minorum Ordinem ex voto ingressus, in quo divina assistente gratia, in sacris litteris & religiosis moribus utcumque profecimus; eademque ministeriatus officia exercuimus; atque inde ad Cardinalatus dignitatem, ita ut per consimiles gradus, ad Pontificatus culmen sublevatos nos fuisse, disponente Domino, cognoscamus, per quos ipse Bonaventura sanctus ad triumphantis Ecclesiæ immarcescibilem gloriam evectus est: ne ad id videremur potius affectione propria, quam debita devotione moveri, eam adhibuimus diligentiam ac gravitatem, quam rei magnitudo poscebat. Commisimus enim tribus ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ut de veritate miraculorum mandarent inquiri. Cumque unus ex eis inchoato

B processu (ut Deo placuit) ab hac luce migrasset, alium in locum defuncti subrogavimus Cardinalem, quo etiam decedente alium substituimus. Nec his contenti, cum jam processus ipse pene perfectus esset, & hi qui delegati erant, fideliſſime retuliſſent: tamen quia non videbatur in procedendo tanta, quanta requiritur, observata solennitas, illum reiterari jussimus. Demum cum ex uberiori relatione, & fide dignorum testium, super hoc, receptione compertum fuisset, multa & magna a Deo per ipsum Sanctum miracula fieri, quæ in conspectu multitudinis cernebantur: nos ne Spiritui sancto resistere videremur, qui per os Prophetæ laudare Deum in Sanctis suis jubet; in Consistorio nostro secreto, hujus rei causa habito, eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium vota, super hujusmodi Canonizatione fumus scrutati. Cumque omnium unaeademque fuisset sententia, ut in Sanctorum numerum referri deberet; Consistorium publi-

C cum deinde habuimus: in quo magna multitudine adstante, in triduum orationes, jejuniaque indiximus: ut Deus omnipotens nobis, quod facto optimum in hac re esset, ostendere dignaretur; nec pateretur Ecclesiam suam militantem errare, quæ se triumphanti conformare studeret. Triduo deinde elapso, omnes qui in Romana Curia erant, Prælatos jussimus convenire: qui ad unum interrogati quid faciendum videretur; in eamdem sententiam convenerunt, beatumque Bonaventuram canonizandum censuerunt.

Quod Deus honorat, & homines honorare.

8 Nos ergo Dei autem & voluntatem sequentes, attendentesque justum ac debitum esse, ut quos Deus honorat in cælis, nos veneration is officio laudemus & glorificemus in terris; cum ipse potius laudetur & glorificetur in illis qui est laudabilis & gloriosus in sæcula; hue diem canonizationis ipsius sancti Bonaventuræ, in medio Basilicæ principis Apostolorum de Urbe, quo maxima omnis generis ordinisque multitudo confluxerat, celebrandum statuimus. Ibi reliquis omnibus legitime peractis, Ordinis Minorum Procurator in medio stans, dictum illud B. Joannis Apostoli clara voce proponens; videlicet: Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, D & Spiritus sanctus; probavit etiam, habito super præmissis processu, ipsas beatissimæ Trinitatis Personas, testimonium, quod beatus Bonaventura in cælo sit, præstitisse: Patrem videlicet in miraculorum potentia, Filium in doctrinæ sapientia, & Spiritum sanctum vitæ ipsius bonitate. Et propterea, non solum nominibus omnium, qui hanc ipsam canonizationem fieri supplicarunt: sed etiam ex parte individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut ipsum beatum Bonaventuram, Sanctum pronunciare dignaremur, instanter, instantius, instantissime requisivit.

Sanctorum albo inscribitur.

9 Confidentes igitur, quod in hac Canonizatione non permittet nos Deus errare, qui omnia in ea quomodolibet requisita, etiam superabundanter observari fecimus & observavimus: de eorumdem Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, omniumque Prælatorum in Romana Curia existentium, unanimi consensu, & maturo consilio, de omnipotentis Dei ac beatorum Petri ac Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, beatæ memoriæ Bonaventuram Balneoregiensem, sacræ Theologiæ professorem, ex gremio sacri Ordinis Minorum, & ex officio generalatus in Episcopum Cardinalem assumptum; Sanctum esse, ac aliorum Sanctorum Dei Catalogo adscribendum, adjiciendum, & adgregandum fore, ac fideliter firmiterque teneri debere, decernimus; ipsumque Sanctorum Confessorum, Pontificum & Doctorum (quos Sancta Dei veneratur Ecclesia) consortio solenniter in præsentiarum adscribimus aggregamusque per præsentes. Statuentes etiam, & mandantes Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis dictorum, ac Patriarchalium, Metropolitanorum, & Cathedralium ecclesiarum capitulis, & quorumvis Ordinum, tam Mendicantium quam non Mendicantium F professoribus, nec non quibuscumque ecclesiasticis personis: ut festum ipsius sancti Bonaventuræ, secunda Dominica mensis Julii, singulis annis solenniter & devote celebrent; divinum officium, veluti pro uno Confessore Pontifice & Doctore, tam publice quam privatim (prout contigerit) persolventes: dilectis vero filiis Fratribus prædicti Minorum Ordinis, quatenus hujusmodi officium sub festo Duplici, & Octava, eo modo quo aliorum dicti Ordinis Sanctorum celebrare festa & Octavas consueverunt, celebrandi concedimus facultatem.

Anniversaria ejus solennitas celebranda.

Indulgentia dantur iis, qui eadem celebrant.

10 Insuper eadem auctoritate, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui eadem Dominica ecclesiam, in qua sanctum ejus corpus requiescit devote visitaverint, annuatim septem annos & totidem quadragenas; his vero qui aliis temporibus, in singulis diebus Dominicis, centum dies, illis autem qui ecclesias Fratrum Minorum ubilibet constitutas, tam ipsa die festi, quam in Octava, divinis officiis interfuerint, consimiles indulgentias, & peccatorum remissiones, quæ in singulis aliorum ejusdem Ordinis Sanctorum festis, ex indultis Apostolicis generaliter promulgatis, Romani Pontifices concesserunt, de injunctis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus & elargimur.

11 Con-

Digitized by Google

Festa ejus diei, festum Sacri Palatii.

11 Considerantes præterea, quanta ab hoc ipso sancto Bonaventura, ratione scientiæ, & sanctitatis vitæ, Episcopalisque & Cardineæ dignitatis, Sancta Romana Ecclesia susceperit incrementa; quantamque idem Sanctus cum B. Thoma de Aquino, coæraneo, condiscipulo, & commagistro suo, familiaritatem & spiritualem conjunctionem in hac vita servaverit, ut quos in hoc sæculo fraterna junxit caritas, & eadem in cælo præmia consecutos credimus, præsens Ecclesia pari veneretur honore: prædictum festum inter festa Sacri Palatii Apostolici adsumentes, adnumerantesque; eamdem indulgentiam in festo prædicto, in ecclesia Sanctorum Apostolorum de Urbe, quam in festo S. Thomæ de Aquino, in ecclesia B. Mariæ Virginis de Urbe, (Minerva vulgariter nuncupata habetur) concedimus, pariterque decernimus, Fratres Minores in Alma Universitate Parisiensi, eisdem privilegiis posse ac debere uti & gaudere, ob ipsius S. Bonaventuræ merita, quibus ex Apo-
B stolicis indultis, Fratres Prædicatores in eadem Universitate, intuitu & gratia ejusdem S. Thomæ potiri, & gaudere consueverunt, & gaudent, aut potiri & gaudere quomodolibet poterunt in futurum.

Litteras publicari jubet,

12 Quocirca omnes & singulos in dignitate constitutos requirimus & monemus; quatenus universis Clericis & populis suarum civitatum, diœcesium, & parochiarum, præsentes nostras litteras solenniter publicantes; eosdem hortentur, ut Deum ipsum a quo bona cuncta procedunt, humiliter deprecentur: ut ipsius S. Doctoris & Confessoris Bonaventuræ meritis & precibus exoratus, militantem Ecclesiam, Apostolicam fidem, & cunctos Christi fideles, a paganorum & aliorum infidelium, & hæreticorum tueatur incursibus, & a periculis cunctis semper protegat ac defendat, & illam quam nobis mundus dare non potest pacem, hostium omnium sublata formidine, firma cum tranquillitate
C concedat: utque post hujus vitæ militiam, depositumque pastoralis officii ministerium, una cum grege nobis credito, ad sempiterna tandem gaudia pervenire mereamur.

& transumpti; habeat fidem.

13 Demum quia difficile foret, litteras originales præsentes, ad uniuscumque notitiam deferri: volumus ac decrevimus, quod earum transumpto sub sigillo Generalis Ministri Ordinis antedicti, & manibus duorum Notariorum publicorum debite subscriptis, fides adhibeatur indubia in omnibus, & per omnia, & illis ubique stetur, acsi originales litteræ hujusmodi essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, adscriptionis, congregationis, statuti, mandati, concessionis, relaxationis, largitionis, adsumptionis, adnumerationis, monitionis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo, octogesimo secundo, decimo octavo Kalend. Maji, Pontificatus nostri anno XI.

S. D. N. SIXTI PAPÆ QUINTI

DECRETALES LITTERÆ

Quibus sanctus Bonaventura seraphicus Doctor, Episcopus Cardinalis Albanensis inter eximios, egregiosque Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Doctores annumeratur: illiusque festum XIV Julii sub duplicis Officii ritu celebrari, & D colli mandatur, cum Indulgentiarum elargitione.

Ecclesia Deum mirabilem laudat in Sanctis;

SIxtus Episcopus servus servorum Dei, universis venerabilibus Fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis aliarum ecclesiarum Prælatis per universum terrarum orbem constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

1 Triumphantis Hierusalem gloriam sempiternam, & Sanctorum cum Christo felicissime regnantium, numquam marcescentes coronas, eum gaudio admirans sancta mater Ecclesia, adhuc in terris militans, ad eamdem vero justitiæ coronam festinans, Deum in Sanctis suis mirabilem prædicare non cessat. Nec vero insignes tantum victorias, & præclara Sanctorum merita eximiis laudibus celebrat: sed eosdem Sanctos, quos Deus mirifice honorificat, ipsa quoque pie veneratur, ac colit; quorum nimirum prædicatione, salutarique doctrina instituta, sanguine fundata, illustribus caritatis operibus, atque exemplis educata, ferventibus illorum apud Deum precibus quotidie adjuvatur. Quamobrem debitis etiam, congruisque honoribus unicuique Sanctorum singulatim tribuendis, ad cœlestis illius Hierarchiæ, ubi omnia in caritate perfecta ordinata sunt, normam atque imaginem fese conformare (quantum quidem in hujus prætereuntis mundi exilio licet) maxime studet. Nam quemadmodum in magna illa summi Patrisfamilias, bonisque omnibus cumulata domo, mansiones multæ sunt, & beatæ illæ animæ mira quadam varietate, unius gloriæ beatitudine perfruuntur: sic Catholica Ecclesia, quæ cælestis illius effigies est (ut castrorum acies ordinata) in veneratione Sanctis Dei adhibenda, sacros illos ordines, divino illustrata lumine agnoscit, atque distinguit.

quæ Sanctis pie defert hon.

2 Itaque dum gloriosum Apostolorum chorum, dum Prophetarum laudabilem numerum, dum fortissimorum Martyrum laudat exercitum, ceterisque Sanctis suo loco, & ordine rite honores defert: in uno caritatis spiritu, & consimili piæ devotionis affectu multipliciter exultat. Inter illos vero beatissimos Sanctorum choros, quorum memoria a cunctis fidelibus religioso cultu merito celebratur, insigni splendore elucet Sanctorum

BULLA SIXTI V

A rum Doctorum ordo a Paulo Apostolo diserte enumeratus, cum ait, Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores: quos vinea sua strenuos, fidelesque cultores, atque operarios constituit, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Hi sunt, de quibus divina Sapientia clamat; Qui elucidant me, vitam æternam habebunt: de his Angelus apud Danielem loquitur; Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Eos denique Salvator ipse Christus Dominus insigni illo elogio ornavit; Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

Doctores Ecclesiæ hæreses convincunt.

2 Cum autem omnibus temporibus sacrorum Doctorum studium, & doctrina in Ecclesia Dei utilis, & salutaris fuit: tum maxime fructuosam, & plane necessariam esse res ipsa demonstravit, cum persecutorum Christiani nominis horribili furore represso, in ipsa Ecclesiæ pace, teterrima hæresum bella vehementius excitata sunt: tunc enim hæreticorum doli & fallaciæ, qui diabolo instigante, in agro Domini zizania superseminare non intermittunt, Doctorum cura, & diligentia detecta, & pestiferi, ac detestabiles errores gladio spiritus amputati, & Catholicæ veritatis vi, sacris Doctoribus administris, mendacium prostratum. Quare juxta optime Hyadum stellarum nomine sancti Doctores in Ecclesia designantur: qui perfrigida hieme, & longis infidelitatis noctibus expletis, & persecutionis tempestate sedata, tunc clariores sanctæ Ecclesiæ exorti sunt, cum veritatis sol per corda fidelium altius calesceret, & tamquam novo fidei vere lucidior annus aperiretur.

S. Bonaventura Ecclesiæ Doctor.

3 Jam vero inter eos, quos Dominus magnus spiritu intelligentiæ replere voluit, quique tamquam imbres eloquia sapientiæ suæ in Ecclesia Dei emiserunt, merito numeratur sanctus Bonaventura Confessor & Pontifex, & in eadem Catholica Ecclesia Doctor eximius, quem fel. rec. Sixtus Papa IV prædecessor noster, ob admirabilem vitæ sanctitatem, & præcellentem doctrinam in Sanctorum numerum adscripsit. Is enim Balneoregii in Etruria natus, (ut piæ matris voto satisfaceret) adolescens Seraphicam sancti Francisci religionem est ingressus, per cujus vestigia recentia adhuc novus Christi miles humiliter, & constanter incedens, saluberrimam regularium institutorum observantiam tanto animi ardore, tantaque cordis aviditate hausit, ut summa in eo sanctitas appareret: ac vitæ innocentia, & castitate, sancta humilitate, patientia, mansuetudine, terrenarum rerum despicientia, cælestium desiderio, omnibus & exemplo & admirationi esset: tanta quoque spiritus dulcedine, & divini amoris fervore inflammatus in Deum rapiebatur, ut jam in cellam vinariam sponsi introductus, & vino optimo caritatis ebrius, Jesum Christum crucifixum, & patientem ubique intueri, & in ejus vulneribus habitare videretur.

4 Jam vero inter eos, quos Dominus magnus spiritu intelligentiæ replere voluit, quique tamquam imbres eloquia sapientiæ suæ in Ecclesia Dei emiserunt, merito numeratur sanctus Bonaventura Confessor & Pontifex, & in eadem Catholica Ecclesia Doctor eximius, quem fel. rec. Sixtus Papa IV prædecessor noster, ob admirabilem vitæ sanctitatem, & præcellentem doctrinam in Sanctorum numerum adscripsit. Is enim Balneoregii in Etruria natus, (ut piæ matris voto satisfaceret) adolescens Seraphicam sancti Francisci religionem est ingressus, per cujus vestigia recentia adhuc novus Christi miles humiliter, & constanter incedens, saluberrimam regularium institutorum observantiam tanto animi ardore, tantaque cordis aviditate hausit, ut summa in eo sanctitas appareret: ac vitæ innocentia, & castitate, sancta humilitate, patientia, mansuetudine, terrenarum rerum despicientia, cælestium desiderio, omnibus & exemplo & admirationi esset: tanta quoque spiritus dulcedine, & divini amoris fervore inflammatus in Deum rapiebatur, ut jam in cellam vinariam sponsi introductus, & vino optimo caritatis ebrius, Jesum Christum crucifixum, & patientem ubique intueri, & in ejus vulneribus habitare videretur.

5 Ad hanc vero eximiam vitæ sanctitatem, vir Dei magnam præstantis doctrinæ laudem adjunxit, Deo ita disponente: ut ad ejus gloriam, & Ecclesiæ utilitatem, non solum exemplo, sed verbo, & eruditione magnopere proficeret. Itaque cum in sacrarum litterarum studio, sanctorum Patrum lectione, & Scholasticæ Theologiæ pernecessaria disciplina, Alexandro de Ales Magistro, insigni illius ætatis Theologo, diligentissime versaretur: brevi temporis spatio excellentis ingenii bonitate, assiduo labore, (& quod caput est) gratia Spiritus sancti, qui vas aureum in honorem electum omni ex parte formabat, tantos progressus fecit, & ad tantam doctrinæ perfectionem pervenit; ut Doctoris, & Magistri insignibus in celeberrimo Parisiensi Gymnasio solenni more decoratus, sacram Theologiam ibidem publice professus sit. Tantam vero laudem in interpretandi munere, & in universæ Theologiæ scientia est consecutus, ut viri doctissimi ejus doctrinam, & eruditionem admirarentur.

Plures & doctrinam jungit.

Scripta ejus animæ monstra.

6 Et quidem multiplices sancti viri lucubrationes, & præclara scripta, quæ adhuc magna Ecclesiæ utilitate, & non mediocri Dei beneficio extant, quæque & nostræ, & superiorum ætatum viri eruditi multo cum fructu semper legerunt, & magnopere comprobarunt; quantus ille in Theologia fuerit, satis declarant. Ea enim divini ingenii sui monumenta posteris reliquit, quibus perdifficiles, & multis obscuritatibus involutas quæstiones, magna optimorum argumentorum copia, via & ordine, enucleate ac dilucide explicantur, fidei Catholicæ veritas illustratur, pernicioli errores, & profanæ hæreses profligantur, & piæ fidelium mentes ad Dei amorem & cælestis patriæ desiderium admirabiliter inflammantur. Fuit enim in sancto Bonaventura id præcipuum, & singulare, ut non solum argumentandi subtilitate, docendi facilitate, definiendi solertia præstaret, sed divina quadam animos permovendi vi excelleret: sic enim scribendo cum summa eruditione parem pietatis ardorem conjungit, ut lectorem docendo moveat, & in intimos animi recessus illabatur, ac denique Seraphicis quibusdam aculeis cor compungat, & mira devotionis dulcedine perfundat: quam sane gratiam, in ejus ore, & calamo diffusam, admirans prædecessor noster Sixtus IV Pontifex, illud dicere non dubitavit, Spiritum sanctum in eo locutum videri.

Præclara administratio Ordinis.

7 Cum igitur servo fideli tam multa, & præclara a Domino talenta essent credita, ut illis ad fratrum utilitatem exercendis & negotiandis, cælestis gratiæ thesauros amplificaret: divino consilio, & summo totius sui Ordinis consensu, Romæ Minister generalis septimus post beatum Franciscum est factus, quo in officii munere non solum prudentiam, vigilantiam, solicitudinem præstitit: sed tanto fraternæ caritatis ardore exarsit, tantaque Christianæ humilitatis demissione fratribus infervivit, ut in eo illud Salvatoris agnosceretur; Qui major est in vobis, sit vester minister. Quin & piæ memoriæ prædecessor noster Clemens Papa IV, qui Sanctum virum valde dilexit, & ejus doctrina mirifice est delectatus, ut tam excellens vir-

Digitized by Google

A virtus, & prudentia ad multorum utilitatem latiori in campo excurreret, insignem Ebora-censem Archiepiscopatum ei obtulit. Ille vero cum se a Seraphica paupertatis complexu divelli non facile pateretur, oblatam dignitatem modeste, atque humiliter recusavit. Ceterum cum Gregorius Decimus Summus Pontifex, ob gravissimas Christianæ Reipublicæ causas, Concilium generale Lugdunum indixisset, virosque sanctitate, doctrina, sapientia præstantes perquireret, quorum forti, & fideli opera ad rei maximæ tractationem, atque explicationem uteretur: duo in primis clarissima illius ætatis lumina, e duobus florentissimis Ordinibus Prædicatorum, & Minorum delegit, Sanctos Thomam & Bonaventuram: quos ad se ire jussit. Sed cum alter ipso itinere in morbum incidisset, atque ad gloriæ coronam feliciter evolasset, sanctus Bonaventura Lugdunum profectus humanissime exceptus est a Romano Pontifice Gregorio; qui in ejus virtute, & sapientia ita acquiescebat, ut

B Concilii recte dirigendi, & administrandi partes ei principe tribuendas esse decerneret. Quare ex publica Ecclesiæ utilitate, & necessitate, ut majori cum dignitate, & auctoritate Concilii rebus non solum interesset, sed præesset: statuit lucernam ardentem & lucentem supra excelsum candelabrum ponere, ut in domo Dei magis lucaret.

Ad Concil. Lugdun. cum S. Thoma vocatus.

6 Itaque sanctum Bonaventuram nullos honores appetentem, fugientem potius, sed Christi Vicario obtemperantem, nullosque pro Ecclesia labores subire recusantem, tamquam in totius Orbis terræ theatro, in sacrum Cardinalium Collegium, & in Episcoporum ordinem statim cooptavit: nam Ecclesiæ Albanensi illum præfecit, qui bonos antiquioribus Presbyteris Cardinalibus tribui solet. Qua ille amplissima dignitate auctus, universam in Dei gloriam, & Ecclesiæ utilitatem contulit: etenim in rebus Concilii arduis operam egregiam præstitit, Catholicam fidem constantissime defendit, pravas opiniones acerrime refutavit; ejusdemque prudentia, doctrina, sanctitate, orationibus, Gregorii Pontificis pastoralis solicitudo tantopere adjuta est, ut sublato per Dei misericordiam schismatis dissidio, Michael Palæologus Græcorum Imperator orientalesque nationes, ad

C Apostolicæ Sedis obedientiam, unitatem, communionemque redierint: ac denique dignus habitus est, quem Græci Eutychii nomine appellarent. Merito igitur, cum paulo post in eodem Concilio fortissimus Christi athleta ex hujus vitæ peregrinatione ad cælestem patriam emigrasset; omnes ejus mortem doluerunt, omnes communem jacturam deplorarunt, omnes illius funus lacrymis, & laudibus ornarunt: sed unus præter ceteros viri sanctissimi vitam integerrime actam, mores probatissimos, labores permultos pro Ecclesia susceptos, doctrinam in illo ipso Concilio spectatam insigni laudatione verissime celebravit. Is fuit piæ memoriæ Petrus Cardinalis a Tarentasia, vir eruditione, & Christiana eloquentia præstans: qui postea ad Pontificatus fastigium evectus, Innocentius Papa Quintus est appellatus. Ipse vero summus Pontifex Gregorius Decimus ex intimi animi sensibus amissum fratrem, adjutorem, & consiliarium fidelissimum dolens, palam gravibus verbis testificatus est, Catholicam Ecclesiam ex tanti viri pietate & doctrina, fructus uberrimos acceperat, magnam illius morte jacturam fecisse.

Cardinalem Gregorio X. extare.

Græci vocant Eutychium, qui ejus opera ad Ecclesiam rediere.

9 Sed vere a Spiritu sancto dictum est, In memoria æterna erit justus: nam qui in vita illustris fuerat, multo post mortem factus est illustrior, Deo, qui admirabilis & gloriosus est in Sanctis suis, signis compluribus, ac prodigiis, & miraculis maxime insignibus, servi sui sanctitatem comprobante. Quorum miraculorum fama cum apud omnes percrebresceret, idem Sixtus prædecessor noster e sublimi Apostolicæ Sedis specula ea aspiciens, digitum Dei, qui facit mirabilia magna solus, ibi plane esse intellexit. Itaque & sponte sua, & claræ memoriæ Frederico Romanorum Imperatore, Regibus, Reipublicis, Ducibus, civitatibusque permultis vehementer requirentibus, ac omnium fere fidelium consensu efflagitante, de viro

E præstantissimo Bonaventura, Episcopo Cardinali in Sanctos referendo, Pontifice Romano dignam cogitationem suscepit. Summa igitur cura & diligentia, vitæ illius eximia sanctitate, & miraculorum veritate examinata, atque comperta, omnibus denique quæ ad eam rem pertinebant, rite recteque actis, ad Dei gloriam, & Ecclesiæ Catholicæ exaltationem, pro sua summa, eique a Deo in beato Petro Apostolo tradita potestate, eumdem beatum Bonaventuram, de fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Prælatorum omnium consensu, in Sanctos retulit, & in sanctorum Confessorum Pontificum, Doctorum numerum adscripsit, atque aggregavit, ejusque festum anniversarium diem, secunda mensis Julii Dominica die celebrari, officiumque de eo, veluti de Confessore Pontifice, Doctore in universa Ecclesia recitari jussit, aliis item decretis adjectis, quæ in ejusdem Sixti litteris plenius

F continentur.

Miracula illustrium faciunt.

Cur Ecclesia doctoribus adnumerandus.

10 Et quamvis glorioso hic Doctor S. Bonaventura, & in Ecclesia Catholica celeberrimus sit, & in cælo maxime resplendeat: ubi corona illa est coronatus, quam repromisit Deus diligentibus se, nec ulla humana re indigeat, qui bonis illis cum Christo perfruitur, quæ nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt; urget nos tamen caritas Christi, & ardens quidam devotionis affectus, quo erga eum ab ineunte fere ætate perpetuo exarsimus: ut de ejus sanctitate, & doctrina magis magisque propaganda, atque illustranda (quantum cum Domino possumus) cogitemus. Movemur quidem, ut par est, sancta cum eo communione Seraphicæ Religionis nostræ, in qua educati, & tot annos versati sumus, & cui tamquam matri optime meritæ, omnia pietatis & grati animi monumenta præstare debemus: sed multo magis movent nos Dei gloria, pastorale officium quod gerimus, viri Sanctissimi pro Ecclesia Dei tot suscepti labores, tot illustria merita, tanta cum Romana Ecclesia conjunctio, in cujus amplissimo ordine, & senatu summa cum laude consedit. Denique movet nos Ecclesiæ universalis utilitas, quæ ex tanti Doctoris eruditione

D BULLA SIXTI V

Digitized by Google

BULLA SIXTI V

ne semper major, & uberior capi potest: præsertim cum hæreticorum insidiæ, & diabolicæ machinationes, quibus sacram Theologiam, quæ Scholastica appellatur, hoc luctuoso sæculo oppugnant vehementissime, nos magnopere admoneat, ut eamdem Theologiam, qua nihil Ecclesiæ Dei fructuosius, omni studio retineamus, illustremus, propagemus.

Theologiæ Scholasticæ laus & utilitas.

11 Divino enim illius munere, qui solus dat spiritum scientiæ, & sapientiæ, & intellectus, quique Ecclesiam suam per sæculorum ætates (prout opus est) novis præsidiis instruit; inventa est a Majoribus nostris sapientissimis viris Theologia Scholastica: quam duo potissimum glorioſi Doctores, Angelicus sanctus Thomas, & Seraphicus sanctus Bonaventura, clarissimi hujus facultatis professores, & primi inter eos, qui in Sanctorum numerum relati sunt, excellenti ingenio, assiduo studio, magnis laboribus, & vigiliis excoluerunt, atque ornarunt, eamque optime dispositam, multisque modis præclare explicatam posteris tradiderunt: & hujus quidem tam salutaris scientiæ cognitio & exercitatio, quæ ab uberrimis divinarum litterarum, Summorum Pontificum, sanctorum Patrum & Conciliorum fontibus dimanat, semper certe maximum Ecclesiæ adjumentum afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere & sane intelligendas; sive ad Patres securius, & utilius perlegendos; sive ad varios errores & hæreses detegendas & refellendas. His vero *novissimis* diebus, quibus jam advenerunt tempora illa periculosa, ab Apostolo descripta, & homines blasphemi, superbi, seductores proficiunt *in pejus*, errantes & alios in errorem mittentes; sane Catholicæ fidei dogmatibus confirmandis, & hæresibus confutandis perneceſſaria est. Et profecto rem ita se habere ipsimet veritatis inimici sunt judices, quibus Theologia Scholastica maxime est formidolosa: qui profecto intelligunt, apta illa, & inter se nexa rerum, & causarum cohærentia, illo ordine, & dispositione, tamquam militum in pugnando instructione, illis dilucidis definitionibus & distinctionibus, illa argumentorum firmitate, & acutissimis disputationibus, lucem a tenebris, verum a falso distingui; eorumque mendacia multis præstigiis, & fallaciis involuta, tamquam veste detracta, patefieri, ac denudari. Quanto igitur magis illi hanc munitissimam Scholasticæ Theologiæ arcem oppugnare, & evertere conantur, tanto magis nos decet hoc invictum fidei propugnaculum defendere, & hereditatem patrum nostrorum conservare, & tueri, & acerrimos veritatis defensores meritis honoribus quantum possumus decorare.

ad firmandam fidem, & hæreſes confutandas.

C

Collegium S. Bonaventuræ in Urbe institutum.

12 Quamobrem ut Seraphici Doctoris eruditio, ad multorum utilitatem latius diffundatur; & ex ejus libris & operibus, eruditi & studiosi viri, copiosiores suavioresque in dies fructus capiant, (quod ad ipsius Sancti quamquam in cælo beatissimi, gloriam aliquam facere non est dubitandum) primum quidem in Alma Urbe nostra in hac Basilica SS. duodecim Apostolorum, S. Bonaventuræ nomine Collegium instituimus, in quo ex hujus præcipue eximii, devotique Doctoris operibus, & commentariis Sacra Theologia publice explicetur: deinde etiam opera illius omnia, quæ inveniri potuerunt partim nondum edita, nostraque auctoritate, & impensis undique conquisita; partim jam avulgata simul omnia decenti forma, & quam emendatissime imprimi, & e typographia nostra Vaticana in lucem emitti curamus. Quod autem ab ipso Pontificatus nostri initio, Deo (ut pie credimus) inspirante constanter proposuimus, Sancti hujus Doctoris nomen, & merita glorioſa apud omnes pro viribus celebrare, fideliumque erga eum venerationem augere, & amplificare, sane ad id quoque non mediocriter excitati sumus exemplo sanctæ mem. Pii Papæ V prædecessoris nostri, de Christiana Republica optime meriti, & quem ut parentem adhuc reveremur & colimus. Is enim religioſa pietate, & singulari devotione permotus, qua afficiebatur erga S. Thomam de Aquino, Ordinis sui decus, & Ecclesiæ Catholicæ ornamentum; cupiens eodem modo, eumdem Sanctum ob ejus præstantissima in Catholicam Ecclesiam merita, congruis honoribus exornare, præter alia hoc jussit atque decrevit, ut illius festus dies quotannis Duplicis Officii ritu, ad instar Sanctorum quatuor Ecclesiæ Doctorum perpetuo celebraretur; quod & sancto Bonaventuræ Doctori eximio tribui debere, æquum profecto existimamus, cum tam multa inter eos virtutis, sanctitatis, doctrinæ, meritorum conjunctio, similitudo intercedat.

D

Nobile paranymphum.

13 Hi enim sunt duæ olivæ, & duo candelabra in domo Dei lucentia, qui & caritatis pinguedine, & scientiæ luce totam Ecclesiam collustrant: hi singulari Dei providentia, eodem tempore, tamquam duæ stellæ exorientes, ex duabus clarissimis Regularium Ordinis familiis prodierunt, quæ sanctæ Ecclesiæ ad Catholicam Religionem propugnandam maxime utiles, & ad omnes labores, & pericula pro orthodoxa fide subeunda paratæ semper exiſtunt, ex quibus tamquam ex fertili, & bene culto solo quotidie, per Dei gratiam fecundæ, & fructuosæ plantæ procreantur, hoc est viri doctrina & sanctitate præstantes: qui Petri naviculæ, tot fluctibus agitatæ, & Romano Pontifici, ejus clavum non sine magna solicitudine tenenti, fortem & fidelem operam navant. Hi duo Sancti cum essent coævi, iisdemque studiis dediti condiscipuli, simul Magistri, pari ratione a Gregorio Decimo Summo Pontifice (cum ambo ad Concilium evocarentur) honorati, & in hujus vitæ peregrinatione fraterna caritate, spirituali familiaritate, sanctorum laborum societate valde conjuncti fuerunt, & denique pari gressu ad cælestem patriam commigrantes pariter, felices & glorioſi illa sempiterna beatitudine perfruuntur, ubi eodem caritatis affectu, (ut pie credimus) pro nobis in hac lacrymarum valle laborantibus orant, divinamque opem implorant: ut merito idem Sixtus IV hos duos Sanctos persimiles, & quasi geminos in Christo fratres agnoscens, statuerit S. Bonaventuram consimili venerationis, & honoris prærogativa, atque sanctus Thomas decorandum esse.

E

Decernitur a Sixto V S. Bonaventuræ Doctor Ecclesiæ;

14 Quod igitur a nobis, & Seraphici Ordinis caritas, & sancti Bonaventuræ meritorum magnitudo, & Catholicæ Ecclesiæ, cujus

F

A jus gubernacula nobis licet immerentibus a Deo commiſſa ſunt, utilitas, & ædificatio requirit: habita ſuper his omnibus cum Venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura; de eorumdem conſilio & unanimi aſſenſu, & ex certa noſtra ſcientia, ac de attributæ nobis Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, doctrinam ipſius S. Bonaventuræ a ſupradictis prædeceſſoribus noſtris Clemente IV, Gregorio X, & Sixto IV, laudatam, in Concilio Lugdunenſi maxime ſpectatam, in Florentino etiam ad res difficiles explicandas adhibitam, graviſſimorum virorum auctoritate teſtificatam, & commendatam, & eximio Eccleſiæ Doctore dignam, nos quoque plurimum in Domino laudamus, & commendamus, ac litteras ejuſdem Sixti IV, quas pro expreſſis hoc loco haberi volumus, (exceptæ ejus or-
B dinatione de feſto die S. Bonaventuræ ſecunda Dominica Julii celebrando) harum tenore approbantes & innovantes, ipſum S. Bonaventuram, jure ſanctorum Doctorum conſortio ab eodem Sixto IV aſcriptum & connumeratum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium inter præcipuos, & primarios, qui Theologicæ facultatis magiſterio excelluerunt habendum, ac venerandum eſſe decernimus, & declaramus.

Indulgentiæ in die feſto anni verſarie.

15 Atque ob eam cauſam, ſperantes in Domino, hujus Seraphici Doctoris lucubrationes ad doctrinam & devotionem, quam in clero populoque Chriſtiano magnopere lucere, & ardere cupimus, maximo adjumento fore; illius libros, commentarios, opuſcula, opera denique omnia, prout ex noſtra typographia Vaticana, quam emendatiſſima (ut ſupra dictum eſt) emittuntur, ut aliorum Eccleſiæ Doctorum qui eximii ſunt, non modo privatim, ſed publice in Gymnaſiis, Academiis, Scholis, Collegiis, lectionibus, diſputationibus, interpretationibus, concionibus, ſermonibus, omnibuſque aliis Eccleſiaſticis ſtudiis, Chriſtianiſque exercitationibus citari, proferri, atque (cum res
C poſtulaverit) adhiberi volumus, & decernimus: & nihilominus, ut ſapientiſſimi hujus Doctoris glorioſa recordatio, ſi non pro ipſius dignitate, at ſaltem pro humana tenuitate, ob ingentia illius merita, ardentiori ſtudio recolatur, fel. rec. prædeceſſorum noſtrorum Bonifacii Papæ VIII, qui de ſanctis quatuor Doctoribus, & Pii Papæ V, qui de prædicto ſancto Thoma eadem præceperunt, exemplo adducti, præcipimus, ut ejuſdem S. Bonaventuræ dies feſtus in omnibus Chriſtiani orbis partibus, ſub duplici officio a cunctis perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, tam publice quam privatim, pridie Idus Julii, (non obſtante prædicta Sixti Quarti ordinatione de ſecunda Dominica dicti menſis) celebrari, atque in Kalendariis, cum Doctoris nomine, & feſti duplicis adjectione deſcribi, & imprimi debeat, etiamſi in noviſſimis Breviarii, & Miſſalis Romani reformationibus aliter diſpoſitum fuerit, neque ſecus, atque a nobis, ut ſupra, ordinatum fuit, per quoſcumque quavis auctoritate præditos, cenſeri, aut interpretari poſſe decernimus. Hortantes univerſos utriuſque ſexus Chriſti fideles civitatis Balneoregii, quæ clariſſimum hoc edidit lumen, & illius diœceſis; ut eodem die feſto a ſervilibus, de ſanctæ Eccleſiæ more, operibus abſtineant. D BULLA. SIXTI V.

Indulgentiæ in die feſto anni verſarie.

16 Ut autem Chriſti fidelium devotio, ad Seraphici hujus Doctoris diem feſtum colendum, ejuſque opem pie implorandam, eo magis accendatur, quo ex hoc cæleſtis gratiæ dono ſe uberius conſpexerint eſſe refectos: de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus tam in dicta civitate, & diœceſi Balneoregii, quam in præclara Galliæ urbe Lugduno, ubi ille bono certamine legitime decertato, curſu conſummato, fide ſervata, ex hoc calamitoſo ſeculo ad meritorum ſuorum præmium, & coronam in cælum feliciter migravit, in almaque Urbe noſtra, ubi in hac Baſilica Sanctorum duode- E
cim Apoſtolorum Collegium a nobis, (ut jam diximus) eſt erectum, conſtitutis, qui ejus feſtum hujuſmodi, ut ceteras de præcepto Eccleſiæ ſervari ſolitas feſtivitates, devote colentes, vere pœnitentes, & Sacramentali peccatorum ſuorum confeſſione præmiſſa, eo die ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Qui vero eccleſias Fratrum Minorum S. Franciſci, ipſo die feſto, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem diei devote viſitaverint, pias inibi ad Deum preces, (prout ſua cuique ſuggeret devotio) effundentes, decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, per præſentes litteras perpetuo duraturas, quas ſub quibuſvis Indulgentiarum revocationibus, vel limitationibus, nullo modo comprehendi volumus, miſericorditer in Domino relaxamus.

Diploma hoc publicandum obſervandumque, F

17 Quocirca fraternitati, & diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, in ſuis quilibet Provinciis, Civitatibus, Eccleſiis, & Diœceſibus ſolenniter publicari, & ab omnibus perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, ubique locorum & gentium, inviolate perpetuo obſervari procurent. Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum, approbationis, declarationis, voluntatis, præcepti, conceſſionis, elargitionis, relaxationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſe noverit incurſurum. Datæ Romæ apud Baſilicam Sanctorum duodecim Apoſtolorum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Pridie Idus Martii, Pontificatus Noſtri

& tranſumptis fides habenda.

anno

A anno tertio. *Hactenus Sixti PP. V diploma, cui subditur:* Ego Sixtus Episcopus Catholicæ Ecclesiæ subscripsi, *appositio sigillo, in hac forma in editione Sedulii, quam nos sequi professi sumus, expresso.*

BULLA SIXTI V.



B

Sequuntur subscriptiones Cardinalium omnino quinquaginta, quorum sex primi Episcopi, ultimi sex diaconi, Presbyteri octo & triginta intermedii, suis singuli nominibus & titulis ibidem relati, cum adjecto testimonio registrationis, & publicationis, sed facta primum anno Incarnationis 1588, Indict. 2. die Veneris, XVIII mensis Martii, locis & modo in his usitati solitis: quæ hic obiter solum notata volui, ob reperiam apud nonnullos differentiam, dum alii bullam citant pro anno 1587. quo a Pontifice edita, alii pro anno sequenti, dum publici juris primum reddita est; tum, opinor, cum paratam operum Sancti impressionis partem Sixti ipsius jussu vulgavit Cardinalis Sarnanus, ut pluribus vide in ipsa epistola nuncupatoria, voluminis primo præfixa. Atque hæc hactenus præcipua sunt instrumenta, quæ de S. Bonaventura adduci possunt, quibus postremo loco adjecimus Vitam quamcumque eodem tempore a Galesinio adornatam, & prædicto voluminis insertam: cum hæc solum diversitate, quod titulum, & inæqualia nimium viginti Galesinii capita, ad nostram normam reduxerimus, hæc plane modo.

VITA

Auctore Petro Galesinio Protonotario Apostolico, ad Sixtum V Pont. Max. ex editione Henrici Sedulii.

AUCTORIS PRÆLOQUIUM.

DIvino consilio typographiam Vaticanam instituisti, Pater beatissime: rem sane quidem instituisti, vel potius perfecisti, non solum tibi gloriosam, sed Reip. Catholicæ salutare, in omnesque partes utilem, atque necessariam, cum ad sacros codices restituendos, Sanctorumque Patrum monumenta instauranda; tum vero ad rectam disciplinam toto terrarum orbe disseminandam, non sine magna Christi regni propagatione; id profecto viri boni, Deo bene juvante, sane sperant, & sapientissimi quique judicant de isto præclaro opere tuo. Verum enimvero, quo planius omnes id intelligant, explicabo uberrime libro singulari, qui propediem emit-

Typographia Vaticana a Sixto V instituta.

tetur. Nunc autem cum ab sancti Bonaventuræ Cardinalis, quem ob doctrinæ præstantiam inter primarios Ecclesiæ Doctores rite annumerasti, operibus initium Vaticanæ impressionis fieri volueris, idque optimo sane jure: non modo operæ pretium est, sed pium ac fructuosum valde admodum videtur, ejus vitam litteris mandare quam diligentissime.

Ubi aut aliat S. Bonaventuræ opera excusa.

2 Res enim duæ sunt, in quibus constans semper ac firmissimum fidei nostræ propugnaculum fuit; doctrinarum cognitio, & vitæ Sanctitas. Iis porro duabus prisci & Latini & Græci Patres, divinitus instructi, nihil potius habuerunt, quam ut Religionis sanctæ præsidia tuerentur. Jesu Christi namque fides, quæ Apostolis & Apostolorum discipulis ducibus, omnem terrarum orbem jampridem pervagata erat, sæpenumero turbulentissimis Ecclesiæ temporibus gravissime oppugnata, quamvis suis quidem ornamentis atque insignibus contenta, dignitate sua satis se ipsa tueretur: eorum tamen tum sanctitatis, tum doctrinæ auxilio defensa, iniquitatem hominum, & injuriam temporum facile superavit. Harum igitur rerum ambarum, quæ perpetuo in Rep. Christiana plurimum valuerunt, splendore, vir Dei Bonaventura, in firmamento Ecclesiæ, quasi stella fulget in perpetuas æternitates.

Doctrina & vitæ sanctitas fidei propugnacula.

E

3 Neque propterea defuerunt antea, qui res illius gestas pietatis religionisque nomine maxime illustres, conscripserunt, neque item qui divinæ tam egregii Doctoris scientiæ, ac sapientiæ testimonia præclara dederunt. At cum summi viri hoc habeant proprium, ut non uni tantum, sed pluribus magnum scribendi argumentum suppeditent; non est a publico scriptionis instituto atque ratione alienum, quas ejus res nonnulli strictim attigerunt, uberius explicare; quæque fortasse tacitas reliquerunt, illas plane omnes, quoad ejus fieri potest, enucleate, & splendide perscribere. Joannes porro Diaconus, quamquam sanctissimi Pontificis Gregorii Magni vitam plerique alii litterarum monumentis consignarunt: tamen optimum factu illud existimavit, ut, quantum in se esset, eamdem libris quatuor explicatius enarraret. Atque hujusce quidem rei exemplum cum scriptores præclari, Latini & Græci nobis tradiderint: nihil attinet, quod in promptu est, id multis commemorare.

Reliqui a multis conscripti.

F

4 Habet porro Seraphicus Bonaventura sanctissimus, idemque eruditissimus, virtutum suarum non modo laudatores, sed etiam spectatores ac testes certissimos, qui suis locis producentur. Res enim tantas, tamque admirandas is auctore deoque Deo gessit, ut ab eo tempore, quo in terris fuit, usque ad hanc ætatem nemo fere scriptor pietatis amans extiterit, quin aliquid de eo præclare testatum reliquerit. Plurimum quidem ei tributum est, ut ordine exponam, non solum a Summis Pontificibus, Alexandro Quarto, Clemente Quarto, Gregorio Decimo, Innocentio Quinto, & Sixto Quarto: sed etiam a Synodis Oecumenicis, ab amplissimo Collegio Cardinalium, & ab omnibus fere viris gravissimis, qui vel in Theologiæ scientia, vel in Annalium munere, non sine ingenii

& dilectio.

Digitized by Google

genii laude verſati ſunt. Multa de illius & doctrinæ, & vitæ immortalitati commendavit, potiſſimum ſanctus Antoninus, Florentiæ Archiepiſcopus: at certe quidem omnia pluribus expoſuiſſet, ſi ad id ætatis perveniſſet, cum actuoſæ ejuſdem lumioſæque virtutes, undique recte ac rite conquiſitæ, bonorum omnium teſtimonio cognitæ, & exploratæ ſunt, Sixto Quarto Pontifice: qui cunctis ferme totius orbis Chriſtiani Principibus efflagitantibus, ſumma totius Italiæ lætitia, publicaque omnium ordinum gratulatione, in Sanctorum numero illum adſcripſit.

Latini pariter & Græci

5 Miris diviniſque illum laudibus concelebrant viri multi præcellentes, præſertim Octavianus Sinueſſanus, Juriſconſultus clariſſimus, & Joannes Franciſcus Pavinius, divinarum humanarumque rerum ſcientia apprime eruditus; item & plerique omnes Ordinis Franciſcani: quorum in eo laudando certat induſtria. Per multum quoque ad illius gloriam interſunt luculentiſſima illa teſtimonia, quæ eidem dicunt doctiſſimi ſcriptores, Joannes Gerſo, Henricus Gandavius, & Joannes Trithemius & reliqui eorum ſimiles. Nec, is qui Patrum noſtrorum memoria floruit, philoſophorumque princeps habitus eſt, Joannes Picus Mirandulanus, non modo illius doctrinam perpetuo dilaudavit, ſed omnium hoc dignam emittere maximopere concupivit, ſi ab ipſis Franciſcanis exemplar quoddam Gandavenſe conſequi aliquo modo potuiſſet. Neque porro Latini ſolum, verum etiam Græci virtutem atque eruditionem, qua is excelluit, admirati ſunt vehementer. Ego ſane a Sirleto Cardinale, Græce Latineque peritiſſimo, & omni doctrina exculto, aliquando audivi; Emmanuelem Calecam, hominem Græcum, qui contra Græcos pro Latinis Græce ſcripſit, præclare de ſancto Bonaventura ſenſiſſe.

Auctor. Gregorium Nazianzenum imitatur in hiſtoria ſcribenda.

6 Jam multorum igitur ſummorum præſtantiumque virorum non modo teſtimoniis, ſed lucubrationibus ac monumentis litterarum ego plane adjutus, in quibus apparet veſtigia rerum illius magnarum, aggrediar, Deo bene juvante, ſcriptionem, quam de ejus vita inſtitui. Quam ut fuſe ordineque exponam, imitando Gregorium Nazianzenum conſectabor de Baſilio Magno ſcribentem. Etenim ſi difficile aliquod atque arduum opus cuiquam aggrediendum eſt: is profecto ſummum in primis ſapientiſſimumque ducem, ac magiſtrum ſibi proponere debet, cujus exemplo inſtructus, atque adjutus, nullam in eo perficiendo ambiguitatem, nullamque ſolicitudinem ſibi imponat. Et vero quamquam tam præcellentis Doctoris, divinique viri, quem omnis admiratur antiquitas, Gregorii Nazianzeni virtutem ac doctrinam ſcribendi imitari longe difficillimum eſt: nihilominus tamen in magna, & ardua ſcriptione, cum rationibus publicis plane conſentanea, id omni diligentiæ atque ſtudii genere conari, non audacis quidem conatus eſt, qui difficilibus in rebus pro virtute habetur; ſed voluntatis honeſtæ, & animi deſiderio exardeſcentis ad bonum publicum. Is porro patriam, genus, parentes, diſciplinam, ſtudia, doctrinam, virtutes, officia, atque opera Baſilii enarravit: idem mihi faciendum cenſeo, quod ad earum rerum dilucide diſtinctеque explicandarum ordinem attinet. Nam hæc ipſa ordinis ratio, cum præſtans videatur, ſola tantum illius imitatione, tum vero eorum, qui recte dicendi ſcribendique magiſtri ſunt, arte & litteris præcepta eſt, maximeque uſu accommodata ad hujuſce narrationis genus, quod ſuſcepi. AUCT. PETRO GALES.

Ardua ſcriptio hujus operis.

7 Eſt porro hoc a me ſuſceptum argumentum, non modo difficile, ſed magnum atque amplum, cum verborum & delectum, & ornatum, ſententiarum gravitatem, elocutionis ſummam varietatem, ac variam aliquando numeroſæ orationis vim requirat, pro rerum geſtarum, & virtutum ratione, quæ dicendi figuris commemorandæ ſunt, illuſtri quodam ſplendore enitentibus, omnique præclara elegantia. Cum namque ad Chriſtianam morum diſciplinam inſtituendam illud valde intereſſe, ut ſanctiſſimorum hominum, virtutum copia affluentium, facta admirabilia, religionis & pietatis nomine illuſtria, exponantur: de iis copioſe, diſerte atque illuminate dicendum eſt. At vero contra aliquando pro rei, quæ narratur, ratione reſpui debet illa elaborata orationis vis polita & conſperſa, quaſi verborum ſententiarumque floribus: contemnenda eſt etiam ſæpe illa dicendi ubertas, ne vocum multitudine & copia obruatur rei, quæ narratur, veritas. Hæc omnia appoſite ac divine rebus Baſilii conſcribendis Nazianzenum præſtitiſſe, inter omnes conſtat. E

Vita S. Bonaventuræ virtutum lux:

8 Ego vero Bonaventuræ ſanctiſſimo, cujus etiam vita magnis laudibus ſplendeſcit, etſi minus gravem illam, admirabilem, ac ſolidam orationis poteſtatem præſtare potero; at certe quidem me non poſſe profiteor: eam adhibere conabor, in qua ſaltem aliqua, vel minima appareat diligentia mea, aut potius quoddam animi mei deſiderium. Jamdiu enim ſtudio ardeo incredibili ad illius res explicandas; cum ob alia multa, tum maxime ob illam, quam mente ſæpenumero, ſpem maximorum atque uberrimorum fructuum, quos poſteritas capiet ex ejus vita, omnibus præceptis, omnibus diſciplinæ exemplis, omnibus recte ac ſancte agendi rationibus uſque adeo affluenti, ut illam ipſam tamquam plurimarum Chriſtianarum virtutum legem appellari liceat; quemadmodum de ſancti Baſilii vita aſſeveranter isidem dixit Nazianzenus Gregorius. F

qui in omni ſtudio doctor egregius:

9 Etenim nemo fere quiſquam eſt, cujuſcumque ordinis homo, qui ſi Bonaventuræ actiones egregias legit, aut audit, non habeat profecto illum ſibi documento. Habent, qui contemplationi ſe dedunt, Bonaventuram Meditationum divinarum magiſtrum diligentiſſimum; qui rerum ſpiritualium ſtudia colunt, omnis vitæ ſanctæ præceptorem eruditiſſimum; qui ſacra myſteria perquirunt, interpretem diſertiſſimum; qui in Theologiæ ſcientia verſantur, Theologum magnum; qui divinarum litterarum uſu litterate periti eſſe volunt, Doctorem Eccleſiæ egregium. Vix dici poteſt, quam ſtudioſe libros ſacros is legerit, quam divine legem Domini meditatus ſit, quam docte, erudite, & copioſe divinas illas voces, quibus Deus majeſtatis intonuit, magno accenſus caritatis ardore explicarit, quamque ſapienter & recte, quæ docuit, cuncta affirmarit. Cujus rei cum plurimi, iique locupletiſſimi, alii teſtes ſint; tum

Digitized by Google

AUCT. PETRO GALES.

A tum vero de se ita ipse profitetur his verbis: Ego non aliquid affirmare intendo, quod non per sanctam Scripturam, per dicta Sanctorum, per opiniones probatas affirmetur. Præclare dictum, & digoum Bonaventura.

inter præcipuos Ecclesiæ Doctores recensiti

10 Eâ igitur sane, cur multis nominibus omnes boni, & de Catholica Republica bene sentientes, plurimum tibi debeant, Pater Beatissime: qui & illum inter primarios præcipuosque Ecclesiæ Doctores esse statuisti; & ejus opera, quæ in situ, squaloreque diu nimis jacuerant, undique diligenter atque impense conquisita, studiose emendata, & accurate perpolita, in lucem tandem e typographia Vaticana prodire voluisti. Præclarum hoc beneficium est, immortale, magnum, atque amplum, quod late patet & pertinet ad universam Ecclesiam Dei. Restituisti enim ab intermissa usu, atque ab hominum prope oblivione vindicasti senescentem tanti tam-

B que eximii Doctoris tum doctrinam, tum disciplinam: quæ dignitatem, quæ splendorem, quæ amplitudinem, quæ uberrimas utilitates, quos salutares fructus Reipublicæ Christianæ affert.

Ejus doctrinæ salutaris.

11 Est porro illa gravis, suavis, admirabilis, & plena, refertaque sanctioribus interpretationibus; qua doctrina quis optime instructus, potest, adjutrice divina gratia, in tanta hujus sæculi caligine lumen ad morum instaurationem adhibere, populi Christiani animos ad pie agendum inflammare, & in omnes denique illas sanctæ religionis partes excitare, in quibus perpetuus est Catholicæ Ecclesiæ cursus. Nemo autem fere quisquam est, litterarum Ecclesiasticarum studiis imbutus, qui nesciat efferatos, & insolentes hæreticos ab impietatis pertinacia; nocentes ac facinorosos a flagitiis; jacentes atque desides ad virtutum officia non esse aliquando revocatos, atque excitatos vi Seraphicæ doctrinæ: quam maximarum artium cognitione, optimorum exemplorum copia, naturalium rerum scientia, & Theologiæ mysteriis refertam, tradidit Bonaventura sanctissimus. Quare nullus tam injustus rerum æstimator esse potest, qui non agnoscat, non commemoret, non laudibus efferat publicum hoc tuum beneficium: ex quo cum tam uberes sint fructus tamque immortales, futura est perpetua jucunditas Sanctitati

C tuæ; cujus & virtuti, & felicitati, quicumque a bono publico averso non sunt, omnes vere, ex animoque gratulantur. Sed jam demum locus est aggrediendi enarrationem vitæ, rerumque a S. Bonaventura gestarum. Quam omnem narrationem explicabo Nazianzeno more, ut paulo explicatior illa sit. Neque autem alienum censui, primo de illius nomine scribere: ut quæ ad ejus patriam, genus, & cetera id generis pertinet, omnis deinceps apte contexatur commemoratio.

D

CAPUT I.

Nomen, patria, parentes, annus nativitatis, ordo Seraphicus, & res gestæ: corporis habitus & animi virtutes.

Joannes ejus nomen, Bonaventuræ dictus ab ipsius sanctitate.

BOnaventura, qui ab ipso vitæ initio, cum baptismum accepit, Joannes, ut pater, appellatus est: id postea nomen ex eo habuit, quod illum cum infantem, ob omni laudem felicem fore, B. Franciscus aliquando divina animi præsensione prædixerat: Bonaventuræ enim, qua voce Italice vulgo utuntur, ea plane est significatio. Itaque primum uno, & item altero nomine est vocatus: id quod perspicue cernitur in vetustis codicum monumentis, quorum inscriptio hæc exstat; F. Joannes Bonaventura. In ea autem opinione Gerso versatur, ut Eustachium Bonaventuram nominatum putet: alii Eustachium dicunt, alii Eutychium. Sed Deo juvante, cum omnia ei bene, feliciterque evenerint: factum est, ut Latini atque Itali perpetuo deinceps Bonaventuram sine ullo nomine, & Græci Eutychium dixerint, quem si Italice reddimus, Bonaventuram interpretamur. Quod vero alii Eustathium, aut Eustachium, nuncupant, afferunt plerique eam fane rationem, quia in omni disputatione, quam Lugduni cum Græcis habuerat, cum doctrinæ veritatem, ac disciplinæ gravitatem perpetua constantia servasset, eam ob causam Eustachius ab aliis Græce est appellatus. Sed hæc tenus de nomine.

Etruria laud.

12 Jam vero nunc primum de regione, & patria dici oportet, ubi is in lucem editus, deinceps toto ferme terrarum orbe magnis præluxit luminibus sanctitatis, virtutis, atque doctrinæ. Est Hetruria, quæ alio nomine Latino Tuscia, Græco Tyrrhenia appellatur, una ex Italiæ regionibus hodie florentissima; olim etiam ab omni laude felicissima, ut ex historicorum, præsertim Livii, & Dionysii Halicarnassæi, Plinique monumentis perspicue cognoscitur; imperii, quod longe lateque terra mari potuit, opibus & litterarum studiis affluxit, eamque ob rem scientissima disciplinarum interpres aliquando vocitata. Eodem tamquam ad mercaturam bonarum artium, a Romanis adolescentes missos esse, loquuntur antiqui Reipublicæ Romanæ commentarii: quibus etiam proditum est, eos litteris Hetruscis, ut postea Græcis, eruditi solitos *a*. Rerum autem, quæ ad usum & cultum vitæ pertinent, ubertate circumfluens tum maritima, tum mediterranea ejus pars, urbes nobilissimas, colonias, oppida, vicos, & pagos frequentes habet. Ab initio autem fere nascentis Christianæ religionis imbuta est fidei sanctæ mysteriis. Domitiano enim Imperatore, Romulus *b*, beati Petri Apostolorum Principis discipulus, Evangelii causa eo missus, multis Italiæ, Tuscisque potissimum locis peragratis, cum ubique Christi doctrinam disseminasset, demum Fesulas angeli admonitu rediens, martyrium obiit. Longum nimis esset ceteros plu-

Digitized by Google

A plurimos recenſere, cum præſertim id perſpicue manifeſtum ſit ex tabulis diptychis Eccleſiarum cathedralium, quæ in ea provincia non paucæ extant.

14 Sed rem etiam planam hoc facit, quod *Patris S. Bonaventuræ Balneoregium.* Balneoregium, de qua civitate narrationem nunc inſtituo, jam inde uſque ab eo tempore, quo Anſanus *c*, veræ divinæque pietatis athleta clarus, curſum martyrii Senis *c* Diocletiano Imperatore confecit, Chriſti religionem ſuſcepiſſe, Annalium litteris proditum eſt. Erant autem præter ceteros in Hetruria Novem pagi, quos Plinius commemorat: ex iis porro conditum atque extructum Balneoregium eſt, qua ex re, jam perſpecta ſit illius antiquitas, & nobilitatis præſtantia. Gregorio Magno Pontifice fuit illud a Longobardis captum, eorumque barbara immanitate pene exciſum: & quamquam Smaragdus Ravennæ Exarchus inſtaurare conten-
B derat, nihil perfecit tamen. Verum multis poſt annis non modo reſtituit Deſiderius Longobardorum Rex, ſed, ut eorum temporum ratio tulit, valde exornavit, atque auxit, cum unam civitatem conſtituerit duas illas, quas Civitam & Rhodam appellat in litteris edictalibus, ad Grimoaldum Viterbii Comitem ſcriptis.

15 Eſt vero Balneoregii civitas multis o- *Ejus laus* lim nobilitata partibus, eoque præterea nomine illuſtris, quod tot ante ſæculis epiſcopatum habuit. Id ſane declarant ipſius ſanctiſſimi Pontificis Gregorii Magni litteræ, quas ad Eulogium Epiſcopum Cluſinum de Epiſcopo Balneoregii creando dederat. Neque autem cuiquam dubium eſſe debet, quin multo antea Epiſcopalem aſſeduta ſit dignitatem, cum in ipſo fere exordio, ut modo narratum eſt, Chriſtianam ſuſceperit religionem. Quo fit, ut Balneoregienſium Epiſcoporum ſeries eſſe poſſit, non longe fortaſſe
C ab Apoſtolicis derivata temporibus. Nec vero tantum habuit, ſed genuit illa civitas Epiſcopos, ad virtutum epiſcopalium laudem maxime inſignes: eamque ob rem cenſetur in primis nobilis; ſed eo nobilior, quod virum ſanctum, hominem mirificum, ſacra divinaque doctrina præſtantem, egregium Eccleſiæ Doctorem, Epiſcopum, & Epiſcopum Cardinalem, virtutum ſummarum exemplar peperit Bonaventuram, cujus vitæ narrationem
d contexere inſtituimus *d*.

16 Is igitur Balneoregii in Tuſcia, quæ *Parentes S. Bonav.* flos eſt Italiæ, natus, parentes habuit Joannem Fidantium, & Ritelliam, conjuges nobili genere ortos, ac ſtudio exardeſcentes ad opera pietatis, legique divinæ obtemperantes. Neque ab re familiari inopes eos fuiſſe, ſed habuiſſe, unde ſatis commode viverent, civium Balneoregienſium more, jam aperte olim demonſtravit domus ampla, quæ ab Antonio Puccio Cardinale deinceps Balneoregii eccleſia exædificata, Deo eſt S. Bonaventuræ nomine conſecrata *e*.

e

17 Naſcitur porro is anno a Chriſto nato *Natalis.* MCCXXI, Honorio III Pontifice Maximo, qui biennio antequam B. Franciſcus ex hac vita excederet, Ordinis Franciſcani regulam auctoritate Apoſtolica comprobavit. Natalis igitur ejus dies fuit, annis ante ipſius Seraphici Patris obitum quinque, & vero ſo-

ptem, antequam idem a Gregorio IX qui D Honorio proxime ſucceſſit, in ſanctorum Con- AUCT. feſſorum numero Peruſii aſcriptus eſt. Obiit PETRO enim ille anno MCCXXVI, biennioque poſt, qui GALES. annus fuit MCCXXVIII, in Sanctos eſt relatus. Qua in re proculdubio cernitur Dei providentia, & illa quidem ſingularis, qua perpetuo conſuluit rebus Seraphici Ordinis. Vix enim inſtitutus hic Ordo erat, nedum corroboratus, auctus atque adultus, ſed tum primum fere naſcens, cum ejus parens atque auctor ex hac vita cedit; tuncque commode & opportune exoritur divino munere, qui neceſſario tempore eum tueretur, inſtauraret, augeret, atque omnibus ferme ornamentis excoleret. Nec vero longe poſt deceſſit, qui fuit etiam Ordinis præſidium ac decus, B. Antonius Ulyſſiponenſis, quem de Padua dicimus.

18 Verum floruit tamen religio Seraphi- *Alexander ab Ales primus in Ordine S. Franciſci S. Theolog. Profeſſor* E ca, quoad Bonaventura fuit adulta & confirmata ætate, magnis viris, qui pietatis nomine illuſtres, plurimum etiam a doctrina potuerunt. Atque in iis ipſis valde præcellentes ſunt in primis Alexander Alenſis, qui, admirabili omnium litterarum ſtudia appetentium concurſu, Lutetiæ Pariſiorum primus ex eo Ordine Theologiam Scholaſtico more publice docuit: Joannes item Rupellius, ceterique plurimi. Nec vero defuerunt præterea, qui non ſolum eruditione eximia tum Latina, tum Græca; ſed rerum uſu eximie periti, operam atque opus Reipublicæ Chriſtianæ præſtiterunt. Etenim cum ab Catholica Eccleſia Romana, jamdiu Græca multis de rebus, præſertim de proceſſione Spiritus ſancti pertinaciter nimium diſſideret: nihil potius antiquiuſque habuit Gregorius IX Pontifex, quam ut Apocriſarios, quos Legatos interpretari licet, quatuor Conſtantinopolim diſſidii tam diuturni tollendi cauſa mitteret, *Franciſcani legati ad Græcos a Pont. miſſ.* ex iis porro duos potiſſimum Ordinis Seraphici delegit, Radulphum & Ammonium; F qui in Græciam profecti, rem præclare geſſerunt & confecerunt, cum ex ſacroſancta Catholicæ Romanæ Eccleſiæ doctrina, atque auctoritate de eo in primis dogmate decretum ſit: cui decreto non tantum Latine, verum Græce ipſi ſubſcripſerunt, ut inde perſpicuum ſit; Franciſcanos etiam ab ineunte Ordine Græce ſciſſe; nam Hebraice optime jam noſſe, certum atque exploratiſſimum eſt *f*. *f* Status igitur Ordinis Seraphici illis temporibus florentiſſimus fuit exemplis doctrinarum & virtutum: quarum quaſi igniculos jam tum in Bonaventura ab initio prope ætatis ſuæ excitatos eſſe, animadverti par eſt, atque adeo cum pietatis officio conſentaneum: ut magnum Dei conſilium & providentia, quæ magnarum rerum materiam longe ante conſtituit, omnibus ætatum ſæculis etiam in ipſo Bonaventura prædicetur: quem in eorum, qui appropinquanti ipſi Deo appropinquant, numero futurum, & in Eccleſiæ paſtorali ſtatione manſurum uſque ab infantia inſtitutum atque excultum eſſe voluit præclaris ornamentis Franciſcani Ordinis, in quo deinceps adſcribendus erat. Sed mira etiam ſunt alia multa, ſempiterniſque monumentis digniſſima, quæ, Deo volente, non in Ordine ſolum Seraphico, ſed univerſe illis tem-

Digitized by Google

poribus in Republica Christiana acta, gesta, factaque sunt.

AUCT. PETRO GALES. *Sancti plures in Ecclesia Dei.*

19 Neque eum solum beatus Franciscus, (ut paulo ante commemoravi,) sed etiam beatus Dominicus, Ordinis Prædicatorum auctor, Antonius Ulyssiponensis, quem sancti Francisci Episcopum vulgo vocabant, & Elisabetha Hessa, Ungariæ regis filia, in Sanctorum numerum relati sunt. Hæ piæ recordationes, non ex annalium litteris longe repertæ, aut e parentum memoria, aut aliunde depromptæ, sed recentes in mentem a Bonaventura revocatæ, ad imitationem exemplo magno fuerunt ei, quem Deus, gloriosus in Sanctis suis, statuerat in Ecclesiæ candelabro ponere, unde luceret omnibus, qui in domo sunt. Movet quidem multum præteriti temporis exemplorum recordatio: sed longe plurimum accendit proxime factorum memoria, quæ quis puer, vel adolescens auditione accepit, cum bonam firmamque eorum opinionem animo imbiberet.

B

Initium pulsandi campanas ad elevationem corporis Domini, & salutationem Angelicam

20 Fuit porro ea ætas plena Sanctorum institutorum. Cœptum est tunc campanis pulsari, cum sacra Eucharistia in Missa elevatur: itidem in salutatione Angelica, & laudibus beatæ Mariæ Virginis. Instituti autem sunt, vel confirmati etiam auctoritate Apostolica nonnulli religionis Ordines, Dominicanus, Monasticus Vallis choralium *g*, & Virginum sanctæ Claræ nomine. Pruteni fidem Christi Domini suscipiunt; Bellum sacrum, contra Saracenos jamdiu affectum, præclare administratur; Hæretici Stadingenses, Ecclesiæ potestatem contemnentes, vincuntur & superantur. Concilium Oecumenicum Lugduni primum habetur: in quo Fredericus II Imperator, seditionum pestiferarum dux & auctor, hostis Ecclesiæ declaratur; de Hierosolyma recuperanda decernitur: ejus rei summa ad Ludovicum Galliæ Regem, qui deinde in Sanctorum numero adscriptus est, defertur; purpura galeroque rubro Cardinales ab Innocentio Quarto donantur.

g

C

Studia litterarum revivisunt

21 Et vero ubique terrarum, præsertim in Italia, Gallia, Hispaniaque litterarum studia, quæ annis centum languerant, singulari Principum cura magnopere excitantur *h*. Atque hæc quidem est quædam tamquam epitome, compendiumque temporum, in quæ incidit pueritia, & adolescentia sancti Bonaventuræ: cui Deus proposita esse voluit curricula & vitas Sanctorum virorum illius ætatis, & studiorum atque industriæ doctissimorum hominum, & gloriæ publicarum actionum, in quibus ipse etiam sua imprimeret vestigia. Divinitus porro factum est, ut ea necessario Ecclesiæ tempore in iis omnibus non leviter ille presserit, sed graviter fixerit ad sempiternam memoriam. Sancta enim æmulatione vitam Sanctorum expressit, pia instituta in usum introduxit: religiosæ sanctæque vitæ eam doctrinæ laudem adjunxit, ut magna vir atque admirabili ingenii prudentia, & solida cumulataque bonarum disciplinarum cognitione, ac præstanti sacræ Theologiæ scientia, demum fructum tulerit immortalis perennisque gloriæ. Sed rem omnem loco suo, & ordine exponam.

h

22 Nunc vero, ut ne minimum quidem a cursu deflectam, quem Nazianzenus in vita Basilii tenuit, ea dicendo universa persequar *i*, quæ ad corporis, & animi bona pertinent, quibus Bonaventuram divina benignitas ornavit. At vero quamquam ille, quem mihi Magistrum proposui, Nazianzenus, de industria prætermittere videtur bona corporis Basilii ipsius, quem tantopere laudat: non tamen alienum esse putat ab illius rationibus, qui ad posteritatem litteris vitam aliorum prodit. Quo enim latius, ut solet, ad animi bona digrederetur: quodam modo præteriit illa, quæ sunt corporis. Sed re vera, sapientium judicio, illa plene tacita non reliquit, sed strictim attigit: cum corporis magnitudinem, robur, & pulchritudinem scribat tribui posse Basilio, ætate adhuc florenti. Ego igitur ex illius imitatione dicam hæc brevi, illa autem quæ ad animum pertinent, fuse atque enucleate ordine præscribam.

D

Parallelismus SS. Basilii & Bonavent. inter i

S. Bonavent. prosere fortes fuit corpore,

23 Fuit igitur Bonaventura corporis habitu procero, beneque constituto, usque adeo ut numquam, aut certe raro ex adversa infirmaque valetudine laborarit: cujus rei argumento sunt, tot ac tanti labores pro Ordine Franciscano, proque Ecclesia Dei suscepti, ac librorum, opusculorum, & commentariorum lucubrationes innumeræ. Vultu autem gravi, & aspectu angelico, ut homines raperet in admirationem sui: facie lacrymis aliquando irrigua, cum soleret (quemadmodum de se ipse testatur) divini amoris ardore flagrans, jucunditatisque dulcedine perfusus, in Christi vulneribus fixus meditatione inhærere; ea denique corporis forma, vel potius dignitate, eaque animi indole summa, ut nemo illum non vereretur, nemo item, qui se eb eo moneri non pateretur, vel libentissime. Sed de ejus virtutibus explicate dicam mox infra. Hæc vero libuit universe præfari; ut aditum tandem mihi faciam ad earum præstantissimarum rerum narrationem, in quibus, cum pietatis, religionis, sanctitatis, sapientiæ, eruditionis, doctrinæ, ac virtutis præcellentis splendor eluceat maximus: aliis deinceps, quæ fortasse minima videntur, commemorandis interrumpi non debeat cursus scriptionis meæ.

E

ferens ve nerabilit.

F

ANNOTATA.

a *Etruscorum gloriæ nihil detractum cupio, ea dent ipsis omnia quæ tribuit Galesinius.*

b *Vide quæ de S. Romuli apostolatu disputata sunt die 6 Julii, tomo 2, a pag. 253.*

c *De S. Anfano agetur non* 30 Kal. Decembris *ut inepte ad marginem notatum est, sed ejus mensis die* 1 *seu Kalendis.*

d *Neque hic quidquam addunt Balneoregienses præcentis: eorum vera & certa laus est quod S. Bonaventuram inter cives suos commemorare possint.*

e *Factum haud quaquam negaverim, tametsi omnino non capiam sequelam Galesinii, ex adhæsente templo amplitudinem natalis domus S. Bonaventuræ metientis. Floruit Antonius Cardinalis Puccius sæculo 16, mortuus Balneoregii an.* 1544, *quo tempore quid de domo ista superfuerit, haud facile divinare potuit Galesinius. Ceterum inter Puccii præclare gesta non numeratur ecclesiæ illius instauratio apud Clacenium.*

f *Elogia*

Digitized by Google

A f *Elogia ista omnia, utcumque ad veritatem exigantur*, S. Bonaventuræ *parerga sunt. De susceptis istis Legationibus videatur Waddingus ad annum* 1274 *& locis aliis.*

g *Neque hæc & alia, satis importune commixta, hic examinanda sunt; uti nec quid velit Galesinius per* Ordinem monasticum Vallis choralium, *verosimiliter pro* Vallis Scholarum. *Habuit sane illustres alios religiosos Ordines, vulgo notissimos, quos pro eo sæculo appellaret; imo & hæreticos Stadingensibus istis, quos divinandos relinquit, longe famosiores.*

h *Confusa rursus omnia, quæ stringere volebat auctor, paulo explicatiora reddere debuit: at cum ad rem adiaphora sint, valeant quantum valere possunt.*

i *Quod in exordio seu prælocutione suo satis magnifice his verbis politicus fuerat, speciosum parallelum suum aggredi hic videtur Galesinius, sed ea methodo, qua qui trupice loqui incipiunt, ab enarrationis norma facile deflectunt: sic enim comparationem narrationis suæ de* S. Bonaventura *cum Nazianzeniana de S. Basilio instituit, ut* B *toto reliqua opere inchoati parallelli, si non omnino, saltem plerumque obliviscatur.*

CAPUT IV.

Ingressus in Ordinem ex voto matris; vitæ innocentia & aliæ virtutes; orationis & contemplationis studium.

PRimo igitur, cum jam de patria, parentibus, constitutioneque corporis aliquid, Nazianzeni exemplo plane dixerim; ad pium votum Ritellinæ matris venio, quæ puerum Bonaventuram, & ut filium, & ut eum, qui singulari erat spe, unice eximieque diligebat. Atque ita quidem fiet, ut ab illius cunabulis, ordine digrediar ad omne ætatis curriculum; in quo is quidem sanctissimus, atque ad omnes virtutes divine eruditus, monumenta posuit admirabilium divinarumque actionum suarum. Dei permissu factum est, ut Bonaventura pene infans in morbum gravem inciderit: eamque ob rem cum mater mortem ejus valde metueret, propterea quod maxime videret, neque medicorum solertia, neque medicamentorum vi, neque naturæ adjumento illum convalescere; nihil potius habuit eximia pietate mulier, quam ut opem Dei imploraret, a quo uno sperabat filium tam graviter ægrotantem, a phyticisque desperatum ac relictum, posse a gravissima illa periculosissimaque ægrotatione liberari. Erat eo tempore in Italia, & ubique ferme terrarum celebrata fama sanctitatis B. Francisci: ad quem eas cum confugisset, piis illius precibus ac meritis se intime commendavit: votitque si salvus e vitæ periculo evasisset, illum religioni Franciscanæ dicaturam. Tunc mœstam, ac mœrentem matrem is omni caritatis officio valde primum consolatus, maxime oratione adjuvit; cum Deum sancte precando, a divina misericordia impetravit, quod de filii salute tantopere expetierat *a*. Id sane mirabile admodum visum est omnibus, & medicis potissimum, qui morbum pueri insanabilem plane judicarunt.

J. Bonaventuræ puer, ægrotans a matre, pro valetudine O. ad Seraphicos devotus, subito revalescit.

25 Itaque Bonaventura alterum & vigesimum annum agens, memor & voti, quod mater nuncuparat, & divini præcepti, quod a Davide in hæc verba scriptum est; Vovete & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera: S. Francisci habitum, institutaque regulæ Seraphicæ incredibili animi ardore suscepit, & commemorabili pietatis exemplo, imitatione dignissimo. Id vero beneficium cum tanti faceret, quanti a se maximi fieri munus divinum debere existimaret, id aperte ostendit, & professus est iis verbis; Voto pro me languente, ad B. Franciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipsis fum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis restitutus. Quod cum viva memoria teneam, vera nunc confessione profiteor, ne tantum beneficium reticens, sceleris arguar, ut ingratus. Quare ad eum preces ita effudit; Accipe, Pater beate, quascumque, meritisque tuis ac beneficiis impares gratiarum actiones; & cum susceperis vota, culpas nostras sic orando excusa, ut a malis præsentibus eruas, & ad bona sempiterna perducas. Adscriptus igitur in Ordine S. Francisci, omnia consilia, cogitationes, factaque ad Seraphici Patris vitam referebat: quam moribus ita expressit, ut ejus virtutum heres esse videretur. Cujus enim res pie, religiose, admirabiliter, divineque gestas ad posteritatem litterarum monumentis consignaturus erat, maluit sancta æmulatione factorum illas imitari prius, quam scriptorum copia enarrare.

AUCT. PETRO GALESIN. *Memor voti fit Minorita*

E

26 Itaque hoc loco, ubi jam Bonaventura vitæ religiosæ Seraphicæque viam & cursum ex voto ingressus est, orationem primo instituam de maximis illis ornamentis, quibus illum Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis excultum esse voluit: deinde vero de egregia eruditione, ac præstanti doctrina; quam non tam singulari studio laboreque suo partam, quam divinitus etiam traditam accepit. Ea porro vitæ innocentia, ea morum castitate, eoque sinceri animi splendore is quidem ceteris præluxit, ut Alexander Alensis, cui clarissimo Theologiæ Magistro operam dedit, dicere soleret; Non videri Adam in Bonaventura peccasse. Nec vero fefellit illum opinio, quam de eo eximiam conceperat.

Elogium singulare.

F

27 Humilitatem vero, quæ omnium virtutum seminarium est, & quam a se magister cælestis Christus Dominus, potissimum discipi voluit; Discite, inquit, a me, quia mitis & humilis sum corde, mirifice ipse coluit, exemplaque ejus plurima dedit ac documenta. Scriptum autem de ea reliquit multis locis ac libris, eoque præsertim, quem Pharetram inscripsit. In omni quidem fere opusculo se humilem ostendit ac profitetur. Plena sunt humilitatis verba, quæ ex intimis animi sensibus aliquando in libro Confessionali ita profert; Ceterum simplex, simplicibus simplicia scribens simpliciter, particulas præsentis opusculi secundum quod occurrerunt memoriæ magis, quam secundum naturalem adinvicem cohærentiam ordinavi, omni qua

Summa S. ejus animi demissio.

Digitized by Google

AUCT. PETRO GALESIN.

possum humilitate, ac devotione supplicans, quatenus

Sis mihi corrector, rescindo superflua lector;
Veraque digneris, quæ desunt, jungere veris,
Omnem defectum partim studio brevitatis,
Scribencis tribuas, partim vitio ruditatis.

Alia præterea in opusculo, quod de Puritate conscientiæ a se editum Gerso interdum præclare commeminit, cernere etiam licet, præsertim capite ultimo, quam demisse, quam de se humiliter sentiat. Et quoniam hujus virtutis, quæ excelsa est, atque usque eo alta, ut cælum etiam penetret; stadium non solum ipse cucurrit, sed alios in eodem versari maximopere desideravit, cum locum aliquem in divinis litteris nactus est, ubi celsissimæ illius virtutis gradus demonstrare queat, nullum sane prætermittit; Christi Domini humilitatem, deinde Virginis Mariæ matris, ubique fere in aliquot opusculi docet
B ac prædicat.

quæ ipse humilia facere didicerat.

28 Ejusdem autem virtutis exempla profecto quamplurima is præbuit, ac reliquit, cum esset in sanctis illis vitæ ejusdem & Christi Jesu, & beatissimæ Virginis meditationibus assidue versatus. Nec vero is, cujus animus ad humilitatis officia eruditus, numquam turgescebat neque tumebat, ne doctrinarum quidem, quibus abundabat, copia ab operibus cessavit, quæ vilia contemptaque vulgo putantur. Vascula deterfit & lavit, tricliniis cubiculisque domus verrendis, aliisque ejusmodi ministeriis exequendis, quæ ceteri fastidiosius præstare videbantur, operam navavit. Ab iis porro vix abduci poterat, nisi superiorum, quibus obediendum erat, jussu. Indignum enim hoc valde illi arbitrabantur, ut tantus vir, quem sanctitate prælucentem, scientia affluentem, ac multis Spiritus sancti donis ornatum cernebant; opus in rebus humilibus atque abjectissimis occuparet. Quinimo, quod maxime mirandum est, tanta præstitit humilitate, ut cum
C diu aliquando ad hoc junior se indignum putarit sanctissimo Christi corpore, dignus adeo fuerit, qui id Angelo ministrante susceperit *b*.

Curam egit ægrotorum.

29 Præcipuam autem curam ægrotantium habere perpetuo voluit; iisque hilariter ministrabat, atque eo libentius, quo gravior morbus & contagiosior esset. Quam sane rem commemoro, non ab eo dissimilem, quam Nazianzenus de Basilio scribit: qui hominum, lepra laborantium vulnera & curavit, & osculatus est. Curandis vero ægrotis fratribus, ita assiduus Bonaventura fuit, ut magnam diei partem consumeret: nec propterea tamen ab interpretandi munere, aliisque exercitationibus litterariis desistebat.

Tristes solatur.

30 Atque ea erga cunctos exarsit caritate ut, si quem tristem & conturbatum interdum videret, non conquiesceret, donec eum hilarem lætumque redderet, in mœrore jacentem consolando excitaret: & a bono proposito declinantem, ad viam revocaret recte progrediendi. Vix dici potest, quam suavibus quam commodis usus sit moribus; ut pro concione Innocentius Quintus Pontifex aliquando asseverantes dixerit, Quotquot in eum incidissent, illorum suavitate captos ejus dictis ac monitis fuisse audientes. Sed res planior fiet, cum locus inciderit narrandi de Græcis, quorum sibi benevolentiam in
D Concilio Lugdunensi Oecumenico II valde conciliavit.

In orationis assidua.

31 At in lege Domini die noctuque meditatus, admirabili lacrymarum ubertate totum se contemplationibus vitæ Christi Redemptoris pie effudit. Opusculum eo nomine contexuit, cujus usum rationemque ad singulas hebdomadæ ferias quam sanctissime, ac rectissime accommodavit. Curarum hujus sæculi tempestatem fugit assiduitate orationum: quibus ita fixus hæsit, ut mentis cogitationibus cælestibus, se a corporis sensibus aliquando abduceret. Christum Dominum patientem non solum meditando, sed etiam scribendo ob oculos sibi proposuit. Eamque ob causam usque adeo diligenter scripsit, ut legentium animos vehementer moveat, admirabiliter inflammet ad divinam pietatem, cognitionemque rerum cælestium. Scite igitur de eo gravissimus auctor dixit; Non in-
E stantia, sed inflammantia verba S. Bonaventura protulit. Verum enimvero, cum ad eam partem accedam, quæ ad eximiam atque exquisitam ejus doctrinam & eruditionem, aut certe scribendi rationem, vim, dignitatemque attinet, non prætermittam ullas ejus generis partes.

& meditationis,

32 Sed profecto a sanctarum contemplationum, meditationumque studium fuisse eum quam diligentissimum, nemo est, quin facile intelligat, qui eo magistro ac duce illarum exercitationibus utitur. Earum enim usu optime peritus, præclare docuit vim, materiam, formam, finem, ac distinctionem: & vero de singulis præcepta valde utilia dedit, atque exempla, quibus non modo ad contemplandum atque ad meditandum, sed etiam ad cogitandum, & orandum piorum hominum mentes animique informarentur. Contemplationem autem a meditatione, oratione & cogitatione recte distinxit, ut is, qui in earum unaquaque
F perpetuas, magnasque progressiones habuit. Ac præterea contemplationis, actionisque vicissitudines ostendit; quæ in singulos etiam dies sint meditanda, quæ in singulas quoque diei horas, vel potius in singula momenta, quæ cum meditatione conveniant, quæ item in perenni jugique meditatione versentur, ita dilucide multis opusculis explicavit, ut egregium sanctarum meditationum & contemplationum præceptorem, præclarumque interpretem facile quis possit agnoscere.

quorum methodum hac de re docuit.

33 Orandi modum a Christo Domino institutum, ac præscriptum docuit: *Sine intermissione orare quid sit*, sæpenumero exposuit: orationis gradus, partes, fructus, utilitates, tempusque enarravit. Pro quibus preces adhiberi oporteat explanavit; etiam, quotidie, præsertim pro sancta Ecclesia Romana, cujus se eximium cultorem semper præbuit. Sed opuscula complura, quæ de exercitationibus spiritualibus edidit, plane declarant ac significant studium, & usum, quo is in omni religiosarum precationum genere sese diu noctuque exercuit, mente non solum ac spiritu, sed etiam voce. Eamque ob *D. Virginis Matris cultor.* rem Officium de passione Domini, & item de cruce composuit. Beatissimam porro Dei genitricem Mariam Virginem sibi patronam cælestem delegit, & eximia pietate coluit: ideoque opuscula confecit, quibus ad ejus

laudes

Digitized by Google

A laudes ipse de se, & alios optime salutaster instruit. Librum eum, quod Mariale appellatur, & Speculum beatæ Virginis, Psalteriumque ejusdem scripsit. Salutationem præterea Angelicam, atque antiphonam, Salve Regina, miris divinisque laudibus explicavit: & Coronam beatæ Mariæ Virginis pio officio contexuit; ut in Dei matris veneratione cultuque esset perpetuus cleri populique Christiani cursus. Atque ita quidem in omnes pietatis devotionisque partes se ardentissimo orandi studio excavit, ut cum ob scribendi genus, tum ob pie agendi & precandi ardorem sit optimo jure, meritoque appellatus Seraphicus, & devotus Bonaventura. Nam is cum nihil antiquius haberet, quam ut in studiis religionis progressiones haberet, ad ea perpetuo progressus, in devotionis gratia, inquit sanctus Antoninus, continuum sumebat gratiæ incrementum. Siquidem omnia, quæcumque subtiliter cogitaret, aut ad scribendum pararet, ne doctrinis tepescerent ora-

B tio, vertebat in formam modumque piæ precationis.

Devotus & Seraphicus Bonaventura.

34 At paulo post dicam ex luculento testimonio Trithemii, quam egregie is devotionem cum scientia conjunxerit. Reliquas ejus virtutes multas, quarum præstantia vir magnus, vel potius summus, in hujus vitæ curriculo Bonaventura habitus est, nempe fortitudinem in laboribus, constantiam in despiciendis honoribus, patientiam in oppugnationibus, sapientiam in publicis provincialibusque Fratrum conventibus, prudentiam in administratione Ordinis sui Seraphici, & alias præstantis ingenii animique sui partes aliquo modo planas faciam: cum paulo post, locis suis, commemorabo ceteras denique omnes, & illas quidem admirandas divinasque ejus res gestas; in quibus splendor eluceat maximus ornamentorum, quæ in illum Deus benignissime contulit.

ANNOTATA.

a *Miraculum indubitatum reddit sanctus ipse* Bonaventura: *in adjunctis difficultas est, quam hic non explicat Galesinius; vide Commentarium prævium § 3.*

C b *Quam variis etiam circumstantiis hoc miraculum vestiatur, superius quoque indicavi.*

CAPUT III.

Eruditio & doctrina mirabilis, ejusque & in aliis progressus in studio Parisiensi.

NUnc de illius eruditione & doctrina scribam, Nazianzenum secutus, qui tam multa de Basilii scientia dixit. Fuit porro doctrina sancti Bonaventuræ, divinarum contemplationum ratione admirabilis, disciplinarum eruditione præstans, omni ex cognitione constans, cum Ecclesiæ Patrumque decretis congruens, eademque vera ac solida, referta mysteriis, & plena pietatis ac devotionis, parta non solum summis studiis, sed accepta divinitus: nimirum, quia is, qui

Eruditus in divinis;

illustrinas mirabiliter a montibus æternis, in illius mentem, tamquam in speculum, suæ lucis radios effudit. Sapientiæ spiritus super humilem, & tremescam verba ejus requiescit. Mens certe humilis & demissa, opibus suis omnino diffidens, qua S. Bonaventura præditus fuit, judicium Dei extimescens, imbuta fuit copiis illis divinæ doctrinæ, quibus Catholicam sanctam Ecclesiam is exornavit, atque auxit: cum præsertim cælestibus iis contemplationibus adultus, quas jam modo narravi, totusque mente & animo in passionis Domini meditatione fixus, inde tamquam ex uberrimo fonte, omnem divinæ Sapientiæ vim hauserit.

D

AUCT. PETRO GALESIN.

& in studiis assiduus,

36 Sed industria etiam commemoranda est, quam ad litterarum studium adhibuit. Nihil potuit ei fuit labore, & diligentia: nihil detestabilius inertia, desidia & negligentia; nihil tandem alienius inertissimo otio, quo homines affluentes, turpiter in eo hebescunt ac languescunt. Itaque cum primum Seraphicæ religioni ex voto se adjunxit, præter muneris functiones, quas multas ad Ordinis præscriptas regulas præstare eum oportebat; in eo etiam sibi elaborandum putavit, ut sanctorum Patrum monumenta studiose legeret, unde doctrinæ, disciplinæque præcepta caperet. Librum igitur, quem Pharetram dixit, in ipso religionis ingressu ex operibus contexuit sanctorum Doctorum, Gregorii Papæ, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi, Isidori, Anselmi, Bernardi, Cassiodori, aliorumque multorum *a*. Tanto certe studio exarsit ad divinas litteras, ut Biblicorum sacrorum exemplaria duo manu sua scripserit: quorum unum Balneoregii in ecclesia Fratrum Minorum extare dicitur, alterum in bibliotheca Borbomeiana.

E

Pharetram primum edidit,

a

meditando utroque Testamento semper incubuit.

37 Nec mirum esse potest, si vetus & novum Testamentum memoria tenuit; cum non modo utrumque studiosissime legerit, usuque contriverit, sed semel atque iterum exscripserit, ut diligentissime potuit. Thucydidis Historiam Demosthenes tam sæpenumero descripsit, ut succum eloquentiæ Atticæ retineret: itidem de sacrosanctis Bibliis hic noster facit, ut eorum dictionibus, sententiisque vim ac potestatem sibi pararet, quam lucubrationibus suis ostendit magna cum industriæ religiosæ laude. Eo ipso tempore tum sacris studiis, quorum ardore flagrantissimus erat, tum caritatis, qua Fratres Ordinis sui eximie in Christo Domino diligebat; zelo incredibili incensus, opuscula aliqua composuit, quæ eorum conventui in eleemosynam contulit, ut in summa inopia inde etiam honeste pieque victum quæritarent *b*. Quæ cum nullum desidiæ, otioque locum unquam reliquerit, non defuit neque officiis, quæ ex normæ ac regulæ Franciscanæ præscripto, & multa, & magna præstitit; neque meditationum exercitationibus, quarum usu ceteris præluxit; neque sacræ Ecclesiasticæque eruditionis progressionibus, quibus mirabilem in modum delectatus est.

F

b

Ad eruditionem via humillima.

38 Annus fere septimus erat, quo rite professus, in Ordinis Franciscani religionem se Deo dicarat: quo septennii spatio ad eum Philosophiæ, Theologiæ, ac litterarum gradum ascendit, ut magnam omnibus admirabilitatem excitarit sui, summæque præcellentis in-

A AUCT. PETRO GALESIN. induſtriæ atque virtutis. Sed initium ſapientiæ eſt timor Domini: quo illum divine imbutum, non modo mirum ſane videri debet, ſed plane credibile, atque adeo verum eſt, omni præſtantiſſimæ eruditionis acceſſione & ornatu auctum eſſe; cum præſertim is & in perpetuo quodam ſolidæ ſanctæque humilitatis curſu inſtiterit, & in præclaris pietatis officiis, atque uſu divinarum contemplationum ſeſe continenter exercuerit. Quæ profectio res, bene juvante Deo, plurimum roboris virium que in primis habent, tum ad progreſſionem, tum ad ſummam ſtudiorum, quæ potiſſimum in ſacra doctrina ponuntur. Eamque ob rem recte ac ſcite ſanctéque dixit ſanctus Auguſtinus in hanc ſententiam; Qui vult attingere profundum Scripturarum, humilitate & Dei timore veſtitus eſſe debet. His igitur virtutibus Bonaventura ſanctus bene inſtructus, tantis affluxit doctrinarum, præcipue ſanctarum copiis, quantas certe maxi-
B mas in eo ineſſe affirmant, ac profitentur ſapientiſſimi viri, & ſcriptores luculentiſſimi, quorum teſtimonia in medium loco ſuo ponam.

39 At nunc narrare pergam reliqua, quæ
Pariſios venit, ad eximias illas progreſſiones ejus Pariſienſes attinent. Lutetiam Pariſiorum, eo ſeptennio pene confecto, ad Alexandrum Alenſem venit *c*. Hic ſpectare licet, quantum is
c in urbe, ſtudiis affluenti, & magiſtro ac doctore tam excellenti profecerit, idque triennii ſpatio. Pariſienſis porro Academia, a Carolo Magno de conſilio Alcuini præceptoris, & venerabilis Bedæ *d*, primum recte inſti-
d tuta, ut in ea ad propagandam religionem Chriſtianam pura philoſophia traderetur, cum antea ſemper doctiſſimis viris floruit, tum vero florentiſſima fuit, quo tempore ad eam Bonaventura acceſſit. Erant enim tunc præter ceteros, quos enumerare longum eſſet, celeberrimi magiſtri Theologiæ duo, Albertus Magnus *e*, & is, cujus memini, Ale-
alii trium magiſtrum præceptorem Alexandrum Alenſem, xander Alenſis, quem annos tres Bonaventura audivit. Id omne argumento eſt, ad doctrinam, qua ipſe abundavit, cumulum acceſſiſſe non mediocrem. Pariſiorum enim
C urbs, quæ bonarum diſciplinarum altrix dicitur, cum ad ſtudia aliis valde utilis fuit, tum maxime profuit Bonaventuræ, & Thomæ Aquinati, ut Athenæ Baſilio, & Nazianzeno. Deinde ad noſtri doctoris ſcientiam, quam multis partibus cumulatam, ac perfectam plerique omnes uno ore dilaudant, plurimum adjunxiſſe videtur illa acceſſio trien-
f nii *f* quod amplius Lutetiæ in illius Summa perficienda poſuit quam ſolertiſſime.

40 Verum denique ad omnem ejus cumu-
qui Anglus fuit lum permulti illud interfuit, quod præceptore uſus eſt eruditiſſimo Theologiæque Scholaſticæ uſu litterate peritiſſimo. Erat is Alexander Alenſis, homo Anglus, Juriſconſultus ſapientiſſimus, Theologiæque ſcientia clariſſimus: qui mirabiliter, ut Annales loquuntur, beati Seraphici Franciſci religionem amplexus; uſque adeo ſua doctrina, pietate, ac ſtudio ſingulari eam illuſtravit, ut illo primum tempore in conventu Franciſcano Pariſiis publicæ ſcholæ fuerint apertæ, ad quas omnium Ordinum, omniumque magnorum hominum concurſus factus ſit maximus. In iis Joannes Gerſo, Stephanus Bru-
g lefer *g*, & is, qui auctor eſt Fundamenti trium Ordinum, ac doctor vere Angelicus D Thomas Aquinas. Tam præclaro autem Theologiæ Doctore ſe uſum eſſe aliquando ſcribit, ac profitetur. Qua teſtificatione manifeſtum perſpicue eſſe poteſt, ex præſtantiſſimi Magiſtri Schola, tamquam ex bonarum artium officina, unde ſummi viri prodierunt, ſe prodiiſſe: ut inde agnoſcat, quod etſi præ humilitate, ac præ ſancto pudore ipſe tacitum reliquit, recte tamen conſequens eſt, eum tanti præceptoris fuiſſe diſcipulum haud quaquam plane diſſimilem. Eſt enim illud tritum ſermone proverbium; Optimi magiſtri optimus diſcipulus. Si igitur magiſtri præſtantia multum præclaras eas Bonaventuræ progreſſiones adjuvit; certe etiam, non parum ille excitaſſe videtur, quem valde dilexit, ejuſdem magiſtri, aut certe ejuſdem Pariſienſis Academiæ diſcipulus, beatus Thomas Aquinas.

41 Ii ambo Pariſiis caritatis vinculo, vi- *S. Bonaventura & S. Thomas nobile par amicorum*
tæ moribus, doctrinæ, pietatiſque ſtudiis itidem conjunctiſſimi, ut Athenis olim fuerunt illi duo, Baſilius & Nazianzenus, quorum aliquam, ſi cuncta recte perpendantur, imaginem tunc referre videbantur. At hæc ipſa E conjunctio eo clarius apparebit, quo dilucidius infra explicabitur. Magni autem ſemper fecit Alexander (ut erat acerrimo judicio) Bonaventuræ diſcipuli, quem verum Iſraelitam eſſe dictitabat, non ſolum puram integramque ab omni vitio vitam, planeque angelicam, ſed jucundam etiam morum conſuetudinem, cum pietate, gravitateque conjunctam, aſpectus pulcritudinem & dignitatem, ſermonis vim plenam ſuavitatis, & ingenii præſertim animique indolem ſummam, cum ad omnes virtutes, tum ad ſacram Theologiam; cujus ſcientia excelluit egregia cum laude. Quamobrem tertio poſt anno, quam Pariſios venit, idoneus ac dignus Bonaventura habitus eſt, qui Theologiæ illic interpretandæ munus publicum ſuſciperet, ac ſuſtineret. Id interpretationis publicæ officium primo geſſit, ut dixi, Ordinis Franciſcani Theologus Alexander Alenſis: deinde Joannes Rupellius, qui, primariis Academiæ Pa- *Joannes Rupellius in diſcedo Alexandro Alenſi ſuccedit, eidem S. Bonaventura.*
riſienſis viris efflagitantibus, ab eo unus poteſtimum delectus eſt, qui ejuſdem Ordinis Theologus in illum publici interpretis locum F ſuccederet. Tertio autem ea cura ſummo omnium conſenſu & gaudentibus animis, delata eſt ad Bonaventuram; uſque adeo non ſanctimoniæ ſolum, ſed doctrinæ ſplendore præſucentem, ut præclare de eo teſtatum Gerſo reliquerit his verbis; Neſcio ſi umquam talem doctorem, ſicut Bonaventuram, habuerit ſtudium Pariſienſe. Itaque quo tempore, vel potius, quo die legendi, interpretandique cathedram S. Thomas Lutetiæ Pariſiorum aſſrendit; eodem etiam S. Bonaventura, qui priorem locum adeptus, S. Thomæ præ humilitate ceſſit *h*.

42 Interpretandi ergo ac docendi publicum *qui publice docuit cum laude.*
munus cum ſuſcepiſſet, ita egregie ſuſtinuit, ut quam de ſe concitarat opinionem, longe ſuperarit. Quæcumque enim exponere aggreſſus eſt, egregie dilucideque ſic explicavit, ut non interpres, ſed auctor ſuiſſe videretur diſciplinarum, quas interpretaretur. Et vero, in ea ipſa Pariſienſi Academia cum publice profiteretur, illam conſectatus eſt do-

cen-

A cendi rationem ac doctrinam, quæ ſapientiſſimis omnibus probata, omnium etiam florentiſſima exiſtit. Docendo namque nitebatur primum divinarum litterarum ſententiis, deinde probatiſſimorum Patrum auctoritatibus, rum argumentis firmiſſimis, rationumque graviſſimis momentis. Quod cum ipſe de ſe, ut initio narravi, teſtatum aliquando faciat; tum ex ejus libris, atque opuſculis liquido conſtat, ac præterea ex omni ejus expoſitione, atque commentario; ut ex argumento, quod unicuique adſcripſi, intelligi facile poteſt *i*. Quo fit, ut illius explanationes plenæ ſint, & cumulatæ litteris, digito Dei ſcriptis, non verbis affluentes, ſed rerum ubertate, moreque ſuo Seraphico ſententiarum gravitate diſtinctæ, ac perpetuo diſciplinæ præceptis conſperſæ: uſque adeo, ut ex auctore doctrina, rurſuſque auctor ex doctrina agnoſcatur.

43 Primo autem Pariſiis libros Magiſtri Sententiarum copioſe & graviter expoſuit, commentariiſque luculentis illuſtravit: quorum commentariorum doctrina, Clemens Quartus Pontif. Max. mirifice in primis delectatus eſt. Et vero is, ut ſapientiſſimus religioſiſſimoſque Pontifex erat, fama permotus magnæ, exquiſitæque eruditionis, qua illis temporibus ſanctus Bonaventura præcellebat, cum in Academia Pariſienſi tunc etiam primum Geneſis caput, quod Hexaemeron Græci dicunt, interpretaretur, non ſine præclara laude, eum ad ſe venire juſſit: utque doctrina illius & ſapientia in graviſſimis deliberationibus uteretur, Archiepiſcopatu Eboracenſi, qui in Angliæ regno tunc erat, & diœceſi, & opibus ampliſſimus, illum exornare voluit *k*. Qua cognita Pontificis voluntate Bonaventura, ut a tanti muneris cura quidem multiplici & magna vacuus, in Seraphici Ordinis inſtitutis contemplationeque ac ſtudio rerum divinarum liberius conquieſceret, tantam dignitatem conſtantiſſime recuſavit: cum onus eſſe illud oſtenderet longe gravius viribus ſuis. Conſtantiam ejus Pontifex admiratus, illum dimiſit iis ſacrarum litterarum verbis; Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum C tuorum veteraſce. Rerum igitur humanarum deſpicientia cum in omni ejus vita cernitur, tum in Archiepiſcopatus, quem alii expetunt, honore maxime refutando.

44 Cum autem in eo primo Geneſis capite, nempe Hexaemero, ut dixi, explanando verſaretur, jam tibus & viginti ſermonibus, quos Luminaria Eccleſiæ, aut viſiones quinque vocavit, ad expoſitionem ample digreſſus, non abſolvit tamen. Quod ſane commemorare libuit, ut quod de Baſilii Hexaemero ſcriptum eſt, idem Bonaventuræ contigiſſe, perſpicuum ſit. Ille per obitum non abſoluit, cum conciones tantum novem ad illius explicationem habuiſſet: at reliquas duas Nyſſenus frater confecit. Hic vero noſter, non ſolum Ordinis Franciſcani, ſed Eccleſiæ cauſa negotiis ſuſceptis, nequaquam perficere potuit: neque vero habuit, qui pari cum doctrinæ copia perficere potuiſſet. Atque illa Baſilii quidem conciones, quas ad Hexaemeri commentarium is adhibuit, ſumme laudantur a Nazianzeno: qui earum ſtudio flagrans, cum in manus ſumeret, in oreque illas haberet, ardentius ſe excitatum eſſe ſcribit, cum in primis ad Deum creatorem rerum omnium colendum, tum ad creationis rationes cognoſcendas. Sed accendunt iidem etiam Seraphici doctoris Bonaventuræ ſermones, qui myſticæ Theologiæ arcanis referti, ſacrarum litterarum ſplendore illuſtres, & quodam ſententiarum quaſi ardore incenſi, non modo moveant, ſed inflammant animos legentium. Hanc ſane præcellentis doctrinæ, non modo vim, ſed copiam in eo Pariſiis, cum S. Thomas animadverteret, ſimul ac admiraretur; ipſum convenit, a quo ſibi Bibliothecam oſtendi petiit, ut libros conquireret, unde tam multiplicem, atque adeo magnam eruditionis ubertatem hauriret. Is vero Chriſti Domini, cruci affixi imaginem demonſtravit: e quo fonte uberrimo ſe accipere profeſſus eſt, quidquid vel legeret vel ſcriberet.

45 Quam brevi tempore tam multa ſcripſerit, in ſummis etiam publicæ interpretationis occupationibus; profecto jam demonſtravi, cum & Hexaemeron expoſuerit, & uberrime expoſuerit Primum, Secundum, Tertium & Quartum ſententiarum librum. Verum eo ipſo tempore, quo Lutetiæ Pariſiorum fuit, ad multos labores, quibus varie is diſtinebatur, alius acceſſit non parvus, quem Ordinis ſui tuendi cauſa, Alexandro Quarto Pontifice, qui Clementem Quartum proxime antecеſſerat, ſuſcipere neceſſe habuit, atque adeo ſuſcepit vel libentiſſime. Guilielmus enim de ſancto Amore, librum contra paupertatem & Mendicantes parum ſapienter ſcripſerat: quem quidem S. Thomas erudite opuſculo redarguit, & item S. Bonaventura egregie ſcriptis ſic refutavit, ut & librum Pontifex Alexander prohibuerit, & illius auctorem damnarit.

46 Et quamquam hominem induſtrium, & maxime laborioſum, virumque ſanctum Bonaventura & interpretationes publicæ, plenæ vigiliarum, & ſcriptiones, tempus ac diligentiam maxime depoſcentes, occupatiſſimum habuerant: tamen in luce Pariſienſi id otii ſibi ſumpſit, ut B. Seraphici Patris Franciſci vitam etiam non modo ſæpiſſime meditationibus ſanctis, & cogitationibus ſalutaribus expenderet, ſed litteris etiam mandaret *l*. Quamobrem late fuſeque primum de eo ſcripſit: deinde eadem omnia brevi eſt complexus, quo facilius illam ſummatim compreheſa, tum ad vitæ diſciplinam, tum ad divini officii uſum in iis lectionibus adhiberentur, quas in Octavis feſti diei, beato ipſi Franciſco dicati, recitari ſolenne eſt. Bonaventuram porro, de eo vel ſcribentem vel, cogitantem, vel ſummæ animi attentione ita meditantem, ut paulum is e terra ſublatus videretur, cum e cubiculi valvarum rimulis clam inſpexiſſet B. Thomas, qui pro mutua caritate & amicitia ad illum ventitabat, noluit ne fores quidem pulſare, nedum in cubiculum pedem inferre. Qua perſpecta re, ſocius, quid cauſæ eſſet, quæſivit, cur non ingrederetur: tum ille; Sinamus, inquit, ſanctum laborare pro ſancto. Vox præclara, qua is illum viventem ſanctum appellavit, & recte ſcribentem etiam laudavit.

47 At-

AUCT. PETRO GALESIN.

In Magistrum Sent. Comment. scripsit.

Item in Hexaemeron Gr.

Archiepiscopatui Eboracensi renuntiat. k

Mystica Theologia ejus laus.

Crux Christi S. Bonaventuræ bibliotheca fuit. E

Contra Guillelmum a S. Amore scribit;

& Vitam S.P. Francisci F

AUCT. PETRO GALESIN. *Visus in aerem elevatus, &c*

47 Atqui præterea, si ad rem, quæ per se satis ipsa elucesceit, aliquid etiam luminis ex luculento testimonio afferendum est: profecto Leonardus Aretinus, illis temporibus in eruditionis & eloquentiæ laude clarus, cum S. Francisci vitam, a Seraphico doctore Bonaventura scriptam, studiose legisset; sententiam rogatus; In illo scribendi genere, respondit, a nemine illum superari posse. Hæc sane testificatio probatur omnibus: sed longe probatissima erat, si testimonium accesserit S. Viri, eruditissimique hominis, & religiosissimi Archiepiscopi Antonini; qui illius vitam stylo mirabili ab ipso Bonaventura scriptam esse asseverat, nihilque habere judicat nisi quod certum, quod verum, quod maxime probatum est locupletibus testibus, & rerum conscriis, quæ litteris mandatæ sint. Cum igitur de eo mirifice scripserit: locus, ubi scripsit, adhuc Parisiis in monasterio Franciscano extat insigne

B sæculi, tanquam rei admirabiliter gestæ monumentum. Illius sane temporibus de Bonaventura quem pium, sanctum, eruditioneque perfecta excultum, omnes admirabantur, fama præclara ubique percrebuit.

Quanto major ejus, tanto humilior.

84 At vero is cum ad cælestem illam hereditatem immortalis gloriæ spectaret, ad quam divinitus vocabatur: hujus sæculi laudes inanes & caducas, hac atque illac vulgi sumusculis sæpenumero temere diffluentes, contempsit, pro nihilque putavit. Immo etiam quanto nomen ejus efferebatur majori hominum prædicatione, tanto diligentius in id toto animo incubuit, ut de se suisque rebus humiliter summisseque sentiens, Deo in primis, bonorum auctori, gratias de progressionibus ejus semper ageret; se vero in perpetua humiliate contineret, quam tamquam Christianarum parentem custodemque virtutum semper consectatus, jamdiu firmissima ejus vestigia toto vitæ cursu impresserat. Sed hæc ejus summa singularisque humilitas nota jam satis est, ac valde spectata in iis, quæ fere initio commemoravit.

C

ANNOTATA.

a Pia hic annexi usos scriptores, alibi monui.

b Sunt qui velint, cum adhuc in sæculo degentes, eo modo Fratrum paupertatem fuisse amplexos.

c Errat hic Galesinus, nam si septennio ante ejus excessum, Parisios primum accessisset, Alexandrum Alensem nunquam vidisset, ut in Commentario prævio satis demonstratum est.

d Negatur vir bonus dum Venerabilem Bedam ad Caroli Magni & Academiæ Parisiensis institutionem perducit; obierat Beda priusquam Carolus nasceretur.

e Ut tempora, sic loca male confundit Galesinus, floruit per id tempus Colonia Albertus Magnus, at non scitur Parisiis cum Alexandro Alensi docuisse.

f Ludit in triennio, quod quo pacto explicandum sit, in Commentario dictum est.

g Hic vero immensum exorbitat bonus Galesinus dum sæculum XV cum XIII tam turpiter commiscit, ut auditores Alexandri Alensis factos Gorsanum & Bonaventuram, quos ambos floruisse novimus sæculo illo XV, ubi Alensis obiit ante medium sæculi XIII.

h Intelige, ut suprà diximus, Sanctus ipse eodem circiter tempore doctoralem laureum consecutus.

i Hinc colligitur, editionem operum S. Bonaventuræ allaboratse Galesinum, paulo felicius, quam Vitam descripserit.

k Res de tempore denuo commiscet scriptor recentior, nam qua tempore de archiepiscopatu Eboracensi actum est, non Parisiis docebat Bonaventura; sed Generalis munere fungebatur, ut habet in Vitæ scriptor chronologicus. Vide Wadingum ad an. 1265 num. 13.

l Quandonam Vita ipsa scripta fuerit, habet etiam suprædictus Commentarius; verum eruditum a Galesinio ne exspectes.

m Est ibi alterum enormem panachronismum: vivebat nempe illis (S. Bonaventuræ) temporibus celebris Aretinus, qui mortuus est anno 1443.

CAPUT IV.

Sancti gesta tempore quo fuit Ordinis Minister generalis.

E

JAm vero tertius & decimus prope annus abierat, quo ad Ordinis Francisceni religionem disciplinamque accesserat: eo ipso temporis spatio perspectæ sunt non solum, sed etiam atque etiam exploratissimæ reliquæ omnes ejus virtutes. Cum enim in tanta hominum existimatione esset, quantam sane maximam exposui: nihil fere vel publice, vel privatim in universo Seraphico Ordine unquam actum gestumque est, in quo aliquod non extaret illis temporibus monumentum pietatis, caritatis, prudentiæ, doctrinæ, ceterarumque optimarum rerum, quarum ornamentis ille maxime emicuit. Nihil porro qui Ordini Seraphico præerant, Ministri Generales tunc aut statuerunt, aut egerunt *a*, nisi illius consilio. In disputationibus publicis ii numquam discesserunt ab ejusdem sententia, qui sapienter doctequo de proposita omni quæstione differebat. Si quando autem conventus, quæ Capitula vocantur; sive conventuum Ordinis totius Provinciarum, sive unius tantum habebantur: si quid in iis arduum ac difficile incidisset, ad Bonaventuræ consilium ac sapientiam referebatur. Demum tam multis meritorum copiis ipse affluens, totius Ordinis Minister Generalis Romæ creatus est, eo anno, quem dixi, tertio & decimo professionis suæ: quod munus ex sapientiæ & sanctitatis laude gessit, ut in omnium ore & admiratione esset, cum præsertim Ordinis disciplinam non modo excoluerit, atque auxerit, sed aliqua ex parte collabentem restituerit.

Omnium Ordinis negotiorum peritissimus.

Generalis Minister factus.

50 At res omnis recte atque enucleate in præsenti perscribenda est. Jam post B. Franciscum extiterant Seraphici Ordinis rectores septem, quos S. Antonius, ceteriique Ministros Generales appellant. Primus fuit Joannes, cognomine Parens, Florentinus, Tuscus, Assisii creatus, vir sanctus & justus. Secundus Helias, Assisiensis, homo elati spiritus. Tertius Albertus Pisanus, Tuscus, Romæ factus, Gregorio Nono Pontifice an. MCCXXXIX, vir bonus & perfectus. Quartus Haimo Anglus, Theologus magnus, vir summæ honestatis, Romæ creatus, Gregorio Pon-

Series Generalium Ministrorum ante S. Bonaventuram

Digitized by Google

A Pontifice anno MCCXLI. Quintus Crescentius Æsinus, Picens, homo senex, Assisii creatus Innocentio IV Pontifice, vir justus, disciplinæque zelo probatus. Hujus tempore in provincia Picena Ordinis disciplina paululum labefactari incepit. Crescentius autem Capitulum generale cum indixisset, non interfuit: sed Vicarium misit Bonaventuram Balneoregiensem *b* de quo scribo. Sextus, Joannes Rupellius, Parmensis, vir Theologiæ scientia eruditus, & in Academia Parisiensi
c lector, e Græcia rediens *c*, quo ab Innocentio Pontifice legatus missus erat, Assisii creatus, demum Romæ, ubi Capitulum generale indixerat, coram Alexandro IV Pontifice se Generalatus munere abdicavit. Rogatus autem, quem dignum putaret, qui prudentia, vigilantia, virtuteque tantum onus sustinere posset; Bonaventuram, qui illius tempore proxime contra Guilielmum de sancto Amore, ut dixi, scripserat, virum san-
B ctum & eruditum nominavit. Is igitur post B. Franciscum, Minister Generalis septimus, Romæ omnium suffragiis, summaque consensione ac lætitia creatus est, Alexandro IV Pontifice præsente: qui jam inde, usque quo Cardinalis Ostiensis fuerat, Seraphici Ordinis patrocinium cum habuisset, mirifice etiam Bonaventuram perpetuo fovit.

51 Hic spectare licet in hujus Franciscanæ præfecturæ munere præclaras illas, actionumque sanctarum splendore illustres, S. Bonaventuræ virtutes. Ordinis status erat eo tempore in aliquod fere discrimen adductus, cum ex facta, dissidioque Fratrum Picenæ provinciæ, tum ex perturbatione dissensionum, quæ in cuncta Italia de proprietatis regula, quodam modo rescissa, extiterunt. Itaque cum disciplina, sanctissimis institutis astricta, sensim dissolvi cœpisset: tunc primum Bonaventura, universi Ordinis curæ præfectus, in eo maximopere elaboravit, ut non auctoritate solum, sed exemplo, sapientia, moderatione, doctrina, constitutionibusque
C rem omnem tueretur. Fuit autem is in illius muneris administratione mitis admodum, ac benignus: mansuetudine enim potius, cohortationibus, & admonitionibus, quam minis aut pœnarum acerbitate, in viam bene agendi revocavit aberrantes. Paterna vero caritate, & clementia admodum singulari erga illos, qui ab Ordinis disciplina defecissent, aut militiam Seraphicam deseruissent, usque eo usus est, ut non defuerint, qui in Capitulis, tam Generalibus, quam Provincialibus id vitio plane ipsi objectarint. Et vere quos obstinate operam dare cognovit, ut palam in hominum luce offenderent, exemploque peccarent: in eos pro culparum ratione non destitit graviter animadvertere, ut ad antiquorum morum usum, rectamque vivendi normam, quam Seraphicus Pater Ordini præscripserat, atque ad salutem omnes omni ratione reduceret, quæ ad eam rem recte & religiose gerendam potior esse videretur. Sed cum miserorum & aberrantium parentem, perfugiumque se esse maxime vellet, ne illi de se desperarent: sæpenumero verbis gravissimis coarguit eos, qui sibi crimini dabant misericordiam ac patientiam, qua benigne utiliterque utebatur ad omnium salutem.

Mitis ac benignus S. Bonaventura in regendo

52 Primum igitur, quo maturius de Ordinis statu deliberaret, Narbonæ in Gallia conventum seu Capitulum generale habuit, in quo multa statuit. Primo Ordinis fratres in aliquas certas Provincias distribuit, quibus alias præterea duas adjunxit *d*. B. Francisci Regulam, quo dilucidius explicata, eo facilius in executionis usum induceretur, accuratissime exposuit. Fratrum, qui antea capite aperto, capillisque promissis, ac sparsim diffluentibus, rituque pastorum incedebant, vestitui cucullam addidit. Multas de norma regulaque religiose vivendi constitutiones edidit, quæ in Seraphici Ordinis monumenta referuntur *e*. Auctor maxime fuit, ut in Natalitiis festis caneretur; Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine *f*. Alterum præterea Capitulum Pisis coegit: ubi cum in eadem Ordinis bene constituendi cura invigilaret, aliquot rubricas Breviario adjecit. Dato campanæ post horam Completorii si-
E gno, quod ineunte ferme ejus ætate, ut dixi, in Ecclesia Dei cœptum est, B. Virginem Mariam ab universo Ordine consalutari decrevit, quod ea hora ab Angelo salutatam crederet. Itidem, ut fratres populum monerent, diligentissimus etiam hortator fuit. Tertium Parisiis Capitulum indixit: in quo & in disputationibus, & in variis Inquisitorum hæreticæ pravitatis sedandis discordiis, fuit admiranda ejus sapientia, atque doctrina. Quartum is habuit Capitulum Assisii: ubi præter morum conformationem, quam ad Ordinem adhibuit, illud etiam instituit, ut in singulos menses unoquoque Sabbatho, Missa de B. Virgine, Dei Genitrice, ritu solenni celebraretur. Quo tempore Seraphica religio, Bela Rege, in Ungariam est, gratulantibus omnibus, propagata *g*.

d *Certam formam vestitus præscripsit Ordini nostro.*

e

f

g

53 At vero quantum sancti ejusdem Bonaventuræ studium tunc fuerit in Seraphico Ordine, non tantum ad pristinum statum restituendo, sed in omnes recte ac religiose agendi partes optimis regulis conformando, id Epistolæ declarant, quas ad illum scripserat. Earum una Parisiis ad omnes Ministros
F Provinciales data est IX Kalendas Maji, an. MCCLVII. Altera cunctis illius Præfectis, & custodibus scripta paulo post 4 Capitulum, quod Assisii habuerat. Nec vero cessavit unquam, ut fratres ad vitæ sanctæ rationes, ac virtutum religiosarum officia erudiret: multos tunc propterea libros aut opuscula scripsit, atque edidit: cujusmodi est, Expositio dubiorum Regulæ, Collationum monasticarum liber, Expositio in regulam novitiorum, liber de Contemptu mundi, opusculum de Reformandis fratribus, alterum de ratione reformandi novitios, Alphabetum spirituale religiosorum, liber item de non frequentandis quæstibus, alter de rationibus, Cur Minores prædicent: &, ut nihil ad eos juvandos deesset, extat etiam alter de modo prædicandi. Hoc etiam ad Ordinem recte gerendum sibi auxilium comparare voluit, ut ab Urbano IV Pontifice, qui Alexandro IV successerat, daretur Cardinalis aliquis Religionis Franciscanæ Patronus & Protector. Is etsi Anterum consobrinum decreverat; tamen, quem maximopere Bonaventura expetebat, Joannem Cajetanum Diaconum Cardinalem dedit, & patronum constituit, virum

Libri ab eo scripti pro reformatione Ordinis

omni

Digitized by Google

AUCT. PETRO GALESIN.

A omni laude præstantissimum: qui aliquot post annis Pontifex creatus, Nicolai Tertii nomen accepit. Tanto igitur patrocinio ipse adjutus, ad rem Franciscanam optime constituendam, vix dici potest, quantum ejus rei causa constantissime egerit, ac fecerit.

Etiam contra Guidum de Sancto Pretiosum Ordinum.

54 Et quoniam satanas nefarius hæresum magister, tunc Giraldum quemdam Theologum Parisiensem, in sensum reprobum excitavit, ut contra pauperes religiosos, & mendicantes librum ederet, quo Ordinis Seraphici in primis statum insensissime oppugnaret: tunc Bonaventura sanctissimus, ad omnem defensionem instructus, qui jam contra Guilielmum, de quo narravi, Mendicantium hostem acerrimum, præclaro libro dimicationem susceptam egregie pro Ordine confecerat; industriæ etiam suæ eximiæ vires ac nervos adhibuit ad propulsanda, tamquam venenata tela, scripta ipsius Giraldi; cujus nefariam audaciam confregit ac superavit armis virtutis suæ: etenim eloquentia, B scribendi subtilitate, vique doctrinæ, atque Apologia plena pietatis refutavit, quæ ille impie scripserat. Sed illud a Deo factum est, qui ex eo impietatis scelere exemplum pœnæ extare voluit, ut victus ille ac superatus, tandem paralysi fœde affectus, & lepræ sordibus totus inquinatus, miserrime interierit. Defensionum autem, quas S. Bonaventura pro Ordine Seraphico fortiter suscepit, partæque contra illos hæreticos victoriæ monumenta, ad omnem pietatis doctrinæque laudem insignia hæc extant: Apologia contra adversantes regulæ, Libri contra calumniatorem Ordinis, Apologia Evangelicæ paupertatis. Opusculum de paupertate Christi. Atque hæc quidem is gessit Ordinis præfectus: cujus præfecturam cum annos octo & decem administrasset, reliqua etiam sunt, quæ silentio præteriri nullo modo oportet, cum ad posteritatem litteris prodita, & adjumentum, & ornamentum non solum Ordini Seraphico, verum etiam rei Christianæ publicæ afferant.

Confalonis seu fraternitatem Romæ instituit.

C 55 Pie facta ejus hæc præterea sunt. Romæ instituit præclaram societatem, quam Confraternitatem Confalonis vocant: cui certam orandi prædicandique normam præscripsit, ob venerationem beatissimæ Mariæ Virginis, Dei genitricis. Paravii cum esset, S. Antonii Ulyssiponensis, quem de Padua nominant, corpus ad templum ejus nomine, opere magnificentissimo in ea urbe exstructum, omni solenni ritu transferendum curavit. Illius linguam, rubore suffusam, & ab omni corruptione plane integram, perinde ac si is, qui duobus & triginta ante annis obierat, recens ex hac vita cessisset, cum Bonaventura sanctus aspiceret, in manus accepit; eamque tota intimi animi cogitatione intuens, magnis profusis lacrymis: O lingua benedicta! inquit, quæ semper benedixisti Dominum, docuistique alios, ut eumdem benedicerent; nunc quidem satis perspicuum est, quam grata fueris Deo. Hæc cum dixisset; cum intima pietate eam osculatus, loco decenti seorsum recondi jussit.

Itinerarium mentis in Deum, et aliud in seipsum in monte Alverna scripsit.

56 Sanctissimis in occupationibus pro munere suo gerendo tempus is quidem ponebat fere totum: sed quod sibi constituerat vel ad meditandum, precandum, orandum, vel ad scribendum, præterire haudquaquam voluit. D Itaque præfecturæ officio jam sibi commisso, occupatissimus, cum alios libros, quos paulo ante memini scripserit, tum in monte Alvernæ composuit opuscula duo, vere divina, quorum unum Itinerarium mentis in Deum, alterum item Itinerarium mentis in seipsum inscripsit. De cujus profecto Itinerarii præstantia, deque altero opusculo, quod Breviloquium nominavit, omnibus numeris absoluto, afferre non alienum duxi testimonium luculentum clarissimi Theologi Joannis Gersonis *b*; Opuscula duo, ille inquit, ut *b* lecturam & alios tractatus ejus interea præteream, tanta sunt arte compendii divinitus composita, ut supra ipsa nihil; *Breviloquium* noto, & Itinerarium: in quibus processum est duabus viis cognoscendi Deum. Primus namque horum duorum tractatuum procedit a principio, quod est Deus, usque ad alias veritates, sub Deo creditas, & habitus. A- E lius e converso progreditur a creaturis ad Creatorem, per sex gradus scalares usque ad anagogicos accessus. Confitebor itaque & ego in insipientia mea, quod a xxx annis & amplius citra, volui habere familiares mihi prædictos tractatulos, sæpe eos legendo, sæpe ruminando etiam, usque ad verba, nedum sententias: & ecce hac ætate, hoc otio, velut ad votum, vix perveni ad initium gustus eorumdem, qui & repetiti, semper mihi novi sunt, & placent. Hæc Gerso, cujus testimonio nihil explicatius dici potest, nihil illustrius, nec vero quidquam aptius ad splendorem, dignitatem, vimque doctrinæ, qua sanctus Bonaventura longe præstitit.

ANNOTATA.

a Quam latitudinem patiatur particula tunc, *nescio: vellem & hic & alibi magis hisторice agoret scriptor, si candide dicere liceat, plane indilligens: ne omnia scrupulosius excutiam, adverte ad duo sequentia specimina, in quibus diversi homines sub uno nomine comparent.*

b Si res discerneret scriptor incurius, S. Bonaventuræ *adjuncta non adscriberet: audi veram seriem: Haymo Generalis obiit* 1244; *successit Crescentius usque ad annum* 1247, *quo Sanctus agebat annum ætatis circiter* 26; *& nobis suadebit Galesinus, id ætatis adolescentem vices Generalis in Capitulo suscepisse? Tu videris saniora apud Waddingum, ad dictum an.* 1247, *num* 3, *& intelliges, missum synonymum aliquem* vicarium, *nempe* fratrem Bonaventuram de Jesi, virum prudentem & discretum.

c Quid tali homine facias, qui data quasi opera res passim confundere nititur? Joannes Rupellius, *seu* de Rupella, *is est cui Bonaventura in cathedra Parisiensi successit, origine Aquitanus, opinor a loco nativitatis, cujus meminit Waddingus anno* 1253, *& nos cum illo supra. Obiit anno* 1271, *ut vide ibi num.* 11. *At vero* Joannes *iste, qui Generalis fuit, origine & cognomento* Parmensis, *toto cælo ab altero differt. Iste Græciam vere adiit &c., idemque, teste Waddingo, primum obiit anno* 1289, *post perpessas obtrectationes certe non paucas, ut supra etiam observavimus.*

d Si ipse primum divisit, nullas adjunxit, nisi intelligatur temporis intercapedo, facta divisioni

Digitized by Google

A *viſeni duæ poſtmodum acceſſerint, quod verbo dilucidius indicari potuiſſet.*

e De iis paulo clariora ex Marco dicemus § 4.

f De hac aut aliis inuſitis formulis diſputare non iubet, cum inſtitutiones illæ variæ a variis referantur.

g Si vera narrat Waddingus ad an. 1233 num. 11, multo citius in Hungariam penetraverunt Minoritæ, ut hic demum infelix ſit in annis conſignandis Galeſinius: uti & paulo infra, dum vult S. Bonaventuræ epiſtolam datam poſt 17 capitulum Aſſiſienſe anni 1269, quam conſtat ſcriptam eſſe poſt Pariſienſe 111; ut vide apud Waddingum ad annum 1266, num. 4.

h De Gerſonis elogiis egimus § 2 Comm. prav.

CAPUT V.

B *Præſtans doctrina in expoſitionibus utriuſque Teſtamenti, & multiplex exponendi ratio.*

ITaque cum ejus res in Ordinis præfectura geſtas enarraverim: jam hic locus poſcit, ut de eximia ejus eruditione ſcribam, quam, etſi ſupra ſparſim, atque adeo ſtrictim attigi, & aliqua forteſſe ſigillatim narravi, nunc totum ejus doctrinæ genus univerſe, more Nazianzeno complectar. Ejus porro doctrina cernitur in his tribus, in expoſitionibus ſacræ Scripturæ, in tractatibus, quæ Opuſcula inſcribuntur, & interpretatione Magiſtri ſententiarum, quam Lecturam idem Gerſo nominat. In omnibus his, ſi cuncta recte perpendantur, mirifica apparet eruditio, ac illa quidem multiplex. Quibus enim rebus artium diſciplinæ comparantur, ea tres in illo fuerunt, ingenium, ſtudium atque exercitatio: eaſque ita conjunxit, ut non ſatis liqueat, in qua potiſſimum admirabilior exiterit; id quod aliquando Nazianzenus de Baſilio differit. Ingenii acies apparet in omnibus ejus lucubrationibus, ſtudium ſingulare in maxima gravitſſimarum rerum cognitione, & exercitatio incredibilis in meditatione, contemplatione, ac ſcriptione *a*. In Rhetoricis præclare verſatus, Rhetorum præcepta interdum exponit: in logicis demonſtrationibus, & concertationibus uſque adeo excelluit, ut iis, qui diſputationem cum eo ſuſcepiſſent, difficile eſſet argumentorum illius aciem effugere, ſi quando res ita poſtularet. Philoſophiæ partes, cum interdum opus fuit, nullas omiſit, uſque adeo, ut eorum quæ in ſublimi accidunt, ſummam etiam non raro, etſi brevi, comprehendat accuratiſſime. Numerorum quoque proportiones, & cetera multa, quæ a Mathematicis præcipiuntur, aliquando demonſtravit, tamquam eorum præceptorum litterate peritus.

Doctrina ejus triplex, in omni ejus diſciplinæ genere demonſtrata.

a

C 58 Sed ad ſacras Litteras, atque ad Theologiam ita divinitus ſe paravit, ut ſcientiæ luce quam ſplendidiſſime colluſtratus, quæ Dei ſunt, perquiſiverit, atque inveſtigaverit diligenter. Quo factum eſt, ut ad virtutes Chriſtianas hominum animos erudiverit, eoſque hujus ſæculi rerum curis diſtractos, ad earum quæ cæleſtes, quæque divina ſunt, cognitionem traduxerit. Hujus generis libros, D tamquam mutos magiſtros, at præclare tamen loquentes, quam plurimos edidit: cujuſmodi ſunt opuſcula, quæ aut ad vitæ inſtitutionem, aut ad ſpiritualia ſtudia, progreſſioneſque virtutum pertinent: quæ omnia, ordine diſtincta, loco ſuo ob oculos ponentur. Sed nunc ſummatim, ut res eſt, vereque dicam iis ipſis verbis, quibus S. Antoninus de illo loquitur; Intellectus Bonaventuræ perſpicacitatem, inquit, omnia opuſcula ejus redolent iis, qui divinam ſcientiam requirentes, hanc libentius, quam vanitatem Ariſtotelicam venerantur. AUCT. PETRO GALES.

Spiritum Sanctum Deum, locutum ejus ſcriptis aſſeritur.

59 Verum ſane, quod magni intereſt, cum in eo Spiritus Dei locutus videatur, ut ex Sixti IV Pontificis litteris perſpicuum eſſe poteſt; doctrinæ adjunxit devotionem: id quod perpaucorum eſt, libros ſcribentium. Id Trithemius teſtimonium ei dicit in hæc verba; Multi doctrinam proferunt, devotionem prædicant multi: pauci, ſcribendo libros, docuerunt utramque. Bonaventura autem & multos ſuperavit, & paucos: dum ejus doctrina devotionem, devotio inſtruit doctrinam. Quamobrem ſi vis & doctus, & devotus eſſe, illius opuſculis eſto intentus. Eſt enim in eo vita & doctrina, ut de S. Ambroſio Caſſiodorus dixit, plane æqualis. Spiritum quidem ſanctum omnia ſcrutari, etiam profunda Dei, Scriptura teſtatur. At Bonaventura Seraphicus, ea, quæ Spiritus ſunt, inveſtigavit; ut, qui illius libros ſtudioſe legunt, facile animadvertunt. In antiquis, qui ſatis illum eo nomine laudant, Gerſo unus eſt; e quo teſtimonia luculente explicata, paulo etiam poſt a me ordine proferuntur. Sed ratio id poſcit, ut res omnis diſtincte enarrata ac dilucide, quaſi ob oculos verſetur. E

Mira ejus intelligentia in variis S. Scripturæ ſenſibus,

60 Triplex jam ordo, quem demonſtravi, in ejus lucubrationibus exſtitit. Sunt primo in vetus, & novum Teſtamentum Commentarii; quas expoſitiones, S. Gregorii Magni more, dixit. Veteris libros multos expoſuit: Novum autem fere totum, ut certo indice diſtributo offendam. Vix ſcribi poteſt, quanta doctrinarum ubertate ſacros codices explicarit. Senſum litteralem illis interpretandis aliquando amplexus, non ſolum unum, ſed duos, tres, quatuor, pluresve, interdum, exempio ſancti Auguſtini ſibi propoſito, ad eorum tractationem attulit. Quo fit, ut id, quod in Eccleſiæ doctore egregio præclarum eſt, ſenſuum ubertate fecundus & ſit, & habeatur. Senſui enim myſtico adhæſiſſe videtur eruditiſſime; cum nullam ferme, ne hiſtoriam quidem, nedum allegoriam, anagogiam, tropologiamque omiſerit, ſi quando locum apte nactus eſt, ubi ad ſanctiores illos ſenſus e cæleſti doctrina, divinaque contemplatione depromptos, digredi potuerit. Id perſpicuum cum ex aliis expoſitionibus eſt, tum vero ex ea, quam paulo ante commemini, ſcripta in caput primum Geneſis. Silentio præteribo ceteras, in quibus is, quemadmodum eruditiſſimi viri profitentur, doctorem ſe oſtendit, & Seraphicum, & ſapientem, & devotum, & eximium Eccleſiæ doctorem maximeque idoneum, qualem Gerſo agnoſcit, tum ad illuminandas præſtantis F

præſertim in expendis ſacris Litteris.

Digitized by Google

AUCT. PETRO GALES.

A doctrinæ suæ luce hominum mentes, tum pietatis ardore inflammandos salutares animi affectus.

& Psalmorum expositione.

61 Est vero tamen, cur de explanatione, quam Psalterio adjunxit, brevi dicam; cum etiam habeat amplius, in quo quis aliquid studii ponat. Neque enim illa solum plena est salutaribus mysticis doctrinis; sed loco habet etiam, quibus hæreticorum opiniones explodantur; & vero documentorum opibus affluit, quibus pii homines, religiosique viri excoluntur, atque instituuntur ad legis divinæ præclaras meditationes. Ac præterea, quod maxime ad rectam psallendi rationem attinet, usque adeo Psalmis explicandis singula animadvertit, ut perpetua ferme utatur interpretatione, unde legentium, aut psallentium mens incendi queat, non modo ad cogitationem, sed etiam ad cupiditatem
B quamdam illius consectandæ virtutis, quam ipsa Psalmorum expositione demonstrat. Neque etiam in eo enarrationis genere apetire prætermittit mysteria rituum, & cærimoniarum, quæ sæpenumero explicentur, necesse est, ad Ecclesiasticæ disciplinæ usum ac rationem. Qua ex re perspici etiam licet, illum litterate tenuisse ritualem cognitionem, quæ ad virum pertinet religiosum, hominemque ad preces divinas attentissimum, ac diligentissimum, qualem eum fuisse ostendunt etiam libri, de sacrosanctæ crucis, ac de passionis Domini Officio, rite conscripti, quos jam enumeravi, & Rubricæ *b* item Breviario illis temporibus additæ, studioseque explicatæ.

Mystici etiam interpretationibus.

62 Sed jam redeo ad id, quod proposui, Bonaventuram sanctissimum in omni utriusque Testamenti commentario mystico, eos sensus sanctioresque interpretationes esse accurate ita secutum, ut quas singulas huic, aut illi egregio Ecclesiæ doctori sapientissimi viri tribuunt, is unus est omnes, si minus copiose, at certe aliqua ex parte breviter summatimque complexus. Id planum ipse facit reliquis suis lucubrationibus, præsertim vero opusculis duobus; quorum unum,
C Luminaria Ecclesiæ significanter inscripsit. De hoc jam paulo ante narravi: illo autem, quod jure Principium vocavit, cum ipsius sacræ Scripturæ, quæ est candor vitæ æternæ, præstantiam declarat, profecto se alioque instruere videtur ad illius tractationem, non verborum copiis, sed mysticorum sensuum ubertate circumfluentem.

Commentariorum ejus ratio & modus.

63 Atqui silentio prætereundum non est, quod ejus proprium quodam modo esse videtur, crebris, cumulatisque Litterarum sacrarum sententiis illum divinos sensus contexere, locosque libri explicare, quem commentario interpretatur: res in promptu est, in omnique illius expositione constat; neque attinet, cur pluribus demonstretur, cum præsertim, ut initio dixi, hoc de se ipse scribat. Id interpretandi genus, cum olim S. Bernardo Bonaventura sanctus laudi dederit, nimirum etiam idem consectari ipse voluit. Illum enim sacræ Scripturæ usu peritum putat, propterea quod Bibliorum locis se ad omnem expositionem instituerit. Hoc autem ipsum etiam Seraphicus Doctor egregie præstitit, cum in lege Domini fuerit voluntas ejus, & meditatio die ac nocte. Etenim is toto animo, totisque in Christo viD scribus Scripturam sacram amplexus, ita fixus in ea inhæsit, ut, quod etiam paulo ante strictim attigi, vetus & novum Testamentum memoria tenuerit; quemadmodum ex ejus tractationibus aut expositionibus animadverti facile potest; sed ex eo etiam, quod de utriusque consensu & concordia præclare sæpenumero differit. Nam quæcumque de Christi Domini Conceptione ex Virgine, ejus ortu, præsentatione in templo, fuga in Ægyptum, reditu item, de ejus doctrina, miraculis, excitate Judæorum, conversione gentium, de ejus passione, acerbissima morte, resurrectione, ascensu in cælos, missione Spiritus sancti, de adventu ad judicium, ceterisque omnibus fidei Christianæ mysteriis, vel in lege, vel in prophetis, vel in libris sacris aut historialibus aut spiritualibus præsignificata præfiguraque sunt, ea plane facta esse ostendit noE vi Testamenti litteris, & auctoritatibus cum veteri consentientibus.

In quibus utroque editionis usus sit.

64 Quam studiose autem mente memoriaque comprehenderit sacros libros, ex illa præclara utriusque Testamenti partitione perspicuum fit, non in opusculo solum, quod Principium sacræ Scripturæ appellavit, sed & in Centiloquio, & Breviloquio. Sacra autem Biblia recte novit utriusque editionis, nempe Vulgatæ, qua utimur, ac præterea veteris ex interpretatione LXX. Ambas enim ad locorum expositionem affert, ut in Cantico Abacuc, ubi nos legimus, In medio annorum; ille ex veteri: In medio duorum animalium: In Proverbiis; Viam viri in adolescentula ex veteri item. Et vero sæpius in libro Sapientiæ; at in Psalmis quidem certe sæpissime. Sigillatim autem omnia recensendo persequi nimis longum esset: verum perspecta jam sunt, atque iis explorata, qui in ejus generis studio diuturno curriculum confecerunt suæ doctrinæ, atque industriæ. Quare quod de sancto Athanasio olim Nazianzenus scite scriptum reliquit, hoc itidem de sancto Bonaventura affirmari, Deo benedicente, licet, ut & veteris, & novi
F Testamenti libros meditatus sit diligenter: eaque meditatione perserutatus omnia, quæ Dei sunt, catenam vere auream utriusque confecerit; & veram, solidam, mysticisque sensibus instructam interpretationem adhibuerit. Ad quam vita duce, & Theologiæ scientia magistra cum accesserit; eam nimirum obsignavit luculentæ & præstantis doctrinæ ornamentis.

Patrum documenta S. Bonav. secutus.

65 At vero ad eam omnem, quæ ex divinis litteris, ut dixi, usus est, præclaram expositionem, adjunxit etiam aliam, quæ est secundum doctrinam, nempe antiquorum Patrum. Docuit enim legem Dei, salutariaque præcepta, atque adeo divinam Scripturam est interpretatus, non tam ex sensu suo, quam ex veteribus ipsorum Patrum, in Ecclesia Dei sanctimonia & eruditione præcellentium, monumentis ac traditionibus. Id autem ipsum ab Ecclesiæ doctore fieri debere, demonstrat sanctus Clemens Pontifex & martyr in epistola quam ad discipulos Hierosolymitanos dederat; hocque itidem documentum ab Apostolorum Principe beato Petro se accepisse testatur. Sanctum autem Bonaventuram id studiose præstitisse, nemini dubium

A dubium esse potest aut certe debet. Est expositio in caput primum Geneseos, cumulata testentiis Patrum Latinorum, Augustini in primis, Gregorii Magni, & aliorum etiam inferioris ætatis, utpote Rabani, Radulphi Flaviacensis, atque id generis bonorum interpretum: & vero Græcorum, Basilii, Dionysii Areopagitæ ac Damasceni.

66 Atque hoc quidem usque adeo verum est, ut non tantum sententias, sed verba illorum consectetur. Ab sancto Hieronymo sæpenumero prologos sumit; ut in Commentariis ejus multis perspicuum esse potest. Et porro in Psalterii expositione sæpenumero sibi adjumento atque usui esse voluit cum veteres, tum prope æquales, præsertim Ricardum, quem a sancto Victore vocant. Tritam igitur illam quidem atque usitatam viam secutus est, in qua insistere majores voluerunt. Sed plenius hoc facit liber, Pharetra. Quo in libro cum uberrime tractet virtutum officia, & locos Theologiæ communes: explicare studuit
B omnia de sensu ac sententia Patrum, Gregorii Papæ, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi, Isidori, Anselmi, Bernardi, Cassiodori, & aliorum præterea
c multorum c. Atque hæc quidem de interpretatione, ex Patrum sensibus ducta.

In dissensu doctorum optimos meliores eligit.

67 Tertia vero alia, qua se usum esse scribit, ut in exordio meminit, in eo apparet, quod doctorum opiniones aliquando varie inter se dissentientes, sequi illas quidem maluerit, quæ & auctoritate, & rationibus & usu probatissimæ viderentur, atque essent. Fuit enim eas recensendo verus ac sincerus, neque ullo contradicendi studio elatus, dijudicando acutus & perspicax, redarguendo moderatus atque modestus, opinando non arrogans, neque opiniosissimus homo: sed in perspicientia veri, solertiaque præstans, quæcumque frequentius comprobata vidit, moreque recepta, ac præstantium virorum firmata consensu, ea amplexus, propugnavit solertissime. Fuit illud præterea fere unius tantum facti Bonaventuræ proprium, aut certe haudquaquam commune cum multis, quod præclarum est, ac laudabile, philosophiam, humanasque disciplinas adhibere ad arcem & defensionem dogmatum fidei catholicæ.
C

Philosophiam versanti propugnandæ subsidio.

68 Sacris igitur litteris, Patrum auctoritatibus, & sententiis receptis ad pietatis laudem verique cognitionem illustribus usus, cum expositiones conscripsit, de quibus dixi; tum Commentarios confecit, quibus libros Magistri sententiarum, ut narratum est, copiose explicavit. Hæc est altera pars doctrinæ in qua etiam vestigia præclara impressit excellentis industriæ suæ: eam ob rem illius sententiarum commentariis Pontificem Clementem Quartum maximopere delectatum esse, jam asseveravi. Sed concursus, qui ad eum sententias Magistri interpretantem, magnus factus est, indicare videtur scientiæ præstantiam. Id interpretationis Scholasticæ scriptum & notabile, & devotum esse, sanctus Antoninus dixit. Est enim ad omnem scientiæ pariter, ac pietatis laudem maxime insigne; ideo doctrinam Theologicam eximii & Seraphici doctoris Bonaventuræ propriis dicendam censuit Joannes Gerso: qui libro quodam ita asseveranter scripsit; Si quæratur a me, quis inter Doctores cæteros plus videatur idoneus, respondeo sine præjudicio, quod Dominus Bonaventura: quoniam in dicendo solidus est, & securus, pius, & justus, & devotus. Alio præterea loco itidem etiam atque etiam affirmando scribit in hæc verba; Bonaventura singulariter inter omnes Doctores catholicos, pace omnium salva, videtur idoneus & securissimus ad illuminandum intellectum, & inflammandum affectum. Et item cum præcipue loquitur de sancti Bonaventuræ Lectura, quo nomine scholasticam expositionem sententiarum appellat, id testimonii de ea dicit; Denique lectura ejus grandior docet ignem cum lumine, nempe pietatis ardorem, & doctrinæ splendorem magnum. Quamobrem etsi alii alios sibi Theologiæ studio eligendos aliquando censuerunt: Ego, inquit Gerso, mihi eligo sanctum Bonaventuram. At hæc quidem sententia multis probata est.

D A. Bz. TROGA LEGIT.

Testimonio scripti ejus secundo.

69 Verum quæ sequitur, pars tertia in opusculis cernitur, quæ tuscena scripsisse dicitur. Mirabile est, quam in iis excellat. Alii Itinerarium mentis in Deum, alii Breviloquium, nonnulli Centiloquium, quidam Dictam salutis, alii aliud opusculum dilaudant: sed omnia ejus opuscula uno ore laudant. De quibus ita summatim Trithemius: Scripsit Bonaventura multa & profunda, & devotissima opuscula. In iis namque accensa ejus adhuc in terra viventis caritas, & vehemens pietatis ardor, & doctrinæ lumen splendescit, & ita splendescit, vel potius incendit, ut legentem etiam nihil minus cogitantem, quasi tacitis quibusdam igniculis inflammet. Divinitus igitur accepta potius, quam laboribus parta ejus scientia putatur, ut iterum atque iterum affirmem, quod supra etiam dixi *d*.
E

d

ANNOTATA.

a *Sic prorsus de* S. Bonaventura *sentio, ut proinde pias hyperbolas vocem expressimus illas, non semel in hac opere & alibi relatas, quasi nihil ab eo scriptum, quod divinitus inspiratum non sit.*
P

b *Quamam sint ipsæ* S. Bonaventuræ *Rubricæ non usque adeo explicatum invenio, nisi idem bis dicat, referendo omnia ad Officium S. Crucis, quod ipsi tribuitur.*

c *Et hic liber est, quem a* S. Bonaventura *adhuc dum novitio conscriptum volunt.*

d *Jam monui, præcipua doctrina* S. Bonaventuræ *recentia a nobis relata esse § 2.*

CAPUT VI.

Dotes Eximii Ecclesiæ Doctoris, præclaris actionibus non parum illustrata.

NE vero ad egregii doctoris cumulandam laudem quidquam deesset: cum is altissimos sacrorum Codicum locos, atque obscurissimos declarasset, mysteria aperuisset, piamque doctrinam litteris consignasset, quam præcipui Ecclesiæ doctores divine etiam tradiderunt: importunam etiam hæreticorum

Mortuus scripsit confutavit.

A sudaciam propulsavit, non modo scholastica Theologia, quæ tantum & ad confringendas hæreses & ad fidei catholicæ dogmata confirmanda valet, sed etiam libris potissimum scriptis, quos enarravi. His quidem, tamquam stramenti sagittis illos percussit, qui longo intervallo absuerunt: qui vero præsentes maxime cum eo conferre ausi sunt, ut de Basilio item Nazianzenus narrat, contumaciam compressit linguæ telis: id quod præsertim, prout mox scribam, in synodo Lugdunensi Oecumenica II præstitit summa cum laude.

A. DE-DROGA-LESIN.

Veri doctoris in eo munera;

71 At vero, quæ in egregio ac primario Ecclesiæ doctore inesse debent, ea cum sæpenumero hexus Paulus Apostolus in epistolis & ad Timotheum, & ad Titum scriptis, tum vero in constitutione singulari Bonifacius Papa Octavus commeminit: illa pro omnia; vel potius singula in S. Bonaventura elucent maxime. Amplexus est is, ex Pauli Apostoli sententia sermonem fidelem, nempe non inanem, non vanum, non curiosum. Et ne desit testimonium, de eo Trithemius scribit in hæc verba; Bonaventura Balneoregiensis vir in divinis literis eruditissimus, profundus est non verbosus, subtilis non curiosus, disertus non vanus. *Sermonem igitur amplexus est fidelem*, verum scilicet, omnique acceptione dignum; nimirum de sacræ Scripturæ præstantia, ejus veritate, hac & intelligentia, de ejusdem theoriis, figuris, & item mysteriis illius tractandis. *Et vero sermonem amplexus est fidelem*; quippe qui, ut Græcis doctoribus placet, de fide, spe, & caritate disserit, docetque quid credendum, quid sperandum, quid agendum atque operandum. Hac omni doctrina cumulati sunt ejus libri, utpote Dieta salutis, Centiloquium, & reliqua opuscula, de quibus dixi. Eum autem sermonem, ex ipsius beati Pauli verbis, consectatus est secundum doctrinam, nempe illum quidem, cum Patrum sensibus ac Traditionibus consentientem, ut paulo ante expressi.

B

ut sit potens in exhortando,

72 Fuit & item is potens exhortari in sana doctrina. Quam cohortationis vim, ac potestatem adhibuit, tum sermonibus, quos fane quam multos ad populum de tempore & Sanctis habuit, tum libris etiam plurimis: cujusmodi sunt, Speculum animæ, Stimulus amoris, Speculum disciplinæ, & reliqui ejus generis. Sunt quoque in eo aliæ res, tamquam in eximio Ecclesiæ doctore præstabiles: & in primis illa salutarium documentorum copia illustris, & virtutum innumerabilium, quibus Ecclesiam decoravit, decor præclarus. Has res duas Bonifacius Octavus in præcipuis illis Ecclesiæ doctoribus summopere commendavit.

C

fecundus in eloquio,

73 Tertiam conditionem præcipuo doctori Ecclesiæ idem adscribit, ut facundus sit. Certe quidem eloquentiæ laudem sancto Bonaventuræ tribuit Trithemius præclaris his vocibus; *Fuit enim is clarus eloquio, subtilis, disertus, flammantia verba proferens. Ejus autem facundiam demonstravit concio in Concilio Lugdunensi Oecumenico habita, qua Latinorum Græcorumque animos accendit ad concordiam dogmatum conciliandam. Facundus porro is fuit, non verbis, sed sententiis, & multarum rerum comprehensione, usque adeo, ut in eo singula fere verba, singulæ propemodum sententiæ, singulaque doctrinarum* præcepta appareant. Nemo est in Theologicis studiis versatus, ita rudis, atque ignarus, quin intelligat, illum tam brevi quodam sermone in Luminaribus esse complexum totam Dionysii Areopagitæ Theologiam mysticam. Facundus item fuit expositionum ubertate: symbolum Apostolorum non semel sed iterum ac tertium exposuit multiplici, variaque sententiarum copia.

D

Eloquentia prout non curavit,

74 Quod vero nonnulli sunt, qui nullum eloquentiæ florem, nullum dicendi robur, nullumque nervum in eo ineſſe dictitant: ne, isti quidem falluntur. Non enim facundia verbis, sed sententiis metienda est: & illa quidem negligitur, qum verborum inanitate effunditur, nulla subjecta sententia. *Est quædam eloquentia*, inquit sanctus Augustinus quæ puerilem magis ætatem decet; hæc verborum copia affluens, aspersaque est floscullis: altera est senilis, aut canescens, quæ suam habet maturitatem & quasi senectutem. Hæc omni sententiarum gravitate, omni virtutum magnarum splendore, omnique sapientiæ lumine enitens, magnam auctoritatem admirationemque habet: hæc viros summa auctoritate dignissimos, & divinos decet. Ad hanc ipsam Seraphicum Bonaventuram instructum esse, bene norunt, qui non verborum simulatam majestatem expetunt, non inania confirmationum ornamenta consectantur; sed maxime spectant, quod oratoris est proprium, docere, delectare, & movere. Is certe totam pene sacram Scripturam ac Theologiam dilucide explicando docuit, docendo quadam spirituali suavitate delectat; & quod perfecti oratoris est, delectando movet atque accendit; ut satis dictum est, usuque exploratum sapientum hominum, sanctorumque virorum. *Sed hactenus in ejus eruditione.*

E

Peregrinationes ejus,

75 Et quoniam doctrina actionis expers, rursusque actio auxilio destituta doctrinæ, est utraque quodam modo imperfecta; cum altera alterius opem quasi flagitare videatur; Bonaventura sanctus doctrinæ subsidio adjunxit præclaras illas actiones, quas Ecclesiæ Dei, & Ordini suo Seraphico præstitit. Boni publici enim causa aliosadiit, aliosaccersivit; alios admonuit, arguit, objurgavit, pro gentibus, urbibus, pro singulis etiam hominibus, peregrinationes, itinera laboresque suscepit *a*. Atque hæc quidem ipsa Nazianzenus scripta de Basilio Magno reliquit. Est Romam aliquando Parisiis profectus, cum Ordinis Francisceni disciplina in paupertatis splendore enitescens, ad discrimen vocaretur: Galliam omnem peregrinatus, Italiam etiam omnem peragravit, causa restituendæ ubique terrarum Seraphicæ religionis, tunc senium collabentis.

F

a

In discussa S. Bonaventuræ facta contra missos, e regio Pontifices.

76 Sed ex iis, quæ narrata sunt, perspecti sunt varii ejus innumerique labores, indeque nobilitatæ egregiæ actiones, in quibus una omnium præstantissima est ad sempiternam memoriam. Clemente enim Quarto Pontifice Viterbii mortuo, cum esset interpontificium, dissentientes inter se Cardinales, de Pontifice creando, convenerunt in eo; tam vitæ integritate, quam sapientia, doctrinaque sancti Bonaventuræ adducti, ut is unus dissensionem annorum circiter trium dirimeret,

A rimeret, ac vetus sine controversia Pontifex esset, quem ille pronuntiasset, etiam si se ipse elegisset: elegit autem non eorum quemquam qui præsentes septem & decem Cardinales aderant, sed qui in disjunctissima provincia, Hierosolymæ jamdiu sanctæ peregrinationis causa aberat, Theobaldum Vicecomitem, Placentinum, Archidiaconum Leodiensem; virum religionis & pietatis nomine maxime illis temporibus illustrem. Qua in actione spectare licet integritatem, æquitatem, sapientiam, & præclaram ejus voluntatem, animumque boni publici desiderio inflammatum, nec ullis ambitionis fallaciis fucatum.

ANNOTATA.

a *Boni historici fuisset, non hæc confuse tim involvere, sed per partes distinctas enumerare.*

CAPUT VII.

B

Gesta in Concilio Lugdunensi, obitus & miracula.

JAm relidua sunt eximie facta, quæ in Lugdunensi Oecumenico Concilio spectata, Seraphici doctoris laudibus in posteritatem redundant. Gregorius igitur Decimus Pontifex, qui fuit ille ipse Theobaldus, cum Lugduni difficillimo Reipublicæ Christianæ tempore, Synodum Oecumenicam indixisset, ut præter cetera, quæ maxima acturus erat, Græcos in primis dissidentes ad Ecclesiæ fidem, auctoritatem, pietatisque officium revocaret, opus habuit, cum res litteris decernenda esset, doctrina & sapientia summorum virorum, quos præcipuos duos delegit, tunc clarissimos sacrarum Litterarum magistros & doctores, Thomam Aquinatem Ordinis Prædicatorum, & Bonaventuram Ordinis Minorum. Hic adfuit, ille per obitum non potuit. Sed mira videtur eorum conjunctio: qui ambo in scholis Parisiensibus condiscipuli, caritatis, consuetudinisque mutuis officiis devincti, in munere publice interpretandi socii, ad Lugdunensis Concilii labores etiam simul vocantur: ut mirum non sit, si eodem quoque anno ex hac vita ad meritorum præmium in cælum abierunt.

Ad Concil. Lugdun. vocati S. Thomas & S. Bonavent.

C

78 Venit igitur Lugdunum Bonaventura, qui tunc Minister Generalis, curam universi Ordinis Seraphici gerebat præclara cum laude. Quantum autem ei Pontifex, & summi viri omnes tribuerint, mox narrabo. Jam in omnes prope partes fama sanctitatis, doctrinæ, & virtutum Bonaventuræ excitata erat, spectataque maximis in rebus prudentia, ac demum omnibus cognita, præsertim summo Pontifici Gregorio Decimo; qui in ea frequentissima Latinorum & Græcorum Oecumenica synodo illius consilio usus est ad omnia *a*. Primum ei, & aliis duobus Ordinis Franciscani, quorum unus Rothomagensis, alter Tripolitanus Episcopus erat, universe mandavit, ut necessario eo tempore viderent, ne quid detrimenti Ecclesia pateretur. In maxima tunc existimatione sanctimoniæ, doctrinæ, disciplinæque Ordo Seraphicus & habebatur, & erat. Neque enim hi tres solum ad summa quæque adhibiti sunt, sed Hieronymus Asculanus Ordinis item ejusdem, vir in primis sapiens, egregieque eruditus: qui Constantinopolim Legatus a Pontifice missus, cum Græcis præclare egit, ut Lugdunum ad concilium convenirent. Is porro fuit, qui ob merita Pontificatum adeptus, Nicolai Quarti nomen habuit. Verum cum in unum Bonaventuram, omni virtute præcellentem, cuncti fere, qui in Concilio aderant, oculos conjicerent: Gregorius, ut erat Pontifex singulari divinaque sapientia, eum esse maluit, cui potissimum Concilii dirigendi curam daret.

Hoc Concilii cura impos. cum aliis duobus Ord. Seraphici patribus.

a

79 Græcorum igitur Imperator, Michael VII Comnenius, Palæologus *b*, Josephus Patriarcha Constantinopolitanus, Archiepiscopi, Episcopi, & legati Græciæ Lugdunum adventarunt frequenti cum Cleri multitudine: in qua viri eruditissimi aderant, quorum unus fuit Emmanuel Caleca *c*, qui luculentis scriptis Ecclesiam Catholicam Romanam adjuvit. Intererant etiam Scytharum Legati. Fuit porro Concilium frequentissimum, cum ex omni Christiano orbe convenissent Episcopi quingenti, Abbates sexaginta, & alii Antistites, ac Sacerdotes mille, & item viri primarii laici innumeri. Actum est de gravissimis maximisque rebus, atque in primis de Hierosolyma ac Palæstina recuperanda, de Græcis ad fidem Catholicam revocandis, & præsertim de Spiritus sancti processione a Patre & Filio; præterea que cum de multis decretis ad Ecclesiam pertinentibus, tum de præcipuis legibus, quæ in comitiis Romani Pontificis servari debent. In summo igitur hoc & celeberrimo conventu spectare licet virtutum opera, atque officia, quæ Ecclesiæ Dei sanctus Bonaventura præstitit; usque adeo ut unusquisque oculorum sensu tum aspexerit Orientem cum Occidente conjunctum, Græcamque a Romana Apostolica Ecclesia matre nullo modo dissidentem. Qua in re quantum Seraphicus doctor præstiterit, breviter exponam.

Imper. Græcor. cum aliis multis Lugdunum veniunt.

b

c

D AUCT. PETRO GALES. *Hieron. Asculan. Ord. Minor. Legatus ad Græcos.*

E

80 In ipso porro Concilii exordio is potissimum delectus est qui concionem haberet, cujus initium fuit; Exurge Hierusalem, & circumspice ad Orientem; & vide collectos filios tuos ab Oriente usque ad Occidentem. Ejus profecto orationis tanta vis fuit, tantaque doctrinarum præstantia, ut cum sibi omnium, præsertimque Græcorum animos conciliarit, tum Patrum Oecumenicum conventum excitarit ad rem Ecclesiæ bene gerendam. Hic doctrinæ Bonaventuræ nomen magnum, hic Eutychii, (sic enim Græci illum vocabant) præclara eruditionis sapientiæque laus. Itaque non modo sustinuit, sed jam superare cœpit opinionem Gregorii Pontificis, qui illum cum ad Concilium accersierat, tum delegerat, qui illius bene gerendi officium gereret, concioneque cunctos, præcipue Græcos exciperet. Jam vero præcellentem ejus doctrinam, ac Theologiam libris explicatam, quos ediderat, magnopere illa ætas admirabatur. Nunc tandem, quod divinitus factum est, ut in omni præclarissima litterarum tractatione præstans ejus scientia eluceret, eamdem non solum multis lucubrationibus antea perspectam, sed in Parisiensis

F

S. Bonav. in Concil. primam habuit oration.

quæ Græci mire modo conciliavit,

Digitized by Google

AUCT. PETRO GALES.

A sienſis Academiæ luce jam ſpectatam ac probatam Synodus Oecumenica Lugdunenſis in diſputationibus, & congreſſibus Græcis admirabiliter intuetur. Nemini autem dubium eſſe poteſt, nec vero debet, quin is, ut eruditiſſimus erat, eruditionis egregiæ curricula confecerit in omni Lugdunenſi illa tractatione. Ejus porro Concilii Acta publica, quæ deſiderantur, ſi his temporibus extarent: certe in iis quaſi obſignatis tabulis, omnino teſtificatas haberemus actuoſas virtutes, eximiamque ſapientiam illius: de quo conſtans ea ætate opinio fuit; Græcos ipſius potiſſimum virtute, explosis erroribus in unitatem fidei Catholicæ rediiſſe.

atque ip. fer cum Imperatore ad fidem redüit.

81 Erat enim is, ut primo dixi, humilis, clemens, ab ira alienus, morum conſuetudine ſuavis, ſermone jucundus, vultu angelicus, atque divinis ornamentis excultus: quibus ſibi eorum benevolentiam facile conciliavit. Quo factum eſt, ut, cum diſputationum curſum ingreſſus eſt, eorum animis veſtigia impreſſa reliquerit veræ orthodoxæque illius doctrinæ, qua, ut ceteris virtutibus, eum excellere jam omnes in animum ſibi induxerant. Gratus igitur is cum eſſet cunctis Græcæque nationi, tum charus fuit Græco Cæſari Michaeli Comneno. Quare ejus doctrina operaque uſus Pontifex Gregorius id ſane tandem, auctore ac duce Spiritu ſancto, perfecit, quod maxime concupierat, ut & Michael Imperator & Græci Orthodoxam Eccleſiæ Catholicæ Romanæ fidem profiterentur. Quæ quidem res, diu expetita, cum recte ſucceſſerit: tunc ii ipſi omnes, & item Latini ſimul Latine Græceque ſymbolum publice cecinerunt ſolennibus illis vocibus; A Patre Filioque procedit. Cum hanc ergo concordiam ſanctus Bonaventura maximopere adjuviſſet: tum etiam Pontifici operam navavit permultis decretis conſcribendis, quæ in eo Concilio ſapienter atque utiliter edita, deinde in ſextum librum Decretalium ordine relata ſunt. Nec præterea idem Seraphicus doctor, in maximis illis occupationibus, hoc agere prætermiſit, ut hæreticos, religionem C Mendicantium tum oppugnantes retunderet, & confringeret.

Concilii initio purpura Cardin. decoratur

82 Itaque celeberrima illa Synodus Oecumenica Lugdunenſis mirifice tandem ſpectavit illius & facundiam in concione, & in diſputationibus doctrinam, & in Græcorum conciliatione ſapientiam & prudentiam in conſultatione decretorum, & ſcientiæ vim ingeniique præſtantiam in refutatione hæreticorum; & denique, ut brevi complectar, egregios labores, præclaraſque functiones in d Cardinalatus dignitate, qua illum Gregorius Pontifex Concilii initio d ornaverat. In eo enim Cardinales quinque fecit: e quibus unum præcipue ob virtutum amplitudinem delegit Bonaventuram, quem creavit Cardinal. & Cardinalem Epiſcopum Albanen., id quod fortaſſe nemini umquam contigit, ut Cardinalis Epiſcopus ante pronuntiatus ſit, quam presbyter Cardinalis extiterit. Sed divino id conſilio factum eſt, cum tam uberes inde fructus Eccleſia Dei, & Pontifex perceperit: qui illius doctrinam ad vitæ ſanctitatem verbis cum ſæpenumero laudaſſet, factis etiam comprobare voluit. Bonaventura autem, qui præ humilitate, quam virtutem eximie ſemper coluit, Archiepiſcopatum E- D boracenſem conſtanter refutarat. & modeſtiſſime fruſtra repugnans, demum coactus, Cardinalatum ſuſcepit.

Alia e vita in ipſo Concilio,

83 His in Concilio Lugdunenſi II piis laboribus, aliiſque multis in omni vita, omnique munere pro ſancta Catholica Eccleſia ſancte perfunctus, in eo ipſo Concilio Idibus Julii, qui dies Dominicus fuit, anno ſalutis MCCLXXIV & ætatis LIII, abiit in cælum; quo ipſo anno S. Thomas Aquinas octavo Idus Martii ad ſempiternam etiam illam cæleſtem gloriam migravit. Qui igitur in hoc vitæ curſu conjunctiſſimi fuerunt & caritate, & ſtudiis, & mutua conſuetudine, & aliis multis rebus, quas narravi; iisdem anno ad vitæ æternæ præmium abeunt.

magna Eccleſiæ damna.

84 Gregorius autem Pontifex, qui ſanctum Bonaventuram non modo in hac vita, ſed poſt illius obitum tanti fecit, quanti eum feciſſe perſpicuum eſt, ejus mortem intime dolens, non potuit continere, quin diceret, Eccleſiam, E quæ ex tanti viri eruditione tam admirabiles fructus acceperat, magnam ex illius obitu jacturam feciſſe. Immo omnes & clerici, & laici, tum Latini, tum Græci illius obitu mœruerunt, cum parem ſibi neminem reliquiſſe videretur. Tantum porro ei ob virtutem doctrinamque tributum eſt, ut illius funus & Pontifex, & Græcorum Imperator, Cardinales, Epiſcopique omnes, qui frequentiſſimi in Concilio aderant, præſentia ſua condecorarint. Id cum alio vel præſtantiſſimo viro umquam actum eſſe, vix in omni Annalium antiquitate compertum eſt. De admirandis autem virtutibus ſcientiæque donis, quibus illum Deus ornaverat, luculentam habuit laudationem Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, Petrus a Tarantaſia c, qui ab ea lamentatione fecit initium: Doleo ſuper te, mi frater, Jonatha. Ejus corpus Lugduni ſepultum eſt in eccleſia ſancti Franciſci, quæ deinceps, ut infra exponam, nomine ejus nuncupata eſt.

Pontif. cum Imp. exſequiat ſua bonitate præſentia

85 Cum autem Bonaventura perpetuo eum vitæ curſum tenuiſſet, atque adeo ipſe inſtituiſſet, ut ejus vita ac morum ratio pie ac religioſe vivendi norma eſſet; & doctrina tamquam præſidium firmiſſimum dogmatis catholici haberetur: in ejus obitu fuit una communis pene omnium vox dicentium, vel potius lamentantium, rei Chriſtianæ publicæ columnam corruiſſe. Tanta vero populi celebritate funus elatum eſt, ut omnis Lugduni civitas ad illud celebrandum ſeſe cum lacrymis effuderit. Quod igitur ab ineunte ejus ætate B. Franciſcus prædixerat f, illum in Seraphica religione fore magnum hominem ſummumque virum, cujus doctrina allatura quamplurimis eſſet lumen ad depellendas tenebras, id certiſſimum atque exploratiſſimum ex iis eſſe poteſt, quæ jam enucleate præſcripſi. f

Miraculis clarus Lugdun. a poſſe li- brantur.

86 Deus autem, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, ejus & ſanctitatem, & doctrinam teſtificatam eſſe voluit miraculorum multitudine, ac magnitudine. Longum nimis plane eſſet res illius mirabiliter divineque geſtas enumerando perſequi: ſed, cum in Annales Ordinis Franciſcani g, perennesque tabulas relatæ ſunt, nihil attinet, cur pluribus de iis agam, quæ præſertim in omnium ore ſunt, quæque luculentis teſtimoniis prodita g

ſunt

A sunt ad posteritatem. Multa illius miracula Octavianus Sinuessanus commemorat, quæ Sixtus Quartus Pontifex Maximus recte atque ex ordine cognita habere voluit, antea quam illum in Sanctorum numerum ex solennis ritus ratione adscripsit. Habent alia Balneoregienses cives, quæ omnium sermone testatissima, comprobavit etiam sacrosanctæ Sedis Apostolicæ auctoritas. Nam, cum in hoc vitæ curriculo versaretur, multa is miracula, operante Domino, edidit: tum posteaquam hinc in cælum migravit, ad illius sepulcrum, tamquam ad commune perfugium accurrebatur. Is porro pestilentiæ morbo, & contagio Lugdunum liberavit, periculosos & difficiles partus divine explicuit: malorum spirituum æstu ac vexatione oppressos mirifice liberavit; puerum mortuum ad vitam revocavit.

87 Et vero, quod silentio prætereundum non est, augustissimum est miraculum, maximeque insigne ad sempiternam testificationem sanæ sinceræque doctrinæ, quam & lingua docuit, & litteris consignatam reliquit. Centesimo & sexagesimo enim post obitum anno, cum ejus corpus alio transferendum esset, nec labris, nec dentibus, nec lingua, nec capillis quidem exesis, integrum caput, B ac pene spiritus habitu repertum est *b*. Quæ sane res admiranda, si recte perpenditur, non sine mysterii significatione esse potuit. Ac illud certe interpretari licet, doctrinam, quæ ex illius capite manavit, linguaque olim effluxit, ab omni labe integram conservatam in ea existimatione haberi, in qua demum & habetur, & est jam inde usque ab eo tempore, quo ex hac vita cessit. Nemo quisquam fere fuit, qui post illius obitum, cum vitam, tum eruditionem ejus non laudarit.

Caput ejus incorruptum centesimo & sexagesimo ab obitu anno.

b

ANNOTATA.

a *Cur hic rursus, muneris sui oblitus, omittit promotionem* S. Bonaventuræ *ad Cardinalatum, quam loco non opportuno intrudit.*

b *Infelix est Galesinius ubi historica versat; hic verbis paucis tertio labitur. Michael ipse non* septimus *fuit, sed* octavus *ipsius nominis*; *non* Comnenus, *sed* Palæologus; Logdunum *non* adventavit, *sed legatos dumtaxat misit.*

c *Ausim dicere, somnium hoc esse Galesinii, Calecam impertune Lugdunum adducentis, qui Bellarmino, Spondano & aliis toto sæculo posterior est; ut framinea auctoritate utantur, qui ex hoc Galesinii loco probare volunt, Calecam Lugdunensi Concilio interfuisse.*

d *Quod nuper dixi, loco proprio a Galesinio præteritum, hic perperam inseritur de creatione Cardinalium facta* Concilii initio, *quæ toto, ut minimum anno præcessit, ut vide apud* VVaddingum *ad an.* 1273, *num* 10.

e *Hic postmodum Papa fuit sub nomine Innocentii V.*

f *Utut vaticinium istud omnino negare nolim, vellem tamen antiquiori auctoritate firmatum.*

g *Apud Marcum Ulyssiponensem & in Octaviani oratione supra.*

h *Sunt qui asserant cor quoque integrum inventum esse, verum id controvertitur, ut dixi §. 5. Commentarii prævii. De cetero pia omnino est & opposita in hisce Galesinii nostri conjectura.*

CAPUT IX.

D AUCT. PETRO GALESIN.

Doctrinæ post obitum commendatio, canonizatio, & quæ canonizationem consecuta sunt.

HAbuit is multos industriæ suæ & scientiæ sectatores; at præcones & laudatores longe plures. Mitto hic Stephanum Breuleferum, & alios Ordinis Franciscani viros: fuit autem Gerso qui de doctrina Seraphica sancti Bonaventuræ librum singularem edidit. Jam item commemini sanctum Antoninum, Henricum Gandavensem, Joannem Trithemium, ceterosque de eadem sentire admodum egregie. Immo Trithemius asseveranter dixit, illum utilitate operum omnes superare. Ob eamque rem Ecclesiæ Romanæ monumentis optimo jure proditum est, in eo summam esse eruditionem. In Concilii autem Florentini Oecumenici, quo etiam Græci convenerant, actis apparet, non semel atque iterum, sed tertium ejus doctrinam esse prolatam, atque adhibitam ad usum rationemque difficilium quæstionum. Protulit autem vir summa eruditione Cardinalis Turrecremata: cui item Græci tribuerunt vel plurimum, ex auctoritatibus, quas a Bonaventuræ documentis acceperat: res demum consentientibus Latinis Græcisque Patribus decreta est ad præscriptum Seraphicæ illius doctrinæ.

In Concilii Florent. decretum ex sententia S. Bonaventuræ.

89 Erat ubique terrarum fama sanctitatis, atque scientiæ præcellentis, qua ille & in vita, & post obitum, benedicente Deo, floruit. Quare Fredericus, Romanorum Imperator Augustus, Ludovicus Galliarum Rex Christianissimus, Ferdinandus Siciliæ, Matthias Ungariæ, Reges Catholici, ac præterea Duces & Venetiarum, & Sabaudiæ, & Mediolani, itemque populi multi, præsertim Florentini, Senenses, Perusini, & in Gallia Lugdunenses, rursusque in Italia cives Balneoregienses, & universus, ubique gentium, Ordo Seraphicus illud ab Sixto Quarto Pont. Max. non tantum postularunt, sed efflagitarunt, ut in Sanctorum Confessorum Pontificum, Doctorumque Ecclesiæ numerum Bonaventura referretur *a*. Tum Pontifex Sixtus, ut res recte atque ex ordine ageretur, rem tanti momenti fidei credidit Cardinalium trium: quorum unus fuit Julianus Ruverius, Cardinalis sancti Petri ad Vincula; alter Stephanus, Mediolani Archiepiscopus, Cardinalis Nardinus; tertius Franciscus Gonzaga, Cardinalis Mantuanus. De hac quidem causa ubi agi cœptum est; undique extiterunt præclara monumenta & rerum, quas ille sancte, divine, mirabiliterque gessit, & codicum, quos erudite graviter ac pie scripsit. Causam Octavianus Sinuessanus, sacri Palatii Apostolici Advocatus disertissimus, egit ornatissima oratione, & rerum lucubrationumque cumulatissima, quarum prædicatione ille jure ac vere celebrari potuit: Joannes autem Pavinius, divini item humanique juris consultissimus, de

Reges & Principes S. Bonaventuram postularunt inter Divos referri.

Oratio ejus subjungitur.

Digitized by Google

AUCT. PETRO GALESIN.

eadem dixit ubertime, usque adeo, ut rei omnis, quæ agebatur, commemoratione in partes duas distributa, quas etiam in certos quosdam articulos distinxit, pluribus ordine demonstrarit tum præstantem ac fructuosam Seraphici Bonaventuræ doctrinam, præcellentesque & divinas virtutes; tum vitæ sanctitatem, caritate, morum castitate, præclarisque officiis prælucentem, atque miraculorum magnitudine & in vita, & post obitum testatissimam.

Bella Eccles. a Sixto Quarto demonstrantur.

90 His omnibus recte planeque comprobatis, ac vero cognitis, Sixtus Pontifex, qui postquam per ætatem sapere aliquid potuit, sancta divina illius scripta studiosissime legisse, atque adeo illis semper delectatum esse scribit, eum in sanctorum Confessorum Pontificum ac Doctorum *b*, quos sancta Dei veneratur Ecclesia, numero rite solenniterque Romæ adscripsit in Basilica beati Petri principis Apostolorum, quo maxima omnis generis, omnisque ordinis multitudo confluxerat. Et quo sanctius res omnis, pietatis officio, gereretur, tridui jejunium & orationes indixit. Quos præterea ritus ad eam solennem actionem illius prædecessores Pontifices Romani, præsertim Bonifacius Nonus ad sanctæ Brigidæ; Nicolaus Quintus ad sancti Bernardini; Pius secundus ad sanctæ Catharinæ Senensis; Callistus Tertius ad sancti Osmundi canonizationem adhibuerunt, iis Sixtus Pontifex solenniter usus litteras decretas ejus rei gestæ & confectæ nomine datas, edidit anno MCDLXXXII, decimo octavo Kal. Maji. Quibus litteris præter cetera illud etiam testatissimum esse voluit, sancti Bonaventuræ famam innocentiæ & doctrinæ perpetuo percrebuisse, illumque magnum doctrina, non minorem vitæ meritis extitisse; de divinis autem rebus ita scripsisse, ut in eo Spiritus sanctus locutus videretur.

Miranda Principes S. Bonaventuræ admiratores.

91 His litteris promulgatis, cum in cuncta Italia extitit publicum spirituale gaudium, tum in omnibus, sacrarum litterarum scientiam colentibus, ardentius illius librorum studium. Jam tum primum Joannes Picus, Mirandulæ princeps, vir Latine, Græce, Hebraice, Chaldaice, Arabiceque doctus, & omnium liberalium disciplinarum usu litteratissimus, atque ad Theologiæ scientiam apprime eruditus, desiderio incredibili exarsit habendi, legendi, edendique commentarios, quos idem sanctus Bonaventura in S. Lucam scripserat. Joannes præterea Franciscus Picus, ejus nepos, itidem, ut ille, doctissimus, semper Seraphici doctoris exquisitam doctrinam in ore habuit, cujus etiam sæpenumero commeminit in iis quæ multa reliquit, ingenii sui monumentis. In Gallia autem, jam tum provincia, quæ Burgundiæ nomine appellabatur, sancti Bonaventuræ Provincia nominari cœpit ob illius venerationem.

Reliquiæ corporis ejus ab Hugonot. in Rhodanum projectæ servato capite.

92 Lugduni item, ubi magnum celeberrimumque nomen illius est, locus olim, anno MCCLII sancti Francisci titulo exstructus, tunc sancti Bonaventuræ nomine amplissima structura ædificatus est atque auctus. Is porro locus ubique gentium illustris ejusdem Sancti doctrina, vitæ consuetudine, rerum gestarum gloria, & pretiosi sepulcri opere, parum abfuit, quin anno MDLXII *c* tumultu nefario a Calvinistis hæreticis totus incenderetur. Erat ibi, ut dixi, sepulcrum: ubi intrinsecus in capsa artificiose pieque elaborata, Sancti illius corpus asservabatur. Hoc impii hæretici, inde nefarie ereptum, in Rhodanum * fluvium sceleratæ projecerunt: argentum autem sitientes, argenteam sibi capsam reservarunt horribili sacrilegii scelere. Sed divinitus factum est, ut illius caput, quod tot post annis mirabiliter integrum, jam inventum esse commemoravi, gemmis, margaritis, opere pie sumptuoso ornatum, a periculo conservatum sit impiorum hominum, detestabili auri cupiditate æstuantium.

* Argentum

Extant alibi nonnulla ejus reliquiæ.

93 Quod sacrum caput hodie, in eadem Seraphici Ordinis ecclesia Lugdunensi, honorifice etiam recondituum est. Et ut nihil silentio prætermittam, aliæ etiam sacræ illius reliquiæ divino beneficio exstant. Balneoregii, in ecclesia Cathedrali est ejusdem brachium, quod e Gallia præcipuus illius Sancti cultor, Franciscus Sarasonius *d*, Minister Generalis eo attulit. Parisiis pie asservatur maxilla, quam olim Carolus *e* Christianissimus Galliæ Rex præ pietatis studio sibi concedi petierat. Quanta igitur in veneratione semper sanctus Bonaventura fuerit, jam satis dictum est; usque adeo, ut perspicuum sit, ejus etiam doctrinæ multum semper tribuisse summos Pontifices, quos præcipuos sigillatim commemoravi. Et vero memoria nostra Pius V. Pontifex, sempiterna gloria dignissimus, ut tam præcellentis doctoris egregiam doctrinam, negligentia quadam pene collabentem, aliquo modo restitueret; in scholis Ordinis Franciscani ad frequentiorem studiorum usum, interpretationumque consuetudinem revocari jussit, ac statuit. At vero demum divino beneficio muneregue perfectum est, quod cum antea semper, tum his temporibus ea de re statuenda publicis Ecclesiæ catholicæ rationibus in omnes partes utile & necessarium fuit, ac pietatis officio, tamque magnis tanti Doctoris meritis præcipue debitum.

ANNOTATA.

a *Habes hæc distinctius enumerata supra in oratione Octaviani.*

b *Hæc accommode intelligenda esse dixi, ne aliquin actum egisse dicatur Sixtus V, in decretali paulo ante relata.*

c *Recte notatum hic annum, supra etiam diximus.*

d *Alii passim & melius nomen formant Sampsonius, seu Samsonius.*

CAPUT IX.

De iis quæ ab ejus sanctitatem, & doctrinam exhibuit Sixtus V Pontifex egit.

Sixti PP. Quarti laudes.

OPportunissimo igitur tempore Pontificem Deus dedit Sixtum Quintum, cujus virtute & sapientia plurimum indigebat respublica Christiana. Nolo hic commemorare singularem illam planeque divinam animi, & ingenii vim, qua is onus Pontificale sustinet, qua

Digitized by Google

A quæ cuncta tuetur, quæ difficillima quæque sustinet, quæ res maximas conficit. Sunt facta ejus plane ad immortalitatis laudem insignia: quæ tamen singulari libro a me conscripta, ad posteritatem litterarum monumentis prodere, meum esse existimo. Nunc ergo, ut denique hanc susceptam de vita sancti Bonaventuræ scriptionem conficiam; brevi narrabo rationes & causas, quare is potissimum adductus, illum inter primarios præcipuosque Ecclesiæ Doctores optimo jure annumerarit.

95 Est sane Sixtus V. Pontifex, magno vir & admirabili ingenii prudentia, summa memoria, præstantium omnium liberalium disciplinarum scientia, Theologiaque in primis, & divinis litteris eruditissimus, ac sancti Bonaventuræ doctrinæ peritissimus. Itaque is, ut vir diuturno studio sapientissimus, cum & litterarum scientiæ, & disciplinæ morum fructus uberrimos ex Seraphici doctoris libris capi posse intelligeret: nihil non egit, nihil non attigit, cum in eo Minorum Ordine esset, non solum in comitiis, sed omni tempore, ut illius libri expositiones, & opera ad studiorum usum introducerentur. Quod cum numquam effectum omnino esset, id Pontifex cretus in optatis valde habuit, ut quod jamdudum Ordinis sui causa utiliter sapienterque deliberarat, demum exequeretur. Ea de re in basilica sanctorum duodecim Apostolorum Romæ, unde, tamquam e fonte, disciplina doctrinaque in omnes orbis provincias dimanat, collegium certo annuo censu erexit, atque instituit; in quo ejusdem sancti Bonaventuræ tantum expositionibus, commentariis, lucubrationibusque Theologiam dilucide explicari, ac divinas litteras doceri voluit.

Qui Romæ S. Bonaventuræ docuit Theologiam decrevit, B

96 Sed profecto quod ceteris, eruditione sacra præcellentibus, jure meritoque a summis Pontificibus tributum est, idem Seraphico ipsi doctori plane tribuendum censuit; cum & æquitatis, & utilitatis, & necessitatis ratio id maxime deposceret: quæ sane res ad omnem constitutionem, vel gravissimam, certe plurimum valent. Nam is in tanti Doctoris lucubrationum studiis diu diligenterque versatus, cum doctrinæ atque eruditionis, qua ille eximie divineque excultus erat, vim, magnitudinem, pietatem, ubertatemque ipse per se optime novit; tum eamdem, omnibus fere temporibus florentissimam, ab Alexandro Quarto primum, deinde a ceteris, qui deinceps ordine successerant, summis Pontificibus, Urbano Quarto, Clemente item Quarto, Gregorio Decimo, postea a Sixto Quarto, & proxime a Pio Quinto collaudatam, tum vero in Oecumenica Synodo Lugdunensi maxime spectatam, Florentinaque itidem Oecumenica ad summarum disputationum rationem usumque adhibitam, ac gravissimorum auctorum locupletissimis testimoniis, magnificisque & præclaris vocibus testificatam esse animadvertit: usque adeo ut omnium pene judicio illam eximio doctore dignam, semper magna in opinione atque existimatione fuisse cognoverit.

optimo fonte copiæ, C

97 Deinde, quod de illo quidem æquissimum judicavit, maxime etiam utile visum est: cum is Spiritus sancti lumine illustratus, datus sit a Deo ad ædificationem Ecclesiæ, e tenim magnos labores, ut exposui, summaque studia Seraphicus doctor contulit ad sacros libros interpretandos, ad fidei dogmata explicanda, & ad præclara pietatis officia, quæ in Ecclesia Dei præstari oportet, accuratissime tradenda. Hanc porro ejus doctrinam cum Sixtus Quintus Pontifex mirifice antea in omni tempore profuisse plane perspexerit: nunc etiam utilem esse arbitratus est, cum ad cetera illa omnia, tum ad optimam morum conformationem, vitæque Christianæ disciplinam, quam in clero, populoque ubique terrarum vehementer in Domino expetit a.

D AUCT. PETRO GALESIN.

a *Scholastica Theologia munita adversus hæreses.*

98 Sed quod valde in omnes partes utile putavit, id necessarium præterea atque opportunissimum censuit. His enim temporibus hæretici, impii sceleratique scriptores, cum legis divinæ, Prophetarum, Apostolorum, Patrumque sententias alio, quam oportet, detorquere omni calliditate conitantur: quoniam nefarii suis conatibus plurimum obstare E cernunt Theologiæ Scholasticæ scientiam, cujus vi anfractus eorum longæque circuitiones præcluduntur: eam, tamquam arcem contra eos munitissimam, oppugnare in præsenti, ut antea Wiclefus, summe contendunt. Operæ pretium igitur Sixtus Quintus, ad Ecclesiam Dei tuendam diligentissimus, & vigilantissimus, id esse statuit, quo infensius tantam illi disciplinam evertere conantur, eo constantius ac fortius eamdem tueri, illiusque rationem atque argumentorum propugnacula sarta tecta usquequaque conservare. Quam ob causam Pius etiam Quintus Pontifex, sanctum Thomam Aquinatem, clarissimum Ecclesiæ lumen, existimavit novo cohonestandum esse decreto.

99 His igitur rationibus & aliis, quas longe plures, easque maximas litteris suis decretalibus ostendit, adductus Sixtus Quintus Pontifex, quod de Seraphico doctore Sixtus Quartus sanciverat, hoc uberius constituendum duxit. Itaque re mature denique deliberata, de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & consensu, ob præclaram vitæ sanctitatem, divinitus etiam testificatam, perennes labores pro Ecclesia Dei susceptos, ac præstantem doctrinam cum pietate conjunctam, virtutibusque divinis illustrem, cujus splendore illam S. Bonaventura collustravit, dignum eum censuit, quem inter primarios præcipuosque Ecclesiæ Doctores annumeraret, de eoque festa anniversaria die, solenni ritu fieret, ut de ceteris primariis, atque eximiis ejusdem Ecclesiæ Doctoribus; ad præscriptum constitutionis Bonifacii Papæ Octavi. Quare litteras decretales, & illas quidem omnibus rationibus, & omni pietatis officio insignes ad sempiternam memoriam confecit, eoque nomine edidit; quibus litteris omnia explicantur dilucide.

S. Bonaventura inter primos Ecclesiæ doctores recensetur. F

Ritus in hoc actu a Sixto V. habiti.

100 Et ut recte ac solenniter res omnis gereretur: statuit Pontifex certum ejus solennitatis diem, qui fuit pridie Idus Martii, dicatus celebritati translationis item sancti Bonaventuræ. Basilicam vero in Urbe ad rem rite perficiendam delegit sanctorum duodecim Apostolorum, quæ est Ordinis Minorum, ubi collegium ab eo institutum esse narravi-

quod in suo diplomate explevit.

Illo

AUCT. PETRO GALESIN. Illo igitur die bene mane illuc profectus, multis Cardinalibus comitantibus, recta ad altare sanctissimi Sacramenti venit, ubi paulisper pie precatus, inde ad sacrarium accedit; quo loco sacris vestibus albi coloris indutus, & mitra preciosa ornatus, cum pmlata cruce, & Cardinalibus cappa violacei coloris, cum tempus Quadragesimæ esset, vestitis, ordine præeuntibus, ad altare majus pergit, ubi etiam paululum orvit. Erat eo loci sedes pontificia, ornatu albo vestita, & subsellia Cardinalium; qui de more, ubi obedientiæ munus Pontifici præstiterunt, loco suo consederunt. Tum Thomas Gualterutius, Secretarius Brevium Pontificis, rocheto & cappa indutus, e suggestu, a latere Euangelii decretales illas litteras, quibus inter primarios Ecclesiæ Doctores sanctum Bonaventuram Pontifex constituerat, de scripto legit: easque cuncti, qui frequentes aderant,
B attentissime audierunt. Lectis litteris, mox antiphonam, O doctor optime, cantorum chorus solenni modulatione cecinit: quæ dum cantabatur, Pontifex, mitra ornatus, stabat. Tum versum bini cantores cantarunt: & vero Pontifex orationem dixit de Ecclesiæ Doctore. Quibus rite peractis, Missam solennem de sancto Doctore Cardinalis Asculanus celebravit. Qua solenniter celebrata, Mauritius Brescius, homo Gallus, vir ad omnes ingenuas disciplinas egregie eruditus, luculentam de sancto Bonaventura orationem habuit, ordine infra impressam.

Opera S. Bonaventuræ typographia Vaticana edita. 101 Atque hæc quidem, quæ ad eam rem gesta attinent. Sed quo latius ad universam Ecclesiam hoc beneficium pateat; voluit Pontifex tam eximii Doctoris opera, undique impense diligenterque conquisita & quam D studiosissime emendata, e typographia Vaticana, quam instituit, in lucem emitti ad omnem posteritatem, ut litteris iisdem pontificalibus signisicatum est. Et quoniam ab ineunte ferme ætate, ad ejus cultum singulari exarsit devotionis affectu, præter cetera etiam extare voluit, ut triremis Romana etiam, quam primariam ac principem decrevit classis, quam boni publici causa parat, religiosissimo felicissimoque Bonaventuræ nomine appelletur. Sperat enim, Deo bene juvante, eandem fore, ut ea tantis meritis patroni illius cælestis adjuta, victrix sit piratarum, & hostium Crucis Christi Domini.

102 Tu igitur, Bonaventura sanctissime, *Oratio ad Sanctum.* cum ego tam magnam nactus sim materiam, & quasi segetem cælestium meritorum tuorum; etsi, ne cogitando quidem, nedum scribendo assecutus videar minimam illorum partem; quoniam id tamen, ut pro ingenii E mei imbecillitate potui, me conatum aliquo studio esse vides: fac quæso precibus & intercessione tua, adjumento esse velis Sixto Quinto Pontifici Optimo Maximo, ut quam diutissime incolumem Deus illum conservet, Ecclesiæ causa omnibus maximis in rebus tam strenue elaborantem, & pia grataque memoria prosequentem divinas illas virtutes, quas cum in hujus vitæ curriculo esses, ad ejusdem Ecclesiæ salutem, atque ornamentum conculisti.

ANNOTATA.

a *Vide de hic diploma ipsum, supra relatum.*

DE S. TUSCANA VIDUA

ORDINIS S. JOANNIS HIEROSOLYMITANI

VERONÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C
I. B. S.

Cultus in Fastis recentior, ætas incerta, Acta serius scripta, hymni & alia venerationis argumenta.

CIRCA SÆC. XIV. DE *Illustrissimi equestris Ordinis Sanctis etiam religiosis feminis pridem in hoc opere actum est, præsertim* XXVIII *Maii, ubi laudatis non solum virtutibus, sed & militaribus virorum facinoribus, observat Papebrochius*, ex infirmiori etiam sexu nonnullas ejusdem professionis Sanctimoniales, *Hospitalarias nimirum, sanctitate illustres fuisse*; quales, *inquit*, in Italia duas invenio cultas absolute ut Sanctas, scilicet Ubaldescam atque Tuscanam, hanc Veronæ in Æmilia (*si hæc eo usque extendatur*) viduam, de qua agendum erit XIV Julii. *Pergit Papebrochius ea disquirere quæ ad* S. Ubaldiscam *pertinent, ex Silvano Razzio, quem mirum est hodiernam* S. Tuscanam *neglexisse, ipsi adeo vicinam, & procul dubio non omnino incognitam. At quidquid hujus sit, aliam ejusdem Ordinis Sanctam, etiam a Razzio prætermissam, in Gallia reperit Papebrochius*, Florum *nomine, deditque ad* XI *Junii, cujus Vitam nactus postmodum Jamingus, eandem inseruit Supplemento seu tomo* VI *Junii a pag.* 97, *relata ibi iterum imagine, ex qua & duplici Ubaldescbiana dicti Ordinis muliebris habitus abunde colligi potest, ut de his aliisque ad Sanctimoniales illas aut earum institutionem spectantibus hic nihil explicandum superfit. Adeant rerum hujusmodi curiosiores recens opus Helioti de Ordinibus religiosis tom.* 2 *a p.* 251.

Inter alias Sanctissimæ Ordinis;

2 *Porro* S. Tuscanam, *omnibus alicujus notæ Martyrologiis prætéritam, primus nobis suggessit in utroque suo Catalogo & in Topographia Philippus Ferrarius, quem ample secutus est in suo Gynæceo Arturus du Monstier; Castellanus vero, hic justo scrupulosior, Sanctam omittendam censuit.*

hæc Veronæ pridem culta fuit.

Digitized by Google

A *fuit. Meminit autem Ferrarius, se eam accepisse ex tabulis ecclesiæ Veronensis, iis, opinor, quas collegit Augustinus Valerius, infra laudandus, qui in Sanctorum Veronensium monumentis pag. 34 sic habet:* S. Tuscanæ viduæ Veronensis corpus requievit in sua ecclesia, quæ & S. Sepulcri appellatur. In eadem ecclesia post altare S. Tuscanæ, in sepulcro ejus lapideo inciſæ sunt hæ litteræ: HIC JACET CORPUS BEATÆ TUSCANÆ, ORDINIS SANCTI JOANNIS HIEROSOLYMITANI. Idem habetur ex tabula Sanctorum die XIV Julii, quo die festum ejus celebratur sub Officio duplici ex consuetudine. Franciscus Corna testatur, in ecclesia S. Sepulcri, quæ est eadem ecclesia, a latere sinistro jacere ossa gloriosæ Tuscanæ. In Martyrologio ex membranis antiquo monasterii S. Euphemiæ Veronę, die XIV Julii: Veronę, depositio S. Tuscanę viduæ, quæ virtute sanctitatis & miraculorum gratia insignis fuit. *Subdit, partem ejus Vitæ haberi*
B *in lectionario antiquo ecclesiæ Cathedralis, totam vero descriptam esse a Canonico Celso Maphæo, de quo mox plura dicemus.*

3 *Pluribus de eo agit Ferrarius, atque, Celsum Maphæum Canonicum Veronensem dictam Vitam scripsisse, quam apud Raphaelem Bagatam libro de Sanctis ecclesiæ Veronensis se legisse affirmat. Recte, nam hic solus & unicus fons est ex quo sua hausere quotquot subinde de S.* Tuscana *meminerunt, Hieronymus della Corte in Italica historia Veronensi, Abrahamus Bzovius in Annalibus ecclesiasticis, Jacobus Besus in imaginibus Sanctorum & Beatorum prædicti Ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, a Francisco Truglio Panormi recusis anno 1633, Aloysius Novarinus, Clericus regularis, in Vita Italica, verbis potius quam rebus auctiori edita Veronæ 1646, & signi alii in eamdem rem adduci a quoquam possint. Laudatum Raphaelem Bagatam cum aliis monumentis Veronensibus vulgavit Augustinus Valerius, ejusdem urbis episcopus, de Sanctis istius ecclesiæ suæ bene meritus, anno 1576 volumine non magno, in quo a folio 72 tota sanctæ* Tuscanæ *historia jam dicta refertur, scripta, ut testis est Celsus ipse, X Kalend. Augusti anno Domini* MCCCCLXXIV. *Solum id monumentum est quod de* S. Tuscana *ad nos pervenit, inserius dandum, & ad nostram normam utcumque reducendum.*

Vitam scripsit Celsus Maphæus

4 *Ex scriptionis anno de totius operis pretio faciendæ est conjectura, non ocitanter attendendo, quot annis a Sanctæ obitu documenta ad eam spectantia scriptor collegerit, non minima auctoritate fulcienda, propter mira & stupenda quæ de* S. Tuscana *Maphæus iste tam rotunde commemorat. Ast hic non parum hæret aqua: fatetur Maphæus, historiam* divæ Tuscanæ *Veronensis, quæ*, non tam dolo quam incuria majorum, relicta jam & pene obliterata fuerat, civibus *suis*, quasi quoddam munusculum *se* restituere, *ut palam fit, primum ipsum esse qui de Vita illa*, perdita, *ut ait*, & oblivioni data, *scribenda cogitaverit. Quærimus igitur, quo tempore vixerit, quo anno mortua sit* S. Tuscana? *Nihil horum Maphæus pronuntiare ausus est, ut plane non intelligam, qua fiducia tam asseveranter tradiderit Bzovius ad annum* 1343 *num.* 27; Hoc anno diem clausit extremum Tuscana Veronensis, multis miraculis clarissima. *Prudentior est Ferrarii annotatio.* Obiisse videtur, *inquit*, Tuscana circa annum Domini MCCCXLIII, quo anno corpus illius ex publica via in ecclesiam translatum est. Nam non diu Episcopus Veronensis illud ibi, ob miraculorum frequentiam, quiescere passus est.

ex quo hæc tempus visa,

5 *Ita ille satis pie conjicit, quamvis nec vel id asserere ausus fuerit Maphæus*, crebra *quidem* die noctuque signa monstrata, cantica quoque ac luminaria & visa & audita *memorans, quibus demum permotus Episcopus, a quo nominando abstinet*, corpus sanctissimum e publico itinere, *ubi sepulti voluerat*, in Hierosolymitanam ecclesiam transtulerit, *ast id ipsomet anno accidisse, quo Sancta feliciter obiit, unde certiores reddamur, equidem necdum perspicio. Besus in citato imaginum libello ingenue admittit, circa tempus mortis* S. Tuscanæ, *ex receptis historiis nihil certo affirmari posse. Idem fateri oportet omnes qui Vitam mecum paulo accuratius discusserint, utpote ita scriptam, ut nulla uspiam temporis vitæ aut obitus occurrant vestigia, quæ deprehendere se nullo modo potuisse haud obscure insinuat laudatus Maphæus. Translationem anno jam dicto* 1343 *factam haud equidem negaverim, ita scribente Valerio pag. 76:* Translatio S. Tuscanæ in ecclesiam S. Sepulcri, quæ sepulta erat in via publica ante ecclesiam S. Joannis Hierosolymitani, ubi erat hospitale pauperum, & nunc est; facta fuit anno MCCCXLIII per Reverendissimum Antistitem & clerum Veronensem, adstante populo cum laudibus & hymnis propter miranda quæ videbantur & audiebantur: sepulta in lapideo mausoleo, & claret miraculis in hodiernum diem.

nec aut anni mortis colligi potest:

6 *Hæc de* S. Tuscanæ *translatione ex fide Augustini Valerii vel Raphaelis Bagatæ; quæ cur ab ipso Celso Maphæo, toto fere sæculo antiquiori, atque aperte expresse non sint, erunt qui merito expescant: qui tam diserte translationis diem* pridie Idus Julias *signavit, annum haud dubie & Episcopi Veronensis nomen minime tacuisset, si de his omnibus distinctiorem notitiam consequi potuisset. Demus tamen id postmodum ex monumento aliquo, Maphæo ignoto, erutum fuisse, an inde, obsecro, verisimile redditur, eodem ipso anno mortuam esse Sanctam, quo prædicta translatio facta dicitur? Aliter plane sensit scriptor novissimus Aloysius Novarinus, dum annis multis* S. Tuscanæ *obitum a translatione removet, quamquam & in aliquo supra ceteros sapiat; quandoquidem eodem illo quo translata est die, ad Superos antea eam evolasse solus ipse testetur; ut usque adeo ægre ferre non possint Veronenses, si paulo difficiliores videamur in amplectendis cæte omnibus quæ ipsi satis turbate de sancta sua* Tuscana *post tot a beato ejus exitu sæcula memoriæ prodiderunt. Audiamus Novarinum libelli sui pag. 26, ita loquentem*: Celebratur S. Tuscanæ festivitas die XIV Julii, quo ipsa ad immortalem vitam transiit. Multis post annis eo ipso die facta est sacri ejus corporis translatio, ut supra dictum est.

imo ne translationis quem alii referunt ad an. 1343:

7 *Dubium itaque remanet hactenus, vixeritne Sancta, adeoque & mortua sit sæculo* XIII *an* XIV, *atque inde consequenter expendendum, quanta auctoritate subnixa sint, quæ* perdita *ante* & oblivioni data, (*intellige necdum scripta*) *anno* 1474 *Celsus iste Maphæus, elegantius, opinor, quam verius, demum suscitavit, quæ ego multo citius scripta cuperem, aut saltem ex vetustis probatisque ecclesiæ Veronensis monumentis, debite allegatis, firmata;*

unde de Vita prius facile statuitur.

Digitized by Google

A *mata; id quod a Maphæo præstitum non esse, qui-*
AUCT. *libet, me tacente, satis perspicit. At enim, ne-*
J. B. S. *quis hinc inferat, Vitam ipsam, ut a Maphæo scri-*
pta est, aut rejicere me, aut plane in dubium re-
vocare: minime vero; eam ex Valerio descriptam,
hic recusam lectorum oculis subjicio, solum obser-
vans, ut muneris nostri est, ab erudito quoque id
desideratum iri, quod ego hic merito posulo, nempe
ut stupenda illa trium adolescentium subita mortis
punitio, deinde prompta ad vitam revocatio, ut
cetera modo non prosequar, sufficient fide historica
corroborata sint, priusquam tam facile ut indubita
divulgentur; tametsi in Maphæo sub finem sæculi
XV, ducentis fortasse post Sanctæ obitum annis,
scribente, reperiatur, equidem continuo non ad-
miserim; haud invite tamen passurus, credi ea a
Veronensibus tanquam certissima Sanctæ suæ mira-
cula, quorum mirum est, pluva ad posteros transmissa non esse, quæ Maphæus generatim tantum-
modo & confuse perstrinxit, ex sola, ut fit, fama
superstite, vulgi creduli & hyperbolis assueti, tra-
ditione accepta.

2 *Ceterum quidquid sit de totius historiæ omni-*
B *moda veritate, non video quare de cultu dubitave-*
Veteres in ejus laudem hymni; *rit Castellanus: ad ipsum Sanctæque apud popula-*
res gloriam pertinent hymni in ejus honorem com-
posiri quorum præcipuus & vetustissimus est, quem
Hieronymo Avantio tribuit laudatus Valerius, quem-
que etiam sedulo retulere Bosius, Bzovius & Ferra-
rius, mutilum tamen ultima precatiuncula, hic ex
editione Valerii adjecta.

O diem gemma nivea notandum!
Ecce Veronæ decus, & Jebeti
Gloriam castri, nitidi novumque
Sidus olympi.
Regna Tuscanam resonant superna,
Templa Tuscanam celebrant quotannis,
Nosque Tuscanam veneramur uno
Ore colendam.
Virginem, nuptam, viduam perœque
Secla laudarunt sua: nunc beatam
Laudibus, votis, precibus, pioque
Munere adorant.
C Hæc febres omnes fugat invocata,
Demit angores animis, salutem
Reddit ægrotis, juvat ipsa cunctos
Rite precantes.
Supplices audi veneranda mater,
Sint procul morbi, ferus ignis, hostes:
Terra nec fructus neget, universum
Pax regat orbem.
Gloriam Regi date trino & uni,
Et Dei Matri sit honor Mariæ,
Singulis grates meritis agamus
Usque beatis. Amen.

item sodalitii inscriptio 9 *Binos alios recentiores hymnos protulit Nova-*
rinus ad calcem Vitæ a se editæ & superius citatæ;
alterum sub nomine Leonardi Tedeschi Canonici Ve-
ronensis, in Sanctæ natalem, alterum Joannis Ba-
ptistæ Cisani in reliquiarum translationem; at tales
ambos, qui de Sancta aut Sancto quolibet, mutato
dumtaxat nomine, æque ac de S. Tuscana cani
plane possint, ut ferme magis placeat præmissa opu-
sculo latina inscriptio, confraternitatem aliquam
seu sodalitium, in Sanctæ honorem, vel in ipsa
Veronensi urbe, vel Jebeti in proprio natali solo in-
stitutum immens, quæ sic habet:

D
SANCTÆ TUSCANÆ

Ejusdem Societas.

DIVÆ

E cælo respice
Qui te in cælo regnantem suspiciunt.
Beneficentiæ Tuæ radios sparge
Quæ tota lux es.
Te rite tua Societas colet,
Si socias per Te habeat Tuas virtutes.
Tres mortuos ad vitam olim vocasti,
Ad veriorem nunc omnes voca.
Vivit, qui perituris non immoritur,
& totus in eis fertur,
Quæ ad eum ferunt, qui totus est vita.
In Tui cultum
Quæcumque fecisti ei offerimus,
Qui te fecit:
Damusque Te Deo, qui Te nobis dedit.
Sub Tuæ Tuscanæ umbra
Detur nobis esse Tui umbra, E
Teque vita referre,
Ut post mortem feramur ad Te.

10 *Subnectam hic demum quæ de recentiori S.* *ac vicissitis cultus mentio-*
Tuscanæ *cultu superaddit idem Novarinus a pag.*
27: verba ejus Italica latine reddo & contrabo.
Narrat itaque cultus Sanctæ celebritatem Jebetum
usque, natale ejus solum, extensam esse, transla-
ta ex sacri corporis parte, ab illustrissima Melitensi
religione accepta anno 1612, ibidemque anno pro-
xime sequenti translationem singulari prorsus so-
lennitate institutam XXIII & XXIV Junii, erectis
columnis, arcubus triumphalibus, altisque multis
lætitiæ signis exhibitis, concurrente ad spectacu-
lum ingenti incolarum accolarumque multitudine.
An vero nube aliqua, cælitus data, involvi oper-
tuerit sacras reliquias dum transferrentur, disqui-
rere supersedeo. F *Subdit Novarinus, sacellum Je-*
beti per id tempus conditum, eo ferme loco quem
Sancta olim incoluisse credebatur, quod scriptoris æ-
tate perfectum conspiciebatur, non procul a paro-
chiali ecclesia. Dum autem sacellum illud fabricare-
tur, ajunt aquam defecisse, quæ non nisi ex flumi-
ne Athesi magno labore eo deportari poterat: singu-
lari vero omnium admiratione repertam fossam ali-
quam tantum aquæ suppeditasse, ut absque ullo di-
spendio fabrica ad culmen perducta fuerit. Tertium
ac ultimum est, quod cum Jebetenses agri magna
siccitate laborarent, circumlatis in supplicatione
reliquiis, desiderata pluvia S. Tuscanæ patrocinio impetrata fuerit. Atque hæc sunt quæ prævia
explicanda putavimus: de Vita, quam a Celso
Maphæo exornatam memoravimus, nihil dicendum
superest, habe geminum ejus textum ex Valerio
descriptum.

VITA

A

VITA

Auctore Celso Maphæo Veronensi, canonico regulari Lateranensis Congregationis.

Ex editione Augustini Valerii.

Auctoris præfatio.

Historiam divæ Tuscanæ Veronensis, quæ non tam dolo, quam incuria majorum relicta jam, & pene obliterata fuerat, civibus nostris, quasi quoddam munusculum denuo restituendum censui: cum enim nulla res sit, quæ commovere possit, ut exempla Sanctorum, operæ pretium fuit ea memoriæ tradere, quæ & nobis, & posteris prodesse plurimum potuissent. Collegi igitur ea, quæ cum ad nostram perceptionem, tum vel maxime ad Tuscanæ perpetuam laudem & gloriam spectare videbantur. Quamobrem, quoniam & scriptoris brevitate, & longitudine temporis, ne integram quidem historiam ejus accipimus, si quid quod vel ad genus, & parentes, vel ad signa, virtutesque spectaret, lector desiisse deprehenderit, majores accusabit incuriæ. Quod si & nostra quoque ut rigidus censor, & acer rerum æstimator, radarguerit; diteat in sacris litteris non pompas, phaleraſque verborum, sed mores imprimis, ac virtutes fore colligendas. Neque enim lectori tantum eloquentia; quantum sanctæ hujus præclara, & optima exempla profutura sunt. Itaque ego non ut ingenium exercerem, quid laboris est, subii: sed ut perditam & oblivioni datam nostris, ut dixi, civibus historiam restituere.

B

Virginitatis amans Tuscana.

2 Tuscana igitur Jubeto antiquissimo, ac celeberrimo quondam oppido oriunda, parentes nobiles, & Christianos habuit. Est enim Jebetum septimo ab urbe Verona milliario positum, ex quo civitas nostra haud parvam sibi virorum copiam in cives & patricios copulavit. Hæc a teneris (ut ajunt) unguiculis, pudicitiam amavit ita, ut ne se quidem connubio tradi pateretur: didicerat enim, ut virginitas ceteris virtutibus præstat, ita virgines a Deo optimo maximo majore gratiarum, ac præmiorum cumulo muneranda. Itaque cum jam nubilis, esset, necessariis vim sibi nimiam inferentibus, quia id difficile, nec absque illorum injuria subterfugisset, virum non nisi coacta suscepit. Is autem e Canoculorum domo, ac familia ortus, quæ nunc Veronæ floret, Albertus vocitatus est; oppidanusque ejus fuit clarus quidem genere, licet parva cum re, se fide ac bonitate clarissimus.

C

nec nisi coactus maritum admisit

3 Quamobrem si quando ad reddendum debitum Tuscana cogeretur, non lasciviæ, non voluptatis cupidine, procreandorum tantum liberorum gratia, nec sine pudore, ac timore viro jungebatur. Ita enim mulier pudicissima & faciebat conjugio satis, & eo vacabat crimine, quo ceteræ, ut plurimum mulieres damnari solent. Æmulabatur enim jam tum Saram, Annam, & Helisabeth feminas sane & castitate, & sanctate præcipuas, enitebaturque pro viribus, ut quoad ejus fieri posset, nihil sibi ex iis, quæ cum ad illarum integritatem honestatemque, tum ad pudicitiam, & sanctimoniam spectarent, præter filios defuisset ?. Itaque nec peperit umquam (erat enim sterilis) nec diutius, id quod maxime optarat, conjugii onus tulit. Defuncto namque viro, nuptias ultra non celebravit, sed venditis omnibus, distributoque in pauperes pretio, Christo vero sponso sese perpetuo serviturum tradidit.

D

A. CELSO MAPHEO. * deesset

4 Verum, ut hinc mihi initium sumam, pauca primum, quæ cum viro intra domesticos parietes egit, aggrediar: demum, quæ post viri obitum, & digniora, & excellentiora videntur, si quædam prius de moribus, deque virtutibus ejus attigero, breviter enarrabo. Quare, ut ab ea incipiam (neque enim aliunde melius exordiri possum) hæc in primis fidem in Deum robustam, promptam in virum obedientiam, ardentissimam in proximum caritatem servavit. Hæc divitias sprevit, paupertatem amavit, gloriam contempsit. Hæc humilitate, qua vitia omnia superaret, insignis fuit. Otium, quo nil est perniciosius, fugit; labore corpus edomuit: denique omne id quod, extra viri imperium, sui iuisset & juris & arbitrii, partim operi, partim orationi, & contemplationi tempus accommodabat. Quod demum sibine ipsi tantum, an proximis etiam profuerit, scire optes; quidquid e quotidiano labore, & opere lucri percepisset, in tres continuo partes, annuente viro dividebat. Itaque ecclesiis, earumque ministris portiunculam unam elargiebatur: peregrinis, & egenis aliam: sibi, conjugis ceteræque familiæ ad quotidianum victum tertiam reservabat.

tota in caritate virtutum.

E

Maxime caritate in pauperes & ægrotos.

5 Quam sane ob rem, cum in eo oppido tantam quantam cupiebat, egenorum copiam, quibus ad votum ministraret, non haberet, memor Patriarchæ Abrahæ: cui, ut egrederetur de domo, & cognatione sua, Dominus imperarat; suadente illa, egressi patriter ambo conjuges cum familia, relicta domo ac patria, Veronam adeuntes, locum intra urbem, in montis supercilio prope divi Zenonis ecclesiam, quæ tunc sanctæ Mariæ Bethleemicæ vocabatur, ad ædificandam sibi domum delegerunt. Quo quidem in loco, erectis in altum parietibus, Tuscana die noctuque divinis tum operibus, tum laudibus incumbebat. Itaque quod ad solam spectare caritatem visum est, ex quotidiana consuetudine, hora diei tertia de monte in hospitium Hierosolymitanæ ecclesiæ, hoc est sepulcri (ita enim appellabatur) ad visitandos pauperes, & abluendos eorum pedes sedula descendebat. Ibi ægrotos curabat, atque illorum vulneribus, ulceribusque tabem & saniem eliciebat; variis ceterorum morbis medebatur quam diligentissime. Denique omnibus aderat, omnibus serviebat, omnibus ministrabat. Postremo, datis in eleemosynam muneribus ad quotidianam annonam, & salutatis, exhortatisque ad tolerantiam ægris, lætabunda & gaudens domum revertebatur.

F

Viro libero, Deo se consecrat;

6 Cum interea diebus singulis & hæc & alia hujusmodi pietatis & caritatis officia studiose diligenterque navaret, vir ejus, consummato in bonis operibus vitæ cursu, humа-

A humanis rebus excessit: quem, non ut assolent mulierculæ nostri temporis, flevit, sed prostrata, quasi altera Magdalena, Crucifixi pedibus, talem ad Christum orationem habuisse fertur: Ago tibi, Christe, gratias quam maximas, qui & virum meum e tot mundi periculis, erumnis, calamitatibusque, & me a tanto conjugii onere, gravi sane, ac difficili liberasti. Nunc me tibi totam devoveo, nunc me tibi in servam, & ancillam offero: nullum mihi alium præter te sponsum, & amatorem cupio; alium nisi te, qui secundas nuptias mihi celebret, diligo nemiorem, suscipe me. Ego, quod rectum in conspectu tuo sit, iter arripiam; in te omnis spes mea, fidesque locata est: tu mihi vires, tu mihi superias præstes, ego contra inimicum [dimicem, ego hostem superem callidissimum: quid enim possit homo scis, sine te; & quid creatura sine creatore conetur. Si igitur adsis, vinco; si opem feras, glorioſum de hoste triumphum, victoriamque reporto.

A.CÆLSO MAPHEO.

B

mobilis dæmonis insidiis apprime.

7 Sed ne frustra [quidem, nec in vanum sese Deo Tuscana commendarat: neque enim diutius passus est inimicus tantam mulieris castimoniam pudicitiamque. Confestim adversus hanc consueta ad perdendas animas arma corripiens, cum superare feminam solus tentatione non posset, socios, ut opere vincat in suum favorem auxiliumque requirit. Quam prudenter sane quamque salubriter Petrus Apostolus contra adversarium, qui quasi leo rugiens semper circuit, quærens, quem devoret, evigilandum monuit, noverat. [Noverat] enim antiqui hostis insidias, & qui ne cum ipso quidem Dei filio congredi veritus est: illum procul dubio homines minoris existimaturum cogitabat. Sed in Tuscanam sævire quidem dæmon, telaque, & sagittas immittere potuit: illam superare non valuit.

Trium lascivorum adolescentium,

8 Quare, ut præclara jam facinora ejus aggrediar, evoluto post viri obitum haud multo tempore, tres interea adolescentes cum nimia Tuscanæ pulcritudine, tum vel maxime pellacis dæmonis dolis, fallaciisque decepti, cum ad perpetrandam rem loci solitudo plurimum interim commoditatis afferret, collem ascendunt, domum adeunt; per

C fenestram, quæ ceteris commodior videbatur, ut alius post alium alternis vicibus ingrederetur, habito consilio & futuræ sortis prorsus ignari, sed statim morituri decernunt. Nec mora; primus, qui & ceteris audacior, & promptior erat, per fenestram (ut diximus) intra cubiculum miser irrumpens, Tuscanam orantem invenit. Cumque propius vellet accedere, mira refero, continuo arreptus a dæmone suffocatus est: e duobus vero qui pro foribus expectabant, quibus omnis mora, etiam brevis, molestissima fuerat, socium, cum non egrederetur, admiratus, alter ingressus est. Tuscanam orantem, juvenem exanimem cernit, maleficiumque suspicatus, cum repente eum timor invasisset, o formidandum Dei judicium! corruens expiravit. Tertius denique, dum sociorum reditum diu multumque præstolatur, obscurisque eos flagitiis implicatos existimat, cum non ultra distulisset, fractis foribus, multaque vi, & impetu ad mulierem ingressus, mirabile dictu, vita privatus est. Ita trium cadavera mortuorum intra cubiculum divino D tum meto, tum judicio prostrata jacuerunt.

subita mortium.

9 Quid tunc ageret? Quo se verteret mulier pudicissima? Sepellire mortuos horrendum nimis, celare difficile, in publicum trahere periculosum facis. Quid interim agas Tuscana beatissima? Ad quem confugias? A quo tibi favorem, & auxilium speres? Parentes statim pro foribus aderunt, exclamabunt, in cælum voces emittent, nota omnibus fient cadavera mortuorum. Quid tu tandem excogites Tuscana sanctissima? Non aliunde, nisi e cælo, sperandum tibi subsidium fuerit. Interea cum parentes domi filios præstolarentur diu, timentes ne quid forte illis occurrisset adversi, tandem domo exeunt; quo filii abiissent per vicinos edocti, collem statim ascendunt, huc, illuc cursitant, demum Tuscanæ domicilium adeuntes, de filiis scisciantur. Tum illa rem, ut se habuerat, refert, parentesque ad visendas filiorum reliquias introducit. Cumque ad locum perveniſſet, cognoscite homines, cognoscite, inquit, & formidate horrenda Dei judicia. Justus est Deus, & justitiam dilexit. Nihil indultum patitur abire Deus, sed reddit unicuique secundum opera sua; haud secus atque egerint, recepturi sunt homines. E

quæ sors manet impios;

10 Itaque filii vestri, uti in me scelus, & flagitium perpetrare conati sunt, ita necessarium ad justitiam fuit, ut & supplicium sceleri, & pœna responderet iniquitati. Tum ad primum cubiculi ingressum ruunt parentes in cadavera filiorum: fit ingens singultuum & fletuum strepitus, tectum clamore completur: ille se miserum, iste se infelicem; alius se calamitosum, & omnium hominum oculis lugendum clamitat. Tandem cum nil sibi gemitus & lacrymæ profuissent, conversi ad mulierem parentes; Si quid, inquiunt, fidei in Deum tuum, si quid in mortuos, & in nosipsos pietatis habes, ut jacentes exsuscites tuis precibus, & filios parentibus reddas, obsecramus. Non te scelera filiorum provocent in parentes, cum illos pœna suppliciumque, nos interim dolor ingens excruciet. Neque enim si Christo fides adhibetur, malum abs te pro malo reddendum erit: cum præsertim ille & inimicos, F & eos qui injuriam nobis aliquid intulissent, præceperit diligendos.

fides promittit;

11 Ad has preces cum Tuscana plurimum moveretur, licet illi rem arduam nimis, atque difficilem, & quæ non nisi Apostolorum fuerat, postularent; freta tamen Deo suo aliquantisper oravit. Deus, ait, non te hodie, quæso, quidquid in his mortuis sceleris est, atque flagitii a tua misericordia, a tua clementia, a tua pietate removeat. Ego tantilla, si tamen digna sum, ad te rogandum accedo: magna quidem sunt, quæ peto, sed nihil tibi est vel arduum, vel difficile. Neque enim est alius præter te, qui occidat, & vivificet; qui deducat ad inferos, & reducat: exsuscita, precor, jacentes mortuos: quod si te prohibeant scelera filiorum, miserere parentum. Tu olim quatridduanum Lazarum e monumento; Tu unicum viduæ filium e feretro: Tu puellam Archisynagogi filiam e lectulo, quasi dormientem, suscitasti. Nunc si preces meas, & vota

paren-

Digitized by

A parentum exaudias, & hi (nihil enim vereor) ad tuum excitentur imperium, ne differas, oro: miserere juventæ; da veniam sceleri, pœnas hactenus dederint; redde parentibus liberos, quos sibi in prædam tulerat inimicus; id enim & tibi cedet in perpetuum decus, & illis, si revertantur, in emolumentum sempiternum.

ad vitam revocat.

12 Mirum certe spectaculum! Vix hæc Tuscana verba finierat, mortui surrexerant, quæ viderant, quæ audierant, quæ interim loca tenebrarum, quæ pœnarum genera experti jam fuerant, lacrymis multis, crebrisque pectorum verberibus retulerunt. Hi postea magnam, & diutinam ob delictum pœnitentiam agentes, e vita denuo migraverunt. Licet hoc miraculo Tuscana quantæ fuerit sanctitatis animadvertere: cum in una re tam præclarum facinus egerit, ut non inter illustres modo, & sanctos viros connumerari, verum ipsis etiam Apostolis æquiparari possit. Tuscana igitur post hæc, ut B & reliquum vitæ suæ & quietius & tutius ageret, & aliis horum exemplo omnem adimeret materiam scandalorum, locum sibi ad servandam castitatem, quam post viri obitum voverat, excogitare cœpit.

Laude homines omnibus in paupertate distribuit,

13 Itaque, ut ante jam mente conceperat, relicto in montibus domicilio, ad Sepulcrum proficiscitur; accersito loci sacerdote omnem vitæ suæ narrat historiam; se scilicet virum habuisse jam pridem, nunc sui esse juris, & arbitrii, nec ullo teneri vinculo matrimonii. Cumque secundas nuptias recusarit, necessarios iterum de conjugio secum diu multumque certasse: ob eamque rem cum jam decrevisset nullam cum hominibus habere consuetudinem, distributis in Christi pauperes facultatibus, domum, propinquos, sæculum reliquisse. Cumque nihil sibi ex omnibus residui esset, se ipsam Deo, & ecclesiæ in obsequium, & ministerium, quoad viverit, tradidisse.

Ordinem S. Jerus. Hierosolymitani ingreditur,

14 Mirari primum sacerdos cœpit sapientiam feminæ, tum deinde eum ejus desiderium cognovisset, si hæc ita se habent, inquit, o filia, & te nostris tradis erudiendam institutis, positis vestibus, exuvioque cum suis actibus veteri homine, novum, & sacræ hujus Hierosolymitanæ religionis habitum susceipias, necesse erit. Cumque illa C vestem, quam sponsus ejus Christus sibi præparavisset, se libentissime suscepturam respondereret; introduxit eam sacerdos in ecclesiam, & tradito religionis habitu, tunica instar Rhodiorum militum nigra, & cruce desuper alba, consignataque ad latus ecclesiæ cellula, Tuscanam ibi sacris edoctam institutis ac cæremoniis dereliquit. Hic si quis optat, quæ fuerit vita ejus, succincte breviterque cognoscere licet. Hæc ab omni hominum cœtu, consortioque, præterquam cum ad visitandas ecclesias per urbem proficisceretur, aliena fuit, præterea paupertatem, quam ante conversionem tantopere diligebat, post susceptum habitum non solum amavit, sed, quod majoris est perfectionis, ipsam quoque mendicitatem exercuit, neque enim alium, nisi quem in eleemosynam susceperat, panem comedebat.

15. Denique vigiliis, & orationibus totum fere diei & noctis tempus accommodabat: D jejuniis vero ita operam dedit, ut & mirum fuerit, & ad imitandum difficile. Ferunt enim eam, ab ipsa conversione sua ad extremum vitæ cursum, diebus singulis, exceptis Dominicis celeberrimisque feriis, strenue jejunasse. Non ad crapulam usque & ebrietatem varia ferculorum genera, ut plerisque moris est, sed panem tantum & aquam, nec ad saturitatem sibi præparavisse legimus. Siquando vero, quod perraro (ut dixi) nec nisi Dominica, ac solenni feria contingebat, jejunium intermisisset, oleribus paucis, modico etiam lecythi oleo contenta, nihil præter panem & aquam cupiebat.

EX MSS. *eque in finem sanctissimæ vitæ transiit.*

Insignis manus latronum qui chlamydem abstulerant.

16 Verum, ut reliquum vitæ ejus paucis absolvam, unum memoratu dignum, quod ei ad sanctorum Apostolorum intra urbem nostram limina proficiscenti, die quadam evenisse tradunt, breviter enarrandum censui. Ferunt inter ambulandum latrones ei chlamydem ab humeris detraxisse. Cumque illam eductis gladiis in partes dividerent, e E vestigio, arefactis illorum manibus, post tergum abeuntis cucurrisse, salutemque, & veniam, restituta chlamyde supplicasse. Quibus illa cum nimium compateretur, oratione facta, & salutem obtinuit, & injuriam quam libentissime remisit. Nunc si pauca de ejus obitu, & sepultura subjicio, finem habebit historia.

In extrema morbo salutis revelata.

17 Hæc itaque, cum filiam Deus e terris revocare vellet ad superos, cœpit vi febrium graviter ægrotare. Interea de cælo demissus angelus, & Christi famulam allocutus: Esto, inquit, ad sponsi tui imperium præparata Tuscana, e perituro sæculo ad æternam gloriam propediem transitura. Ad hanc illa vocem tota in sponsi sui laude effusa, postaquam de angelica visitatione & allocutione multas Deo gratias egisset, ne vel sibi semel indulsisset, paulo post morituræ, super humum corpusculum, tum jejuniis multis, tum quotidianis febribus adustum consumptumque locavit. Cumque Physici suis illam medicinis curare vellent, & ei in primis vinum plurimum commendarent, cum vel maxime, si aquam biberet, hydropem facile posset incurrere: renuere illa, ac detestari cœpit, medicorum consilium ignominiosum prorsus, ac nefarium esse dicens, si F quod antea non fecisset incolumis, nunc & vinum, & medicinas acciperet moritura.

vinum omnino respuit,

18 Ferunt etiam, ecclesiæ illius sacerdotem Tuscanam decipere voluisse. Cum enim ab eo mixtum alio liquore vinum nescia illa suscepisset, statim cognovit insidias, & poculum reddidit. Tum sacerdos victus erubuit, egressusque, ut aliud ad fallendum iterum eam poculum præpararet, ad primum ejus ingressum cum ab ea, cur exisset peteretur; ad sua respondit negotia. Ad quem illa; Non ita, inquit, non ita Domine mi: sed ut vinum rursus ebiberem.

& via publica sepeliri cupit,

19 Interea cum Tuscana, frigescente jam corpore, mortem vicinam non dubitaret, conversa ad presbyterum & ad ceteros, qui adstabant; Ut primum, inquit, spiritum emisero; non mihi alium locum deligite, sed cadaver ipsum ante Hierosolymitanum hospitium ipso in itinere, qua & plaustra, &

AUCT. CÆLSO MAPHÆO. quadrigæ tranſeunt, ſepelite. Cumque omnes haud ſecus, atque juſſerat, ſe facturos promiſiſſent; elevatis illa ſurſum oculis, pſallere cœpit, ut poterat, dicens; Domine, dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ: atque item, Elegi abjecta eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Cum vero ſæpius hos verſus repeteret, non abſque aliqua circumadſtantium admiratione, quod noviſſent multa ægrotantem verba non protuliſſe, interrogata ab his, cur vel paululum non deſiſteret: & illa nihil omnino vel moleſtum, vel grave, ſed omnia tranquilla ſibi eſſe fateretur: repente facto deſuper ſonitu, vocem audivit hujuſmodi, Veni famula Chriſti Tuſcana; accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum. Ad hanc illa vocem, clauſis oculis, quaſi terrena deſpiciens, cælos, emiſſo ſpiritu, a Deo coronanda penetravit.

B *Felicissimus obitus, ſepultura & translatio.*

20 Tum ab his, quos ipſa rogaverat, corpus ejus curatum, & ſepulturæ, ut juſſerat, traditum eſt. Ibi crebra die noctuque ſigna monſtrata ſunt: cantica quoque, ac luminaria & viſa, & audita perſæpius. Sed ne diu quidem ſepulturam illam, quam D ſanctis reliquiis minus congruere videbatur, Veronenſis Epiſcopus paſſus eſt. Is enim cum a fide dignis, tum vel potiſſimum a ſuis clericis certior factus de omnibus, corpus ſanctiſſimum e publico itinere in Hieroſolymitanam eccleſiam tranſtulit: inque præparatum ibi monumentum cum magna populorum frequentia, & celebri clericorum officio pridie Idus Julias propriis manibus collocavit. Quod ante hoc quinquennium ſub Hermolao Veneto, epiſcopo Veronenſi, reſerato ſepulcro, & viſum fuiſſe, & antiqua miracula renovaſſe, ii, qui affuere, tradiderunt.

Plura ſcripturis vocem.

21 Hæc ſunt, Tuſcana beatiſſima, quæ in ſummum, ac præcipuum ſignorum tuorum, & virtutum decus, præconiumque perſtrinxi. Quamobrem, ſi quid abs te pro labore ſperandum erit præmii, adſis interim ſupplici tuo, & quamquam minus faciat tuis laudibus ſatis: ſerva precor opuſculum E tuum: malui enim pauca & vera de te quam multa & falſa referre; tametſi e paucis, ſed magis lector poſſit & multa, miranda colligere. Decima Kalend. Auguſti anno Domini MCCCCLXXIV.

De S. Laeto Puero M. &c. Vide Append. tom. 7. Julii pag. 865.

INDEX HISTORICUS

IN TERTIUM TOMUM JULII.

A

† ABel *epiſcopus Remenſis in catalogo epiſcoporum iſtius eccleſiæ eſt miſſus* 216 e f

Ablebertus *ſeu* Erembertus *Cameracenſis epiſcopus fuit filius S. Amalbergæ* 65 b d 66 b

Acerbus (Æmilius) *in carmine compoſuit* C *panegyrim S. Joannis Gualberti* 321 a

Addo *præpoſitus monaſterii Trajectenſis* 704 e

Adela *gente Flandra fuit uxor S. Canuti* 132 a b, *fuit Roberti Friſonis filia, & B. Caroli Boni mater* 133 f. *Mariti ſui Reliquias Gandavum transferre nititur* 141 a b. *Rogerio Apuliæ duci munera mittit ad ſepulcrum prioris ſui mariti* 142 c

Adelboldus *epiſcopus Ultrajectinus ſcripſit vitam S. Henrici Imperatoris* 712 a, 723 f, 724 a b

Adelbertus *abbas Mediolanenſis tranſtulit corpus S. Hildulfi* 220 a b c d

Adimari (Thadæus) *abbas Marradenſis Vitam S. Joannis Gualberti Italice edidit* 315 e

Adolfus *Merſeburgenſis epiſcopus* 721 e

Adrianus IV *Pontifex varia conceſſit eccleſiæ Faventi ad honorem S. Paterniani epiſcopi* 301 f

Adrianus *epiſcopus Bononienſis* 302 c

Ægidius *Aureæ Vallis monachus memoriæ prodidit res geſtas epiſcoporum Laudunenſium* 287 b c

Ælnothus *ſacerdos Anglus ſcripſit Vitam S. Canuti regis Daniæ* 123 c. *Proximus fuit ætati ſancti Martyris* 123 d e

Æſinus (Creſcentius) *Miniſter Generalis Ordinis S. Franciſci* 849 a, 850 f

Africanus *conſul Romanus* 636 f, 637 a b

Africanus *antiquus chronographus* 646 f

Agatho *Pontifex anno* 680 *celebravit concilium Romanum* 205 a

Agilolfus *Longobardorum rex conceſſit Sancto* F *Columbano locum ad ædificandum monaſterium* 238 f

Agnes *uxor Henrici Nigri Imperatoris multum in virtute profecit ex converſatione S. Udalrici* 256 b c

† Agobardus *epiſcopus Lugdunenſis laudat S. Viventiolum* 304 f, 305 a

Agricola (Joannes) S. J. *narrat inventionem S. Juvenalis & aliorum in eccleſia Herefeldenſi* 485 e &c.

Alamannus *archipreſbyter Lucenſis* 262 e

Albertus *diſcipulus S. Joannis Gualberti* 345 f, 347 b c

Albertus *Pius Bavariæ Dux petiit, ut monaſteria ſua ditionis ad normam cœnobii Wiltinenſis reformarentur* 464 a

Albertus Bavarus, *Comes Hannoniæ* 660 a

† Aldegundis *filia S. Baſini martyris* 700 f, 701 f

† Aldegundis *fuit prima abbatiſſa cœnobii Malbodienſis* 672 a

† Aldetrudis *fuit ſecunda abbatiſſa monaſterii Malbodienſis* 672 a

Alegambe (Philippus) S. J. *Romæ miſit ad nos Vitam S. Petri abbatis* 212 e

Ales (Alexander De) *primus magiſter S. Bonaven-*

Digitized by Google

ventura in aliis disciplinis 814 b, 841 d, 846 c, *Obiit anno* 1245 816 d

Alexandria vel Alexandra *mulier cæca a S. Hermagora illuminatur, quæ postea ad fidem conversa corpus ejus sepelit.* 255 c d

Alexander II *Pontifex fertur corpus S. Sidronii detulisse Athelæ vel Adelæ comitissæ Flandriæ* 181 a b

Alexander III *Papa varia dedit ecclesiæ Famensi propter S. Paternianum episcopum* 301 f

Alexander IV *Pontifex Ordinem Vallumbrosanum laudat* 320 c

Alexius *abbas Wilhelmensis* 464 c

† Alferius *fundator monasterii Cavensis* 458 b f

Allatius (Leo) *scripsit Diatribam de Simeonum scriptis* 637 f

Alliot (Hyacinthus) *abbas Medianensis monasterii cœpit examinare difficultates in Actis S. Hilduifi occurrentes* 206 d e

Alteriis (Joannes Baptista De) *episcopus Camerinensis* 722 c

Altfridus *scripsit vitam S. Ludgeri* 703 a

Altovita (Franciscus) *abbas generalis congregationis Vallumbrosanæ* 384 b, 385 a, 439 c f

† Amandus *Trajectensis episcopus* 699 b

† Amarandi M. *tumulus, apud quem S. Eugenius* 493 c

† Amator *episcopus Antissiodorensis dicitur fuisse magister S. Sabini* 189 f

Anastasius Imp. *Davum vicum Persidis in urbem evehit* 310 f

Andreas *episcopus Florentinus* 336 a

Andreas Januensis *monachus Benedictinus collegit res gestas S. Joannis Gualberti* 315 c. *Confunditur a Mabillonio cum B. Andrea abbate Strumensi* 315 c d

B. Andreas *abbas Strumensis posteritati reliquit res gestas S. Joannis Gualberti magistri sui* 315 b, *scripsit etiam vitam S. Arialdi martyris* 327 b c

Andreas *monachus Vallumbrosanus institutum illud primus in Gallias induxit* 321 d e f

Angeletus (Andreas) *collegit res gestas S. Canuti regis Daniæ & martyris* 125 a

Anna *Alexii Comneni filia conscripsit Historiam* 651 f

Annatus (Franciscus) S. J. *regis Franciæ Confessarius, impetrat Acta S. Stephani Sabaitæ describenda* 528 f

Anolinus *comes fertur martyrio affecisse S. Paulinum episcopum Lucensem cum sociis* 270 f, 271 a b. *Dicitur idem SS. Nazarium & Celsum atque Gervasium & Protasium martyrii laurea coronasse* 271 b

Ansbertus *episcopus Rothomagensis* 661 d, 667 d

Anselmus *episcopus Havelbergensis Congregationem Vallumbrosanam laudat* 320 f

Ansfeldus *episcopus Ultrajectensis* 724 a

Anthin (Anna D') *abbatissa Messeliacensi monasterio præerat anno* 1640 182 a

† Antoninus *archiepiscopus Florentinus tradidit compendium Vitæ S. Joannis Gualberti* 315 d. *Scripsit etiam aliqua de sancta Sara Scotensi* 484 e

Antonius (Nicolaus) *erudita quædam Mss. post mortem reliquit* 630 c

Apollinaris *Valentinensis præsul fuit amicus S. Viventioli* 304 d

Arcadius *quidam princeps dicitur ædificasse ecclesiam in honorem S. Menulfi* 307 f

Aresius (Paulus) *episcopus Dertonensis habuit concionem in translatione variarum Reliquiarum*

ad domum Professam Societatis Jesu Genuæ 248 f

Aretinus (Leonardus) *obiit anno* 1443 848 a d.

Arnpekhius (Vitus) *scripsit chronicon Bojoariorum* 724 a

Arnulphus *episcopus Halberstetensis* 747 c

Aschausen (Joannes Godefridus ab) *episcopus Bambergensis singulares a S. Henrico Imperatore favores* 778, 779, 780

Asculanus (Hieronymus) *Franciscanus in Græciam missus, postea fit summus pontifex sub nomine Nicolai III* 855 d

† Asterius *episcopus Amasiæ scripsit Acta S. Phocæ hortulani* 631 d e, 632 a e. *Laudat Homeroëissam Evangeliorum* 273 d e

Athela *uxor Balduini Pii comitis Flandriæ construxit Messeniaci collegium duodecim sacerdotum, & parthenonem triginta monialium* 180 c e f

Athelmus *episcopus Schiroburnensis carmine & prosa texuit elogium SS. Rufinæ & Secundæ* 29 b

Athicus *Alsatiæ dux, cui successit Adalbertus* 212 f

Athulphus *nobilis Aquilejensis a lepra sanatus* 252 a

Atto *episcopus Florentinus dicitur Ubertum monachum sanctitate ad summum abbatiale promovisse* 318 b c

B. Atto *abbas Vallumbrosanus, ac dein episcopus Pistoriensis conscripsit vitam S. Joannis Gualberti* 315 c, 424 d e

† Authertus *Cameracensis episcopus* 661 f

† Avitus *episcopus Viennensis S. Viventiolo augustus est episcopatum Lugdunensem* 304 e

B

BAgata (Raphael) *scripsit vitam B. Tuscanæ viduæ* 861 b

Balbinus (Bohuslaus) S. J. *varia collegit de B. Rhosnata* 799 c

Baldericus *Tornacensis & Noviomensis episcopus dicit, S. Hettonem fuisse natione Scotum* 48 c

Baldini (Theodorus) *abbas generalis Ordinis Vallumbrosani* 453 f, 455 d, 457 d

Balduinus *Flandriæ comes a S. Henrico oppugnatur* 734 f

Balduinus *sextus Hannoniæ Comes* 664 e

Balduinus Pius *comes Flandriæ refertur a Meyero in Annalibus Flandriæ* 180 c

Balduinus Ferreus *Flandriæ Comes corpus S. Amalbergæ virginis Tempsecæ ad monasterium Blandiniense transferri curavit* 75 c e, 81 a

Balsamon (Theodorus) *scriptor Græcus* 566 b

Bandurus (Anselmus) *scripsit de Antiquitatibus Constantinopolitanis* 634 a

Barenriedt (Gebhardus) S. J. *accepit reliquias S. Juventini* 486 e

Barlassina (Gabriel De) *Provincialis ex ordine Minoritarum Mediolani antiquos versus inscripti curavit* 288 f, 289 a b c

Baronius (Cæsar) *Cardinalis laudat in suis Annalibus labores Apostolicos S. Joannis episcopi Bergomensis* 201 e

† Basilius *meminit de constantia civitatis Nicopolitanæ adversus Arianos* 351 f

Basilius *episcopus Tiberiadis* 554 a

Basilius Macedo *construxit monasterium in honorem S. Phocæ* 634 a

Basinus *episcopus Trevirensis* 217 b

Bayono (Joannes a) *scripsit historiam Mediolanensis monasterii* 209 a d

Beatis *vocatur mater S. Sidronii in ejus Actis* 182 c

Beatillus (Antonius) S. J. *varia monumenta misit ad Acta Sanctorum illustranda* 654 a

Beatrix *Comitiſſa in Italia* 350 f, 351 f
Bego *quaſdam terras S. Hildulfo tribuit* 223 d
Bela *Rex Hungariæ* 849 c
Belhommeus (Humbertus) *abbas Mediani monaſterii in Veſago illuſtravit Acta S. Hildulfi* 205 b, 206
Bellarminus (Robertus) *S. R. E. Cardinalis in ſuis litteris prædicat virtutes Joannis Godefridi ab Aſchauſen epiſcopi Bambergenſis* 779 e, f 780 a b c
Bellovacenſis (Vincentius) *de S. Sara abb.* 484 c
Benedictus *antipapa Sutrii eſt depoſitus* 312 c d
Benedictus VIII *Pontifex S. Henricum & S. Cunegundem Romæ Cæſareo diademate inauguravit* 730 e. *Duplici diplomate confirmat privilegia eccleſiæ Bambergenſi conceſſa* 769 b c, 770 d e f, 771 a b c &c.
Benedictus *Papa dedit S. Meinwerco Reliquias quaſdam filiorum S. Felicitatis* 8 d
Benedictus IX *Papa ſcripſit epiſtolam ad abbatem Mintatenſis monaſterii* 319 a
Benedictus XI Papa *confirmavit Ordinem Servorum B. Mariæ* 470 b
Benedictus *S. Canuti frater pedibus raptatus a ſeditioſis trucidatur* 140 c
Benedictus *abbas Vallumbroſanus* 390 b f
Benignus *fuit germanus frater & diſcipulus S. Hildulfi.* 223 a b
Benignus Cæſenas *eremita Cellarum Etruſco ſermone conſcripſit geſta S. Joannis Gualberti* 315 c
Benignus *abbas Vallumbroſanus* 383 e, 384 f
† Benitius (Philippus) *multum juvit ad inſtituendum Ordinem Servorum S. Mariæ* 470 a
Benno *Dux Saxonum* 747 c
Bergis (Guilielmus De) *archiepiſcopus Cameracenſis* 665 c
Bergomas (Philippus Jacobus) *hiſtoricus* 286 a
Berizo *diſcipulus S. Joannis Gualberti miro modo moritur* 350 c, 351 f
† Bernardus Ubertus *monachus Vallumbroſanus, ac dein epiſcopus Parmenſis S. R. E. Cardinalis* 311 c
Bernardus *Dux Saxoniæ* 742 c
Bernardus *fuit pater S. Udalrici* 155 c
Bertefridus *epiſcopus Ambianenſis concedit libertatem eccleſiæ Corbejenſi* 181 f
Bertholdus *presbyter eccleſiæ Conſtantienſis & ſcriptor* 328 e f
Beuf (Joannes Le) *canonicus Antiſſiodorenſis* 189 a
Bibena (Cherubinus De) *Minorita habuit concionem in translatione Crucifixi miraculoſi, quâ S. Joanni Gualberto caput inclinavit* 457 d
Bidermannus (Ernestus) S. J. *miſit ad nos Mſ. epitomem martyrii B. Andreæ pueri* 462 c
Blacco *a Saxone Grammatico vocatur proditor S. Canuti* 139 f 146 f
Blademarius *a S. Henrico accipit ducatum Bohemiæ* 748 a
Blois (Lodovicus De) *abbas Latienſis Reliquias S. Ettonis ornavit* 57 b
Boecop (Arnoldus a) S. J. *varia ſcripſit ad Roſweydum de Sanctis Clivia* 689 c
Boleslaus *varia commiſit ſcelera* 753 c. *A S. Henrico punitur* 754 a b
Bombaci (Gaſpar) *ſcripſit de viris illuſtribus Bononienſibus* 302 c
Bonettus (Claudius) *canonicus Sonegienſis miſit ad Bollandum miracula S. Vincentii* 667 f
Bongis (Robertus De) *epiſcopus Bergomenſis tranſtulit inter alia corpus S. Joannis martyris* 204 b c
Bonifacius IX *inſtituit epiſcopatum Caverſem* 460 a. *Canonizavit S. Brigittam* 858 b
Bonifacius *Feracianenſis epiſc. in Byzacena* 492 c
Bonifacius *Gazaenſis epiſc. in Byzacena* 492 c
† Bonifacius *martyr ex Thebæa legione quieſcit in eccleſia Mediolanenſi* 219 c
Bonizo *epiſcopus Sutrinus, ac poſtea Placentinus opus quoddam S. Joanni Gualberto dedicavit* 320 d
Boonen (Jacobus) *archiepiſcopus Mechlinienſis* 707 b
Borghius (Alamannus) *abbas S. Pancratii Ordinis Vallumbroſani* 455 d
Boſco (Joannes a) *ſcripſit de Antiquitatibus Viennenſibus* 633 d
Boſſchaert (Willibrordus) *ſcripſit librum de Apoſtolis Friſiæ* 88 a
Boſſius (Donatus) *ſcripſit inter alia tractatum de epiſcopis Mediolanenſibus* 285 c e f
Botildis *uxor Erici Boni regis Daniæ* 123 d
Boſius (Jacobus) *edidit imagines Sanctorum Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani* 861 b
Brautius (Nicolaus) *epiſcopus Sarzanæ edidit Martyrologium poeticum* 633 e
Breſſius (Mauritius) *habuit orationem de S. Bonaventura* 823 e
Browerus (Chriſtophorus) *cenſet, S. Hildulfum genere Noricum ſeu Boiem fuiſſe* 216 e
Bruleferus (Stephanus) *ex ordine S. Francisci* 857 d
Bruno *archiepiſcopus Colonienſis* 661 e, 664 a
Bruno *epiſcopus Auguſtanus & S. Henrici frater* 750 b, 760 a, *poſt rebellionem in gratiam recipitur* 751 d. *Ab evertendo epiſcopatu Bambergenſi deterretur* 764 c d
Bruno *epiſcopus Brixienſis* 466 d f
Bruno *Tullenſis epiſcopus factus eſt Papa, & dictus Leo IX* 2100
Burchardus *Baſileenſis epiſcopus S. Udalrico monaſterium in ſua dioceſi ædificare permittit* 164 e f
Burchardus *Lauſanenſis epiſcopus a S. Udalrico fruſtra monetur, ut ad meliorem frugem redeat* 163 c d

C

Cælestinus III *Papa S. Joannem Gualbertum ſolenniter in Sanctorum catalogum retulit* 336 f, 338 a b c &c. *Feſtum ejus celebrari jubet* 339 c d
Cæſarius *abbas Prumienſis* 308 f, 309 a
Cajetanus (Joannes) *Diaconus Cardinalis, protector Ordinis S. Franciſci* 849 f, 850 a. *Factus eſt poſtea ſummus Pontifex ſub nomine Nicolai III* 850 a
Chalcus (Triſtanus) *Hiſtoricus Mediolanenſis* 285 b f
Caleca (Emmanuel) *Graecus perperam a Geleſio dicitur interfuiſſe concilio Lugdunenſi* 857 c
Calliſtus II *epiſcopatum Silvæ Candidæ univit Portuenſi* 29 c
Calliſtus III *canonizavit S. Oſmundum* 858 b
Calmet (Auguſtinus) *monachus Benedictinus, & S. Scripturæ interpres* 206 c
Calo (Petrus) *Dominicanus ſcripſit translationem S. Hermagoræ* 251 d, 255 f
Calzelavi (Valentinus) *monachus Vallumbroſanus conſcripſit Acta translationis miraculoſi Crucifixi, qui S. Joanni Gualberto caput inclinavit* 458 a

Digitized by Google

Cammerlander (Simon) *abbas Wilthinenſis* 465 d
Campionius (Anſelmus) *abbas abbatiæ Florentinæ in congregatione Ceſſenæ* 455 d
Canus (Melchior) *in Ordine S. Dominici ſcripſit librum de Locis theologicis* 638 c d
Caraffa (Carolus) *epiſcopus Averſanus, & nuntius apoſtolicus laudat Joannem Godefridum ab Aſchauſen epiſcopum Bambergenſem* 782 b c
Cariophilus (Joannes Matthæus) *archiepiſcopus Iconienſis epigramma compoſuit in honorem S. Petri Igneï* 312 a b
† Carolus Borromæus *anno* 1571 *dicitur Mediolani invenïſſe corpora SS. Martyrum Nabori & Felicis* 288 c d
Carolus Calvus *Tempſecam monachis Blandinienſibus dedit* 811 d e
Carolus III *Imperator dedit diploma in favorem eccleſiæ Bergomenſis* 201 d
Carolus IV *Imperator Lucenſes in priſtinam libertatem aſſerit* 263 f
Carolus Calvus *ab Aſperto Mediolanenſi archiepiſcopo diademate fuit redimitus* 336 d
Carolus Leopoldus dux Lotharingiæ 468 d
Carolus Martellus *potuit tempore S. Amalbergæ virginis vixiſſe* 87 c
Carolus a Baſilica Petri *Novarienſis epiſcopus ſcripſit hiſtoriam brevem eccleſiæ Mediolanenſis* 286 c, 288 a
Caſari (Joannes Aurelius) *monachus Vallumbroſanus e tenebris eruit Vitam S. Joannis Gualberti a B. Andrea ſcriptam* 315 b, *varia alia monumenta ſuppeditavit de eodem Sanctо* 316 a
Caſtro (Maximus De) *abbas Marradenſis Ordinis Vallumbroſani* 455 c
Calvacantis (Idebrandinus De) *Prior Fratrum Prædicatorum* 262 c
Cavreolus (Elias) *ſcripſit hiſtoriam Brixienſem* 632 f
Chamillart (Stephanus) S. J. *miſit ad nos monumenta Abbatiæ Savigniacenſis, & Vitam S. Vitalis* 176 a
Cherubinus (Laertius) *collegit quædam Romanorum Pontificum bullas* 320 b
Childericus II. *rex Franciæ abbati S. Gregorii in Alſatia quædam ad fiſcum pertinentia conceſſit* 211 f, 212 a b
Childulfus *epiſcopus Metenſis* 217 f
Chorier (Nicolaus) *ſcripſit de Antiquitatibus Viennenſibus* 633 e
Chriſtianus *dicitur fuiſſe pater S. Amalbergæ virginis* 91 c
Chriſtophorus *monachus mortem ſibi a S. Stephano Sabaïta prædicti audit, ſed non niſi ſerius intelligit* 537, 538
† Chunegundis *uxor S. Henrici I. Imperatoris* 332 f
Ciacconius (Alphonſus) *ſcripſit hiſtoriam Pontificum & Cardinalium* 333 e
Ciſani (Joannes Baptiſta) *compoſuit hymnum de S. Tuſcana* 862 c
Clemens II *Papa confirmat privilegia & immunitates eccleſiæ Bambergenſis* 771 f, 772 a b c *&c.*
Clemens IV *Pontifex multum detulit doctrinæ & ſanctitati S. Bonaventuræ* 814 e, 818 d, *quando obierit* 819 a
Clemens VIII *Papa juſſit S. Petrum Igneum depingi* 312 a. *Decrevit, ut de S. Joanne Gualberto fieret commemoratio in Breviario Romano* 341 a. *Dicitur Romæ viſitaſſe Reliquias S. Phocæ* 634 e
Clemens X. *Pontifex permiſit recitari Officium*

proprium de S. Joanne Gualberto 342 a. *Conceſſit indulgentias in translatione Crucifixi miraculoſi, qui S. Joanni Gualberto caput inclinavit* 457 c
Clodoveus *rex Francorum a S. Remigio baptizatus* 59 f
Clotarius Magnus *rex Francorum, pater Dagoberti* 59 f
Cluverius (Philippus) *geographus ſcripſit tractatum ſingularem de Vindelicia & Norico* 210 b
Coccius (Judocus) *affert diploma Theoderici regis in favorem Benedicti abbatis monaſterii Honaugenſis* 212 e
Codinus (Gregorius) *Curopalates ſcripſit de ritibus Græcis* 578 a
Cointius (Carolus) *auctor Annalium Francorum refutatur* 226 b c & ſeqq.
† Columbanus *habuit S. Sigisbertum diſcipulum* 238 c f, 239 a
Colvenerius (Georgius) *intricatam S. Liberti epocam evadere conatur* 708 e f, 709 a
Conradus *Imperator favit naſcenti Ordini Vallumbroſano* 320 b
Coppa (Theophilus) *abbas Suſanæ Ordinis Vallumbroſani* 455 c
† Corentinus *epiſcopus Conſopitenſis* 306 a d e
Corius (Bernardinus) *ſcriptor Mediolanenſis* 285 e
Corſellinus (Tiberius) *quædam S. Joannis Gualberti Reliquias Romam detulit* 342 a
Corte (Hieronimus Della) *ſcripſit Italice hiſtoriam Veronenſem* 861 b
Cotovicus (Joannes) *auctor Itinerarii Hieroſolymitani* 456 f
Croiſetus (Joannes) S. J. *nuper Lugduni edidit Gallice exercitia pietatis* 331 f
Crombachius (Hermannus) S. J. *aſſerit corpora SS. Naboris & Felicis Coloniæ quieſcere* 285 b
Croy (Robertus De) *epiſcopus Cameracenſis accipit a Paulo IV Pontifice litteras, quibus permittitur translatio corporis S. Etonis* 55 a b & ſeqq.
Cumbertus *epiſcopus Colonienſis* 696 e, 697 d
Cunichildis *uxor Henrici regis* 332 e f. *Fuit filia regis Daniæ* 333 a, 350 a
Cuperus (Martinus) *epiſcopus Chalcedonenſis & ſuffraganeus Cameracenſis* 56 d
Cuſanus *Cardinalis ex ordine S. Dominici* 463 f

D

DAgilæ matronæ *inſignis pro fide triumphus* 504 f
Dagninus (Petrus) *Prior Camaldulenſis* 334 b
Dagobertus *rex Francorum* 306 d, 307 b
Dagobertus *epiſcopus Bituricenſis* 306 b
Daniel (Gabriel) S. J. *Hiſtoricus Galliæ* 709 c
Dauvin (Joannes) *epiſcopus Namurcenſis* 693 a
Dempſterus (Thomas) *ſcripſit Menologium Scoticum* 198 c
† Deodatus *fuit S. Hilduiſo coævus* 214 c
Dernbach (Petrus Philippus a) *epiſcopus Bambergenſis* 722 a
Deſiderius *Longobardorum rex dicitur Benevento Brixiam tranſtuliſſe aliquas Reliquias filiorum S. Felicitatis* 8 c
Dionigi (Franciſcus) *Italice conſcripſit res geſtas S. Paterniani* 296 f, 301 a
† Dionyſia & Majolici filii *glorioſum certamen* 503
Ditmarus *meminit de rebus geſtis S. Henrici Imperatoris* 714 f, 715 a, *Quo anno obierit* 742 b

Digitized by Google

Divrus (Petrus) *texuit miram S. Amalbergæ genealogiam* 63 e f. *Scripsit de rebus Brabanticis* 691 c
Dominicus *abbas S. Salvii a simoniacis male tractatur* 357 e f
Dompnena *monasterium in Tanets insula ædificat* 513 c
Drogo *Ternacensis episcopus ecclesiæ Messeniacensi dat immunitatem* 181 f
Ducæus (Franco) S. J. *edidit opera S. Chrysostomi* 633 e f

E

EBerhardus *archiepiscopus Saltzburgensis* 716 e, 717 b
Eberardus Bavarus *episcopus Bambergensis* 715 e
Ebroinus *episcopus Tullensis* 217 f
Edburga *S. Mildredam, cui successerat, sepelivit curat* 520
Eduardus rex *bonis Minstrei Anglians terretur a S. Mildreda* 523
Egbertus *vendidit partem dimidium fratrum Dompnenæ, cedendo fundum monasterio in Tanets insula* 513 c
Egilbertus Bambergensis *Episcopus promovit canonizationem S. Henrici imperatoris* 715 e f
Egilo *abbas Prumiensis* 308 c
Elias Patriarcha Hierosolymitanus *quando vixerit* 530 a
Elstanus abb. S. Augustini Cantuariæ *a Knuto bona Minstrei obtinet, atque una S. Mildredæ corpus* 520
Eppenauer (Joannes Franciscus Xaverius) *archivarius Bambergensis* 718 a
Erardus *frater S. Hildulfi construxit ecclesiam in honorem sancti Apri confessoris* 224 a 225 a
Ericus *Olavo in regno Daniæ succedit* 141 d *petit a Romano Pontifice canonizationem sui fratris Canuti.* 141 f
Ericus *cognomento Bonus rex Daniæ obiit in insula Cypro* 123 d
† Eskillus *episcopus prædicans fidem Christianam a Suecis martyrio coronatus est* 129 c
Ethelbertus rex *multam habuit Sanctorum progeniem* 515 e
Eugenia *abbatissa fuit neptis B. Othiliæ* 212 f, 213 a
Eugenius III *Pontifex Henricum Imperatorem catalogo Sanctorum adscripsit* 716 b c
Eugenius IV. *Papa Petrum De Monte Brixiensem epiſcopum creavit, & in Galliam delegavit* 192 c
† Eulogius *scripsit Memoriale de Martyribus Cordubensibus tempore Maurorum* 240 c f
Eusebius *in Historia ecclesiastica describit statuam ab Hæmorrhoissa Evangelica Christo erectam* 274 d e
Eusebius *episcopus Mediolanensis* 652 f
Eustachius *episcopus Lyddæ* 585 f
† Eustorgius *dicitur corpora trium SS. Magorum Mediolanum adduxisse* 285 c, 286 b
Eustratius *S. Stephani Sabaitæ discipulus* 529 e
Eyl (Jacobus Van) S. J. *Rector collegii Lovaniensis* 694 a
Eyselin (Joannes) S. J. *habuit concionem in honorem B. Andreæ pueri a Judæis interfecti* 467 f
Eva *appellatur mater S. Amalbergæ virginis* 91 c

F

FAbius (Bernardinus) *Phavensis antistes* 653 a
Farabertus *abbas Prumiensis* 309 b f
Fausti *celebris basilica* 499 f
Fayous (Bernardinus) *scripsit Martyrologium Brixianum* 245 e
Ferdinandus Rex *Siciliæ petit canonizationem S. Bonaventuræ* 830 a, 831 f
Ferrarius (Philippus) *hallucinatur in assignando situ oppidi Latiensis* 48 b. *Alius ejusdem error* 282 b c
Fidantius (Joannes) *pater S. Bonaventuræ* 841 e
Fides (Josephus de) *disposuit Officia Basilicæ Vaticanæ* 841 a
Fitzimon (Henricus) *texuit Catalogum sanctorum Hibernorum* 199 d
Flamma (Galvanus) *scriptor Mediolanensis* 285 b
Flemingus (Patricius) *composuit commentarium S. Columbani* 238 a
Floravantes (Felix) *abbas Pisaurii Ordinis Vallumbrosani* 455 c
Florentinius (Marius) *edidit Origines Hetruscæ pietatis, quod est posthumum parentis sui opus* 258 c d
Fornerus (Fredericus) *suffraganeus Bambergensis narrat singulares favores, intercessione S. Henrici ducibus episcopis præstitos* 776 a b
Forolivienſis (Aurelius) *facellum S. Joannis Gualberti elegantèr exornavit* 341 b
Fortunius (Augustinus) *scripsit historiam Camaldulensem* 334 f
Fortunatus *hæreticus* 256 b
Fortunatus *episcopus Pictavienſis scripsit Vitam S. Martini* 250 a
Fortunatus *abbas Mediacensis monasterii administrationem suscepit a Carolo Magno* 215 c e
Franchius (Didacus) *copiosè scripsit gesta S. Joannis Gualberti* 315 e
Franciottus (Cæsar) *scriptor Italus* 260 a
B. Franciscus Fabbrianensis *composuit vitam Leonianam in funere S. Bonaventuræ* 819 e
Franciscus *Bambergensis & Herbipolensis episcopus* 722 b c
Fredericus *Imperator expugnavit Mediolanum* 284 e, 285 a
Fredericus II *Imperator, ecclesiæ hostis declaratur* 842 b
Fredericus *Rex Romanorum petit S. Bonaventuræ Canonizationem* 830 a, 831 e
Fremant (Benignus) *Belgice collegit & illustravit Vitas sanctorum Ordinis S. Francisci* 172 f, 123 b
† Frigdianus *Lucæ in Tuscia habet ecclesiam sibi dedicatam* 264 f
Frisildis *abbatissa Messeniacensis obiit anno* 1075 182 a
Frotcrius *Pictavienſis episcopus transtulit corpus S. Cypriani* 192 d

G

GAbriel *Eystettensis episcopus* 721 c d
Galesinius (Petrus) *scripsit Vitam S. Bonaventuræ* 822 a. *Varios in ea committit parachronismos* 848 c d
Galettus (N) *ecclesiæ Pavensis canonicus alliqua suppeditavit monumenta, quæ spectant ad S. Paternianum* 301 c
Galiardus (Paulus) *elegantissimis typis nuper edidit opera S. Gaudentii* 653 d
Gamans (Joannes) S. J. *multa monumenta suppeditavit ad illustranda Acta Sanctorum* 289 e
Gandavensis (Henricus) *laudat doctrinam S. Bonaventuræ* 839 b
Gansman (Henricus) *canonicus Trunchinensis ex Ordine Præmonstratensi* 700 b
Garibaldus *Dux Bojoariorum* 210 d, 213 c
Gazetus (Guilielmus) *scripsit Historiam ecclesiæ*

cleſiaſticam Belgii 172 e
Gebehaldus *vel* Gebhardus *Conſtantienſis epiſcopus* 268 d, 269 b
Geiſterus (Georgius) *abbas Villinganus miſit Mabillonio Vitam S. Udalrici* 154. b. *Eamdem tranſmiſit ad P. Papebrochium* 154 a
Gelaſius I Papa *laudat S. Eugenium Cartag.* 488 c
Gelaſius (Ægidius) *in ſua Colonia ſupplice meminit de SS. Nabore & Felice* 284 a. *Idem compoſuit opus de magnitudine Coloniæ Agrippinenſis* 284 b
Gentius (Antonius) *ſcriptor variorum Legendarum in Rubea Valle* 696 a
Geraldus *Oſtienſis epiſcopus* 158 e f. *Perperam confunditur cum Girardo Engoliſmenſi epiſcopo* 159 a
Geraldus de Abbatis Villa *mordax Mendicantium oppugnator* 819 a
Gerardus *epiſcopus Florentinus, poſtea electus Pontifex ſub nomine Nicolai II.* 319 b
Gerardus *epiſcopus Lucenſis* 336 c
† Gerardus *abbas plurium cœnobiorum* 666 a
Gerardus *monachus Vallumbroſanus, cujus eccultum precatum S. Joannes Gualbertus cognoſcit* 354 e f
† Germanus *epiſcopus Autiſſiodorenſis fuit magiſter S. Sabini* 189 e f, 197 c
Gerſo (Joannes) *laudat doctrinam S. Bonaventuræ* 814 b c, 839 b, 850 d e
† Gertrudis *velata eſt a S. Autberto* 65 c
Gianfigliazzis (Bernardus De) *abbas Vallumbroſanus* 384 c, 485 a, 387 b
Giffard (Walterus) *epiſcopus Eboracenſis* 818 e
Gillemannus (Joannes) *canonicus Regularis Rubeæ Vallis auctor variorum Legendarum* 696 a
Girila *Ariamus pſeudo-epiſcopus* 497 d
Giſela *ſoror S. Henrici, & uxor S. Stephani Regis Hungariæ* 733 e
Gisla *uxor Conradi Imperatoris* 332 e f
Gisloaldus *epiſcopus Virdunenſis* 217 f
Giſulfus *princeps Salernitanus* 460 d, 462 a
Giuſſanus (Joannes Petrus) *presbyter Mediolanenſis edidit Italice Vitam S. Caroli Borromæi* 240 d
Gocelinus *monachus conſcripſit translationem S. Auguſtini epiſcopi Cantuarienſis* 9 a
Godefridus Pantaleonita *monachus, ſic cognominatus a monaſterio Colonienſi S. Pantaleonis, ſcripſit exactiſſimos Annales* 287 c d
Gonzaga (Franciſcus) *Cardinalis Mantuanus* 857 f
Gotfridus Viterbienſis *aſſerit virginitatem S. Henrici* 747 e, 792 e
Gothofredus (Henricus) *hæreſeos reſucatur* 275 e f, 276 a b c d e f, 277 c d, 278 b c d
Gotifredus *Dux Tuſciæ, & fautor Simoniacorum* 358 b d
Grandus (Guido) *compoſuit diſſertationes Camaldulenſes* 331 d. *Ejus epiſtolæ quædam examinatur & refellitur* 335. & 336
† Gregorius Magnus *homiliam habuit de laudibus S. Felicitatis* 5 f, 7 f, 8 a b c
† Gregorius VII *Pontifex, antea dictus Hildebrandus* 311, 312, 329, 330, 355 c, 358 b d, 363 e, 381 b
Gregorius IX *Papa oratorium SS. Rufinæ & Secundæ conceſſit epiſcopo Portuenſi* 29 b. *Miſit Franciſcanos Conſtantinopolim ad tollendum ſchiſma Græcorum* 841 e
† Gregorius X *Pontifex S. Bonaventuram in Cardinalium numerum receptavit* 819 b, *interfuit exequiis S. Bonaventuræ* 819 d
Gregorius *nobilis Aquilejenſis, ad fidem Chriſtianam convertitur* 252 e f, 253 a b
Gregorius *abbas Paſſinianenſis promovit canonizationem S. Joannis Gualberti* 336 f, 337. a b &c.
† Gregorius *abbas Ultrajectinus* 704 a
† Gregorius Spoletanus *Coloniam Agrippinam translatus honoratus* 284 a b c
Grimoaldus *rem operæ S. Joannis epiſcopi Bergomenſis ab Arianiſmo revocatus* 201 c
Guala *legatus Pontificius* 261 e, 262 a b
Gualbertus *fuit pater S. Joannis fundatoris Ordinis Vallumbroſani* 343 d
Gualla (Jacobus) *conſcripſit Sanctuarium Papienſe* 102 a
Gualterius (Joannes) *ſcripſit chronicon Chronicorum* 333 f
Guarinonius (Hippolytus) *librum edidit de martyrio B. Andreæ pueri a Judæis occiſi* 463 a
† Gudila *fuit filia S. Amalbergæ* 65 b, 66 b
Guerrini (Martinus Antonius) *canonicus Bergomenſis multa nobis ſuggeſſit de S. Joanne epiſcopo Bergomenſi* 200 c d
Guidiccionius (Alexander) *epiſcopus Lucenſis, & comes Imperialis* 264 e
Guilielmus Bavarus *Hollandiæ & Hannoniæ comes* 668 b
Guilielmus de ſancto Amore *hæreticus, mendicantium ordinum oppugnator* 817 f, 747 e, 849 a
Guilielmus *epiſcopus Tornacenſis feſtum S. Amalbergæ virginis Gandavi celebrandum decernit, & quadraginta dierum indulgentias concedit* 82 f, 83 a b
Guglielmus *Lucenſis epiſcopus* 263 f
Guilielmus *Princeps Thuringiæ* 747 e
Guillimannus (Franciſcus) *compoſuit Commentarium de epiſcopis Argentinenſibus* 212 c
† Gundebertus *Senonienſis epiſcopus, fuit Senonienſis cœnobii conditor* 218 d
Gurnez (Joannes Antonius a) *ſcripſit de rebus Mechlinienſibus* 704 e

H

HAgecius (Wenceslaus) *hiſtoricus Bohemus* 798 f
Hagen (Gothardus) *compoſuit rhythmum Germanicum de bellis Colonienſibus* 287 e
Haraldus *rex Daniæ mites & gratas populo Danico leges condit* 130 f, 131 a
Harduinus *Dux Longobardorum* 748 b c. *S. Henricum fraude circumvenit* 748 e f. *Devincitur* 751 e f
Harts (Hieronymus) *paſtor Burghienſis prope Antverpiam* 660 b
Harvengius (Philippus) *abbas Bonæ ſpei* 658 b
Helias Aſſiſienſis *Miniſter Generalis Ordinis Franciſcani* 848 f
Helias *Patriarcha Aquilejenſis* 256 a
Helias *Patriarcha Hieroſolymitanus captivus in Perſide* 537 f, *in ſuam cathedram reſtituitur* 538 a
Heraclius *Imperator recepit a Choſroe Perſarum rege lignum S. Crucis* 213 d
Henricus *epiſcopus Herbipolenſis* 735 c d
Henricus *epiſcopus Virdunenſis* 737 b
Henricus *Leodienſis epiſcopus* 287 c
Henricus *filius Conradi Imperatoris* 332 e f, 348 d e 349 f
Henricus *epiſcopus Pragenſis* 798 f
Henricus *epiſcopus Lucenſis* 260 e, 261 f
Hermannus *epiſcopus Velatrenſis epiſtolam accepit*

accepit a S. Joanne Gualberto 322 d, 356 c d e &c. 358 a
Herizo *discipulus S. Joannis Gualberti* 345 f, 347 b
Germannus *episcopus Brixiensis* 716 e, 717 b
Hertsworm (Arnoldus *S. Amalbergam Sustrensem ab homonyma Tamisiensi & Lobiensi operose distinguit* 76 c e
Hesso *vel* Hasso *monasterium Ordinis Cluniacensis in Brisgoia aedificari jubet, cui praficitur S. Udalricus* 164 a b
Heyndrix (Jacobus) *Vitam S. Amalbergae virginis Belgice conscripsit* 83 f, 84 a
Hezelo *S. Henrico rebellis* 750 c, *paenitentia ductus se illi submittit* 751 c d
Hofmannus *scripsit Annales Bambergenses* 728 f
Haimo *Anglus Minister Generalis Ordinis S. Francisci* 848 f, 850 f
Holstenius (Lucas) *composuit animadversa ad Martyrologium Romanum* 634 a
Holvoet (Joannes Baptista) S. J. *multum contulit ad illustranda Acta S. Regenfledis* 694 a
Honestus *episcopus Perusinus* 113 b d
Honorius III *Papa Ordinem S. Francisci comprobavit* 841 c
Hospinianus (Rodulphus) *haereticus composuit opus de origine monachorum* 314 b
Hubertus *Cardinalis S. Ruffinae* 333 b, 369 f, 370 b
Hucbaldus *monachus Elnonensis* 658 b
Huffles (Fredericus ab) *episcopus Bambergensis construxit sacellum in honorem S. Henrici* 793 d e
Hugo Flaviniacensis *conscripsit Chronicon Virdunense* 312 f
† Hugo *erga S. Udalricum suum discipulum caecitate percussum magna commiseratione movetur* 170 a b
Hugo *abbas Gemeticensis* 661 d
Humbertus *monachus Medianensis monasterii rhythmice composuit laudes S. Hilduifi* 220 e
Humbertus Herbipol. ep. *reliquias deponit* 487 a
Hunaldus *S. Udalrico adversatur* 160 d e f
Hunrici Wandali *in consanguineos crudelitas* 496 f
† Hunfridus *monachus Prumiensis ac deinde episcopus Ternanensis* 308 a b
Hunoldus *Aquitaniae dux* 99 c

I

Jacobus *episcopus Fesulanus* 332 e f, 336 a b
Jacobus *Tullensis episcopus dicitur assignasse Hilduifo locum secessui aptum* 211 a, 213 b, 222 e f
Idemberta *abbatissa S. Andreae* 336 c
Januarius Zaterensis episc. *in Numidia* 492 c
Jansenius (Cornelius) *primus Gandensium episcopus* 700 b
Jesi (Bonaventura De) *Vicarius Ministri Generalis in Ordine S. Francisci* 850 f
Ildebrandus *episcopus Florentinus templum S. Miniatis restauravit* 317 e f
Inchoffer (Melchior) S. J. *scripsit Vitam S. Henrici* 725 c. *Obiit Mediolani anno* 1648 d
Ingenuinus *Praepositus monasterii Wittbinensis* 463 f
Innocentius III *festivitatem S. Joannis Gualberti solenniter celebrari jubet* 338 e f
